
31
5 D
1

R. P. F.

PHILIPPI DIEZ LVSITANI,

ORD. MIN. REG. OBSERVANTIAE, PROVINCIAE SANCTI IACOBI,

Conciones Quadruplices:

QVAE A DOMINICA SEPTVAGESIMAE, VSQVE ad sacrum Dominicæ Resurrectionis Festum, in Ecclesia Romana, tam in Dominicis, quàm in feriis habentur.

Tomus Primus.

In Quatuor partes distinctus.

Cum Authorum citatorum, Materierum, & sacrorum locorum locupletissimo, ac fidelissimo Indice.


Nunc denuo in hac nona impressione à multis erroribus expurgatus.

Fr. Liberatus Conneatus S. Nicolai Tolent: Romę





Ord: Erem: Excalceat: S. Aug:



VENETIIS, MDCLII.

Apud Petrum Mariam Bertanum.

R. P. F.

PHILIPPI DIEZ LVSITANI

ORD. MIN. REG. OBSERVANTIAE PROVINCIAE SANCTI IACOBI

Conciones Quadruplices:

QVAE IN DOMINICIS [illegible]

ad Sacrum [illegible], in Ecclesia Romana,

tam in Conventibus, quàm in festis habentur.

Tomus Primus.

In Quatuor partes distinctus.


Cum Authorum citatorum, Materiarum, & sacrorum locorum locupletissimo, ac distinctissimo Indice.

Nunc denuo ab [illegible] manu emendatus à multis erroribus expurgatus.




VENETIIS, M D C [illegible]

Apud [illegible]



F·PHILIPPVS DIEZ

CHRISTIANO LECTORI SALVTEM.




SCRIBENS D. Paulus Epiſtolam primã ad Theſſalonicenſes 2 c. dicit, Facti ſumus in medio ueſtrum tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos, ita deſiderantes vos cupide volebamus tradere vobis non ſolum Euangelium Dei, ſed etiam animas noſtras: quoniam chariſſimi nobis facti eſtis. Hæc erat illorum cæleſtium Apoſtolorum, noſtræq; ſanctisſimæ fidei patrum charitas. Et licet ego miſerrimus, ac maximus peccator ſim, his tamen cœleſtibus excitatus exemplis animarum ſalutem ſtudioſisſime concupiſcens, hoc opus in lucem edere curaui, in quo laborum, quos in toto uitæ meæ curſu, atq; in literarum ſtudijs toleraui, flores illuceſcunt. Intelligenteſq; plurimi uiri eximiæ probitatis, literarumque ſplendore non mediocriter illuſtrati hunc librum maximæ animarum ædificationi eſſe futurum, meum hoc deſiderium adiuuerunt, me ſæpenumero ſolicitando, mihiq; perſuadendo, maximum fore malum, ſi res tam utiles, ac neceſſarias cũ ad explorandos quam plurimos Euangelicę doctrinæ, totiuſq; ſacrę paginæ fontes, tum ad hominum mores, ui-

tamq; prorsus in officio continendam, quas triginta annorum spatio prædicaui, literis non mandarem, quæ quidem diuina cœlestis numinis aspirante gratia maximæ luci futuris temporibus esse possunt. Quæ cum ita sint, Christiane Lector, per viscera misericordiæ Dei nostri te deprecor, ne tot thesauros, quot hic tam in multis, nimisque profundis considerationibus, quàm literalibus innumerabilium obscurissimorum locorum diuinæ scripturæ declarationibus inuenies, absconditos delitere patiaris. Quos vt rectè intelligas, maxima cum attentione, & simul cum puritate cordis, piaque intentione legere debes, quo ex his spiritualibus admonitionibus fructum percipias, ne meum pium desiderium finis sui immune remaneat. Quod cum feceris, labores, quos Deus a me suscipi voluit multum tibi conducent, & perquam paucissimis libris indigebis, quos antea diligenter euoluere necessum erat. Etenim tot, tamque notabilia in hoc quadruplici quadragesimali mysteria reperies, vt quamuis plurimis annis viuas, concionandi potius tempus, quam illa tibi defutura sint. Præterea super Euangelia, quæ in reliquis anni temporibus tam in Dominicis diebus, quàm in Sanctorum solennitatibus a sancta Ecclesia decantantur, alia tria uolumina (si Deus Opt. Max. faxit, mihique valetudinem cum vita concedat, ad quod impetrandum tuę piæ præces maximè proderunt) a me componenda sunt. In quibus omnibus quicquid dixero sacrosanctæ Matris Ecclesiæ correctioni uolo submitti. Nec vero vitio vertendum censeas, librum hunc implicatis, nimiumque curiosis linguæ latinæ phrasibus, ac decoris rhetoricæ elocutionis floribus carere. Neque enim eis indiget,

Imo velim tibi perſuadeas, eum ita plano, atque communi ſermone conſultò fuiſſe compoſitum, uidelicet ne tot, tamque diuina myſteria, quot lucido, ac perſpicuo dicendi modo meridiana luce clariora comperies, intricatæ, atque obſcuræ orationis tenebris deliteſcant.
Vale.





RATER Franciscus Burgos Prouinciæ sancti Iacobi, Ordinis Minorum, minister Prouincialis, admodum Reuerendo Patri F. Philippo Diez nostri conuentus Salmanticensis Prædicatori salutem. Christianæ Reipublicæ (quam modis omnibus iuuare tenemur) omnibus notum est, quantum splendoris, ac ornamenti, præclaris tuis ad populum concionibus hactenus attuleris, quantumque, si literis mandentur, in posterum præstiturus sis: nos igitur, qui tua studia singulari eruditione, ac pietate plena, vt in lucem prodirent, sępe excitauimus, omni, quo nobis licuerit, obsequio, ea prosequi desiderantes, harum serie, tibi concedimus, vt quem absolutum habes concionum librum, post ipsius correctionem, Senatusque Regij, vt moris est, adeptam facultatem, typis mandare valeas.

Datum in nostro Cœnobio Ferrol. decimo Calendas Septembris, Anni M. D. LXXXII.

Frater Franciscus Burgos,
Minister Prouincialis.

APPROBATIO REVERENDI ADMODVM & doctissimi P. Magistri F. Dominici Bañes primariæ Theologorum Cathedræ in Academia Salmantina Præfecti.

LEGI has conciones a R. P. F. Philippo Diez, Ordinis Minorum summa industria & labore confectas, dignasque iudico non tantum, quæ typographiæ artificio in lucem edantur, verumetiam quæ omnium salutaris doctrinæ studiosorum, præcipuè vero verbi diuini concionatorum manibus nocte dieq: terantur, vtpote quæ maximopere veram autoris religionem cum pietate coniunctam, erga animarum salutem, zelum feruentissimum, antiquorum patrum circa mores fidelium corrigendos feruorem assiduum, & quod maximè æstimandum est, reconditorum mysteriorum sacræ scripturæ arcanam & genuinam intelligentiam redoleant. Licet enim sermo, quo in his concionibus vtitur, non ita sit splendidus ac magnificus, neque verborum phaleris & lepore ita sit exornatus, ut omnibus placere possit, est tamen ad id consequendum quod autor adipisci, & vult, & curat, maximè accommodatus. Est enim nudus, rectus, & venustus omni ornatu orationis tanquam veste detracta veritatem suis coloribus depingens, fideles ad Dei amorem accendens, & ad cœleste regnum uiam qua recta itur clare ostendens. Quæ cum præcipua sint, quę ob oculos semper verbi Dei minister habere debet, & hęc omnia autor fœlicissime adipiscatur, non est ei vitio vertendum, quòd ęquabili & temperato orationis genere, potius quàm eleganti, lauto, diuite, splendidoque dictionum apparatu vti voluerit, præcipuè cum verissimum illud Diui Basilij sit, Dictionis inaffectata & incomposita simplicitas decora mihi uidetur, & conueniēs professioni Christiani Doctoris, cuius est non ad ostentationem magis scribere, quàm ad publicam vtilitatem. Cui consonant quę dicit D. Pater Augustinus 4. de doct. Christiana cap. 11. Quid prodest clauis aurea si non aperit, aut quid obest lignea si aperit? Itaq. vt rem in pauca complectar, & quid de his libris sentiam breuiter explicem, existimo illos esse futuros omnibus verbi Dei concionatoribus, & fidelibus vtilissimos, & Ecclesiam Christi maximos ex eis fructus capturam. In cuius rei testimonium manu propria sub scripsi in conuentu S. Stephani Salmant. die ix. Iunij 1582.

F. Dominicus Bañes.



FRATRIS IOANNIS LOPEZ.

ORDINIS FRATRVM MINORVM de libri excellentia Carmen.



PRodeat in lucem nitidus rutilante Pyropus
Lumine, & exultet sydere terra nouo.
Læta Brigantinos Salmantica suscipe fructus.
Quos hęc terra tuo lacte rigata tulit.
Hinc modo surrexit doctissimus Autor in omni
Scriptura, & legis Doctor Apostolicę.
Plurima, quę sacris insunt arcana libellis,
Explicat, atque pijs moribus illa docet.
Hunc quicunque paras diuino accendere mentes
Eloquio, atque animos tollere ad astra cupis,
Perlege, nec pigeat tanto depromere gemmas
Thesauro, summus quas reperire labor.



INDEX OMNIVM CONCIONVM quæ in hoc opere continentur.

LAVS DEO.

INDEX AVTHORITATVM Sacræ Scripturæ, quæ sparsim in hoc opere ab auctore explicantur, secundum ordinem librorum ueteris, ac noui Testamenti.

Ex Genesi.

Ex Exodo.

Ex Leuitico.

Ex Numeris.

Ex Deuteronomio.

Ex libro Iudicum.

7 Subripuerat Micheas a matre sua, &c. mille centum argenteos, quos separaueras tibi, pa. 4. p. 161. nu. 23

Ex primo Regum.

15 Quasi peccatum ariolandi est. Repugnare &c. p. 3. p. 370. nu. 29
18 Spiritus domini malus torquebat Saul. pa. 4. p. 77. nu. 35
30 Puer Ægyptius ego sum viri Amalechitæ, dereliquit me dominus meus quia ægrotare cępi nudius tertius, p. 1. p. 40. nu. 14

Ex secundo Regum.

8 Filij Dauid erant sacerdotes, p. 3. p. 158. n. 9
12 Dauid ieiunauit ieiunio, &c. p. 2. p. 46. nu. 9
23 Præuaricatores autem quasi spina, &c. p. 3. p. 73. nu. 8

Ex tertio Regum.

14 Ingredere uxor Ieroboam, quare aliam te esse simulas, p. 1. p. 37. nu. 4

Ex secundo Paralip.

31 Operatus est Ezechias iustum et bonum et uerum coram domino Deo suo, p. 1. pag. 5. nu. 4

Ex Iob.

1 Apparuit Sathanas inter filios Dei p. 1. pag. 30. nu. 14
4 Ecce absorbebit fluuium, et non mirabitur, et habebit fiduciam quod influat Iordanis in os eius, p. 4. p. 73 nu. 21
Sub umbra dormit in secreto calami in locis humentibus, p. 4. p. 149. num. 17
5 Ingredieris in abundantia sepulchri, &c. pa. 2. p. 270 nu. 24
Paruulum occidit inuidia, p. 3. p. 464. num. 15
7 Quare posuisti me contrarium tibi, &c. pa. 3. p. 255. num 21
Vt glutiam saliuam meam, p. 3. p. 384. nu. 35
9 Cum inuocantem exaudierit me non credo quod audierit vocem meam, pa. 1. pag. 125. nume. 22.
13 Posuisti in neruo pedem meum et obseruasti, &c. p. 1. p. 168. nu. 16
14 Operi manuum tuarum porriges dexterā, p. 3. p. 247. nu. 20
15 Bibit quasi aquam iniquitatem, p. 3. p. 377. nu. 13
Non ditabitur neque perseuerauit substantiā eius, &c. et quasi oliua, proijciens florem suum, p. 4. p. 23. num. 26
17 Solum mihi superest sepulchrum, p. 3. pag. 408. nu. 31
18 Deuoret pulchritudinem cutis eius et consumat brachia illius primogenita mors etc. p. 1. p. 50. nu. 20
19 Quasi arbori auulsæ abstulit spem meam, etc. et rursus etiam si occiderit me in ipso sperabo, p. 3. p. 533. nu. 31
Scio quod redemptor meus viuit et in nouissimo die de terra, etc. p. 3. p. 157. nu. 14
20 Ossa eius implebuntur vitijs adolescentiæ eius, p. 2. p. 310. nu. 16
Cum enim dulce fuerit in ore eius, p. 2. p. 310. nu. 16
Fugiet arma ferrea et irruet in arcum æneum, p. 1. p. 322. num. 13
Ossa eius refulgebunt vitijs adolescentiæ eius, p. 4. p. 201. nu. 10
21 Dulcis fuit Glareis cocyti et post se omnem hominem trahet et ante se innumerabiles, p. 1. p. 360 nu. 13
Veruntamen quia non sunt in manu eorum bona sua consilium impiorum longe sit à me, p. 4. p. 248. nu. 26
24 Pauit sterilem, et quæ non parit, et uiduæ non bene fecit, p. 3. p. 240. nu. 8
Ad nimium calorem transit ab aquis nimium p. 3. p. 328. nu. 15
26 Gigantes gemunt sub aquis et qui habitāt cum eis, p. 1. p. 71. nu. 31
28 Sapientia vbi inuenitur, et quis est locus intelligentiæ, p. 1. p. 289. nu. 17
30 In multitudine eorum consumetur uestimentum meum, pa. 3. p. 158. nu. 9
31 Si absconderit homo peccatum meum, pa. 3. p. 252. nu. 10
Pepigi fędus cū oculis meis, p. 1. p. 259. nu. 20
33 Increpat quoque per dolorem in lecto, etc. p. 2. p. 214. nu. 24
38 Nunquid ingressus es thesauros niuis, etc. p. 2. p. 306. nu. 5
Quis est pluuiæ pater? et guttas roris quis genuit? etc. p. 3. p. 6. nu. 17
41 Corpus illius quasi scuta fusilia compactū, p. 2. p. 15. nu. 17

Ex Psalmis.

Protector

133 Ani.

Ex Prouerbijs.

Ex Ecclesiaste.

Ex Canticis.

Ex libro Sapientiæ.

Ex Ecclesiastico.

Ex Isaia.

Bu-

Ego

Ex Hieremia.

40 Ascen-

40 Ascende in Galaad & tolles, sanitas non erit tibi, p.1.p.113.nu.15
48 De planctu Iazer, plorabo tibi uinea Sabama &c.p.3.p.230.num.13
51 Calix aureus Babylon in manu Domini inebrians &c.p.3.p.210.nu.13

Ex Threnis.

1 Dederunt preciosa quæque pro cibo, p.3.p. 92.nu.29
2 Deduc quasi torrentem lachrymas &c. p.2. p.313.nu.26
3 Magna est velut mare contritio tua, p.2.p. 359.nu.5
Saturab tur opprobrijs, p.3.p.21.nu.6
4 Candidiores Nazaræi eius niue, &c.p.3.pa. 166.num.31
Quomodo obscuratum est aurum &c. sub vet sa est in momento, p.3.p.115.nu.17
Denigrata est facies eorum super carbones, pa. 1.p.58.nu.15
8 Ædificauit in gyro meo & circundedit me felle &c. et abiecit filios hominum, pa.3.pa. 18.num.4

Ex Baruch.

3 Non est audita in terra Chanaan, neque visa in Theman, p.1.p.349.nu.11
4 Et in horto spina alba supra quam omnis ouis sedit, p.2.p.373.num 48

Ex Ezechiel.

1 Et totum corpus plenum erat oculis, p.1.p. 18.nu.10
3 Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel, p.3.p.255.nu.36
14 Conuertimini & recedite a uijs uestris, &c. & disperdam eum de medio populi mei, p. 2.p.89.nu.13
18 Omnes animæ meæ sunt, part. 3. pag 27. num 2
27 Multiplicabo eos sicut gregem hominũ vt gregem sanctum, vt gregem Hierusalem in solemnitatibus eius &c.p.4.p.151.num.33
36 Effundam super uos aquam mundam, p.3. p.319.nu.15

Ex Daniel.

3 Ecce ego uideo uiros quatuor solutos, &c. & species quarti similis filios Dei, par. 2. pa. 98.num.1
5 Appensus es in statera & inuentus es minus habens, p 3.p 208.nu.7
7 Vidit furentem leænam exeuntem à mari, p.2.p.117 nu.7
9 Exaudi domine, intende & fac. pa 3.p.418. nu.2
10 Renes eius accincti auro obyzo &c. p.3.p. 412 nu.2

Ex Osea.

1 Ablactauit eam quæ erat absque misericordia, p.3.p.50.nu.4
In funiculis Adam traam eos, par. 3. pag 82. nu.8
2 Vadam ad amatores meos qui dant panes mihi, &c.p.2.p.268.nu.18
Ecce ego lactabo eam, &c.par.2.pag.123.numero 8
5 Non dabunt cogitationes suas ut conuertantur ad Dominum, p.3.p.320.num.30
7 Væ eis quoniam recesserunt a me, &c.p.3. p.163.nu.24
Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à conquente, p.2.p.215.num.13
Super vinum & triticum ruminabant, & discesserunt à me, p.4.p.180.nu 11
9 Profunde peccauerunt sicut in diebus Gabaa, p.1.p.372.nu.20
13 O mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne, &c.par. 3.pag.583 num.23

Ex Ioel.

Sanctificate ieiunium, uocate cętum, congregate populum, par 4.pag.51.nu.31

Ex Amos.

1 Super tribus sceleribus Damasc & super quartum non conuertam eum &c p.4.pag. 275.nu.26
3 Non est malum in ciuitate quod non fecerit Dominus, p 2.p.19.nu.24
Non faciet Dominus uerbum nisi reuelauerit ad seruos suos, &c.p.3.p.113.nu.15
4 Audite uerbum vaccæ pingues, &c. iurauit Dominus Deus, in sancto suo, &cæt. part.1.pag.319.nume.11.& part.3.pag.93. num.32

5 Audiui

5 Audiui & proieci festiuitates vestras, p.3. p. 146.nu.7

Odio habuerunt corripientes in porta &c.p.3. p 572.nu.25

6 Væ qui opulenti estis in Sion &c.p.2.p 110. nu.6

9 In die illa suscitabo tabernaculum Dauid &c. eo quod inuocatum sit nomen meum super uos.p.4 p.15.nu.3

Ex Michæa.

5 Et tu Bethlehem terra Iuda ex te egredietur dominator Israel & egressus ab initio æternitatis eius &c vsque ad terminos terræ,pa. 4.p.177.nu.3

Ex Nahum.

2 Diripite argentum diripite aurum, &c.p.2. p 117.nu.28

3 Reuelabo pudenda tua in facie tua, p.3.pa. 101.num.16

Intra in lutum & calca, subigens tene laterem, P.3.pag.335.nu.35

Ex Habacuc.

1 Immolabit sagenæ suæ, & sacrificabit reti suo,p.3.p.34[illegible].nu.21

2 Iustus ex fide uiuit,p.3.p.124.nu.14.& p.3. p.454.nu.21

Væ ei qui multiplicat non sua, & aggrauat contra se densum lutum,par.2.pag.54. numero 12

3 Suscitans suscitabis arcum tuum, p.3. pag. 565.nu.3

Ex Sophonia.

1 Ambulabunt cæci quia domini peccauerũt, p.1.p.24.nu.17

Et erit in tempore illo, scrutabor Hierusalem in lucernis, par.1.p 72.nu.3.

Ex Zacharia.

3 Ostendit mihi Iesum sacerdotem &c. nunquid non iste torris erutus de igne &c.pa.3. p.550.nu.41 & p.4.p.176.nu.41

5 Vidi Amphoram,& ecce mulier una sedens in medio amphoræ, &c. & missa est massa plumbea in os eius,&c.par. 4. pag. 213.numero 14

9 Tu quoque sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu,p.4.p.280.nu.5

12 In illa die quæram conterere omnes gentes.p.2.pag.360.nu.8

13 Framea suscitare super pastorem meum & super uirum cohærentem mihi,p.4.p.437. nu.20

Ex Malachia.

4 Orietur uobis timentibus nomen meum Sol iustitiæ, & sanitas in pannis eius & in alis suis salutem portabit, par. 1. pag. 115. num.22

Ex Matthæo.

4 Faciam vos fieri piscatores hominum, p.[illegible] p.27.nu.26

Si dixerit malus seruus in corde suo,&c.p.3.p. 46.nu.24

Vade post me Sathana,part. 4. pag.79.numero 41

5 Quicunque te angariauerit mille passus ambula cum illo, &c.par.3.pag. 68. numero 25

Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio,&c.p.3.p. 79.nu.25

6 Te autem facientem eleemosynam &c. pa. 3.pa.175.nu.26.

7 Inimici hominis domestici eius,pa.4.p.43. nu.7

Assimilabitur viro qui ædificauit domum suam supra petram, parte. 2. pag. 65. numero 29

9 Nemo immittit commissuram panni rudis in uestimento nouo, &c. part. 3. pag.109. nu.5

Nunquid possunt filij sponsæ lugere &c.pa.3. p.321.nu.32

10 Qui recipit prophetam in nomine prophetæ,&c.p.3.p 388.nu.9

11 Discite a me quia mitis sum & humilis corde,p.2.p 350.num.23

Pauperes euangelizantur,p.4.p.16.nu.7

12 Quicunque fecerit uoluntatem patris mei, ipse meus frater, &c. part.3. pag. 297. numero 11.

22 Multi sunt uocati,pauci uero electi,p.3.pa. 3.nu.9

24 Veniet Dominus qua hora non putat, &c. diuidet

Ex Marco.

Ex Luca.

Ex Ioanne.

Ex Actibus.

Ex epistola ad Romanos.

Ex Epistola prima ad Corinthios.

Ex secunda Epistola ad Corinthios.

Ex epistola ad Galatas.

Ex epistola ad Ephesios.

Ex Episto. ad Philippenses.

pag.175.nu.5.& p.330.nu.11
Inimicos crucis Christi quorum Deus uenter est,&c.p.2.p.170 nu.4

Ex epistola ad Colossenses.

1 Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis habitare,p.2.p. 57.nu.4
2 Et uos cum mortui essetis in delictis conuiuificauit Deus,&c. palam triumphans illos in semetipso,p.4.p.280.nu.3
3 Mortui enim estis,& uita uestra abscondita est cum Christo,p.2.p 152.nu.23.& p.1.p. 131.nu.15
Spoliantes uos ueterem hominem cum actib. suis,& induentes nouum,&c. p.1.pag.174. nu.4
Mortificate membra uestra quæ sunt super terram,p.1.p.31.nu.15
4 Domini quod iustum est, & æquum seruis præstate,p.1.p.33.nu.7

Ex epistola ad Thessalonicenses 1.

5 Omnes uos filij lucis estis, & diei, non noctis,& tenebrarum,p.1.p.145.nu.3
Siue vigilemus, siue dormiamus simul cum illo uiuamus,p.3.p 256.nu.21
Ipse autem Deus pacis sanctificet uos per omnia,vt integer spiritus uester & anima & corpus sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur,p.4.p.158.nu.15

Ex epistola 1.ad Timotheum.

1 Finis præcepti est charitas de corde puro, &c.p.4.p.349.nu.3
4 Corporalis exercitatio ad modicum utilis, pietas autem,&c.p 3.p.219 nu.18
In nouissimis temporibus discedent quidam à fide in hypocrisi.p.1.p.33.num.20
6 Conflictationes hominum mente corruptorum,& qui veritate priuati sunt existimantes quæstum esse pietatem, par.1.pag.44. num.3
Qui volunt diuites fieri incidunt,&c p.3.pag. 25.nu.29

Ex epistola 2. ad Timotheum.

4 Non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius,&c.p.3.p.97.nu.3
Cauteriatam conscientiam habentes, &c. p.1. p.16.nu.21
Ministerium tuum imple.p 1.p 71.nu.30
Testificor coram Deo, & Christo Iesu, &c. in omni patientia,& doctrina,p.1.p.285.nu.7

Ex epistola ad Titum.

2 Tu autem loquere quæ decent sanam doctrinam senes,ut sobrij sint,&c. p.2.p.112. num.13
Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri,&c. pa. 3.p.48.nu.29

Ex epistola ad Hebræos.

2 Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia qui multos filios in gloriam adduxerat authorem salutis eorum per passionem consummare,par.3.pa.495. num.29
3 Videte fratres ne sit in aliquo uestrum cor malum,p.3.p.12.nu.36
4 Tentatum per omnia pro similitudine absque peccato,p.3.p 89.nu.20
Festinemus ingredi in illam requiem,&c.p.1. p.5.nu.14
Exauditus est pro sua reuerentia,p.1.pag.366. nu.27
Cum esset filius Dei didicit ex ijs quæ passus est obedientiam,p.1.p.151.num. 24
6 Qua propter intermittentes inchoationis Christi sermonem ad perfectiora feramur, p.1.p.329.nu.9
Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, &c.& gustauerunt donum celeste,&c.p.1.p. 424.nu. 4
Abraham longanimiter ferens adeptus est promissionem,p.1.p 17.nu.24
Terram enim sæpe super se uenientem bibens imbrem,&c.p.3 p.21.nu.24
9 Ideo noui testamenti mediator est, ut morte intercedente, &c.par.1.pag.131.numero 18
10 Vmbram enim habens lex futurorum

Scio

LAVS DEO.

INDEX FERE OMNIUM quae insigniter in hoc opere dicta sunt, iuxta ordinem literarum digestus.

A

Affectio

Amoris

Athe-

B

Bonitas

C

Chri-

Chri-

Excm-

arca-

Gratiæ

Hypocrita

L

Mali

Non

Opera

P

nem

Pecca-

Dei

philo-

S.

T

Vepres

facere

FINIS.

Qui
erit fi-
lius

PRIMA PARS QVADRAGESIMALIS,

IN QVA CONTINENTVR OMNES DOMINICAE, ET FERIAE,

Quæ in sacrosancta Ecclesia solent decantari, a Dominica in Septuagesima usque ad Feriam quintam post Dominicam Resurrectionis inclusiue.

Dominica in Septuagesima.

Simile est regnum cælorum homini patrisfamilias, &c. *Matth. 20.*



1 Odie nouam uiuendi rationem aggredimur. Hodie incipit S. Ecclesia diuini sponsi sui exequias celebrare. Et ne arbitremur omnia iam esse peracta, eo quod filius Dei pro nobis mortuꝰ fuerit: iõ nobis proponit hoc euangelium, in quo ostendit omnes nos esse mercenarios, & ut tales cum sudore vultus nostri, diuina ope adiutos, uitæ æternæ præmium nos acquirere oporte-
2 re. Incipit Euangelium. *Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc.* Loquitur Dominus in parabolis, ut concordet cũ stylo, quo utebantur in docendo sapiẽtes in illa regione. Chaldæi enim, Aegyptij, & Palesthini maxime similitudinibus delectabantur, quia ad doctrinam memoria retinendam multum conducunt; nam sicut pecunia in crumena custodita non facile perditur: sic etiam sana doctrina sub similitudine reclusa, non tam facile a memoria excidit. *Narra literam.*

Simile. Regnum cœlorum dicitur hic Ecclesia militans, eo quod sit uia ducens ad cęlum si
3 cut fletus dicitur beatitudo. Beati, qui lugẽt quia est uia ad eam impetrandam, sic & tribulationum tolerãtia. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, &c. Et quia Ecclesia semper nos ad cælorum regnum intendit adducere, & in ea una illuc reperitur iter, iure optimo hoc illi nomen tribuitur præcipue cum omnis eius origo
& initium a cęlorum regno dimanet, ut di- 4
cit S. Ioã. in Apocal. Vidi ad ciuitatẽ sanctã Apo. 21
Ierusalem nouam descẽdentem de cęlo, &c. Atque ẽt quia omnis conuersatio in ea mi-
litãrium, in cęlis esse debet, ut ait D. Paulus Phil. 3.
ad Philip. de se, suisque socijs loquens. Nostra conuersatio in cęlis est. Dicit ergo Christus Redẽpter noster omnibus, qui cęlestem desiderantes beatitudinẽ in hac Ecclesia militanti degunt: scitote Deũ se habiturũ esse in retribuenda mercede laborũ uestrorum tanq̃ paterfamilias, qui exiuit summo mane conducere operarios, &c. Et tandem con
cludit dicens; Multi sunt uocati, &c. Vt in- 5
telligatis quõ hoc sequatur ex eis, quæ supra dixit, necesse est aduertatis quorsum ea dixerit. Accessit ad Christum Dñm iuuenis quidam diues studiosissimẽ dicens, Magister, quid faciã ut uitã ęternã possideam? Cupio (inquit) saluus fieri. Quid ad hoc faciã? Cui diuinus Dñs respondit, serua mandata. At ille dixit; Dñe hoc iã ego facio: sed uellem esse perfectus. Respondit clementissimꝰ Dominus: si uis esse perfectus, uade, & uende omnia, quæ habes, & hãbebis thesaurum in cœlo. Vt sanctus Petrus hoc audiuit, & vidit Christum Redemptorem nostrum huic iuueni, thesaurum cęli polliceri si illas mul-
tas diuitias relinqueret, arbitratus est, sibi so- 6
cijsque suis, qui retia tantum uetera reliquerant tantum præmium non esse paratum, & ideo interrogauit, dicens: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, &c. Cui summa ueritas respondit: cum sederit fi-

lius hominis in sede maiestatis suæ, sedebi-
tis & uos iudicantes, &c. Quia multi erunt
primi nouissimi, & nouissimi primi. Ac si
dixerit: Non tam considerat Deus, quod si-
bi offertur, aut propter se relinquitur nec
multum, parum ue temporis quo sibi serui
tur, quàm spiritum, quo hæc fiunt. Itaque
7 qui sunt primi, quique videntur multa re-
linquere, & multa operari non sunt coram
Deo præstantiores, quam illi, qui non tantà
reliquerunt, aut tot dies non seruierũt, quia
illud tanto spiritu non fecerũt: multi enim
sunt uocati, pauci vero electi. In hac para-
bola significatur, quod multi sunt uocati
ad Ecclesiam Dei, & multi in illa Deo ser-
uiunt, ac præmium æternæ beatitudinis cõ-
sequentur, sed inter hos omnes, pauci sunt
feruidi, diuinarumque rerum amore, ac desi
derio flagrantes.

Vocatur Deus noster in hac parabola pa
terfamilias, ut ostendat seruos suos a se tan-
quam dilectos filios tractari. Et hic pater
exijt summo mane conducere operarios.
Deum exire est se communicare, sicut dici-
8 mus Hispane, (*Y asalem los arbores*) cum in-
cipiunt ferre flores, uirtutemque suam com
municare. Itaque Deus non dicitur exire,
eo quod mutetur, quia cælum & terrã ego
Hier. 23. impleo Hierem. 23. Sed dicitur Deus exire,
quando eius opera prodeunt, quæ ipsum
manifestant, sicut dicitis Hispane. (*Agora
salio un doctor*) quia opera, quæ ipse compo-
suit, prodierunt, propter quæ ipsum cogno-
scimus: sic etiam uocationes, & beneficia
Dei faciunt ipsum exire, & patefieri, sicut
Simile. spatium nigrum facit scutũ album in pictu
ra demonstrari. Si habeas scissuram papy-
ceam subtilissimam in pariete albo non cer
netur, quia non exit, si uero ipsam imponas
super pannum nigrum totum eius artificiũ
atque perfectio inspicietur, quia nigrum fa
cit album prodire, sic etiam cum Deus sit
lux inaccessibilis, creaturæ quantumcun-
9. que pulchræ sint, comparatæ tamen cum ip
sius altissima & excellentissima perfectione
sunt informes, faciuntque eum exire, & ma
Ro. 12. nifestari, ut ait Sanctus Paulus ad Rom. In
uisibilia enim eius a creatura mundi per ea
quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, &
quia ab initio Ecclesiæ usque ad consum-
mationem sæculi semper Deus præstantissi-
ma in homines cõtulit, beneficia ut eos ad
ipsius amorem alliceret, ideo dicuntur hæc
opera esse Dei exitus. Diligenter animad-
uertendum est, quod cum hi absque ulla cura in
foro starent, uocati fuerunt, in quo signifi-
catur, quòd quamuis homines sint negligẽ-
tes, Deus tamen nunquam nostri obliuisci-
tur. Dormiebat sponsa recumbens in lecto,
& sponsus erat ad ostium sub frigore, dicẽs.
Aperi mihi soror mea, quia caput meũ ple- Cant. 5.
num est rore. O ineffabilem Dei pietatem, 10
iaces tu in lecto vitiorum tuorũ, tuiipsius,
propriæque immemor salutis, & diuina pie
tas pulsat, & clamat ad cor tuum.

Conuentione autem facta, &c. Attendite
benignitatẽ Dei nostri, qui ponit fœdera cũ
hominibus, non uult ut inuiti eius legẽ ob-
seruemus tanquam serui. Quando quis ha-
bet seruum, & eum ad vineam suam mittit,
non conuenit cum eo, dicens, hoc tibi da-
bo, est enim eius seruus, & tenetur ire & si in
uitus, quod si nolit, ipsum flagellis cædit, qui
eum suis nummis emit, & consequenter om
nia eius opera cum eo emit, quod non acci-
dit in homine libero. Quid? nos non sum' 11
serui Iesu Christi, eiusque pretioso sangui-
ne empti? ita profecto. Et sic ait D. Paulus. 1. Cor. 6
Empti enim estis pretio magno, &c. Si ergo
hic tantus Dominus ita inæstimabili pre-
tio nos emit, & non corruptibilibus auro,
& argento, absque ulla mercede nos posset
compellere ad suæ sanctæ legis obseruan-
tiam, & pro ijs quæ iam ab eius munificen-
tissima dextera accepimus, nos posset coge-
re ad quicquid facere possemus: sic habet ve-
rum: sed hæc est Dei pietas ut nolit, nisi no-
biscum conuenire. Creauit Deus hominem
& reliquit eum in manu consilij sui, idest, li-
berum dimisit. Apposuit tibi ignem, & a-
quam ad quodcunque uolueris porrige ma
num tuam, inquit Ecclesiast. Et ne se in ignẽ Eccl. 15
proijceret & in carbonem mutaretur, ei pro
ponit cælestis gloriæ præmia denarij diur-
ni nomine significata, quæ moneta numeri
denarij significat uisionem, & fruitionem
diuinæ essentiæ, quæ sic nuncupatur, quia
est præmium essentiale, quod datur propter 12
obseruantiam decem præceptorum. Quis
ergo tanti bonis spe ad laborandum in hac
sancta uinea non fulcitur?

Est etiã ualde notandũ in hac parabola,
quod exiens Dñs ad conducendos operarios,
dixit eis. *Quid hic statis tota die ociosi?* Ma-
nu (ut aiunt) super manum absque ullo la-
bore? quis dubitat quin siquidẽ hi tota die
cõmorabantur in foro, de aliorum morib.
ac uita loquerentur, atque detraherẽt: tran-
seunte

seunte aliquot quò uadit, dicerent, quò re-
uertitur? alij rixarentur? alij uero in uanum
iurarent? & non dicit eis: quid statis hic di-
sceptantes de aliena uita, sed, Quid statis
Simile. otiosi? habuit se Dñs sicut medicus qui uisit
ægrum & cõsiderãs eius pedẽ tumidũ, præci
pit, ut sanguinis effusionẽ patiatur: hic est me
13 dicinæ ordo, radici occurreret: sic & diuinus
hic medicus oium malorum origini obuiat.
Vnde oriuntur tot discordiæ, tot insolentiæ,
tot deniq; in republica crimina dimanant?
Ex lasciuia, otio, & pigritia, ex eo quod in om-
ni tempore alicui operi nõ intẽdis; scribit S.
Hieron. Hieronymus ad amicũ suũ, qui tentationi
bus cruciabatur, & cum per literas depre-
14 catus est, ut aliquod sibi remedium adhi-
beret ad euitandas tentationes; cui sanctus;
Amice (inquit) Rusticæ semper aliquod
opus facito, ut te semper inimicus inue-
niat occupatum, & sic quantumcunque ten
teris, nunquam tamen uinceris. O fratres si
hoc consilium omnes obseruaretis, quot ma
la effugeretis! & quantùs ita sitis diuitiarum
15 affluentes, ut aliquo labore uestro non in-
digeatis, indiget tamen eo conscientia ue-
stra, cum non omnes occupationes uestræ
eo debeant spectare ut lucrum acquiratur,
& diuitiarũ copia augeatur. Si aũt Dñs re-
darguit eos qui nondum erant conducti, q d
faceret illis, quos in uinea sua otiosos in-
ueniret? ò perditores nefarij, quid me de-
prædamini, & mea bonã dissipitis, dormien-
tes Christianum otiosum esse, magnum sce-
lus est, eo enim maior est ruina, quò subli-
mior est conditio. Maurũ esse otiosum non
est mirum, sed Christianum, clericum, mo-
nachum non esse occupatum: ò nefandum
Heb. 4. scelus. Dicit D. Paulus: Ergo festinemus
ingredi in illam requiem, ut ne in idipsum
quis incidat incredulitatis exemplum. Hoc
dixit postquam affirmauit Hebræos pro-
pter incredulitatem non introijsse in illam
requiem illis toties promissam: hæc est sen-
tentia grauissima & maximè timenda, con
tra eos qui præmium absque meritis expe-
ctant, qui hoc sperat alij est incredulitatis
exemplum; uidetur enim sequi quod is pro-
missa præmia non credat, cum ea impetrare
non obnitatur. Et qui non festinat & dili-
genter currit ut ingrediatur in illam æter-
nã quietẽ, aliquo modo & incredulitatis ui
detur exẽplum, & uidetur suo modo incidere in
pfidiã Hebreorũ incredulorum, qñ tã remis
sè ea curat; sicq; tepide negligit. Dicitur de
sãctos rege Ezechia, quod operatus est Ezechias
rectũ & bonũ, & uerum corã Dño Deo suo;
hæc oia requiruntur ad bonã ueraq; uirtutem
& æternã iustitiã; illud, rectum significat in
hærẽtiam quandã Dei uolũtati, circa opera
tionẽ iuxta hũc articulum: Oia pp semetip- Pro. 16.
sum operatus est Deus. Et tunc qs põt dici,
operari rectũ, cum oia pp Deum operatur; 16
sed non sufficit hoc, nisi quod operetur bonum; si
enim occidis hæreticum pp Deum, morta-
liter peccas, nisi tu iuridicus sis huius iusti-
tiæ executor. Quapropter opus est bonum
operari, & cum sana cõscientia & pp Deũ, &
ideò post rectũ, addidit & bonum, & adhuc
nõ illic stetit, se tanquam cõcludẽs posuit; 17
& uerũ, significãs necesse esse oia uerè face-
re & obnexè, & nõ friuole, aut fraudulenter.
Qñ cernitis aliquem cũ feruore & spirituali
quid facere, dicitis hoc uerè & studiosè fit.
Cum uerò uidetis ipsum friuolè & remis-
sè facientem, dicitis; hoc nõ est uerum, sed io
culariter fit. Tanquam res ex qua nihil emo-
lumenti speratur hauriendum. Ea propter
nos præcatur S. Paulus per misericordiam Ro. 12.
Dei ut hoc aduertamus, dicens: Obsecro 18
uos fratres ut exhibeatis corpora uestra ho-
stiam uiuentem, &c. Iam non offeratis cor-
pora brutorum, sed uosmetipsos, non uerò
aliena corpora, & sit sacrificium uiuum. Sũt
aliqui ita remissi in suis factis, ac si essent
mortui; alij sunt ita flagrantes, ut satis ostẽ-
dant spiritus ardorem, & hi uiuam offerunt
hostiã. Etiam ibidem sic ait; Nolite confor-
mari huic sæculo; sed reformamini in noui-
tate sensus uestri! Vsque adhuc sensus uestri
ualdè erant sæculares, &c. Renouate ergo Simile.
hos sensus. Hoc uerbum, reformamini deno
tat curã, diligentiamq; admirabilem. Habi-
tatis domum ueterẽ, quæ quotidie ruinã mi-
natur, nisi quotidie eam reformetis, accura-
teque restauretis, & modò parietes, modò 19
regulas, modò uero solum, modo ligna refi-
ciatis, iam iam procidet, & nos subtus capiet
& interficiet; habitamus domos luteas (ait Iob. 4.
Iob. Necesse est semper accuratissimè hos
sensus renouare, nunc oculus, nunc au-
res, &c. Sed opus est ut sciatis, quod inter do Ro. 12.
na Dei annumerat Diuus Paulus, unum ex
præcipuis, esse spiritu feruentes, hoc est do-
num perficiens, conseruans & augens mirũ
in modum charitatem. Sicut aqua igni ap-
posita a se omnẽ naturalem frigiditatem ex Simile.
pellit, caloremque intensum recipit, quo fer
uet ardẽtissime & sursum desilit; sic cum ani-

ma, corporis contagione, frigida ad diuinũ ignem. s. Deum accedit p̄ sanctam consideratione͂, oratione͂, & affectũ, illi calor (q̄ est domum Dei) aduenit admirabilis, ex ipso cælesti igne communicatus, qui eā inflammat ardentissimamque facit, & efficit ut supra se ipsam ad perfectissima erigatur. Sed proh
18 dolor, quam pauci ad hoc bonum accedũt? O ignis actiuitatis, & potentiæ infinitæ, quando corda nostra concremabis? quando consumes has labes & fæces, quibus sumus infecti? quādo nos combures; & nobis applicabis hunc diuinũ calore͂, qui nos calefaciat ardentesque reddat in tuo sancto seruitio? O fratres mei q̄n quide͂ cognoscitis hunc calorem qui diligētiā producit, domum esse Dei eo diligentissimè illum exposcite, nocte dieque orantes, accedite ad hunc diuinum ignem, ut hunc effectum percipiatis. Ex nostra profectò ignauia & otio patet, quam rarò hoc faciamus. Sed dices. Pater, indignè quidem conquereris, & homines otij
19 immeritò reprehendis: quando enim plura fuerunt negocia? quando plures lites, quam nunc? Ito in plateas, exi in uias, propera ad tribunalia, & experieris quidnam agatur & quanta solicitudine homines agantur, vere hi omnes arbitrabuntur se non esse otiosos cum se tot curis ac laboribus oppressus intueantur, sed nihilominus dico
Simile. omne illud otiosum, qđ ad animæ salutem nihil conducit. Quemadmodum cum uidetis pueros occupatos in instruendis casulis luteis, & equitando hũc, atque illuc in arundinibus diuagantes, ipsos otiosos iudicatis, etsi ipsi sibi uideantur occupatissimi. Sic cũ Deus nos aduertat his intendentes, quæ facile corruunt, & nihil de aīæ salute cogitantes
20 nos toto die uitæ iudicat otiosos: hæc. n. oīa nihil aliud sunt q̄ luteas casulas instruere, quæ cras diruentur, atque in arundineis
Prou. 1. equis equitare ad spiritus afflictionem. Quapropter sapientia clamitat in plateis: usque quo paruuli diligitis infantiā, & stulti ea, q̄ sunt sibi noxia, cupiunt. Quod magis hac in re admiraturi eratis, est quod dicit Spiritus Sanctus. Hęc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, abūdātia & otiū. Quid speratis, qui habetis testes contra uos podia, quę conteri
Eze. 16. tis, uias quas cursatis, ludos, quibus utimini, &c. Et (quod magis admiror) dicitis: Eamus ad conterendū parū tēporis. Aduertite quęso, uos scitis quid præ manibus feratis nihil aliud est: quā, utrum in perpetuū ut in-

piorum sedes detrudendi ad cælestia regna, ut Deo fruamini sitis extollendi. Et nondū lite͂ aduertistis, nec cām perpendistis, processumque uestrū cōsiderastis, & estis otiosi, ac si in p̄petuū damnari, cęlestemq; beatitudine͂ admittere, esset p̄dere corrigiam calcei. O rem p̄petuæ amaritudinis lachrymis lachrymādā, q̄ in foro religioso litigat nunq̄ 21
defecisset: patronum solicitās, relatoreq; stimulās, secretarium rogare, nō satiatur iudices uiscens, nō deficit auxilia quęrens, q̄ sint sibi utilia. O Iesu sacrosancte, q̄ admirabilis est solicitudo litigantis, & sæpe pro nihilo, uel p̄ re minime attinente? O aīæ negligentes ac pigræ; tā accurate litigatores solicitāt p̄sertim cū p̄ferenda est snīa & uos, cū cā uestra tm̄ attineat, in qua agit̄ de regno; & tali regno: tam alto sopore dormietis? Exite, exite & solicitate beatissimā Virginem, & sancto Apostolos, rogate oēs sanctos, & agite hanc cām diligentissimè. Aduertite uos uenturos esse in iudicium, ubi de omnibus rationem reddati. Quapropter ne 22
tempus frustra consumatis.

Transacto iam die dicit Dñs: *Voca operarios & redde illis mercede͂ suam.* Statim uult operarijs merces reddat̄. Sic uos nunc facitis, nihil minus. Accedit pauper operarius, pecuniæ suæ indigens. Dñe, ponamus rōne͂ inter nos. Illicò acriter respondetis, ac si seruus uester esset. Redit iterum pauper mercenarius, & in eū Dñs tanquā furentissimus Leo inuenitur, dicens: Abi hinc si iterum petis percutiam te. Ita nobis? pro mercede flagella reddis? sic soluit diabolus seruis suis, iubet eos laborare, sudare, & acquirere, eis promittēs honores & satietate͂: merces aute͂ quam reddit, est, in inferno eos torquere in
ęternū. Ecce exemplar tuū. Laborauit famu 23
lus tuus noctu dieq; cū uero mercedem exposcit & audet queri; dicis, faciam illū flagel Iud. 15.
lis cædi hoīem perditū. Itaq; ne quidem miseri audēt conqueri. Arripuerunt filij Dā misero Michæ eius idola, sacerdotem, & quicqui domi erat, diripuerant: paruulos, pecora, plurimaque auro & argento fabricata, & quia exiuit proclamans ad eum reuertuntur, ac si nihil danni illi intulissent dicentes; quid tibi uos? cur clamas? Videte quam parum sentiāt illatam incommodum: quibus Michas respondit. Tulistis omnia quæ habeo, & dicitis; quid tibi est? aiunt illi. Caue ne ultra loquaris ad nos, & ueniant ad te uiri animo concitati, & ipse cum

domo

domo tua peream. At ille his uerbis, metu perculsus, ut uidens ꝙ fortiores essent reuersus est in domum suam. Ecce; quid inter vos agatur. Aduertentes enim pauperes, omnia sua, sudores, ac labores suos à uobis diripi uix audent clamare, uestris minis exterriti, & uestra tyrannide remanent defraudati. Non huiuscemodi est noster Deus, sed pe-
24 racto uitę die statim cum mercede fidelibus operarijs occurrit. Quamobrem inuictum asum capiamus ad laborandum in hac ui-
Esa. 27. nea, q̃ est Ecclesia, de qua dixit Esaias Dei noīe. In die illa uinea meri cantabit ei, ego Dominus qui seruo eam repentè propinabo ei: ne fortè uisitetur contra eam nocte & die seruo eam. His uerbis ostenditur, quod oportet esse præcipuum munus, & exercitium eorum, qui in hac Ecclesia militanti degimus, siquidem ea nūcupatur uinea me ri, & hæc illi laus attribuitur. Conuenit igitur ut omnem nostrā curā adhibeamus ad pducendū amorem purissimū & oīs imperfectionis expertē, tam erga Deum, quā erga proximos, ad hoc enim ait Dñs nos custodiri, & ideo affirmat se pluuiam opportunam repente mittere, pluuiā (inquā) suorum beneficiorum ac dulcedinis, & nos à se protegi in die prosperitatis, & nocte tribulationis, qđ
25 nisi hunc fructum tulerimus nos his verbis minatur, dicens. Ne forte uisitetur contra eam, i. quia hunc amorem & charitatem nō habuit, ne forte cōtra nos hostes exurgant, & nos destruāt, ꝙ si his uerbis comminatus est Synagogam, quo supplicio digni erimus qui in lege gratiæ uiuimus post tot eamque præstantia beneficia accepta? Et tñ de nobis
Deu. 32 dici poterit ꝙ de illis dixit. Vua eorum vua fellis, & botrus amarissimus. Hęc est igitur fratres causa ut uisitetur contra eā, i. ut nos experiamur ita Mauris obsessus, ac Turcis, totque hostibus oppressos, s. ꝙ loco amoris fellis amaritudinem reddimus, quę à nostris maximis criminibus dimanat, hic est enim
26 Dei mos, aliquos peccatores assumere qui sint aliorum carnifices, ut per Esaiam dixit.
Esa. 10. Assur virga furoris mei, in manu eius indignatio mea, ad gentē fallacē mittā eum, & contra populū furoris mei mandabo illi, ut auferat spolia, & diripiat prædā, & ponat illum in conculcationē, quasi lutū platearū. Ipse aūt nō sic arbitrabitur, sed ad conterendū erit cor eius, & ad internecionē gentium non paucarum. Assur uocat hic Dñs regem Syriæ, qui fuit virga irę suæ, ipso namque eiusq; impijs Deus Hebræos flagellauit, & si ipse nihil tale cogitabat, nihil. n. aliud intendebat, quam suarum passionum furijs indulgere. Ecce pręscriptionem earum rerum quas quotidie pro nostris sceleribus experimur. Siquidem nos cernimus tanquam lutum platearum, tot, tantisque hostibus attritos. Deus Turcam fulsit, ac tot regis adauxit, ut eo tanquam uirga utatur, qua in nos crudelissimos hos ictus inferat, quib. quoti- 27
die uexamur. Ipse autem non sic arbitrabiť non ipse intendit Deo illatam iniuriam ulcisci, sed plura regna acquirere conatur, & ad altiorem statum peruenire: Dei uero intentio est de nobis supplicium sumere huius tyrāni, & horum similium afflictionib. Quocirca fratres diligētissimè intendamus iram superni iudicis mitigare uitā nostram corrigentes, debitumq; fructum reddentes, quod est uinū pretiosum, & intestinus amor, sic. n. si nos in officio fuerimus, in nos Deus gratiam suam conferet modo, & post ea gloria coronabit, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, qui cū Patre, & Spiritus sācto uiuit & regnat in sæcula sęculorum. Amen.

Dominica in Sexagesima.

Cum turba plurima cōuenirēt, et de ciuitatibus properarent ad Iesum dixit per similitudinem, &c. Luc. 8.

Vidēs Dominus noster multitudinē ad se uenientiū, pposuit 1
parabolā sine similitudinē ad ostēdendū nō omne esse aurū ꝙ relucet, nec omnes auditores diuini uerbi ex eo fructū percipere. Exijt qui seminat seminare. *Narra literā usq; ibi:* Hæc dicens, clamabat. Postquam filius Dei proposuit hominem docere uiam regni cœlorum, heroicus stylus quem nos suam cœlestem doctrina, docendo seruauit singulare, & eximium de eo perhibet testimonium, cum enim nos rusticos & ineptos anī maduerteret, uoluit nos docere secundum sermonem nostrum. Itaq; nostrę obiectioni 2
sese accommodauit. Si quis ex Flandria ueniret, & nos uellet admonere de ijs quæ illic geruntur, si Flandrio sermone uteretur Simile.
dici posset ei, Dñe ati ēde ꝙ in cassum laboras, sermonē. n. hunc nos non intelligimus,

quapropter ut intelligatis, opus est ut nostro
sermone id loquatis ea propter filius Dei ne
hoīes possent dicere se eum non intelligere,
ne ve in eius iudicio possint excusari, no-
luit uos alloqui angelico sermone, aut subli
miori stylo quam nostrum requirebat inge
niū, & sic nobis posuit sua mysteria in simi-
3 litudinib. earū rerum quas passim manibus
contrectamus, q̄ sint claræ ac planæ, & hæc
est fere potissim. rō, quare diuinus Magi-
ster noster in parabolis, nobiscū loq. voluit,
sub quibus altissima latēt mysteria. Propo-
suit igitur hāc parabolā agrestis officij agri
colæ, ne diu similitudine moraremur, sed
arcanum diuinum, q̄ sub latet, inuestiga-
Simile. remus. Si tibi daretur capsa exterius mirifi-
cè perpolita ibi satiarētur oculi, nec memi-
nisses illa aperire, ut uideres preciosa, quæ
intus recondita erāt, si uero de illa bene au-
disti, & foris nihil est preter quā sollicita mu
nitio & structura incepta, protinus peteres
clauem & illā cuperes aperire. Hoc accidit
in similitudinib. Euangelicis & præsertim
in hodierna. Et sic statim attulit discipulis
desideriū ut sibi patefierent, & diuinus Ma-
gister demonstraret, quidnam intus late-
bat, cum dixerunt. Edissere nobis parabo-
1.Co.2. lā, &c. Eadē claritatē pdicarunt postea Apo
stoli, ut ait S. Pau. de se loquēs. Sermo meus
& pdicatio mea non in persuasibilibus hu-
manæ sapientiæ uerbis, sed in ostēsione spūs
& uirtutis, ut fides nostra nō sit in sapientia
hoīum, sed in uirtute Dei. Verba plena spi-
ritu, uirtute, & bono exēplo sunt instrumen
ta, q̄bus Spūs sanctus aīas ad se allicit, quo-
Simile. circa uana Rethorica nō congruit huic ne-
gotio. Decora columna alabastri perpolitè
insculpta nō indiget albedine, aut alijs co-
4 loribus, ipsæ.n. picturæ eā deformarent. Sic
ēt gemmæ nullā aliā lucem præter suam pa-
tiunt' aliqua sunt quæ cum arbitremini illu
strare potius inficietis. Intendite quæso ada-
mantem, aut smaragdum coloribus illustra
re magnā quidē illis inferretis iniuriam, &
potius decolorabitis q̄ decorabitis, sic su-
blimis sapiētia & doctrina S. Euangelij non
indiget exornari humana Rethorica, nec
alio splendore, quā suo. Pictoræ eloquentiæ
hoīum dedecent illam, esset namque hæc al
5 bedo impertinens, & impolita quæ propriū
candorē ipsius tegeret, qui quidē est excel-
lens & præstans. Disposuit altissimus Deus
ut suū Euangeliū prędicaret, & mysterium
fidei nostrę uerbis supplicibus scriberet gra

uissimis, ac uerissimis sermonibus pro-
ferret, & hæc est diuina quędam eloquentia,
nō uero puerilis uelut humana Rethorica.
Hoc tñ nō in eligunt filij huius sæculi, q̄
uerborū eloquentiā attentius cōsiderant, q̄
substantiā, & rerum ueritatē perpēdant. In
oibus artibus mechanicis quilibet artifex
ppriis utit' instrumētis, architectus utit' ser-
ra, dolabra, & alijs instrumētis, faber ferra-
rius hēt limā, forcipē, & alia instrumēta: sar
tor acū, digitaleq; hēt, & uelut faber ferra-
rius, nō utit' in suo officio accu, sed malleo,
& sartor nō malleo, sed acu, sic cōcionator
nō dēt uti nisi diuinis uerbis & sanctis, quæ
sūt mallei, & instrumēta huius diuini my-
sterij, ut expresse dixit Deus p Hiere. Nun Hier. 10
quid non uerba mea sunt quasi malleus
conterēs petras? Si ergo in oibus artibus me
chanicis unusquisq; artifex suis utit' instru-
mētis, quare inuestigabit pdicator gentilita
tes, & eloquētias uanas, q̄ ipsum extinguūt?
maledictio grauissima data est à Deo He-
bræis, & ut arbitror, ad nos puenit, pro no-
stris sceleribus illud, q̄ dixit p Isaiam. Ecce
Dñator, Dñs exercituu auferret ab Hierusa- Isa. 3.
lē & à Iuda oē robur panis, non dixit panē,
q̄a doctrinā nō abstulit Deus, q̄a in hac tem
pestate est multo maior q̄ olim, sed ait, ro-
bur panis, i. q̄ auferet, Deus robur à prædi-
catoribus, uirtutē, bonū exemplum, sanctā
uitæ rōnem, spiritum, puritatem denique uer 7
borū subtrahet efficaciā, quibus usuri sunt
in concione, ut tam parum fructus afferant
sicut experientia compertū est. Et populus
meus dilexit talia. Suppliciū est Dei, quia
iactas te curiosum permittit Deus, ut ea ti-
bi prædicentur, quæ cupis, ut nihil aliud per
cipias, & dicas, nōne uidistis quam facere lo
quutus est? Heu me miserum, me miserum,
non hoc est robur panis, quod alit, sed stipu
la, non aduertis te nullum granum in domū
deportare? q̄ sicut uenisti cum eadē praua 8
intētione redis. Oportet te redire effectuum
paruulum compunctum metu perculsum
& cum constanti proposito, non remanendi
amplius in peccato, & recte aduertas quan-
tū tibi desit ut sit eas. O pater luminum, illu
mina pro tua benignitate tā cōcionatores,
quā audiētes, ut hoc graue dānum aīaduer-
tant. O concionatores attēdite, precor, pro Ro. 12.
amore altissimi Dei, quod D. Paulus prin-
ceps prædicatorum, inter dona Spūs sancti
annumerat, qui docet in doctrina. Donum
spirituale est populū erudire, & donum est
etiam

etiam Dei bonus usus huius muneris, quod est in doctrina, i. à Deo reuelata: hic locus est ualde utilis prædicatoribus & populis: vt doceant in doctrina, & siquidem sunt dona Dei, ut utrique ea ab altissimo numine instantissimè deposcamus, & ad hoc maxime necessaria est oratio assidua tam concionatoribus, quam auditoribus. &c.

9 Vt summus concionator mundi totã parabolã proposuit, cœpit exclamare, dicens: Qui habet aures audiendi audiat. O æterna sapientia, ò uerbũ infinitæ potẽtię quis audiret uoces tuas, & diuinas uociferationes? quõ potuit remanere uestigium obdurationis in his pectoribus, q̃ tales clamores perceperunt? Vt igit cognoscatis q̃ parum pro fuerunt illis marmoreis cordibus efficacissima uerba Christi Dñi nostri ex Marco colligitur, hos oẽs ignaros parabolæ & eius sẽtentiæ redijsse, cum nec minimu quidẽ uerbum intellexerint, nec de ea curauerint, dicitur enim ibi, quod cũ esset singularis, interrogauerũt eu hi, qui cũ eo erant duodecim, parabolam. Si ergo discipuli non intellexerant, quo alij intellexissent? Et si ij, de quibus dixit S. Lucas, cum de ciuitatibus properarent ad Iesum: ineptis auribus fuerunt ad audiendũ, & in cõcione tanquã Banausi fuerũt, quid de uobis fratres charissimi põt sperari, qui huc domo uenitis, nec ex multis millibus passuum, nec properãtes, sed pigri, & tepidis cordibus? Aut potestis rñdere: si iremus, ad fontẽ qui guttatim manat aqua uelut sublimatorium necesse esset, ut, qui uellet aquam colligere properaret diluculo, sed uenimus in fontẽ cuius flucta nunquam exhauriuntur, ideo quocunq; modo & si lenter ueniamus, sufficit. Si esset hic diuinus fons, Christus Iesus Dei filius, tanquã Isaac, qui cũ benedixisset Iacob, & postea accessisset Esau petens ẽt benedictionem, ei rñdit pater, frumento & uino stabiliui eu, & tibi post hæc fili mi, ultra quid faciã? cui Esau ait, nũ unam tm̃ benedictionem nõ habes pater? non sic est noster bonus Iesus, q minimè poterit exhauriri, nec illi poterunt deesse benedictiones ad oẽs, quamobrẽ nõ est opus, ut ad hunc fontẽ festinanter ueniamus. Gaudeo fratres uos ita de Deo existimare, sed aduertite, q quãuis ei aqua nunquã desit, poterit tñ uobis uitã deesse ut eã quæratis; etiam dico, q uenire ita pigre & (ut uidemini) moleste, est inepta dispositio ad hauriendam aquam ex hoc fonte diui-

Marc. 4

10

Gen. 27

11

no, qui cupit hoĩes, eius sitientes. & experiẽtia patet quam parum eam sitiamus, cum tam sicci domos reuertamur. In Esdra legimus cunctum populum, Sãctũ Prophetam Esdr. 2. rogassent ut eis legis diuinæ libros perlegeret, quod faciente, oĩs populus intentissimus audiebat. Flebat. n. omnis populus, & amarissime lachrymati sunt, quod eã nõ custodierint, itaq; opus fuit ut sacerdotes eos consolarent, dicentes. Nolite flere neq; contristari. Gaudium etenim Dñi fortitudo nostra est, gaudete (aiunt) talem. n. habemus Deum, qui nobis ignoscet. Hi cum irent opinantes aĩæ emolumentum, solummodo q legẽ simpliciter prolatam audierunt, hoc suffecit, ut cõpungerentur, & maximam lachrymarũ copiam profunderent. Modo uero ita sceleribus delibuti acceditis, & ita somnolẽti, ut audita lege, terribilibus minis diuinis promissionibus, alijsq; quam plurimis ronibus, quæ marmoreas quidem statuas possent cõtringere, ita sicci, sine cõpunctione, duri, quam alacres, tamq; securi, domũ reuertimini, ac si fabulam audijssetis. O infernam pertinaciam, ò homines pestilentissimis beneficijs deuotos, quis uos in hãc insaniã deuexit, & tanquã in statuas conuertit? super uos incidit maledictio, quam hodie dixit summa ueritas. *Cæteris autem in parabolis, ut uidentes non uideant, & audientes non audiunt.* Terribilis maledictio est, vt nec credant, nec intelligant, qd sibi dicitur. In Gen. dixit Loth generis suis. Surgite, & egredimini de loco isto, quia delebit Dñs ciuitatem hanc, & uisus est eis quasi ludens loqui. Permissio fuit diuina ut arbitraretur eum iocari ut etiam comburerentur, tales enim illi forsitam erant, quales & incolæ illius perditissimæ ciuitatis. Ex his exẽplaribus colligetis, fratres charissimi, quã necesse sit Deo humiliter supplicare ut corda uestra illuminet, & peculiari auxilio uos adiuuet, cum ad audiendã prędicationem acceditis, ut faciebat Dauid, dicens. Defecit in salutare tuum anima mea, & in uerbum tuum super speraui. Defecerunt oculi mei in eloquium tuũ, dicẽtes: qñ cõsolaberis me, quia factus sum sicut uter in pruina. Dñe anima mea defatigata defecit sperans in tuo diuino remedio, & maximè speraui, quod mihi pollicitus es oculi mei defessi sunt, dicẽtes Deus, qñ cõsolaberis me? quid oculi loquuntur, qa dicit Dauid, oculi mei dicẽtes, loquũtur, qdẽ. Sic. n. Deũ oraturi sumus vt lingua &

12

Gen. 19

13

14

Ps. 118.

oculi sic cęlo sint affixi, manusq; ita erectæ
& oēs sensus intenti, ut oēs clamare, & expo
Simile. scere uideantur. Ita catulus sub mensa fame
licus oībus corporibus suis membris cibū
videtur petere. O sancte Dauid, quare tā effi
caciter Dei auxilium contendis? quia factus
sum sicut uter in pruina. Vter, qui est ad ae-
rem, pluuia, & gelu, ita pice coarctatur, ut q̄
15 uis ad foramen multi aspirent, nequeant ta
men illum relinire & ampliare, ut possit in
gredi liquor quo imbuēdus est, quousq; pa-
rumper igni applicetur, & calores relinatur
& amplietur, & liquor dispositionē reperiat
ad ingrediendum: hoc significat Dauid il-
lis uerbis. Quia factus sū, &c. Etsi Domine
homines mihi instant prædicationibus, ad
monitionibus, reprehensionibusq; suis, non
sufficiunt ad regelādam animam meā quæ
est arcta, & peccati frigore rigida. Sed tu Do
mine ignis immēsæ efficaciæ, & sol iustitiæ
ipsam regela, & amplia, eamque ab omni
iniquitate abrahe, ut tuorum donorum ac
gratiarum liquore possit adimpleri.

Cœpit diuinus Magister parabolam expo
nere, dicens. *Semen est uerbum Dei.* Quia se-
16 mēn se fructum uirtualiter continet præ-
cipuus sator, qui exiuit ad serēdū, hoc semē
fuit ipse Iesus Christus filius Dei, q̄ ut illud
seminaret sanguine sudauit. O diuine agri-
cola, q̄ ad excolendū agrū boues non q̄sisti,
sed pfractis, & laceratis humeris tuis aratrū
crucis imposuisti. Sed est ualde dolendum,
quod cū tā peritus esset sator, & semen tam
fructiferum triplex illi accidit infortuniū.
Pars. n. seminis in uia cecidit, &c. O verbum
sanctū quare nullū affectū producis? quia ex
cidis in uia. Terra itineris dicūtur homines
positi in occasionibus, q̄ sunt iter absq; ual-
lo, q̄ quilibet pōt cōterere, homines absq;
timore Dei, q̄ occasiones non fugiunt, sed
potius directe eas inquirunt. Qū Dina filia
Iacob exiuit ad uidēdos agros Sichē ut in il
Gen.34. lis delectaret, arbitrata est ibi pter fęminas ess
se neminē, cū tū essent homines ēt, & ita vir
17 ginitatis thesaurū amisit, sic multę fęminæ,
exeūt domo, arbitrātes solas mulieres se ui-
Exo.19. suras esse, & postea uident homines, & tales,
q̄ sufficiunt ad eas pdendas. Qd si hoc acci-
dit ijs q̄ exeūt cū bona intentione, q̄d erit il
lis, q̄ ad nihil aliud exeunt, quam ad quærē
dā iniquitatē. Dixit Deus Hebræis. Cauete
ne ascēdatis in montē, neq; tangatis fines il
lius omnis q̄ tetigerit montē, morte morie
tur. Mirabile quidem est Deum pręcipere ne
digito quidē tangatur mons, & omnis q̄ te
tigerit morte moriatur. Et causa est, q̄a in-
telligit Deus nostrā naturā, scitque quod si
ponatur in occasione statim labitur, & ideo
non solū pręcipit ne montē ascendant, sed
ne illum digito attingāt, sciebat enim, quod
postquā digito tetigissent manu ēt tracturi
erant, & postea pede, & paulatim tandem fo
re, ut ascenderent ad montē ad intuendam
maiestatē Dei quā tūc soli Moysi manifesta 18
re uolebat. In his omnibus significauit, q̄
obijciēs sese quis occasioni, obijcit se initio
omnis inobedientię. Verbū diuinū, q̄ cadit
in homines huiuscemodi, postquā cecidit &
audit est. *Venit diabolus & illud ab corū cor*
dibus extrahit, ne forte illi credētes salui fiāt.
Perpendit diligēter, quod non ait Dn̄s, Dæ-
monem auferre uerbū ab intellectu, uel à sē Gene.
sibus. Parum. n. refert diabolo quod uerbū
diuinū per aures ingrediatur, lingua profera
tur, & intellecta imaginetur, nisi radicitus
cordi per affectum effixū sit. Sępe potius il-
lud in memoriā homini reuocat cum uult
peccare, ut grauius delinquat: sic, cum uellet
Euam decipere, illi in mentem reuocauit p̄- 19
ceptum Domini dicens, cur præcepit uobis
Dominus, &c. Nec forte postea ignorantiā,
obliuionem ve prętenderet. Itaq; quod ma-
xime intendit, est verbum auferre, & delere
ne diu in corde tuo maneat, & eius amore
capiaris. Quā ob rē fratres mei, diligēter cu
rare debemus, diuina uerba in intimo cordis
nostri recondita conseruare sic faciebat Da
uid cum dicebat. In corde meo abscōdi elo
quia tua vt non peccem tibi. Quod valde
amamus, in corde locamus, & ibi repositum
nō possumus obliuioni facilè tradere. Diui- Ps.118.
næ legis & Dei sermonum simus arden tissi-
mi amatores, hoc est. n. illum in corde repo-
nere. Hoc modo etiam percipiebant diuina
eloquia illa, quibus scribebat D. Paulus, di-
cens. Epistola estis Christi ministrata à no- 2.Co.4
bis, & scripta non attramento, sed spiritu Dei 20
viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis
cordis, itaque uerba beati Pauli, & Iesu Chri
sti in intimo cordis scribebant, & illa in eo
rum animis assidebant, ipsique eorum amo
re tenebantur. 1.Tim.4

Secunda pars cecidit inter lapides, & hi
sunt, q̄ exteriori aspectu sancti apparent, in
terius uero pleni sūt odijs, simultate & du-
ritiæ; hos plorabat D. Paulus dicens. Caute-
riatā cōscientiā habentes. Hæc metaphora
denotat, q̄ quemadmodū illas pars carnis

quę est cauteriata, manet dura & insensibilis sic hi omnem spiritualem sensum amiserũt. Quando aliqua tabes est obdurata apponi solet illi aliquid blandimenti ut molliatur. Si sentitis fratres tabefacta corda & obdura
Simil. ta, curate eis mollities apponere & Deum rogare ut corda lapidea à uobis auferat. Mõ te reuoluite tormenta, uerbera, & vulnera, quæ dulcissimus Iesus pro uobis perpessus
22 est, & si hoc nõ sufficit recordamini durissima tormẽta quæ uos in inferno manent: recordamini quãtũ pp peccatũ amittitis, uisionem, s. & societatem beneficiam Dei, qua in perpetuum frituri essetis. O quam admirabilia, & efficacia unguẽta hæc, miserum cor quod his non mollescit.

Tertia pars cecidit inter spinas. Spinas vocat Dñs diuitias q aliĩ icũt, stimulãt, & agũt qrũ nobis nõ uidẽ spinę eo vo luptati sũc
Simile. sunt, uõ minor, nã q spinas manicis ferris colligit q̃rumeñq; uepres acuti sint nõ ei uocebũt sic ẽt cor ĩdutũ auaritia & ambitione coopertũ ñ sẽtit molestias, & solicitudines, quas terrena oĩa secũ afferũt, nõ. n. eas molestias
23 existimat, sed nõ ideo desinũt esse spinę. Et tu ambitiose, & auare, es rubus quidã, qui lanã ouiũ ad te accedentiũ apprehẽdis, & tonsas demittis, & sæpe excoriatas, & plerunq; mortuas. Verũ sæpe contingit, ut cũ pastor
Simile. diligens aduertit in aliquo amœno pabulo rubũ esse ouilis lanæ plenũ, iratus torrẽ arripiat, & cũ spinis applicet, ut concremẽtur. Tales sunt hi potẽtes, qui pauperes affligũt, & nõ uineas, nõ domos ipsorũ diripiunt, quousque eos oĩbus suis spolient. Sed diuinus Pastor cũ harum iniuriarũ, quibus miseri afficiuntur, non obliuiscatur, quando minus arbitrati fuerint eos in æternũ combu-
Sap. 6 ret. Scriptũ est. n. potẽtes potẽter tormẽta patientur. Euellite ergo hos uepres, & abstra-
24 hite has solicitudines, & curas inanes stultitis, ut uerbũ diuinũ uobis proficiat: terra bona. *Hi sunt qui in corde bono et optimo audiẽtes uerbum, &c.* Corde bono sunt homines bonę indolis, bene morati, quod ad salutem animæ requiritur, & non solum habent hoc ex natura, sed optimo, idest, sunt homines uirtutibus exornati, & bonis moribus imbu-
1. Cor. 1. ti in his tanquam in terra optime disposita uerbum Dei radices agit, fructum afferunt in patientia. Hoc dicit, quia ad ferendum fructum opus est patientia. Ideo D. Paulus appellat uerbum Dei, uerbum crucis: hoc illi nomen tribuit, non solum quod annunciat nobis salutem humani generis per crucẽ factã fuisse, sed etiam, quia idẽ uerbũ secũ affert crucẽ, & docet grauia & molesta operari, ad quæ necessaria est patientia: sicut q seminat sudat & laborat, nec illico fructũ pcipit, sed patienter fert, sperans se suo tẽpore collecturũ esse, ut ait D. Paulus de Abrahã, Hebr. 6.
qui longanimiter ferens adeptus est repromissionẽ. Ob hanc cãm, cum S. Ioanne vidit multitudinẽ illã spirituũ beatorũ, quã dinumerare nemo poterãt, & interrogauit Ange- Apoc. 7.
lũ, quę nã esset gens illa, cui Angelus respondit, isti sunt, qui uenerunt ex magna tribulatione & lauerũt stolas suas in sãguine Agni: non erant omnes martyres, multi enim ibi erant & confessores, & virgines, & alia plurima sanctorũ genera, & nõ meminit, nisi, qui uenerunt ex magna tribulatione, qui patienter tolerunt omnes aduersitates, quæ illis obiectę sunt: al a mul a uirtutum opera executi fuerant, sed uoluit eos eã uirtute nuncupare, quæ ad omnes alias est necessaria Dominus illam nobis (quæ ipsius est misericordia) concedat: ut cum ea cœlesti gratia comparata ad æterne beatitudinis fructum percipiendum peruenire mereamur: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Dominica in quinquagesima.

Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos secretò, &c. Luc. 18.

IN hoc uerbo, secretò, nos diuinus Magister docet, quo secreto nostras sanctas intentiones exequi, & quibus eas reuelare debeamus. Si Deus in corde tuo inserit ut mũdũ relinquas, & aliq perfectã uiuẽdi rationẽ amplectaris, id viris Apostolicis, & virtute prẽditis cõmunices. Cato Censorius affirmabat triũ se pœnitere, quotiescũq; ea cõmittebat. Primũ erat mari nauigare, cũ posset terra iter facere. Secundũ, quod diẽ aliquem otiosum prætermisisset. Ter- 2.
tiũ, quod arcanum suum aliquibus detexisset. Fuluius Romanus reuelauit uxori suæ magnum arcanum, quod ei dixerat Imperator, ipsa uero cum retinere illud non potuisset, atq; Imperatoris aures deuenisset grauiter Fuluiũ puniuit, ipse uero diffidẽs proposuit, ut se interficeret, quod cum coniugi dixisset, illa respondit. Merito te hoc supplicio punies, siquidem post tot annos leuitatem 3.

tem meam non expertus es, quod si expertus fueras, quia ei fisus es. Verū etsi tu prior in culpa fuisti, ego in pœna prior esse uolo, & hæc dicens, se interfecit, & post eam uir eius. O quot, etsi non moriuntur morte corporali, spirituali tandem interitu pereunt, & in maxima pericula deueniunt, aut magnas uirtutes nō exequuntur, eo quod cordis sui secreta, quibus nō debuerant, reuelarint. Quocirca etsi omnibus amicos uos esse oportet, paucos tamen secretarios &
3 cordis uestri quæstores conuenit habere, vt docet Spiritus Sanctus, dicens. Mille paci
Eccl. 6. fici sint tibi, consiliarius autē unus de mille, &c. Arcanum igitur tam secretum, quod Dominus discipulis reuelauit, fuit, se ire Ierusalem ad crucem figendum. *Ecce ascendimus Hierosolymam.* Mori uoluit Hierosolymę, quia nullibi potuit necessaria nequitia reperiri ad crucifigendam summam probitatem quæ in Christo erat, præterquam ibi. Quia inuidia nullum inter dispares locum habet, sed inter eos, q sibi uideri, sunt æquales. Homo dissolutus, & uitæ immoderatus, non solet cum eo competere, qui in perfecto sanctitatis gradu degit, nec abiectus & debilis cum potentissimo cōtendit. Perfectio Christi Redemptoris nostri tanta fuit, ut nullius
4 male uideri posset, præter quam ijs, qui sanctitatis speciem præ se ferebant, eius potestas, ita miraculorum admiratione confirmata erat, ut necesse esset maxima potentia, quæ ei auderet opponi, & quia Hierosolymis erant homines ita superbi, & (ut sibi uidebantur) sapientes & malitia pleni, ut sibi persuadere possent cum hoc summo bono competere, ideo illic eius mors orta est, ibique Christus Iesus, nostri amore uictus uitam pro nobis uoluit relinquere. Secūdo mori ibi uoluit, ut patientię suæ magnitudini faueret, iniuriæ enim publicæ, & in locis honēstis maiorem exigunt patientiam, quā secretæ, aut in locis priuatis acceptæ.


Cum ergo de sua morte Dominus noster ageret, est ualde notandum quomodo statim subdidit. *Et tertia die resurget.* Et hoc fecit ut responderet calumniæ, quæ ei posset obijci. Ad hoc intelligendum necesse est il-
5 la uerba B. Pauli itelligere, Dicit.n. ut q.d.n.
Rom. 5. Christus, cum adhuc infirmi essemus, pro impijs mortuus est, & statim inferius ait. Cū adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est. Et inferius ait. Cum inimici essemus, reconciliati summus Deo per mortem filij eius. In his quatuor uerbis nobis ponit Sanctus Paulus quatuor titulos miserrimos, scilicet, infirmi, impij, peccatores, & inimici. Vt intelligētes significationes horum nominum cognoscamus quales simus, cum in peccatis existimus. Infirmi, significat debilitatem in quā incidit homo per culpam, quia amittit robor animæ, quæ est gratia, quæ animam corroborat, & aliquomodo participē facit Dij oīpotentiæ, ut ostendit idē Apostolus, cum 6
dixit. Oīa possū in eo, q me confortat, & sic Ephe. 6.
nos monuit. Cōfortamini in Domino, & in potentia uirtutis eius. Et sic hō sine uirtute & gratia est debilissimus, & quocunq; ictu huc, atq; illuc attrahitur. Impij dicuntur quia nō habent illā debitā obedientiam, & humilitatē erga diu, nā uoluntatem, tenetur nam que hō subijcere se diuinę uoluntati tanquā regulæ infallibili, & nostrorū actuū moderatrici, & qui uoluntatem suā diuinæ præfert, præcipue in his, quæ attinent ad religionē dicitur impius. Dicuntur peccatores, qui operantur contra rectitudinem mentis suæ ac rationis, & cum hō in omni culpa ab hac 7
rectitudine recedat, dicitur peccare irrationem innatam. Et hoc significat, quod S. Pau- Ro. 14.
lus dixit. Omne, quod nō est ex fide, idest p fidelitatē rationis illuminatis & docentis peccatum est. Appellātur inimici, quia ueræ amicitiæ leges uiolāt, quas Deo debent seruare. Et cū tales essemus exaggerat Beatus Paulus, quod pro nobis mortuus est, & quod hic ad nostrum propositum pertinet, est, quod loquens de hac sancta morte toties hic repetit Apostolus hoc uerbum, secundum tempus, quod ad idem propositum dirigitur, ad quod dicit Dominus noster. Tertia die resurgam. Et opprobrium, quod cum eo euitatur, est respondere ad illud quod poterat dici. Prudentia, quæ animę est oculus docet, minus pro pluri in periculo ponendum, dare quod ualet mille pro eo, quod ualet duo, nō est prudētia. Opponens igitur Iesus Christus uerus filius Dei uitam suam, (quæ etiam inquantum hominis est, quod sit uita humanitatis unitę cum diuini- 8
tate excellētior est oībus creaturis (imò) ut D. Th. 1
ait S. Thomas. Gratia hoīs iusti maioris est 2. q. 113
pretij q̄ totus terrarū orbis) p redēptione no ar. 9.
stra: posuit q est maius p eo, q est minus, q iuxta supra dictū uidet in prudētiæ factum.

Ad hoc dubium respondet D. Paulus, qd absolute non daret Dominus noster Iesus

Chri-

Christus uitã suã pro humana salute, nisi eã
recuperaturus esset, sed dedit illã scdm tem-
pus illis tribus diebus tantũ. Et ad eandem
difficultatẽ respondens hic affirmat summa
prudentia, & ęterna sapientia. Tertia die re-
surgam. Pensate diligenter super omnia fra
tres mei, quomodo hic fidelissimus amicus
noster cum ageret de suis ignominijs, eas
tã copiosè refert, gloriosã uero resurrectio-
9 nẽ uno uerbo claudit. Idem reperietis apud
Euãgelistas, q tã breuiter huius sanctissimi
Dñi honores comprehenderunt ut dictu sit
admirabile: ut narrent lętitiã, & cãtum, q in
eius natiuitate excitatus fuit uno verbo cõ-
prehendunt dicentes. Facta est cum Angelo
Luc. 2. multitudo militiæ cælestis laudantiũ Deũ,
& dicentiũ. Gloria in altissimis Deo. Illũ tã
admirabilẽ Regum aduẽtũ breuissimè nar-
rant, & procidentes adorauerũt eum. Ineffa
bilẽ transfigurationẽ uno verbo etiã scrip-
serũt: & transfiguratus est ante eos. Trium-
phantẽ ascensionẽ, quã paucis uerbis mũdo
manifestarunt? Et Dñs quidem Iesus assum
ptus est in cęlũ. Et nõ amplius. Ad eius uero
passionem enarrandum ita calamos amplia
10 runt, ut nec clauos, nec spinas, nec uerbera,
nec alapas prætermiserint quod si qd silue
runt, fuit ut illud fideliũ cõtemplationi re-
linquerent. Et alia multa blasphemãtes, di-
xit unus, in his plurima recludens, quæ pru-
dentes, & religiosi possunt contemplari: in
omnib. his ostẽditur nobis immensus amor,
quo dulcissimus filius Dei pro nobis passus
est, & q hæc omnia tanquã honorificentis-
simũ triumphũ & amplissimã gloriam esti-
mat, & de his agit, & copiosissimè uult aga-
tur, ut cognoscamus quantũ ei debeamus.
O dulcissimè Iesu, suauissimè hominum
amator, adeo pcis mori gauisus fuisti, ut
nõ modo uelis q passionẽ tuam pdicemus?
sed si qd ex tua diuina clementia impetran-
11 dũ est, uis ut pet ẽ p crucẽ & passionẽ tuã,
per mortẽ & sepulturã tuã. Voluit hic puris
simus & ardẽtissimus amator noster, ut in
sua Ecclesia essent sanctæ quędã cõiuratio-
nes, qbus ipsum ad nos allicere possemus.
Per uirginales lacrymas tuæ sanctissimæ
matris, p sanctã mortẽ tuã libera nos Domi
Simile. ne nõne (uideri nostro) hęc stultitia est? Si
hic esset aliquis sanctæ Inquisitionis senten
tia dãnatus, & ab eo aliquid petiturus esses,
& diceres: Dñe per illam calumniã, qua Pin
ciæ affectus es, te rogo ut hoc mea causa
facias. O sancte Deus magna hæc amentia
uideret Domine p illas contumelias, quas
ppessus es cũ p uias publicas in opprobriũ
trahebaris. Ah, fratres, ex hoc profecto col-
ligetis quãtũ huic optimo Domino debea-
mus qui præcipuũ titulũ honoris sui hunc
esse duxit, scilicet, q per uobis passus fuerit.
Ac si non est dementia, sed potius infallibi-
lis amoris signum. Velle Deũ ut his illum
coniurationibus excitemus, est ut diceris
familiari uestro per uitã rei potius tibi dile-
ctæ. Sic est dicere Deo p mortẽ & passionẽ 12
tuam. Ideo dicit S. Paulus in uerbis quæ su-
perius explicuimus: cõmendat autem chari
tatem suã Deus. Modo uolo explicare hanc
considerationẽ Sancti Pauli: si essent duo
amici, quorũ alter maximũ delictũ commi-
sit, & cum lateret iam prope esset ut in ma-
nus iudicis incideret: accipiens uero alter
amicus eius uestes, à iudice comprehendere Simile
tur q innocentẽ capite damnaret, si posteà
delinquens eũ uideret p uias publicas igno-
miniose tractũ, & eius uicẽ nõ doleret, præ
sertim cum ipse amici mortis fuerit causa,
quo corde esset tam duro? si uero non solũ
nõ doleret, sed per uiã post eum uociferans
iret, & nõ hoc solum, uerum carnifices ex-
citaret, ut illum uehementius contorque-
rent, si autem his omnibus nondum con- 13
tentus se carnificem faceret, in eum uiolen-
tas inferret manus, amicus uero patiens
eum intueretur, & ipse patientem uideret,
& si patiens crimen detegat se possit libe-
rare, & alium condemnare, & tamen tacet
& alterius delictum soluit ne ille pereat,
non omnes hoc exemplum mirarentur?
Is utiq; es tu peccator, & ego, & omnes, &
nedum minima ex parte res ut acta est de
claratur: hoc autem ita se habet, & hæc con-
sideratio non est mea, sed Sancti Pauli, quia
tu quantum ex te est, modo illum crucifi-
gis, & alios excitas ut crucifigant siquidem
eos ad ludendum inducis, & ad delectatio- 14
nem moues, & impudicitiam illis persuades, &
ut alia multa crimina committant compel
lis. Et pro eo qui hoc facit passus est Chri-
stus Iesus summum bonum nostrũ & hoc
est cum adhuc inimici essemus. Sed secun-
dum tempus quia tertia die resurgam.

Est etiam dignum maxima considera-
tione: uidere quod non sistit Dominus no-
ster patiẽtissimus in uno labore, sed grada-
tim ex uno in alterum progreditur. *Trahe-
tur, illudetur flagellabitur, conspuetur.* Facit
gradus pœnarum, per quos ad mortem de-
scendit.



scendit ad hoīs miseri salutem homo cōtra
non in vno peccato sistit sed gradus etiam
facit peccatorū, ut descendat ad infernum.
Simile. Qui ponit pedes super pistillū, positum in
principio scalarū: difficillime retinebitur,
quin usq; ad finem procidat,& caput infrin
gat. Vita peccatrix & sceleribus coinquina-
ta,sunt scalæ ad descendendū in infernum,
& occasio peccati est pistillus. Malum offi-
15 ciū,malus modus uiuēdi,mala conuersatio
est quid labile, uelut pistillus: ponis in eo
pedes & malum manus affectum applicas,
& mala familiaritate delectaris: difficile
erit te non præcipitari per has scalas vsq; in
infernum. Graue malū est se occasum ob j-
cere, & uni peccato aditū patefacere, cū.n.
in hoc sis,uix contineri poteris quin in alia
Rom.7. plura incidas, ut.n.dicit Diuus Paulus, pec-
catum operatum est in me oēm concupiscē
tiam:peccatum,i.semel operatum hoc facit
aīam labi uidete in filijs Iacob,qui ex inui-
dia,in odium fratris sui descenderunt, & ex
odio in contumeliosa uerba deuenerunt, ec
ce somniator uenit & postea rabiosa morte
uolunt eū interficere:ut rabie & fame in la-
Gen.39. cu pereat & postea (dicit sacratus textus:)
sedentes ut comederēt panē. Attendite du-
ritiem cordis tyrannorū:postquam tam im
16 manem & horrendā crudelitatē patrarunt,
accedunt ad conuiuiū tanquā gaudētes ma
lo, quod fecerant. Hoc facis tu infælix pec-
cator, q postquā tot insulta cōmisisti, tam
lætus & securus manes,& ad mēsam sedes,
& in lecto recūbis tam quietus, acsi contra
Deū aliquem ligneum,uel marmoreum pec
cauisses, qui nec uidit,nec intelligit. O im-
manē amentiā,ò maledictā cæcitatem, ò cæ
li, ò terra, ò creaturæ insensibiles obstupe-
scite tanta insensibilitate. O fratres cordis
mei per uiscera Dei uos rogo ut uestri ipso
rum misereamini,& ne in tam crudele præ-
cipitium deueniatis.

Cum Dñs noster Iesus Xp̄s iter faceret
17 cū illa turba,dicit sanctū Euangelium, qd',
Cū appropinquaret Hierico, cæcus, qdā, &c.
Cæcus q erat propè uiā ut audiuit tumultū
uenientiū,interrogauit propinquiores,quā
hic est tumultus? cui rñderunt, uenit maxi-
mus ille Propheta: maximus ille Iesus Na-
zarenus:ille maximus prædicator. Tūc cæ-
pit exclamare dicēs: *Iesu fili Dauid,&c. Et*
increpabāt eū ut taceret. Impediebat.n.eos
quominus diuina uerba quæ cælestis Ma-
gister in itinere dicebat,audirēt. O quam ve
cesse esset modo increpare multos, qui per
uias uociferātur,& perturbāt seruos Dei,qui
sunt in suis angulis & sacrariis in orōne, &
qui in huius ipsius Dñi conuersatione com
morantur: ea pp coniurabat sponsus filias
Hierusalem dicens: Adiuro uos filiæ Hieru- Cant.3.
salē per capreas,ceruosq; camporum ne su-
scitetis,neq; euigilare faciatis dilectam,do-
nec ipsa uelit. Adiurat per bestias irrōnales
ac si significet,peiores esse bestiis,q ita vo- 18
ciferant,& seruos Dei impediunt,q non fa-
ciūt belluæ q̄ si rugiunt,sunt in montibus,
ubi nemini officiunt. Sed qd erit, si uocife
rationes,quas extollunt, sunt turpes & im-
mundæ,qbus aerā corrūpant, quāto magis
aures famulorū Dei?ut hoc malum fugeret
dicebat Dauid: Vt non loquat os meū ope- Psal.16.
ra hoīum,pp uerba labiorū tuorum ego cu
stodiui uias duras. Opera hoīum. Si accipit
hic hō, vt, Nonne hoīes estis,i.carnales & 1.Co.3.
peccatores? Et horū opera,ne proferri quidē
debent,ut B. Paulus dicit. Oīs immunditia
nec noīetur in nobis. Vt me continerē(vt Ephe.5.
Dauid) ne loquerer uerba iniqua, quia tu
præcipis Dñe asperis exercitijs occupabant,
& appetitiui duris intendebā. Per hoc signi
ficare uolo fratres, q si essetis pænitentes,
& asperè corpus uestrū tractaretis,non effi-
ceremini deprauationis uestræ pcones ue-
stris metipsis linguis. Hic cæcus,quia erat 19
iuxta uiā adeptus est salutē,q si procul esset
non audiret tumultū, nec sciret,qs pertran-
siret,& ita,quod adeptus est, impetrare non
posset. Maximū bonū est siquidē non est in
uia,cū sis cæcus iuxta iter esse per q transit
Deus. Quod sis cæcus,commorans in pec-
cato sacra scriptura affirmat. Ambulabant Soph.1.
cæci,quia Domino peccauerunt. Nemo suf Iud.16.
ficeret ad alligandum Sansonem tanquam
iumentum,nec ad molam posset cogere ni-
si prius oculos euulsisset, quis putas fra-
ter te ad molam deuincit, & compellit ut
mūdo, & eius obiectioni seruias,nisi, quod 20
habes cæcitatis capitium? non sufficerent
compedes ad retinendum accipitrem in
pertica, nisi capitio tegeretur, quidcunque
uideret, nisi hoc uelaretur, eum faceret re-
uolare, etiam cum periculo lacerandi se.
Putas ne diabolum posse uinctum te in vno Simile.
uitio retinere quin fugeres, aut delectatio-
num compedes sufficere, ut in tam periculo
so statu quietum te reddant,nisi quod es cæ
cus? Non profecto. Ideo quod prius facit
diabolus & peccatū, est mētem obcæcare.

Pec-

Peccator ergo cæce accede propè iter. Prædicationes audire, libros sanctos legere, cũ seruis Dei conuersari. Hæc est via, qua præterit Dominus, accede ad eã, de his age, & si in peccato sis & hinc expergiscetur cor tuũ ad proclamandum & exorandam misericordiam a Deo. Et confide quia audieris tanq̃ cæcus hic: quem cum audisset bonus Iesus: *Stans iussit adduci ad se, &c.* Et cũ accessisset cæcus ad Dñm Iesum Christum, dixit ei
21 mitissime. *Quid tibi vis faciam?* O bñdict⁹ talis Deus. Benedicta talis clementia, Benedicta sit Dñe mi lingua tua, & os tuum quo tam gloriosum verbum locutus fuisti. Eia peccator, vide qũo te expectat Dñs & pius Iesus, misericordiæ vocibus te vocans, vide illum sic stantem in illa sacrosancta hostia ad tuã salutem. Si daretur Cain in inferno cõmoranti hæc libertas, quid faceret? Si Absalon, aut alius ex damnatis tantã libertatẽ haberet, quantam tu habes ad implorãdam misericordiam, qũo eam imploraret? q̃ id igitur facis miser ingredere in petrã, & abscondere in fossa humo a facie timoris Domini, & gloria maiestatis eius. Confuge ad pectam Christum, recludere in eius diuinis vulneribus, sicut delinquentes solent q̃rere
22 latebras vbi solent latere, aut solent cõfugere ad domũ alicuius potentis, qui eos tueat. Confuge ad sanctissimã humanitatem, q̃ diuinitatis est domus; hic protegeris a terribili iustitia gloriosæ maiestatis. Vis? aut non vis? quid expectas dic cu cæco, Domine vt videam? & adiura eum p eius mortem, & p amorem, quo passus est, quia hoc est mysterium, q̃ hic reuelatur q̃ cum Dominus de morte sua ageret petiit cæcus visum, & impetrauit. Sed, proh dolor, nos è cõtra facimus, quia non cum agit sancta Ecclesia de morte sanctissimi sui sacratissimi magis obcęcamur.
23 Si reperiretur paterfamilias ita solicitus boni filiorum suorũ, & augẽdi diuitias, qui cũ ad hunc finẽ, aliquo iter faceret, & cũ præteriret aliquã ciuitatem cumq. alter ac erat crederetur, a iudice teneretur & vapularet: & tandem suspenderetur, si hic per literas certiores faceret filios suos, si vero ipsi, quo die literas acceperunt, nullum dolorem ostenderent, seu ser parui facientes id, ad lusum, & conuiuium properarent, quid de iam impijs filijs diceretis? O Rex cęlestis. Pater noster tam solicitus, q̃ vt primogeniturã tuam adaugeret, vias asperas redemptionis cucurrit, & alius, ac erat existimatus, necromanticus, &c tumultuosus, & populorum concitator dicebat, flagellat⁹, crucifixusq. est: Scribatur (ait hic pijssimus Dominus) epistola ad filios meos, & narrentur illis oĩa, q̃ mihi contigerunt, cum eis seruirem, & hæc epistola illis legatur. O Euangelium Dei, q̃ est epistola Patris nostri Iesu Christi, hæc nobis hodie legitur, tu verò peccator audita epistola de morte patris tui, hinc exis, vt eas ad ninus edendum, ad ludendum, & alia plurima 24
impertinentia facienda? quid speras homo pro tali ingratitudine? hodie etsi cæcus esse visum debuisses recuperare, & facis contra, quia multo plus obcæcaris. Quò potest amplius hominum nequitia peruenire? Aduertite ergo fratres mei, quia ad refrænandam dissolutionem horum dierum nobis proponit Ecclesia hoc Euangelium. Cum inflammatus est ardentissimus ignis postquã multa aqua illi iniecta est, & parietes sunt iam diruti; cum aduertitur nihil sufficere ad illum extinguendum, sed potius ipsum magis incitari, vltimum remedium est afferri sanctissimum sacramentum: sic vidẽs sancta Ecc. etiã ignẽ edendi, bibendi, iocãdi, & psonarum qui hoc maximè tẽpore concitatus, qui nec verbi diuini aqua põt extingui, 25
nec parietum dirutione, quę est propinquorum & amicorum mors, protrahit Christũ crucifixum, illusum, & mortuum, eu vocib. vt videat, si proderit. Vtinam sufficiat hoc. Ego heri hoc considerabam. Vah qui tumultus? quæ voces, & sonitus? quæ lætitia, & quare? reportarunt ne Christiani, aliquã victoriam de infidelibus? Reducti sunt hæretici, conuersa sunt aliquot regnã ad fidẽ Domini nostri Iesu Christi? non, sed quia Christianos vocat Deus ad pœnitentiam, volunt prius tradi diabolo, ne postea, eam possint facere debent. Pudeat vos fratres mei tantæ 26
perturbationis, recolligimini cũ consideratione earum rerum, quæ in hoc Euangelio aguntur: vt Dñs vobis gratiam suam largitur, qua gloriam consequamini, ad quã nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Similes.

Simile.

Simile.

Feria Quarta Cinerum.

Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes, &c. Matt. 6.

Volens Deus educere populũ suum a crudelissima Ægypti captiuitate, apparuit famulo suo Moysi, & hoc negotium cum eo egit, vt hæc hebræis nũtiaret,

ret, & cum rege Pharaone de libertate agеret. Vir sanctus videns quam laboriosum & difficiles munus sibi cōmitteret; dixit Deo: Nō credent mihi, nec audient vocē meam,
Exod.4 sed dicent: non apparuit tibi Dominus.
Nec popul⁹ (inquit) credet te apparuisse mihi, nec rex Pharaone aliqd æstimabit. Deus vt Moysi fidē faceret illos suis verbis credituros esse, tria illi signa dedit ad approbationem sui mysterij, inter quæ vnum fuit, qđ aquam in sanguinem conuerteret. Aliud excellentius beneficium intendit Deus in
c nos conferre in hoc sancto tempore; quod vt abstraheret nos a peccati captiuitate & tenebris, & mittit concinatorem qui vobis hos bonos nūcios afferat, & iter patefaciat, quo ex hac miserrima seruitute exitur, & præcipit vt in executione sui officij, aquas intendat in sanguinem vertere. Aquæ sunt
Apoc.17 populi, vt in Apocal. Aquæ multæ, populi multi, &c. Hæ aquæ in sanguinem, & pœnitentiam, & in viuam memoriam mortis Iesu Christi commutandæ sunt. Et quanquam officium, hoc est, difficile & laboriosum, & ꝙ timeat exequi; excellētissimus q.ꝭ quetñ confortari debet his verbis, quę dixit
2 Dominus ad Moysen. Ego ero tecum & in-
Exo.3. ferius. Ego ero in ore tuo. Hac spe incipim⁹
Exo.4. ꝑdicatores plerunq; orantes Deū, vt adimpleat promissionē, q̄ fecit, cum dixit. Dabo vobis os & sapientiā. Non modo hoc rogabat B. Paulus, sed fidelibus commendabat,
Ephe6. vt feruentissimè a diuina Maiestate peterent, dicens: Per omnem orationem, & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes in omni instantia & obsecratione pro omnibus sanctis, & pro me: vt detur mihi sermo in apertione oris mei, cum fiducia notum facere mysterium Euangelij, pro quo legatione fungor in cathena ista; ita vt in ipso audiam prout oportet me loqui, &c. Vah quæ tantæ exaggera-
3 tiones? Necessariissimū negotiū oportet esse, ꝙ ꝑdicator habeat venustatem, & robur, vt sine humano timore prædicet, & syncere veritates annuntiet: qñ quidem S. Apostolus tam exaggeratè: & tot verbis commendat, vt orent, & supplicent omni tempore, & cum magno spiritu, vt sibi concedat Dominus audaciam: qñ os suum aperuerit, vt reprehensionem non dissimulet, & admonitionē mūdo necessariam explanet. Vnumquodq. verbum ex eis, quæ B. Aposto. supra dixit, est dignissimū magna cōsideratione,

& omnia nobis seruiunt, vt nosmetipsos q̄ sumus prædicatores excitemus ad ea petenda, quæ ipse rogabat, qui nō tot dona, quot hic diuinus vir, accepimus: vobis auditorib: commendantes, vt eadem cura, qua ipse volebat nobis faueatis.

Ex supradictis patet officium nostrū esse conuertere aquas quæ sunt populi, in sanguinem pœnitentię. Ob hoc nobis proponit 4
sancta Ecclesia hoc sacratū Euangelium, in quo noster diuinus magister Iesus Christus nos monet dicens: *Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes, &c.* Non prohibet hic Dñs noster Iesus Christus veram tristitiam; quam pro peccatis habere debemus: sed fictam hypocritarum macerię vetat, & siquidem oēs peccauimus, rationi cōsentaneum est: vt hac vera tristitia afficiamur, qua afficiebatur D. Paulus, vt illis tam notabilibus verbis expressit, dicens: Veritatem dico in Rom.9
Christo Iesu, non mentior testimonium mi 5
hi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto: qñ tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo: optabam.n. ego ipse anathema eē a Christo pro fratrib. meis, qui sunt cognati mei ꝭm carnem. Attēdite, quot iuramētis nobis affirmat magnam, & continuā tristitiā cordis sui, qñ dicit per Iesum Christum, per cōscientiā meā, & ꝑ Spiritum sanctum, verum dico. Hoc primū ex hoc possumus haurire, ꝙ iurare res maxi- 6
mè necessarias non solū non est peccatum, sed est actus maxime reuerentiæ, & adoratio fii, latriæ, & ideo ex se meritorius. Secundo declaratur tempus, & status, in quo sanctus Paulus optauit anathema esse, videtur enim durum affirmare, quod sanctus ita diuino Iesu Christi amore captus desideraret ab eo separari, & sic absque statuto tempore: præcipuè cum summopere desideraret arctissime huic diuino sponso vniri.

Cumque hoc desiderio maxime torque-
retur, vt dixit ad Philippenses. propter Chri- Phil.3.
stū oīa detrimentum feci, & arbitror ut ster 7
cora: ut Christū lucrifaciam, & inueniar cū illo. Perpendite attentissime illud inueniar cum illo. Quō ergo compatitur, vt in tali conditione ab illo summo bono cuperet segregari? Legimus quidem, post eius conuersionem illum orasse, & cognatorū suorum conuersionem optasse: nunquam uerò
legimus, cum a Christo separari desideras- Ro.10
se: vt dixit ad Romanos. Fratres voluntas quidē cordis mei, & obsecratio ad Deum fit

pro

pro illis in salutem. Quapropter dicendum est iuxta sensum maximorum Doctorũ, & præsertim, Diui Hieronymi super epistolá ad Romanos, hæc uerba: Optabam ego, &c. Referenda esse ad tempus ante eius conuersionem, & sic narrans affectum, quo fuit in Iudaismũ, & Hebræos, & zelũ traditionum paternatũ, pp quod tantopere nomen sanctum Domini nostri Iesu Christi persequebatur: affirmat se cupere, anathema esse ab eo, & ideo perpendit S. Hieron. quod dixit; Optabã ego anathema, &c. In præterito nõ dixit, opto nunc: sicut etiam ad Galat. dixit: Audistis conuersationem meam aliqñ in Iudaismo, quoniam supra modum persequebat Ecclesiam Dei; & sic hic dicit, quod desiderabat, ut illic, quod persequebatur: uult dicere ita se pertinacem esse in illa affectione, ut diceret; O utinam mihi non accidat, quod alijs Hebræis cõtigit: qui ad Iesum Christum cõuersi sunt. Vtinã ego ab eo, eiusque doctrina: semper abhorream, ut defendã cognatos meos eorumq; legem, & statũ. Et pp hoc tãtum peccatum, tanque abominabilem infidelitatem, ait mõ post couersionem se maxime contristari, & continuo, & intrinseco cordis dolore affici. Qui enim uere Deum amat, in dies magis ac magis contristatur, quod in tam bonum Deum, ad Dominum peccauerit. Ad imitationẽ igitur Beati Pauli cõsentaneum est, ut curemus habere ueram tristitiam, & non fictã, & cum ipsam ieiunemus, & corpora nostra mortificemus, & cũ ieiunio multas uirtutes cumulemus ut hodierna epistola monet. Sanctificate ieiunium, &c. Vt sit ieiunium sancta, scindite corda uestra, hoc .n. querit Deus. Arbitramini, cò quod sitis tot horas ieiunantes, Deum magnopere delectari, ut fame pereatis? non, sed potius vult uos bonos esse, & ad hoc instituitur ieiunium.

D. Hier. sup epist. ad Ro. 9

8

Galat. 1

9

Hoc autem difficilius est, & quasi ĩpossibile, scilicet, mala consuetudine expoliari, non dico esse impossibile, sed difficillimum, & hoc significauit Hiere. Si mutare poterit Æthiops pellem suã, & pardus uarietates suas, & uos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. Etsi Æthiopem frices omni sapone Valentiæ, & omnia aqua maris illũ laues; niger tñ manebit, etsi Tigris quæ multi color, millies tõsa fuerit, eisdẽ cũ coloribus lana remanebit, & si habes canos, & barbam radit, ut eos dissimules, post octo dies statim apparebunt, & statim

10

Hier. 13

radices proferunt. Malus mos est mala radix, quæ inclinat ad opera, ex quibus ipsa germinata est & dicere male morato, ut consuetudinem mutet, est ei præcipere aliquid, quasi impossibile, idest, difficillimum. Quocirca dixit Aristoteles, Consuetudo est altera natura, idest consuetudo & natura, eandem, habent facultatem, quamobrem deberemus diligentissime cauere, in initio malorum, ne in malæ consuetudinis tyrannidem deueniremus seruate modo hoc principium mihi, ad quod postea dicturus sum. Anima & corpus sunt multum dispares, tã in essentia, quam in operationibus, anima enim est spiritualis, at uero corpus materiale, & grauidum, & quod anima uult corpus renuit. Cum igitur hæc duo ita sint tam disparia inter se se, quæ est causa quòd est inter tanta amicitia? quod si anima est tristis, corpus arescit, si uerò est læta, corpus est pulchrum & hilare, si corpus ualet anima lætatur, & econtra. Denique nec anima a corpore, nec corpus ab anima uellet recedere, quid tam familiaria hæc duo reddit? consuetudo diuturnæ societatis, anima .n. nunquã alibi fuit, nisi in corpore, nec corpus aliquid aliud cognouit, quod se anima ret præter animam, & ideò tam intrinsecus se diligunt.

Arist. de mem. & remini. c. 2. & Ethic. c. 10. 11

Ex hac mutua beneuolentia solet animæ maximum detrimentũ pcedere. Habes amicum qui rogat te ut ipsum comiteris, ne eius amicitiæ renunties, uadis cum eo, & ille cõmittit aliqđ crimen, cõtingit, ut pp amicum, tu in patibulo suspendaris, hoc miseræ animæ succedit. Quapropter D. Paulus dixit, si secũdum carnẽ uixeritis, moriemini, si seq mini, qđ caro exposcit, mortuos uos iudicate, qa ipsa ut plurimum aĩam ad iniqua ducit. Et hoc ẽt sensit S. Paulus, cũ dixit nõ est bonum in carne mea. Quid dicit Apostole gloriose? videris philosophiæ regulas ignorare. Probitas & neqtia in uoluntate sitæ sunt, corpus uero expers est rõnis & uoluntatis, ut actus bonos habeat, quare ergo conquereris? Si uideretis hominem ĩ uia maximo uulnere pcussum, cẽt ne bonũ, culpãr gladiũ cõferres & dicere; O q̃ malus gladius, q̃ atrox uulnus ĩtulit illi homini: non pfecto, qa ensis non fuit ĩ culpa, sed hõ, qui eum direxit, ut aliũ pcuteret. Sẽsus exteriores de se nõ habent bonitatẽ, uel malitiã moralem, nã hoc est in anima: quare ergo dicis, non est bonũ in carne mea? In his omnibus signi-

12 Simile.

Rom. 8.

Rom. 7.

13

Simile.

significat, quod carnis deprauatio & rebellio nō inclinat animā ad bonum aliquod. D.Tho. 1. q. 74. & art. 3. Hinc affirmauit S. Tho. quod peccatū est in parte sensitiua, & uocat peccatum, defectum quem habet corpus, ꝙ se ad terrena & illicita īclinet: & si malæ inclinationi mala addit consuetudo, maxima uiolentia & labor est necessarius, ut ab ea abstrahat. Canis solitus ire ad necatoriū ad lambendum cruorē uix
14 flagellatus poterit cohiberi, quin illuc eat: sic ad reddendum castū & abstinens luxuriosum & edax corpus, opus est ieiunijs, disciplinis, cilicijs, ut ita miseram aīam ad perditionem non ferat. Simile. Fingunt poetæ: ꝙ luctans Hercules cum Gigante Anteo filio Terræ, quotiescunq; illū humi prosternebat, assurgebat Gigas nouis uiribus contra eum, & ratio erat, ꝙ uidens Terra filium suum humi deiectum, cū nouo auxilio illi occurrebat. Aduertens Hercules hoc, dixit: non sic esse debet, si .n. sæpe hunc humi deijcio tot viribus in me insurget, ut me superet: & sic eum à Terra sustulit, & ita brachijs coarctauit, ut animam ab eius corpore abstra-
15 xerit, & Gigas superatus manserit. Quod ex hac fabula possumus elicere, verissimè est, ꝙ si in hoc luctamine, quod est inter animam & corpus, anima patitur corpus in terram incidere, & humi iacere edens, bibens, dormiens, & delicijs circundatū, semper nouas uires contra eam recuperabit, quibus ipsam perdat: remedium igitur est illud à terra tollere, fame, siti, ac pęnitentia, &c. Vt
Colos. 3 Diuus Paulus dicit: Mortificate membra uestra, quæ sunt super terrā. Ista membra, quæ tam terrena fertis, tamque fortia ꝑ terram mortificate ea, ne animam occidāt. Piscis il-
Tob. 6. le qui cū sub aqua esset, volebat Tobiam interficere; a fluuio deductus debilis remansit. Aufer carnem tuā, ac sensualitatē ad aqs voluptatū, & experieris, q̄ cito mortificetur: si enim caro tua sub ipsis est, uiuum te uelle deuorare. Quod si mihi non vis credere,
16 incipe frater aliquos dies agere pœniten-
Luc. 15. tiam. Filium Prodigum fames ad domum patris sui reduxit: sic te fames & ieiunium per ostia Dei patris tui introducent.

Simile. Sed quæretis: si tam necessarium est ieiuniū, quare non dixit Dñs, ieiunare; expresse præcipiēs? Dicite: si uideris cordibus uestris ignē applicātum, & eas undiq; cerneritis inflammari, expectabitis, ut præcipiat uobis, ꝙ aquam inijciatis? nō profectò uosmetipsi curam habebitis. Tam accenso igitur sensualitatis igne, conscientiaq; uestra tot partibus æstuante, & corpore uestro in carbonē ignis conuerso: vos qui hæc sentitis & ꝑditionē uestrā cernitis, quanuis ieiunij præceptum non esset: ipsa tñ naturalis admonet ratio, ut aquam infundatis, abstineatis, & ieiunetis: & ideo Christus Dñs noster hic præsupponit tanquam necessariū nos debere ieiunare, & nos docet modū, sancta quoque Ecclesia statuit sub pręcepto tempus, in quo 17
hoc ieiuniū potissimū fieri oporteat. Maximā affert admirationem, qđ de sanctis legimus, abstinentia, cui se dederunt, & pœnitētia quā egerūt: tu uero carne & sanguine plenus, statim excusationes quæris: quod es debilis, infirmus, quod dolet tibi caput. Deus autem omnia conspicit, & quanuis sit, vt tu dicis, tamen oporteret te confortari.

Præcipiebat Deus, ut quando filij Israel Deu. 20
exirent ad bellum contra hostes suos appropinquante iā prælio, cum iam dimicare uellent; duces ꝑ singulas turmas audiēte exercitu proclamarent; Quis est homo, qui ædificauit domū nouā, & non dedicauit eam? vadat, & reuertatur in domum suam, ne for- 18
tè moriatur in bello, & alius dedicet eam. Quis est homo, qui plantauit uineā, & non dum fecit eā esse cōem, & de qua nasci omnibus liceat? vadat, & reuertatur in domum suā. Res certè mirabilis. Præcipiebat Deus præconio declaretur, ut qui aliquibus negotijs essent impediti, domos suas reuerterentur, illic postquam tam longum iter confecerant, totque ac tantos labores fuerant perpessi, & nolebat, ut declaretur statim, quando exercitus conflabatur in suis proprijs patrijs. O Domine quorsum uolebas, ut hi tā magnis itineribus ad bellū irent, si ante prælium eis, ut reuerterentur, præcepturus eras? volebat Deus, & si illi conuenientia habebant, vt aliqnid tñ ex se facerēt, & promptā obedientiā præstarent: postea uero eis præcipiebatur, ut reuerterentur, quamuis nollent. In hoc ostenditur, ꝙ quantumuis tenuis, & 19
impotens quis sit, quātum ex se est debet curare ut bene operetur, & uirtutis opera comprehendat, & ea incipiat ex se ipso. Alij debent te impedire quin facias, & tu inuitus opus institutum debes relinquere: & sic ex tua parte facies quod debes, & Deus tuā bonam uoluntatem acceptabit.

Dicit ulterius: *Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes.* Oēs hypocrisim & fictionē fugite, ne bonū opus hoc malo contami-

taminetis. Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum. In hoc significat, quod opera nostra bona debent esse aliena ab omni fæce, & contagione, & oī bona circūstantia comitata. Sicut aurum ex natura sua est optimū, & pretiosum cōmistum tñ cū ferro uilescit, sed cū lapidibus pretiosis plus ualet, & pulchrius manet: sic bona opera comitata malis circunstatijs ualorem suum amittunt, & bonis circunstantijs coniuncta precium acquirunt. Et cum ieiuniū sit opus optimū, coniungi debet bonis circunstantijs, tanq̄ margaritis, sicuti sancta intentione, ut fiat pp unum Deū, qui uidet in abscōdito, sicut eleemosyna. Et ideò dicit hic, ut thesaurizemus in cælo, & hoc ieiunium oī fæce oportet esse purgatū, & præcipue hic exprimit, ꝙ ab hypocrisi debet esse alienū, quod est tm̄ malum ut dicat D. Paulus, hypocrisim esse proximam quandam dispositionem ad hæresim. In nouissimis(ait)tpibus discedent quidam a fide. Et, quo itinere? in hypocrisi, & hypocrita est simillimus Satanæ, q̄ transfigurat se in Angelū lucis, cum sit tā obscura caligo: sic est qui cum sit malus, vult uideri bonus. Et ut magis exaggeret, vt hoc malum fugiamus, cum dixisset in plurali: cum ieiunatis, dicit postea in singulari; Tu aūt cum ieiunas. Fiebat.n. cum Deus predicabat, quod & nunc fit, s. quod cum prædicator aliquod uitium reprehendit, cubito innuis uicino tuo, dicens; [*O que mano dico el predicador afusano*] Dicunt, q̄ hoc Euangelium audiunt; o q̄ reprehendit Iesus Christus filius Dei hypocritas, & illos Pharisæos. Aduertens Dominus, quia illud, quod de te dicit, tu alij attribuis, reddit in singulari, dicens; *Tu autem cum ieiunas*. De te dico, qui uerba mea in alios conijcis.

Simile.

20

1. Tim. 4

2. Co. 11

21

22 Res maxime necessariæ sunt, quas Dn̄s noster Iesus Christus in hoc Euangelio nos docuit. Ieiunare enim ieiunium sanctificatum, cum lachrymis, planctu, & cordis contractione, & oēs thesauros nostros in cælo collocare, & cū ipsis cor reponere; sunt res, quæ ad saluationem nostram maxime conducunt, uel potius e quibus nostra salus dependet. Et ut nos ad earum executionē incitet, utitur sancta Ecclesia hac ceremonia; s. frōtibus nostris cinerem apponit, & dicit; Memento homo, quia cinis es. Præcipiebat Deus, ut peracto sacrificio vaccæ rubræ, quæ pro peccato offerebātur populi; cinis eius seruaretur; colliget autem uir mundus cineres uaccæ multitudini filiorū Israel in custodiam, & in aquam aspersionis. Quare Dn̄e hos cineres iubes colligi? nunquid ad candificandos pannos? Non, sed ut ex eis fieret lauatorium cum aqua, ut oēs irregulares, qui res mortiferas, & immundas tetigerant, hoc unguentum attingeres mundi fierent. O maximum mysteriū. Hoc lauacrum illos aptos reddebat, ut possent templum ingredi. Quid faciet aīa irregularis p peccatum mortale, ut mundetur, & ad altare Dei accedat? Scitis quid? recordetur, se esse cinerē, & ad hoc lachrymatum aquā cōiungat, recordans; ꝙ hodie, uel cras, in tremendo Dei iudicio se uidebit. O quam bonum vnguentum, o quam suauis Angelorū aqua, qua mundat aīa; q̄ tetigit res immundas, & mortiferas. Eia hō uide, q̄d eri tetigeris, uide q̄d manus, q̄d os, q̄d oculi, q̄d deniq; tetigerint aures? Aduerte qualē te reddideris, quam immundū, contaminatū, & mortuum. Recordare tui utere hoc diuino remedio considerans si modo te mors arriperet, quid esset de te, aut quid faceres? hæc cognitio aditum aperit ad Deum.

Nu. 19.

23

24 In triūphis Romanorū Imperatorū, semper ponebatur hō vilissimus in curru cum Imperatore, qui triūphantem cauillationibus afficeret. (vt Hispanè dicitis) [*Le diesse uexamen.*] ne ille tot honoribus condecoratus in superbiam efferretur. Aduertite Gentile absq; Dei cognitione, quos modos quærebant, ut humiliarent. O Christianorū maxima confusio, qui sumus orthodoxæ fidei lumine illustrati, & sancti Euangelij sapientia docti, nec tñ minimum quicquā nostri dedecoris uerbū possumus tolerare? Ideo sancta Ecclesia diligentissime quæsiuit hunc modum lutandi, & dedecorandi nos uocans nos lutū & cinerem, & nos admonēs, ut recordemur ꝙ lutum & cinis sumus. O efficacissimum remedium ad nostrum bonum

25 ꝙ dicatur tibi iuueni perpolito, tibi Dn̄æ pulchræ, tibi primario uiro & potenti, tibi doctissimo & eruditissimo; lutum & cinis estis. Vnde in Psal. 75. nostra translatio dicit; Cogitatio hoīs confitebitur tibi. Altera translatio dicit; Superbia hoīs confitebitur tibi. Dicitis Hispane, (*fulano es de altos pensamientos.*) Spūs altos gerit. Et hi hoīes magnæ cogitationis, supbi, & elati, cū minus existimant Dei permissione, incidunt in febrim. uel procidit à tecto tegula percutiens eos, & in instanti fere uitam amittunt, &

Psal. 75.

eorum cogitationes & inanis gloria perit: & sic patet Deũ esse potentissimũ. Ideo est gloria Dei cum procidit in sepulchrũ Rex potens, siue princeps, aut nobilis quis, & egregius uir, aut iuuenis uanus, &c. Et horũ superbia, quis sit Deus egregie confitetur. Et reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi. Dicit vlterius: Qualis manet domus Magnatis? Vxor uidua, filij eius orphani, eius bona, uineæ, & agri, oĩa, quæ orsus est, & acquisiuit, & suis cogitationibus comprehendit. Oĩa hæc sunt reliquiæ, quæ reman
26 serunt, ut tibi diem festum celebrent Dñe Deus meus. Vidẽtes.n. domos inhabitatas, & derelictas, & primatum absq; possessore dicimus: Ah summi Dei potestas, quõ oĩa euertit? modus loquendi est cõiter, hodie fiũt põpæ & honores funerales (*Defulano*) Est mendaciũ, quia ipso die celebrant̃ honores Dei, quia manifestatur Deus super oẽs creaturas præpotentissimus esse, & eius potestas & honor oñditur, & nostra utilitas & abiectio aduertitur, nobisq; declaratur q̃ parua fides si huius sæculi reb. adhibenda. Moabitides maximè confidebant in muris mirifice instructis ex coctis lateribus. Præcepit Deus prophetis ut eos admonerent ne coctis lateribus fiderent; his lætantur super muros cocti lateris, loquimini plagas
Isa. 16. suas. Sic sancta Ecclesia hoĩes admonet, qđ
27 quis suis uiribus, & iuuentute, & secularibus rebus nituntur, in cocto luto confidũt: eium rerum exitus animaduertite. Quapp peccatores, ludite iam, delectamini, deambulate; tp̃s.n. ueniet, cum oĩa persoluatis. O fratres in Christo Iesu non ita sit, prosint uobis hęc sanctę admonitiones, ne patiamini, ut ipsæ uobis in carnifices conuertantur quibus crudelius in infermo torqueamini, quod ipsis non usi fueritis.

Vnum ex maximis uerberibus, quibus
Exod. 8. Deus Pharaonẽ afflixit, fuerunt Ciniphes,
28 oĩs puluis terræ uersus est in Ciniphes per tot terrã Aegypti. O admirabilis Dei potentia, tangens Aaron uiam partẽ pulueris, totus puluis in tota terra Aegypti cõuersus est in Ciniphes. Posset profecto Deus facere ut oĩs terra in leones, paros, uel dracones, conuerteretur, sed noluit nisi eos tam paruulis & uilibus creaturis ad maiorem eorum confusionẽ & ignominiam compungere, & extimulare. Et est ualde notandũ Deũ hanc maledictionem eis immisisse absquè ulla præuia admonitione, cum in cæteris prioribus Pharaonem semper exhortatus fuisset; sed misit eẽ repente & improuisam, quia cum toties eum admonuisset, & ille emẽdum protestatus fuisset, non solũ Deo & hoĩbus mentitus fuerat cum se non correxisset, sed potius peior redditus erat: O fratres quoties Deus uos cõminatus est, & flagellauit, & uos emendam proposuistis; &(ut dicitis) (*A buelta de cabeça.*) In eadẽ
uitia, & peiora quidem reincidistis? O Chri- 29
ste uitæ Redemptor, animarumque nostrarum amor dulcissime, quoties nos fratres meos intus & foris tuis ictibus tetigisti; & inspirationibus, laboribusq; eos uisitasti, nec tñ eis aliquid istorum profuit? Aduertite ergo fratres, quia repente comprehendet uos Deus, ut per Matthæum dixit: Ve- Mat. 24.
niet Dominus, qua hora non putat, & diuidet eum. O quam durum & asperum uerbum, quia mittet tibi Deus maledictionem Ciniphum, morsuum, & rabiei, ut in inferno laceretis maxima compunctione, considerans occasionem, quam prætermisisti, & quod pij Dei admonitionibus non usus fuisti. O quot passim uidetis subita morte arripi, & in malo statu interire? quod cernitis in lectulis suis moriones, somnoq; sopitos qui ignorant se mori? Supplicia sunt Dei in pænã rebellionis preteritæ, quapropter sanctis uocationibus utamur, pęnitentiam aga
mus nunc, quãdo possumus, & in nos Deus 1
suam gratiam conferet, qua gloriam consequamur, ad quam nos perducat, &c. Amen.

Feria Quinta post Cineres.

Cum intrasset Iesus Capharnaũ, accessit ad eum Centurio, &c. Matt. 8.

SAnctus Lucas narrans hanc Luc.
historiam, dicit hũc Centurio-
nem multos uiros primarios 2
misisse, qui Dñm Iesum Christum Redemptorẽ nostrũ rogarẽt, ut ueniret ad sanandũ eius seruũ, sed S. Matthæus hæc oĩa prætermittit, & dicit, qđ ipse Centurio accessit ad eum. B. Augustinus dicit, eum per deuotionem iuisse cum socijs, quos misit. Itaq; utrumq; est uerum. Abierunt enim illi hoĩes nobiles corporalibus passibus, & iuit Centurio spirituali progressu. Volui Spiritus sanctus, ut Euangelistæ in hoc differrent, ut nobis ostendatur

B. Aug. lib. 2. de consen. Euang. c. 2.

datur maioris esse pretij paucos passus spirituales quã multos corporales. Et dicere S. Matthæum, q accessit Centurio: est dicere
2 plus ualuisse eius deuotionem,& citius Centurionem ad Deum peruenisse spiritualibus possibus, q̃ alios corporalibus. O q̃ nos oes hic Centurio reprehendit, q cum esset Gen-
3 tilis domique suæ remaneret, citiùs ad Iesum Christum accessit. Furatis, & non uis restituere, habes turpem societatem, & non uis dimittere: scito frater q etsi in templo, & Iesu Christi domo sis, plus tamen ab eo distas; q̃ cælum a terra separatum est. Ideo dixit Dauid: Euntes ibant & flebant mitten
Psa.123. tes semina sua, uenientes autem ueniẽt cum exultatione portantes manipulos suos. Dicens, quod euntes ibant, qui cũ lachrymis saluationem suam cur. nt, & q postea earum fructum percipient, declarauit aliquos esse, qui euntes non eunt, & incedentes regrediuntur, qui uadẽs in templum cogitat qũo fæminam illic uidebit, & ea quæ nihil pertinent, hic ambulans reuertitur. Illa mulier,
Luc.8. quæ deuote uestem Dñi tetigit, cum fluxum sanguinis patiebatur, solum illum tactum iudicauit. Christus Redemptor noster, di-
4 cens: qui me tetigit; & si multi alij eum attingebant suis corporibus, nec ideò suis tactibus impetrauerunt, quod illa bona mu lier adepta est. Quando tu ægrotas, & rogas sacrificia offerri, & alios pro te Deum orare, & tu in lecto sine patientia iaces qua si uipera, cui nemo potest seruire, nec Dei, nec animæ tuæ memoraris, qui tibi prodest? fac frater sicut Centurio, qui alios misit, & ipse in spiritu deuotione iuit.

Ieroboam rex, qui ita iniquus fuit, ut non
3.Re.14 modo ipse esset idololatra, uerum & alios
5 idololatrare faceret, cum filium haberet ægrum, iussit Reginæ uxori suæ, ut iret ad prophetam Dei Ahiam, ut cum eo ageret de hoc morbo. Iuit Regina alterius formam accipiens, & ut primum Prophetę limen tetigit, ait illi Ahias. Ingredere uxos Ieroboam, quare aliam te esse simula? ego missus sum ad te durus nuncius. Vade, & dic Ieroboam, &c. Et non fuisti sicut seruus meus Dauid. O metuendum Dei iudiciũ? at ipsa met Regina, & pedestris longissimè, maxima cũ anxietate ac molestia, & postea tam asperum, & amarum rñsum ei Propheta reddit Dei noĩe. Causa fuit, qa hæc regina corporalibus tm̃ passibus iuit, nec detestata est idola, quę uenerabatur. Relinquite fratres idola, facti.n. estis idololatrę adorans unusquisq; uoluptatem suam, & quęcunq; libet, si uultis salutem a Deo opus est, ut relictis idolis, & peccatis, piè, & deuotè accedatis, ut gressus sint spirituales, & est etiam necessè cum attentione sitis. Petis aliquid a Deo aliud cogitans, scito te non esse in Ecclesia, nec cum Iesu Christo, & aliquo modo illum nõ tangere siquidem iste deuotionis nõ est tactus, & sic dicitus alicui, qui sensus ha- 6
bet diuersos ac remotos: tu Domine non es hic. Si scribens non attendit quod facit, scribet mille mendacia, & mille lituris papyrum inficiet, si archirectus non attendit ad opus quod operatur, percutiet sæpe manus Simile.
suas nec aliquid perficiet, quod prosit, si pictor non aduertitur quod depingit, & in illo imaginatur, quid faciet, quod liceat, & sit perfectum? Deniq; nullum officium & si uilissimum potest bene fieri sine attentione, & siquidem unum ex dignioribus, & excellentibus officijs est, cum Deo agere, & coram diuino eius conspectu orare, manifestè sequitur maximè necessariam esse attentionem, & animaduersionem. Ideò B. Paulus dixit. Nam si orem lingua, spiritus meus orat, 1.Co.14.
mens aũt mea sine fructu est. Quid ergo est. 7
orabo spiritu, orabo & mente anima uacua attentione, & lingua orans, quid proderit? accessit igitur hic Centurio in spiritu ad Dñm, ut peteret salutem puero suo, dicens. Dñe puer meus iacet in domo paraly. cus. Quotquot legimus ad Christum Redẽptorem nostrum accessisse ad petẽdũ auxiliũ, illud sibi, uel filijs, aut fratribus legimus petijsse, hic solus seruo suo petit, & quo affectu, & charitates? Sic uos oportet facere fratres mei, nã sic docet D. Paulus, dicens. Dñi q iustum est & æquũ seruis præstate. Quid iustius est, q̃ mederi ei, qui in seruitute tua in morbum incidit. Per Isaiam ait, Deus uerba quædã notatu dignissima. In loquela.n. Colo.4.
labij, & lingua altera loquetur ad populum 8
istum, cui dixit. Hæc est requies mea, reficite Ipsum, & hoc est meum refrigerium. Isa.28.
Hic promisit Deus, & designauit Apostolorum prædicatione, ad quas diuersæ illis linguæ concessæ erunt, qui omnes in una & eadem doctrina concordarunt, & somma illius est reficite lapsum, &c. Perpendite diligẽter illa uerba. Hoc est meũ refrigeriũ Ac si Deus esset, qui laboiẽ & nęcessitatẽ pateretur. Benedicant tibi oẽs cęli Hierarchiæ, & scti q sunt in terra extollãt gloriã tuã, ò fide

lissime hominum amator, q labores & ærũ nas eorũ sic sentis, ut refrigeriũ, ꝙ eis fit, dicas te accipere. Si ergo consentaneum est, ut detessos refrigeretis, quãto magis eos, qui in seruitute vestra defatigati sunt? oĩa agentia naturalia hãc cæleste doctrinam ostendunt, quę prius agunt in propinquiora sibi: si calefacit ignis, si frigefacit aqua, si scindit gladius, si diuidit serra prius in partes gropinquiores, & postea in remotiores agunt. Sic debetis uos facere, bñficia & dona prius domesticis, & posteá extraneis sunt largienda.

Esse dños: & seruos introductũ est in orbe pp peccatum: Dixit Deus primis parenti
Gen.1. bus: Dñamini piscibus maris & uolatilibus cæli, & bestijs terræ, non aũt dixis. dñamini
9 hoĩbus, si.n. non esset peccatum, nõ esset seruus nec subditus. Et sacra scriptura non me minit de seruis, nec dñs usque ad tps Noe, cũ iniecit maledictionem pro illa inobediẽtia facta, dicens: Maledictus Chanaã seruus
Gen.9. seruorũ erit fratrib. suis. Hic est primus locus Scripturæ, in quo fit mentio de seruitute: & siqdẽ p peccatũ factũ est, ut alij domini, alij serui essemus. Oẽ.n. est pęna, & ꝙ tibi opus sit seruo, & illi necessarius dñs. Curemus, ut hæc pœna sit nobis occasio meriti, & erit si dñi sunt clementes & grati, seruisq; suis in necessitatibus fauent: & serui, fideles obedientes, humiles & diligentes. O q̃
Ephe.9. diuinas normas ponit D. Paulus dñis & seruis, dicens: Serui obedite dñis carnalibus in timore, & tremore, in simplicitate cordis uestris, sicut Christo, nõ ad oculum seruientes
10 quasi hoĩbus blacentes, sed ut serui Christi facientes uolũtatẽ Dei ex aĩo cũ bona uolũ tate seruientes sicut Dño, & nõ hoĩbus: scientes qm̃ vnusquisq; quodcũq; fecerit bonum, hoc recipiet a Dño, siue seruus, siue liber; & uos homini eadẽ facite illis remittentes minas, scientes, qa & illorũ & uester Dñs est in cælis, & psonarũ acceptio nõ est apud eũ. O diuina uerba, singula perpendite. Primũ cũ timore & tremore, non sufficeret unum? cur adhibet duo? hoc dicit, qa cũ reuerẽtia & aĩę tremore, & corporis trepidatione oportet eos seruire, exteriorẽ ẽt humilitate, & reuerentiã oñdentes. In simplicitate cordis sicut Xpo. Mirabile pfecto. Vult D. Paulus ut serui, dñis ministrẽt tanq̃ Christo cũ synceritate, & qñquidẽ Christus non vult vt sibi seruiat ni si cũ bonis operibus, nõ obtẽperẽt serui dñis suis in peccatis: Dicit Dñs tuus. Defer hanc epistolã tali fęminæ, cuius tu scis illum esse amatorẽ: minime facias, sicut Christo. Dicit dña ancillæ suæ: tace, tu sola, & ego, ac talis uir hoc sciat: aduerte, ꝙ si dixeris, te occidã, ne obtemperes, sed potius dic ei. Ecce an- 11
cilla hic sum, ego ero martyr, tu uero impudens & mala fœmina cognosceris. Habet alius ancillã, & vult eam deflorare, ait illa: ui- Cant.3.
de dñe ꝙ Deũ offendis. O canis (inquit ille) ego te emi, & es mea tu: es diabolus per imitationẽ, nẽ obededias quãuis te interficiat, & eris martyr. Dicit Dñs, si hũc aliquis accesserit, dic me nõ esse domi: mentiturus sum? Ego (inqt) pcipio. Nihil mea refert, nequaquã faciã. Nõ quasi hoĩbus placentes, sed ut serui Christi. Animaduerte esse iudicium, & arctissimam rõnem, & Dominum tuum nõ 12
posse ab inferno te abstrahere:

Et uos dñi nolite seruos uestros pp uos Deũ offendere, nec iniurias vestras ulcisci, nec eis pcipiatis ut uestris turpib appetitibus indulgeant, ne illos cõminemini, remittẽtes minas, facite sicut hic bonus Cẽturio, eorũ salutẽ curate, & multò diligentius aĩarũ suarum saluationẽ, ꝙ si nolint corrigi, dimitte tales seruos, ne cũ alienis peccatis contaminemini. Dicet quis, tot annos mihi seruierunt, qũo eos nunc dimissurus sum? quia erit opprobrium meum. Dicite dñi, nunqd uos habetis plus honoris, q̃ Deus? nõ profectò Habet aũt Deus multos seruos in mun
do, q ei diu seruierũt, q si eũ offendunt a sua 13
gratia expellit illos, ꝙ si nolint ab illis culpis mortalibus cohiberi, eos in infernum detrudit. Et tu, qa seruus tuus tot annos tibi seruiuit, quantumuis turpis sit, domũ tñ tuã uis ipse totam inficiat, & qa est seruus tuus, nõ uis eũ iudices supplicio afficiant. Aduerte, quod hæc oĩa super te pluent. O q̃ hoc est lacrymandũ, tam parũ diligentiæ adhiberi in curandis seruis à vulneribus aĩę, & à corporalibus morbis, si sunt peccatores, dicitis: ego nõ sum eius parochus, episcopum habent, si infirmãtur mittitis eos in hospitalẽ. O belluarũ inhumanitatem? Quid? est peioris cõpitionis seruus, q̃ mula tua, & q̃ equus? Si ægrotat equus, ueniunt q curent eum, & oĩa consumant, ut sanetur, si infirmat seruus ducatur ad hospitale, quærat sibi remedium.

Nunquam audistis, ꝙ rex Dauid inuenit Aegyptum humi prostratum, & cum quæreret quis esset, respondit puer Aegyptius ego sum, seruus uiri Amalechiæ, dereliquit me ãt dñs meus, quia ægrotare cæpi nu dius tertius, qñ ualebam, utebatur me dñs meus

meus, modo vero cũ me videt ęgrotantē de reliquit me hic solũ. O Deus & quot similes huic Amalechitæ sunt in hac regione. O Amalechitæ, ethnici, & infideles, q̃a seruus ægrotare cœpit, eũ derelinq̃tis. Aliter faciebat nobilis hic Centurio, q̃ dicebat: *Iacet in domo mea Paralyticus*. Nõ in hospita-
15 li, nec in ostio, sicut Lazarus. Hinc fratres deferte istud in cogitationib. uestris, cor dulce & viscera blanda & benigna in domesticos, & alienos, p̃sertim, q̃ estis nobile. Quã nobilis, & egregius erat hodiernus hic vir, & hẽns dñium. Nã ipse dixit: *Habẽs sub me milites*. Dignitas ãt & imperiũ nõ impediũt seruitutē Dei. Si .n. nobiliũ lex est regi suo fideles se p̃bere. quanto magis erit Deo fideles se p̃stare? Respõdit clementissimus Iesus. *Ego ueniã*. Quid quare Domine dixisti
1 Regulo: uade, filius tuus uiuit, huic uero dicis. *Ego ueniã*: q̃a ueniebat Dominus, ut homines admoneret, nē sint p̃sonarũ recepto-
16 res, & nihil aliud præter uirtutem magni faciãt, ut intelligãt serui Dei, q̃d q̃tuncũq; vilibus uestimentis induãtur, si ad eius diuinã clementiam confugiant, non repellentur ab eo. Deus nõ recipit p̃sonas, sed corda. Non uidetis q̃uõ deferatur ab Ecclesia sacrosanctũ Domini nostri Iesu Christi corpus ad domũ pauperis, & uiduæ, sicut ad regem, & reginã? Cõmoremur hic paululum, & faciamus stationē, o utinã frequens hic esset omnis populus, ut de hac p̃sonarũ acceptione agerē. Habet faber alueũ, (q̃ vulgo dicitur, *Tablaie*) properate, inquit (iudex) auferte tabula, & cõburite sellas, ipsumq; in carcerē detrudite. Habet faber cõcubinã, inijcite in uincula. O prævaricator, & uis iuris seruatur formicis & nõ Elephantib. q̃ sunt brachio forti? Spũs sanctus hortatur cupidos gubernãdi: vide q̃d facias hõ. Noli quærere
17 fieri iudex, nisi uirtute ualeas irrũpere iniquitates, ne forte extimescas faciē potentis
Eccle. 7. & ponas scandalũ in agilitate tua. Attende hõ, qui maxime angeris, ut uirgã iustitiæ hẽas qualiter dicas. Heu discedite hinc, ecce enim ego adsum. Vide miser, quia est iudex æternus, in cuius manus deuẽturus es. Quid ergo respõdebis corã hoc Domino, qui uocatus ad domũ Reguli noluit ire, & ad hũc seruũ uisitandũ ipse se inuitauit? ô pater; ille est ualdè potens, & poterit mihi
Simile. maxime officere. Dic, iudex cõstituitur, ut timeat, an ut timeat? Multi eunt ad uenationē, q̃ cũ uideãt feras prius illi belluas, quam ipsæ uenatores fugiũt, & si eũ ad agitãdum irēt exagitati redeũt. Sic ambitiosi munera expetũt, ad q̃ nõ hẽnt aptitudinē existimantes se alijs dominaturos, & ab alijs metuendos esse, & tamen ipsi alijs succumbunt, & à quib. reuerendi erãt, eos ipsi reuerentur. Di- 18
cebat Deus, q̃s est hõ formidolosus & cor- Deu. 20
de pauido? uadat & reuertatur i domũ suam hõ timidus nē eat ad bellum, huic detur colus, & neat, es tu ita pusillanimis, nõ ergo te decet hoc officiũ, desine uirgã, ne p̃gas in infernũ cũ ea. Dixit Moysi Deus, p̃uide de oĩ Exo. 18.
plebe uiros potentes, & timẽtes Deum, in q̃bus sit ueritas, & q̃ oderint auaritiã, & constitue ex eis tribunos &c. q̃ iudicent populũ: o diuina uerba, o si characteribus aureis essent scripta ante oculos eorũ, qui muneribus, & officijs alios p̃ficiunt, & eorum qui p̃ficiuntur. Hoc primum hic Deus cõmendat, ut sint potentes, & magnanimi non uero pusillanimes, deinde subdit, timentes Deum, & quare Domine mi, statim non re 19
spõdisti, q̃ dicere potuisti, quare non dixisti sanetur? sed: *Ego ueniã, & curabo eũ, &c.* Leproso aũt statim dixisti, uolo, mũdare, non huic uero. Hoc fecit, quia aliter non detegerētur margaritę, q̃ in Centurionis corde latebãt, humilitas eius, ac fides, p̃bitas ac benignitas nõ patefierēt. Perspicuũ erat Deo, q̃ in hoc homine erat, sed medicinã distulit, ut nos eius ore prolatũ illud audiremus, cum dixit: *Domine non sum dignus, &c.*

Nã, et ego homo sum sub p̃tãte cõstitutus, &c. Sicut ego meis maioribus obtempero, & inferiores mei mihi obediũt, sic ego credo, & fateor oĩa tibi obedire tanq̃ uniuersali dño. Quapropter si tu imperas morbo, ut recedat, sufficit, ut dicas, absque eo quod ingrediaris in domum tam indigni hoĩs, ac ego sum. Hæc sunt uerba, q̃ prolata fuerunt 20
eo quod Dominus medicinam distulerit. Qui ab hoc diuino fonte aquã voluerit haurire hæc uasa debet deferre, scilicet, fidem, spem, benignitatem, & humilitatē. Audiens aũt Iesus miratus est. ò Christe æterni patris infinita sapientia, quid miraris? tu ignorabas illud futurum esse? cum quis miratur, illud est quod euenturum esse nesciebat q̃d si sciret minime miraretur. Miratur Deus ut nos miremur, & recordemur, hunc hominem gentilem talem habuisse fidem, & Simile.
humilitatem, & siquidem nos hanc non habemus pudore cõfundamur. Magister antequam ad lectionem accedat optime scit

quid lecturus sit, rectè illud intelligit: sed qñ perlegit in cathedra miratur ualde qđ ipsemet dicit. Vt quid hæc oïa? latebat te hæc antea? quare ergo nunc miraris? ut ea discipulis pluris estiment, & eorũ memorijs magi, infixa maneant. Hoc stylo usus est cælestis hic magister, ut hæ uirtutes Centurionis magis impressæ manerent in cordib. eo
21 rũ, q Deũ sequunť, quiq; seruire ꝓfitemur.

Dicit ulterius: *Nõ inueni tantã fidẽ in Israel.* O q̃ta laus ab ipsius Dei diuino ore? q̃ cõfutatus maneť hic error, eorũ q affirmarunt bellũ nõ posse geri cõtra Orthodoxæ fidei hostes, quia sunt uerbera quibus Deus nos affligit. Nã si hoc esset verum nec ĩ infirmitatibus medicamenta quæri liceret, nec tpe famis q̃ri, aut emi triticũ, & alia ad vitæ humanæ sustẽtationẽ necessaria, q̃ falsa hæc oïa sint, colligitur ex eo quod Deus eos laudat, qui in afflictionibus à sua diuina manu, missis remediũ quærũnt, uelut hũc Centurionem, & alios, de quibus in sancto Euãgelio fit mentio, & q a hunc ducẽ, qui constitutus erat ad vindicãdam regionẽ illã ab
22 hostibus, Christus Dominus noster non re- Luc. 13.
prehendit nec præcipit, ut officium deserat: & sanctus Lucas affirmat uenisset ad gloriosum Baptistã milites, & quod interrogabant eũ dicentes: quid faciemus & nos? & ait illis, neminem concutiatis, nec iniuriam faciatis, & contenti estote stipendijs uestris; quos non reprehendit quod militiã sequerentur cũ ipsi interrogarẽt, quid facerent ad æternã uitã consequendã. Etsi priuatus quisque occasionẽ habet ad defendendũ palliũ suũ, si quis uult arripere: quanto maiori ratione põt rex regnũ suũ ab hostibus tueri, qui omnibus uiribus sanctę ecclesiæ euersionẽ perniciemq; intendunt? Etiam cernitur in hoc Cẽturione quantũ a ueritate abhorreãt, q
23 aiũt in bello nullũ posse esse bonum, & hoc falso sentiẽtes, qui hodie militantur ludũt, iurant, seseque periurant, diripiunt, & interficiunt, virgines deflorant, nuptas iniurijs afficiunt, monasteria & loca sacra deprædantur, & post omne uitiorum genus currunt, ac si famelicum equum effrænatũ in ordeaceã farraginẽ demitteretis. O homines de- Simile.
mẽtes, & sine Dei timore q̃d agit fides in mentib. uestris q̃ parum eius magisterio vti mini? non sunt ꝑfecto hæc uitia militię, nec ipsa talia secũ affert, cũ uita in ea ita periclitetur, & mors tã propinqua immineat, sed sunt uitia maiori Christianorũ, qui ĩ bellũ se cõferunt. Ecce hũc Gentilẽ, qualis erat in ipsis occasionib. quas uos hẽre dicitis: pudeat uos tales esse, & cũ pudore pænitentiã q̃rite, & non modo militib. sed oĩbus nobis exemplo sit hic optimus Eques: ab illo pietatem, & mĩam addiscamus, & cum fide, atque humilitate, qua ipse ad nostrum altissimũ Deum accessit, accedamus, ut nos ad pœnitentiam recipiat, in nosq; gratiam suam, & postea gloriam conferat. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Feria sexta post Cineres.

Audistis, qui a dictum est antiquis, etc. Matth. 5.

POssem ego hodie seq cõsiliũ sapientis Eccl. 32
q dicit: ubi auditor nõ est nõ effundas 1
sermonẽ. Acturus.n. sũ de pcepto, cui minus obeditur, q̃ oĩbus, q̃ sunt in Euangelio, & uideť sermonẽ effundere, de eo agere. Sed non ideo ueritas, & synceritas Euãgelij patitur, ut eius leges silẽtio pṫermittanť. Nã qñ hoïes eo miseriarũ deueniũt, ut eas oĩno contẽnãnt, ostendeť Deũ probitati, & misericordiæ suæ respondisse: homines uero ꝟm turpissimos, ac flagitiosissimos mores suos fecisse. Lex est quã dicit Dominus. *Audistis, quia dictũ est antiquis, &c. Ego aũt dico uobis, &c.* Quæ lex est ita pspicua, ut eadẽ natura illã nos doceat, q a & bruta aĩmã
tia hẽnt naturalem instinctum amãdi sui si- 2
milia, ut Spiritus sanctus dixit, oẽ animal diligit sibi simile. Voluit tñ hoc Deus præ- Eccl. 13.
cipere, & ita opus fuit, ut reficerentur incõmoda, in q̃ natura nostra p peccatũ incidit, q̃ ita perdita remansit, ut hac destructione, ita homines peruersi fuerint, ut in tantum errorẽ inciderint, sicut fuit dicere, odio habebis inimicũ tuũ. Quicunq; error in fide est maximũ malũ quia tollit fundamentum totius religionis Christianæ, cui innititur
spes, & charitas, sed si error in fide talis est 3
ut morũ deprauationẽ afferat, est adhuc periculosior, utramq; .n. potentiam inficit, scilicet intellectum, & uoluntatem, & efficit, ut hõ iniquitatis uiam tanq̃ licitam currat.
Exemplum ponit Sanctus Paulus eorũ, qui 1. Ti. 6.
circa auaritiã errant dicens, conflictationes hominũ mente corruptorũ, & qui ueritate priuati sunt existimantes quæstum esse pietatẽ. Loquiť de quibusdã hominibus; q eo corruptionis deuenerant, ut auaritiã sanctitatem

tatem esse indicarent. Ex quo apparet q̃ periculosa nostra sint sæcula, cum errores hæreticorum huius tpis ferè omnes sint circa morum deprauationem. Olim ferè oẽs hæreses erant de rebus attinentibus ad intellectum: si persona filij æqualis erat patris, &c. Sed hæreses huius tempestatis plurimæ sunt de uo
4 luntatis deprauatione circa sanctos mores, & diuinas leges, q̃ prosunt ad inflammandã animam in diuino amore, sic error circa inimicos est ualde periculosus, quia charitatis est deprauator, & licet modo hic error in Christianorum mentibus non sit; satis mali est q̃ sit practica, & eius exercitium in uolũtatibus. Vt ergo nos ab hoc tanto malo abducat (ait dominus.) Ego aũt dico uobis: diligite inimicos uestros, &c. Vsq; super iustos & iniustos, &c. Vt nos moueat ad obseruantiã huius cælestis præcepti, & ut ex animo, opere, & uerbo inimicos nostros amemus, nobis patrẽ nostrũ cælestẽ in exẽplũ proponit, qui tã bonis, q̃ malis beneficia confert.

5 Illud supernum bonum incarnationis uerbi diuini, quare tm̃ dilatum esse arbitramini? certè fuit, ut operaretur, quousq; oẽs essent peccatores: ut D. Paulus ait, conclusit.n. idest p
Rom. 11. m̃isit concludi Deus omnia incredulitate, ut oĩum misereatur, & statim, ut hæc uerba protulit exclamauit, illa diuina exaggeratione dicens, ò altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, q̃ incomprehensibilia sunt iudicia eius, inuestigabiles uiæ eius. Meritò certè tunc exclamauit cõsiderãs ineffabilem Dei pietate, qui cũ oẽs essent peccatores, & pene oẽs infideles, tunc illis sui infiniti amoris maiores flãmas ostendit, qñ indigniores erant, q̃ amarẽtur, & hoc ut eos ad eius amorẽ inuitaret, & ut inuicem sese amarent. Hoc ẽt elegantissimè adnotauit idem B. Paulus,
Act. 14. ubi suadẽs infidelib. ut conuerterentur, (ait illis) qui fecit cælum, & terrã, mare, & oĩa, q̃ in eis sunt, q̃ in p̃teritis generationib. dimisit omnes gentes ingredi uias suas, & quidẽ
6 nõ sine testimonio semet ipsum reliquit benefaciens, de cælo dans pluuias, & tpa fructifera, implens cibo, & lætitia corda eorum. Permisit Deus, ut oẽs essent mali, sed non ideò sui ipsius & sui amoris testimonium illis non dedit, multa in eos conferens beneficia, & multa bona temporalia illis donans, ut hac uia illos ad se alliceret. Itaque uidetur tpalibus bonis sole; pluuijs &c. plus malis, q̃ bonis fauere, siquidem plerumque mali plus tpalium rerum, quam boni possidẽt, & aperte hoc significat Dauid dicens: Inimici Domini mentiti sunt ei, & erit tempus eo Psal. 80.
rũ in sæcula, & cibauit illos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos, idest inimicis suis, qui nullam ei fidem seruãt uitam protendit, & melioribus fructibus terræ illos alit, & amicos qui eũ p̃ montes sequuntur, panibus hordeaceis, & frigidis piscibus 7
inuitat. Qui hæc animaduertit, marmoreus quidẽ erit nisi blandiatur, & concitetur ad imitandum hũc cælestẽ patrẽ. Etiam maximè te cõmouebit ad obseruationẽ huius legis, oculos in hanc uniuersi machinã conijcere. Si.n. diligenter aduertis, reperies oẽs creaturas nihil aliud intendere, quam ut ex inimicis amicos faciãt, quid flamma uorax intendit, nisi uiridia ligna sibi contraria in se conuertere, & unum quid secum facere? quid aliud expetunt arbores cum humorem terræ sugunt; quã ipsam terram sibi contrariam in suam propriã substantiam conuertere: & in arborem reddere? quid aliud prætendit Sol, nisi tenebras sibi contrarias destruere, & oĩa lucida efficere? quid intendunt stomachi omnium animantium nisi in carnẽ 8
& suam substantiam quicquid edũt cõuertere? herbam paleam, poma, cepas, & quæcunque alia quantumcunque contraria comedant in carnem curant conuertere; Quare ergo tu hõ rationis capax, & consilij id non facies, quod faciunt, & cætera insensibilia, & rationis expertia? Contemplare sanctos Angelos Dei ministros, uide quam solliciti sint, ut rationes quærant, quibus peccatores ad se attrahant, & siquidem tu speras inter Angelorum choros ingredi, incipe iã nunc Angelorum munus exequi modos, & artes inuestiga, ut inimicos tuos ad te attrahas. Quod si hæc omnia te non mouent, cõmouere saltem uidens, quod præpotentissimus Deus cui omnis rationalis creatura plurimum debet, absolute hoc tibi imperat 9
dicẽs: *Ego autem dico uobis.* Idest pro pio Christiano nihil plus opus est q̃ quod sciat Deum aliquid uelle, etiã difficillimum, in arduis.n. vult diuina Maiestas nobilitatem, & uirtutem hominis experiri, & eius animi magnitudinem cognoscere, Id ò sancti Prophetæ hoc infallibili uerbo in suis prophetijs innixi sunt, ut passim dixerint, hæc dicit dominus, quasi dicant faciendũ est quia dicit, & præcipit Dñs. Hoc fulciebatur Dauid ad ardua & difficilia comprehendenda cũ dicebat: propter uerba labiorum tuorum ego Psal. 16.

custodiui vias duras. Quando Deus præce-
Exo. 4. pit Moysi vt serpentē cauda cōprehenderet dixit ei: Apprehende caudam eius fugiebat Moyses rem tam metuendā & horribilē, vt colubrū. Et simulac Deus præcepit vt comprehendat eū cauda, & si difficile erat statim fecit. Videte obedientiā Moysi, qui vnio verbo, quod Deus præcepit illi caput submisit, manum extendit, & cauda colubrū apprehēdit, etsi grauissimum illi videbatur, sibi tñ metipsi vim intulit, & cū manu arripiens vidit esse virgā. Sic iusti pp Dei præcepta difficillimas res aggrediunt. Potēs aūt est Deus
10 vt tabificas & venenosas res in dulcedinem obedientibus cōmutet. O Iesu, quā asperū & horribile erat præcipere, vt serpens cauda apprehenderet? quid Dñe inimicū meū ego cōplectar, & cū blanditiæ illū alloquar, tam mordacē colubrū, quiq. tā horribile venenū ore vomit, cum sit res quam ego tñ execror? ita. Sic n. ego volo. Et aduerte, ꝙ non
Simile. modo serpēs Moysi nō obfuit, verū illi fuit in arma, quibus Dei offensores destruxit, & maximam coronā adeptus est. Amplectere frater inimicū tuū & cernes quam nō sit inimicus, sed virga. Arripit pater virgā vt filiū suum puniat, videbis puerū, qui non in virgā, sed in patrē oculos conijcit manibus tñ
11 erectis & metu perculsus vultū patris sui intuetur vt eius furorē toto suo conspectu mitiget Eia fratres oculos conijcite in æternū patrem, attendite ꝙ inimicus vester est virga, qua hic iustissimus pater vos cædit & punit, genua flectite, manus extollite, & patris aspectum intuemini, vt vestri misereatur, iramq. suam mitiget. Hæc est hominum amentia, in virgā oculos conijcitis & nō in patrē, inimicos intuemini, qui vos persequuntur, non aūt Deum, qui hoc permittit, Christū ēt saluatorē mundi iussit pater percuti, percussum a Deo vocat & te ēt percuti iubet,
12 sinens vt hoies te flagellent, nec tñ tu hęc cō-
Esa. 53. sideras. Attentius in Deū oculos conijciebat Dauid cum dixit. Pro eo vt me diligerēt detrahebant mihi. Ego autem orabam. O si
Psal. 108. aliquantulū de Deo cognosceretis quo hoc facere addisceretis. Sed oēs vestræ cogitationes sunt in virga. O quis hanc virgā infringeret? o quis hunc hostem destrueret ab eo supplicium sumens? virgā hanc frangamus, hostem hunc nrm euertamus. O terribilem insaniā quid? Deest ne Deo alia virga? atque ēt loco huius quæret lignum crassum, ꝙ infringere nō possis, quęret hostē fortē, a quo tibi cauere minime possis, litigabas cum homine vili, & abiecto, suscitabit Deus alium potentē & diuitem aduersus quem minime possis præualere. Quapropter esto patiens qñ Deus te verberat virga sua, & illā amplectere siquidē virga Dei est. Cōcitauit diabolus Chaldæos & Sabæos, vt oīa bona Iob
diriperēt, cū facultate Dei, volebat n. dæmō, Iob 1.
vt Iob arbitraretur Chaldæos diuitias suas sustulisse, nō verò Deū, & sic in illos irasceretur. Iob aūt, patrē & nō virgam aspexit dicens. Dñs dedit, Dñs abstulit, sicut Dño placuit ita factū est, sit nomen Dñi benedictū. Nec Chaldæi, nec Sabæi, nec dæmones sūt,
sed virgæ q̄dam Dei. Væ aūt illi, qui est in- 13
strumentum iræ Dei. Ideo cū Deus vocauit Esa. 10.
regē Syriæ virgā furoris sui, dixit: væ Assur virga furoris mei, i. Væ Regi Syriæ, quem ego assumpsi in instrumentū, & virgā cōcitationis meæ. Postquā populū suum rebellē hac virga flagellauerit, ipsū ēt regē puniet, ideoq. inferius dixit Esaias, & erit cum impleuerit Dñs cuncta opera sua in mōte Siō, & in Hierusalē, visitabo super fructū magnifici cordis Regis Assur, & super gloriā altitudinis oculorum eius, Ego (inquit) puniam opera superbi ē cordis Regis Syriæ & elationē oculorū eius, postquā eo vsus fuero tanq̄
virga ad affligendū populū meum. Quo cir- 14
ca non oportet tyrannum lætari, ꝙ ptātem habuerit nocendi proximis suis, cū oīa & ipse suo tempore soluturus sit & afflictos, ēt rōni consentaneū est, vt persecutorū suorū misereantur, & maxima dulcedine, & amore cordium suorum eos intendant, ad cognitionem tyrānidum suarū inducere: ne in tātam Dei indignationem incidāt, & ad hoc, & complementum huius diuinæ legis, non
sufficit, vt inimicos corde & viscerib. ample- 15
ctamur, sed ideo postq̄ dixit. Diligite. Addedit. *Benefacite his qui oderunt vos.*

Inter bona, quæ inimicis vestris potestis facere minima sunt, eos alloqui familiariterque tractare. Qui vero ne verba quidem illis vult præstare, quod est minimum oium bonorum, quæ alia eis bona faciet? Quod si te excuses dicens; inimicus meus est homo malæ familiaritatis, nolo ab illo contaminari sua conuersatione, bonū est. nihil aliud a te petitur quā ut cum illo loquaris, eumq; sicut proximum tractes, ea tamen cautione, ne tibi obsit. In Gen. legitur q̄tum expetiit,
S. Iacob. vt pacem hēt cum Esau, & quō oēs Gen. 33
modos possibiles quęsiuit, quousque eā, de-

ptus

ptus est,lachrymis,orationibus,donationi-
bus,& humiliationibus. Impetrata aũt pace
noluit eius conuersationem, eo ꝙ esset vir
Eccl.13. iniquus Esau,qui tetigerit picem inquinabi
tur ab ea,nec hoc illi dixit,sed quæsiuit opti
mã occasionẽ ne cum eo iret dicens: Nosti
Dñe mi quod paruulos habeam teneros, &
oues & boues fœtas,mecum:quas, si plus in
ambulando fecero laborare morientur vna
die cuncti greges: præcedat Dñs meus ante
seruũ suum, & ego sequar paulatim vestigia
eius:videte prudentiã doctam ab spiritu san
cto; q̃ occasionẽ inuenit tam rõnabilem,vt
16 cũ eo nõ iret & ab eo segregaretur. Sic vos
debetis consentaneas occasiones q̃rere, vt a
malis recedatis: ita vt ipsi nõ scandalizenť.
Vt nos incitent ad executionẽ huius tã sub-
limis virtutis nobis proponit diuinus Ma-
gister premium mirabile cum dicit. *Vt sitis
filij patris vestri, qui in cœlis est.* O mortales
quorum pectora dignitatũ situs diuitiarũq.
fames exagitat properare festinãter: ecce pa-
tet via ad impetrandũ honorẽ, & vtilitatem
simul (vt Hispanè dicitis) (*Todo en vn saco.*)
Si diligitis, & benefacitis inimicis vestris fi-
lij Dei eritis: ecquis maior est honor? quòd
17 si estis filij Dei eius hæredes eritis,& quæ ma
ior vtilitas esse potest? Quare ergo tanto-
rum bonorum cupiditate non inflãmami-
ni? quare nõ incitantur corda vestra ad tam
sublimes diuitias acquirẽdas? pro honore &
vtilitatẽ,q̃ cras finietur oĩb. vos periculis of
fertis, & ad hæc ita frigidi estis? O terribilẽ
cęcitatẽ? o Deus immensæ claritatis clarifi
ca horũ cæcorũ mentes,nẽ tã bonum amit
tant vt est esse filios tuos,& tui cęlestis regni
hæredes Nullũ aliũ locũ fratres mei reperie
tis, vbi Dominus Iesus Christus dixerit nos
Dei filios futuros esse:præter hunc. Cum.n.
antea dixit. Beati pacifici non dixit: qm̃ fi-
18 lij Dei erunt: sed qm̃ filij Dei vocabuntur,
Matt.5. hic autem dicit,ꝙ erunt. Videte qualẽ cha-
ritatem dedit nobis pater vt filij Dei nomi-
1. Io.3. nemur & simus O quãtam altitudinem diui
tiarũ perdimus quia nõ facimus,quæ hic no
bis percipiunť. Huius rei grã flecto genua
mea ad patrẽ Dñi Nostri Iesu Christi: dice-
Ephe 3. bat B.Paulus, ex quo oĩs paternitas in cęlis
& in terra nominatur, &c. vsq; ibi: vt possi-
tis cõprehendere cum omnib.sanctis q̃ sit la
titudo,et lõgitudo & sublimitas,& pfundũ.
Tanq̃ rẽ necessariissimã depcabatur D. Pau-
lus intimè æternũ prẽm vt in nos hoc
prestantissimũ beneficium conferret vt ma-


gnas in charitate radices ageremus, vt in ea
fundati possemus,quæ sit latitudo cõprehẽ- Aug.su.
dere S. Augu.super hunc locum dicit sic: la- Epis. ad
titudo charitatis vsque ad inimicos. Depre- Ephe
catur etiam, vt impetremus quæ sit longitu D.Tho.
do,vt eam vsq; in finẽ habeam⁹:ac si aliqua 2.2. qõ.
tibi illato fuerit iniuria, memento aliqñ ti- 25.ar.8.
bi bñficium aliqđ datũ fuisse, & ita nõ fran Deut.3.
ges filiũ amoris,quæ eius est longitudo. In
Deut.dicebat Deus: non abominaberis Æ-
gyptiũ,quia aduena fuisti in terra eius. Hic
locus multos argute reprehendit, qui cum a
proximis suis multa acceperint beneficia,
si postea semel ab eis ostendatur statim ac- 19
ceptorum beneficiorũ obliuiscunť. Ne odio
habeas (inquit) Ægyptios, quãuis faciant ti-
bi,vel fecerint aliquot mala, attende ꝙ mul
ta in te bona cõtulerunt,& cũ illuc descẽdi-
sti benigne te receperunt:& in tempore ma-
ximæ famis te aluerunt,& in optima deniq;
terra tibi habitationẽ dederunt. Hoc signi-
ficat, quia in terra eius aduena fuisti, rogat
amplius S.Paulus, vt profundũ charitatis ĩ- 1. Io. 3.
petremus, i.quod amemus eos corde, opere,
& veritate,vt monet S. Ioannes in sua cano-
nica, filioli non diligamus verbo, neq. lin-
gua, sed opere & veritate. Filioli mei quos
intimo amore complector sic amate, &cęt.
Non vult significare, ꝙ non sint verba no- 20
stra mitia, & lingua nostra suauis erga pro-
ximos, sed ꝙ non omne ibi sistat nostri a-
moris negotiũ nisi ꝙ ex intimo cordis nri
procedat,& pijs operibus manifestet. Aliqui
sunt,qui affirmãt se amare,& ignoscere: sed
vt primũ minima offertur occasio, tũc exit
quod intus latebat,ac illũ amorem verũ, & Simile.
profundũ non esse apparet. Sicut in fornace
carbones,qui mortui videntur cũ primũ fol
les inflant statim scintillas,& igneas a se im
mittunt flammas, ita ẽt qui viscera habent
odio flagrantia,& se amare simulant: si mi-
nimo flatu pertingantur, aut minima sibi
offeri occasio,tã accẽsum ignẽ furoreq; oñ- 21
dunt, vt plus diaboli quã hoĩes esse videanť.
Deprecatur ẽt,vt charitatis sublimitatẽ con
sequamur, nẽ contenti simus remisso amo-
re sed per multos gradus ad eã charitatis al-
titudinẽ ascendamus, q̃ filij Dei necesse est Deu. 14
habeant. Filii estote Dñi Dei vestri non vos
incideritis, &c. Videte quã efficacissima ratio
hæc sit ne te contamines, nec alteri alteros
lædamus, sed vt nos inuicem ardentissimos
amore cõplectamur, si cõsiderare nos tã bo-
ni patris esse filios. Sanctus Tobias iunior Tob.8.
dixit

dixit sponsæ suæ filij sanctorum sumus: nõ debemus ita coniungi sicut gentes, q̃ ignorant Deũ: nõ modo in hoc, sed in omnibus oportet nos illos excellamus. Dicit etiam S. Paulus: cũ omnibus sanctis, quia oẽs sancti in charitate perfecti esse curauerunt, & in amore inimicorum maxime se exercuerunt.
1. Co. 4. Et ita cũ dixit: spectaculũ facti sumos mundo, Angelis, & hominibus: addidit causam, q̃a vsq; in hanc horã esurimus, sitimus, colaphis cædimur, & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus. Mirabile hoc est opus & merito dicit S. Paulus admirationem, &
22 spectaculũ esse, bonũ pro malo reddere, & quod afflictus, calũniatus, & iniuria affect⁹ oret, & persecutori suo benedicat. Et est valde notandum, quod ait: mundo & hominibus, & siquidem hanc diuisionem fecit, seq̃tur quod per mundũ intellexit hic res insensibiles, quæ est magna exaggeratio: ac si diceret, non modo Angeli & homines patientiã charitatemq; nrãm, qua persecutores nostros diligimus admirantur, sed ẽt, & cælũ, terra, lapides, elemẽta, & omnes aliç creaturæ insensibiles sua insensibilitate videntur obstupescere, naturæ q̃ suæ limites transgre-
23 di. Nõ contentus est S. Paulus desiderare, vt in hac virtute sanctos imitaremur, sed vlterius processit dicens: scire etiã supereminentem scientiæ charitatẽ Christi. Vt nobis cõcedat æternus pater imitatiõnẽ supereminẽtis & ineffabilis charitatis sciẽtię Iesu Christi: quemadmodum enim immensurabilem habuit scientiam, sic habuit ẽt & charitatẽ, & illa inflammatus primam lectionem in cathedra sanctæ crucis legens dixit: pater
Luc. 23 ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. O Christe humanæ vitæ Redemptor, dulcissime nostrarũ animarũ amor, quare Dñe mi, nõ misereris membrorũ tuorum, q̃ ita sunt lacerata, & disiuncta? & miseret te inimicorum tuorũ, qui adhuc nõ sunt cõuersi? non
24 deprecaris æternũ patrẽ, vt dolores tuos mitiget, & exoras vt peccatoribus parcat. O Dñe, lex præcipiebat vt delinquens dentem pro dente, pedem pro pede, oculum pro oculo, vitam deniq. solueret pro vita: quare ergo tuo Maxime Redemptor noster crucifigentibus tuas diuinas manus, alias largiris, obcæcãtib. tuos sacratissimos oculos alios præbes, & inferentib. tibi mortẽ, tu vitã præstas? O charitatẽ inauditã inflãmatã amore? o supernã orationẽ? o petitionẽ nouã, ĩ orbe nunquã auditam? Pater ignosce illis, q̃a nesciũt, q̃d faciũt Nõ te regem voco, vt eos opprimas, nõ dñm vt affligas, nõ iudicẽ, vt condemnes: sed patrẽ te, voco patrẽ (inquã) voco q̃d est nomen pietatis vt eorũ miserearis. Pater æterne ignosce illis, pluris næstimo animarum earum vitã, quam meam corporalem mortem. Parce illis pater mi, satius est. n. & iustus vt pluris facias charitatẽ, qua ego pro illis morior quam iniquitatẽ, qua ipsi me cruce figunt. O pater sancte dimitte illis siquidẽ ego qui sum iniuria affectus quicq̃d ad me attinet ignosco quare &
tu pr̃ mi q̃ ad tuã iustitiã spectat nõ dimittes? o pater ĩfinitæ clementię parce illis, q̃a 25
cũ primũ dixero: consummatũ est, finienda est lex vetus, & introducenda lex gratiæ, & est dissentaneũ. (*Que en ley de gracia aya desgratia, y en ley de amor aya rancor.*) Dimitte illis pater æterne. Siquidem in deserto Harã cuncto populo Iudaico pepcisti, quia Moyses et Aaron thus tibi obtulerũt, quare mõ nõ ignosces, siquidem ego non thus, sed me ipsum crucifixi tibi offero? o pr̃ clementissime, vide hoc corporis mei thuribulum vndiq. pforatũ & laceratũ, ex quo non fumus, sed copiosissimè exilit sanguis. Per hũc sanguinẽ, p hęc crudelissima vulnera, p has
pijssimas lachrymas, per hęc atrocissima tormenta, per hanc durissimã mortem, denique 26
per ardentissimum amorẽ, quo omnia hæc patior, te exoro amãtissime pater, vt illis velis ignoscere. O diuine Magister quã salutiferã doctrinam in vltimo vitæ tuæ termino nos doces? sed væ illi, qui eã non didicerit, & sequutus fuerit. Quis deinceps fratres mei in suo pectore odiũ audebit recondere? quis iam os aut linguam habebit ad expostulandam iniuriam, aut ad querendum coram iudice? Per viscera pijssima huius cęlestis Magistri, & per illã supernã mansuetudine, qua pro nobis in cruce mortuus est vos rogo hu-
militer ante omnes prostratus, vt in hũc mi- 27
tissimum agnum oculos conijciatis, & ad eius imitationem omnes iniurias dimittatis, & pacem cum fratribus vestris componatis: non enim accessistis ad tractabilem et accessibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, &c. sed accessistis ad sanguinis aspersionem, melius loquentẽ quam
Abel, ait S. Paulus non accessistis ad illa fulmina, tonitrua, & fulgura, quæ visa & audita sunt qñ Moysi data est lex, sed accessistis ad effusionẽ sanguinis Iesu Christi, qui clamat, & omnibus peccatorib. veniam deprecatur, Heb. 12

cat. Ad hāc accessistis, siqdē in eo baptizati estis, & oportet nos facere sicut ipse facit, & veniā postulare inimicis uestris, nō sicut sā-
Gene.4. guis Abel, q uindictā & suppliciū petebat. Qđ si dicitis: sunt hæ leges in seculo uidelicet eū qui alapā alteri impingit ligno esse p cutiendū, qui aūt ligno pcutit morte efficiē dū, quas nisi obseruauerimus infames, & decoreś reputabimur. O miseri hoīes, qs vos tā immanis captiuitatis reddidit seruos? Dicite, in hora mortis uestræ iudicandi estis a
28 Deo his legib. an suis? suis pfecto. Ergo facite uos surdos legib. Sathanæ, & dissimulate huic sæculari uanitati, acsi illā nō intelligere
Eccle.10 tis. Quia Spūs sanctus ait: ptiosior est sapiētia paruaq; gloria ad tps stultitia. Hic sapiētia & gloria sunt in ablatiuo: stultitia uero, & paruo in noīatiuo. Itaq; sic ordinandum est: stultitia parua ad tps est ptiosior sapientia, & gloria. i. prudētissimū est aliqñ hoīem stultum se simulare. Iniurias tolerare, & omnib. contumelijs surdescere, & obmutescere maior sapientia est, q̄ homo cogitat. Sic. n. coram Deo diuina gratia impetratur, qua, & cęlestis gloria cōparatur, ad quam nos pducat Iesus Mariæ filius, qui uiuit, & regnat per infinita sæculorum sæcula. Amen.

Sabbatho post Cineres.

Cum sero esset factum, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra, & vidit eos laborantes in remigando. Marc. 6.



1 Arrat S. Marcus, q peracto insigni miraculo quinq; panum, Xps statim coegit discipulos suos ascendere nauim, dum ipse turbas expediebat. Notabile verbū est hoc, coegit: acsi uim inferret eis. Difficillimè. n. ab eius sanctissima societate recedebant. Ita eū ardenter diligebant. Vnū ex maiorib malis, quæ sunt in mūdo est nos tā facile a Deo recedere, & tam parū eius absentiā sentire, malum signū. Videmus. n. q̄ grauiter ab eo segregamini, quē ex aīo diligitis, & q̄ alacriter p ccatis, & a Deo separamini. Maximo animi affectu conqueritur de hoc malo Deus per
Hier.2. Hierem. dicēs: Nunquid solitudo factus sū
2 Israeli, aut terra serotina? quare ergo dicit populus meus, recessimus, non ueniemus vltra ad te? Nūquid seruisse mihi fuit desertū arare, aut sterilē agrū excauare, q nihil prodest nisi ad confringenda brachia absq; utilitate? Non profecto. Quare ergo tā sine cā a me recessistis? & ita alacres estis q id faceretis, ut non ultra ad me reuersuri sitis? Et addit Dñs dicens nunqd obliuiscet virgo ornamēti sui: aut spōsa fasciæ pectoralis suæ? populus uerò meus oblitus est mei dieb. innumeris. O diuina exaggeratio: forsitā obliuiscet virgo q̄ desiderat nubere, ornamento 3
rū, q b. adaptat? aut nupta nō memorabitur fasciæ, qua pcingitur ut uiro suo placeat? nō equidē. Cum igit (dicit Dñs) ego sim dec⁹, & ornamentū aīarū uestrarū, & cordium uestrorū pulchritudo & cōpositio, quare mei obliuiscimini tā innumerabilib. diebus? ò maximum malum? non sic faciebāt hi sacri Apostoli, siqdē in hoc uerbo significat eorū corda euelli, cū a diuino Magistro separarentur. Alij dñt, q illud: coegit, significat q dñs nr̄ Iesus Xps illos cōpulit. mole. st. n. ab illis turbis recedebāt, cum adhuc non essent perfecti spūales, & adhuc humana conuersatione delectarentur. Sed cum Deus eos educaret, ut Ecclesiæ essent principes: illos vult ab oī occasione abstrahere, & sic i nauiculam iubet eos conscendere. O quot mala 4
euitaremus si parentes, magistros, amicos, aut socios haberemus, qui cū nos aduerterēt mundanis cōuersationib. deditos, omnib. possibilib. modis nos cogerent, ut eas relinqueremus. Proponēs sacra scriptura, causas Gen.6.
ob quas Deus mundū diluuio demersit, unā illarum fuisse affirmat, q, vidētes filij Dei filias hoīum q essent pulchræ, acceperūt sibi uxores ex oīb. quas elegerant. Per filios Dei intelliguntur hic hoīes sancti, quales erant filij Seth. Per filias hoīum intelliguntur filiæ Cain, & licet essent sancti illi hoīes, uidētes tñ & conuersantes cum mulierib. corrupti sunt, & sibi usurparunt illas quæ iā alijs locatæ erāt. Quamuis sanctus quis sit si cū mulierib. conuersatur eius sanctitas nō diu perseuerabit: sicut hi qui filij Dei uocabantur, & propter paucā custodiā oculorū suo- 5
rū, in tñ pcipitiū deuenerunt: ut totius orbis submersionis causa fuerint. Non solum Christus Dñs noster eos separauit, & in nauim cōscendere impulit; sed uento ēt & tempestate eos cīrcundedit, & cum impropè essent ut in diffidentiam inciderent in quarta noctis uigilia illis occurrit. O notabilis res, homines ita dilectos Deus ab aliorum conuersa-

uersatione abstrahit, & inter fluctus maris constituit, quasi significãs inter maiores furias, ac impetus maris non ita hoĩes periclitari, ut in medio secularium delitiarum : iõ fratres mei cũ uos uento mariq́ue obsessos uideritis, cognoscite hoc à Diuina Dei prouidentia cõstitutũ esse. Fœlicitas superbos nos reddit, aduersitas uerò plerunq; humilitatẽ nobis affert? Ideo multũ nobis prosũt hæ tẽpestate. Si es debilis aliquo membro, aut alio corporali morbo laboras, & medi-
Simile. camentũ tibi uendit, ꝙ cẽtum aut ducentis
6 nummis æstimat, illã pecuniã bene consumptã iudicas, itaq; ut a corporali infirmitate libereris, non dubitas oẽm tuã substantiam amittere: & ut a calumniis eripiaris, gaudes corporales labores perpeti uadens & rediẽs ad lites agitandas cũ sudore tuo & detrimẽto pecuniæ tuç. Quare ergo nõ gaudebis vt ad aĩæ salutẽ diuitiæ detrimentũ patiant, & corpus tribulet, siqdẽ videmus hac via Deũ maiores amicos suos duxisse? & ita Sanctus
2. Cor. 4 Paulus dicebat: In oĩbus tribulationẽ patimur, sed non angustiamur. Aporiamur, sed nõ destituimur. Persequutionem patimur, sed nõ derelinquimur. Humiliamur, sed nõ confundimur. Deijcimur, sed non perimus. Semp mortificationẽ Iesu Christi in corpo
7 re nostro circunferentes, & ut uita Iesu manifestetur in corporib. nostris. O admirabilẽ animum, & inuictã fortitudinẽ Sanctorũ afflictorum sed mirabilius auxilium Dñi, q eo in tribulationes ducebat, ut laboriosissima & patiẽtissima diuini magistri uita in afflictis & tribulatis sanctorũ discipulorum corporib. illucesceret? inter hæc verba Diui Pauli difficillimũ est illud Aporiamur: Aporiamur est uerbũ Græcũ, ꝙ significat: Vsq; ad ultimũ fatigamur, sed nõ derelinqmur. In necessitatẽ nos Deus adducit, sed nõ nos
8 deserit. Vt patet in hodierna S. Euangelij lectione, quia eos in tempestatem intulit, & illis statim occurrit. Ita bon⁹ est Deus, vt omnes labores simul non immittat, sed eos diuidat, ut nos illos facilius toleremus. Sic ẽt discipulis suis paulatim labores misit prius ipsos in maximã tẽpestatẽ immisit: sed erat ipse cũ illis cũ in mari dormiebat, & tũc nõ
Mat. 8. erat tantus labor cum tam bene sociati essent. Postea tanq̃ hoĩes qui in uirtute proficiebant, in aliã tẽpestatẽ illos induxit, cum ipse abesset: & hæc laboriosior fuit, & ideo in illa magis timuerunt, Ecce qão labores
Simile. immittit ſm subiecta. Horologium ꝙ habet rotas suas, & necessarium artificiũ, si illi ꝓportionato põdera apponantur, ꝓgrediat ordinatissime, ꝙ si pondera abstrahas, non ꝓgredietur, sed statim inordinabitur: sic hõ est horologiũ, ꝙ confecit supernus ille artifex eximio quodã artificio, & in eo oẽs necessarias rotas humanæ uitæ posuit, q̃ sunt potentiæ, sensusq; aĩæ & corporis, hoc horologium cum põderib. maximo ordine procedit, cum laborib. tentationib. &c. Desinẽ- 9
tib. tñ ipsis statim quiescit, & inordinatur. Attendite Dauid, cum eum Saul per montes ꝑsequeret, q̃ bonus, & ordinatus incedebat, ablatis tñ ponderib. ablatis tribulationib. uidete qualis fuerit. Cũ filij Israel fatigarentur in Aegypto clamabant ad Deũ, ita Exod. 5
vt dixerit Deus Moysi. Vidi afflictionẽ populi mei in Aegypto, & clamorẽ eius audiui significans in hoc uoces illorũ afflictorũ ad cor suũ ꝑuenisse, in deserto tñ constituti Manna, & coturnicib. satiati quid fecerint, ꝑpendite. Quid tam longè ꝑpergimus? animaduertite qd uobis ipsis quotidie contingat. Cũ uos paulisper afflictos uidetis, q̃ soliciti estis, q̃ freq̃ẽter in cçlũ oculos, & cogitationes attollitis, & Deum assiduo rogatis? 10
ablata aũt afflictione quales remanetis? qd est hoc? nisi ꝙ cũ primũ horologio subtrahuntur pondera, statim inordinatur. Erat qdã Monachus in deserto ualde tentatus, & Simile.
perrexit ad sene quendã & ei laborẽ suũ dixit, quẽ uir sãctus interrogauit. Vis ut Deũ exorẽ, ut hanc tibi auferat tẽtationẽ? rñdit tentatus. Non, sed ut me adiuuet quo eam tolerare possim. Bene cognoscebat hic seruus Dei tentationum ꝑtium, laborumq; ualorẽ considerabat. Sed quẽadmodũ pondera oportet ꝓportionari rotis & magnitudini molis horologij, ita dicit S. Paulus; Fide- 1. Co. 10
lis aũt Deus, q nõ patietur uos tẽtari supra id, q potestis, sed faciet ẽt cum tentatione ꝓuentũ, ut possitis sustinere. Hoc est quod dicebamus Deum paulatim discipulis suis labores adaugere, prout in uirtute ꝓficiũt, 11
ꝙ significauit Deus in illo mirabili fluuio quẽ uidit Ezechiel, in quẽ ingrediens S. Propheta, dicit primũ sibi aquã ad tallos peruenire, deinde ad genua, postea ad pectora, postea tandem affirmat se non inuenisse in illo ubi niteretur, & sic mergebatur. Hic est stylus quẽ seruat Deus ĩ oẽs suos, ut quo pl⁹ in suo seruitio proficiũt, eo altiores & profundiores laborum aquas experiantur. Est Ezec. 47
eñ decus altissimæ Maiestatis tales habere amicos,

micos, q pro nulla re (et difficillima) cũ deserant. Vult Deus, vt animaduertatur quantum illũ ames, & quantũ sanctitatẽ diligas. In hoc.n.cognoscitur, q pro nulla difficultate Deum ac virtutẽ relinquas, & licet peccatorib. tormenta & labores non desint, si cum ipsis non exeant a peccato, & ad meliorem uitam sese recipiant, erunt tanquã perdices, quas prius in prunis calefacis, vt postea melius assentur. Hic eos calefacit De⁹, laborum prunis, & quia hac Dei admonitione nõ vsi fuerunt, postea in igne æterno crudelius excruciabuntur.

Simile.

12

Est ẽt maximè considerandũ quod dicit Euangelium, s.quod. *Vidit discipulos suos laborantes in remigando, erat.n.ventus contrarius eis.* Ipsi quantũ ex se poterant, aiãbant. Et in hos, qui oẽm, q poterat diligentiam adhibebant, Deus oculos conijciebat: hos intuetur Deus, & his occurrit. Timidi, & pusillanimes, qui in laboribus, & contradictionib. defecisc̃tur, & deficiunt, nec se ad tolerandum incitant, hi nõ sunt digni diuino auxilio. O quot sunt hodie in orbe huiu scemodi qui in primo conflictu & contradictione deuinctis m unibus, tentationib. tanquã superati succũbunt. Vegetius de re militari affirmat, quod qui habitãs in calidissimis regionib. vbi Sol nimis eos cõburit, & si tales sagaces, & artificiosi eẽ possunt, magnanimi tñ, & robusti esse nequeunt. Animi enim magnitudo & robur a magna sanguinis abundantia dimanat, & in his est oĩno sanguinis exsiccat⁹, & comminutus nimio solis ardore. Vita secularis est terra nimio Solis concupiscentiæ ardore concremata, de qua dici põt, q dixit Eccles. Tripliciter Sol exurens montes & radios igneos exufflans? sicut hic Sol materialis inflammans terrã, mane, & meridie, & vespere illam exiccatam & inflammatã relinquit: sic triplex ardor, s. ira, auaritia, & luxuria, miseram aĩam cõburunt, quib. flammis humor spiritualis cõsumitur, et gratiæ deuotionisq; spũs attenuat̃ ijs, q secularẽ vitã degunt, & ira exanimes, & debiles manent, vt ne minimis quidẽ tentationibus & laboribus resistant. O æterne Deus q miserabilis est visu, pusillanimitas filiorum huius seculi, qui ex nulla nesciunt reportare victoriã. Ecqui sunt hi cognoscẽtur sicut incolæ illarũ calidarũ regionum, qui in capillis cognoscunt, & in colore; sunt tortis, & crispis crinibus, nam pre nimio Solis ardore non possunt extendi, & sunt nigri

Veget.

13

Ecc.43.
Simile.

14

sicut carbones. O miseri peccatores, quorũ hæc sunt insignia, & exterius cognoscitur, quales vos interius sitis, cogitationes, quæ sunt aĩæ capilli versus se inclinatæ, omnia ĩ suã vtilitatẽ reflectuntur. Nihil aliud cogitant, nisi qũo edant, in quibus delectentur, qũo in amplissimos dignitatis gradus efferant, &c. De his dicit S. Paul. Oẽs, quę sua sunt, quæruat, non quę Iesus Christi, & exteriore apparentia, & colore interiorẽ miseriã demonstrant. Denigrata est facies eorum super carbones, nigriores sunt carbonib. Rectè dicit, nigriores; quia carbones ignem reducti, conuertũtur in prunas: hi verò in tribulationibus constituti nigrescunt, & magis ac magis frigescunt. Hi nigri carbones, sunt qui aduersus ventis nesciunt remigare: sed se tentationum procellis submergi patiuntur. O Iusti, quibus est gratiæ humor & sanguis animũ, animum recuperare, confortamini ad remigandum, quia bonus Iesus vos cernit, & in intuitu est Deus. A dextris est mihi ne commouear, & sic delectatur videns vos remigantes, & cum aduersitatib. reluctantes, vt qñ in terra venti deessent, de cęlo Angelos mitteret, quibus cum luctamen exercceretis: vt misit vnũ Iacob venienti ex Mesopotamia q cũ illo luctaret. Mysteriũ quodã est in Isai. ad hoc propositũ loquens de his, q uenturi sunt ad habitandũ cęlũ, dicit: Dicã Aquiloni, affer mihi filios de longinquo, i. da mihi filios tuos, qui habitant cęlũ. O res dictu admirabilis, ita ne futurũ est q ex Aquilone prodeant filij in cęlũ? De Aqlone sic legitur: ab Aquilone pandetur omne malum, sed qđ ipse filios afferat ad cœlũ nunquã audiuimus, nõ? Modo igitur audietis. Aquilo est diabolus. Quòd ergo hic filios Deo det admirabile est. Potius experimur illũm die noctuque nihil aliud curare, quam vt animas in infernum detrudat, hic igitur qũo dabit filios Deo? Dico quod diabolus suis laqueis, et tentationibus facit, vt aliqui ad cœlum sanctiores ascendant. Vultis hoc videre? quis fecit, vt Ægeas S. Andræã torqueret? quis fuit in causa, vt B. Laurentius & alij sancti cruciardntur? diabolus. Ergo labores a dæmonio acquisiti sunt in causa, vt sancti Martyres in cœlum ingrediantur. Hac de causa Dominus non occurrit statim his tribulatis, vt maiorem acquirerent coronam. Si Deus tibi statim non auxiliet̃, ne delicias, q a quarta noctis vigilia, q est prope mane suis discipulis subuenit, sic

Phil. 2.

Thre. 4.
15

Psal. 15

Gen. 32
Isa. 43.
16

17

facier

faciet tibi cum minus arbitratus fueris.


Sed aduerte q dicit S. Euangeliũ, q cum veniret Dominus ad occurrendũ eis, ambulabat super aquas maris, acsi terra esset solida. Illi putauerunt phantasma esse. Ecce qd quotidie agatur. Ægrotas, & ĩgredietur monachus, vt te visitet, dicunt statim tui, phantasma est. Heu ne huc ingrdiatur, quia expauescet infirmus, & timore morietur. O cęci, pusillanimes nõ intelligitis hoc, quia nõ est nisi Iesus Christus, siquidem venit in suo nomine, vt ei salutis cõsilia præbeat, vt eius
18 animæ mediatur, vt cum ab spirituali tempestate, qua opprimebatur abstrahat.

Cùm discipuli sic tribularentur, eos Dñs
Mat. 14 confortauit, dicens: *Confidite, ego sum, nolite timere.* B. Matthæus hanc ipsam historiam exponens, dicit, q simul ac S. Petrus hãc vocem audiuit, statim clamauit: Dñe si tu es, iube me venire ad te, &c. Tam ardenti desiderio tenebat cũ Iesu Christo cõmorandi. Vt horã qua eũ visurus erat iam appropinquare nimia cupiditate exoptaret. Malebat esse cum suo bono magistro in fluctib maris, quã sine illo in naui commorari. Ait illi Dñs; Veni, & illicò magno cũ aĩo & fiducia,
16 hoc verbũ audiẽs se in mare cõiecit, & quatenus spem habuit dignã, & verbo Dñi fisus est, per medios fluctus securus ibat, sed quia cõcitatus est aer, incœpit trepidare, & dubitare, quapp iam aqua illũ non potuit sustinere, & iã penè mergebat, sed cũ clamaret, dicẽs. Dñe saluũ me fac. Extendit clementissimus Iesus manũ suã, & eũ sustinuit ne mergeret, & ait illi. Modicæ fidei quare dubitasti? Significans in hoc quod cã cb q demergebat erat, q a non habuerat fiduciã. O rem mirabilẽ, ante miraculũ credidit S. Petrus se posse a Dño super aquas sustineri, & cum hac fide se mari cõmisit, & in medio miraculi aduertens quo super aquas currere, ibi dubitauit, vbi minus erat dubitandum.
20 Solet plerunq; humana natura in rebus fortibus & excellentib s victoriam reportare, & in minimis deficere. Videbitis hominẽ, ita magnanimum, vt leonẽ trepidare faciat, & q ũ cũ vrsis præliabitur, & postea qualibet musca eũ fatigat, & quolibet calore deprimitur. Videte illã columnã cœli D. Paulum qui tot infortunia cucurrit, & a tot calamitatibus victoriam reportauit, & posteà vna tentatione concussus dicebat: Infœlix ego hõ, qs me liberabit de corpore mortis hu-
Rom. 7. ius? Nota est oĩbus magnanimitas illius patris pnĩæ Heliæ, q Deũ rogauit ne plueret quousq; ipse aliter rogaret. (Sic n. sibi debitur tũc expedire) cũ Deus hoc concessit, petijt a Deo, vt mortuo vitã restitueret, & impetrauit. Et vt legit 3. Reg. Cũ hic p- 3. Re. 18
pheta in aĩo regis Acab morte cõdẽnat9 esset irreuocabili sñia pp maledictam Iezabel prophetarũ necatricẽ: iussit Deus huic sancto viro, vt appareret in conspectu regis Acab. Tunc abijt sanctus terribili audacia, & cõparuit corã conspectu Regis, venitq; Acab in occursũ Eliç, & cũ vidisset eũ ait. Tu
ne es ille, qui cõturbas Israel? & rñdit seruus 21
Dei aĩo virili (vt Hispane dicit) *En sus barbas.* Nõ ego turbaui Israel, sed tu, & domus pris tui qui dereliquistis mandata Dñi, & sequuti estis Baalim. Ego (inquit) seruus sum Dei, & non conturbabo, nec concito regnũ: tu es, q illud euertis & scãdalizas, & domus patris tui, et facis, vt maledictus, & excõicatus adorans deos falsos & fictos. Denique hic propheta Dei fortitudine ita virili pectore fuit, vt omnes falsos prophetas interficeret. Quo peracto Deũ rogauit, dicens: Dñe tempus est, vt dissoluantur cataractæ cęli & pluat, & factum est ita. Vĩ vobis hic hõ vali-
dus & constãs? Audite ergo paululũ Cõmi- 22
nata est illũ mala Iezabel, et cępit trepidare tremere, & per montes & colles fugit, & in deserto subter vnam iuniperum fatigat9, sedit, pęnituit animæ suæ, vt moreretur, & ait: sufficit mihi Dñe, tolle aĩam meam, neq; .n. melior sum q̃ patres mei. Quid propheta? muliercula te trepidare facit? vbi est aĩus et cõstãtia tua? O Dei inuentiones quibus vijs suos ducit. Ne vermiculus de se aliquid existimet, sed humilietur, pmittit Deus, vt qui antea maximos labores validissimo pectore pertulerat, postea in paruis, & vilibus rebus deficiat. Etiã hoc fecit ad nostram doctrinã, vt licet maximas ab spiritualibus hostib. vi-
ctorias reportaueris, & ex maximis tentatio- 23
nib. victor euaseris, nete securum existimes, paruæ.n. tribulationes sufficiunt ad te prostrandum, & sic semp cum timore viuas, a Dei diuino gubernaculo pendens. Etiã hoc pmittit, vt qñ te a paruis tentationibus superatũ videris, cognoscas, quod si magnas superasti ex eius potentia hoc processit, et non ex tuis viribus, et sic magis glorifices supremã illius maiestatẽ, maiori contẽptu et humiliatione tui. Aduertite etiã ad hoc, quod
cõtigit Moysi, vt scribitur in Num cui ius- Nu. 20.
sit Deus, vt q̃ de petra educeret, et quo tempore

porc illã uoluit percutere, dubitauit dicens: Audite rebelles & increduli, nũ ne petra hac poterimus aquam eijcere? quod sic loquutus est, suam incredulitatem ostendit, quando enim in Aegypto tanta miracula operatus est, Dei imperio nunq̃ sic loquutus est, sed oĩ cum fiducia adimplebat, q̃ Deus illi praecepèrat, non dicebat, nũ poterimus, ranas educere de fluuio? & sic & de alijs, sed absolutè
24 obtemperabat. Et iõ illic in eodẽ capite, reprehensus est ipse, & eius frater Aarõ a dño, dicente: Quia non credidistis mihi non introduceretis hos populos in terram, quã dabo eis. O rẽ stupendã, q̃ hõ p quẽ Deus tot mirabilia operatus est, & qui ita Dei oĩpotentiam & eius uerba expertus fuerat, in re tam leui mõ diffideret, ac deficeret: ut attendatis
1.Co.10. utrum iure optimo dixerit S. Paulus. Qui se existimat stare, uideat ne cadat. Humiliemur ergo fratres mei in conspectu diuinae Maiestatis, instantissimè eũ oremus, ut non mõ nobis bene incipere, sed etiã in incepto, usq; ad finem & consummationẽ uitae perseuerare cõcedat. Qui enim perseuerauerit, usque in finem, hic saluus erit. Perseuerantibus enim gloriae corona praebetur, ad quam
25 nos perducat Iesus Mariae filius, Amen.

Dominica I. in quadragesima.

Ductus est Iesus in desertum, a spiritu, &c. Matth. 4.



Rius fuit Iesus Christus Dñs noster baptizatus, postea ductus ab Spũ sancto in desertum: sup hoc uobis uolo dicere rẽ ualde necessariã. Contingit aliquib. peccatorib. securos esse, quia orant, q̃a ieiunant, q̃a aliquas lacrymas coram Deo effundũt, & deniq; q̃ aliqd̃ bonũ
1 operantur. Et est uerissimũ, q̃ interim nõ p ponunt uitã corrigere ẜm statũ suũ, & cum Deo uerè, & fideliter non agũt, haec q̃es conscientiae & cordis mollities oẽs sunt falsę, &
Iob. 24. non ex Deo. Vt.n. dicit Iob, q̃ est spes hypocritae si auarè rapiat, &c. vsq; ibi, nunqd poterit in oĩpotẽte delectari? & orõ eius est mẽdix, q̃a pprũ orõnis est falsam iustitiã labe
Prou. 18 factare. Iõ in Prou. dr. Iust' in principio orationis accusator est sui. Experientiã certam habemus, q̃ lux primũ manifestat unuscuiusque figurã, ex quo aperte patet, qđ qui se non agnoscit hic defectus suos non intelligit, sed potius seipsum iustificat, quia nõ accessit ad Deum in ueritate & aequitate Christiana. Nam, sicut dicit S. Ioannes: Deus lux 1. Ioan. 1.
est, & tenebrae in eo non sunt ullae. Etiã est catholica ueritas nos a Deo pro sua infinita misericordia tanq̃ filios a Patre tractari. in Apoc. Quos amo, arguo, & castigo. Et ad Apoc. 3.
Hebr. Flagellat aũt oẽm filium, qui recipit. Heb. 12.
Tanquã filijs uobis offert se Deus, quia si extra disciplinam estis, ergo adulteri, & non filij estis: quam dulcia uerba sunt haec bonis, quidem se Deus illis offert tanq̃ patrem, & quam amara iniquis, q̃nquidem illis ueritas patefit, illos non esse filios Dei. Si ergo offi- 2
ciũ boni patris est, filio suo defectus demonstrare, & ipsum corrigere? certum est igitur orationẽ eius, qui ex oratione tranquillus, & conscientiae quietus exit, mendacẽ fuisse, & non uerã, qui in confessione scrupulũ habet rerũ leuissimarum, & ualde communiũ etiã uiris probis, & alios defectus satis notabiles praeterit. Accusat se, quod indeuote orauerit, & non habet scrupulum ambitionis, a qua possidetur, & petitionis saecularis, quã habet, desiderii officiorũ, & rationum, quib. ea expetit, q̃ expetit, q̃ alium plus non aestimet, q̃ credit se illo in re sua posse uti, & hypocrisis ac fictionis, inuidię, & murmurationis de eo, q. secũ cõpetit aliq̃d, odii qđ hẽt in illũ, qui in sua ptensione sibi non fauit, & qui ipsum non laudat, & q̃ curat eũ abijcere, & quod tumultus & seditiones concitet, 3
& eas sequatur. Et cum multis ex his imperfectionibus contaminetur, quieta, & tranquilla conscientia uiuit, & sic diuina recipit sacramenta, prophanã, ac remissam degens uitam, quid de hoc dici potest, nisi quod ei' oratio, cordis blanditiẽs, q̃ satisfactio omnes sunt diaboli fraudes, & incantationes? Si enim fideliter ac syncere ad eum qui est lux accederet suam ei figuram demonstraret, & qui est pater misericordiarum, & De' totius consolationis, eas imperfectiones in intrinseco cordis eius reprehenderet, ut saltem conscientiae morsibus cruciatus remedia q̃reret. Quapropter vos oro per sanctissi 4
simũ baptismũ, & p uirtutes, q̃ in illo infunduntur, & per Spiritum sanctum, qui eas cõmunicat, ut Christiana ęquitate attendatis, quod qui ita se iustificatos putabant, ut domum Pilati non intrarent, (quod ad maximũ esset peccatum ueniale) ipsi non habuerunt scrupulũ, dicentes: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum: nec

cum

cũ dixerũt maximis uociferationibus. Cru
cifige eũ,nec cum populo ꝑsuaserũt ut pete-
rent,nõ hunc,sed Barabbã. Atq; iterũ rogo
vt animaduertatis, quod ij qui peccatum iu
dicarũt triginta argẽteos in ærariũ publicũ
mittere, non habuerunt scrupulum emendi
5 sanguinẽ tã ꝑfecti, atq; iustitiæ cõsummati
viri. Ipse.n.qui eũ tradidit ueritate compul-
sus hoc cõfessus est,dicens; Peccaui tradens
Mat. 23 sanguinẽ iusti. Cui ipsi rñderunt: Quid ad
nos?tu uideris. Quamobrẽ fratres mei ual-
de timeamus & attẽdamus,ꝙ affectus & ꝓ
prius amor tm̃ apud humanum cor ualent,
vt efficiãt,ꝙ bonũ appareat malum,& ecõ-
tra. Quocirca non nobis metipsis fides est
adhibẽda,sed vnusquisque uitã suã modereť
secũdum uitã Iesu Christi, hoc.n.est mediũ
Rom. 8. ꝓdestinatum a Deo,ut ait S. Paul. ad Rom.
Quos ꝓsciuit & prædestinauit cõformes fie
ri imaginis filij sui, & sic animaduertet q̃d
sibi desit. Ad hoc dicamus cũ deuotione il-
Psal. 11. lud Psal. Illumina oculos meos ne unquam
obdormiant in morte.i.ne commorans in
peccato illud nõ sentiã,tanquã q̃ dormit,&
sic cũ ipso totus sim. Etiã frequentes in ore
feramus illa notabilissima uerba Dauid.
Ps. 128. Deus me⁹ illumina tenebras meas. Hęc om
6 nia dixi occasione illius uerbi: Tũc, in quo
incipit ca. 4. S. Matth. *Tunc ductus est Iesus:*
Tũc qñ iã baptizatus fuerat, abijt in deser-
tũ ad ieiunandũ, orandũ, & lachrymãdũ ꝓ
nostris sceleribus,& docẽs nos in hoc,quod
oĩa nostra ieiunia,& orationes,cæteriq; uir-
tutis actus in bona conscientia & puro cor-
de oportet fundari, aliter enim ædificium
erit erectum super falsum fundamentum.

Ait igit: *Ductus est Iesus ab spiritu in de-
sertũ.* In eremũ ducit plerunq; Spiritus san-
ctus electos suos. In hoc manifestať qualis
sit uoluntas eorũ,q̃ ab spiritu Dei possiden
tur. Illi in quib. diuinus spũs dominatur,sic
cęlestiũ rerũ contẽplatione capiuntur, & ita
seorsum de eis agere desiderant,ut quicquid
eos ab hac sancta conuersatione possit ab-
7 strahere, ab illo magis abhorreant, & accu-
ratus fugiant. Pruna accensa quę in sinu est,
impossibile est, ꝙ carnẽ non comburat, &
uestes malè olere faciat, si non põt Spũs san
ctus ignis cõmorari in anima, absq; eo ꝙ eã
Dei desiderio flagrare faciat,& exteriora,&
Simile. secularia fastidire. Qñ id, quod editis de se
bonum est,& tñ uobis amarũ,& lutũ sapere
videť,signum est,ꝙ in vobis humorũ nimia
abundantia est, sed ꝗñ res ut sunt sapitis,
signũ est,ꝙ crassi humores cõsumpti sunt,
& naturalis uirtus incipit ꝓdominari. Chri
stianũ cui Deus amarus,& cęlestia uidentur
sine sapore,uerisimile est a spũ diuino mul-
tum abesse, sed postquam res sanctæ nobis
id ꝙ sunt,incipiunt sapere & seculares uani-
tates, et id quod sunt vobis sapiunt,magnũ
est indicium præsentiæ Dei in hac anima.
Dixit Deus Moysi. Ego ero tecũ,& hoc ha-
bebis signũ, quod miserim te,cum eduxeris 8
populũ meũ de Aegypto, immolabis Deo
super mõtem istũ. In hoc cognosces Deum
esse qui loquitur tecũ, & te ad hoc negotiũ
mittit, quod qñ exieris cum populo meo de
Aegypto,offeres Deo holocausta super hũc
montem. Hoc signum illi dat,quia est maxi
mum ad cognoscendum utrum anima exie
rit iam ab Ægypto,& fideliter cũ Deo agat,
animaduertere, quod sacrificiorum usum
commutat. Antea sacrificabas idolis in Ae-
gypto, modo uerò iam in deserto immolas
Deo. Vt sicut antea honorẽ adorabas,pecu-
niamque & seculares dignitates,ludum, sen
sualitatemque, uenerabaris, & propter hæc
idola Deum omnino obliuiscebaris, nunc
horum omnium anima obliuiscatur, & eo-
rum saporem amittat, solumq; Deũ sapiat;
ipse.n. solus saturat,& huic soli se commen- 9
det,cum Dño se consoletur,cum hoc lætet,
illi amoris sui,curarum,desideriorum, cogi
tationumque suarum, offerat sacrificium.
Renuit consolari anima mea, dicebat Da- Psal. 76.
uid, & rationem reddit, quod mundanis re-
bus se non cõsoletur. Memor fui Dei & de
lectatus sum, delectabatur enim in reb. diui
nis,idcirco in caducis & mundanis consola
tionem recipere renuebat. Hæc est uoluntas
uerorum seruorũ Dei, & apud me non sunt
multum sancti,amici platearum,& qui mul
tis negotijs se tradũt,hæc.n. interiorem Dei
conuersationem distrahunt. Sãctos, qui gau 10
dent esse in populis soliorum amicos cupi-
dos in regiis commorandi,non multum se
curos iudico. De aliquibus hominibus dice
bat S. Paulus. Habentes speciẽ quidẽ pieta- 2. Ti. 3.
tis,uirtutem autẽ eius abnegãtes ex.n. sunt,
q̃ penetrant domos. Cõditio uerorũ sancto
rũ non est ea, sed sic Deũ sapere,& eius fami
liaritate tantopere delectari, ut omnem hu-
manam conuersationem cupiant relinque-
re,& in speluncam se committere,de hoc Dei
cõsortium amittant, quod si ab hac intima
conuersatione aliquando recedunt,hoc pro
pter proximorum utilitatem faciunt. Sanctus
Hiero-

Hieron. Hieronymus in eremo plorabat distractionem cogitationem suarum. S. Basilius in solitudine conquerebatur, quod nedum ibi a seipso posset liberari, & sunt multi, qui perfectiores, q̃ hi uolunt existimari, cum tamẽ hoĩes eos uideã inter maximos fluctus, tumultus, & ambitiones terrenas immissos.

Basil.

Dicit ulterius: *Vt tentaretur à diabolo*. Quia fortiter à diabolo tẽtãdus erat, ideò se in desertũ cõtulit. Voluit, ut tentationes ibi essent, ubi minor esset occasio, ut haberent effectũ, quia tẽtationes futuræ erãt gu-
11 læ, inanis gloriæ, & cupiditatis, uoluit solitudinẽ eligere, ubi non essent cibi, qui appetitum inuitarent, nõ homines qui ipsum laudarent, non denique pecuniæ, quæ ad cupiditatẽ inuitarent. Hoc aũt non pro se, tã securus enim in ciuitate erat, quam in deserto, sed fuit ad nostrã exhortationem, quia in tentationib. diaboli, quod potissimum possumus eligere remedium, est occasionem fugere, aduertentes q̃ callidus sit hic hostis, q etiam in deserto, ubi non erant nisi lapides, ex ipsis lapidibus tantationẽ protrahit, q̃d faceret ubi essent occasiones? Perpendit sa-
12 cra Scriptura, quod quando Deus introduxit filios Israel in terram promissionis, non
Exo. 13 duxit eos per uiam terræ Philistijm, sed circunduxit per uiã deserti, quæ est iuxta marẽ Rubrum, sic enim se hostibus obsessos viderent, uiamque patefactam aduerterent, ut in Ægyptum reuerterentur, facile redirent. Duxit ergo eos per uiã maris Rubri, ut cũ in medio essent mari, & se sine possibilitate redeundi cernerent, ulterius progrederentur, etiam si per medios hostes essent tiãsituri. Remedium est approbatum & traditum a Sãctis, quod nos a periculosis reb. abstrahamus, ut adueniente tentatione nos inueniamus ineptos, & sine possibilitate ad
13 indulgendũ ei, licet uelimus, & sic facilius homo eã superat, & in uirtute progreditur. Qui est ubi luditur, facile ludendi tantatione capietur. Qui cum fœminis conuersatur, facile cum uenerit tentatio, ab illa uincet', siquidem præ manib. habet occasionẽ, &c.

Cum ieiunasset. Vna ex uirtutibus, quib. diabolus potissimũ implicat', est ieiuniũ, q̃a subtrahit ab eo iurisdictionẽ, & eã paulatim
Psal. 68. dat Deo. Dicebat Dauid. Q̃d est remediũ, ut me diabolus non inueniat? Respondet; Operui in ieiunio animã meam, &c. Venit diabolus ad te, & non inuenit: es totus coopertus & cõsumptus ieiunio. Maxima sunt cõmoda, quæ ex ieiunio hauriuntur, tangit alma mater Ecclesia in p̃fatione Missæ loquens cũ Deo, & dicẽs: Qui corporali ieiunio uitia cõprimis, mẽtẽ eleuas, uirtutẽ largitis, & præmia. Et ut ieiuniũ sit bonum, & sicut decet, una ex præcipuis conditionib. quæ ad illud requiruntur, est, ut cib. sit moderatus, uilis, & appetitui iniucundus, & ingratus. Et quod sit istius rei pretium, adnotauit S. Hieronymus in epistola ad Eustochium de seipso scribens, Cum multos an- Hieron.
nos, domo parentibus, sorore, cognatis, & (quod his est difficilius) consuetudine lautioris cibi propter regna cęlorũ me castrassem. Hierosolymam militaturus perrexi. 14
Quem locum q̃n primum legi, ualde miratus sum, diuini uiri tale uerbũ legens, quod difficilius illi fuerit, a lautis cibis abstinere, quã diuitias, propinquos, patriam, unamq. quã habebat sororem relinquere, quæ omnia in mundo pretiosissima solent reputari, cuius rei ratio est, quia hæc cito obliuioni traduntur, sed opiparos cibos quotidie caro expetit, & idcirco tã pauci sunt abstinentes, & qui ieiunent sicut decet. Quapropter dicebat S. Theodoretus, quod uerum ieiuniũ Theod.
est perpetua indigentia, ut ita homo prandeat, ut tota die sit famelicus, & debilitatem 15
sentiat. Verum, significabat ibi perfectũ, perfecti ieiunantes curant in quantum possunt hunc diuinum Magistrum imitari, qui quadraginta dies integros in illa aspera solitudine cõmoratus est. Illic dormiebat optim' Iesus in nuda humo, absque lodicibus, & absq; tegumento ullo, supposito lapide capiti. O Domine quis poterit numerare labores, quos illic prepessus es in medio hyemis ad frigus, & pruinas, uẽtis, ac tempestatibus cõcussus? O Deus æternę Maiestatis, quis in illa solitudine te reperiret, aut quis in tua sancta societate una die esse mereretur? O quis uideret tuam feruentẽ orationẽ, 16
in qua dies noctesq; consumebas sp pro p̃destinatis Patrem rogans? o quis lachrymas tuas ac suspiria intueretur, quæ pro hominum salute fundebas? prius Domine in deserto lachrymis nos abluere uoluisti, quam in cruce sanguine lauares. Discite ò filij Adæ ex hoc diuino duce, quomodo prælia turi sitis, ut uictoriã reportetis. Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, dicebat Dauid. Lachry- Ps. 145.
mis, orationibus, asperitate, solitudine, ieiunioque pugnate, & experiemini quanta cũ

uictoria euadatis. Recolligite uos his diebus in uestris sacrarijs, negotia expellite, a malis cõsuetudinib. separamini, ad hoc.n. sacrosanctum hoc tempus institutum est, &c. Heu quantum est hic plorandum propter quod tam raras uictorias a Dæmone reportamus, atque ita triti sumus.

Dic ut lapides istis, &c. Dicũt nonnulli, ꝙ hic Christum dñm tentauit diabolus, ut de Deo murmuraret, quasi irridens fiduciã, & fidẽ q̃ ĩ illo habebat. *Dic ut lapides isti, &c.* Quasi dicat magnã curã habet Deus de te, cui seruis, & propter quem in hac solitudine moreris, qui aliũ uictũ tibi non præbet, præter lapides. Et cum ipse dixerit ĩ tuo baptismo te filiũ suũ esse, in quo sibi bene cõplacuit, manifeste patet illum nunc te fefellisse, nec te talẽ habere, cũ nullam curam de te habeat, quin aliter quid tibi ad uescendũ det, animaduerte, ego enim nihil uideo præter lapides, & siquidem nihil aliud tibi dat, dic ut lapides isti panes fiãt. Hæc oĩa nihil aliud fuerũt, præterq̃ Iesum Christum inducere, ut de eo detraheret, atque de eius prouidentia: liberet nos Deus a tali tẽtatione, a ut saltẽ ne in illam incidamus, quod deue-
18 niat quis ad detrahendum de operib. Dei. Ingens malũ. Etiam est maximum malum illorum famã lædere, qui in terra sunt loco Dei, qui sunt ecclesiastici, & religiosi, hoc enim omne est esca apta, ut ignis Lutheri inflammetũr. Mos est enim hæreticorum religiosorũ uitas, habitus, ceremoniasq́; mordere, & de eis semper maledicere. Ignis quẽ auditis in illis miserrimis regionibus inflãmari applicatur maxime huic fomiti, & escæ detractionis ac murmurationis de seruis Dei. Atque ideò hęc est una ex maiori-
19 bus tentationibus Dæmonis, curare, ut maximus murmurator sis; ex maximo.n. detractore solet maximus effici hæreticus. Alij cõmunius dicunt diabolũ hæc uerba dixisse, ut cognosceret, utrum esset Iesus Christus uerus Deus, & ideo illi dixisse: *Dic ut lapides isti panes fiant*. Modus est.n. Dei in
Gene.1. operãdo, dicẽdo, & imperãdo, ut patet in Genesi, ubi dicit, ꝙ dixit Deus; Fiat lux, & facta est lux, &c. Valdè notãda est astutia Sathanæ, quò incipiat a reb. humilib. & paruis, ut illac aditũ reperiat ad maiores, ut patet hoc in loco, ubi apertè cernitur, quod prius quã Dominum nostrum Iesum Christum tentaret uanitate, cupiditate, ac idololatria, ei suasit, ut lapides in panẽ conuerteret. Ideò D. Paulus nos admonet sic: Non circumueniamur a Sathana, non enim ignoramus co- 2.Cor.2
gitationes eius, idest, ut nos seruemus, & diligenter caueamus ab obsessionibus, & circũuẽtionib. diaboli, ne cõphedamur, & deijciamur ab eius calliditate, & astutia, quæ (ut Dauid affirmat) difficillima ẽ intellectu, Pa- Psal.10.
rauerũt (inq̃t) sagittas suas in pharetra, ut sagittẽt ĩ obscuro rectos corde. In obscuro (inquit,) q̃a curat dæmõ tẽtationes abscõdere, ne tẽtationes uideãtur, nec aliud ipse expetit, nisi ut parũ sibi auditũ patefacias, ut hac uia oĩno te destruat. Quapropter ne passum 20
quidem est aĩa uestra illi detis, quẽ si dederitis, ille nihil plus desiderat. In Gene. perspi- Gen.39.
cuè ostenditur, quomodo Sathanas iustum plurimis tẽtationibus circundet, nisi enim hac tẽtatione illũ superauerit, saltẽ illa aut alia tẽtatione possit uincere. Patet; uix Sanctus Ioseph ex una tentatione euaserat, ut fuit, a fratribus suffocari, cũ iam aliam maiorem ei diabolus parabat, & fuit quod iniecit dñа oculos in Ioseph, ꝙ eius Domina illius amore cœpit inflammari. Quid? hanc uocas maiorem tentionem? etiam. Iusto enim maior tentatio est hæc, quam altera.
Verum est quod alius iniustus dicere: O 21
fœlix ego, qui post tantum laborem inueni amantẽ me, & mihi benefacientem. Inueni Dñam potentissimam, quæ de meo honorificat de suo curam habet. Iustus autem non considerat hoc sed cõtra nõ ignoramus cogitationes eius. Diaboli astutias intellexit, & ꝙ in alia tentatione in periculo eũ posuit amittendi uitã, & in hac intendit eius aĩam perdere, ac corpus, & quicquid haberet, destruere conatur. Hucusque eius probitas illum Domino suo acceptum reddebat, & gratia Deo iucundum faciebat, modo uero omnia simul ei uolebat arripere, & facere
ut Deum & homines amitteret, scilicet, ut 22
peccans, animam suam occideret, & per adulterium, corporalis ei uita adimeretur. Ideò Sãctus Petrus dixit: Circuit quæ- 2.Pet.5.
rens quem deuoret, &c. Totum uolebat absorbere. Et licet tanta fuerit tentatio, & non solum semel, sed sæpe ac multis diebus: Sanctus tamen iuuenis constanter ei restitit. Quantumcunque arbores sint ma- Simile.
gnæ, & fortes, si multis ictib us percutiantur, aliquando tandem in terram procidunt; & guttæ aquæ mollis, durissima cauãt saxa: quanto igitur magis tentationes mollem carnem cauabunt? quæ est, ut dicit

eit Iob: Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est: in carne tamen honesta illius sancti iuuenis nihil impressæ sunt. O Dei potentissima gratia quos effectus iniustis facis, oĩa possum in eo q̃ me cõfortat, dicebat Sanctus Paulus: Sic hic iuuenis Ioseph, ita diuina gratia munitus erat, ut nõ modo superatus non fuerit, uerum intenderet dominã suam uincere, & eam optimis uerbis conuertere, qui dixit ad eã: Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat quid habet in domo sua, &c. Preter
23 te quæ uxor eius es: ac si diceret; Aduerte ò domina, quænam sis, es enim coniux Ducis generalis Regis, & cùm tu sis tam nobilis matrona, non licet tale committere: & non hoc solùm, sed & peccatum exaggerauit, dicẽs: Quomodo ego possum hoc malũ facere, & peccare in dominũ meum? Videte prudentiam iusti, quas rationes inuestiget ad illiciendam eam ad bonum, &c.

Accedit ergo tentator, & sentiens Dominũ famem habere, dixit ei. *Dic ut lapides isti panes fiant*. Quia cum dolo & superbia accessit, non impetrauit quod petij. Accede tu frater mi humiliter hæc eadẽ uerba dicens,
24 & pro sua clementia hoc tibi concedet. Lapides sunt persecutiones & labores, q̃bus nos dæmon & homines mali lapidant. Hos conuertit sanctissimus filius Dei in panẽ dulcedinis, sicut lapides Beati Protomartyris Stephani, de quibus dicit Ecclesia: Lapides torrentis illi dulces fuerunt, & sic ut tormenta aliorũ sanctorũ Martyrum, quæ suauissima
2.Co.7. & 12.Ps. 4. reddit Deus. Quod morsus affligebat Sanctus Paulus in laboribus, uelut in dulcissimo pane, cum diceret: Gloriamur in tribulationibus, &c. Et Dauid ẽt, q̃ dicebat. Fuerũt mihi lachrymæ meę panes die, ac nocte, Lacrymæ propter Deum effusæ, sunt panis mollis: etiam sancta exercitia & uirtutes
Eccle.6. sunt uelut lapides. Sic Ecclesiast. dicit: Quã spera est nimium sapientia in doctis hominibus, & non permanabit in illa excors. Qua-
25 si lapidis uirtus probatio erit in illis, & non demorabuntur proijcere illam, sicut pondera magnorũ lapidũ sunt exercitationęs uirtutis aggredientibus illam: & ideò pigri, & pusillanime uirtutis pondus non possunt tolerare, sed statim illud a se proijciunt. Hos igit᷑ lapides cõuertit noster pijssimus De⁹ in panẽ suauissimũ illis, q̃ iã diũ uirtutẽ exercuerũt. Accede ergo charissime frater, cum magna cordis æquitate & profunda humilitate, & pete a Deo ut lapides isti panes fiant: sicut ipsos iam conuertit in panem alij seruis suis ut omni bono possit perseuerare.

Scriptum est. Non in solo pane uiuit homo. Omnibus tentationibus respondit: Scriptũ est. Sãcta Scriptura muniẽdus est uir iustus, ut non modo non uincatur, sed ẽt ut tantationẽ superet. Ecquid arbitramini esse sanctam Scripturam citare ad resistendum tentationibus, præter quam diuinam uoluntatem in ipsa expressam allegare: quando sese uobis aliquid offer, consulite diuinam uoluntatem, quæ in sacris literis expressa est, 26
& perpendite utrùm si contra eam, an non, quod si contra eam fuerit, ei resistite usque ad mortem. Hæc est præcipia ratio ad resistentiam, scilicet, esse contra Dei uoluntatem, & hæc sunt meliora, ac magis meritoria arma, quibus possumus muniri. Et sic Diuus Paulus ad Ephes. scribens tentationes & concussus diaboli (cum dixit: Non Ephe.6.
est nobis colluctatio, aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, quod non solum luctamur ad uersus sanguinem & carnem, qui sunt ho- 27
stes debiles, sed etiam aduersus alios potentiores hostes, qui sunt dæmones.) Addidit statim, arma designans, quibus præliaturi & restituri sumus, dicens: Propterea accipite armaturam Dei, &c. Et concludens posuit ultimam & præcipuam armaturam, & gladium spiritus, quod est uerbum Dei. Hinc colligetis, quam debiles sint nostræ resistentiæ, cum non confugimus ad Dei uoluntatem, in sacri scripturis explicitam. Ne ergo dicas frater: Nolo peccare, ne forte honorẽ amittam, ne in morbũ incidam, ne ve in infernum detrudar: quia & si hoc non sit
malum, non tamen est principalis ratio quæ 28
te à peccato debeat abstinere, sed illud præcipue te abstineat, nolle Dei uoluntati contradicere, & desiderunt firmumq; ac stabile propositum uiuendi semper sub diuina obedientia. *Non in solo pane uiuit homo*. Deus non habet tam strictam potestate, ut absque pane hominem alere non possit, qualibet re Deus hominem potest alere. Quapropter non omnem tuam curam adhibeas in pane acquirendo, sed studiosissimè curat, ut huic potentissimo Deo placeas, qui quacunque re te potest sustẽtaret. O quot curas & anxietates homo a se expelleret, si in corde suo hanc infallibilem ueritatem proponeret.

Victa hac tentatione: *Statuit eum supra pinnaculum templi.* Et licet ibi non potuerit caput Ecclesiæ, q est Christus Redēptor noster superare, nunc tñ curat extollere multos ex eius mēbris ad sublime Ecclesiæ, ut indè maximā ruinā faciant. Et quemadmodū de
Psal.112. Deo dicit David: Suscitans à terra inopē, & de stercore erigens pauperē. Sic ēt diabolus vult in hoc Deū imitari, licet dispari inten-
29 tione, & moltos infimæ conditionis sublima, & illos cum principibus populi Dei collocat. Et hæc est differentia, q ijs, quos Deus extollit, sunt sub pinnaculo; habent status & dignitates super se, sicut grauia onera, illi verò, quos extollit diabolus, sunt super pinnaculū, idest, sunt super dignitatē & prælaturā, quia eā non acceperūt, nisi, ut in illa requiescerent, & sic dicit alter: Ego quadraginta annos Regi seruiui, & in eius seruitute uitam, omnemq; meā substantiā cōsumpsi, & nūc præfecit me huic episcopatui, ut iam aliquando quiescerent. Quis unquā tale uidit, aut audiuit pastorē ad dormiendū? O q̄ terribilis, fraus, apertè apparet, q te diabo-
30 lus sine meritoriū scalis extulit. Quos Deus sublimat, meritoriū, uirtutumque gradibus ascendunt, & habent prelaturā cū assiduo laboris exercitio adimplentes, quod admone
2.Ti.4. bat S. Paulus Episcopum Timotheum. Ministeriū tuū implet, &c. Officiū implere, est prædicare, Ecclesias uisitare, de clericis rōnē habere, eleemosynas dare, oībus deniq; esse uirtutis exemplū. *Iterum assumpsit eum &c. Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me.* O quot in hoc Sathanā imitantur, dicentes: Hoc tibi dabo si Deū offendis, qui iudices, aduocatos, scribasq; largitionibus corrūpunt, ut iustitiā peruertant, qui dona fęminę promittunt, ut eam deflorent: O uos miseros, quibus rebus poteritis animæ unius in cōmodū resarcire? quæ plus ualet quam uni
31 uersus mūdus. Timete fratres Deū, ne in tā
Iob.26. tū scelus incidatis. O quam terribilibus uerbis & minis hoc exaggerat sanctus Iob, & peccatores cōminatus, dicens: Gigantes gemūt sub aquis, & q habitāt cū eis, &c. Si Dæmones qui sunt gigantes fortissimi, tormentis inferni oppressi gemunt, quid facient eorum ministri & imitatores, qui tam fortem naturam nō habēt? Quapropter nihil aliud facite, quam alios ad peccandum inducere, & illic experiemini quid agatur: & licet robusti sitis, nulla ibi fortitudo eisdem tormētis potest resistere.

Hæc omnia tibi dabo, &c. Omnes quatuor orbis partes ei ostendit. Videamus Sathana qūo probabis tu uniuersum orbē esse tuū, & te posse illum dare cui libuerit? Nihil amplius superest nisi dicere: hęc omnia tibi dabo? Hic ostenditur, quam parum uos diabolus æstimat. Si piscante piscatore tot pisces Simile.
hamo occurreret, ut nudo ipsi & detecto adhærerent, non dubitaret piscator iterum atque iterū eum sine esca immittere: sed magna cū fiducia eū inijceret: sic etiā diabolus 32
ita consueuit homines sine cibo piscari, ut nudum hamum immittere non dubitet: tot enim in eū incidunt, ut superuacaneū esset, tentationes operire. Ideò hic nihil illius interfuit, ut mendax reperiretur: & sic absolutè dicit: Omnia sunt mea, ea ego tibi dabo, tāquam, iudicans Dominum nostrū Iesum Christum purum hominem, qui fortasse deciperetur, sicut alij homines nudato hamo decipiuntur. Si homines sibi persuaderent diabolum illis posse regna dare, quid in eius seruitute non facerent? si pro nihilo, tot insulta committunt, quid pro regno facerent? Qua facilitate Iesus Christus alias tentationes superauit, hanc etiam uicit. 33

Decedente Sathana summa cum confusione: *Accesserunt Angeli & ministrabant ei.* Ibi uideretis Angelorum choros, qua diligentia sicut famuli eius mensam circuibāt, eique accuratissimè ministrabant. Accede ergo ò anima mea ad illud sacrum conuiuium, & reliquias, quæ ex illa diuina mensa excidunt, diligenter collige: contemplare Regem cælorum pallidum, debilem, frigore, aereque perstrictū, famelicū, in nuda humo prostratum, super petram sedentem, & inter choros Angelorum summa cum mo- Simile.
destia manducantem cōsidera. O quis ibi esset, ò quis sacrosanctum illud ac tam cōtinens uideret conuiuium. Commorare ibi ò anima mea per memoriam, quandoqui- 34
dem præsens ibi esse nequiuisti. Deprecare hunc sanctissimum Dominum, ut te ad misericordiam ibi recipiat, sicut & peccatricē Magdalenam suscepit. Accedamus omnes, fratres mei, tempus enim uictoriæ aptissimum est ad recipienda beneficia præstantissima, ea speremus ab hoc Domino, quæ sunt munera gratiæ, qua impetratur & gloria: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, qui cum Patre & sancto Spiritu uiuit & regnat in infinita seculorum secula Amen.

Feria

Feria II. poſt Dominicam I. in quadrageſima.

Cum uenerit filius hominis in Maieſtate ſua, & omnes Angeli eius cũ eo, &c. Math. 25.

1 Prou. 14 TImorem dicit Spũs ſanct⁹ totius boni eſſe initiũ timor Dñi fons uitæ, ut declinet a ruina mortis. Fons ad conſequendã uitã, & ad fugiendã mortẽ eſt timor. Iõ admonebat S. Paulus ad
Philip. 2 Philip. ſcribens cũ metu & tremore veſtram ſalutẽ opamini cũ metu aĩæ, & tremore corporis. Rõ huius ueritatis digna eſt, q̃ noteť, & cõſideretur, ſpũs humanus cũ fide formatus, eſt tanq̃ mediũ conſtitutũ inter voluptates peccatorũ, & pęnas q̃ ꝑ illis ferẽdę ſunt. Voluptates tanq̃ præſentes, & breues conſiderat, pęnas verò, ut futuras, & æternas aĩad uertit. Voluptates eũ attrahunt, timor autẽ pęnarũ ipſum deterret, & facit regredi ſi eas conſideret adiutus a fide. Et hoc eſt, ꝙ ad li-
Heb. 11 terã dicit S. Paulus de Moyſe, ꝙ fide elegit magis affligi cum populo Dei, q̃ tpalis peccati habere iucũditatẽ. Perpendite, qđ dicit:
2 elegit, cũ ob oculos ꝑ conſiderationem haberet uoluptates, & pęnas, potius uoluit af-
Eccle. 1. fligi, q̃ delicias ſequi. Ideo Eccleſiaſt. timorẽ laudans dixit: Timor Dñi, gloria, & exultatio, & lętitia, & corona exultationis. Mirabile eſt uidere effectus, quos hic dicit Eccleſiaſticus a ſãcto timore, dimanare, & inter eos ꝑcipuus eſt, qđ timor ſit corona exultatiõis. Corona magnanimis ſolet tribui, non autẽ timidis. Hinc colligetis quantæ magnanimitatis ſit, Deũ timere, ſiquidem Deũ timentes, coronati euadunt, corona exultationis. Quam copioſè remunerat Deus timores, q pro ſe tolerantur: magnũ eſt ergo gaudium & lætitia, q̃ proficiſcitur ex timore Dei, qui
3 eſt corona exultationis. Quod tam neceſſarius ſit timor, curauerũt S. Prophetę ab Spũ ſancto edocti, tot ac tam terribilibus minis illum cordib. hominum affigere, & in eorũ viſcerib. inſculpere. Quam terribilis cõmi-
Soph. 1 natio eſt iniquis illa Sophoniæ, & erit in tẽpore illo. Scrutabor Hieruſalem in lucernis &c. Si. n Hieruſalem ciuitatem ſanctam tã accuratè Deus ſcrutaturus eſt, qđ faciet Babyloniæ? ſi iuſtus q tã ſanctè ac piè uixit, tã

to rigore examinãdus eſt, tãq; arcto iudicio eſt iudicandus, quid erit de diſſoluto, & uago, cuius tota uita fuit q̃dã confuſio? Etiam nos Eſaias intẽdit terrere, illis tã aſperis uer- Eſa. 3.
bis, ꝑparata eſt. n. ab heri Tophet: (. i. infernus) a rege ꝑparata, ꝓfunda & dilatata. Nutrimenta eius ignis & ligna multa: flat⁹ Dñi ſicut torrens ſulphuris ſuccendes eam. Tophet locus erat propè Hieruſalem, ubi ſolebant proijci cadauera, & aliæ immunditiæ, & ſimilitudine illius loci fętidi, & abominabilis pęnas inferni explicat. Dicit ergo: Val- 4
lis illa profunda inferni, q̃ eſt in corde terrę ꝑparata ab origine mundi, per potentiam illius æterni regis, tam ampla vt poſſit capere tot namq; innumeros condemnatos, q ſũt ligna, & multi titiones q in æternũ illo igni concremandi ſunt, & flatus Dei erit tanquã ſulphuris torrens qui illũ ſuſcitabit. O horribile, & metuendũ verbum, quis eſt lapis q te audit, & in lachrymarũ flumina nõ conuertitur? ꝙ ira Dei, & eius iuſtitia in æternũ inſufflabunt ne ullo unq̃ tpe tormenta illa extinguantur, aut cõtinuantur. Super hæc oĩa obſtupeſcere facit ꝙ ait B. Petrus Apo- 2. Pet. 3
ſtolus: aduenict aũt dies Dñi ut fur: in quo cęli magno impetu tranſient, elemẽta uerò calore ſoluentur. Cũ igitur hęc oĩa diſſoluẽ- 5
da ſint, quales oportet uos eſſe in ſanctis cõuerſationib. & pietatib. expectantes, & properantes in aduentu diei Dñi, per quem cęli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent? Nouos verò cęlos & nouã terram ſecundum promiſſa ipſius expectam⁹, in q̃b. iuſtitia habitat. O Deus infinitæ maieſtatis, per tuam ineffabilem clementiã te deprecor, ut nobis intellectum & ſenſũ præbeas, quo hæc S. Apoſtoli nobis uerba proficiãt. Hoc primum nobis hic dicitur, quod dies iudicij ut latro aduenict. Quia latro ſi Simile.
ingreditur domũ ut furetur, & forte inuenit dñm uigilantem, cum magno decoro & ur- 6
banitate eũ alloqtur & ueneratur. Sic ultimus dies & mors eſt bonis, qui uigilãt, & in gratia ſunt. Honorificentiſſime benigniſſimeq; eos tractat: illis uerò qui ĩ peccatis ſõno negligentes, & nõ parati cõmorãtur, eſt valde terribilis, ita ut eos in infernum ſepeliat ſicut latro cùm inuenit dñm dormientem eum occidit, & illius bona diripit. Secũdo dicit cęli magno impetu tranſient: elementa uerò calore ſoluentur. Terra autem & quæ in ipſa ſunt opera exurentur, ex his igitur ita metuendis infert Beatus

Petrus dicens: cū igitur hæc omnia dissoluē-
da sint, quales oportet nos esse tam terribi-
lem diem expectantes, q̄ sanctas oportet esse
nostras conuersationes? &c. Et postea cōclu-
dit: propter q̄ charissimi expectātes, satagi-
te, immaculati & inuiolati ei inueniri in pa-
ce, & Dñi nostri Iesu Christi longanimita-
7 tem salutem arbitramini. Omnia hæc sunt
verba dignissima maxima consideratione:
primum magnā habet emphasim. Propter
q̄, siquidem omnia concremanda sūt, caue-
te ne in perpetuū comburamini, licet inter
pęnas maxima sit carere beatifica Dei visio
ne, quæ est bis infinita cum quia nos infini-
to bono priuat, tū q̄ sit infinitæ durationis.

Hanc tñ non multū timent mali, q̄a nō
cōtēplantur q̄ bonū amittāt, & ideo S. Pe-
trus non tm̄ de ea agit, quantū de igne, per
quem proponitur ante oculos pęna ignis æ-
terni, hanc.n. cum hic quasi experiamur ma-
gis nos terret. Dicit ulterius, ut magni facia
mus lōganimitatē Dñi nostri Iesu Chri, vt
hoc tps q̄ nobis concedit, & pniām expe-
ctat, arbitremur singulare bñficiū q̄ in nos
cōfert, ad nostrā salutē & remediū, q̄ pecca-
sti heri, nec statim aperta est terra, quæ te ab
sorberet. Quid faceres frater si te mors com
8 prehēderet (vt Hispane) (*Con el hurto ne las*
manos?) O q̄ singulare bñficiū nobis facit
Deus, sperās nos ad pniām nisi forte nostra
culpa, hoc bonū nobis in malū cōuertatur:
cum hac occasione non usi fuerimus. Ideo
Psal 5. David dixit, Nisi cōuersi fueritis gladiū suū
vibrauit, arcū suū tetendit & parauit illum,
&c. Vsus est hic Spūs sanctus hoc metapho
ra, ad significandū, q̄ sicut in arcu quo sagit
ta magis regredit̄, postea eo maiori impetu
exit, & maius infert uulnus; sic quanto plus
Dei iustitia detinetur pœnitentia expectās,
si hac longanimitate non usi fuerimus, tan-
to postea crudelior erit ictus supplicij eius.

Hæc oīa fratres mei dixi, ut per ea maxi-
mum Dei timorem concipiatis, siquidem
timor est fons uitæ, & salutis (ut in initio dixi
9 mus) sed (ut uobis uerum fatear) me ip-
sum admiror quomodo hæc tam terribilia,
& Dei terribiles comminationes referens,
apud me māserim, ut quod cum uerbis ani-
mam simul, sanguinem & uitam non effu-
derim? Quomodo hæc dicimus, & audim⁹,
& tāquam insensibiles lapides remanemus?
quod si nobis timorem nō intulit quod hu-
cusque diximus, utamur saltem eis quę nos
dominus docet in sancto Euangelio. *Cū ve*
nerit filius hominis, &c. Ante aduentū Dñi,
concrematis iam oīb. erit illa uniuersalis re
surrectio mortuorum, & oēs quasi territi &
timore perculsi resurgemus. Non.n. uidebi-
mus terram sicut antea, nec fluuios, aut ar-
bores, nec apparebūt aues, aut animalia, oīa
quæ antea erāt, combusta inueniemus. Cer- 10
te nescio hoc dicere; & uellem ut alius dice-
ret, quo ego in foramen aliquod me immit
terem, deterret enim me huius rei cogita-
tio, & de ea loquens perterritus sum. Quis 7
audebit ibi caput extollere? cum cuncti ibi
sint scientes ad quid uocati fuerint, in cęlū
suspicient, & dicit S. Matthæus q̄ tunc ap- Mat. 24
parebit signum filij hominis in cęlo, & tūc
plangent omnes tribus terræ. Quod vide-
bunt cum sic in cęlum aspicient aduentare
vexillum illud sanctæ inquisitionis, crucem
illam sacrosanctam in qua Christus affixus
est, & tunc plangent omnes tribus terræ, nō
autem tribus cęli, quia tribus terræ sunt pec
catores terrestres. Erit enim genus quoddā
desperationis, cum non uideant in illa cru-
ce illa misericordiæ brachia extensa, nec sa-
cratissimam virginem iuxta crucem prospi
ciant, quæ pro eis intercedat. O miser pecca- 11
tor, quid facies sine patrono? qd anima tua
maximis sceleribus onerata sentiet, quum
non uideat in cruce vulnera, quibus eius cri
mina operiantur, nec sanguinem, quo eius
labes aspergantur, dixit Deus Moysi: refert
virgam Aarō in tabernaculum testimonij, Nu. 17.
ut seruetur ibi in signum rebellionis filiorū
Israel. Sic crux summi sacerdotis Christi ap
parebit illi in signum & confusionem rebel
lionis malorum. Quemadmodum.n. regu-
la metimur lapidē ut eius rectitudo, aut di-
sparitas uideatur: sic sanctissima crux erit
ibi regula qua nostra opera summus artifex
Iesus Christus metietur. O miseros nos, &
quæ paritas reperietur inter nostros cibos,
uoluptates, & opera, cum illis, quæ summus
Magister mundi in cruce tanto amore, &
charitate operatus est, o quæ anxietate, qui 12
gemitus, qui planctus ibi erunt, quænam li Sap. 5.
gna est quæ illos queat explicare, vidētes tur
babuntur timore horribili. Illi ita lachry-
mantes, ait S. Matth. q̄ uidebunt filiū hoīs Mat. 24
venientem in nubib. Qd uidebunt filiū uir
ginis cum magna Maiestate aduenientē, &
cum illo omnes Angelos cęlos. Tunc maxi
mū planctum & ululatum extollēt (ut dicit
S. Ioannes in Apocal.) sicut solent extollere
mulieres ululantes, in funeribus filiorum
charis-

Apoc.6. charissimorum, & dicent mōtib. & rupibus?
cadite super nos, & abscondite nos a facie se
dentis super thronum qñ uenerit dies ma-
August. gnæ iræ eius, super q̄ dicit D. Aug. q̄ ma-
ius tormentum erit malis furorem uultus
Dñi. tolerare, quā cruciatus infernales perpe
ti. Perpendite diligenter uerbū illud, dies ma
13 gnæ iræ eius, Magnæ iræ eius dicit, q̄a licet
Deus sæpe iratus fuerit, & se furore cōcita-
tū pbuerit (sicuti in supplicio Angelorū) & ī
diluuio, & cū Sodomitis, ac etiā cum Aegy-
ptijs, &c. solummodo dies iudicij dr̄ dies ma
gnæ iræ Dei, oēs. n. illæ iræ non fuerunt tan
Esai.24. tę quanta erit illa. O q̄ iratum eum ostendit
Esaias, dicens; Dñs sicut fortis egredietur,
sicut uir præliator suscitabit zelū, uocifera-
bitur & clamabit super inimicos suos cōfor
tabitur, tacui semper silui, patiens fui, sicut
parturiēs loquar dissipabo, & absorbebo si-
mul, &c. O quę uerba tam horribilia, ò bone
Iesu decus & splendor animarum nostrarū
quis te uidit tanquam mitissimum agnum,
& quis modo patientiā tuā in peccatores cō
siderat, quid sentiet uidens te suscitantē ze-
lū tuum & honorē tuum, qui à malis ita op-
14 pressus fuit, propugnantē? ò q̄ siles mō Dñe
tot adulteria, tot homicidia, tot piuria, &c.
Qũo terra nō aperitur, quæ nos sorbeat, ab
existimatis Deum hoc non animaduertere?
animaduertit quidē, & licet mō taceat, ali-
quando tñ silentiū rūpet, & uindictā sumet
de iniuriis tātæ Maiestāti illatis. Quum præ
1.Re.15. terirēt Hebræi in terram promissionis, exiit
Amalech, ut eis contradiceret, & post qua-
dringentos annos dixit Deus Sauli Recēsui
quæcunq; fecit Amalech, Israeli, quomodo
restitit ei uia cū ascenderet de Aegypto, &
his dictis præcepit ei ut iret ad sumendū sup-
pliciū ex eis. Putarēt (credo) illi q̄ iam Deus
tyrannidis, & credulitatis suæ non memine
rat. Sed decepti sunt, q̄a cum minus arbitra-
15 ti sunt, tunc pœnas soluerūt: sic faciet tibi, q̄-
do sicut uir preliator suscitabis zelum suū.
O quę exageratio, sicut uir præliator ait.
Apo.19. Quādo incarnatus est uenit sicut rex ad nu
ptias: uenerunt nuptiæ agni, & apocalypsis,
mitissimus & ualde pacificus: sed tūc ueniet
sicut uir præliator cum zelo & furore, ut or
bem euertat, omnibus creaturis armatus.
Sap.5. Armabit creaturam ad ultionem, &c. Sapiēs
uociferabitur, & clamabit. O Deus & qũo
nos non obstupefacit hoc uerbum? O quo-
modo rugiet Iesus Christus quasi partu-
riens, & nos ita sumus modo sine sensu &
cogitatione harum rerum & ita securi, ac si
esset aliqua poetarum fabula. *Et congrega-*
buntur ante eum omnes gentes. Quid erit ui-
dere ibi illos Darios, illos Alexandros Cæsa
res illos, ac potētissimos Romanos Impera
tores? Dispari uultu eos uidebimus sic fue-
rūt hic. Quid fuit uidisset eos in hoc sæculo
& illi intueri? Simile.
Præterea quę dicit Dominus: *Quod sepa-*
rabit eos adinuicem, &c. Vt unusquisque sit
in loco decenti. Quando habent capitulum
commendatarij, assident secundum antiqui-
tatem & merita uniuscuiusque uidebitis es- 16
se commendatarium senem & pauperem
ad dexteram magni Magistri, & dux, aut
comes, aut alius princeps ditissimus assidet
in infimo loco, quid hoc est, nisi quod ibi
dantur loca, suo ordine, q̄ moderatione? sic
igitur erit in illo capitulo generalissimo iu-
dicij. Videbitis pauperem piscatorem iuxta
Magistrum maximum Christum, Imperato
res uerò & potens sęculi in abiectis locis
cum dæmonijs. Conuertet tunc bonus Iaco.2.
Iesus uultum altissimum ouibus suis & di-
cet illis dulcissima illa uerba. *Venite benedi-* 17
cti, esuriui, &c. O quanto iure D. Iacobus
dixit; Superexaltat autem misericordia
iudicium, idest, quod in illo examine miseri
cordia superior est iudicio, aut (ut clarius
loquar) quod misericordia de iudicio trium
phat. Quia quos iudicij seueritas posset op-
primere & euertere eos misericordia libe-
rat: allegans coram parte misericordiarum,
dignum esse misericordia, qui in proximos
misericordia usus est. Ideo Echumenius cō
parat misericordiā oleo, quo luctatores un-
guntur ne possit apprehendi: sic miseri- Echum.
cordia linitos non poterit diuina iustitia cō
prehendere; sed in illis adimplebitur promis
sio Domini: Beati misericordes, quoniam
ipsi misericordiam consequentur. Quapro-
pter Gregorius Nicenus acutè comparauit Gregor.
Deum cum lucido speculo quod talem tibi Nicen.
uultum præbebit, qualem tu habes, talem
inuenies Deum in iudicio, qualem tu in 18
hac uita te præbuisti. Si habuisti uultum
misericordiæ, tunc etiam tibi Deus osten-
det: si fuisti crudelis etiam Deus seuerum
se ostendit in te. Non est commutatio in Psal.17.
speculo, sed in imaginibus, quæ ei obijci-
untur: ita hic, sicut dixit Dauid, loquens
cum Deo. Cum sancto sanctus eris, &
cum peruerso peruerteris: cum benignis be-
nignus eris, & cum crudelibus durus eris.

Dñe quare non dicis eis: accipite regnum pro martyrijs, quæ perpessi fuistis? quia tot annos uitam in arctis religionibus duxistis; q̃a cum multa puritate & castitate uixistis; &c. Sed plus æstimas opa misericordiæ; eo liberalior est Deus, nullumq; bonum sine mercede relinquit, sed in hoc uoluit significare, quod si pro operibus misericor-
19 diç (q̃ sæpissime fieri facilimè possunt) tantũ præmiũ tribuit, quid ꝓ martirio reddet, ꝓ patientia in magnis laboribus, & iniurij, ꝓ multis annis consumptis in sanctis religionibus, in asperitate uitæ, in perfecta continentia, in obedientia, & in alta diuinarum rerum contemplatione, &c.

Tũc dicet his, qui a sinistris eius erũt. Tũc etiã vultũ conuertet ad impios, sed nõ sicut iustis, irato aspectu, oculis, ut dicit scriptura, scintillantibus, & sublimi uoce, q̃ cælũ & terra audiet, & illo ore, quo toties te ad pænitentiã uocauit & vt ad se accederes inflammauit, hoc igit ore, incipiet dicere: *Discedite à me maledicti patris mei: in ignẽ æternũ.* O
i. Co. 16. vtinã altissima Dei pietas nos in cognitio-
20 nẽ huius terribilis sẽtentiç faceret uenire. *Discedite* (dicet.) Hæc est maledictio, qua B. Paulus malos cõminatus est dicẽs, siq̃s non amat Dñm Iesũ, sit anathema Maranatha. Hoc nomẽ Maranatha est uocabulũ Syriç, ꝙ signãt: qũo Dñs noster aduenient. Vult dicere Sanctus Paulus: ꝙ siquis non amauerit Dñm ac redẽptorẽ nostrũ Iesũ Christum sit excommunicatus, & segregatus ab eius diuino cõspectu, cũ uenerit in iudiciũ. Ecce quo modo nunc Dñs hoc adimplet dicẽs: discedite. O aïæ q̃ ex illa ciuitate Dei eijciendæ estis de qua tot bona audistis, miseras uos, quibus non contigit uidere faciẽ Dei, Quã non fatiantur uidentes Angeli.

21 Reddet rõnẽ, ꝙ eos sic deiiciat: ad despiciat. *Esuriuit enim & non dedistis mihi manducare, &c.* Deinceps fratres mei irascimini & estote crudeles in pauperes, siquidẽ uideris quã iratũ inueniant hi Deũ, pro eodem scelere. Cauete, per uiscera huius piissime Domini à tanto peccato. Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram, ait Dominus. Mirabile est, quam honorati sint diuites & potentes usque & passiones naturales eos
Eccl. 4. reuerentur. Cum tu maiori furore concitatus sis, cum ira ardentior est, si transit aliquis princeps aut Dominus potens, statim mitigari & quasi statua efficeris, quia conspectus illius fuit uelut aqua, quæ hunc ignem extinxit. Pauperes autem nihil facitis, ac si non essent homines, aut essent lapides, itaque aurũ, argentum, metalla mortua æstimatis, & non homines. Hi non sunt hoïes sicut & illi, ꝙ plus habent illi, quã isti? uestitũ, aurũ, &c. O terribilẽ cæcitatẽ? aurũ, & uestitum, & non hoïem ad imaginem Dei creatum æstimatis; & q̃a pauper aliquam ele- Mat. 21.
emosynam te petit, & uerbis assiduis te rogat, ira inflammaris, & quasi leo efficeris. In Matthæo dicitur quod cum Dñe esuriens accederet ad ficulneam, & nihil in ea præter folia inueniret, ei maledixi, & statim exic- 22
cata est. O Christe superne Magister patientiæ, & q̃d habet culpç ficulnea; q̃a ut S Marcus affirmat nõ erat tempus ficorũ. Si nõ est tẽpus ficorũ qũo eos dabit ficulnea, Hoc fecit ut significaret quid inter pauperes & diuites futurũ erat in mundo. Accedit Christus famelicus in pauperibus suis ad domũ diuitis, & nõ inuenit in eo nisi folia ficulneç, quç sunt asperrima, & exasperantia uelut lima, uerba dura, & amara, & quoddã dicere: Abi hinc otiose & uagabũde ad laborãdum. Sic Ma. 11.
igitur maledictio q̃ Dñs intulit ficulneæ, nõ fuit ficulneæ, sed ut ostenderet q̃d de te, ò immanis futurũ esset, q̃a eris maledictus, sterilis, sine potestate impetrãdi salutẽ in sẽpiterna sæcula, sicut ficulnea sicca, q̃ non põt fructũ ferre. Talẽ inuenies Deũ, qualẽ ipse te inuenit: tu in pauperes durus Deus in te durus, sicut ex his uerbis patet. Quod si ijs qui cha 23
ritatis opa non exequuntur, talis pçna dabit, q̃d erit ꝓ latrocinijs & homicidijs &c. Diuinus ille Dñs ꝓ sua æterna clementia, quãdoquidẽ illi placuit his supnis & salutiferis admonitionibus nos præuenire, nobis earũ cognitionẽ sensum cõcedat, ut amodo nobiscũmetipsis rationẽ ponamus, & nobis per pœnitentiam medeamur, ne simus eo infelicibus sinistris, sed uita innocente, sicut mansuetæ oues à dextris collocemur, & gloriæ benedictionem recipiamus ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

24

Feria III. post I. Dominicam In Quadragesima.

Cũ intrasse Iesus Hierosolymã, cõmota est uniuersa ciuitas, &c. Mat. 21.

VT PRIMVM ingressus est Dominus Hierusalem, statim in templum perrexit patris sui. In quo nos docuit ut quan-

quando uadimus in aliquam urbē ad agēdū aliquod negotium, ꝙ prius facere debemus est confugere ad templum agendas diuinæ Maiestati gratias, quia nos ab itineris periculis eripuit, & eum supplicare ut nos dirigat, & doceat in illis negotijs agendis. Vt oĩa fiant iuxta sanctā eius uoluntatē, dicatur totū Euāgelium usq; ibi, & dixit eis, scriptum
1 est &c. Dicit S. Iohannes narrās alium casum similē huic, ꝙ flagellante Iesu uendentes & ementes in templo, recordati sunt discipuli
Ioan.2. eius, quia scriptum est zelus domus tuæ comedit me. Hunc zelū Domini diuinitus declaraui Spiritus Sanctus in Cāticis dicens, pone, me ut signaculū supra cor tuum, ut si
Cant.8. gnaculū super brachiū tuū, quia fortis est ut mors dilectio, & dura sicut infernus æmulatio. Assimilauit dilectionē morti, quēadmodum.n. mors amantes & odientes ea, amplectitur, sic diuinus amor ad amicos, & inimi-
2 cos extenditur: Nihil aliud ames corde tuo (ait Dñs) nec ope, aliud principaliter quæras, pter me amorē tuū, quia tā forti amore te di-
1 ligo, sicut mors, q̄ a sicut mors oēs mortales amplectitur, ita ego oēs diligo. Tā plenus zelo amator sū ut zelus meus sit uelut infern⁹, q̄ a quēadmodū infern⁹ oēs quos recipit fortissime torq̄t, sic hic meus amor & zelus me cruciat. Audi ò aĩa Xpiana rē q̄dā (humano uideri) incredibilē, q̄ tñ dicit Deus qui mentiri nō pōt, ꝙ eius zelus est durus ueluti infernus. O diuina exaggeratio ostēdit in hoc, ꝙ si Deus posset torq̄ri, zelus & amor suus erga nos, ipsum uelut infernus cruciaret & sic, inq̄tū Christus Redemptor noster passibilis fuit & mortalis, & in eius beatissima aĩa locus fuit recipiendæ tristitiæ sicut habuit notitiā peccatorum oĩum, quę in toto orbe ab initio cōmissa sunt, cōmittuntur, & cōmittētur, sic summa ꝑ cūctis tristitia affectus est. Qđ nec humana nec angelica mēs pōt con
3 prehendere. Huius zeli, aliquo modo, participes erat B. Paulus, cū dixit, æmulor.n. uos Dei æmulatione, despōdi.n. uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo idest, discru
Cor.11. tior nisi uirginem castam exhibeatis Christo. Terribile patior tormentū, aliquo mō simile illi ꝙ Saluator meus passus est, & illud ego patior ut uos boni sitis & oĩno uos seruituti eius tradatis. Et alibi clarius hoc expressisse apparet, ubi postq̄, humano uideri in eis erudiendis magnas & salutares doctrinas, oēm spiritus sui uigorē, uitaq; totā cōsūpserat, cū tñ non desisteret in ipso cælestis q̄ dā ignis inflāmari, & eis proficiendi arderet desideriū, prorupit tandē dicēs os nostrū patet ad uos ò Corinthij, cor nostrum dilatatū est, nō angustiamini in nobis: Quid significat os nostrū patet ad uos ò Corinthij? Metaphora sūpta est ab eis, q̄ magno calore æstuātes, aptis oribus aerē intēdunt colligere, quò uiscerū suorum ardorē possint refrigerare. Sic sāctus Apostolus proximorū amorē accensus, & desiderio salutis ipsorū ardēs sic tamen ardens, ut nec cōtiuuū exercitum 4
docendi eos nec labores, quos propter hoc ferebat, nec uerbera, nec carceres, nec naufragia, &c. ardorem illū extinguerentur. Et cū oĩa non sufficerent, os suū aperiebat tanquā desiderans pro illis plura pati, & ideò dicit, os nostrū patet &c. Quasi dicat, adhuc optamus pro uobis maiora ꝑpeti, ut amori nostro satisfaciamus, & eūdē ardorē cupiebat in alijs suis discipulis incedere, ideoque subdidit statim dicens, eandem autem habentes remunerationē (tanq̄ filijs dico) dilatamini & uos, idest, eandem charitatē & zelū habete & uos, non solū erga me, sed in omne ge- 5
nus humanū, ut habuit Magister noster Dñs qui cor suum rosum, & laceratum habebat zelo sācto honoris æterni patris sui, & utilitatis animarū, & hoc zelo eijciebar oēs uendentes & ementes &c. [*A puros acotes.*] *Eijcit eos de teplo.* Et prius q̄ eos flagellaret, fleuerat super illos in introitu Hierusalē. Hęc duo nesciūt homines cōmiscere. Si amant, & plorāt nesciunt punire, quos diligūt, si uerò puniūt nō possūt lachrimari, nec eorū misereri quos puniunt, sed tyrāni & incōpassibiles efficiunt. Nō sic faciūt, q̄ diuino spū sunt pleni, ad hoc propositū unā rē notate considerat**u** Gen.21.
dignissimā. In Ge. dicitur, ꝙ cū uidisset Sara filiū Agar ludētē cū filio suo, dixit ad Abra- 6
hā, eijce ancillā hāc, & filiū eius &c. Quis uā esset hic ludus, nō legitur. Certū tñ est non puerilē ludū fuisse, q̄ a S. Paulus eū uocat ꝑsecutionem. Pręcepit ergo Deus Abrahę ut hūc filiū suū Ismealē porro eijceret, & licet (ut tex. ait) durè accepit hoc Abraham, q̄ a a- Gal.4.
sperū & durū illi uisū est, surrexit tñ mane, ut id exeq̄ret. Perpēdite obediētiā in re tā aspera. Sed hoc modo ad nostrū ꝓpositū attinet ꝙ dicit tex. ꝙ tollens panē & utrē aquæ, imposuit scapulis eis, tradiditq; puerū & dimisit eā &c. Homo ita diues & potens, qui tantas elemosynas pauperibus largiebatur, quique ex sua familia exercitū conflare poterat, quo quatuor reges euerteret, nihil aliud

filio

filio, legitimæq; vxori (etsi ancillæ) dat præter pa~ũ panis, & vtrẽ aquæ, nec saltẽ illis iumentũ dat, sup quo illũ portent sed vtrem illum miseræ coniugis humeris imponit. Dico ꝙ sic eos tractauit, quia mater, & filius erant rebelles, & sic ne forte ꝑp abundantiã deteriores fierent, sed potius labore corrigerentur, ita eum eis egit, & est valde notandũ quod hæc oĩa ipsemet faciebat: in quo magnopere validum Abrahæ pectus splendet: Ecce ingeniuum seruorũ Dei, qui etsi valde amat, & tenere sentiunt, & lamentant̃, cũ supplicium de aliquo sumunt; nõ ideo sine rigore
7 puniunt, qñ necessitas postulat. Ego vobis affirmo, qđ si multi in orbe essent Abrahæ, non tot essent iuuenes dissoluti & perditi. Idem illuxit in sancto Moyse, cum populus Israel in deserto in idolatriam incidit, quas preces Deo obtulit, vt eis parceret? quot lachrymas pro illis effudit? postra vero videretis eũ sicut leonẽ furentẽ magnamq; illo-
Simile. rũ stragẽ facientẽ. Bonus. Chirurgus plorat scindens pedẽ filio suo, plorat & scindit, nec quod ploret desinit scindere, nec ꝙ scindat desinit plorare. Cęlestis hæc est doctrina vti nam diuina maiestas eã ĩ cordib. vestris imprimat: vt sciatis qũo cum filijs vestris vos gerere debeatis, & cũ subditis vestris, q̃ estis
8 prælati, & iudices, & quomodo seruos vestros, illi qui eos habetis tractare debeatis, & quomodo filias vestras, & famulos gubernaturi sitis qui estis patres familias: vt in omnibus malorum filium frangatur, & in bonis vlterius semper progrediamini.

Animaduertendũ est, quod, qñ primum Dñs puniuit eos, qui in tẽplo illa reuerentia vtebantur, eis dixit: *Domus mea domus orationis vocabitur, uos autẽ fecistis illam domũ negotiationis*. Et quia emendari noluerunt, iõ Chrs Dñs noster grauius eos modo reprehendit dicens: *Vos aũt fecistis illã speluncã latronũ*. Qui.n. semel leniter correct⁹ nõ
9 emendatur, rõni consentaneũ est vt grauiori supplicio afficiatur. Antea eos negotiatores vocauit mõ vero latrones nuncupauit, & hoc stylo vtitur ẽt plerũq; nobiscũ: sed parũ prodest. De quo cõqueritur Deus dicẽs, si
Pro. 27. cõtuderis stultũ in pila, quasi ptysanas feriẽte de super pilo, non auferetur, ab eo stultitia eius Grana hordeacea (hoc.n. significat ptysana) si sunt humida & ea vis ĩ pila molli
Simile. re quo plurib. ictibus mollis, eo plus obtundũtur & fiunt velut massa, ꝙ nõ esset si eẽnt sicca, sed duob. ictibus paleam a se expellerent, & in puluerẽ conuertent̃. Hoĩes pleni concupiscentia, & humidi carnalibus vitiis, quò acrius a Deo percutiunt̃, eo deteriores, & turpiores efficiuntur illi vero, qui nõ sunt tã corrupti minimo ictu percussi, cortices, & paleas imperfectionis a se eiiciunt, & in puluerẽ reducunt̃, mortẽ suã cõsiderantes rerũque exitũ animaduertentes, ex infirmitate enim & ex quouis alio labore bonã considerationẽ sibiipsis eliciunt. Si hic labor tã intolerabilis mihi efficit̃, qđ fiet ęterna illa tormẽta? si ita facerẽt mali, non Deus labores laborib. nobis adderet, nec nos ita compun 10
geret: vt videatur nihil eã esse qđ nõ sit dolorib. affectum, vt ipse per Esaiã maximo affe Esa. 1.
ctu dicit: væ genti peccatrici, populo graui iniquitate &c. super quo percutiã vos vltra addentes præuaricationẽ? oẽ caput languidum, & oẽ cor mærens, a planta pedis vsq; ad verticẽ nõ est in eo sanitas. Ecce qũo conqueritur, qđ nullũ fructũ ex suis benignissimis verberib. percipiamus. Sed scelera sceleribus superaddentes, malis nostris oĩa Dei supplicia superare videamur. Væ genti peccatrici (inquit) populo obdurato, pertinaci, iniquitatibus rebelli, super quo iam, aut quo supplicio vos afficiam, siquidẽ semper estis præuaricationem præuaricationibus adden
tes. Acsi diceret: iã non inuenio supplicium, 11
quo uos non punuierim, vos aũt semper noua reperitis scelera, quibus me offendatis. Ego vos puniui fame, peste, bello, auferens diuitias, honores, salutem, filios, puniui vos in regibus, in sacerdotibus, in populo, & nõ emendamini, sed potius peiores facti estis: in quo ergo iam tandem puniam? quia verbera atque supplicia mea frustra emitto. In quib. verbis vr̃ illos comminari, & nos in illis deterrere illo summo supplicio, & maiori oĩum quæ in terra sunt, qđ est nos deserere, & manum suam a tam iniqua gente ab- 12
strahere. Etiã est ualde notandũ qđ dicit S. Ioann. & cum fecisset quasi flagellũ, &c. fecit quasi flagellũ, quia flagella hui⁹ uitæ cõparata uerberibus futuri sæculi, sunt quasi flagella. Quod adnotauit B. August. declarãs illa uerba S. Pauli, quasi morientes, tãq̃ nihil habentes, quasi tristes. Mortem, famẽ, paupertatẽ, tristitiam, oĩa uocat, quasi liberet nos Deus a uerberibus, fame, & labori- Aug. su.
bus inferni, illi.n. sunt ueri labores, & hoc Psal. 48
est mysterium quare S. Io. dixit quia nõ est 1. Cor. 6
inuentus scriptus in libro uitæ missus est in Apo. 2
stagnũ ignis. Stagnũ ignis uocat infernũ &

non

nō fluuiū, ut significet, q̄d intersit inter labores huius mundi, & labores inferni ærumnas huius sæculi vocat sacra scriptura flumina cū dicit aquæ multæ non poterunt extinguere charitatē, nec flumina obruēt illā, q̄a
Cant. 8. sicut aqua fluminis, oēs labores huius uitæ prætereūt, & licet labores tui non trāsire tibi uideātur, deciperis: q̄a quāuis quiescant, cōsuetudine tū minuūtur, quia labores callos efficiūt, & sic leuius in dies tolerētur: in
13 inferno aūt nunquā minuuntur, q̄a ibi non faciūt callos, & hoc est peculiare miraculū, quod Deus facit in damnatis, ut postquam ibi cōmorati fuerint mille annos, ita teneri, & recentes sint in laboribus tolerādis, ac si modo ingressi essent. Et ideo infernum vocat stagnum, quia retinentur labores & non prætereunt: at uerò in hoc sæculo labores sunt uelut aquæ fluuiales, post turbidas .n. ueniūt & claræ. Si hoc fratres mei ante ocu los ferremus, nō per uitia & iniquitates tam laxis habenis curreremus. Dignum est certe hoc, quod sanguineis lacrymis lachrymemur, quia cum hoc credatis, tamen incaute
14 & negligenter viuitis. Non potes hæc dentis dolorem tolerare, quomodo ergo tot tātosque ac tam æternos dolores, in inferno tam tenere audes perpeti? O pater luminum illumina nunc nos ut hoc sentiamus.

Dicit ulterius: *Domus mea domus orationis, &c.* Ex hoc uerbo, & ex zelo quem Dn̄s noster Iesus Christus hic ostendit colligitur respectus & reuerentia, quæ omnia sacra loca colere debeamus. Vnum uobis uolo dicere ad hoc propositū, ut sit nostra cōfusio. In
1. Re. 5. primo Reg. dicitur, q̄d quādo Philisthæi, arcam Dn̄i captiuam duxerunt, eamque in Dei sui Dagon altari collocarunt ingredientes crastina die mane inuenerunt Dagon iacentem in terra coram arca Domini, caput
15 autem Dagon & duæ palmæ manuum eius abscissæ erant super limen, & cum caput & manus Idoli super templi limine iacerent, dicitur quod propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum eius, super limen usque ad hodiernum diem. Tanta reuerentia uenerabantur Idolum, ut maxima ueneratione dignum iudicarent locum, quem Dagon tetigerat: ita ut nec ipsi postea locum illum tāgere auderent. O quā acriter hic reprehēdimus, siquidē tam irreuerēter ea loca tangimus, ī quibus tā particulari modo Deus habitat. Quare nō verecūdamus? quare non confundimur audientes cultum, & uenerationē, qua gentes loca Sathanæ dicata honorant? & uidentes summam irreuerentia qua Ecclesias nostras uero Deo consecratas tractamus? quid extra templū facitis, q̄d in eo non faciatis?: illic mentimini: hic et mentimini: illic detrahitis; hic detrahitis: illic intuemini, & desideratis quæ non licet; hic et: illic cōmittitis corporalia adulteria, hic mentalia perpetratis. Filij ergo Adæ q̄d de- 16
seuera Dn̄i manu pro tāta profanitate, quā in locis sanctis exercetis, recipere sperātis? O fratres per reuerentiam illius altissimi Domini, ibi cōmorantis, & per amorē, quo tam mirū artificium inuenit, ut nobiscū remaneret, uos rogo, & iterum atq; iterū summis p̄cibus exoro, prostratus coram uobis singulis, ne tanta irreuerentia in tantum, ac tam bonum Deū & Dn̄m utamini: sed cum primū ingressi fueritis loca sancta, uos examinetis in uerbis, gestu, actibus, sensibus animæq; omnibus potentijs. Ne sit quid in uobis ingratum, & displicens diuinę Maiestati quia, & si hoc in oī tēpore & loco oportet 17
fieri, multo magis necesse est ut hic fiat, siquidē est hęc domus orationis, ad erigendā ad Deū mentē & cor ad cælum extollendū.

Etiam ex hoc uerbo sequitur, q̄ uiri Ecclesiastici sunt ministri orationis, siquidem & domo Dei administrant, quæ est domus orationis: & ex hoc apparebit, quales eos esse oporteat, primum quā abstinētes, cum ordinariū eius manus sit orare. Intellectus autē hoīs saturati cibis, est uelut oculi delica- Simile.
tissimi, & nimis tenues in domo plena fumi. Experimini unusquisque in uobis: postquam satiatus est, ad quid prodest? est homo, postq̄ satiatur, uelut iumentū (si ita dici potest) nam intellectus per quē a cæteris animātib. distinguimur, latet in angulo, lachrymantibus oculis propter nimios humores, q̄ ex stomacho ascēdunt, & cupit a cor- 18
pore longissime abesse. Quid tunc hic intellectus pōt perspicere? aut quā orationē pōt habere? ideo dicebat Dauid humiliabam in Psal. 34.
ieiunio aīam meam, & oratio mea in sinu meo conuertetur quasi dicat, consumptus inedia, Deo preces offerebā & percepi fructus pretiosos orationis meæ. Quia hanc clausulā: oratio mea in sinu meo conuertetur: sic declarat S. Theodoretus: pro preci- Theod.
bus meis recepi postulata a Deo & illud: humiliaui in ieiunio animam meā, significat comprimebam ieiunio naturales passiones

animæ


animæ meæ, Et sic Sanctus Dauid animam suam præparabat ut eius: oratio Deo grata esset, adeo, ut sine fructu nō remaneret: sed ualde locupletatus ꝓpter eā. Oratio.n. enim ieiunio cōmista manicas, sinusq; implet. Iō & si secularibus & laicis dici possunt illa uer
Hier. 22 ba q̄ dixit Deus Hieremiæ Ioachim filio, Iosiæ Regis Iudæ: pater tuus nunq̄d nō comedit & bibit & fecit iudiciū, & iustitiā, tūc cū bene erat ei? q̄ tū esse rex, & delicijs affluens iuxta statū suū, uolūtatē Dei faciebat, & ꝙ debebat officio suo, & bene erat eius aīę, & corpori. Bene cōuenit uita uirtutibus orna
19 ta, cū statu regio, & equestri cōditione &c. q̄a cū bona, & lauta mensa, cūque molli lecto. si facis iudiciū & iustitiā, poteris saluus fieri: hoc enim petit Euangeliū Dei ab hominibus huius cōditionis. Ecclesiasticis uero, q̄ sunt ministri domus Dei & orationis, non tantum cōceditur, Etiā quia sunt ministri tanti ministerij, tenētur magnopere es
Leu. 21 se casti, & non diuerti huc atque illuc. In Leuitico præcipiebat Deus ꝙ sacerdotis filia, si deprehensa fuisset in stupro, & uiolasset nomen patris sui flammis exureretur. Et in
Exo. 22 Exodo iubebat; Si seduxerit quis virginem necdū desponsatam, dormieritq; cū ea: dotabit eam & habebit eā uxorē. Si pater uirginis dare noluerit, reddet, pecuniā, iuxta mo
20 dū dotis, q̄ uirgines accipere consueuerunt. Quid fratres? quod alteram uirginem iubet comburi, alteram uero dotari, & in uxorē accipi? Vtraque virginū vnā speciem peccati commisit, utraque in stupro deprehensa est, & alteram concremari, alteram uero honorari præcipit, & dotari. Quare ergò hoc tantum discrimen Deus fieri iubet? dicit Dominus: q̄a uiolauit nomē patris sui solum modo ꝙ esset filia sacerdotis, & domum ac honorē patris sui dedecorauerit (hoc enim significat hic nomen patris sui.) Si ergo uir
21 ginem ꝙ esset filia sacerdotis (& talis sacerdotij, quod erat sicut esse nunc quodammodo occisorem animalium & coquum) totū enim eorum munus erat animalia mactare, coquere, & immolare, præcipiebat Deus cōcremari, quod in honestatem suam peccauerat, q̄d erit nūc de sacerdotibus & tam diuini & cęlestis sacerdotij, nisi honestissimi sint & castissimi? spiritus sanctus uos illuminet, o Domini mei, & doceat hanc ueritatem cognoscere? & q̄a statim vti pc̄tm committitis non cum supplicio occurrit: ne arbitremini illi in obliuione esse ut aliquando puniat.

Dicit ulterius, vos autem fecistis illā speluncam latronum. Vtinā sacerdotes nostri temporis peius non faciāt, ac beneficia simplicia, & pinguia uendāt, uel illicite commutent. Cauete, patres mei, quia sicut malefactor, qui multa crimina patrauit, intendit in locum sacrum confugere, & est dissentaneum, ut illi sacer locus prosit, aut in eum Simile.
recipiatur, sic auaritia delinquens, quæ iustitiæ oculos euulsit, & ipsam cæcam reddidit, mercatorumque, atque artificum omnium ueritatem deprædata est; effecitque ut mendacia loquantur, & nihil aliud præter do- 22
los in ore eorum reperiatur, quæ dominis benignitatem diripuit, ut in subditos tyrannidem exerceant, denique quē oēs hominū status corrupit. His uero omnibus commissis ad locum sacrum confugere conatur, & in eū ingredi prætendit, curat Ecclesiasticos uelut alius peruertere. Quapropter ei ianuas claudite, ne ad vos ingrediatur, siquidē uos reprehensione digniores essetis, cum sitis Christi Domini, si rem tam maledictam sicut auaritiam reciperetis. Quorsum seruabit aquam in testis, qui domi habet fontem qui non habet potest seruare. Quod sæcularis thesaurizet non admiror, eius enim diuitiæ sunt uelut aqua cisternæ, & nescit quando exhaurientur, & eis indigebit, ut filios suos, familiamq; sustentet, quibus concedit Sanctus Paulus dicens: nec enim debent fi- 23
lij parentibus thesaurizare, sed parentes filijs Ecclesiasticis autem, qui fontem semper 2. Cor.
manantem domi habet, quem intelligit sibi nunquam defuturum, & tamen nihil aliud curat nisi ut pecunias accumulet. Ad quid? tuum enim beneficium, fons est, qui quotidie manat. Vtimini ergo ista aqua quātum moderate & honeste uobis opus est, reliquam uero iuxta uoluntatem Dei expendite. Postquam igitur Dominus manifestauerat iustitiam, rigorem, zelumque suum erga domum patris sui, & postquam nos docuerat in hoc zelum, quo nos oportet esse erga omnia sacra & ipsorum puritatē: suam 24
eximiam clementiam statim ostendit dans illic uisum multis cæcis, & claudis, infirmisque plurimis ualetudinem prętans, utinam diuina eius pietas animæ nostrę oculos illuminet, & pedes affectuū nostrorū dirigat, ut recte intelligentes obligationes nostras semitas suæ obedientiæ curramus quousque ad gloriam perueniamus. Ad quam nos perducat Iesus &c. Amen.

Feria

Feria IIII. post Dominicam I. In Quadragesima.

Accesserunt ad Iesum Scribæ, et Pharisæi, dicentes; Magister volumus à te signum videre. *Matt.* 12.



VM Chrs R.N. sermonẽ eximiũ habuisse, in quo de hoīs reformatiōe egerat, & de meritis culparũ, & rōne, q̃ in finali iudicio reddenda est, de
1 illo verbo tã metuendo, s. de minimo verbo otioso, &c. Et de illa notabilissima sententia dixerat: Ex verbis tuis iustificaberis, aut ex verbis tuis condemnaberis, vbi mirificè diuini iudicij æquitatẽ ostendebat, tam in p̄mio, q̃ in pœnis: quæ. n. maior est æquitas & rectitudo, quã hoīem sui ipsi' esse iudicem, & ore suo dicere: Sum dignus condemnatione, aut æterna gloria? Erit. n. tunc rōnis synderesis ita perspicax, vt faciat in propria
Alex. de causa iudicium fieri, vt dicit Alex. de Ales.
Ales 2. Cum igitur Dñs res necessaria tractasset, &
p. q. 76. sufficientes ad quodcumq; quantumuis durum cor deterrendum, tunc, s. cum deberent trepidare, & ad Dñm conuerti, magis obdurati sunt, & sic accesserunt accuratè, dicẽtes: *Volumus a te signum videre*. Et dicit Euan-
2 gelium, ꝙ erant Scribæ, & Pharisæi Doctores, & religiosi. Hoc malum versatur nunc inter multos, qui cum audiunt prædicatorẽ spiritualem res viles, & perstringentes cor, loqui, de illo detrahunt, dicentes, ꝙ non loquitur res subtiles, quando deberent cõuerti, peruertuntur. Signum reprobationis. In libris Regum legitur, quod vt significaret
1. Re. 20 Ionathas Dauidi, utrum gratiam apud Regem patrem suum haberet, hoc illi signum dedit, dicens: Ego descendam in locum ubi tu latebis, & tres sagittas mittam iuxta eũ, & iaciam quasi exercens me ad signũ. Mittam quoque & puerum, dicens ei: Vade, &
3 affer mihi sagittas: si dixero puero: Ecce sagittæ iuxta te sunt, tolle eas. Tu veni ad me, quia pax tibi est, & nihil mali viuit Dominus. Si autem sic locutus fuero puero: Ecce sagittæ vltra te sunt. Vade in pace, quia dimisit te Dominus. Verè ita est, ut hic significatur. Vultis coniicere, vtrum pater domini, ac Saluatoris nostri Iesu Christi sit vobis amicus, utrum apud eum gratiã habeatis? Aduertite an sagittæ, & uerba huius diuini Ionathæ sint iuxta vos, si memoriç cor diq; uestro infixæ adhærent: hoc enim est unum ex præcipuis signis, ex quib. hãc ueritatẽ poteritis conijcere. Si autem huius diuini Dñi sagittæ non perueniunt ad cor uestrũ, imò ab eo longissimè abhorrent, malũ signum, s. ꝙ odio estis æterno eius Patri. Et cum hi in tanta malitia cõmorarentur, non perueniebant diuinæ snīæ, & doctrina tantę maiestatis qualis erat, quam Dñs prædicabat, ad eorum corda, & sic tanta cæcitate, & uana curiositate accedunt, dicentes. *Magister, volumus a te signum videre*. Obstupẽda 4
est impudentia, qua isti dñi, uolumus. Qui uult imprimere sigillum in cęra, ut benè imprimatur, prius illam disponit, et mollificat, Simile.
& nullus faber ferrũ construxit, ꝙ prius in fornacẽ nõ immiserit, sic nullus prudens hõ necessariũ aliquid postulat, & alicuius momẽti, desiderãs illud adipisci, tã a Deo, q̃ ab Esa. 3.
hominib. nisi prius curuerit cor illi', a quo periturus est blandiri & beneuolũ reddere, ut faciebat Dauid cum dulcissima illa uerba diceret. Tu es refugiũ meũ a tribulatione, q̃ circũdedit me. Exultatio mea erue me a circundantib. me. Gaudiũ meũ, lætitia cordis mei, cõfer in me hoc beneficium, siquidẽ tu es refrigerium meum, & securus portus ad quẽ confugio, qñ a procellis concutior. Qđ si hoc ita est uideamus quare hi Scribæ, & 5
Pharisęi cupientes impetrare à Iesu Christo filio Dei signa, & doctrinę suæ confirmationem, in quo non minus quã uita æterna agebat', prius nõ disponũt cor illius, à quo petunt? qũo tã parum feruoris: & diligentiæ adhibent in retractãda, q̃ aliorum ita intereat? Quid hoc erit? quid? est consuetudo hoīum maximã diligentiam adhibere in negotijs, quæ ad sęcularem honorem spectãt, & ad di- 6
uitias, corporalemq; salutem pertinẽt: res uerò Dei, & quæ animæ sunt necessarię, ita tepidè & negligenter agere, ac si nihil hoc illorum referret. Qñ dominus pręstantissimum illud miraculũ operatus est, quod Lazarum quatriduanũ resuscitauit: aduertẽtes Pharisæi, quod omnis populus deserta synagoga eum sequebatur, simul conueniunt, dicentes: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit. Videte qua diligentia & solicitudi Ioã. 11.
ne illud curent, in quo eorũ honos (uideri suo) & utilitas agebatur, etiam post uinctũ Saluatorem nostrum Iesum Christum. Cũ Ioan. 19.
preses Pilatus eum uellet dimittere, uidete qua celeritate, & quibus uociferationibus respõdeant: Si hunc dimittis nõ est ami

cus

eus Cæsaris. Sic etiam postquã Iesus Christ⁹ sepultus est, aduertite, qua cura & diligentia a Pilato petunt, vt sepulchro custodes apponi iubeat. Et cum ita in malo feruidi essent, accedunt modo tã remisse, & cum tãta siccitate, ad res tã necessarias ad aĩam suam: sic sumus nos erga Dei negotia frigidi, & grauidi sicut ferrum, aut plumbum: in negotijs verò secularibus, sicut carbones ignis ita accensi & inflammati, vt nihil supra esse possit. Quocirca bonũ erit, vt Pharisæos prætteritos iam relinquamus, & dolores nostros ploremus: satis enim habemus quid lamentemur. Si mundum circuis, videbis curam
7 & solicitudinem, qua eius negotia tractent. Aduertes, quod homines in lite parui momenti omnia euoluunt, nec literarũ in consultum, nec iudicem incorruptũ relinquũt, nec dñm, a quo auxilium nõ implorent, nocte dieq. pernoctantes & laborantes, vt rem tam prauæ vtilitatis consequantur, atque si falsis testibus opus sit eos quærũt & emunt: res verò ad Deũ & conscientiã attenentes, iã videtis quam remisse tractentur. Quæ præparatio ad confitendum? ꝙ consciẽtiæ examen? ꝙ veniunt domo vsq. ad tẽplũ peccata sua in memoriã reuocantes, arbitrantur
8 hoc sufficere, vt dicant: Pater iã præparatus sum: & sic fit in omnibus aliis reb. spiritualib. Aliter, & alio feruore tractabat Dauid
Psal. 43 res conscientiæ suæ, cum diceret: Exurge
Psal. 34. quare obdormis Dñe? Exurge & ne repellas in finem, ꝑprehende arma & scutum, & Exurge in adiutorium mihi. Quo spiritu & agonia hoc verbũ: Exurge, toties repit? supplicans Deũ vt ad sibi fauendũ concitetur.

Dicunt: ***Volumus à te signum videre.*** Displicebant signa tam eximia, quę oculis suis intuebantur, & volebant signa è cælo: digni erant vt ignis descenderet, qui eos combureret, sed clementissimus ille Dñs qui in mun-
9 dũ venit, vt penitus notam facere hominib. clementiam suam, non faciebat prodigia nisi essent simul ad illuminandas animas, & salutem corporibus conferendam. In lege veteri operabatur diuina maiestas signa sup
Iosu. 10. plicij, s. retinebat solem, vt Iosue hostes suos
Exod. 14 interficeret. Pro Moyse fecit miracula in tãtum detrimentum Ægyptiorum: diuisit mare vt Pharaonem cum exercitu suo mergeret. Propter Heliam immisit de cælo
4. Re. 1. ignem, qui homines concremaret. Propter Eliseum fecit vt prodirent vrsi, & pueros la
4. Re. 1. cerarent qui illum illudebant. Semel solummodo vt scribit Sanctus Marcus, & Sanctus Matthæus. Fecit Christus miraculum Marc. 5
in præiudicium aliquorum, & fuit ꝙ erant Matt. 8
in prouincia Genezareth duo hoĩes Dęmonium habentes qui ita furiosè in homines inuehebantur, vt nullus ad eos auderet accedere, quorũ vnus habebat sex mille, sexcẽtos sexaginta sex diabolus in se. Ecce quot hostes congregati fuerant, vt miserũ hominẽ destruerent, & cum Christus R. noster eos sanaret, & ab eis Dœmonia eijceret, dedit eis facultatem vt in porcos ingrederentur. In toto sancto Euangelio non reperitur, ꝙ aliud miraculum in detrimentum alicuius Chri- 10
stus Red. Noster faceret præter hoc. Aquam in vinum conuertere, panes multiplicare, Ioan. 2.
mortuos suscitare, cæcos illuminare habentes Dęmonia liberare, omnia erant miracula vtilia animis & corporibus, & sic cũ discipuli ei dixissent: Dñe vis dicamus vt ignis Luc. 9.
descendat de cælo, & cõsumat illos? conuersus increpauit illos, dicens: Nescitis cuius spiritus estis, filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Semel solùm fecit miraculum cũ molestia tertij, & hoc in supplicium mercatorũ, qui porcos illos emerãt, & fuit ꝑꝑ peccata eorũ. Ideo noluit concedere, ꝙ hi petebant, cũ quia petebant curiositatem, bsq. reuerentia, & fide, tum ẽt quia Chrs Dñs nolebat facere miracula, q̃ non essent etiam corporibus vtilia, vt supra dictũ est. 11

Sed asperè eis respõdit, dicens: ***Generatio mala & adultera signum quærit.*** O Christe Cant. 5.
dulcissime animarũ nostrarũ magister. Videamus qũo tale verbũ à tuo sacro & bñdicto ore potuerit exire? Nõ es tu, de quo dice Psal. 44.
bat sponsa, Anima mea liquefacta est, vt dilectus loquutus est? Tam dulcia sunt Christe Iesu verba tua, vt de te nobis dixerit Dauid: Diffusa est gratia in labijs tuis. Qũo ergo tam durũ hic te præbes? qũo tam acria & amara verba loqueris? ***Generatio mala & adultera.*** Quid hoc est tam nouum dñe? Simile.
quid? Ego dicã vobis, Chirurgus, qui vulne 12
ri medetur vt bene munus suũ exequat, debet applicare medicamenta iuxta id qđ vulnera exposcunt, licet magis infirmo doleãt, Simile.
quod si opus esset aliquam partẽ carnis scindere, & id non faceret, malus esset Chirurg⁹. Bonus musicus cum vult pulsare lyram, si aliqua chordarum est dissona, clauiculã torquet & chordam attollit, quousq. infringitur, & tunc non fuit defectus in musico, sed in chorda, imo vt bonus musicus esset, id debuit

debuit facere, ꝙ fecit: satius est enim chor-
dam abscindi, quàm dissonantem esse musi
cam, & illum malũ musicũ reputari. O diui
ne medice, cælestis chirurge, musice excellẽ-
tissime, non mala facis uocans hos, genera-
tionem prauam, quia hoc est applicare me-
dicinam uulneri, & clauiculam reprehensio
ne torquere. Quod si chorda per impatien-
tiã frangatur, eius est culpa, minus inconue
niens est hoc, quam Christũ non exequi mu
13 nus suum. Discant prælati, prædicatores, &
oẽs patresfamilias grauiter punire, qñ neces
sitas postula, nec sint timidi, dicentes, o indi
gnabuntur. Impleam ego officium meum
iuxta charitatis, & iustitiæ leges, & si tu indi
gnaberis, & confringeris, siquidem tua est
culpa, tua etiam erit & pœna. Generationẽ
prauam eos dicis Dñe? Nescis ꝙ reputant se
nobile ex progenie Abrahæ, & gentem insi-
gnis originis, quõ tu eos uocas generationẽ
iniquam? quia omnia peccati prauitate infi
ciuntur, omnis splendor, & nobilitas gene-
rationis culpa marcescit, & remanet indeco
Luc. 4. ra. Voluit S. Ioannes Baptista Iudæos humi
liare, qui se ex semine Abrahæ dimanare ia
ctabant, & uocat eos genimina uiperarum.
14 Non estis filij Abrahæ siquidem eius opera
non imitamini: sed estis genimina uipera-
rum, siquidem, uenenum conspuitis. Quid
magis lachrymandum, q̃ quòd amittat ho-
mo nomen hominis, & acquirat nomẽ bru
ti, & non solum unius bruti, sed multorum?
Psal. 48. vt dixit Dauid; Comparatus est iumentis in
sipientib. & similis factus est illis. Nõ dicit,
iumento, sed iumentis, omnes. n. immanita-
tes, & defectus animalium sunt in uno hoĩe
peccatore Lupi uoracitas, leonis crudelitas,
viperarum uenenum, &c. Et (vt perpendit
Ter. c. 4 Tertullianus contra Iudęos.) Sacra Scriptu
ra multa nomina brutorum peccatorib. at-
tribuit, ratione supradicta. Equi amatores,
15 & emissarij facti sunt, unusquisque ad uxo-
rem proximi sui hinniebat. Hoc dicit Hie-
Hiere. 5 rem. pp turpem & effręnatam eorum sensua
Ezec. 2. litatem. Per Ezechielem eos scorpiones no-
minat. Et cũ scorpionib. erit habitatio tua.
Iob 30. Iob eos nũcupat dracones. Fratres fui dra-
conum. Aĩaduertite ergo fratres mei, quid
deferetis ex uiperis, & draconib. si ad eos ac-
cedetis, quia idem reportaturi estis, si cum
prauis hominibus coniungimini. Videte ꝙ
vos mordebunt, & animã ueneno inficient.
Quamobrem cauete ab eis sicut a bestijs ca
uetis. Cum B. Ioannes eos genimina vipe-
rarum appellauit, dixit eis. Et ne cęperitis di
cere. Patrem habemus Abrahã, cum tã pro-
terui sitis, pudeat uos nuncupari filios Abra
hæ. Idẽ ego uos moneo, ut erubescatis, & cõ
fundamini bonorũ, & clarorũ parẽtũ filios
uocari, cũ uos mali sitis, nec eorũ bona ope-
ra imitemini, religiosi etiã deberemus vere-
cundari patrũ nostrũ, atq; ordinũ instituto-
rũ filios haberi, cum fortasse nul'a in re eos
imitemur. O q̃ pleno ore dicimus. Pater no
ster S. Dñicus, Pater noster S. Benedictus, Pa 16
ter noster S. Franciscus, &c. Dicimus in no-
stro ordine tot sancti, & tot martyres fue-
runt, tanto maior igitur erit culpa, & confu
sio nostra, nisi eorum uestigia sectati fueri-
mus. O patres mei, patres mei, si filij Abra-
hæ estis, opera Abrahæ facite. In hoc enim
totum cõsistit, curemus esse humiles, & mo
destis, sanctæ orationi, & assiduę diuinarum
rerum contemplationi incumbentes, & sic
patrum institutorumq; nostrorũ, & (ꝙ plus
est) Dei efficiemur filij. Non contentus est
Xp̃s Dñs, uocare eos generationem prauã,
sed addidit, & adulteram, arguens eos de in-
fidelitate, & perfidia, qua plerunq; in Deum
vsi fuerant. Qui reprehensione dignus est, 17
non semel modo, sed bis, & ter est reprehen-
dendus, ut crebra reprehensione cõfusus in
meliorem frugẽ sese recipiat. In Apocalypsi Apo. 15.
dicit B. Ioannes se uidisse Angelos quosdã & 19.
cũ citharis & instrumentis musicis, habẽtes
citharas Dei, & cantantes cãticum Agni, di-
centes. Magna & mirabilia sunt opera tua
Domine Deus omnipotẽs, tu solus pius es,
& statim his dictis, affirmat illis data fuisse
vasa plena iræ Deis, & unũ ex quatuor aĩali
bus dedit septem Angelis, septẽ phialas au-
reas plenas iracundię Dei uiuentis in secula
seculorũ, &c. Et audiui uocẽ magnam de tẽ
plo dicentẽ septẽ Angelis. Ite, & effundite se
ptẽ phialas iræ Dei in terrã. Vox iubet eos
tã Dei sup terrã effundere. Angeli, sunt mini
stri Ecclesiæ, qui ita dicũtur, quod Angelicã 1. Cor. 11
uitam eos agere oportet. De his dixit San- 18
ctus Paulus, ꝙ fęminæ essent opertis capiti
bus in templo, propter Angelos Dei. Hos
igitur Angelos bonum est citharas habere,
& musicam dare, ut maximis uobis uocife-
rationibus prædicent quanta sit Dei in ho-
mines clementia hic enim est cantus Agni.
Verumtamen hoc non sufficit, quia iam
non sunt tales homines, quibus Dei miseri-
cordia prædicetur, sed ira, rigor, & iustitia
illis annuntietur, quia uox dicit; Effundite
phialas


phialas iræ Dei in terrã. Vt suauitas in acerrimã reprehẽsionẽ illis conuertatur, appellãdo illos malos, & perfidos, Deo, hominibus, & sibiipsis, quemadmodum facit hic diuin⁹ prædicatorum, & orbis totius Magister. ***Nõ dabitur ei nisi signum Ionæ prophetæ, &c.*** Hoc est, non dabo uobis signa, quæ petitis, quia hæc essent inutilia: sed dabo signũ Ionę, nã quemadmodum ille fuit in uẽtrẽ ceti tribus diebus: ***Sic erit filius hominis in corde***
19 ***terræ.*** O quam mysteriosum uerbum? Mortem, & sepulturam uocat Dñs cor terræ. Nã sicut omnia corporis mẽbra a corde regun tur, sic nos mortis, & sepulturæ memoria oportet gubernari: hoc debet esse cor gubernans terram, ut regatur, & gubernetur, sicut ratio postulat. Si hoc ante oculos ferremus, non tãto affectu res terrestres appeteremus: siquidem eas tam moleste sumus relicturi.
Simile. Sicut uiator, qui accedit ad urbem, ubi diuersorium quærit, hic reperit culcitram, illic sindonem, hic ceruical, illic denique reperit stragulum: his aũt omnib. summo labore quæsitis, adaptatoque lecto, qñ vult quiescere, festinanter vocatur ad iter faciendum, & necessariò debet exurgere, neq; enim aliter põt facere, quam grauiter surgit, & qua
20 molestia afficitur? O quã ad simile represen tat hoc, quid in morte agatur, etsi res difficillima est. O q̃ miserabilis est in sudore humo, qui cum primum in mundum ingreditur, vel (ut melius dicam) ut ætatem habet ad moliendum, & negotiandum, quietem, diuitias, honores, lectum denique incipiat quærere, in quo requiescat: hic unum inuenit, quod sibi placet, illic alterum inuestigat: hic domum emit, illic vineam maximo labore, & solicitudine acquirit, & arbitrans se iam lectum præparasse, tranquillamque uiuendi rationem instituisse, cum iam vult quiescere, pulsat mors ad ostium, & illum confestim suscitat, ut in aliam uitam iter fa
21 ciat. O quantam afflictionem, molestiam, & amaritudinem tunc sentit, quod mollem illum lectum relinquat, quem cum tanto vultus sui sudore construxerat. Beatus, qui nihil aliud quærit, nec expetit, quã quomodo Deo placebit. Quãdoquidem igitur frater mi meliori tempore suscitandus es, & qñ magis uita delactabaris, ne in his rebus acquirẽd.s fatigeris, cogita te hodie, aut cras
Hebr. 4. uocandum esse, sequere consiliũ Diui Pauli, dicẽtis: Festinemus ingredi in illã requiẽ: Ille est optimus lectus, in quo postquam semel accubueris, nunquã amplius præcipiet tibi ut surgas, & illum relinquas. Aduerte ergo hæc omnia, & te illarum consideratione moderare: hac enim de causa mors cor terræ appellatur. Quia Dñs locutus est de naufragio Ionæ cũ Niniuen iret, ideo declarauit, quantũ ipse sua ꝑdicatione illic profecerit, ad Hebræorum nostramq; cõfusionem.

Et sic dicit: ***Viri Niniuitæ surgent in iudicio.*** Hoc intelligitur ꝙ iudicabunt per comparationem, quia dicet Dñs. Accede huc Ni 22
niuita, credidisti Ionæ? Respondebit: sic. Et tu Iudeę quare mihi non credidisti, cum ita rationi consentaneum esset? sic intelligitur quod dixit D. Paulus. Nescitis quia Ange- 1. Cor. 5
los iudicabimus? hoc nõ intelligitur de Angelis bonis, sed de malis, quos iudicaturi sumus per comparationem. Dicemus enim, ò quam digni sunt tormentis, quæ habent, qa cum ego essem oneratus osse, & carne, igna uiaque, me confortaui, & de me ipso, & tot tantisq; tribulationibus, quæ sese mihi obtulerunt, uictoriam reportaui, ij uero tã par ua occasione, ita superati sunt. Ideo digno Simile.
supplicio afficiuntur, sicut si modo hęc ciuitas ab hostibus obsideretur, & accipientes 23
mulieres arma viriliter propugnarent, adolescentes uero fortes, & robusti absconderẽt se, & fugerent, quantæ confusioni adolescentibus essent fęminę? sic per comparationem nos debent iudicare Niniuitæ, qui propter prædicationem hominis ignoti sicut Ionæ tam acrẽ pęnitentiã egerũt. Ingressus est Ionas in illam magnam urbem tanq̃ homo perterritus, a pisce quodã uomitus, arena in uolutos, luto infectus in littore, ubi eũ euomuit, sparsis crinibus, nudato capite, aduena, qui nesciebatur an esset Propheta, an vero aliquis iocator, aut delirus, absque ullo ꝑuio miraculo, uno tantum sermone breuissimo, dicens; Adhuc quadraginta diebus Niniue subuertetur. (*Assi à secas.*) Et absq; ulla rhetorica, & tantum effecit, ut dicat diuina historia, quòd crediderunt uiri Niniuitæ, & 24
prædicauerunt ieiuniũ, & statim parati sunt ad agendam pęnitentiam. Hic mihi desunt uerba, & quod sim ego malus, & non qualis debeam, non in lachrymas totus conuertor hæc dicens, gens infidelis, vna tantum prędicatione hominis ignoti audita, absque ulla promissione, una mina exterriti illico prędicant omnes unanimiter pęnitentiam, pęnitentiam, ieiunium, ieiunium, cilicium, cilicium, &c. Nobis uero prædicantur decem, & vi-

& viginti prædicationes, in quibus promittitur æterna gloria, & iterum inferno nos prædicatores comminantur, & quod proximè peribimus, & hæc oĩa non magis cordibus nostris hęrent, quàm duris lapidibus. Hoc erit iudicium nostrũ, ò Christiani tam proterui; miserabiles querelas Moyſes corã Deo effundebat, dicens: Ecce filij Iſrael nõ audiũt
Exod. 6. me. Quærit Moyſes de ingratitudine & cæ-
25 citate popul', quod in maximas miſerias & anguſtias redactus opem & auxilium Dei nollet accipere, & quaſi admirans, dicit: Ecce filij Iſrael. Hæc uerba habent emphaſim: hi Dñe qui ſunt populus tuus, & gloriantur ſe eſſe filios tuos, hi non audiunt me, ſi eſſent infideles, eſſet tolerabilius malũ, ò quo animi affectu hoc dicit, ſic ẽt poſtquam illis le-
Deu. 30. gem dedit dixit: Destes inuoco hodie cælũ, & terram, quod propoſuerim uobis uitam, & mortem, benedictionem, & maledictionem. Elige ergo uitam, ut & tu uiuas, & ſemen tuum, & diligas Dñm Deum tuũ, &c. Ego fratres mei prædicans uobis tot ſermones, & toties uos Dei noĩe ad gloriam inui-
26 tans, & ęternis pęnis cõminans, non cęlum modò & terram teſtes imploro, ſed lapides etiam huius templi, ac pulpitum iſtum, & ipſi erunt teſtes cõtra uos. Aduerte tu infælix peccator, quod audiẽtes tot prædicationes tam obſtinatus, ac proteruus manes, ut mortem potius æternam, quàm uitam infiniti ſeculi eligas. Lapides templorum erunt teſtes con-
Gen. 31. tra te. Qñ Laban, & Iacob pacis fœdus pepigerunt, cõſtruxerunt tumulum lapidum, & dixit vnus ex illis. Tu mulus iſte, & lapides ſit in teſtimonio, ſi autem ego tranſiero illũ pergens ad te, aut tu præterieris malum mihi cogitans, &c. Hi lapides (inquit) ſint teſtimonium contra illum, qui fędus uiolauerit. Sic ego dico uobis fratres, quod non mo-
27 dò Niniuitæ, ſed cælum, terra, & lapides hi, &c. Oĩa debẽt clamare contra uos in illo metuendo die: ſiquidem cum ſitis Chriſtiani, & populum Dei uos iactetis eſſe, & tam aſſidua cæli doctrina erudiamini, in ueſtris tũ criminibus remanetis, nec commoueri uultis ad pænitentiam agendam. O fratres mei, quam excuſationẽ illa hora affereũs? quid reſpondebitis, qñ horum oĩum accuſemini? ò quàm uos obtuſmeſcere debetis, quia oĩs iniquitas oppilabit os ſuum, & ſic iuſtiſſimè condẽnabimini ad concremandũ ęter-
Pſ. 105. nis ignibus. Sapiunt qui talia audiunt? Intelligunt quid hæc uerba ſignificent? Arbitrã-tur hoc illorum aliquid intereſſe? an de alijs dici exiſtimant? O æterne Deus infinitæ Maieſtatis, doce hos fratres meos, ſiquidem rõnis participes ſunt, vt quandoquidem Catholicæ fidei ueritatis credũt, hoc ad ſe pertinere, & de illis dicit cognoſcant, atque ad te conuertant, gratiamq; tuam illis conferas, qua cæleſtẽ gloriam ualeant adipiſci, ad quã 28
nos perducat Ieſus Mariæ filius Amen.

Feria V. poſt Dominicam I. in quadrageſima.

Egreſsus Ieſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis & ecce mulier Chananæa à finibus illis egreſſa, clamauit, &c. Matth. 15.



Q Vemadmodum piſcator aduertens, ſe hic nihil poſſe piſcari, utilitatis auidus, piſcandiq; cupidos illuc digreditur. Sic diuinus piſcator Ieſus Chriſtus R. N. videns quam parum emolumenti Iudæi ex ſua doctrina perciperent, ad gentes receſſit. Cauete fratres mei, ne Deus piſcatores transferat, ſunt hic tot concionatores, conſiliorum, reprehenſionumq; uirgis piſcantes, & uos ſacræ doctrinę hanc attrahentes, ſimq; exempli cibo inuitantes, & nihil proficis. Eſt equidem ualde miſerandum quòd peſtilentiſſimi amici, & turpiſſimę meretricis conſilio ardentius hoĩes ducantur, quàm cõcionatorum oĩum diuinis admonitionibus moueantur. Cauete ne dignè uobis dici poſſit illud Beati Petri. Vobis oportebat primũ loqui uerbum Dei, ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ uitę: ecce conuertimur ad gentes. Simile / Act. 11.

In hoc itinere ingrediente Chriſto Ieſu gentiũ regionẽ. *Ecce mulier Cananæa, &c.* Hanc mulierem hodie alma mater Eccleſia nobis ante oculos proponit, ut pudore confundamur, per Hieremiam ait Dominus ad hoc propoſitum uerba quędam digniſſima, quæ valdè notentur. Adhuc iudicio contendam uobiſcum, ait Dñs: Adhuc (inquit) poſt tot ſcelera uobiſcum uolo denuò ponere rationem. Poſſem quidem paucioribus uti, & pro peccatis hucuſq; commiſſis ſupplicium de uobis ſumere, ſed adhuc noua ratione ac iudicio uolo contendere, ut meis erga vos beneficijs deuincti 1 / Hier. 2.

me Dominum uestrum amplectamini, ne uobiscum manus conseram. Adhuc contendam uobiscum sicut cum ijs, qui me nō intelligunt, nec mecum in iudicium uolunt conuenire. Transite ad insulas Cethim, ite ad regiones illas, quas nemo habitat, præter immanes belluas: barbarasq; nationes. Et considerate uehementer, &c. O quanta exaggeratio, uehementer (inquit) sicut, qd

2 uobis magni interest, diligenterq; animaduertite, quam uiuendi rationem sequantur, & quō lapides illos & sculptilia, quæ colunt summa cū ueneratione uenerentur, & quot ritibus, ac ceremonijs erga eos utantur, & attendite, utrum fortè aliqui sint inter eos, qui Deus commutent, alternaque idola reuereantur: si mutabit gens Deus suos, & certè ipsi non sunt dij, cum re uera ligneæ marmoreæq; sint statuæ, testes Deus asciscit ut nos confundamur. Videte q̄ diligēter illi barbari ligna, lapidesq; suos colant, & q̄ negligenter uos æterno Dei seruiatis. Quinam diligentius ac religiosius hoc faciunt, ipsi, an uos? sic etiam sancta Ecclesia nobis obijcit mulierem infidelem, diuinarumque rerum penitus ignaram, ut eius spiritum, fi-

3 dem, humilitatem, instantiamq; ac studium considerantes confundamur. Ideo Dn̄s, ait. Dico uobis, quod multi ab Oriēte, & Occidēte uenient, & recumbent cum Abraham,

Matt. 8 Isaac, & Iacob in regno cœlorum, filij autē regni eijcient in tenebras exteriores, quod modo manifestè experimur: multi. n. sunt qui cum sudore uultus sui uictū acquirunt, quod uidebitis summa cum reuerentia & religione ad sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum accedere. Cōtra uero plurimos presbyteros cernetis, & (quod peius est) religiosos irreuerenter, ac penè extincto deuotionis spiritu hoc ineffabile mysterium celebrare. Experiemini mulierem nuptam, si his oppressam, uirique sui seruitute deuinctam, maximisque laboribus circunseptam inter tot curas ita diuinarum rerum contē-

4 plationi deditam, ut dictu mirabile uideatur, & quæ summa cum contētione opportunitatem quærit, ut cælesti meditationi uacet, & contra, erit monacha oībus his curis expedita, soli spōso Iesu Christo dicata, quæ alijs dissimillimis exercitijs, inutilibusque actibus occupatur. Ad hoc accedere solent in uicis, ubi raro aut nūquam uerbum Dei p̄dicatur, in quibus unus est clericus inutilis, dissolutus, ac fere totius pietatis expers: ibi tn̄ reperiantur uiri Deum timentes, ac fœminæ summa sanctimonia plenæ, quæ se re nunquam prædicationem audierunt, nisi fortasse ab aliquo apostata fugitiuo, qui illac transit: à quibus si quæratur, quisnam eos tm̄ bonū erudierit? cognoscētur, unum Deum doctorem habuisse, & erūt multi in hac urbe, qui quotānis eruditissimos ac sanctissimos quosq; concionatores audierint, quorum tn̄ corda ita sint dura, sicca, atq; imperfecta, ut dictu sit mirabile (seu potius miserabile.) Hi sunt, qui iuxta diuinas aquas plantati tanquam salices nullum fructum ferunt. O fratres Deum timere, eius supplicia fugite, cauete ne illæ minæ, quæ supra ponit uobis contingant: mittentur, s. in tenebras exteriores. Hæc oīa dixi occasione huius optimæ fœminæ, quæ cū esset Ethnica, nec unquam concionatores audiisset, ita disposita, ac prompta ad Deū cōfugit. Nos uero diuinis monitis instructi, quotidie in virtute deficere, ac regredi uidemur. Ideo postquam Dn̄s dixit. Et mittā eis uenatores Hier. 16.
multos, & uenabūtur eos. Subdit inferius, & reddam duplices iniquitates eorū & peccata, &c. Cum rōnem expoposcero à Christiano, quem ego legem meam docui, & cui uenatores misi, qui cū attraherent, atque in salutis uia constituerent, cumque sanguinem meum ob eius amorem effusum obiecero, tunc eius crimina grauiora apparebunt, cum tot luminaria, atq; auxilia ipse perceperit. Hoc significat: Reddam duplices iniquitates eorum, &c.

Ecce mulier Chananæa. Ecquis cum attulit? Deus, qui eius præcordia tetigit. Quādo Simile.
quis habet brachium cancere consumptū, ita, ut illud præ putredine nō sentiat, impossibile est illud naturaliter reuiuiscere, & sic medici putrefactam carnem circuncidunt, q si rogatus utrum sentiat, rñdeat minime sibi dolere, ulterius progreditur abscissio, quousq; tandem uiuam carnem pertingat: cū uero tetigerit, statim clamat. Siste dne, 7
quia uiuum tangis. Sic Deus se habet erga nos permittit ut diuiti domus comburatur ait tn̄ diues. Famuli piger negligenter egit, quia lucernam ibi posuit, & dormiuit, & sic hoc infortunium cōtigit, sed nō, pane meo ille amplius uescetur. Interfecit Deus eius filiam, & dicit ille. Ipsa fuit in culpa mortis suæ, & quia nullis medicinæ legib. tenebatur nec se ab aqua poterat continere deambulabat noctu cum uiro suo in horto, & aer illi

illi obfuit. Hæc oĩa sunt putridam carnem scindere attingamus ergo uiuum, eius primogenitum Deus occidit, qui erat lumen oculorum suorũ. Illico clamat? O Dñe hæc
Psal.77. erat una spes senectutis meæ, nec alius filius mihi remanet. Cum occideret eos, q̃rebant
8 eum, & reuertebantur, & diluculo ueniebant ad eũ. (*En tocandoles Dios en lo uiuo.*) Ibant, & quærebant eum, ac summo mane surgebãt ad exposcendam misericordiam. Attendite Pharaonem, qui parũ sensit dum Deus illum afflixit, quousque eius primoge-
Exo.11 nitum interfecit, & sic ait Dñs: Adhuc tanquam Pharaonẽ, & Ægyptum, morietur omne primogenitũ in terra Ægypti, & statim senserunt. Ecce quis attraxerit ad Iesum Christum hanc mulierem: tetigit.n. Deus eius charissimã filiam, ut ipsa fatetur, dicẽs: Filia mea male à Dæmonio uexat̃. O quot infortunia patimur, nec tñ Dei esse uerbera nobis penitus persuademus, ut ad Ipsum accedamus? Arbitramur enim omnia forte
1.Re.5. fortuna contingere, sicut illi Philistæi, qui
9 ante oculos perspexerunt Idolum suũ fractum, soloq; prostratum forte hoc accidisse existimabant. O stulti, qui cum à Deo torquemini fortunæ attribuitis. Si laboras febri, dicis te arietinas carnes heri cenasse, q̃ tibi offecerunt. Demens (ait Deus) laceraui, & in lectum doloris prostraui te, manus, pedesq; tuos confregi, nec tamẽ cognosces Deũ fecisse hæc, ut ad ipsum accedas? Quousq; illi Philistæi cognouerũt se à Do-
Simile. mino vapulare, & affligi, non laboribus liberati sunt. Vtuntur pueri hoc ludo, alter est velata facie, & alter ipsum percutit, & dicunt postea, diuina puer quis te percusserit: qui respondit, Petrus. Longè aberras, esto (aiunt) ibi quousque diuines, quis abstulit à te honorem? quis te percussit? hic me iniuria affecit, ille mihi diuitias eripuit. Esto er-
10 go in afflictione quousque cognoscas te à Dei flagellari, & ab eius manu labores perpeti. Scitote magnam esse amentiam labores attribuere ulli præter quam Deo. Quapropter cum in ærumna commorati fueritis, ad Deum conuertimini, & non errabitis discite ab hac sancta fœmina, & simul cum ea proclamate: Miserere mei filij Dauid.

Dicebat vlterius. *Filia mea male à Dæmonio uexatur, &c.* Quo studio ac diligẽtia pia hæc mater filiæ salutem curabat, sic oportet patrem nec edere, nec cum iucunditate quiescere, donec filium suum à spirituali interitu liberet Deũ debet rogitare, summaque animi contentione diuos deprecari, & Deũ timenter orare, ut pro filio suo iniquo, & tu- Ps.118
multuoso apud Deum intercedant. Perpendite mulieris studium. Clamaui in toto corde meo, exaudi me Dñe. Dicebat Dauid: exaudi Domine deprecationem meam, & concede mihi quod posco, siquidem ex inti- 11
mo cordis mei proclamaui. Hoc autẽ dicebat, ut ostenderet ad impetrandã à Deo beneficia multum conducere crebram, ardentemque orationem, non uult Deus remissas uociferationes, sed ardentissimus diligit clamores. Quando infirmario curæ est diutur- Simile.
nus æger, cum ipse ob longum morbum remissio suspirio aliquando queratur, audiẽs infirmarius non curat eum, quia modus il- Simile
le conquerendi est usitatus: si uero intensius clamat, statim occurrit, & rogat quid uelit sic Deus, cũ multi sint peccatores scelerum suorũ febri laborãtes, qui aliqñ remisse clamant, ut corrigantur, ut autem suspirium illud ex intimo cordis non prodit, nihil proficit, nec Deus eorum clamoribus occurrit; quousque mentis ardore instent, ipsumque 12
studiosissimè inuocẽt. Quamobrem fratres dilectissimi, si uos, aut filij uestri morbo peccatorum laboratis, petite & ardentissime clamate, quia statim Deus uobis subueniet. Satis expressit Dauid uehementiam, qua sit orandum cum ait. Os meum aperui, & Ps.118.
attraxerit spiritum, quia mãdata tua desiderabam. Attrahere proprie, est quasi ui allicere, ea igitur contentione Deus rogandus est, ut ui potius, quam spontè attrahi uideatur. Ea quæ ui alliciuntur, uiolenter solent afferri, & præcipuus finis, propter quem hæc omnia sunt facienda, est, ut conformius ad Dei uoluntatem eius præcepta obseruantes uiuamus. Ideoque ardoris sui causam reddens Propheta subdidit. Quia mandata tua desiderabam.

Qui non respondit ei uerbum. O uerbum 13
Patris æterni, quare non respondens ei uerbum? quis unquam ipsum uerbum uidit obmutescere? ò eclipsim miraculosam? uerbum eclipsatur silentio. O factum admirabile extitisti Domine ut aduocares fœminam hanc, quæ diligenter uenit, & quæcunq; cupis, exposcit, & adeo durum & illiberalem erga eam te præbes? O cœlestis lingua, quæ tot mutorum ora aperuisti, quare nunc obmutuistis? ò perennis fons clementissime, quare hodie huic mulieri aruisti? in pro-

fundo pietatis tuę pelago, quo consolationis gutta desideratur, ei præsertim, quæ tanta egestate premebatur? Vnum, quo hoĩes in hac uita tentari maximæ perturbari solent, hoc est, quod arbitrantur Deum suas preces non exaudire, & ipsis multum se, ac surdum præbere, & non alijs. Hoc magnopere uerebatur Dauid, cum dixit: Ad te Do-
Psal.27. 14 mine clamabo tota die Deus meus ne sileas à me, ne quando taceas à me, & assimilabor descendentibus in lacum. Et illud significat ibi causam, i. quia uidetur hic Dauid significare, se timere, ne similis illis fieret, qui in inferno commorãtur: si Deus se mutum & surdum in illum præberet, hac tam anxia tentatione poterat hæc mulier cruciari. Sicut, qui sitiens ad fontem pergit, qui perennis esse solebat, cum autem siccum inuenit
Simile. maximè contristatur, ò mulier, quo sperabis te ab illo petitionem cõsequi posse, qui ne uerbum quidem (bonorum oĩum minimum) tibi dignatur cõcedere? reuertere domum tuam, ne incassum labores: eia reuertere. Quid? retrocedam? Considerate huius
15 mulieris fortitudinem, quo tentationem hanc uicerit, & ubi humano uideri apparebat imago maioris desperationis, ibi plena erat spe. Ille namq; clementissimus Dominus, qui tacebat, non ut eam despiceret, sed ut pluris faceret, quique ut ipsa loqueretur silebat, & ut fidem suam apertius explicaret, intra eius cor mirifica imprimebat pignora certitudinis, ne dubitaret, quin commodè apud ipsum negotiatura esset.

Et accedentes discipuli, rogabant eũ. Hæc est potissima ratio, cur pauperes, & abiecti in hoc orbe despiciuntur, quia nõ est qui dicat. Dimitte eam. Magnates, uiri que nobiles, hoc unum intelligite, manus uestrum non esse uectigalia conducere, ludere, aut
16 deambulare, se uiduis piegere, pauperesq; tutari. Si cum inopi deserteq; uiduæ causa differtur, quiudices largitionibus non corrumpit: vir primarius iudici diceret: Dimitte eam, nõ essent tot iniquitates, ac scelera.
Esther.4 Quãdo Deus Esther in sublimem dignitatis gradum erexit, huius rei causa fuit, vt inde Iudæis opitularetur, q in illis regionibus atrociter uexabantur, & sic Mardochæus nuntiari illi iussit: In domo Regis es pro cunctis Iudæis, si.n. nunc silueris per aliam occasionem liberabunt Iudæi, & tu, & domus patris tuis peribitis, & qs nouit, utrum idcirco ad regnum ueneris? Quid huc congruentius poterat adduci? & aduertite Mardochæum illã minari, nisi afflictos protexerit, cum ipsam, tum et domum patris sui à Dño esse euertẽdam. Quot ædes nobilium virorum in his regni breui tpe solo æquatas cernitis? quæ fortasse perierunt, quod eorũ dñi in pauperes illiberales fuerunt. Quã ob rem fratres mei uos rogo, ut hoc diligenter aĩaduertatis, & in pauperib. viduisq; de- 17
fendendis singularẽ aĩ magnitudinẽ, nobilitateq; uestram oñdatis, ut vos à patre nobilitatũ, ac misericordiarum auxilium percipiatis. Rñdit Christus Iesus. *Non sum missus* Simile.
nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Vult dicere. Quemadmodũ ad grauissimũ morbum, quem aliqui medici iã curauerũt, nec tñ aliquid efficere potuerunt, quæritur maximus medicus: sic q̃q de cœlo descẽderim ad oẽs curandos tã gentes, quam Iudæos, Iudæis tñ debeo ipsemet mederi: eorum.n. maximum est vulnus, quod nullus ex meis prophetis, nec oẽs simul curare potuerunt. Gentibus, & si sceleribus oppressis, cum nõ 18
sint tã duræ ceruicis alij pdicatores sufficiũt discipuli mei ipsis mederi sufficiunt, quibus ego dicã. Ite, & docete oẽs gẽtes. Et sic, una ex potissimis rõnibus, quas assignant Docto- Mat.28.
res, ꝙ Christus Saluator noster ex Hebræis, potius q̃ ex gentibus carnẽ assumere dignatus fuerit, est, ꝙ populus ille tã obdurati esset cordis, ut hoc singulari beneficio illos ad suũ amorẽ allicerent. Gentes (ut experiẽtia cõpertum est) tanquã humaniores facilius conuersæ sunt. Quare dixit Deus per
Dauid. Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi, & filij alieni inueterati sũt, & clau- Psal.17
dicauerunt, &c. Gentes quas ego non noui, i. inquas ego tot beneficia non contuli, vix verbum Sancti Euangelij audierunt, cũ statim crediderunt. Filij alieni, i dest, alienati à me mentiti sunt mihi. Ego enim polli- 19
citus sum me illis missorum præstantissimum prophetam. Et ipsi mihi promiserunt se ipsum audituros, & illi iuxta præceptum meum esse obedituros, ut patet in Deuteronomio, & dixit omnis populus: Amen. Omnibus quæ dixerat Moyses in nomine Dñi, mentiti sunt, quia cum Deus promissis staret summumq; prophetam filium suũ misisset, ei parere noluerunt. Inueterati sunt. Crimina uetera sunt, an Ægypto, in deserto, ubique claudicauerunt, & qui ita erant duri, opus fuit illis tam excellenti medico. O benedicta sit talis Deus, benedicta

talis

talis pietas & clemētia. Diligite fratres tam bonum Dominum, nec unquam cessetis eū laudare, qui cum in hunc populum tam durum esset irascendus, & penitus gentem illā euersurus, ex ipsa illorum rebelliones occasionē sumit, vt maiora in illos cōferat bñficia: vt mō dicētē auditis: *Non sū missus, &c.* Vt has oues pditas in sui amorē excitaret.

20 *At illa uenit et adorauit eū, dicēs: Domine adiuua me.* Animaduertitis fęminę animū, spem & fiduciam? Qñ amici familiares regis aliquid ab eo poscunt, qđ tamen non impetrāt, quis idem ab ipso rege audeat postulare? quis non deficiat? Hæc uerò mulier cū aduerteret propinquos ac dilectos Dei nihil impetrare maiorem animum recepit, & maiorem adipiscendi spem habuit. Simile. Passerculus aerem tranans, qñ uehemens flat uentus nō eum sequitur, nec eius spiritu ducitur ne vētus omnes pennas sibi euellet, & sic pereat, sed mitius uolat aeris furijs obstans, a vento rostro parum auerso, & ita nullum patitur detrimentum. Sic iusti nō patiunť se persecutionū procellis duci, quia hoc esset penitus perire, sed semper oībus periculis resistētes tendunt, quousq; desideratam compatāt victoriam: ut in hac fęlici fęmina patet. Vi-

21 dete q̄ non reuertatur retrorsum, neq; deficiat, sed potius nouo quodā mentis ardore vlterius prosequať, dicens: *Adiuua me, &c.* Vt animaduertit, se, eo quod esset Ethnica aliquo modo a Christi humanitate repelli, ad eius diuinitatē protinus cōfugit. O Dñe (dicebat) licet tanquā filius Dauid præcipuè missus nō fuerit ad saluandas gentes: saltem hoc nō poteris negare te Deum esse, & quatenus Deū, tam gentium, q̄ Iudæorū dñari, qua pp adiuua me. Simile. Quemadmodum pluuia herbæ nascuntur, & accrescunt, sic tribulatione, ac laboribus salutis augetur auiditas. Cum dixerit: *Adiuua me.* Ostendit ēt ex se

22 aliquid operari, & operabatur profectò, tū quidem tanta fide ac spe nitebatur, nec animi contentio deficiebat. Simile. Ducit mulio oneratam mulam, & onere oppressa labiť, ipse verò prætereūtem aliquem rogat, ut se adiuuet ad onerandam mulam, & hinc mulio, atque illinc alter mulæ onus imponūt, si mulio recedit, nec aliū, quē rogauit vult adiuuare, non est cur dixerit: adiuua me, sed impone onus huic mulæ: sic ad animæ salutē corporisque exercitia necesse est duo concurrant: tu enim solus nihil potes: Deus uerò solus, etsi potest, sine te non vult, & sic pro-


prie loquebatur hæc mulier, cum dicebat: Adiuua me, sic & Dauid cum dixit: Adiuua nos Deus salutaris noster, non dicit, salua nos: sed adiuua nos, in auxilio namq; semp oportet esse duos. Psal. 78. Quod si dicas. Non seruatur decorum si dicatur Deo: Adiuua me, deceret ne seruum dicere dño suo: dñe adiuua me ad arandum, uel ad excauādum? Aliqua sunt, in quibus si seruus diceret suo domino vt se adiuuaret, in impudentiam incideret, velut cum domin⁹ iubet famulo ut equum 23 distringat, siue ut domum mūdet, si ad hęc auxilium peteret, dicens: Adiuua me, vitium sanè non posset effugere. Alia uero sunt, in quibus auxilij postulatio decora est ut cum dicit dñs famulo ut de aliquo vindictam sumat: tunc si uires famuli non sufficerent decorum esset dicere. Dñe adiuua me. Nullus est Dux in Italia, qui a rege auxilium nō petat qñ opus est. Cū Deus præciperet Moysi Exo. 33 vt populum duceret, dabat ei Angelē, qui eum comitaretur. Valde descende de loco isto tu, & populus tuus, & mittam præcursorem tui angelum. Cui respondit Moyses. Si non tu ipse præcedas, non educas nos de loco isto. Non (inquit) hinc discedam, nisi tu me comitatus fueris. Non fuit hoc impudentiæ factum, sed dignum potius, quod à Deo iure optimo peteretur. Sic quicquid 24 nobis Deus imperat eius qualitatis, ut non immerito ab ipso auxilium petendum sit, sicut ad obseruantiam præceptorum, & ad eius consilia perficienda, necnon ad omnia, quæ absque eius ope conficere nequimus.

Qui respōdens, ait: Non est bonum sumere panē filiorū, & mittere canibus. At illa dixit: Etiā Domine. Nā & catelli edūt de micis, q̄ cadūt de mēsa dominorū suorū. O eximiam humilitatem? perpēdite quō hoc nomen, canis, in corde eius quieuerit, consederitque. Ex ipso despectu argumentum ipsa conflat efficacissimum, quo conuincit Christū Re- 25 demptorem nostrum. *Nā & catelli, &c.* Fateor (inquit) me esse canem, sed tanquam tali rationi consentaneum est, ut tu Dñs, mihi prouideas de reliquijs, quæ supersunt ex mēsa tuæ infinitæ pietatis. Hic est bonorū hominum mos, ut omnia in bonū conuertāt. Si Deus ipsius fauet, fauore induuntur, ut Dño seruiant, si abijcit eos, ex ipso despectū spiritum, ardoremque eliciunt, ut ei humilius pereant. Omnia in aurum commutant, tanquam ignis, qui omnia, quæcunque recipit, in se conuertit, diligentius Deum om-

nia cooperantur in bonum. Vtinam ab hac muliere disceremus, & nosmetipsi catellos
Rom. 8. esse non negaremus, nosq; accusaremus, qđ oēm uitam nostram tāquam belluæ im ma-
Iob 10. nes dux erimus: Vnde Iob, dimittam aduersum me eloquiū meum. Qñ qui est in carcere pro se loquitur, non creditur, sed si quid
26 contra se dicit, maior ei fides q̄ duobus testibus adhibetur. O quātum profuit illud, pec-
2. Re. 12 caui, quod dixit Dauid? & illud, nos quidem
Luc. 23. iuste latronis, & confessio humilitatis, qua usus est S. Petrus dicens, discede a me, &c. &
Luc. 5. illud, Dñe non sum dignus, ut intres sub tectum meū, profuit etiam & illud: pater pec-
Mat. 8. caui in cęlum & contra te. Omnes hi, quot bona a Deo impetrarunt propter accusatio-
Luc. 15. nem, non potuit amplius contineri fons clementiæ. O infinitam Dei pietatem, qua clementia incipit ipsam extollere, & ei quicquid petit concedere, & multo plus dicens: *O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.* Nonne ego p̄dixi, illā Dei moram, mulieri maiori utilitati futuram? aduertite quā
27 honorificentissimis verbis illam afferat: ꝙ si deprecabatur ut dęmonium a filia sua expelleret, non hoc solum concedit, sed ipse apud eius animā manet, quod certe maius ęst. Videte ut res diuinæ quamuis initia habeant dura, & aliquantulum amara, exitus tū gratos habent si hoīes non deficiscūtur, si tacent, si patienter ferunt, quia patiens ui-
Luc. 1. cit & quod appetiuit fecit. Qualis maneret Zacharias ex priori visitatione, quam illi Deus misit, nisi mutus? sed postea patienter passus est, ideo in hæc uerba prorupit, Benedictus Dñs Deus Israel, &c. Et cum Christ᷒
Marc. 8 Redēptor noster dixit Petro: vade retro Sathana, qua cum acrimonia dixit? postea ue-
28 rò q̄ suauiter dixit: pasce oues meas? & hic Chananæa prius uocata canis, nisi patiēter
Ioan. 21 ferret, non audiret postea: *Magna est fides tua.* Res uero huius sæculi sunt uice uersa: initia dulcia, exitus uero habent amaros. O q̄ suauiter peccatur? sed quam acriter postea persoluendum est? Quippe licet primordia virtutis aliquantulum uobis aspera uideantur, tolerantur illa sustuleritis: & experiemini fratres quam dulcia, etiam in hac uita efficiantur, ut eis præ gustu uix faciemini. O vere animarum Magister tu, qui huic mulieri fuisti, ut perseueraret, quousque audiret a tuo diuino ore dulce illud uerbum. *Fiat tibi sicut vis.* Nobis etiam miseris opitulare, ut amodo te saltem quærere incipiamus, & rogitare, ac ferre discamus, & ut perseueremus quousque tuis diuinis brachijs nos in cęle- 29
sti gloria in perpetuum suscipias. Amen.

Feria VI. post Dominicam I. In Quadragesima.

Erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam, &c. Io. 5.



SVper hoc verbum offertur dubium. Est regula prudentiæ, & iustitię, ut unicuique secūdum dignitatem & merita sua loc᷒ concedatur, & non solum hoc cum hominib. sed ēt cum reb. insensibilib. solet obseruari. Videmus, ꝙ margaritæ pretiosæ locus tribuit᷑ in tiara alicuius magni Pontificis, aut in Imperatoris corona, quod si margaritæ debitus locus tribuitur, quanto magis homini debita sedes est tribuēda? ideo Deus in principio cum tam amænum illum locum creasset, de quo plantauerat 1
Gene. 1. Deus paradisum uoluptatis, &c. Et posuit ibi hominem, quem formauerat, quia licet paradisus esset excellentissimus, excellētior tamen erat hō, cui paradisus fuerat plantatus. Cum ergo ex fide habeamus, quod anima maximè præstat corpori prudētia, iustitia, & uniuersa ratio nos admonet, ut huic tam excellenti animæ debitum locum diligentissimè impetrare curemus, quæ quidē cælestis est beatitudo, & cum hoc ita sit ex septem diebus, qui sunt in hebdomada, sex concessi sunt corpori ut in eis necessaria sibi acquirerentur: animæ uero vnus dies datur, ad rem tam arduam tamq̄ue difficilē cō sequendam, sicut æternam fęlicitatem? iam si hi dies per medium diuiderentur, & tantū vni, quantum alteri daretur, tolerabile esset.
2 Quod autem hoc si fuerit cōstitutū, non a quouis, sed ab ipso Deo patet. In Exodo eīn
Exo. 23 dicitur; Sex diebus operaberis, septimo die cessabis, vt requiescat bos, & asinus tuus, & refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduena. Huic quęstioni respondetur, quod, venæ, vnde corporalia bona hauriuntur, tā vilis sunt metalli, ut quamuis in eis diu laboretur, tamen parum ex illis elici possit, ut uix ad humanam uitam degendam sufficiat; venæ autem animæ tam pretiosi sunt metalli, ut breui tempore ex eis magnæ diuitię possint auferri. Si cui diceretis, utrum maius venā Simile.
aurēam

aureain locupletissima sex horas excauare, an arenam sex menses fodere? responderet, quod mallet in aurea sex horas, quam in ferrea sex mensens laborare, quia plus utilitatis se percepturum speraret. Corporis mineralia sunt moliri, acquirere, uineas serere, & domos construere, ad quæ longo tpe opus est. Et est prope nihil, quod hauritu,
3 quia uenæ ferreæ sunt. Venæ uero aīæ sunt auri purissimi: iudicia Dñi desiderabilia su-
Psal. 18. per aurum, & lapidem preciosum multum, & dulciora super mel & fauum: exercitium in obseruatione mandatorum Dei, & uirtutum acquisitione, est ueluti uena, unde multum aurum ac margaritæ hauriuntur, breui tpe potest aīa locupletari. Quamobrem uisum est diuinæ Maiestatis plus tpis corpori, q aīę tribuere, nec animæ in hoc iniuriā inferri iudicauit. Nedū anima talē uirtutem habet, ut laborante corpore exterius, ma-
4 gnas ipsa diuitias spirituales possit acquirere, in amando, & considerando.

Est aūt Hierosolymis probatica piscina, &c. Quando quis vult epistolam scribere magno alicui dño, quærit optimam papyrum, & atramentum, atque etiam aliquando bis,
Simile. aut ter eam scribit ut semel prodeat emendata: si uero ad priuatum quendam hominem scribat nihil curat an papyrus sit mala, atramētum peius, & adnotatio agrestis. Quando Deus creauit mundū nō fecit amplius, quam dicere. Ipse dixit, & facta sunt, nullum exemplar fecit: omnia ex prima adnotatione prodierunt. Sed ad redēptionem sicut ad tam excellens opus prius fecit mul
Gen. 22 ta exemplaria. Præcipere Abrahæ, ut filium suum sacrificaret fuit exemplar diuini sacrificij, quod Iesus Christus pro humano genere oblaturus erat. Manna, quod dedit in deserto fuit signum, quod significauit se daturum
Iosue. 5. esse suum sacratissimum corpus in cibum. Erigere Moysen in deserto serpen-
5 tem illum significauit bonum Iesum in cru
Nu. 21. ce esse extollendum. Ita piscina de qua hic agit S. Euangelium fuit exemplar Piscinæ sacramentalis, quam suæ Ecclesiæ daturus erat: quod est sanctum Sacramentum pœnitentiæ. In quibus omnibus ostenditur quanti nos Deus æstimet, qui uiuimus in lege gratiæ, quibus tot beneficia contulit insculpta prius in tot exemplaribus. Quid ergo erit si pro his beneficijs Deo gratias nō agamus, nec ipsis utamur? nam si hoc non facimus quid illa nobis psunt? nisi ut sint atrocissima uerbera, quibus in inferno crucie-
mur? maxime excellit piscina nostra, p̄ scīnę illius tēporis, quia illa medebatur corporis, hæc uero confert salutem aīæ. Sed est sanguinis lachrymis lachrymandum, q in illo tpe, ut corpore sanarentur, ex longinquis regionis Hierosolymā accedebāt homines, atque ibi multos annos commorabantur, & 6
tandem unus sanus euadebat: modo uero cum non sit necesse ire Hierusalem, nec multos passus ambulare, aut multas horas expectare, & non possint sanare oēs, & morbis tam periculosis sicut animæ: & tñ nō accedamus nisi inuiti, & coacti. O ineffabilem Dei pietatem, ac terribilem cæcitatē miserorū hominū, filiorum Adæ? uidetur uobis, q si Deus libentissimè non ignosceret, relinqueret peccatorum absolutionem in manu ipsorum hominum? non profecto. Si rex litem ageret cum quadam Academia, in qua lite multum interesset: & diceret: ego committo in hāc litem claustro eiusdem Academiæ, & eorum sententiæ uolo stare: dicerent auditores? Domine rex in manu doctorum litem committis? non uides illos esse partes, & in suum fauorem contra te senten- 7
tiam laturos esse? quia illi nihil aliud expetunt, & ex eis uictum acquirunt. In hoc significaret rex se desiderare magnopere illi Academiæ fauere. O æterne Deus, quare nō commisisti saluationem nostram Angelo, & eam homini tradidisti? quare hominibus peccatorum suorum sententiam credis? huc modo omnia dimittentur (ait Dominus) hoc ego uolo, ut confessor pœnitentis misereatur, & eius imbecillitatem doleat. Vt cognoscat se esse debilem uel ut alium, cum uideat in quos defectus passim ipse incidat. O benedictus sit talis Deus, & 8
glorificata talis pietas: quare fratres mei nocte, ac die non uociferantur, & tam infinitæ misericordiæ præcones non efficimur: statim ut Christus Iesus Saluator no- Ioan. 20
ster resurrexit, dixit discipulis suis: accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Acsi diceret uultis uidere dilecti mei quid profuerit passio mea? accipite hanc diuinam respirationem quam uobis per passionem meam promerui ad animarum uitam: quia sicut corpus non potest uiuere, nisi respiret, sic meum corpus mysticum, quæ est Ecclesia mea non potest uiuere sine hac respiratione, & diuino spiritu. Valde igitur est miserandum

dum, quod cum Deus tam salubrem medicinam in hoium manibus reliquerit, tam pauci ea utantur. *Erat autem quidam homo ibi triginta, & octo annos habens in infirmitate sua.* Nō fuerat illic oēs triginta & octo annos, quos infirmabat: quia Alex. Papa in quadā epistola, quā misit ad Soldanum, affirmat hunc Angeli descensum ad piscinā non
11 semper fuisse; sed in prima hora Natiuitatis Domini incepisse; eadem hora qua Christus natus est ex virgine, & deinde eadem nocte, & hora fiebat per singulos annos fortis motio aquæ illius stagni; *Hunc cum uidisset Iesus iacentem, &c.* Ecce fontem unde huic hominis salus dimanauit; uisionē, s beatissimorum oculorum Iesu Christi Dei nostri. Discite fratres mei nos ponere ante oculos huius boni Dñi ut ex oībus necessitatibus, & erumnis uestris curati euadatis. Discite uiolentiam uobis inferre, & carnem uestram
12 oneratam & eam licet inuitam ante Deum collocare, & uidebitis, quid inde hauriatis. Discite uos facere continuos domus suę, qa non est possibile quin si debita dispositione accesseritis magna in uos conferat beneficia. Posuit se Moyses multi dieb. ante ocu-
Exo. 34. los Dei; videte qualis euaserit, qbus radijs, ac splendoribus, ut dicit in Exo. Cum descenderet Moyses de mōte; ignorabat, quod cornuta esset facies eius ex consortio sermonis diuini; qp ex eius vultu mirifici quidā splendores exibant, quod in conspectu Dei, & in eius conuersatione fuisset. Quis dedit aīum
Ge. 28. Iacob ut appareret corā fratre suo? anteà, cū eius frater paucas uires haberet fugit ab eo in Mesopotamiā. Modo uero cum Esau frater eius est potens, cum iurauerit se à Iacob supplicium esse sumpturū accedit mirifico quodam aīo, & audaciter se eius offert ma-
Ge. 32. nibus. Vnde ergo tantus aīus? Vidi Dominū
13 facie ad faciē, & salua facta est aīa mea. Posui me corā Deo, & cum eo tota nocte luctatus sum lachrymis, & suspirijs, & exiui alio cū pectore, & fortitudine. O frater mi, quare tā pusillanimis es, ut quilibet minimus labor de te uictoriam reportet? nisi qp nescis te offerre una hora coram diuinis Dei oculis; qp si hoc faceres uires inde eliceret ad oēs malignos spiritus superandos. O sancte rex Dauid, quo cum esses hō pauperculus tanto tpe te defendisti a tam potente rege, ut Saule, & in eius regno, & cum magnis copijs, tu autem solus, & derelictus? quō? me interrogas? Oculi mei semper ad Dominum quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.
Habeo sydus, in quod postquā oculos conijcio, non sunt laquei pedibus meis. Plus ualebat una hora, quam cōsumebat Dauid in conspectu Dei, q̄ cunctis exercitus & astutiæ Saulis. Quam potens est uisus Dei, apertè patet in hoc paralytico cum talem salutē fuerit adeptus: quia tantum bonum impetrauit, ut fuit paululum cōmorari ante oculos 14
Saluatoris nostri Iesu Christi: dicit illi. Psal. 24.

Vis sanus fieri? Cur domine hoc illum interrogas certum est, quod uolet: quis enim nollet salutem? hoc fecit, ut nobis ostenderet, quomodo peccatorem ad salutem soleat inuitare, semper in sua libertate eum relinquens. Mirabile profecto. Agitur peccatoris uita in tua gratia recipienda, & tu cupis ut ipsam recipiat, & exeat a peccato, & rem tam necessariam eius uoluntati committis? ardet domus hominis nobilis, & hic habet filium quem amantissimè diligit, & cum dormiat filius, accedit pater dicens: uidè fili an uelis surgere: quia uita tua maximè periclitatur. Vide quod si non uis surgere, comcremaberi. O desidiam inauditam. 15 Simile.
Inflammatur domus, & filius est in maximo periculo ardendi, & cum sit tam dilectus, ut eum quasi lumē oculorum suorum habeat: & tamen dicit utrum vult, an non vult? velis, nolis, porrige manum, quin aliter capillos cedo. Modo in suo arbitrio eum finis: Extrahe illum tu, & per solum uoluta, siquidem in tanto discrimine uersantur. O incummutabilis Deus? Quomodo domine ardet totus mūdus inextinguibilis igne, & pro peiori. Et homines ita sunt soporati, homines (inquam) quos tu tantopere diligis, & rem constituis in eorum uoluntate? velint, nolint, attrahe illos crinibus:
Hoc ego non faciam (ait Deus) licet eos tan 16
topere diligo & miseri mundi calamitatem, & perditionem uideo. Non eos cogam. Qui uoluerit, benè: qui uero noluerit, dolet mihi, sed ipse aliquando lamentabitur, & barbam ipsemet dilaniabit, nihil tamen proderit. Contemplare ergo infælix peccator Deum misericordiarum tibi dicentem: uis sanus fieri? Quid igitur tantæ misericordiæ respondes? ita tui ipsius inimicus es, ut tam liberali Domino non consentias? uide quo nisi salutem uelis, & eā ardentissime expetas nunquam illam impetrabis. Per Hieremiam ait Deus animæ; ascende in Galaad, & tolle resinam uir-

go filia Ægypti, frustra multiplicas medica-
mina. Sanitas non erit tibi. Licet sæpenume-
ro vadas in locum vbi sunt medicinæ nun-
quam sanaberis, quia non uis. Non. n. tã cõ-
sistit impetratio salutis in quærẽdis medica-
mentis, quã in voluntate adipiscendi eam.
hõ confiter.s crimin? ẽt. Quia habetur, in
hoc maxima cura, & in singuli parochijs
sunt, suæ matriculæ eorum qui confitentur,
& cũ non sit confessio eius nisi pp hoc, post
quatuor, vel quinq. annos ite proteruus est,
15 acsi nunquam crimina fuerit confessus non
odit morbum, nec salutem desiderat, frustra
multiplicas medicinam, sanitas nõ erit tibi.
Isa. 1. Quia defectus est ex parte tua, dicit Deus. la
uamini, & mundi estote. Domine lauari, est
iustificari, iustificare vero munus tuum est;
cur mihi præcipis vt ego me lauem. quod est
dicere vt me iustificem? præcipio quia licet
sit munus meũ, ẽt est tuũ: quia ex te etiã de-
bet esse adiutoriũ, & notate qđ non conten-
tus est dicere: lauamini, quod est iustificatio
nis opus: sed addidit: mundi estote. Vt per-
seuereris & mundi permaneatis, vt non laue
mini, & statim coinquinemini: bene intelle-
Simile. xistis quia significet illud: *Vis sanus fieri?*
Quapropter necesse est vt incipiatis velle &
16 vos disponere. Vt globus electi stipulã attra
hat, necesse est ut illa sit tenuis & adaptata:
si enim nimis longa est aut infecta, non eã
electum attrahet. Si vis ô peccator ut puris-
simum electrum Iesus Christ' te a culpa eri-
gas extenuare & debilitare, & te sicut pote-
ns disponet, & sic ipse te extollet.

Respondit pauper ille: *Hoĩem non habeo.*
O inhumanam hominum crudelitatẽ. Qđ
cũ illo tanto tpe iuxta piscinã iaceret nemo
illius fuerit misertus, & eũ adiuuerit vt ex il
la ærumna euaderet. O quam ad literã hoc
agitur hodie. Est pauper vicinus tuus in le-
cto claudus, & ægrotus, & fame periens: tu
uero, qui necessario transiturus es per eius
ostium, quia proximus illi habitas, nec saltẽ
habes os ut dicas: quid facis ibi amice? nec
Simile. manus porrigis, vt illi quadrantem des. Ne
17 detur vacuũ in rerum natura transgrediunt
creaturæ insensibiles limites suos, & contra
naturam suam faciũt, ut est, terrã, & aquam
sursum ascendere ut uacuum adimpleat, cũ
ergo tot pauperes sint uacui & tã facile eos
possitis reficere & non faciatis, certe creatu-
ræ insensibiles uos reprehendũt in hoc: siq-
dem illæ limites suos transeunt ut nullum
sit uacuũ, & uos cum tãto periculo nõ sitis
obijciẽdi id nõ uultis facere. Si uideres filiũ
ducis in hospitio sup stragulum iacentẽ cõ-
tagioso morbo laborantẽ, & eum cognosce- Simile.
res, nõ ne domũ tuã illũ adduceres, & dilige-
tissime curares, sperans patrem eius aliqñ ti-
bi grãs relaturũ? paup igit' qs est, nisi filius
Dei? qñquidẽ filius Dei dixit: qđ uni ex istis
minimis feceritis mihi fecistis. Si ergo filiũ
ducis pp utilitatẽ domũ tuã affert, hic non
est minor utilitas? certe oñditis uos forte nõ
credere, ꝙ summa ueritas dicit, se recipere
in se bonũ quod pauperib. facitis ut postea 18
quasi liberalissimus dñs persoluat. Conside-
rate fratres mei, quod dicit De' ad hoc ꝓpo
situm p Esaiã. Frange esurienti panẽ tuum, Esa. 58.
egenos, uagosq. in duc in domũ tuã, &c. tũc
erumpet quasi mane lumẽ tuũ & sanitas tua
citius orie', & gloria Dñi colliget te, i. esto
misericors, & q̃uis sis in peccato per hoc dis-
poneris, & cognosces peccatum tuum, quia
lux cognitionis intrauit ĩ aĩam tuam quasi
aurora, q̃ tenebras expellit, & sanitas tua, q̃
est cõuersio tua celerius tibi adueniet, & glo
ria Dei amplectetur te. Hic gloria Dñi si- Rom. 5
gnificat iustificationẽ, sicut D. Paul. ait oẽs
peccauerunt, & egent gloria Dei, i. quod oẽs Rom. 9
necessitatẽ hñt ut iustificentur: siquidẽ oẽs
peccauerunt, sicut etiã ad Romanos, ut oñ-
deret diuitias gloriæ suæ in uasa misericor- 19
diæ quæ præparauit in gloriã. Dulcissimum
est hoc uerbum: quod uocat Deus gloriam
suam, iustificationẽ aĩæ, & hoc significat qđ
nisi in Deo esset gloria infinita, unum, quo
maxime eius uoluptas augeretur esset aĩam
a peccato deducere, & illã iustificare. Vt co-
gnoscatis q̃ excellens res sit iustificatio, &
quanto studio ac diligentia illã quærere de-
beamus. Atq; unum, quo præcipue iustifica
tio acquiritur, ait dñs hic, esse, uti misericor
dia in pauperes. Frater si te cernis aliquo o-
dio, aut carnali affectu, aut ambitione uin-
ctum, ac nullã uiã tibi uideris reperire posse,
ut hęc mala effugias, uade ad uisitandos in- 20
firmos, uisita carceres, &c. assuesce facere o-
pera misericordiæ, & experieris qualis po-
stea efficiaris, siquidẽ Deus in his uerbis id
dicit, et non põt mentiri. Dicenti infirmo:
Hominem non habeo. ait Domin': *Surge, &c.*
siquidẽ non habes hoĩem, ego ero tuus hõ.
Quãdoquidẽ tibi hoĩes desunt nõ ego dee-
ro tibi, surge, et statim surrexit sanũ. O be-
nedicta sit talis pietas, & tanta potestas bea-
tus, q hunc hoĩem quærit in oĩbus suis ne-
cessitatibus & laboribus. Hic offertur ma-

ximum

ximum dubium quomodo, cum Iesus Christus sit summum bonũ, summum aũt bonũ (vt ait Sanctus Dionysius) sit sui diffusiuũ: intrans vbi tanta infirmorũ multitudo cõmorabatur coarctatus fuerit ita vt uni tm̃ salutem conferret? Quomodo Dñe, cum sis summum bonũ tam illiberalem te præbes? si ad hanc vrbẽ medicus accederet, qui virtutẽ haberet sanandi tot quot manu tangeret, si unum tantummodo attingeret, non esset illa illiberalitas? si cum esset sol in cælo lucidus uni mitteret splendorem suum & reliquum orbẽ obscurum relinqueret, quis non miraretur tãtum portentum? Origenes ait, quòd causæ uniuersales concurrunt, secundum quod & particulares cõcurrunt. Opor

Dionys. de diui. nõ. ca. 4.

Simile.

Orig. 3. Periarc.

Simile.

21 tet esse dispositionem in eã particulari, ut causa uniuersalis in ea possit operari. Scintilla ignea applicatur escæ, & stuppæ, non aũt ferro, sol, alibi tigres alibi Leones gignit secundum regionum dispositionis. Sic hic diuinus sol, in hoc uno operatus est quia fortasse hunc solũ dispositum reperit. Hic est ille sol, de quo Malachias dixit: orietur uobis timentibus nomen meũ sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius, et in alis suis salutẽ asportabit. Sumit hanc metaphoram solis, cuius radios ĩ omnes partes diffusos uocat alas solis, quæ ferunt salutẽ, quia terræ medent, ipsam

Mala. 4.

22 lętificãt, ac fructificare faciunt sic uenit Saluator noster Iesus Christus in mũdũ plenus alis, ut sol, pennis circunseptus, atq; miraculosis, salutiferisq. operib. & dicere illum ferre salutẽ in alis, significat qua uelocitate diuinus hic sol, uolet ad reficiendas necessitates. O uerbum dulce, o uerbũ iucundũ & charitate plenum, quis est lapis audiens te, qui non mollitur, & in amorẽ liquefit? quod dicatur animabus: uobis fit Deus hõ, et uenit misericordijs circunseptus, & ipsæ non molliantur? sed super oĩa aduertendũ est, q̃ dicit: orietur uobis timentib. nomen meũ.

23 Nisi habeas timorẽ Dñi, sed es quidã temerarius, & uæcors, ita diffusus, acsi non esset Deus quẽ deberes timere, nõ mireris si huius diuini solis radij nõ pertigerint te: q̃a ipse natus est timentib. eũ, & ideo forte remãserunt tot ægroti absque salute, & si Dñs in medio illorũ fuit ingressus. Aut forte nõ sanat plus, quã hunc, quia alijs nõ cõueniebat tunc salus, q̃nquidem omnibus perspicuum est, quàm necessarij esse soleant morbi, tentationes, Hecatque infelicitates, animarum utilitati, significauit Christus Redemptor noster dicens: Beato Petro, Diabolũ petisse facultatẽ ut illũ suosq. socios tribularet, & his uerbis hoc ostendit: Simon, ecce Sathanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticũ. Loqui Deum p̃ hãc metaphoram siquidem agebat de laboribus seruorum suorum fuit ut tolleret scrupulũ, qui humanæ debilitati poterat oriri querenti de Deo. Quare cum Sathanas nobis uelit obesse, Deus licẽtiam illi concedit? in hac metaphora oñdit Dominus q̃ in uno & eodem actu expetit diabolus damnũ tuũ, & Deus utilitatem deside

rat. In cribrando enim tritico duo sunt: unũ 24

est euoluere grana sursum & deorsum, & ea inter se excutere, ita ut si sensum haberent illud magno tormento illis esset: alterũ est effectus, qui inde resultat, qui est, remanere triticũ mundũ & cribratũ, a puluere, & palea: Prius expetit diabolus, cũ petit facultatem nocendi nobis, arbitrans se effecturũ, ut peccemus: posterius permittit imo uult Deus, ut mundi maneamus ab omni superbia, & uanagloria, & simus humiles, casti, & prudẽtes perfectiori uirtute, maiori gratia, pluribusq. meritis illustrati. Ad hæc omnia prosunt, infirmitates, uulnera, & reliquæ aduersitates. Vt hoc significaret, non dixit Dñs,

diabolus licentiã postulauit ut nos concute 25

ret, & tribularet, sed usus est hac metaphora expetiuit uos ad cribrandũ, & hæc potuit eẽ causa, quare unum sanans, reliquos ĩfirmos, & laboribus oppressos reliquerit. Non est contentus piissimus Dñs dicens ei: surge: sed dicit ẽt: ***Tolle grabatũ tuum et ambula.*** Quã pauca Deus curat? In Iosue dicit, q̃ cũ transirent hebręi: per Iordanem, & aquæ in utranq; partẽ diuiderentur, sacerdotes, qui portabant arcam fęderis Dñi, stabant super siccam humum in medio Iordanis accincti, omnisque populus per arentem alueũ transibat. In hoc ostenditur, quantũ uelit diuina

Iosue 3.

Maiestas ut sua in nos beneficia sint abun- 26

dantia, integra, & perfecta. Posset faceret ut solummodo aquæ regrederentur, & q̃ populus transiret securus: nihil enim intererat ut prætereuntes luto contaminarentur. Sed nõ contentus est hoc, uerum terram etiam exiccauit, ut non modo non mergerentur, uerum nec luto quidem inficerentur. Minimæ enim res nostræ sunt Deo maximæ curæ, sic non solùm huic paralytico salutem contulit, uerum etiam de eius contritis ruptisque panis curat ne amittãtur. Quam minutum res nostras curat Deus, o quantũ

debe-


deberemus curare ut illi summa cum dili-
gentia seruiamus, quando talia sunt bene-
ficia, cõsentaneum esset, ut & seruitia essent
etiam perfectissima.

Fortassis nisi ei diceret, tolle grabatum
tuũ, salutis uoluptas efficeret, ut hic lectuli
sui obliuisceretur, cum tã necessaria res sit.
Ex hoc colligemus, quã parum cælestia sen
tiamus, si enim aliquantulum ea delibera-
mus, & saperemus, ita præ gaudio nostri ob
27 liuisceremur, ut necesse esset quis nobis in
memoriã reuocaret ut manducaremus, &
dormirem⁹. Quid arbitramini significasse
Gene. 2. Deũ cum præcepit Adæ ut comederet, dixit
enim ei: Ex oĩ ligno paradisi comedet, de li-
gno autẽ scientiæ boni, & mali ne comedas.
Vt quid Dñe ei pcipis ut comedat: ipse non
haberet curã comedendi. Creauerat eum
Deus in gratia, tã purũ & illuminatũ, ut in
Deũ trãsportat⁹, nõ recordaret fortasse cibi.

Iuit uir bonus & asportauit lectum suũ.
Postea inuenit eũ Iesus in tẽplo. Illuc nihilo-
minus reuersus est postea, ubi cum tanto la
Gene. 3. bore, & ęrũna tãdiu fuerat commoratus. In
Gen. legitur quod Abraham erat diues ual-
de &c. & reuersus est ad locum, ubi prius
fixerat tabernaculum. Est maxime notan-
dum, ꝙ etsi locupletissimũ se vidit, nõ ideò
28 sanctus uir superbijt, nec uile tabernaculum
contempsit, quod antea cõstruxerat, in quo
habitabat cũ pauper esset, sed illuc reuersus
est ad habitãdũ, confitens in maiorib. diui-
tijs se peregrinũ esse. Modo uero, ut habetis
duo minuta: statĩ uultis ædificare maximas
ædes, & sũbiæ nidũ cõstruere, ut Deũ offen
datis, q uos locupletauit. Reuersus est ẽt A-
brahã ad locũ altaris ut ubi antea, orauerat
ibi Deo gratias ageret. Itaq. quod factus fue
rit diues, non ideo sũbus, aut minus deuo-
tus effectus est; sed semp eodem modo pse-
uerauit. Si hũc sanctũ Patriarchã diuites no
stræ tẽpestatis imitarent non illis diuitię no
cerent. Sed nõ ita fit. Imo acquisitis duobus
quadrantib. iã alij effecti estis: nec est qui au
deat uobis uerbũ loqui. Quemadmodũ san
ctus hic Abrahã redijt ad locũ paupertatis,
in quo antea habitauerat: sic oportet, ut qui
29 se elatum, prosperumq; uiderit primordia
sua recogitet, & se cognoscat, qualis prius
fuerit, & in quas miserias fuerit redactus, ut
debitas gratias omnipotẽti Deo agat. Sic. n.
conditionũ mutatione cõsiderata, gratitudi
nis spirit⁹ magis accrescit. Ecce hęc oĩa affe
cta ĩ hoc ægroto quẽ Dñs in piscina sanauit
ppe tẽplũ, quomodo reuertitur ad recogno
scenda loca, in quibus tot calamitates tule-
rat ut recordatus ęrũnarũ, in quib. antea cõ
moratus fuerat, & considerãs salutẽ, qua mo
do fruebatur excitaret ad agẽdas gratias ma
iori cũ feruore, & deuotione. Quęrite sic fra
tres mei modos, quib. Deo grati sitis, eique
pro acceptis beneficijs gratias agatis. Nã sic
disponitur anima ad alia maiora accipienda,
& ut semper cum gratiæ incremẽto pficiat,
qua gloria comparatur. Quam mihi & uo- 30
bis præstare dignetur Iesus Marię filius, qui
cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat
per infinita sæculorum sæcula. Amen.

Sabbatho post Dominicam I. in Quadragesima.

*Assumpsit Iesus Petrum & Iaco-
bum, & Ioannem fratrem eius, & du
xit illos in mõtẽ excelsum seorsum, et
transfiguratus est ante eos. Matt. 17.*



LOquẽs Christus redemptor a
noster cum discipulis suis, il
lis reuelauit, quod oportet
eum ire Hierosolymam, & Apoc. 3.
multa pati, & occidi. Dicit
sibi conuenire, quia conue-
niebat nobis. Hæc est phrasis sacræ scriptu-
ræ, quod quãdo agit de aliquo beneficio, ꝙ
Deus in homines confert, dicit se ipsum il-
lud accipere, sic enim gaudet homini bene-
faciens, ac si ipse esset genus & illud bonum
sibi conferretur, & sic ipse Dominus dixit,
ego sto ad ostium, & pulso, si quis aperuerit
mihi ianuam, intrabo ad illum, & cęnabo
cum illo. Non indiget Deus cæna, sed quia a
intrans in animam eam reficit, & illi dat cę
nam, ideo dicit se cęnare, quia ualde delecta-
tur cõferens illud beneficium. Sic dicit hic,
sibi conuenire ascendere Hierosolymam vt
patiatur, propter nimiam uoluptatem, qua
afficitur saluans nos, cum tamen magni no
stra interesset, ut filius Dei pro nobis patere
tur. Audiens hoc B. Petrus a suo diuino Ma
gistro, præ fortissimo illo amore, quo eius
apostolicum pectus inflammabatur, dixit
illi, absit a te Domine, non erit tibi hoc. O
Domine ne talia dicas, quia aures meæ hæc
ferre non possunt, nec cor meum potest to-
lerare. Quid Domine vultus iste, quem

Angeli intuentes gloriatur, percutietur a lapis, & cõspuet?isti tam decori capilli, euellentur? hæc tantæ uenerationis barba dilaniabitur? hi tã debiles humeri, graui crucis pondere torquebuntur? absit a te &c. cur respondit Dominus, acerrime: vade post me Sathana. O ineffabilem charitatem Domini mei Iesu Christi declaratam acrimonia,
Matt. 4. qua sancto Apostolo respõdit: Tãtus fuit amor, & desiderium, qđ Iesus Christus Dominus noster patiendi habuit, ut eisdẽ uer-
3 bis, quibus respondit diabolo, cum ei dixit, ut illum adoraret, modo respondeat sancto Petro dicẽti, ne moreretur. Illic dixit: uade Sathana: hic etiam dicit: uade retro Sathana. Quod maius testimonium potest adduci ad cõprobationem sui diuini amoris? disce hinc frater mi qualiter te debeas habere cum eo, qui pœnitentiam tibi impedierit? si ue sit amicus, siue frater, siue pater tuus: hunc debes, Sathanam existimare, & eum fugere tanquam dæmonem. Postquam D. Petrum sic reprehendit, conuersus est diuinus Magister ad omnes discipulos suos dicens: si quis vult uenire post me, abneget semetip-
4 sum &c. acsi diceret, nõ solum ego passurus sum: verum qui me sequi uoluerit oportet etiam crucem suam baiule, & ne hoc difficile illis uideretur, ab illinc sex diebus ascendit in summitatem cuiusdam montis, adducens secum S. Petrum, S. Ioannem, & Sanctum Iacobum, & illi detexit illis præmium quod daturus est sequentibus se. Dicatur hic
Nota. litera sancti Euangelij vsque ibi: hic est filius dilectus &c.

5 Romani tanquã cupidi uictoriã reportãdi ab uniuerso orbe, modos quæsierunt, qui bus duces suos excitarent ad res bellicas ardentius cõprehendas, ut studiosius curarent uictores euadere, Et præcipuũ modum, quẽ inuenerunt fuit, uictores triumphi gloria honorare, & quanquã honor ille ita breuis erat, ut diem tantummodo unum duraret, inenarrabilis tamen erat labor cui se offere bant ut illũ cõsequerentur. Quid ergo nos oportet facere ut triumphum cælestis gloriæ cõsequamur, cum talis sit, & in perpetuũ duraturus? Dauid agens de beatorum gloria dixit, quod habet quinque res, quæ uidentur respondere quinq; generibus gloriæ, qui bus Romani afficiebant triumphatores omnes. Quorũ primũ erat qđ faciebant arcus quosdã triũphales, in q̃bus insculptæ erant corũ res gestę ẽm magnitudinẽ earũ, erant

Gloria Beatorũ quinque generib. glorię q̃bus Romani afficiebãt triũphatores, cor respõdere uidetur.

arcus maiores, uel minores. Scđm erat: qđ triũphatores magnæ maiestatis curribus uehebantur, quos plurimi eq ducebãt. Tertiũ, qđ res præclaræ, quas gesserant illis decantabant. Quartũ, quod triũphantium arma, & scuta ab ipsis curribus suspẽsa ferebantur. Quintũ tandẽ & ultimũ erat, quod hostes die uicti curribus, ducebant. Ait igitur Dauid in illo Psalmo: exultabũt sancti in gloria, lętabunt in cubilibus suis: exultationes Ps. 149.
Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in 6
manibus eorũ. Ad faciẽdã uindictã in nationibus: increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis, & postea concludit dicens gloria hæc est oĩbus sanctis eius. Hæc est gloria, qua oẽs sancti, nõ unus, aut centũ milliã, sed oẽs fruuntur, hic ponit quinque res, quæ illis Romanorũ rebus respondent. Primũ est: exultabunt sancti in gloria. Hic est arcus triũphalis longe præstantior: q̃ arcus illorũ. In arcu sunt duæ extremita- Primũ.
tes, q̃ incipiunt ab inferiori, & ascendunt ac uniunt in superiori parte. Sic statim ut ĩgreditur aĩa in cælũ, eleuatur eius intellectus, illo mirifico artificio, qđ uocant Theologi, lumẽ gloriæ, ut ascendat, & cõsequatur uide- 7
re Deũ in sua essentia, & existentia, & illico volũtas pducit ardentissimũ quendã amore in ipsum Deũ, quẽ videt, & intelligit. Ecce duas extremitates, quæ ascendũt ab infimo quæ est, anima, & vniuntur in supremo, qui es Deus. Et hęc est gloria animę, q̃ consistit in unione, & fruitione illius summi boni. Atq; hoc est qđ dicitur: exultabũt sancti in gloria, & quo pstantiores res anima in hoc seculo gesserit, eo maior erit hic arcus triũphalis in altero, ut promisit Deus dicẽs: dabo vnicuiq; vestrum ẽm opa sua. In cuius Apoc. 2.
mysteriũ Salomõ loquẽs ð insto dixit: quasi arcus refulgẽs ĩter nebulas glorię. Quasi ar Eccl. 50
cus glorię refulgẽs, q̃ n fit in nubibus. Quẽ Simile.
admodũ arcus nõ fit in cælo, nisi qñ ipsum est nubibus coopertum; sic etiam hic arcus glorię fabricatur interim dum anima, (quę est cęlum quoddam pretiosum) nube, quod 8
est corpus, velata est. Nã postea erit vt dixit Dominus per S. Ioannem veniet nox, qñ Ioan. 9
do nemo potest operari. Post mortẽ iam nõ est locus merend. Ideo dicebat Beatus Pau- 2. Cor. 6
lus, ecce nunc tẽpus acceptabile; ecce nũc dies salutis. Quia nũc potest operari salus, & sicut non sufficit, vt sit cælum nubibus tectum, ad efficiẽdũ arcum nisi simul splendor,

dor,& radius solis concurrat, sic non sufficit ad merendam gloriam, ut anima sit in corpore, nisi cōcurrat radius solis iustitiæ, quæ est eius diuina gratia, cum illa namq; & cum bono usu liberi arbitrij acquiritur, & fabricator hic cælestis arcus gloriæ. Ideò
1.Co.15 dicebat Sanctus Paulus, Gratia Dei sum,id quod sum, & gratia eius in me uacua non fuit,sed abundantius illis omnibus laboraui,non ego aũt,sed gratia Dei mecum. Qua
7 propter fratres mei ratio postulat, ut properemus operari hunc arcum, dum uita fruimur, siquidē nescimus, qñ Deus illā nobis
9 auferet,& quamuis modo non experiamur fructum diligentiæ nostræ, ac laboris patiēter feramus, citò enim detegetur, & appa-
Simile. rebit, quid pro meriti fuerimus, sicut tolerat aurifex cum cęlat arcũ aureum,quem totum habet tectum pice, & illum à tergo,insculpit, & non uidet, quid operatus fuerit quousque opus confecerit, & picē abstulerit sic etiam nos interim dum insculpimus meritorũ nostrorũ sculptilia, omnia habemus tecta obscura fidei pice, & nescimus, quid meriti fuerimus, nec illud uidebimus quousq; terminetur actus merendi, & anima ab hac mortali uita exeat. Tũc enim actualis fidei pix auferetur & Deum,ac quidquid
10 operati & meriti fuerimus,uidebimus. Item quemadmodum ad conficiendum arcũ requiruntur mallei,limę,& forpices, & alia plurima instrumenta, & artifices qui adiuuent ad illud opus conficiendum, sic sunt necessarij labores, & utiles inimici, ut nos adiuuent ad perficiēdum hoc opus, quod pręmanibus ferimus, quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei, di-
Act. 14. cit Beatus Paulus. Quapropter maximas gratias Deo agere debemus cũ sumus in laboribus, & ab aduersarijs nostris molesta-
Simile. mus,sicut illas ageret aurifex,cuiuscumque daret sibi optima instrumēta,gratis. & plurimos adiutores ad opus suũ faciendum,;& multò magis nos deberemus facere, siqui-
Secũdũ. dem res nostra atque utilitas est dispar. Secundum est: Lętabunt in cubilibus suis,&c. Ecce currus triumphales, q̃ sunt corpora, in quibus animæ triumphaturæ sunt, quia
11 cum primum anima, in vniuersali resurrectione adiuncta fuerit corpori, quadam noua accidentali gloria triumphabit.

Illic erunt corpora uelut currus triũphales,quos ducēt quatuor, eq. q̃ sunt quatuor dotes quib. exornāda sunt,s.velocitas, impassibilitas,subtilitas,& claritas. Quapropter illa verba S.Pauli: Christus dilexit Ec- Ephes. 5.
clesiā,& ipsum tradidit pro ea, vt illā sanctificaret,mūdans eā lauacro aquæ,in uerbo uitę,vt exhiberet ipse sibi gloriosā Ecclesiam, non habentē maculā aut rugā, aut aliquid hmõi, sed ut sit sancta, & immaculata Etiā intelligi possunt de Ecclesia triũphāte,post vniuersalē mortuorũ resurrectionē. Nā mõ & si est illa Ecclesia sancta, & sine macula, non tñ est sine ruga, siquidē animæ sunt velut rugosæ,quia naturali quodam desiderio 12
propēsæ,sunt in corpora sua, sed postq̃ hoc desiderũ impletũ fuerit, erit Ecclesia absq; macula, & ruga. Tertium est, Exultationes Tertiũ.
Dei in gutture eorum. Hæc est musica, assiduus quidā cantus, & laus Dñi qui eos crea- Apoc. 5.
uit,& redemit, ut S. Ioannes Apocalypsi dicit, se uidisse beatos, q cantabāt canticũ nouũ dicentes: Dignus es Dñe accipere librũ, &c. Qm̃ occisus es,& redemisti nos in sāguine tuo,ex omni tribu,&c. Benedictio, & honor,& gloria,& potestas in secula seculorũ. Vocatur hæc musica canticum nouum, qa post multa millia annorum,quib. cātabunt & Dñm laudabunt tantā voluptatē ex illis canticis, & laudibus Dei percipient, ac si illa hora incepissent. Quartũ est, Et gladij ancipites in manibus eorum, &c. Præ manib. ferent arma,quibus hostes suos superarunt. Quartũ
Hæc nō fuerunt arma carnalia, aut ferrea, sed spiritualia, q̃ sunt virtutes. Vt enim dicit B. Paulus. Arma militiæ nostræ, non carnalia,sed spiritualia sunt. O quanto gaudio 2.Co.10.
efficientur ibi videntes arma sua,idest, videntes virtutes,quib. tantam victoriā reporta- 13
runt. Re ipsa experimur, quod qñ bonos cibos comedimus, & odoriferos, sicut confe- Simile.
cta ex sacaro bellaria,aut aliquid pretiosũ, ab stomacho,respiratio prodit quędam dulcis,& odora, qua nos lingua & labijs mira quadā suauitate relingimus. Contra verò,si porris aut cæpis saturati sumus,aut aliquos viles cibos manducauimus exit in os,& guttur amaritudo quędā & stomachi acor, qui magnā nobis molestiam gigni. Virtutes,& bona opera posita in stomacho animę,quæ est bona cōscientia, nouā quandā suauitatē, spiritualemq; cōsolationem à se immittũt,qua aīa relingit, & magnopere delectatur,qđ bene operata fuerit. Sedebat Iob in 14
sterquilinio, à planta pedis vsque ad uerticem,vlcere percussus,& ibi se consolabatur in memoriam reuocans opera bona, quę pro

pter

pter Deū fecerat. Et sic dicebat. Cor uiduæ consolatus sum, iustitia indutus sum, & ue-
Psal. 44 stiui me sicut uestimento, & diademate iudicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum, & causam quam nesciebā, diligentissimè inuestigabam. Sic David dicebat. Eructauit cor meum uerbum bonum Spiritus bonus, bonum uerbum, ac
Iob. 29 sancta cogitatio prodiuit ex corde meo. Et unde S. Propheta hęc suauis cogitatio tibi prouenit? Dico ego opera mea regi. Quia refero ego coram Domino Deo meo opera
35 bona, quę propter eum feci, maximas ei gratias agens, quis auxiliatus est mihi, ut ego ea facerem. Contra uero quemadmodum à malis cibis exit amaritudo quędam, & acor palato, ita ex peccatis cōmissis procedit stimulus quidam & maxima tristitia peccatori. Si ergo in hoc mundo opera bona, quæ fecimus, tantæ nobis uoluptati sunt, cum nōdum earū præmium uideamus; qui erit, cum præmijs, quo pro illis donantur, perfruamur? Qua uoluptate afficiemur, quod casti fuerimus? quod misericordes nos præbuerimus? quod deniq; pœnitentiam maximam egerimus? O quam uoluptatem accipiet anima, cum uideat pro uno die, quem ieiunauit, pro uase aquæ quod propter Deū dedit, pro una lachryma, & suspirio, quod
36 profudit, tot tamque magnificas diuitias sibi à Deo tribui? O fratres mei, quam consentaneum est, hoc sæpenumero cogitemus vt ad laborandum plus quam laboramus confortemur.

Est quæstio inter Theologos, utrum iusti in gloria recordentur peccata quæ in hac uita commiserunt, & sic eorum memores tristitia afficiuntur? Respondet Richardus qđ sic. Sed quod non ideo tristitiam accipient,
Rich. in 4. di. 43. & 48. nec poterunt accipere, sed quod gloriantur in diuina misericordia, quæ eis pepercit: & delectantur etiam, quod pœnas euaserint, quas pro peccatis merebātur. O beata terra vbi spinę in rosas conuertuntur: vbi peccata in uoluptates reducuntur. O fœlix terra,
37 ubi acuti uepres flores odoriferi efficiūtur: siquidem ex culpis materia lætitiæ elicitur: Quod si ex peccatorum memoria, uoluptatis, & gaudij occasio deducitur, quid ex operum bonorum, ac uirtutum recordatione haurietur? Quintum est. Ad alligandos re-
Quintū ges eorum in compedibus, & nobiles eorū in manicis ferreis. Adducēt ibi hostes suos victos, & alligatos. Hi hostes sunt sensus corporales, qui in hac uita atrocissimū nobis bellū inferunt. Appellat eos reges, quia plerumque in homine dominantur, & quia sicut seruus, sensibus suis homo obtemperat, & tunc ibunt captiui, & ratione subijciētur, nec iā amplius in eis erit aliqua repugnātia. Concludit David postquam hęc omnia dixit: Gloria hæc est omnibus sanctis eius. Hæc est gloria & triumphus, quo omnes sancti Dei afficiuntur.

Hæc uoluit Spiritus sanctus ut David 18
oēs homines doceret, ad eos excitandos ut oī studio, & mentis ardore ea consequi conarentur, & Iesus Christus Saluator noster non contentus est illa hominibus nuntiare, sed uoluit, hodie eorum ostensionem facere discipulis suis, tanquam hominibus qui duces in hac sancta Ecclesia futuri erant, ut ipsis, nos instruerent & inflāmarent desiderio consequendi ea. Illi gentiles Romani pro unius diei triumpho immensos labores patiebantur, horribilibus periculis offerebantur, & fortissimas hostiū copia aggrediebātur, nihil eos deterrebat, nullumque discri- 19
men regredi faciebat, solum ut illā tam paruam, & inanem gloriam compararent. Nos vero, quibus tā admirabilis & ęternus triumphus ꝓmissus est, (est dictu miserabile) ita tepidi, & remissi in tanti boni ex petitione incedimus, ut quoduis discrimen, & quantūuis minimus labor nos fatiget, terreat, ac ēt regredi compellat. O fratres mei, si ascenderetis saltē semel in die ad montem Thabor, & ibi Iesu Christi trāsfigurati gloriam contemplamini, & cogitaretis, quod dies venturus est, in quo (nisi negligentia uestra aliter fiat) resurrecturi estis configurati & similes illi, q̄ diligenter festinaretis, & omnē Simile.
spirituale pigritiā expelleretis. Si uideretis filiū Regis, principē, & hęredem, magni regni in terra aliena, pauperē, & uilibus tritisque uestimentis indutū, nec tn̄ illi cura, aut 20
desideriū esset redeūdi domū patris sui, ubi mirifice tanquā princeps tractaretur, nec ille hoc curaret, sed huc atq; illuc perditus uagaret, non cū stultū iudicaretis? Quid ergo, præterquā hoc poterit ærumnā nostrā similius repræsentare? filij Dei cum sitis, & hæredes tā excellentis regni, & in tantā calamitatem redacti, & tn̄ tam parū cupidi illuc eūdi, effecti banausi in nænijs præoccupati, ut miserabile sit dictu, & cogitatu. O animæ pretioso Dei sanguine redēptæ miseremini uestri, ne tantum bonum amittatis: si uobis

dicere-

diceretur, Romæ aut Hierosolymis cōmorari Iesum Christum Redemptorem nostrū cum sanctissima Virgine Maria matre sua, & q corporali forma eos uidere poteratis: quis vestrū illuc non iret, ut suis proprij oculis tm̄ bonū intueretur? Viæ essent plenæ uia
21 toribus, nec itineris labores, aut pericula timeretis, nec uos dispendiū deterreret: solum modò, vt vna hora sanctissimā illam Christi humanitatē communicaretis. Quare igitur aliquā diligentiam non adhibeb. mus, vt (non vna hora, sed in perpetuū) diuinū Dei conspectū videamus? Nā nostra beatitudo essentialis non consistit in fruitione humanitatis Christi, sed in fruitione infinitæ, ac immensæ diuinitatis.


Transfiguratio ita dño, descendit super oēm illam sanctam societatem, splendidissima quædā nubes, & ex ea audita est uox dicēs. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene ceplacuit, ipsum audita.* Duo dicit hic Pater æternus. Prius est, q ita iucundus sibi est Iesus Xps filius suus, ut oīa sibi in eo sint grata. Hinc intelligetis illa obscura uerba Iob. (Iob. 9.) Cùm inuocantem exaudierit me, non credo
22 quod audierit uocem meam. Quid est hoc vir sancte? q tibi concedat, q à se petijsti, & non exaudiat uocem tuā? nō hoc intelligo. Dico quod oēs orationes Iob, & omnium sanctorū, qui sunt, fuerunt, & futuri sunt, si accept æ sunt & gratæ Deo, hoc prouenit ex meritis Iesu Christi vnigeniti filij sui, & sic non tantum considerat Pater æternus orationes, in quantum sunt à iustis, quantum, quatenus sunt exornatę, ac munitę, inęstimabili pretio supernorum meritorum Redemptoris. O fratres mei, quā locuples thesaurus hic nobis demonstratur, ex quo maximas diuitias possumus haurire. Thesaurus est, q omnes lachrymas, suspiria, preces, ieiunia, & omnia opera uestra bona offeratis, & committatis huic diuino intercessori tam grato suo æterno Patris, quia oblata ab his sacratis manibus, grata erunt diuinæ Maiestati,
23 & illa ab eius pretiosis manibus ut sua potius, quam uestra recipiet.

Alterum, quod in illa uoce nobis dictum fuit, est *Ipsum audite*, Qđ præcipuū, in quo nos debemus occupare, est, in eius obedientia, & diuinæ legis obseruantia. In hac obedientia includitur etiam, q̄ debemus habere omnibus qui sunt eius loco. Eusebius Emissenus, ait: Quanto obedientiores fuerimus propositis nostris, & patribus nostris, tātum (Eusebi' hom. 3. ad monachos.) obediet Deus orationibus nostris. De sancto Iosue dicitur. Obediente Deo uoci hominis: Quādo rogauit Deum vt sisteret Sol (Iosue. 10.) & statim stetit, non dicit Scriptura Solem illi, sed Deum paruisse, quia in eodem libro dicitur, q Iosue obedientissimus erat Deo, & ideo ei Deus obediuit. Quid excellētius de obedientia potest dici, quam quod Deus nostrā uoluntatem faciet si nos ei obediemus: (S. Bernardus tractans illa uerba Esaiæ.) In (Bern. super Cāt. Esai. 58.) die ieiunij uestri inuenitur voluntas uestra ait, Neq; ieiunium, neq; silentium, neq; uigiliæ, neq; orōnes, & alia bona opa grata sunt 24
Deo, vbi inuenit voluntas nostra, i. ubi uirtus obedientiæ omnino deest. Hæc duo dixit illic Pater æternus, significās quod si volumus frui, illa æterna gloria quam filius suus illic ostendebat: illa ad vnguem debemus obseruare. Ideò Beatus Paulus dixit: (2. Co. 3.) Nos uerò oēs, reuelata facie gloriā Dei speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquā à Domini spiritu, sed adiuti & edocti. O quā mira uerba. Det nobis Dñs spiritum suum sicut dedit Beato Paulo, ut nos ea possimus intelligere, & exequi. Dicit, nos omnes, non unus aut quatuor, non enim hæc est res supererogationis, scilicet, imitatio Christi, sed necessaria ijs omnibus qui saluandi sunt. Ideò nos tanquam edocti, & diuino spiritu ducti, gloriam Domini detecta facie contēplamur. Dicit, reuela facie, quia multi gloriam cum cataractis intuentur, plenos enim habent oculos affectionibus creaturarū, & 25
sic aspiciūt cum velo, & impedimento, nec vt ratio postulat, speculantur. Iusti aūt reuelata facie, expediti omnibus creaturis, sine cataractis intuentur, clarissimis, & expeditissimis oculis gloriam Dñi attentissimè contemplantur: & hinc transfigurantur quadā illius gloriæ imagine, curantes in se habere imaginem illius amoris, & quietis, securitatis, & illios illustrissimi conspectus effecti, tanq̄ splendidissimæ luces in hoc mundo, & sic progrediuntur à claritate in claritatē, de uirtute in uirtutem, de bono in melius,
nec vnquam deficiscuntur. Hoc dicit B. Paulus, nos omnes facere oportere sine ulla exceptione eorum, qui æternam salutem expetūt. 26
Mittite fratres mei unusquisque manum in sinum suum, & uidete, vtrum hoc faciatis: quin aliter curate facere deinceps, quia sic gloria comparatur, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Domi-

Dominica II. in Quadragesima.

Assumpsit Iesus & Petrũ & Iacobũ & Ioannem fratres eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum, & trãsfiguratus est ante eos. Matt. 17.



MAximæ, & valdæ vtiles sunt uites spei, & vbi illa regnat, efficit ut labores præsentes non æstimentur, nec futuri timeantur. Deniq; spes valdè potens est, & quamuis eam Plato appellat somnia uigilãtium, quod nomen accommodari põt spei specularium, non tamen consentaneum est, ut spei iustorum tribuatur. Sed sancti Do-
1 ctores velut homines à Deo admoniti & illuminati diuersa nomina spei imposuerunt, & dissimillima illi, quod Plato imposuit, B. Hieronymus eam uocat, solatium laborum est velut salsamentum, quo omnes uitę molestiæ eduntur, S. Ambrosius eam appellat latronem timoris. Fur (inquit) timoris, D. Augustinus illam nũcupat uitam uitæ. Vita enim sine spe, falso, & immeritò nomen habet uitæ, cùm sit morte peior. B. Paulus eam dicit anchoram tutam, & firmam animę, q̃ cernitur in medio fluctuum & procellarum
2 mundi, dicens. Confugimus ad tenendã propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam, ac firmam. Anima absq. spe, est uelut nauis maximis periculis obsessa in mari, absque anchora, qua retineatur, iam proxima ut in rupes deueniat, & cõfringatur. Hæc est vna ratio, & non ex minimis quare Christus Redemptor noster transfiguratus est in monte Thabor, coram tribus discipulis suis, quia sua diuina prouidentia voluit regnum Ecclesiæ suæ spe prouidere, ut animum addat suis cùm intelligant, quam pauca posƒint desperati homines conficere, sex ante diebus dimmus Dñs discipulis suis prædicauerat, & in illis uniuerso orbi, & regula dederat, quomodo eum sequuturi erãt, dicẽs. Si quis vult uenire post me, &c. Et q̃a
3 hoc asperũ debili carni videbatur, voluit statim homines constituere in spe, ostẽsionẽ faciens præmij, ac beneficiorum, quibus affecturus est eum, qui sic ipsum fuerit secutus. Hoc confortauit maximum illum prophetam Moysen, ad hanc viam currendam, vt affirmat S. Pau. dicens. Moyses grandis factus, negauit se esse filium filiæ Pharaonis magis eligens affligi cum populo Dei, quã temporalis peccati habere iucunditatẽ. Maiores diuitias æstimans, thesauro Aegyptiorum, improperiũ Christi, aspiciebat enim remunerationẽ. Perpendite diligentissimè duo. Primum, improperium Christi, iam ex tunc tollebat crucem Christi, eius diuino fauore adiutus. Alterum, quod prospiciebat in præmium Eadem re confortabatur S. Paulus, & eius sancti socij, vt ipse testatur, dicẽs. Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Non dixit. Gloriamur gloriæ, sed in spe gloriæ, quia adhuc illius nihil habemus præter eius 4
spem, sed tanta est gloria, quam speramus, vt meritò magis gaudendum sit eius spe, quam integra, & secura possessione totius monarchiæ mundi. Quid darent, dicite, dãnati, qui in inferno cõmorantur, ut sperare possent se illinc aliquando exituros, & ad gloriam paradisi esse peruenturos, si descenderet Angelus ad inferos, & diceret. Bonum nuntium, bonum nuntium. Nam Deus constituit, ut descendente me centenis millenis annis semel ad mare Oceanum, & hauriẽte 5
unam guttam aquæ ex eo, postquam tota aqua fuerit exhausta, ita ut nihil amplius remaneat, tunc cruciatus, & dolores uestri finientur. Dico, quod si tale nuncium audirent, spem perciperent, quia intelligerent aliquando tandem eorum tormentis finem esse imponendum, sed nunquam ad eorum aures perueniet. O sancte Deus, quare hæc audientes non obstupemus? sed tanquam insani, & totius rationis, ac iudicij expertes, res tam necessarias, & tanti momenti paruipendimus? Curemus ergo fratres mei vt ita viuamus, vt viuam spem habeamus eximendi nos a tam terribilibus malis, & perfruendi tam gloriosis bonis vt sunt cælestia, de q̃bus tot excellentias audiuimus.

Est ualde notandum, quod ex tũ dies, ait sanctus Euangelista: Dominum prætermisisse, antequam præmij præmissas discipulis suis ostenderet, inducens eos in uicos cœli, ut illum gloriæ ostensionem didirent, & tam singularem consolationem perciperent. Præmia secularia quando accedunt, inueniunt iam tam perfractum hominis animum, & spiritum ita sperando defessum, ut uix illi frui possit. Deus non est huiusce modi, nõ ita trahit homines afflictos diuturna spe, uerum statim vt ei seruire incipitis, uel paucis post diebus uobis incipit soluere, et adhuc in hac uita consolationib. et spũalibus delicijs confortare, quæ sunt pignora 6

Plato.
Hier. in epi. Am. uper Ps. c. 5.
Hebr. 6.
Simile.
Rom. 5.

gnora beatitudinis, quã nos in futuro ſecu-
2.Co.12 lo eſt donaturus. Cõſiderate, qđ S. Paulus de
ſeipſo fatetur, dicens: Scio hominẽ in Chri
ſto ante annos quatuordecim (ſiue ĩ corpo
re, ſiue extra corpus, neſcio: Deus ſcit) raptũ
S. Tho. hmõi uſq; ad tertiũ cælum, &c. S. Tho. ſup
hunc locũ probat oẽs has indulgẽtias, & be
neficia initio ſuæ conuerſionis S. Apoſtolũ
accepiſſe, & affirmat fuiſſe, ĩ uno illorũ triũ
dierum, quos ſine cibo, & potu duxit. Vt co
gnoſcatis q̃tum tardauerit Deus quin glo-
7 riæ ſuæ deguſtationem ei præberet. Hoc ex
periuntur nũc plurimi ſerui Dei, multi ado
leſcentes teneri & delicati filij hominum di
uitum, qui in domo patrum ſuorum delica
te tractabantur, qui mundum relinquunt, &
ingredientes in aſperas religiones, ubi cum
ſumma pauperie, & nuditate uiuũt dormiẽ
tes in duriſſimis lectis maximã noctis partẽ
in uigilijs ducentes, modo maximum fri-
gus, modo uerò nimiũ calorem tolerantes,
paucis cibis iſſque uilib. & craſſis ueſcentes,
& in medium harum auſteritatum, admira
bili quadã uoluptate, & inenarrabili conſo-
latione uiuunt. Diuinus. n. Dñs, pp quem in
ætatis ſuæ, teneritate ſeculares uoluptates
contempſerunt, curam habet afficiẽdi eos
alijs delicijs pręſtantiorib. & dulcioribus in
quarum comparatione, omnes terreſtres uo
8 luptates sũt fæces & putredo, & ſic in eis im-
pletur qđ dixit Dauid. In ſtillicidijs eius, læ-
tabitur germinans. Noua planta cęleſtibus
pluuijs exultabit: Spiritus ſancti in fluẽtis,
(quæ ſunt diuinæ eius conſolationes) gaude
bit uehementer. Quia ſicut tam ſingularis
hortulanus curam habet rigandi nouas plã
tas, tanq̃ magis rore indigentes. Contẽplãs
Pſal.64. hos fauores, idem Dauid, cum exul peragra
ret campos Paleſtinæ, aſpirat, & maximè
deſiderabat habitare in domo Domini, di-
Pſal.83. cens. Quam dilecta tabernacula tua Domi
ne uirtutum, concupiſcit, & deficit aĩa mea
in atria Domini. (*Anima mea deficit.*) deſi-
derio tã amabilis habitationis, & cõſiderãs
paſſerculis licere nidos ibi conſtruere, dice-
bat, quaſi eis inuidẽs: etenim paſſer inuenit
ſibi domũ, & turtur nidũ ubi ponat pullos
ſuos. Habebunt paſſeres opportunitatẽ ha-
9 bitandi in domo Dñi, & ego in hac ſolitu-
dine cõmorabor, nec eã uidere, aut illa pote
ro perfrui? O fratres mei ſi intelligeretis, quã
ſuauis ſit reges domus Dei, & q̃ qes ſit ĩ ſan
ctis religionib. & fauoꝛe quos Deus pbet ha
bitãtib. i eis, ploraretis, & pie eis ĩuideretis.

Poſſet aliqs dicere: Si Chriſt⁹ filius Dei,
his oſtenſionib. gloriæ ſuæ conabatur ſpem
noſtram fulcire, quare eas non fecit potius
in uno illorũ triũ diſcipulorũ, q̃ in ſe? Tranſ
figurari. n. Dñm non erat ualde mirãdum,
ſiquidem gloria ſua erat, & illa claritas rela-
ta ad ſuam ſanctiſſimam animã naturalis
fuit, & q̃a ex anima glorificata, naturaliter
in corpus, gloriæ redũdat participatio, hinc
eſt, qđ sẽper eius ſacratiſſimũ corpus eſſet
glorioſũ, ſicut ſacratiſſima aĩa erat, niſi ipſe
miraculosè illius gloriæ ſuſpenderet redun-
dantiã. Sicut ſi virgo dimitteret crines, quos Simile.
in capite collectos habebat, & ſe totam illis
cooperiret. Sic dicit Doctor Seraphicus B.
Bonauentura, nihil aliud hodie Redẽptorẽ D. Bon.
noſtrũ Ieſum Chriſtũ feciſſe, q̃ gloria rela-
xare, q̃ in anima incluſã habebat, ut corpo-
ri ẽt cõicaretur. Quã igitur ſpẽ poſſum ego
concipere me glorioſum fore, cernẽs Ieſum
Chriſtũ filiũ Dei, illa gloria rutilantẽ, cum
tã propria illius ſit? Si ego viderem S. Petrũ
in illo monte glorificatum, qui purus erat
hõ, & peccator ſicut ego, aliqua mihi maior
ratio manere videret, aliquid ſimile ſperan-
di. Dico quod vult hic optimus Dñs, (& di- 11
gnus eſt) ut eius amicitiæ, & ſuo in nos amo
ri, tantã fidẽ habeamus, vt, magis ratam, ac
firmam noſtram gloriam in eo credamus,
q̃ in alio mũdi homine. Qui enim tã ami-
cus noſter fuit, ut mortuus fuerit ꝓ nobis,
& ut eam gloriã nobis acquireret, qũo acq ſi
tam nobis poterit denegare? Hoc videtur ſi
gnificare uoluiſſe Dauid, cũ exhortans ho- Pſal.4.
mines, vt relictis ſecularib. uanitatib. ac mẽ-
dacij dño ſeruirent, nullam aliam rationem
reddidit, niſi Chriſtum glorificatum eſſe, di
cens: Filij hominum uſquequo graui corde,
vt quid diligitis uanitatem, & quæritis men
dacium? Scitote quoniam mirificauit Dñs
ſanctum ſuum. Quæ tanta exaggeratio?
Quomodo (inquit) cũ filij hominum ſitis, 12
& rationalẽ animam tanti pretij habeatis,
eam terrenis rebus contaminatis? Plinius re Plin. l.
fert, tantæ æſtimationis fuiſſe apud Deme- 35. d na
trium Macedoniæ Regem, pictarã quãdam tur. hiſt.
Protogenis, eo quod eſſet unus ex inſignio
ribus pictorib qui in toto orbe floruerũt,
vt, ne eã inflãmaret, noluerit ignem impo-
nere muris Rhodi, quam obſeſſione preme
bat. Quæ ciuitas, ita eo tpe diuitijs erat af-
fluens, ut Pindarus dicat, ſuper eam aurum
pluere. Admonitus fuit Rex, quod ſi muros
ea parte inflammaret, neceſſario comburen

dum erat templum, in quo imago illa seruabatur, quæ etiam absq; dubio concremanda erat, & satius duxit ciuitatem illam tam locupletem amittere, quam imaginem illam destruere. Quod si Rex Demetrius picturã illam tanti fecit, quod talis esset autoris, &
13 qđ ipsa talis esset, quæ est causa, quare nos non plurimi æstimamus animam nostram, cũ sit tam peculiare opus altissimi Dei, & super alia omnia opera tam excellẽs, tanta cura ac prouidentia creata, ut, ad eam creandam dixerit; Faciamus hominem, &c. Nam
Gene. 1. sicut Theodoretus in quæstionib. super Ge-
Theod. nesim perpendit, homo sanctissimæ Trinitatis consilio creatus fuit. Et talem imaginem comburet homo brutorum uoluptate? pro pauco honore? pro minima mundi utilitate? O maximum scelus, ideo peculiari
Psal. 4. affectu dicit Dauid; Filij hominum usque quo graui corde? &c. Quare cum sitis homines rationales in tantam amentiam deueni-
14 stis? Considerate fratres mei hoc malum intra uestra Christiana pectora, nulla.n. sunt hominum uerba, quę tantam infęlicitatem sufficiant recensere. Et ratio quã reddit Propheta, ut nos a uilium creaturarum amore compescat, est; Scitote quoniam mirificauit Dominus sanctum. Scitote ꝙ iã Dominus noster Iesus Christus possidet gloriã, quàm sua pretiosissima morte nobis promeruit, & siquidem in eius manibus est, possumus credere iam in nostra potestate esse, nisi eã nostra culpa amittamus. Etiam Beatus Paulus nos ad pęnitentiam, carnisque mortificatio-
Colos. 3 nem exhortans, hanc rationem reddit; Vita uestra abscondita est cum Christo in Do. Cum autẽ Christus apparuerit uita uestra; tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria. Mortificate ergo membra uestra, quæ sunt
15 super terram, &c. Non potestis uitam, & gloriam alibi certiorem & securiorem habere, quàm absconditam in uita uestra, qui est Iesus Christus Deus vester. Et ex his intelligẽtur obscura uerba, quæ idem sanctus Paul'
Rom. 5. ad Romanos dixit: Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius: multo magis reconciliati, salui erimus in uita ipsius, id est, in gloria ipsius Videtur Sanctus Paulus in his uerbis iustificationem glorificationi præferre. Videtur.n. affirmare magis arduum esse iustificare, quam glorificare, siquidem a difficiori ad facilius argumentatur.

Hæc est quæstio difficillima, scilicet. Vtrũ sit maius donum & beneficium, gratia, quę peccatorem iustificat, an gloria, quę iustum clarificat? in quem maius cõfert Deus bene-
ficium, peccatorem iustificans illum, an in 16
iustum glorificans? Cui respondet B. Aug. August.
exponens illud Ioan. 14. Maiora horum fa- trac. 71.
ciet, dicens: Maius opus est ut ex impio iu- in Ioan.
stus fiat, quam creare cęlum & terrã. Et ibi- post me
dem ait: Non hic audeo præcipitare senten- dium il
tiam meam. Iudicet, qui potest, utrum mai' li' to. 9.
sit iustos Angelos creare, quam impios iusti- D. Th. I
ficare: certe si æqualis est utrunque potẽtiæ, 2. q. 113
hoc maioris est misericordiæ. Vtrunque ꝑ- art. 9.
fecto infinitam potestatem requirunt. In iu- Magi-
stificatione autem peccatoris apertius diui- ster sẽt.
na misericordia ostenditur, & sic iuxta hoc sup epis.
asserunt Theologi, & Magister sententiarũ ad Ro.
super epistolam ad Roman. Quod licet ab- c. 5.
solute maius beneficium sit glorificatio, q̃ Simile.
gratia iustificans. Nam beneficium glorifi-
cationis est gratia cõsummata in perfectio- 17
ne: sed considerata indignitate peccatoris, & eius paruis meritis, maius donum potest dici iustificatio, quam glorificatio. Hoc exẽplo intelligetis illud. Dat Rex equiti, perfidus fuit villam paruam, & alteri, qui semper fuit fidus, & ei maxime seruiuit ciuitatẽ potentissimam tribuit, perspicuum est maius beneficium fieri uiro, qui fuerat perfidus. Nam cum dignus esset morte quod proditor fuerit, non solum illi non infert mortẽ, sed beneficium nouum confert, etsi alteri rẽ maioris pretij dat ea propter conflat B. Paulus argumentum a maiori ad minus, dicẽs, siquidem nobis dedit quod est plus, scilicet iustificationem, non dabit etiam & minus scilicet, glorificationem?

Cõsideratis supradictis etiam in his uer-
bis inest alia maxima difficultas. Nã in illis 18
cõparat S. Paulus mortẽ Iesu Christi Redẽptoris nostri cũ eius gloriosa uita, & morti iustificationem, uitæ uero, quæ est gloriosa eius resurrectio, glorificationem nostrã attribuit. Cũ sit certissimũ, ꝙ iustificationẽ, & glorificationem simul, morte sua meruit:
ut idẽ D. Paulus ad Hebręos affirmat; ideo Hebr. 9.
noui testamenti mediator est, vt morte intercedẽte, repromissionem accipiãt qui uocati sunt æternæ hęreditatis, ubi gratiam, & gloriam repromissionem vocat, quod toties hoc in sacra Scriptura fuerit promissum, & cum hoc sit uerum, quare dicit, quod multo magis reconciliati, erimus salui in uita ipsius, ꝙ cum reconciliati & iustificati p mor

tẽ ſimus, multo magis per reſurrectionem
glorificati erimus? Ad hoc reſpondeo, quod
ſua morte nobis realiter & uerè iuſtificatio-
nẽ, & glorificationẽ meruit, quia poſt mor-
tẽ iá non fuit merendi tẽpus, ſed tñ glorio-
ſa eius reſurrectio nobis utiliſſima fuit, &
cauſa efficiens fuit ſalutis ac glorificationis
noſtræ, cauſa enim fuit confirmationis fidei
19 noſtræ, & ſtabilitatis ſpei, quæ duo ualde ne-
ceſſaria ſunt ad iuſtificationem, & glorifica
tionẽ. Omnia hæc argumenta efficit ſanctus
Apoſtolus, vt nos in ęterni præmij ſpe cõfir
met, qua creſcit in anima uirtus & fortitu-
do, ad omne uitiũ expellendum, & in uirtute
progrediendum. Et ideò poſtquã dixit illa tã
ſuauia uerba, ꝙ uita noſtra abſcondita eſt &
cõſeruata in tã fideli amico noſtro, ac eſt Ie-
ſus Xp̃s, & poſtquam alia dulciora dixit:
Dum apparuerit uita ueſtra, &c. Concluſit,
dicens: Mortificate ergo membra ueſtra.

Transfigurato Dño, ait ſanctũ Euãgeliũ:
*Ecce apparuerunt illis Moyſes, & Helias, cum
eo loquentes.* Hi duo ſancti, poſiti ad latera
Dñi ſignificant duo brachia ſanctæ Eccleſię
20 amplexata cũ Chriſto in amore, & charitate
quæ eundẽ ſermonẽ loqui oportet; & eandẽ
ſententiam habere in conformitate benepla
citi, & uolũtatis Saluatoris noſtri Ieſu Chri-
ſti. O quã neceſſe eſt hoc ad bonũ ſanctæ. Ec
cleſiæ. Hæc fuit cauſa, ob quam dixit Deus
Moyſi. Applica ad te Aaron fratrẽ tuũ, ut ſa
Exo.28. cerdotio fungar mihi. Quare Dñe ſummũ
ſacerdotẽ conſtituis fratrem ducis generalis
Moyſis: Quia nouit Dñs quãtæ perturbatio
nes & labores accidãt Eccleſiæ ſuæ, qñ eſt di
ſcordia inter ſeculares principes ꝑlatos Ec-
21 cleſiaſticos: & è contrà, q̃ta pax & tranquilli
4.Re.12 tas ſit, qñ oẽs ſunt cõformes: nõ uoluit Deus
vt hi duo principes alter Eccleſiaſticus, &
alter ſecularis eſſent fratres familiariſſimi.
Omni tempore, quo Ioas amicus fuit Ioiadę
ſummę ſacerdotis, & eius conſilia ſecutus
eſt, prudentiſſimè regnũ ſuũ geſſit: cũ uero
ab eo diſcrepauit, ſtatim ꝑturbatũ labefacta
tũq; eſt regnũ. Qđ ſi tã neceſſaria eſt pax in
ter Eccleſiaſticos, & ſeculares, q̃to magis e-
rit inter ipſos Eccleſiaſticos & ꝗ uiuãt ſicut q
in Imbo cõmorabatur? Horũ.n. duorũ alter
uiuebat, ſ. Helias, qui uenit ex paradiſo ter-
reſtris; & ꝑ hunc ſignificantur ſeculares, qui-
bus magis licet ꝑſenti uitã frui, & habere pa
radiſũ honeſtarũ uoluptatũ in ſuis ſtatibus.
alter uero, ſcilicet, Moyſes, defunctus erat
& ueniebat ex ſinu Abrahæ, & ꝑ hunc ſigni
ficantur Eccleſiaſtici, quia in Imbo, nihil o-
rat præterquam amor, pax, altiſſima diuina-
rum rerum contemplatio, & ardentiſſimum
uiuendi. Deo deſiderium. Hæc omnia opor-
tet ſeruare Eccleſiaſticos ad literam, & ſi
opus fuerit ad huius pacis conſeruationem
aliquid, & multum quidem de iure ſuo præ
termittere, magnopere tenentur id facere, Ge.13.
& maiores pluſquam minores. In Geneſi di-
citur, quod cum inter familiam Abrahæ & 22
Loth eſſet diſcordia, dixit Abrahã ad Loth:
Ne quæſo ſit iurgium inter me, & te, fratres
enim ſumus. Videamus nunc, quas rationes
& modos, quæſierint ad hanc pacem com-
ponendam? Ait: Ecce, uniuerſa terram coram
te eſt, recede a me obſecro: ſi ad ſiniſtram ie-
ris, ego dexteram tenebo: ſi tu dexteram ele
geris, ego ad ſiniſtram pergam, ut cogno-
ſcatis nobilitatem, & ſanctimoniam opti
mi Abrahæ, qui ius ſuum amiſit, ne pacem
amitteret. Loth, quod erat minor natu con
ſentaneum eſſet, ut uoluntatem Abrahæ ſe
queretur, & noluit Abraham, niſi exuere ſe
autoritate, & iure ſuo? & omnia minoris
fratris poteſtati obtulit, ut eligeret. Videte 23
q̃ ſingulare eſt hoc exemplum maioribus,
ut ſi uolunt pacifici eſſe cum ſubditis ſuis,
aliquid de iure ſuo perdant, ſin minus nihil
unquam efficient.

Loquebantur de exceſſu. Loquebantur de
morte Chriſti. O uitę reparator, dulciſſime
aĩarũ noſtrarum Magiſter, qđ loqueris Dñe?
Poſtq̃ tuũ ſacratiſſimũ corpus de puriſſimo
ſanctiſſimæ Virg. Matris tuæ vtero exiuit
in præſepio Bethlehẽ, uix unam horam trã
quillitatis habuit, & hoc minimo tempo-
ris ſpatio, in quo ei gloriam tuam communi-
cas, uis agere de tempeſtate amariſſimæ
mortis, quam paſſurum eſt. Hic colligetis
fratres, quam neceſſarium oportet eſſe, non 24
frui homines voluptatibus quia ſeculi, ſi-
ne aliqua amaritudinis inuerſione. In die
bonorũ ne immemor ſis malorũ, dicit Spi- Eccl.11.
ritus ſanctus. O quam præclara doctrina. Di
ſce illam frater mi ab hoc altiſſimo Magi-
ſtro. Cũ te uideris magis glorioſum, & ma-
iori dignitate elatũ, tũc age de morte tua in
corde tuo: loquere de ea cũ ꝓximis tuis, ne
uoluptates & ſeculares dignitates te obcæ-
cent, & peruertant. Recordare quem finem
hęc omnia habitura ſint hodie, uel cras: ui- Iob.20.
de quid dicat Iob. Si aſcenderit in cælum ſu
perbia eius, & caput eius nubes tetigeri,
quaſi ſterquiliniũ in fine perdetur, & qui cũ

uiderant, dicent: Vbi est? licet sis Deus, Rex, aut Imperator, & uertice sydera attingas: deniq; es sterquilinium, & in illud resoluendus es, & nihil ex te aliud remanebit nisi dici, ubi faustus & pōpa illius? O nobiles, ò diuites, ò potentes, ecce Spiritus sanctus dicit:
25 Non.n.ego ex me ipso dico, ꝙ estis immunda sterquilinia, licet uos pluris faciatis, &
Simile. æstimetis. Videtis maximū sterquilinium, & dicitis; ò quātum sterquilinium, & quot agri eo possunt fertiles reddi. Mittit illuc agricola famulū suū cū uase sparteo, & uno, & una gie nihil de sterquilinio remanet, q̄a dispersit illud p diuersa loca, & præter euntes, qui antea illud uiderāt, & illis maximum uidebatur, dicunt: vbi est illud sterquilinium, q̄d factum est de eo? Heu, heu, heu, q̄ ad literā hoc agitur quotidie, Videtis magnū, & potentē huius seculi, tam diuitem, & rebus oībus affluentem, cuius omnis solicitudo est accumulare stercus, & seipsum, maximū sterquilinium efficere, statum, diuitia, familiamque adaugens: & qñ minus arbitramini, mittit diuinus agricola mortē, tanquā seruum suū,
26 uidebitis in instanti totū sterquilinium dissipari, & consumi: partim deferunt hæredes, partim clerici, partim vero famuli, & corpus asportatur in sepulcrum, anima uero Deus scit quo proficiscitur, nihil remanet præter quam; vbi est? quid factum est de illo Principe? de tam potente Rege? de illo diuite ita magnificato? oīa in instāti consumpta sunt. O cæcitatē filiorum Adæ, quare tāto affectu anima ea amplectantur, q̄ tā citò sunt necessario relicturi? Considerate fratres mei hæc omnia in die prosperitatis uestræ, ut ipsa uos ad salutem, non autem ad condemnationem adiuuet consequendam.

Loquebatur de excessu. Dicitur hic passio Dñi excessus, cum quia ex amore excessiuo dimanauerit, tum, quod ualde fuerit exupe-
27 rans. Nam ad redemptionem mille orbium, vnus solus eius actus interior sufficeret. Dicitur ēt excessu: quia passus est supra quod uires suæ poterant. baiulās bonus Iesus crucē humeris procidit cū ea quod plus nō posset, & necesse fuit ut Cirænæus cum adiuuaret ad portandā crucem usque ad locum ubi Christus Redēptor noster passurus erat. Maximū hoc est solatiū, & confortatio homini afflictio, & defesso cruce pænitentiæ, & uitæ uirtute præditę, quam cæpit agere. O anima sic fatigata, quando caro imbecilla conquesta fuerit, & cæperit renuere, ꝙ plus ferre nō possit reminiscere, ꝙ omnium rerum dñs, & suauissimus spōsus tuus pro te plura passus est, q̄ eius uires poterant tolerare. De hoc loquebantur hi duo sancti, gratias agentes Christi Redemptori omnium, pro opera tam excessiuæ charitatis. Et sic erant inter 28
montem Thabor, & montem Caluarię, altero oculo in cruce altero uero in gloria affixo. O quam insignis locus hic est aīæ illi, q̄ iam secularibus rebus renunciauit, ut sedeat solitaria inter hos duos montes, & dicat cū Dauid: Leuaui oculos meos in mōtes, unde Psa.120.
ueniet auxilium mihi, & erigat oculos modo ad Iesum Christum glorificatum in mōte Thabor, modo uero ad Iesum Christum crucifixum in monte Caluariæ. Ex monte Caluariæ aduenit illi auxilium ad patienter labores ferendum, & ex monte Thabor manauit desiderium uidendi se collocatam cū Deo in gloria: ad quam nos perducat Iesus 29
Mariæ filius, Amen.

Feria II. post Dominicam II. In Quadragesima

Ego uado, & quęretis me, & in peccato uestro moriemini. Ioan. 8.



BEatus Augustinus sup hæc uerba, affirmat Christū Redemptorem nostrū hoc dixisse, vt ostenderet se non initium pati, sed sponte sua morti offerri: ut propheta Isaias, dicens: Oblatus est, quia ipse uoluit. Ideo dicit: Ego uado, (*Yo me uoy que nadie melleua.*) Eodem sermone usus est in cæna, ut intelligere Iudas, quod non quia ab illo tradebatur, moriturus erat; aut consilio quod dedit Caipha dicens: Expedit uobis ut unius homo moriatur pro populo, &c. Sed quod sic constitutū erat in superno Dei consistorio. Filius hominis vadit sicut scriptū est de eo. Illud, vadit, denotat volūtate, qua filius Virginis perrexit ad crucifigendum, ut prædictū erat in uerbis citatis: oblatus est, quia ipse uoluit. Sanctus Chrysostomus super sanctū Ioannem dicit: Hoc autem dixit volens nos attrahere, ut nos ad sui amorem alliceret, nobis reuelauit se libentissimè ad mortem properare. Et ideo dicit hic etiam: Vado Eo ad ferendam in cruce crudelissimam mortem, non inuitus feror capillis, sponte mea uado. O fœlix, & fortunata sorte natus, qui uadit, & non inuitus ad mortem trahitur. Beata anima, quæ dicit; Ego uado, & infelix homo, qui

August. Isai.53. Ioan.11. Mat.14. Chrys.

qui non vadit, sed coactus ducit. Quã libenter optabat Dauid ad mortẽ accedere, cum feruido spiritu Dei orabat, dicens: Educ de
Ps. 141. custodia animã meã ad confitendum nomini tuo. Quibus verbis significauit, animam in corpore, esse cathenis vinctã, & sic est ve-
2 rũ, quia est in carcere anima & habet vtrunque pedẽ, qui sunt intellectus & voluntas, cõpedibus vinctum. Voluntas est sensualitatis cathena alligata, ut sensit Sãctus Paulus
Rom. 7. cũ ad Rom. dixit; Video aliã legẽ in mẽbris meis, repugnantẽ legi mentis meæ, & captiuantem me, &c. Est valde pensandum, quare S. Paulus hanc carnis rebellionem, vocet legẽ? & hanc repugnantiã sensualitatis rationi? legem enim iustã & honestam esse oportet. Quænã aũt iustitia est, vt ancilla, quę est sensualitas, rationi repugnet, quæ est domina? potius mihi videtur esse contra iustitiã & contra omnẽ legem. Ad hoc respõdeo quod est lex iustissima, & ex pęnalis, sicut pręcipit Deus, ne occidamus, qui vero acciderit, occidatur, in pęnam delicti sui: sic hic, creauit Deus hominem cũ iustitia originali, cuius munus erat, trãquillitatem inter potentias gignere, ita ut sensualitas rationis, caro que spiritui subijceretur. Sed quia ratio Dei
3 obstitit, lex fuit iustissima, in pęnã rebellionis suæ, ut sensualitas ei repugnaret, & ideo proprijssimè Sanctus Paulus illã legem uocat, & dicit hanc repugnantiã esse cathenã, quæ animã vinctam tenet, nec eã patitur extendi, quo ipsa cupit. O quã graue vinculũ, si te extendere ad ieiunandũ, statim fames carnẽ attrahit, ne multũ extendaris. Si uultis audire verbũ Dei, statim vos retrahit cathena malarũ cogitationum, quæ oẽm ádimit attentionẽ: si vultis orationi vacare, illico, vos retrahit caro, quia defeciscitur. Cũ primũ vult spiritus ad cælestia euolare, statim corpus in terram grauatur, & caput somno oppressum in humeros declinat. Ideo B. Paulus agens de hac captiuitate, statim inferius
4 exclamauit, lachrymosas, & dolore plenus fundens querelas dixit. Infælix hõ, quis me liberabit de corpore mortis huius? Alter pes, qui est intellectus sensuũ cathenis vinctus est, veluti qui alligatus est nõ ambulat quãtũ põt, sed quantũ cathena extenditur, & illa finita non põt ulterius progredi: sed statim retinetur, ita est intellectus noster. Ille ex natura sua bene potest spiritus didere, & res spũales penetrare. Verum cum sit sensuũ vinculis alligatus, non potest ad plura extendi, quã cathena extenditur: & ita nõ põt plura intelligere, quã sensus possunt sentire. Itaque si aliquid cognoscit, & intelligit, prius illud sensus aliquis sensit, vt dixit Arist. 3. de aĩa, oportet intelligentẽ phãtasmata speculari: quapropter iure optimo dicimus, corpus carcerẽ esse, intra quẽ anima uincta commoratur. Iuxta hoc posset aliquis dubitare, & dicere: si corpus est carcer, ergo etiã post resurrectionẽ, erunt animæ vinctæ, quãquidem in ipsa corpore sunt rediturae? Ad hoc respõdeo, quod locus non efficeret carcerẽ, sed libertatis inopia, quæ in illo est. Perspicuũ est, quod domus illa, quæ in foro est, dicitur carcer illis qui in ea detenti sunt, domus vero est in qua custos illorũ habitat, quia ei nõ dicitur carcer, sed domus. Et sic quando quis nobilis incidit in aliquid delictũ statuitur illi domus pro carcere, & quæ antea erat ei domus habitationis, mõ efficitur carcer propter libertatis inopiã. Ita ẽt corpus, quod mõ est carcer animæ propter libertatis indigentiã, postea erit liberũ habitaculum in resurrectione: erit enim tunc anima libera in eo iã uoluntas non erit sensualitatis uinculis alligata, nec intellectus sensuũ terminis septus tenebitur. Hinc aliquo mõ intelligetis quãta benignitate nobiscũ Deus utitur, quod cũ simus infideles, & traditores diuinæ maiestati, non agit nobiscum velut cum talibus, sed punit nos tanquam homines egregios, constituens nobis nostrasmetipsas domos in carcerẽ. Licet (vt vera loquar) propter peccatũ corpus nostrũ factũ est carcer turpissimus, & teterrimus, propter ignorantiã, quam animæ affert, & turpitudines ad quas eã inuitat. Cũ igitur corpus sit carcer, & talis carcer, merito dicebat Dauid: Educ de custodia animã meã. Diuina quadam exaggeratione dixit S. Paul. nõ solũ iustos, uerũ, ẽt oẽs creaturas insensibiles hanc libertatem desiderare, scimus enim, quod omnis creatura ingemiscit, & parturit usq; adhuc & si cupitis cognoscere quare omnis creatura ingemiscat ueluti doloribus parturientis rõ est, quia expectatio creaturæ, reuelationem filiorũ expectat. Quia illud tps expectaturũ filij Dei manifestandi sunt, & auferendi ab hac seruitute, quam mõ habent in corporibus suis, quæ illis incõmodum affert. Vanitati enim creatura subiecta est, non uolens, sed propter eum, qui subiecit eã. Dicit creaturas nunc hominis uanitati subiectas, esse in miseria quadam captiuitate. Quæ maior seruitus, quam quod dicas tu soli: illuce

Marginalia (right column): Arist. li. 3. de anima. tex. 30. & 39. — 5 — Simile. — 6 — Ps. 141. — Rom. 8 — 7

mihi. Ad qđ? q facturus sũ hãc iniuriã Deo & facturus est sol licet inuitus, vt arbitrio tuo satisfaciat. Et qđ dicas tu igni, calefac me q sum frigidus, vt recumbã & offendã Deũ, & facit hoc licèt inuitus. Qđ dicas claritati lucernæ, illuce mihi, ut videã fœminã,
8 & offendã Deũ, lucesce mihi ut videã arcã, & ostium, vt pximi mei bona arripiã, & deniq; contẽplare, qđ dicis pani vino, carni, vestibus, pecuniæ, adiuuate me, vt Deum offendã, quotiescunq; cum his peccatũ cõmittis, illa ve, ò oĩa voluntati toę obtẽperant, quia oĩa Deus sub pedibus tuis subiecit, & oẽs creaturæ sperant vt eas Deus liberet, & absque dubio eas hac misera seruitute liberabit. Atq. ideò subdit dicens, & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis. Itaque dicit qđ lamẽtatur terra, plorant elemẽta, lacrymantur animalia, & oẽs denique creaturæ. Et hoc totũ est alapã infligere homini, & cum insensibiliorẽ lapidib. appellare, siquidẽ nõ sentit, nec ad illud aspirat, pro
9 quo insensibilia maximè suspirarent, si rõnis essent participia, hoc enim est realiter, quod hęc exaggeratio significat. Bonum est profectò, siqdẽ hõ particeps rationis, & consilij, oculos non operit, vt status sui infęlicitatem agnoscat, quòd ei lapides & alię creaturæ obijciantur, vt intelligat, in quot miserias eius deprauata vita corruptique mores eũ adduxerint. Hoc loquendi mõ vsus est ẽt Esaias in principio suæ prophetię, q cœlum & terrã uocat vt nũtiũ suũ Dei nomine audiant, dicens: Audite cęli, & aur.bus percipe terra, quoniam Dominus locutus est. Reprehendens in hoc homines, & denotans, qđ tã
10 procul à iudicio absunt, & ita obdurati sunt vt potius audiãt cęli, & terra insẽsibiles creaturę, quam ipsi, q̃ est terribilis exaggeratio. Tertio lib. Reg. legitur de quodã sancto pheta, q acerrime repręhendẽs crimen idololatriæ, derelictis hominibus locutus est ad altare lapideũ, vir Dei venit de Iuda in sermone Dñi, &c. & exclamauit contra altare in sermone & ait. Altare altare, hæc dicit Dominus &c. Altare altare audi verbũ Dei, nã siquidẽ tãta est hominum stultitia, iustũ est, vt potius cum marmorib. quã cum illis loquamur. Hoc mõ volens Beatus Paulus reprehẽdere homines, q pręsentẽ vitã amãt, nec aliã exoptant, ait insensibiles creaturas ingemiscere, & suspirare, vt adueniat iam terminus & vniuersi orbis finis. Ne verò seculares homines, vanijs uitiorum generib.

Psal. 8.

Esai. 1.

3. Reg. 13.

delibuti, arbitraretur solas illas creaturas hoc desiderare, statim addidit dicẽs, non solũ aũt illa, sed & nos ipsi primitias spũs habẽtes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorũ Dei, expectantes redẽptionẽ corporis nostri. Iusti sunt, q habent primitias spiritus sancti, q̃ sunt peccatorũ uenia, iustificatio, & gratia, & alia multa auxilia, quæ spiritus sanctus eis solet dare adhuc in hoc mũdo. Et quia hæc oĩa cõparata cum cęlestibus præmijs, quæ eis daturus est, sunt paruę quædã particulæ, ideò dicũtur primitiæ, & hi iusti sic, diuinis donis locupletati, plorant intra se, expectantes qñ hoc exilio liberabuntur. Quod si hoc desiderabant, sancti illi Apostoli, qui iã erant extra periculũ mortaliter peccandi, & gratiã amittendi, & in opportunitate constituti acquirendi plurima merita, quid oportet nos facere qui positi sumus in periculo amittendi animas? narrat Beatus Paulus maxima pericula, in quibus versatus fuit. Periculis fluminum, periculis latronũ, periculis ex genere, &c. Maius verò periculum non narrauit, quod est peccandi periculum ipse n.iam erat liber & immunis ab omni periculo peccandi, saltem mortaliter. Sed nos versamur inter omnia pericula, & in hoc plus, qđ est omnium maximũ. O si cognosceremus, q̃ iniquũ est Deum offendere, quãtũ desideraremus, iã ab hoc periculo eripi? quis vnquã vidit nauigatores, ventis, procellisq; obsessos, qui nõ suspirarent, & preces effunderent vt iã securũ portum tenerent? portus securus est mors, vbi oĩa peccãdi pericula finiuntur. De mari dixit Deus p Iob: circũdedi illud terminis meis, & dixi, vsque huc uenies, & hic cõfringes tumentes fluctus tuos. Nõ possunt fluctus pertrãsire littus: illic cõfringuntur, & lacerantur oẽs. Ita profectò tempestas huius maris, a qui est mundus non põt peruenire vltra littus, quæ est mors. Quare ergò ita sumus insensati, vt nõ suspiremus, & maxime optemus videre nos in illa beata tranquillitate? Malũ signũ est qñ ille qui est in carcere timet foras exire. Est quia dignus est, qui furcæ patibulum sustineat, ad quam timet ne ducatur, cùm primũ illinc exierint. Talis est miser peccator, qui non vult peccatũ suum relinquere: hic enim cùm ex hoc carcere exierit in aliũ duriorem detrudetur, vt dixit Hierem. cathenas ligneas confregisti: & facies? pro eis cathenas ferreas, quæ sunt duriores: Hæc est causas vniuersalis, cur oẽs mali inuiti ad-
mor-

11

2. Co. 11

12

Simile.

13

Iob. 38.

Hie. 28.

morta trahuntur? contra verò iusti, tã liben
ti animo moriuntur. Quia exeunt ad regnã
Psal. 115 dum. Quorum nomine agebat Dauid gra-
tias Deo, dicẽs; Dirupisti Dñe uincula mea,
tibi sacrificabo hostiã laudis, & quod dixe-
rit ad hoc propositũ paret, quia paulò antè
dixerat. Preciosa in conspectu dñi mors san
ctorũ eius. Curemus fratres mei, ut sancti si-
mus, & sic erit preciosa mors nostra, & eam
desiderabimus tanquã exitum a carcere ad
honorẽ & gloriã. In Gen. enim scriptũ est,
Gen. 40. ꝙ ex eodem carcere tres exiuerunt, unus ad
mortẽ, q fuit pistor Pharaonis, alius exiuit
14 ut a dño suo condecoraretur, & hic fuit pin
cerna eiusdẽ regis. Tertius uero exiuit ad
Eccl. 4. regnandũ, scilicet sanctus Ioseph. Quod ad-
mirabatur sapiens, dicens: De carcere, ca-
tenisq; interdũ quis ingrediatur ad regnũ.
Hæ oẽs differentiæ sunt inter eos qui ex eũ
a carcere huius uitæ: alij exeunt, ut suspen-
dãtur in patibulo inferni, alij uero vt hono-
rentur & glorificentur in cælis. Et inter eos
oẽs Iesus Christus solus e carcere exiuit ut
regnaret, ut ipse affimauit, cum post suam
gloriosam resurrectionem discipulis suis
Mat. 28 apparet. Data est mihi oĩs potestas in cœlo,
& in terra. Hęc de cã, & ut nos saluaret ita si-
tiebat, diuinus dñs peruenire iam ad crucis
mortem, & ibi uitam suam mortalẽ termi-
nare, quod significat hoc uerbum, ego uado

Etiã super hoc verbũ vado, possumus cõ
siderare, quod si Saluator noster dicit, quod
15 vadit, quare miser hõ ita anxius erit, ut in
hoc sæculo radices agat, cupiens in eo æter-
nus fieri? si ipsa stabilitas non vult stare, tu,
qui quocunque uẽtorum flatu cõmoueris,
uis permanere? dicamus hoc clarius. Quæro
Dñe quis es tu? qui dicis, ego uado? ego sum
Ioan. 14. via, ueritas, & vita. Si ergo ipsa uia dicit, qđ
vadit, viator quare vult stare? quare etiã non
dicit: ego uado? ò mirificũ verbum, ò Deus
infinitæ maiestatis, per uiscera tua te oro, ut
nos doceas quid ex illo sequatur. Quod est,
ego vado, & vita mea est iter breuissimum
ad mortẽ, in qua arctissimã redditurus sum
16 rõnem creatori meo. Nolo ergo in itinere
iudicẽ offendere, qui me in fine iudicaturus
est. Volo me præparare ad bonam rationem
reddendam. Hæc omnia sequuntur ex hoc
sancto uerbo. Ego uado.

Post hoc verbũ uado, addidit Dñs terribi
lem minam, contra illã Pharisaicã synodum
& contra alios proteruos Iudæos, qui ibi cõ
morabãtur, dicens. *Et quæretis me, & in pec-
cato uestro moriemini.* O metuẽdã sententiã
o bone Iesu. O gloria animarum nostrarũ,
quid est quærere te dñe nisi sequi te? in quo
pfectio nostra cõsistit. Quid nõne tuũ est il Ioan. 8.
lud verbum. Qui sequitur me non ambulat
in tenebris? quare ergo nunc dicis, ꝙ qui te
sequuntur in peccato suo morientur? maxi-
mum est discrimen inter hoc & illud sequi.
Aliud est sequi militẽ ducẽ suum, vt sequit̃
discipulus Magistrũ, curialis Regẽ suum, fa
mulus dñm suum. Et Christum Iesum ita se Eccl. 23
q optimũ est. Gloria magna est sequi dñm, Simile.
dicit sapiens. Aliud aũt est sequi, ꝙ est perse-
qui. Venator ita quærit, & sequitur feras, ut 17
eas psequatur. Canis sic leporem sequitur, ut
eum insequatur, & fatiget. Aduertite fratres
ꝙ q peccant, Deum persequunt̃. Tales erant
canes illi, qui insectabãtur Sanctum Sancto
rum, qui velut ceruus per oẽm uirtutẽ & re-
ctitudinẽ decurrebat. Admiramur, & maxi-
me exaggeramus horum immanitatẽ & cru
delitatẽ nostrã non demiramur nã tã crude-
liter illum nostris flagitijs persequimur, q̃ il
li sua inuidia insectabatur. Et adhuc (ut di- Hebr. 6.
cit S. Paulus,) eum iterum crucifigimus. Qđ
si tanta sæuitia, peccando committitur, cur
tantoperè peccare laboremus? Aperi te ocu-
los fratres mei, & quando peccare vultis cõsi
derate, ꝙ vultis persequi & crucifigere Iesũ
Christum: quod si uos hoc non deterret, p-
pendite incommodũ vestrum, & ꝙ vos æter
na morte vultis interficere. Quantum enim 18
est ex vobis manetis sine possibilitate exeun
di, vnquam à peccato uestris viribus. Si ha-
beretis hic vas aquæ plenum veneno infe-
ctum, & hominem videretis, qui sciret a-
quam illam venenosam esse, & tamen tan- Simile.
ta siti premeretur, vt diceret se non posse a-
quam illam non bibere: si eam biberet non
demiraremini hominem ita sibi ipsi cru-
delem, qui ut sitim extingueret sibi mor-
tem uellet inferre? Eia animæ pretioso Dei
sanguine redemptæ, & eius uita liberatæ,
quid aliud est peccatum mortale, nisi vas
aquæ venenosæ? Proprium est aquæ frige-
facere. Quid ergo est quod magis animam
frigefaciat, quam peccatum mortale? quod
eam ita frigefacit, ut nec ignis, quod est ver- 19
bum Dei, nec prunæ, quæ sunt eius benefi-
cia, sufficiant eã calefacere. Ideò in Prouer- Prou. 31.
bijs dicitur. In die frigoris emisit palliũ. In
die quo mortale peccatum commisit qui est
dies frigoris, amisit pallium charitatis, quo
tegebatur. Quia charitas operit multitudi-

nem peccatorũ. In die maioris infœlicitatis,
1. Pet. 4, quæ poteſt animæ tuæ euenire amittit charitatẽ, & Deũ. Ecquid ſcis verũ ſic in perpetuũ ſi ſis perditus remanſurus? & ſup te cadet maledictio, quæ his iniecta fuit. In peccato veſtro moriemini. Eſt iudicium in terra? habent hoĩes prudentiã? Quomodo fieri põt, quod creatura rationalis, cognoſcens quantũ ſit venenũ in peccato, tantam honoris vo
10 luptatis & vtilitatis ſitim habeat, ut ad eam extinguendã, in tm̃ malum ſeſe præcipitet, & deſtut immanis bellua, in illud impetum faciat? O cœlum, ô terra, tãtam calamitatem admiramini Cũ benignissimus dñs, ſuo dulciſſimo ore minam illã tam aſperam protuliſſet, voluit tamen pro ſua infinita clementia, illis declarare, adhuc eis remedium ſupereſſe, ſi eo vti vellent, & ita inferius dixit, dixi vobis, quia moriemini in pc̃tis ueſtris, ſi n. non credideritis, quia ego ſum, moriemini in peccato ueſtro. Itaq; ſi in me credideritis, in peccato veſtro non moriemini.

Interrogauerunt illi: *Tu quis es:* At illi re-
21 ſpondit: *Principiũ qui & loquor uobis*. Ac ſi diceret, ſum Deus, & hõ. In q̃tum Deus ſum omnium rerum principiũ. Et loquor vobis velut hõ verus. Dicetis omnes qui hic adeſtis: ſit Benedictus Deus, ô pater quia ſi illi in peccato debeant mori propter infidelitatem, nobis non id deeſt; firmiter fideliterq; credimus in Ieſum Chriſtum verum Deum,
& hoĩem. Bonũ eſt hoc, ſed Chriſtus, in quẽ vos creditis, dixit quod oportet eum, qui vult ſaluus fieri, legem Dei obſeruare. Et ſiquidẽ vos hoc tã parum curatis, aliqão mõ ſignificatis, quod non creditis Ieſu Chriſto.
Simile. Audite pauca, precor. Si videretis cẽtum homines poſt parietem inimicos Petri, diuites optimis armis munitos, & paratos, ut eum occidant. Et videretis Petrum venire ſine armis ſolum & canentem, qui in inimicorum manus incidit, nõs credetis Petrum cognoſcere. ꝙ ſunt ibi aduerſarij ſui? Non patet.
22 Cum enim Petrus ſit ſolus, & inermis, illi uero plurimi, & armati, non eſt credibile, quod Petrus ſciat illos ibi eſſe, & ita ui eos ſeſe immittat. Gaudeo quod ueritatẽ dixeritis. Credo ego, ꝙ cũ uos in peccato commoramini, ſunt duo millia dæmonum ut animam ueſtram arripiant, & tamen uos tranquilli, luditis, periuratis, aliorum bona diripitis, &c. Et hæc omnia tanta cum ſecuritate facitis, ac ſi haberetis chirographum a Deo, prædeſtinationis veſtræ. Videmini pro

fectò, & aliquomodo oſtenditis, quod non creditis infernũ eſſe ad mala punienda, nec gloriã ad bona remuneranda. Item ſi homo fidei dignus vobis cautionem faceret ſi dederitis ſuo nomine decem aureos alicui, vobis poſt breue tp̃s ſe locupletiſſimum commẽdatum daturum. Quod Hiſpanicè dicitis, (*Encomienda*.) Si vos renueretis euidẽter appareret ꝙ non illi fidẽ haberetis. Siquidẽ Mat. 19
ergo, fratres mei, uobis dicit, Deus quod qui aliquid in nomine ſuo, dederit pauperi, centuplum accipiet, & vitã æternã poſſidebit, & 23
vos non vultis. Significatis, uos Deo nõ credere. Formoſa Rachel ibat poſt uirum ſuũ Iacob dicẽs: Da mihi liberos alioquin moriar. O quam pulchra eſt fides, de cœlo orta, Gen. 30
eſt donũ Dei pretioſum. Hæc formoſa Rachel dicit credenti: Da mihi liberos. Fac bona opera, ieiuna, mortifica corpus tuũ, alioq̃in moriar, quia fides ſine operibus mortua eſt. Fides cum liberis, & gratia ac charitate viuificata, eſt quæ hoĩem ſaluum facit. Hanc ſi vellent illi miſeri habere, dicit Dñs quod non morerentur in peccato ſuo.

Dicit amplius: *Multa habeo de uobis loqui, & iudicare, ſed qui miſit me uerax eſt*. Sap. 1.
Statim de vobis poſſem uindictam ſumere: ſed oĩa differo in diem iudicij veſtri, quia ve 24
ritas, q̃ pater meus dixit, quod oẽ iudicium mihi tradidit non põt deficere. O fratres q̃ metuendum eſt hoc uerbum, quor flagitia Deus modo diſſimulat, quę ſuo tempore in lucem proferet & ea puniet, & uſq; ad minimas cogitationes, ut ſcriptum eſt. In cogitationibus. n. impij interrogatio erit. Quod ſi de cogitationibus reddenda ratio eſt, quid erit de operibus? & talis operibus: Profint uobis fratres mei hæ communicationes, & ex illis fructum percipite, ſiquidem propter nos modo recenſentur, ut diſponamur ad recipiendam gratiam, qua & gloriam impetremur, ad quam nos perducat Ieſus Mariæ filius, &c. Amen.

Feria III. poſt Dominicam II. in Quadrageſima. 25

Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi. Matt. 23.

Dicatur Euangelium uſque ibi: *Omnia opera ſua faciant, ut uideantur ab hominibus.*

Io-

Soletis dicere cum uideris hominem malum multa insulta committere; Tandem, tandem est hõ. Hoc dicere est hõ est uelut opertorium, quo (uideri uestro) oẽs illi defectus operiuntur. Quemadmodum cum mãdra multorum portat supellectilia alicuius nobilissimi Dñi, & aliquis mulorum oĩa instrumẽta quoquinaria defert sicut lebetes,
Simile.
1 sattagines, uerua, & fuscinas, tunc super iniicitur aliquod opertorium, qđ illa oĩa obscęna, & immunda tegat. Ita arbitramini oẽs defectus hoĩes operiri dicendo: Denique hõ est. Et non recte putatis nec bene iudicatis. Nam vt dicit Lactantius Firmianus. Nihil magis alienum à natura humana, quã offendere creato rẽ suum, & sic nihil magis rõni consentaneum, q̃ hoiem creatori suo seruire, & uirtutem operari. Et hæc potissima rõ, quare quisque peccator naturaliter gaudet crimen suũ celare licet ex eius manifestatione nullum sibi euenturum incommodum pertimescat. Quot modos quæsiuit Dauid ut tegeret adulterium, ꝙ cõmisit cũ Bethsabee? non ꝙ iudices haberet, quos posset timere, siquidem ipse erat supremus iudex, nec partem timeret, cum Vrias esset pauper miles, & tñ magnopere solicitus erat ne crimen illud detegeret, quot rõnes, & insidias excogitauerit Saul, ut Dauid à Philistæis interficeret? Hæc oĩa fiebant, quia peccatũ est contra instinctũ rõnis, & naturaliter homo desiderat non uideri malus. Contra uero cũ virtus sit conformis rõni, naturaliter hõ cupit uideri cum eam operat. Atq; hinc intelligentur multæ suĩæ scripturæ mirificæ; & cognoscetur causa, quare S. Paulus bonus nocet filios lucis, & diei, malos uero nuncupet filios tenebrarum, ac noctis, quę est peccatorum tegmen dicit. n. oẽs uos filij lucis estis, & filij diei non noctis & tenebrarum, idest, dediti esus operibus, quæ non pudet in publicum prodire, aut in meridiana luce apparere. Non enim estis sicut mali, qui sunt filij noctis, & tenebrarum, i. amici operum, quæ quærunt noctem & fugiunt diẽ. Ad Romanos dicit. Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis sicut in die honeste ambulemus. Quod significat. Abijciamus à nobis flagitia (quæ uocat opera tenebrarum, eo, qđ latebras quærant) & induamur arma lucis, opera uirtutis appellat arma lucis, quia nos à peccato protegunt. Et dicit ea lucem, quia uolunt uideri, & desiderant clarum diem. Omnem hanc

Lact. Firm.
2.Re.11
2
1.Re.18
3
1.Thes.5
Ro.13.

sanctã philosophiã nos docuit Christus noster diuinus magister dicens: oĩs. n. qui male agit odit lucẽ, & non uenit ad lucem, ut non arguant opera eius. Qui aũt facit ueritatem uenit ad lucẽ, vt manifestantur opera eius, quia in Deo sunt facta. Dicit, ꝙ peccator nõ vult videri, nec cognosci, vt talis, ne forte sua mala opear in quibus delectatur, repræhendatur, & vocat veritatẽ, virtutem, & bonum opus, accipiens causam pro effectu, q. est opus factũ iuxta rõnis ueritatem. Itaque sic proprium est uirtutis prodere se, ut vitij se occultare, & quemadmodum per minimum foramẽ lux intendat prodire, & manifestari, sic ẽt facit virtus. Et ita hoc verũ est, vt cum in vanam gloriam rapimur nobis necesse sit bonum opus abscondere, quia naturaliter illud cupimus manifestare. Ideo Dñs noster Iesus Christus, vt huic naturali affectui obuiet nos admonet dicẽs: Attendite, ne iustitiã uestrã faciatis corã hominib. vt videamini ab eis. Hinc potestis colligere summam sapientiam Dei nostri, & diuini Magistri Iesu Christi in institutione sacrosancti sacramẽti pnĩæ, & aĩaduertetis q̃ rationabile sit hic diuinũ sacramentum, ꝙ maius tam difficile, & graue uidet, cognoscetisq; efficacissimum remedium esse oĩum, quæ in peccatũ excogitari poterant. Nam cum peccati natura sit abscondere se, vt cõseruetur, & vlterius pgrediatur, sic medicina eius efficax esse debet, prodere illud, vt ei obuietur. Cõtraria. n. contrarijs curantur. Ab hac cęlesti doctrina oportet nos admoneri, siquidẽ rationalis natura gaudet opera manifestare iuxta rõnem facta, quę sunt uirtutes, vt cum ea fecerimus, reprimamus hanc naturalem inclinationem, ne ea aliquando faciamus, vt hominibus placeamus, in hoc enim maxima iniuria Deo infertur. Vna ex maximis iniurijs, quibus vxor virum suum potest afficere est: adaptare se & exornari corã eo, ut alteri placeat, cum aduertat virum suum hoc intelligere. Ita fit maxima iniuria creatori, animarum sponso, qñ homo, virtutib. exornatur, ut hoĩbus placeat non uero diuinæ Maiestati. Ad hoc notate singulare excẽplum. Milites Gedeonis habebãt urnas in manibus sinistris, in quibus erant lucernæ, & cum deuenissent in locum pugnæ instabant buccinas, urnas frangebant, lucernæ nitebant, & ipsi vociferabãtur dicentes: Gladius Dñi & Gedeonis. Nemo dicebat gladium suum. Sic nos cum aduersum dæmones cel lucta-

Ioan. 3.
4
Matt. 6.
5
Simile.
6
Iud. 7.

luctamur,& cum mundo pugnamus,& corpora nostra mortificamus, tunc pœnitentiæ lux splendet, sed in his oĩbus nullã oportet uocem,præter laudem Dñi audiri, Vociferamini,quantum uolueritis,urnas istas cõfringite splendete maxime dummodo nomen gladij uestri non audiatur, sed gladius Dei, & Iesu Christi filij eius, cognoscentes ab eo uires, & auxilium dimanare, quo oĩa bona fiunt. Sit igitur hæc conclusio,quod expete
7 re quidem gloriã,aut eam concupiscere ne laboretis propter ipsam tantum gloriam, sed quantum ad habendam occasionem, vt illic Deum magis ametis,& glorificetis. Et odio habere infernum,principaliter fit,quod il
Ans. li. de beat. dis. 190. lic Deus non amatur, sed potius blasphematur. S. Ans. dicebat. Mallem purus à peccato & innocẽs genam intrare,quam peccati sorde pollutus cęlorũ regna tenere. Verba profecto tam sancto uiro dignissima qui solam gloriam Dei expetebat. O quis intãtum perfectionis gradum deueniret. Omnia diuino auxilio,& nostra bona dispositione possunt impetrari.

Hæc oĩa dixi occasione infœlicium illo-
8 rum hominum, de quibus dicit Dñs in hoc Euangelio,quod: *Oĩa opera sua faciunt,&c.* De his dicit modo. *Super cathedrã Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi.* Est ualde notandũ, quare de cathedra meminerit,& non simpliciter dixerit:quęcunq; hi Scribę,& Pharisęi uos docuerint facite. Dico,quod in hoc uoluit prædicatores admonere, ut cum prædicant ne arbitrent se hoĩes esse peculiares, sed quod ij illius tpi repræsentabant Moysen & eius authoritatẽ,prædicatores uero nostræ tempestatis repræsentant personam Christi Redemptoris nostri & ipsius authoritatẽ,& sic prædicator hoc munus exequẽs stabet cogitare se esse alterũ Deũ. O vtinã prędicatores
9 & auditores ad hoc attẽdant. Prædicatores, vt sic considerent,quo feruore, quo spiritu, quo zelo amore,& intentione debeant prædicare oĩa,quæ intelligunt, quod Christus faceret stans in hoc loco sancto debent ipsi curare ut efficiant secundũ uires suas. Auditores uero,ut nõ cogitent se hominẽ similem illis audire, sed eundẽ Deum eos docere existiment,& sic eum audiant ea reuerentia, & affectu,quo Deũ ipsum audirent. Ideo subdit: *Oĩa quæcũq; dixerint uobis facite,&c.* Plurima notabilia dicit hic Dñs : primum est: Oĩa, quæ dixerint uobis. Hoc uerbũ,omnia debet intelligi in præparatione aĩ,ut nostra uoluntas saltem ad oĩa extendatur , ut propositum habeamus faciendi omnia bona quę nos docemur:in executione uero paruenia- Simile.
mus quousq; poterimus. Sagittarius, qui in scopum missurus est sagittas, si arcus est laxus,necesse est,ut aliquantulũ altius intendat,ut scopũ possit attingere : si.n. statim in scopum tela dirigit, ppter arcus latitudinẽ multo inferius sagittas affiget. Sic cum pp peccatum,tam laxa remanserit uoluntas nostra necesse est intentionem extollere, & altissimũ habere propositum res perfectionis operandi,ut cum sagittas operis immiseri- 10
mus,attingamus saltem scopum obseruationis,præceptorũ ad quę tenemur. Si.n. statim intendimus in scopũ , quod est id ad quod tenemur, multo inferius attingemus minora facientes. Secundum est:seruate,& facite. Vt faciatis,quæ uobis præcipiunt, seruate ea in cordibus uestris ut faciebat Dauid,qui dicebat : in corde meo abscondi eloquia tua, ut Ps. 118.
non peccẽ tibi. Si domi haberetis semen, quod Simile.
satum uobis, in fructum redderet nummos aureos,quõ illud seruaretis?quã igitur oporteret ut memoria,& corde,cũ affectu uerbum Dei seruetis, cũ sit semen,quod in fructum 11
fert cęlũ?& nõ contentus est dicere:seruate, sed addidit,& facite . Multi sunt, qui uerbũ Dei seruant ad docendũ, non aũt ad faciendum. Quã miserabile est uidere anxietatem quã multi habent , tñ date operam literis, tñ pernoctare,& libros euoluere, tñ bonas sniãs memoriæ mandare,& hæc oĩa ad alios docendos, ut se doctissimos oñdant,& tandẽ,ut se,non uero Iesum Christũ prędicent, & hoc patet siquidem uerbum seruauerunt, ut illud docerent, sed non ut facerent, quia nunquã memorantur aliqd operari, ex multis, quæ ipsis prędicant. Maximas quasdam Ps. 102.
benedictiones, quas promisit Deus per Dauid dicens. Misericordia autem Domini ab æterno,& usq; in æternum &c. declarat illis esse conferendas , qui seruañt testamentum 12
eius,& memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea.

Tertium est: *Secundũ uero opera eorũ nolite facere.* Non attendatis , quæ faciunt, sed quæ dicunt. Siquis iret in Indiam ad quęrẽdum aurum,& diceretur illi ; ecce optimum aurum. Ipse uero diceret. Nolo hoc aurum, Simile.
quia est commistum terræ. Diceretis ei stulte, accipe aurum, terram uero desine. Bona doctrina est aurum purissimũ . Ideo Dauid in Psal. dicebat. Ideo dilexi mandata tua super

per

per aurum & topazion, sed si aliquando ma
lo exemplo commisceť non ideo non acce-
Simile. pturi estis bonum. Si estis famelici & uob s
offertur perdix, quod sit in catino fictili nō
editis eam? non sum tam stultus. Quid mea
interest? tam perdix est acsi in argenteo, aut
quidem aureo catino portaretur. Optimus
sermo, est perdix substantialis, Deus cū mit-
tit in prædicatore dissoluto, edite, & fructū
13 percipite ex eo, quia proderit uobis. Hoc
præcipit hic noster æternus Deus; siquidem
cum illi essent tam hypocritæ, ambitiosi, ac
superbi præcipit fieri, quod ipsi docent. *Secū
dum uero opera eorum nolite facere*. Ne sitis
ambitiosi, nec superbi, sicut illi. *Sed qui ma-
ior fuerit inter uos, hic sit uelut minister, &
seruus aliorum*, & reddit rationem. *Quia qui
se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat
exaltabitur*. O diuinam sententiam? quis sp
eam visceribus suis insculptam portaret, &
omni diligentia curaret tam pretiosam vir-
tutem sicut humilitatem adipisci, sed spero
D.Bern. fratres mei in misericordia Dei, quod rebus
De. 12. ijs, quas vobis dicturus sum, illius amore
gradib. capiendi estis, & curaturi eam imperrare.
humili- Oportet uos scire in primis, quid sit humili
tatis. tas. Sanctus Bernardus dicit: Humilitas est
14 uirtus, qua quisque vera sui cognitione sibi
ipsi vilescit. Vbi innuit, quòd cōtemptio sui
oritur ex cognitione sui. Dicamus quod nō
sufficit ad hoc vt aliquis sit humilis; se parui
facere, & contemnere, sed quod opus est ut
quando alius eum neglexerit patienter fe-
rat, & qui in suis proprijs oculis est paruulus
desideret, id esse coram alijs etiam, & quod
alij de illo sentiant, quod & ipsemet de se iu
dicat. Et paulatim curet diuino auxilio, &
ardentissimis desiderijs eo peruenire, vt cum
ignominia, delectetur, sicut superbus hono
ribus oblectatur. O quis iam ad tantum hu
15 militatis gradum perueniret sicut ille, qui di
Psal. 30. xit: Factus sum tanquam uas perditum an-
te te quoniam vidi uituperationem multo
rum commorantium in circuitu. Quando,
Domine videbam calumnias, quas multi
commorantes iuxta me mihi faciebant, &
quando vndique eorum iniurijs circunda-
bat offerebam me coram tuo diuino con-
spectu sicut vas fractū, & perditum cogno-
scens, quod quemadmodū uas fractum qď
in via reperitur non prodest nisi ut in illud
immunditiæ & obscenitates immittantur,
sic ego non sum dignus nisi calumnijs, & vi
tuperationibus, iam enim eas digne prome-
rui. O mirificam Sancti humilitatem talem
nobis communicet diuina maiestas, ad hāc Quid in
perfectionem peruenerat gloriosus pater S. populū i-
Dominicus, qui cum in aliquem populum gressus.
ingressurus esset solebat prius humili ora- Dñica s.
tione Deum supplicare ne irasceretur eius dicebat.
diuina clementia in illum populum sua cau
sa & pp sua peccata. O Domine (dicebat vir
beatus) ne mittas huic populo (prò tua cle
mentia hoc rogo) aliquod suppliciū, q vir
tā iniquus, vt ego in eū intrauerit. Quid vo- 16
bis videtur de hac humilitate? Ego verè af-
firmo, q ille nō faciebat hoc ficte aut ex hy
pocrisi, sed maxima cū synceritate reputans
se (p sua profunda humilitate) oīum pessi-
mum. Eò q hęc tam singularis virtus nobis
deest in tātam calamitatem mundus deue-
nit. O qs posset hic penitus quod sentit ex-
plicare. Vnde, dicite mihi qso, fratres mei,
tanta seditio, tumultus, & infęlicitas in re-
publica christiana orta est, nisi ex præsum-
ptione, & superbia? hic est stimulus totius
solicitudinis, & anxietatis, qui hoīes conti-
nuò cōcitat, & cōpungit, ne vnum quidem
diem tranqllum in hac mortali uita eos du
cere patitur. Videbitis hoīem dies noctesq;
insomnes, & sine quiete ducere in nimijs li- 17
teratum studijs, vt inter peritos præcipuus
habeatur. Alium cernetis anxiū & fatigatū,
qui nihil intentatum relinqt, ut diuitias ac-
grat, & diues habeatur, ac dominus maxi-
mæ familiæ existimetur. Alium deniq; ex-
periemini, in maxima solicitudine constitu-
tum, & molestijs plenum, vt fauorem, & ma-
ximam comparet dignitatem. O grauissi-
mū onus filiorum Adæ humeris impositū,
ex quo rōnis vsum habere cæperunt, vsque Psal. 10.
ad nouissimum diem sepulturæ, quàm verè
de his dici potest quod dixit Dauid, Con-
tritio, & infœlicitas in uijs eorum, & uiam
pacis non cognouerunt. Quæ uia pacis est 18
certè humilitas; per quam si iter fecissent
dulcem, pacificam, tranquillamque uitam
duxissent. O quæ pax & tranquillitas est
in humili corde? & quæ inquies, & confra-
ctio in superbo animo commoratur? Hinc
intelligens rem quandam notabilem, quæ
in Genes. habetur vbi dicitur quod Nem-
rot cœpit esse potens in terra. Fuit autem
principium regni eius Babylon, & Arach,
& Acad, & Chalane in terra Senaar. Pe-
pendite opera Dei. Chanaam fuit de- Gen. 9.
scendens maledictus a Noe, & a Deo in ser-
uitutem subiectus cum omnibus poste-
ris


ris suis, vt patet Gene. 9. ut dicitur: Seruus
Gen. 9. seruorũ erit fratribus suis. Et nepos huius
maledicti erat Nemrot, & tñ, vt hic appareт
hi maledicti sunt, qui doñari cæperunt, &
possidere dñia & imperia, siquidẽ Nemrot,
fuit primus qui habuit imperiũ Babylonis.
Quid ergo non adimpleta est Dei maledi-
19 ctio, quandoquidem maledicti prius cæpe-
runt esse Dñi? Hinc colligetis ꝙ vere domi
nium expetere, vrbes condere, Monarchias
possidere, non est esse dominos, sed potius
rerum oĩum seruos misera quadam seruitu-
te & peiori, q̃ si hominibus seruiretur. Infæ-
1. Co. 5. licius est.n. superbiæ, ambitioni, pecuniæq́;
seruire, q̃ cunctis hoĩbus obedire, ut B. Pau-
lus dixit: omnis fornicator, aut immundus
aut auarus, &c. quod omne est idolorum ser
uitus. Vbi hæc omnia miseram idolorum
seruitutem uocauit. Satis miserum est ser-
uire statuis, & insensibilibus creaturis, & sic
hi velut serui uitam infœlicem degunt, &
quia noluerunt in humilitate ambulare, quę
est via pacis, ad eã nunquam peruenerunt.
Ambulate ergo charissimi fratres in hoc sã
20 cto itinere, & ut non ierretis, nè oculos con-
ijciatis in homines superbos, & cum homi-
nibus elatis nè ambuletis. Spiritus.n. san-
Eccl. 13 ctus dicit: qui communicat superbo induit
superbiam. Dicit ꝙ induet superbiã signifi-
cans in hoc, quod sicut vestis tegit corpus
& est quod magis apparet, sic si cum super-
bis conuersamini tam induti superbia eri-
tis, vt in oculis, aspectu, & omnibus corpo-
ris motibus superbi appareatis. Si ergo vul-
tis scire quõ ambuletis in humilitatis uia
conijcite oculos in humiles, & præsertim
in Magistrũ verę humilitatis, Iesum Chri-
Matt. 11 stum filium Dei vnigenitum, qui uos inui-
tat dicens: Discite à me quia mitis sum, &
humilis corde. Conuersamini cum hoc cęle
21 sti Magistro sępissimè, & experiemini quo-
modo aĩa uestra induet humilitatem, ita ut
sicuti ueste ea cooperiamini, & in oculis, vul
tu, & deniq; toto corpore humiles apparea-
tis, sicut diximus, eos qui cum superbis con
uersantur toto corpore superbiã demõstra-
re. Si hãc humilitatem habueritis perficient
in vobis ea, quæ hic dicta sunt ab ipso Dño.
D. Aug. in epist. ad Diosco. *Qui se humiliat exaltabitur*. Hæc est.n.
uia, quæ ducit ad exaltationem gloriæ: Ita
affirmat Beatus. Augustinus dicens. Nõ tibi
aliam viam ad uitam compescendam inue-
nias, quam eam, quæ inuenta est à Christo.
Ea autem prima est humilitas, secunda, hu-

militas, tertia humilitas, & si speties inter-
rogaueris semper hoc dixerim. Nullam
aliam uiam (ait hic sanctus) in cœlum inuę
nies, nisi quam inuenit Christus, ꝙ si quæ-
ras, quænam hæc sit via? primum dicam esse
humilitatem. Quod si centies interroges
quæ sit via? toties tibi respondebo, humili- 22
tatem esse. Si enim hac non iter facis nun
quam illuc accedes. Hanc uiam elegit Iesus
Christus, hanc viam cucurrit, atque in cun-
ctis operibus suis, ab ortu suo, vsque ad obi
tum semper humilitatem docuit. Vt ex hoc
quod æterna sapientia faciebat intelligerẽt Simile.
homines quam necessaria illis esset. Quan-
do, ineunte vere acceditis ad ficulneam ad
quærendos ficus præcoquas, si uidetis ali-
quam ficum punctam à passeribus illico il-
lam apprehenditis tanquam magis maturã,
& quæ vobis magis conuenit: scitis enim,
quod passerculi, certo quodam natura in
stinctu eruditi non solent decipi, sed semper
maturiores sicut rostro mordẽt. Si ergo tan
tum apud uos auium iudicium, & electio 23
ualet, quare non candem authoritatem tri-
buetis electioni Iesu Christi Dei veri? quare
non curabitis ea facere, quæ ipse fecit, & ea
quæ ipse amplexus est, amplecti, ac illa quæ
respuit, repellere? si hic altissimus Dominus
ita contempsit superbiam, diuitias, volupta
tes, & sæculares dignitates, & ab ineunte
ætate amplexus est humilitatem, & ea
omnia quæ secum humilitatem afferunt,
sicut paupertatem, laborem, & ærumnas,
&c. quare uos non amplectimini, quod ille
amplexus est? & cur non fugitis & expelli-
tis, quod ipse expullit? Nonne scriptum Esa. 7.
est de eo, ut sciat reprobare malum, & elige-
re bonum, idest, quia sciuit. Optimè co-
gnouit quid sibi eligendum esset. Et quid 24
neigligendum, ait S. Paulus: cum esset filius Hebr. 5.
Dei didicit ex his, quæ passus est obedien-
tiam. Quod sic intelligendum est, ex his,
quæ passus est didicit, idest, discere nos fe-
cit obedientiam. Patiens, & obedienc vsque
ad mortem n os eruduit quomodo obedire
debeamus, eodem igitur modo sua humili-
tate nos docuit, q̃ humiles esse debeamus,
per quam corporis sui glorificationem ade-
ptus fuit, & nominis sui exaltationẽ, ea (in-
quam) nos docuit, quõ nos simus humilia-
turi, & per humilitatem exaltationem glo-
riæ consecuturi ad quã nos perducat Iesus
Mariæ filius, qui cum patre & sancto spiri-
tu uiuit, & regnat in sęcula sęculorũ. Amen.

Feria

Feria IIII. post Dominicam II. In Quadragesima.

Ascendēs Iesus Hierosolymam, assumpsit duodecim discipulos suos secreto, &c. *Matth. 20.*



NArrat Sanctum Euangeliū celeberrimum illud iter, quod Iesus Chrs Dñs noster fecit ad Hie-
1 rusalem, & qāo in certo loco illius segregans discipulos suos secreto, illis pectus suū reuelauit, & quid illic agendū esset, penitus explicauit. Viatores
Simile. qui eunt ad aliquam vrbem aliquod arduū negotium acturi, totam cogitationē ita in illo negotio fixam habent, ut totum iter cōsumant in cogitando, & loquendo cum so-
Exo. 15 cijs suis quō illud sit efficiendum. Ibat Pharao in persecutione Hebræorum, & dicebat: Persequar & comprehendam, diuidam spolia, implebitur aīa mea. Euaginabo gladiū meum, interficiet eos manus mea. Sanctæ illæ mulieres, quæ ibant ad vnguendum corpus Dñi, ibant dicentes inter se: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Hæc omnia sunt quia ex abundantia cordis
2 os loquitur. Hac de causa loquebatur no-
Matt. 16 ster diuinus Magister de illis quę Hierosolymis erat passurus, erat.n. negotium, quod ipse magnopere conficere desiderabat S. Pau-
Heb. 13 lus dicit: non habemus hic manentem ciuitatem, sed futurā inquirimus. Quod oēs sumus viatores, qui iter facimus ad cœlestem vrbem, consideremus ergo quid illic simus acturi, vt de eo loquamur in itinere huius vitæ, & in hoc frequenter cogitemus. Quid acturi simus illic, dicit Dauid: Beati qui ha-
Psal. 83. bitant in domo tua Dñe in secula seculorū
3 laudabunt te. In hoc ergo frequenter occupari nos oportet, in laudando, & glorificando æternum Deum nostrum. Putatis ne, ꝙ lingua, quæ hic assuefacta est mētiri, iurare, murmurare, & turpia loqui, poterit illic laudare Deum? lōgē opinionē fallimini. Hinc oportet vt docti exeamus & sæpissime nos in eo exerceamus. Miserabile est, quod cum oēs nos ad cęlum inter facere fateamur, nūquam tū de cælestibus, sed de terrenis, & qui-
Simile. dē sępissime de infernis agamus. Eques prius tres aut quatuor hastas frangit, quam certamen aggrediatur, & putat infęlix peccator, ꝙ cum nullum fecerit exercitium, nec præparationem, sciet esse beatus. Loquebar Dñs de illa crudelissima morte, quā pro nobis passurus erat. Quæ, siquidem nobis magnæ fuit vtilitati, ratio postulat, ut nūquam a nostra memoria, ac cogitatione excidat. Velle fratres mei, ut in hac prætiosissima morte Dñi reparatoris nostri Iesu Christi tria profundissime ppendatis. Primū, quod illa sanctissima mors fuit sacrificiū, & quaten⁹ sacrificiū nos reconciliauit æterno patri, & ipsum placauit. Secūdum, quod fuit ineffabile quoddam beneficium, quo nos inuitauit, & qui- 4
dem (si ita dici potest) nos compulit ad su⁹ amorē. Sic dixit S. Paulus: Charitas.n. Christi urget nos ęstimantes hoc, qm̄ si unus pro oībus mortuus est, ergo oēs mortui sunt, &
pro omnibus mortuus est Christus, ut & q̄ 1. Co. 15
uiuunt, iam non sibi uiuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Pensate diligenter uerbū illud: urget nos, qđ charitas Christi nos cogit, ut oēm nostram uitam in eius amore, & seruitute cōsumamus. Tertium, quod fuit mirificum quoddam exemplum, quo nos ad sui imitationem inuitauit ut S. Petrus dixit: Christus passus est pro no-
bis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini 5
ni uestigia eius. Hoc diuino sacrificio spes 1. Pet. 2.
nostra fulcitur, beneficio inflammatur charitas. Exemplo florere, & accrescere oportet uirtutem & operationem nostram. De his deberemus loqui, & agere in hoc uitæ itinere, & absque dubio id faceremus, si ea studiosissima consideratione ruminaremus, sicut hic modo diximus. Etiam in hoc docemur, quod siquidem noster diuinus Magister cum uadat ad moriendum, loquitur, & agit de morte sua, nos etiam quandoquidē
ad mortem pergimus vnusquisq; assiduò de 6
morte sua loquatur.

Philosophus quidā mortem vocauit temperamentū deliciarum. (*Contrapesos delos deleyes.*) Appendit deorsum libra in statera, & imponis tu in alia lancę repensum satis gra-
ue, quo imposito libra non attrahit ad se, qđ Simil.
præcipue pendebatur, quod antea attrahebat. Constituto corde in statera rōnis, & ex alia parte imposita voluptate, tū impendet voluptas, ut cor ad se alliciat: statera.n. rationis fallax est, de qua dixit Salomon. Statera do-
losa abominatio est apud Dñm, quod ergo Prou. 11
remediū est, vt deliciæ nō attrahāt cor? Po- Hier. ad
nite maximā mortis considerationē, quasi Pauli de
repensum ex alia parte, & illud non alliciet seri. Ec-
voluptas; vt.n. rectè dixit D. Hieron. Facile clesiast.

con-

contemnit oĩa, qui se semper cogitat eẽ moriturum. Quod si sola mortis cogitatio tam admirabilem effectum producit, quid erit & huic cõsiderationi addas memoriam arctæ, & terribilis rationis, quam in illa hora Deo
Sap.2. redditurus es? Quõ extendet manum suam ad opus malum, qui hoc ante oculos tulerit? Sapiens dicit, quod dixerint impij cogitantes apud se non recte: Ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquã si non fuerimus. Dixerunt mali. Siquidem non est plus quã nasci, & mori: venite ergo fruamur bonis,
7 quæ sunt, & vtamur creatura, tanquàm in iuuentute celeriter. Venite (aiunt hi mali alijs sibi similibus: mali enim cum malis maxime delectantur) & acceleremus, & creaturis perfruamur, licet simus senes caduci, sicut in adolescentia, cum exuperat sanguis, & viuit sensualitas, rõ vero est neglecta, & quidẽ quasi mortua, & sepulta. Hi vicissim confortabantur ad exercendam prauitatem illo errore obnitentes, s. quod non erat plus q̃ nasci, & mori veluti in brutis, & quod non habebant immortales animas, sed est valdè lachrymandum, quod hanc consequentiam & confusionem infidelium negantium aliquid amplius esse, quàm nasci, & mori, in
8 communi Christianorum vita experiamur. Non est admirandum filij, qui arbitrantur non esse aliam vitam præter hanc, dicant, celeriter delectemur. Christiani vero siquidem hoc antecedens negant, quomodò audent consequens illud inferre? Nisi esset verum, esse aliam vitam, tollerabile esset dicere, simus mali: sed quãdo verum est quod est alia vita immortalis, & tu firmiter hoc credis, quõ potes inde inferre, vt viuas, sicut viuis? Videtur tibi frater mi, bona hæc consequentia, siquidem ego credo, aliam esse vitam in qua boni præmio afficiẽdi sunt, mali vero terribili & æterno supplicio punien-
9 di, volo celeriter malè viuere, & præsentibus perfrui delitijs? O terribilem amentiam hominis tam expertis rationis, ac si esset immanis bellua? O Deus Maiestatis infinitæ, aperi nunc oculos cæcis istis, pro tua infinita clementia, vt animaduertant perditionem suam, & quantum a veritatis limite aberrẽt; & sic ad veram peccatorum suorũ pœnitentiam conuertantur, ac nunc efficacissimè de morte sua agant, deq; ratione, quam coram tuo diuino conspectu reddituri sunt assiduo loquantur.

Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi. Quis tale cogitaret? qđ tũc tpis, atq; in tali coniunctione poterat aliquod ambitionis vestigium in pectoribus tã apostolicis reperiri? Perspicuum est, fratres, ꝙ inter humanæ aĩæ passiones vehementissimus ferè est gloriæ & honoris affectus: Nullus est diues, aut pauper, nobilis, aut rusticus, maximus, aut minimus, qui inenarrabili quadam ac penè infinita gloriæ cupiditate non inflammetur. Adeo, vt, cum vita tam amabilis sit, aliqui tamen illa potius, quã honore maluerint priuari. Et cum hic appetitus tantus,
tamque cõis sit, oportet nos scire, quare illũ 10
naturę fabricator Deus hominum animis impresserit. Dico hoc ita constitutum fuisse admirabili Dei prouidentia, vt honoris appetitus, & quod ex eo sequitur ignominiæ odium, nos vehementissimè ad virtutis studium, & vitiorum execrationem inuitaret. Animaduertit sapientissimus rerum omniũ fabricator, ꝙ nec in virtute deest labor, & difficultas, quam homines magnopere execrantur, nec in vitio deest voluptas, quam ipsa natura studiosissimè appetit, & amplectitur, & ne asperitas, aut labor mortales a virtute reuocaret, nec voluptas ad vitium inuitaret, gloriam & splendorem in virtute constituit, dedecus vero & opprobrium in vitio
collocauit, vt honoris appetitus nos ad se- 11
quendam virtutem cõcitaret, timor autem, & odium ignominiæ a uitio cohiberet, & sic quando propter Deum id non faceremus, saltem hac ratione bonum ardentissimè amplecteremur, malumque diligentissimè fugeremus. Hoc autem beneficio sicut cut cæteris usi sumus, omnia in malum conuertentes. Omnes animi affectus sunt prestãtissima Dei beneficia, quæ nos ad bonũ ducant, & a malo separent, & nos omnia hæc peruertimus, ex omnibus occasionem accepimus, vt a bono recederemus, malumq; ap-
peteremus. Ira, cupiditas, spes, metus, lætitia, 12
& cætera huiusmodi omnia nobis data sunt ut nocua fugeremus, & utilia quæreremus, & sic nos conseruaremus, & plerunque his omnibus ad nostram perditionem utimur. Quemadmodum perditissimi homines peruertunt propensionem illam, quam a natura habent ad diuinitatem honorandã, tot, táq; diuersas creaturas adorantes, & quod ad omnem religionem, pietatem, diuinumq; cultum concitabat, iam totius peruersitatis semen, atq; origo impietatis effectum est, falsos deos adorando, sic plurimi nunc hono-

ris

ris cupiditate, qua inflammandi erant ad
uirtutem amplectendam, & eam exercen-
dam (ad hoc.n.desiderium illud eos cõmo
uere deberet) diuitias acquirũt, munera ex
petunt, maximamq; familiam habere desi-
derant, uolentes hac ratione honorẽ impe-
trare, arbitrantes eos honoratos esse & no-
biles, qui hoc habent, licet sint perditissimi,
& flagitiosissimi & eos qui paupertate oppri-
muntur, uiles & abiectos iudicãtes, quamuis
13 sint uirtutib. clarissimi: itaq; ingeniosam es-
se iudicant solã paupertatẽ. Ecce, fratres, hu-
manæ conditiones peruersitatem.

Hi ita peruersi, & ex honoris appetitu oc
casionem mali accipientes illicitis rõnibus,
& modis onera quærunt grauissima, ut sunt
aĩarum administrationes. Qui si haberent
Nu. 11. spiritum S. Moysi sentirent, quod ipse sen-
tiebat, ut aperte manifestauit, qñ loquẽs cũ
Deo, dixit: Cur afflixisti seruum tuũ? quare
non inueni gratiam coram te? & cur impo-
suisti pondus uniuersi populi huius super
me? nunquid ego concepi oẽm hanc mul
14 titudinem, uel genui eã? ut dicas mihi, Por-
ta eos in sinu tuo sicut portare solet nutrix
infantulũ, &c. Non possum solus sustinere
oẽm hunc populum; quia grauis est mihi,
sin aliter tibi videt, obsecro ut iterficias me,
& inueniam gratia in oculis tuis, ne tantis
afficias malis. Perpendite diligenter unum-
quodq; horũ uerborũ, & uidebitis quid sen
tiant timentes Deum de prælaturis, & curis
aĩarum qui mori malunt, q̃ tanto periculo
opponi; intelligunt.n. quid singulis aĩbus
necesse sit ut directe regantur. Ideo rñdit
Dñs: Nescitis quid petatis. Non modo hoc
dici potest ijs, qui prælaturas expetunt, di-
gnitatesq; Ecclesiasticas desiderant, sed etiã
ijs oĩbus, qui pluris ualẽdi desiderio maio-
15 ritatem aliquam in hoc seculo inquirunt,
ꝙ nesciunt, quid quærãt, si quidem in oĩbus
rebus tãta inest spiritus perturbatio tam in
ijs quærendis, q̃ in adeptis possidendis. Et
quãquam hic honoris appetitus multos an
git, atq; perturbat, multo tamen magis eos
solicitat, qui cum sint pauperes, cum ipsa
paupertate uolunt dignitatem, honorem-
que maximum sustinere: Quid grauius es-
se potest, quam uelle aliquem cum pau-
pertate sumptuosos, honores & autoritates
habere, quæ cum maxima diuitiarũ copia
uix poterunt sustineri? Pharao grauissimo
Exo. 5. quodam seruitutis iugo Hebræos opprime
bat, & insuper ꝙ paleas eis auferri iussit, & præ-

cepit illis, ut eundem laterum numerum
complerent, quem antea solebant. De quo Simile.
maxime conquesti sunt Hebræi dicentes.
En famuli tui flagellis cædimur, & iniuste
agitur contra populum tuum. Hæc est ser
uitus, qua diabolus multos opprimit, qui
in paupertate uiuentes, & cũ satis affligant
inopiam tolerantes, eos sollicitat, ut tam
pompatice uiuant, tantamq; sustineant fa
miliam, ac si essent locupletissimi. Quæ ma
ior solicitudo, q̃ cum paupertate, quam uix 16
possunt ferre, tantam pompam uelle hoĩes
ostendere, sicut ditissimi habere solent, ut
tot opera, & lateres faciant sine paleis, ac fa
cerent eum paleis? Atq; utinam hi quæreren-
tur de hac tyrannide, sicut Hebræi de illa
quærebantur, & de illa curarent exire. Sed
hæc est maior calamitas, ꝙ eos habet dia-
bolus grauissimo iugo oppressos, ipsi tñ no
lint ab illo liberari, sed libẽter captiui esse
uelint. Ecce, q̃uo homines Dei beneficia per
dunt, utentes oĩbus affectibus, quos Deus
in eius impressit, uelut instrumẽtis ad perdi
tionem suam. Miserabile est, qđ cum homo
sit compositus ex corpore, & spiritu, cumq; 17
spiritus sit præcipua pars, ita a corpore se
attrahi patiatur, & ꝙ corpus, quæ sua sunt,
quærat; ac spiritus tanto impetu illud adiu-
uet, nec ipse spiritus, sua perquirat, ne qui-
dem ea desideret. Quod si quæritis, quare
spiritus in hoc peioris sit ingenij, quam ca-
ro? Ad hoc respondeo cum Philosophis,
quod unaquæque res accipit naturam il-
lius, in qua ponitur, & cui coniungitur.
Hæc est enim omnium rerum conditio. Si Simile.
inijcis aquam claram in attramentum ni-
grum, statim deperdit claritatem, & nigra
efficitur. Si optimum uinum cum acetũ
commisceas, ilico conuertitur in acetum,
& puritatem suam amittit. Hoc modo cum
spiritus noster in carnem infundatur, com-
miscetur illi aliquo modo natura carnis, 18
adeo, ut eius seruus efficiatur. Diuus Pau- 1.Cor.6.
lus dixit; An nescitis, quoniam, qui ad-
hæret meretrici, unum corpus efficitur, qui
autem adhæret Domino, unus spiritus est?
Ita, ut primum spiritus adhæret meretri-
ci, quæ est caro, se ab ea allici patitur,
& sic eam amat, ut sui ipsius immemor
eam sequatur. Hinc fit, ut homines tan-
ta solicitudine corporales res quærant, ita
spiritualium rerum obliti. Hæc omnia tam
digna, quæ sentiantur, & plorentur, di-
ximus, occasione petitionis huius sanctæ

fæminæ, quam petiit a diuino Saluatore nostro: quam petitionem dicit S. Euangelium, ꝙ fecit adorans. Quis animaduertens hanc sanctam fæminam tam reuerenter accedentem, auderet eius orationis initiũ condemnare; Nam orari, & adorari, omnia ad diuinũ cultum spectãt, & post uirtutes Theologales est unum ex sublimioribus seruitiis quæ fiunt diuinæ Maiestati, & quo magis
15 Deus glorificatur. In interiori aũt erat hæc oratio, & adoratio plena ambitione, & uanitate. O quã necesse est fratres mei, ut examinemus, qua intentione, & ad quẽ finem
August. orationes nostras facimus. Dicit.n.B.Aug. ꝙ hoc affectu colendus est Deus, ut sui cultus ipsi sit merces. Nam qui Deũ idẽ colit, ut aliud magis, q̃ ipsum Deum promereaꝛ non Deũ colit, sed illud, quod assequi concupiscit. Heu, heu, quantum est hic, quod ploretur. Ita uiles, & abiecta cogitatione habemus, & res tam impertinentes desideramus, ut si recte perpendimus fines, quibus orationes facimus, & alia bona operamur: inueniamus, quare ploremus, & a Deo ueniam deposcamus, non aũt ꝙ mercedem pe
20 tamus. Quot nobiles quotidie rem sacram audiunt nõ tam ꝑꝑ deuotionem, quam ꝑꝑ humanam autoritatem. Quod audiunt conciones, magis ꝑꝑ curiositatẽ, quam ꝑꝑ animarum utilitatem. Quod magis ꝑꝑ commodum, aut ꝑꝑ satisfactionem, aut ut non minus religiosi, quam alii uideantur, celebrant, quam ꝑꝑ sanctitatem, & pium affectum. Quot tam uiri quam fæminæ faciunt bona opera, non tam ꝑꝑ Deum, q̃ ut honorem non amittant. Quot quotannis ad sanctum Sacramentum pn̄iæ accedunt, ne in infamiam incidat. Quos.n. nec peccatorum innumera multitudo, nec festorum maxima celebritas ad hoc diuinum Sacramentum toto anno potuit allicere, quo de
21 illis potest iudicari, nisi ꝙ nec tunc accederent, nisi eos animaduersionis, & excommunicationis timor impelleret? O quantum hic dic potest, & quot bona opera, hoc modo amittuntur. Quapropter fratres mei, caute uiuamus, & sit hæc uniuersalis regula, in quam oculos conijciatis, ꝙ quotiescunque ex bono opere aliquis honos, aut humana laus, utilitas, aut uoluptas comparari potest, quis illud facit semper uereatur, quidnam illorum eum moueat ad faciendum, an diuinus amor, an quod inde speratur. Nam quemadmodum accipiter efferaꝛ cernens prædam, ita cupiditatis vis quaecunq; utilitate cõcitatur. Quocirca oportet seruum Dei semper solicitum esse in perfectione intentionum suarum, & animare se, ut in omnibus propter nostri altissimi Dei solam gloriam cõcitetur. Ideo sanctus Iob, Iob 9.
omnia opera sua sic examinabat, & dicebat: Verebar omnia opera mea sciens, quod nõ 22
parceres delinquenti, idest, actualiter peccanti: illi enim qui iam peccauit, & eum peccatorum suorum pœnitet, libenter Deus ignoscit, & eodem capite dixit: Si habuero quidpiam iustum, non respondebo, sed meũ iudicem deprecabor. Sciebat optime uir sanctus, ꝙ aliter Deus uidet, ac homines iudicant, quapropter se tantopere examinabat: licet enim opera sua exterrius bona essent, ne tamen aliquid interius haberent, quod Dei oculis displiceret. Qui (ut ait S. Paulus) secundum quod declarat S. Theodoretus, Theodoretus super epis. ad Heb.
est discretor cogitationum, & intẽtionum, & non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia penetrat. Et (ut aiunt.) Nemo est qui aleam seu tesseram falso illi 4
obijciat. Et non debemus admirari, ꝙ hæc mulier, & eius filij in hãc imperfectionem inciderint, quãquam enim sanctis erant, & gratiam Dei habebant, tamen paruæ gratię 23
quam tunc habebant, non repugnabat: in eorum cordibus hanc tenuem & occultam ambitionis fibram commorari. In libris Iu- Iud. 1.
dicum legitur, ꝙ quamuis Hebræi euerterint pessimas generationes, quæ terram promissionis habitabant, aliquæ tamẽ earũ reliquiæ remanserunt, quæ plerunque seruos Dei molestabant: sic diuina permissione solent aliquæ imbecillitates iustis remanere, quæ eos affligunt, contra quas continuum exercent bellum ad maiorem coronam & gloriam eorum, &, ut dicitur eodem libro. Iud. 3.
Hæ sunt gentes quas Dn̄s dereliquit, ut erudiret in eis Israelem, & discerent filij eo- 24
rum certare cũ hostibus, & habere consuetudinẽ pręliandi: sic relinquuntur diuina permissione in iustis hæ miseriæ ad eundem finem, ꝙ si contra eas non pugnauerimus, licet nobis minimæ uideantur, nos destruẽt. Nam lacerta efficietur coluber, coluber serpens, serpens uero reddetur draco, qui spiritu oris sui nos interficiat, non quod peccata uenialia efficiantur mortalia, sed quod aperiant ianuam, & animam disponant, ut in mortalia incidat. Inter has omnes miserias, magis periculosæ sunt spirituales, minus

minus enim cognoscunt, atq; ideo maiori cũ uigilãtia nobis cõtra illis pugnãdũ est.
2.Co.7. Ita nos admonet Beatus Paulus, dicẽs: Has ergo habẽtes charissimi emẽdemus nos ab õi inquinamẽto carnis ꝙ spiritus pficientes sanctificationẽ nostrã in timore Dñi. Quod
25 nõ faciunt filij Sathanæ, q̃ pleni ambitione superbia, & hypocrisi nihil æstimant interiorem puritatẽ, nec existentiam, sed apparentiam. Nullã curã habẽt, quales apud Deum
Psal.38. existimentur, sed quales ab oibus reputentur. Hoc significat ꝙ Dauid ait: In imagine pertransit homo, scilicet, in imagine exteriori: sed & frustra conturbatur, frustra perturbatur, ut solis hominibus bene uideatur, siquidem hoc est tam sine utilitate. Imago in tabula depicta nihil habet plus, quam illam
Simile. exteriorem apparentiam: sic uanus, & honoris ambitiosus, nihil habet, præter exteriorem aspectum, & nullum spiritualẽ interius habet sensum. Qui hucusque ita orastis, in-
Ephe.5. cipite iam errorem uestrum cognoscere, & reformamini sicut Sanctus Paulus dicit: Deponite uos secundũ pristinam conuersationem ueterem hominem, qui corrũpitur secundum desideria erroris: renouamini autẽ
26 spiritu mentis uestræ in iustitia, & sãctitate ueritatis, propter quod deponentes mendacium, loquimini ueritatem.

O quã singularis doctrina illi, qui ex omni corde suo eam amplecteretur, omnem fictionem eijceret, & in omni opere, cum maxima synceritate, & puritate se haberet. Dicit illis Dominus: *Potestis bibere calicem?* Sã-
Mar.10 ctus Marcus de hoc ipso tractans, ait: Potestis biberem calicem, quem ego bibo, aut baptismo, quo ego baptizor, baptizari? Nondum ad mortis suæ tempus peruenerat, & dicebat in tpe præsenti: Baptizor. Semper enim eius aĩa sacratissima (licet esset beata) in amaritudinis pelago submersa erat, & semper calicem bibebat, quia semper desiderabat pro hominibus mori. O Christe dul-
27 cissime animarum nostrarũ amor, quomodo possumus dicere quod te amamus, siquidem cum tandiu tot molestias & agonias ꝓ nobis ꝑpessus fueris, acerrimum nobis uidetur unã horam pro te labores tolerare? Potestis (inquit) ô sancte Deus, si omnia, quæ possumus, faceremus, quã fœlices essemus. Potuit ille castus esse, sed nõ adeptus est castitatẽ, q̃a nõ fecit oẽ, ꝙ potuit. Potuit alius ignoscere persecutoribus suis, & illos amare, sed nõ eam charitatem impetrauit, quia non executus est opere, omne quod potuit, etc. Si enim ex se faceret quod potuit, Deus ei faueret, ut adipisceretur quod uolebat, & Phil.p.4 uoluntatem suam compleret, ut fatebatur Sanctus Paulus, dicens. Omnia possum in eo, qui me confortat. Vt cæteri discipuli petitionem illam audierunt, ait Euangelista, quod indignati sunt de duobus fratribus. 28

Notandum est, quod cum Dominus adduxit hos duos fratres cum Beato Petro in summitatem montis Thabor, reliqui nouem, qui remanserunt in ualle, licet ea re intellexerint ad aliquid magnum eos solos assumptos esse, non tamen ideo indignati fuisse dicuntur. Modo uero indignatur propter hanc petitionem. Ratio huius est, quod cum aliquis in maximum aliquem dignitatis gradum effertur, nec tamen illum tale expetijsse censetur, nemo audet detrahere, sed potius omnibus offertur materia laudandi Deum, qui humiles exaltat. 29
Cum autem aliquis superbe, & ambitiose beneficium, aut dignitatem aliquam expetit, occasionem scandali alijs præbet: Iesus autem uocauit eos ad se, & ait, Scitis, quia prĩcipes, &c. Benedictus talis Deus, laudent, & superexaltent te oẽs Angeli, Dñe, q̃ tantam pietatem, ac clementiam nos in omnib. rebus doces. Aduertite mãsuetudinem, qua optimus Magister docet, & reprehendit discipulos suos. Duplex est modus corrigendi, alter cum benignitate, & mansuetudine, alter uero cum acrimonia, & iracundia comminando, & terrendo, ut Sanctus Paulus di- 1.Cor.4.
cebat, quid uultis? in uirga ueniam ad uos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis? Et uter horum modorum conueniat, aut quãdo sit utilior, solus ille scit, qui corda, & renes hominum scrutatur. Certum tamen est, quod obduratos, & proteruos, qui ex nimia malitia peccant, tractari oportet asperrime, ut patet in illo luxurioso, & inhonesto, qui habebat uxorem patris sui, in quem 2.Cor.5
ostendit Beatus Paulus zelum suum, & præcepit huiusmodi hominem tradi Sathanæ ut spiritus saluus fit. Quod fuit facultatem concedere diabolo ut intraret in il- 30
lum, & eum torqueret, ut aliqui affirmant. Spirituales autem uiros, qui ex imbecilitate peccant benignus admoneri; & mitius conuenit reprehendi, & sic fecit Christus Redemptor noster, qui quia discipuli sui non ea malitia, & proteruia peccabant, cum mansuetudine, & suauitate

te eos reprehendit, dicens eas petitiones & desideria ad homines infideles,& Dei ignaros spectare. Vos aũt,discipuli mei; non illos,sed me Magistrũ uestrũ debetis imitari, qui non ueni ministrari,sed ministrare:sic q inter uos maior fuerit dignitate,magis humiliari debet,& fieri minister uester. O cæle stem doctrinam imprimat eam cælestis Ma
31 gister in cordib. nostris, ut humiliantes & abijcientes nos,hic diuinam gratiam merea mur,qua futurã gloriam cõsequamur. Ad q̃ nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Feria V. post Dominicam I I. In Quadragesima.

Homo quidã erat diues,et induebatur purpura,& bysso,&c. Luc.16.

1 Arrat Sãctus Lucas, ꝙ Christo Redẽptore nostro diuinã quan dam prædicante concionem, audiebãt omnia hæc Pharisæi, qui erãt auari, & cum Deus sit cordiũ scrutator,applicauit doctrinã audiẽtiũ necessitati,& ita ꝓposuit historiã casus metuẽdi,qui ad literam in rei ueritate accidit,ut illo tã eos qui aderãt,q̃ nos futuros
Iaco. 2. ad misericordiã cõmoueret. Vt.n. affirmat D. Iacobus,Iudicium sine misericordia:illi, qui nõ facit misericordiã. Casus aũt hic est. Explicet oĩs historia Euãgelij, *Homo quidã erat diues,&c.* Ecce quomodo hic pcipue cõ dẽnatus fuerit, ꝙ cũ hoc paupere nõ fuerit usus misericordia. Nõ legitur in hoc sancto Euangelio,ꝙ hic diues, diuitias illas subripuisset,nec illicitis negotiationib.acquisiisset:& tñ legitur,ꝙ condẽnatus fuerit. Quid ergo erit de plurimis locupletibus huius tẽ
2 poris,qui non modo esurientes non satiãt, nec ægrotos,aut vulneratos curant, verum etiã quicquid possunt, illicitis negotiationi bus diripiunt. Ecclesiasticus accuratẽ agit,
Eccl.13 quomodo diuites decipiunt pauperes, con sumentes eis has paucas diuitias, quas habent, dicens; Ditiori te ne socius fueris si necessarius illi fueris supplantabit te, & subridens spem dabit, narrans tibi omnia bona,& dicet: Quid opus est tibi? & confundet te in cibis suis donec te exinaniat bis & ter, & in nouissimo deridebit te, postea uidens derelinquet te, & caput suum mouebit ad & te. Caue ne cũ diuite & mercatore cõuerseris, qa nihil aliud attendit,q̃ ad utilitatẽ suã:si habes bouẽ aliquẽ,aut uitulũ,quẽ ipse ex cõuersatione tua possit elicere,ut te decipiat,& cũ tibi arripiat: si eo tibi opus est ad aliquid,uades ad domũ eius, & inuenies eũ prãdẽtẽ,assidebit ille ad mensam suã,& paup agricola stabit detecto ca- 3
pite. Narrabitq; diuiti agricola laborẽ suũ, dicẽs; Dñe,ego hac necessitate pmor, rogo te,ut de ea me eripias, & facies mihi maximũ bñficium & subridẽs spem dabit &c. Reclinabit se sup mẽsam suã,accipiet cultellũ, incipiet dẽtes suos scalpere & mũdare,& subridere, atq; pauperẽ illudere suo falso risu, spem dabit,narrãs tibi oĩa bona, Dicet tibi. Heus oĩa bene habebũt. Oĩa sunt hic parata ad seruitutem tuã,tege caput, sede, detur ei scabellum in quo sedeat: sede,ede, omnia fiẽt iuxta uoluntatem tuã. Sedet miser agricola ad mensam,ut uenit famelicus,quia tota hebdomadã non satiatur,edit libentissime, bis aut ter bibit, satiatur, & pene laboris sui obliuiscitur;ut diues eum aduertit iã 4
contentũ,& satiatũ:dicit,qd opus est tibi? Homo bone,scito me esse amicũ tuum, nihil tibi dicturus sum,ꝙ tibi non conueniat, per uitam tuam,ut supellectilem illam, aut uineam,aut fundum,quem habes,a te alienes,&c. Et confundet te in cibis suis, ut eũ cibat,buccella panis, & duobus aut tribus poculis uini illum obcæcat, ut cum eo aliq̃ cõuentionem,& cõmutationem faciat,& eius bona arripiat,donec te exinaniat bis, & ter,quia cum oĩbus bonis expoliat,bis, aut ter,cũ semel tantũ cum eo fœdus pepigerit, efficiens eum tributariũ suum,& cum miser agricola per scalam descendit, mouet diues caput suum,ac si dicat, abi fœlix bene habes. Et derelinquet te,& caput suum moue 5
bit ad te. Hæ sunt iniuriæ, quas in illis temporibus diuites pauperibus inferebant,qđ si modo ita fit,uos estis testes fideles hu⁹ rei. Quid igitur sperãt, qui ita fratribus suis in necessitatibus constitutis succurrunt, cum diues ille, qui non usus fuerat hac tyrannide condemnatus fuerit? Ad terrendos diuites proposuit summus prædicator mundi, & narrauit hunc euentũ tã horribilem,& etiã, ut pauperes confortaret,ut licet se modo afflictos experiantur,& a diuitibus oppressos, ne deficiant:omnia enim Deus cernit,& rationem habet illarum afflictionum, q̃ patiẽ

ter tolerentur, ut oĩa suo tẽpore remuneret.

Profectò maximè opus est pauperi, ut in hoc attentissimè oculos conijciat, ut non deficiat, nec desperet, præ laborioso statu, in quo uiuit: ut Dominus noster Iesus Christus depingeret hominẽ miserrimum, & in maxi-
Luc. 10. mã afflictionem redactum proposuit parabolam illã Samaritani, qui descendit ab Hierosolymis in Hierico, quæ tota uidetur quadrare oẽs partes homini pauperi. Quod primum dixit fuit, homo quidã, nõ eum nomi-
Ecc. 13. nat, quia pauperis nomen nemo scit. Ecclesiasticus ait: Loquutus est pauper, & omnes
6 dicunt, quis est hic? Deinde dicit: Descendebat, rectè dixit, quod descendit: qui enim ascendunt, & qui fauores habent, hi sunt diuites, pauperes uerò semper descendunt: calamitas enim calamitatem inuocat: ueluti, qui lapide offenditur, qui ut manibus occurrat procidit in faciẽ suã: sic miseri ut necessitatẽ unam euitent in multas incidunt. Dicit etiã. Descendebat ab Hierusalem in Hierico, à quiete in commutationem pauperi nulla est requies, necessitas enim non eũ patitur quiescere: est ueluti pondus horologij, quod dum pendet facit rotas sine quiete decurrere. Necessitas, quæ a paupere pendet, omnes eius
7 sensus ad se allicit. Ex hoc descensu prouenit, ut incideret in latrones. Hoc admiror, scilicet quod latrones obuiam exierint pauperi. Ne miremini: assiduum est enim, & usitatũ quod latrones, & latrones famosi pauperem, & egenum deprædentur. Dico latrones famosos eos, qui furando famam, & honorẽ acquirunt. Quis erat ille, quẽ nunc diuitem uidetis? quis? (*Vn no se quien.*) Quomodo ergo sic euectus est? quomodo dominus factus est, quomodo? deprædando acquisiuit diuitias & honorẽ, & in huius retia in-
8 cidit pauper, idest in eius astutias, & calliditates. Aduocatus, qui legis sensum flectit, famosus est latro. Iudex, qui iustitiam uẽdit, latro famosus est. Scriba, ꝗ syngraphã adulterat, famosus est latro. Mercator, qui ignarũ decipit, omnes hi sunt latrones famosi, qui pauperem percutiunt. Et plagis impositis, &c. Plagis eum operiunt. O quanta plaga est excõmunicatio, & tu excommunicas pauperẽ pro debito, quod non potest soluere. O quanta plaga est tollere lectum, in quo dormit ad soluendũ. O quanta plaga est carcer in quem detrudis inopẽ, ut illic uiuus sepeliatur, & sine remedio pereat. Semiuiuo eo relicto, semiuiuum eũ relinquit: nã licet in anima uiuat, corpore tamen quasi mortuus remanet, redditus seruus tuus, siue uelit, siue nolit. Ecce fratres mei, calamitates in quibus uersatur pauper, ut cognoscatis, sit ne illi necessaria patientia: & ad eam adipiscendam oculos conijciant in præmia quę Deus præparauit illi, qui patienter similes difficultates tolerant. Rectè uos intellexisse oportet, quam merito manifestauerit Dominus hunc euentum ad diuitum confusionẽ, pauperumque consolationem.

Ait ergo: *Homo quidam erat diues, & induebatur, &c.* Induebatᷣ delicatè purpureas 9
uestes, & subuculas delicatissimas uestiebat. Primum malum, quod narratur in processu condemnationis huius diuitis, est uestiũ prophanitas. Si ergo in diuite uestium excessus erat culpabilis, quanto magis erit in paupere? Es artifex, qui sudore uultus tui uictum acquiris, & uis habere alterum, & alterum uestitum, sicuti princeps, & ad hoc facis mille iniustas conuentiones & fœdera, quid de te futurũ existimas? Habes ne aliũ Deum, ac iste diues habuit? O cæce, non ergo uides qđ Soph. 1.
te manet tormẽtũ? Per prophetam Sophoniã terribiliter cõminatur Deus principes & potentes seculi, qui se in hoc ꝓphanè, & sumptuosè tractant, dicens: uisitabo super prin- 10
cipes, & super filios Regis, & super omnes, qui induti sunt ueste peregrina, & uisitabo super omnem, qui arroganter ingreditur limen in die illa. Si principes, & potentes, minatur Deus, quod peregrinis uestibus utuntur, & noua uestium per politarum genera produnt: quid faciet pauperibus artificibus si uolunt idem sine ullis copijs facere?

Dicit amplius: *Et epulabatur quotidie splẽdidè, &c.* Si se splendide uestiebat, splendidius comedebat, erat epulo quidam, qui quotidie domi suæ cõuiuia faciebat, & hæc 11
assignatur secunda causa condemnationis eius: licet gula sit minimum omnium mortalium peccatorum: dicitur tamen grauissimum, quia est origo aliorum multorũ. Quod sit minimum, patet nam omnia peccata, aut sunt spiritualia, aut carnalia, spiritualia sun Maiora carnalibus. Maius peccatum est superbiæ, aut inuidiæ, quam peccatum luxuriæ, aut gulæ. Hæc est senten- Alex. de
tia Alexandri de Ales; ratio eum, quia ad Ale. 2.
peccata spiritualia committenda anima p. q. 15.
seipsam concitat, in peccatis autem car- men. 7.
nalibus homo a carne incitatur, & sic ex carne proficiscitur quod eum occidat, & gra-

 uius

uius est peccatū interficiētis se ipsum, quam peccatū illius, quē alter propter aliquā occasionem occidit: & sic est maius peccatū spirituale, quam carnale. Inter peccata carnalia duo sunt grauissima, Gula, & Luxuria, horū maius est Luxuria, quam Gula. Luxuria nā
12 que plerumque est in præiudicium tertijs; & Gula ex genere suo nulli facit iniuriā. Atq; etiam Gula habet maximā excitatricem famem, Luxuria uerò non habet tantū incitamentū. Veruntamen aliquomodo grauius est peccatū Gulæ, q̃ alia peccata, q̃a est aliorum causa occasionaliter: siquidē aditū pate facit, ut illa ingrediantur. In primis est causa
Eze.16. carnalitatis, ut dixit Ezechiel. Hęc fuit iniquitas Sodomę sororis tuæ saturitas panis, & abundantia, &c. Ideo Beatus Paulus nos admonet, dicens: Nolite inebriari uino, in quo est luxuria. Secundum, q̄ ex Gula di-
Phil.5. manat, est loquacitas, & in multiloquio non deerit peccatum. Postquam satiati sunt rarò
Pro.10. loquuntur de eis, quæ in concione audierunt nec de Domino, qui eis tam bono cibo prouidit, nec de seruitute ei debita disceptant: sed de alienis uitis copiosè agunt, & cum cōtentionibus, ex quibus ad iurandum, & periurandum deueniunt. Hæ sunt gratiæ, quas agunt liberalissimo Deo, quia eos satiauit.
13 Et ita dicit hic Euangelium hunc helluonē in lingua torqueri, cuius rationem reddit
Gregor. Diuus Gregorius, quia ex nimijs cibis prodit loquacitas, & sic significauit culpam, q̃ in uoracitate cōmisit ex cruciatibus, quos
Simile. in lingua patiabatur. Plerumque quando fit aliquod conuiuiū, in fine apponitur aliquis fructus uiridis, ueluti poma, pyra, aut aliqd simile. Hanc regulam obseruamus cum nostri proximis, prius incipimus prodere bonos cibos, & bene dicere de eis. Postea uenit, ultimum pomum, pyrum amarius felle dedromitis ad dentes: sed cōmisi tale; & tale peccatum. Etiam ex Gula oritur otium, & ex otio ludus, quia vultis statim postquam saturati estis cōmorari ludentes, & omnem substantiā uestram cōsumentes, & etiam q̃ non habetis. Quod est alterū præcipitiū, ex
14 quo anima præcipitatur, & in alia plurima pericula incidit; sicut sagitta uenenata, quæ quanquā ipsa ferit, grauius tamen damnum uenenum infert, quo infecta est sagitta, ludus, quo ad magis ferit crumenā, sed cauete à repensis, quę secum affert. Est enim sicut uerticulum multarum calamitatum, quæ ex ueneo dimanant. Sancti largiebantur bona sua propter Iesum Christū, lusores uero oīa sua distrahunt propter folium pictū. Diuus Martinus scidit pallium, illi uerò non pallium tantum, uerum & omnia uestimenta sua, & omnia quæ habent ad sustentationem suam, in ludo consumunt, & postea dicunt: ad furendum, eia. Hæc omnia secum 15
affert gula. Quapropter uos rogo, fratres mei, per sanctum amorem illius, qui tam moderatā hanc mortalem uitam duxit, ut curetis tēperatissimi esse in cibis uestris, & non modò euitabitis multa peccata, sed dispositi manebitis ad seruiendum maximè diuinę maiestati. Qn̄ testa ad ignem posita nimis Simile.
feruet, ne aliquorē diffundat unū ex tribus remedijs solet applicari: solet infundi parum aquæ frigidæ quod si hoc nō sufficit remouetur paululùm ab igne, quod si nec hoc prodest, remouetur penitus ab igne, ne tanto calore æstuet. Corpora nostra sunt testes fictiles, sæpenumero feruent ardentissimis passionibus, & sensualibus motibus: optimum est remedium ad hos ardores mitigandos infundi aquam frigidam, qui est 16
timor Dei. Timor domini expellit peccatum, Ecclesiasticus ait, Fortissima recordatio Eccl.1.
terribilis iudicij Dei, & arctissime rationis, quam reddituros es, est aqua frigida, quæ hos ardores extinguit, ne incidas in aliquod peccatum. Sic dicebat Iob: Posuisti in neruo pedem meum, & obseruastis omnes semitas meas. Posuisti Domine pedem meum, qui est affectus meus uinctum in cippo, ita ut non possit huc atque illuc moueri (sic accipitur hic, etsi in alijs locis sanctæ Scripturæ accipiatur pro neruo.) Cippus conficitur ex duobus lignis quę coniunguntur in summitatem, & in medio apprehendunt pedem, Sic manet affectio in cippu, idest, inter duos timores, timorem, scilicet, inferni, & finalis iudicij, qui animam comprehendunt cum 17
eius affectu, ne extra uoluntatem Dei exeat. Et ideo subdidit: Et obseruasti omnes semitas meas. Illud, & significat ibi causam, id est, quia obseruasti omnes semitas meas. Quia Domine rationem habes omnium meorum passuum & uias meas examinas, & hæc omnia animaduertis, ut postea mecum rationem ponas. Ideo sisto, nec audeo moueri sicut uinctus in cippo. O filij Adæ si uelletis, ex multis horis, quas quotidie in uanitatibus consumitis, unam tantū in consideratione harum rerum semper

mane

Iob.13.

manè contumere contēplātes quod iā estis in illa nouissima hora reddētes rōnem dissō lutionū vestrarū in cōspectu illius metuēdi iudicis?ò quā cōmodū esset hunc iniici uobis cippum ad pedes,ne tā uagi ac dissoluti essetis. Secūdum remediū est separare testā ab igne. Hoc est fugere occasiones, in his enim peccatis ita uictoria reportat. In alijs peccatis cōparatur uictoria resistēdo: ut ait
Iaco. 4. B. Iacobus,resistite diabolo,& fugitiua à vo
1.Co.6. bis. Qn autē D. Paulus loquutus est de hoc peccato dixit: Fugite fornicationē. Ad hoc prælium nulla sunt aptiora arma, quā leporis (dixit quidam) & quę arma habet lepus?
18 Nō habet sane cornua velut taurus,aut acutos dentes sicut canis, nec crudeles vngues sicut multa animalia:habet tn̄ velocissimos pedes quibus fugit. Hos oportet habere ad hoc peccatū fugiendū,& victor euades. San
Aug. li. de hon. muli. ctus Augustinus ait: cōtra libidinis impetū apprehēde fugam,si vis obtinere victoriam. Dicit quispiā, volo habere quod uincam, & quid est hoc volo habere quod vincam, nisi nolo habere peccata. Hæc ille: dicetis. pater in tentationibus meis facio hæc oīa,quę doces, fugio conuersationes, cōmoror in meo sacrario occupatus in sanctis considerationibus,& hæc oīa nihil mihi prosunt, uel saltē parū. Tolle ergo frater mi ligna, & experieris,qualis postea sis:recollectio.n.& consideratio, vna cum mensa lauta,& delicatis cibis non effectum debitum consequuntur. Quapropter his duobus adde hoc tertium,ꝙ est, maxima temperātia,& abstinētia, & statim videbis testā sine feruoribus. Hæc est enim vna ex uirtutibus, & bonis temperantiæ, & alia est;quod nisi tantum consumpseris ha-
19 bebis plus, quod pauperibus possis erogare. Hic infelix diues prę multis delicijs redditus est immanis & sine misericordia, & tādem ipsæ deliciæ perierunt.

Et mortuus est diues. Notate ad hoc ꝓpo
Gen. 4. & 5. situm maximū mysterium,ꝙ est in Genesi. Describens illic Spiritus sanctus generationem Seth,quæ est electorum,& generationē Cain, quę est reproborum, semper dicit de vnoquoque electorum: Vixit tot annos & mortuus est. Vixit Adam annos nongentos
20 triginta,& mortuus est. Facti sunt oēs dies Seth nōgentorū duodecim annorū, & mortuus est. Et sic de singulis. Quod de nullo reproborum dicitur,nec de eorū uita fit mentio,quia fuit praua, & ēt, quia eorum præsens vita non fuit uita,sed mors potius, nec aliquis illorum mortuus esse dicitur, mors enim taliū non finita est, sed in perpetuum morietur. Itaque bonus mortuus est, finijt mori iā eius mors trāsijt, modo uero viuit & uiuet in æternū. De malo aūt non dicitur quod mortuus est,nondum.n.definit mori, non eius mors prętenijt,quia nunc moritur & in æternum morietur,& ab eius morte tēporali incipit eius mors æterna. Iuxta hoc Ambr.
notat D. Ambrosius super hanc historiam Euangelicam, quod loquens Christus Redēmptor noster de diuite dicit ꝙ mortuus est diues. Nō dicit,mortuus est ille N. vocās
cum nomine suo,ꝙ si eum proprio nomine 21
non nuncupauit,non fuit ex ignorantia,reste.n.illud sciebat,ille qui cum esset homo, erat Deus uerus. Sed dicit: Diues ille,hoc est mortuæ sunt eius diuitiæ,pompa, vanagloria,mortuę sunt eius effrænatæ uoluptates, oēs perierunt,non aūt dicit illum mortuum fuisse, semper.n. & in sempiternum morit. Quādo autem de paupere loquitur eum nomine suo appellat,& cum iā illum nominasset & dixisset; *Erat quidam mendicus nomine Lazarus.* Ait postea: *Factum est,ut moreretur mendicus,&c.* Mortuus est præsenti vitæ,finitæ sunt eius calamitates, eius mors,
& ærumnæ finem habuerunt, vt inciperet 22
viuere in sempiternum. Hoc est,quod dixit
S. Paulus. Omnes quidē resurgemus,sed nō 1.Co.15
omnes immutabimur ꝙ licet oēs resurrecturi sumus,non tn̄ oēs mutabimur. Acsi dicat non omnes renouabimur. Reprobi.n. non immutant, aut renouantur, siquidē de interitu,in interitum & de ęrumna in ęrumnam migrant,& de temporali malo huius sæculi,ad ęternū malū futuri sæculi transeunt.
Soli autem electi immutātur, trāseunt n.de 23
uno contrario in aliud,de labore in requiem, de ignominia,in gloriam,& honorem,deq; fame in maxima saturitatem transmigrant. Hic infelix diues fuit unus ex illis, qui non fuerunt renouati. Cū magis pręsenti uita delectabatur, eum deprædata est mors .n. flagranti delicto; Hoc est enim, quod frequenter malis solet accidere. Mirifice notat sacra scriptura,quod uenit diluuium anno sexcentesimo uitæ Noe, mense secundo, septimo
decimo die mensis, rupti sunt omnes fon- Gen. 7
tes abyssi magnę, & cataractæ cœli apertæ sunt, &c. Mense (inquit) secundo, qui est Maius: iuxta illud tempus in quo incipiebat annus in Aprili,quod est tempus iucundius totius anni, & humanæ uitæ suauius

nius, quanquam iuxta opinionē aliorū fuit
in mense Septembri, q etiam est unus; ex
temperātiorib. & iucundiorib. in quo ma-
turi sunt fructus, & ad maiorem iniquorum
pœnā eos destruxit cum magis gauderent
uiuere, & cum iā tulerāt hyemis frigora, aut
ueris calores fuerāt perpessi. Hoc modo pu
niuit Deus locupletissimū illum, de quo di
Luc.12. cit S. Lucas, q cum intra se diceret: qd faciā
q nō habeo ubi congregem fructus meos?
& dixit, hoc faciam: Destruam horrea mea
& maiora faciā, &c. Audiuit uocem Dei di-
24 centis sibi. Stulte qd facis, hac nocte aīam
tuam repetent a te, q aūt parasti cuius erūt?
1.Thes.5 Ideo B. Paulus dixit, cū dixerint, pax & secu
ritas: tūc repentinus eis superueniet interitus.
Ecce qūo impletum hoc fuerint in hoc mi-
sero, cui dr̄, q illa nocte qn̄ arbitrabat se tu
tiorem esse, arripienda erat aīa eius a diabo
lis. Hoc dixit etiam maximo affectu Iob:
Iob.8. Nunquid uiuere potest scirpus absq; humo-
re, aut crescere carectū sine aqua? cū adhuc
sit in flore nec carpat manu ante omnes her
bas arescit, sic uię oīum, q obliuiscunt Deū
& spes hypocritę pibit. O Deus, Deus, Deus,
qs haberet spiritū ad exaggeranda hæc uer-
25 ba, ut ipsa merentur? Pōt ne (inqt) scirpus
sine humore uiuere, pt arūdo sine aqua lacus
accrescere? minus ergo potest hō sine Dei
auxilio uiuere. O homo uane, q uelut scir-
pus, & arūdo nihil habes aliud pter uirorem
istum, exterioremq; pulchritudinem, totus,
in interiori es uanus, affers intra caput tuū
mappamundi, aduerte peccator, q qn̄ uiri-
dior fueris, & plures flores habueris te ino-
pinātē repentina mors arripiet sicut solet fa
cere similib. tibi, & maximo dolore afficie-
ris, ac præ cōpunctione barbā dilaniabis, eo
q tot occasiones ptermiseris, in qb. posses
26 Deo seruire. Quoties audiuimus Ioānes ad
regij senatus cōsultū, deniq; ad præsidis fa-
stigium pmotus est. Petrus præfectus est E-
piscopus talis urbis, & postea Archiepisco-
pus creatus est, & anteq ad eū statū peruenis-
sent mortui sunt, & nescimus qūo. Hæc est
merces q soluit mūdus, sicut cernit in illo,
qui suspendendus est. Tot homines, tot præ
conia, tantus comitatus, porrigit ei manum
carnifex dicens; Ascende, ascende frater, &
qn̄ non putat aufert scalas, & miser rema-
net suspensus. Sic soluit mundus. Modo sū
Baccalaureus, postea Licentiatus, & postea
Doctor: postea uerò Prętor. Serui te, serui te
sæculo, namq; inopinato, cum magis clari si
tis, Deiq; immemores, nobis, insidias para-
bit, qua uos ī infernū detrudat. O miseri hu
ius seculi filij, quare hæc non aīaduertitis?

Mortuus est diues. Et diuitias reliqt, nec
earū quicq secū detulit. Magnus Soldanus
Babylonis cū iā in ultimo mortis trāsitu es-
set, iussit signifero suo, qui eius uexillū sole-
bat ferre, ut affigeret hastæ partē illā sindo-
nis, qua inuoluendus erat, & exiret per totā
Babylonem uociferans. Videte homines,
quem exitū habebit magnus Soldanus, cu-
ius imperio tot reges subiecti erant, ex om-
nib suis regnis, & thesauris, hoc solū secum
asportaturus est. Heu qtam omnib nobis
hic infidelis infligit alapam si hoc sentiebat
Gentilis, qd necesse est sētiat Christianus,
qui gloriæ, & inferni fatetur æternitatem? 28


Et sepultus est in inferno, &c. O Domine
Deus, & quāta uanitas est inter Christianos
circa hoc. Sepulchra, & eorum magnificen-
tia, ab Ægiptijs inceperunt, q domos has in
quibus habitamus, qdiu uiuimus, diuerso-
ria uocabant, sepulchra uerò domos pro-
prias appellabant, & ita curam, quam alij ad
hibent in sumptuosis ædib. cōstruendis, illi
adhibebant, in sepulchris parandis. Atque
hinc habuerunt originem Pyramides, q re-
gnū sepulchra erant, & tātus fuit excessus,
quem gentes in sepulchris instruendis ha-
buerunt, ut dicat Tullius, lege cautum fuis- Tul.li.2.
se neq sepulchrū instrueret maioris operis, de leg.
q q possent facere decem hoīes triduo, &
certus terminus eis assignabat, extra quem
non poterat ædificare. Si ergo inter gentes
constituebatur taxis, quare hoc nō erit etiā
inter Christianos? sed sic est, q si uani in ui-
ta, uaniores sūt in morte. O quot diuitibus
hoc forte contingit, q huic misero diuiti
accidit, qui cadauera sua in pretiosis monu-
mentis, & auro insculptis collocāt, aīæ uero
detruduntur in infernū, ut in ęternum con- 29
burātur. Pauper Lazarus mortuus est, & for
te uix eius corpori sepulchrū fuit, sed in an-
gulo alicuius cœmeterij sepultus fuit, at ue
ro aīa eius delata fuit ab Angelis in sinum
Abrahæ, ut inter iustos collocaretur, in quo
loco tāta erat cōsolatio, licet Deū nō uide-
rēt. ut arbitratus fuerit, diues helluo, qui in
infernū commorabatur illis ardentissimis
flāmis incēsus, qd una tm̄ gutta illius con-
solationis poterat linguam suam refrigerā
re, & sic eam petebat ab Abrahā. Quod si
tanta erat consolatio, qua ibi iusti afficiebā
tur, qui adhuc non erat beati quid erit in
gloria

gloria vbi Deum aspiciunt:& sic ait D.Augustinus: tanta est dulcedo futuræ gloriæ, ꝙ si gutta vna in infernum deflueret, totã dãnatorũ amaritudinẽ dulcẽ efficeret. O mirifica verba, ô eximia exaggeratio, si vna gutta illius gloriæ sufficeret infernum in dulcedinem conuertere, quid erit tota gloria, quã anima beata possidet. Profectò si hoc cõsideraremus vt cõsentaneum est, die noctuq; lachrymaremur, & optaremus tãto bono iam perfrui. Sed pp defectum huius considerationis cũ tanta negligentia viuimus, ac si illud nõ crederemus. O Deus cælestis, salua nos, & à tam terribili corpore, & ignauia nos libera. Confortabantur Hebræi inuicẽ inter se dicẽtes. Surgite, vidimus ñ terrã valdè opulentã, & vberẽ, nolite negligere, nolite cessare, eamus, & possideamus eam, nullus erit labor. Sic oportet fratres mei nos inuicem incitari, ut tam locupletẽ, & vberẽ possessionẽ sicut gloriã, consequamur. Ad q̃ nos perducat Iesus Mariæ filius, qui viuit, & regnat in sæculorum sæcula. Amen.

Aug. sermone de beatitudine cœli.

Feria V. post Dominicam I. in quadragesima.

Homo quidam erat paterfamilias, qui plantauit uineam. Matt. 21.



IN hac Parabola uocat Christus R.N. Ecclesiam suam, vineam, non eam uocat hortũ, quia qñ hoĩes aliquas plãtant arbores, nullas componunt tanto metro, & ordine sicut vites vineæ. Plãtat quis oliuetum, & disponit illud ad oculũ & dicit, Ponite hic hanc oliuã, & illic aliam, sicut sibi vr̃, & sic in cæteris arboribus, quas in horto plantat. Qui ãt vineã plantat, priùs metitur magno fune circuitum latitudinis, & longitudinis, quem hẽre oportet uineam & plantas vites, metitur regula, ita vt vnaquæque sit in debita dimensione cum altera ne una impediat alteram. Sic debent esse homines, qui in hac Ecclesia viuunt, vt vnusquisque in loco sibi debito cõmoretur, cum mẽsura, & moderatione, ne alter alterius occupet locum, vt vnicuique sit spacium, in quo possit uiuere absque alterius præiudicio. Si .n. vnus totum vult occupare, & cum maxima amplitudine viuere, necessario oportet cum notabile incommodum fratribus suis inferre. Quapropter quærebatur Deus per Esaiam dicens. Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vsq. ad terminum loci, nunquid habitabitis uos soli in medio terræ? Non eos reprehendit, ꝙ furentur, sed pp cupiditatẽ accumulandi domos ad domos, terminos ad terminos, & ꝙ nunq̃ saturentur, diuitias acquirentes proximis officientes, nec eis relinquẽtes spacium vbi possint habitare. Ideò non dicit, væ furãtibus, sed uæ coniungentibus domum ad domum, & omnia volentibus comprehendere 2
ac si illi soli in orbe victuri essent. Dicitur et vinea eò ꝙ non sit arbor quæ pauciori terra contenta sit, quam vitis, qua vinea conditur & sic oportet esse vnumquemq; Christianorum, qui in hac Ecclesia viuunt, ut S. Paulus dicebat, Habentes autem alimenta, & quibus tegamur his contenti simus. Videtur nondum ausus fuisse dicere, habentes uestitus, & alimenta consentaneum est, ut simus contenti: sed ait, habẽtes tegumenta, etsi sint uestes tritę, & laceratę quantuncũque uiles: hoc debemus esse contenti ij, qui nos Christianos esse iactamus. Item uites sunt arbores, quæ paruas radices agunt in terra, cæteras arbores vix hominum vires sufficiunt euellere è terra, tantas tamq; profundas agũt radices. Tales necesse est esse Christianos. In charitate radicati, fundati, & ait S. Paul. radices nostræ non debẽt esse in terra, sed in charitate, & in Deo, qui eius est fons. 3
Vt qñ diuina Maiestas nos uocauerit, non inuiti, sed libentissime ex hoc sæculo exeamus. Habent etiam vites uineæ, aliam singularitatem præ cæteris arboribus, quòd opus est eas quotannis amputari, & circunscindi, vt bonos fructus faciat. Et hoc ipso opus est hominibus Christianis, quod non modo quotannis sed quotidie necesse est amputemus multos excessos, qui sunt in nobis ut S. Paulus nos admonet dicens. Expoliantes uos veterem hominem cum actibus suis, induentes nouum. Veterem hominem vocat hic omnem deprauationem, quæ in vnoquoque nostrum per peccatum originale mansit, ex qua procedunt veluti pampani plurima mendacia, 4
fictiones, cupiditates &c. Hæc omnia necesse est singulis horis amputare, si debitum virtutis fructum ferre volumus. Hanc prætereà excellentiam habent vites vineæ inter cæteras arbores, quòd reliquæ arbores vix vno anno duos digitos accrescunt, uites uerò duobus mensibus, ecce q̃ntùm ma-

1 Ad Timo. 6.

Ephe. 2.

Colo. 3.

gnas producunt virgas: ut visu sit admirabile. Sic debent esse Christiani, qui ad oculum dent semper ad palmos (vt aiunt) accrescere: Hoc visus est significare S. Paulus, cum de seipso loquens dicit. Quæ retro sunt obliuiscens, ad ea verò, quæ priora sunt extendens meipsum. Oblitus oium rerum, de quib. in hoc sæculo possem gloriari, curo crescere, & progredi in rebus perfectionis. Vaditis ad uenandum, & uidetis quòd canis insectatur leporem, hic eu arripit, & illic desinit, & vt se extendere, & dicitis: Canis hic certe funis sit. Vt extendit corpus ad persequendum leporem. Sic faciebat S. Paulus in virtutum exercitatione, extendens meipsum, vt funis dilator, vt perueniam ad destinatum brauiū supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Qd est cum auxilio Iesu Christi. De hac vinea dixit Esaias. In die illa uinea meri cantabit ei. Significans in hoc, quod tempore legis gratiæ, hæc ecclesia militans laudatura erat maximè Deum, plena vino purissimo amoris. Ideo vocaeat vineam meri. Vineam vini puri, & amoris ardentissimi, hic est enim fructus eius vineæ. Sed sicut inter omnes arbores, vites optimum ferunt fructum, sic nisi illum ferant sunt inutiliores oibus. Ideo percontabatur Deus Ezechielem, Fili hominis quid fiet de ligno vitis ex omnib. lignis nemorum? nunquid tolletur de ea lignū ut fiat opus, aut fabricetur de ea paxillus, ut dependeat ex eo quodcunq; vas? Nihil est ea inutilius nisi fructum ferat, nec de ea sella, nec scānum, nec quidem paxillus ex quo dependeat vas pōt confici, ad nihil aliud prodest nisi ad ignem. Sic profectò sunt Christiani, quia si amoris fructum reddāt, magni sunt pretij & æstimationis corā Deo, si verò fructū nō ferāt nō possunt nisi vt cō.jciantur in ignē æternum. Quid fiet de ligno vitis? quid pt fieri de misero peccatore, quo nihil est inutilius? vis cōficere ex eo optimū monachū? nō est possibile; monachum n. oportet esse optimum Christianum, q est totius religionis initiū, oportet esse obedientem, & pauperem spiritu, &c. Peccator verò est vice uersa. Quid ergo fiet de ligno vitis? Vis efficere ex eo optimum clericum? nec prodest ad hoc. Clericus debēt esse castus, deuotus, misericors, & cæt. Peccator vero nihil horum habet. Quid ergo fiet de ligno vitis? vis efficere ex eo prętorem? et ad hoc nihil valet. Qui enim futurus est iudex aut pretor non debet esse alicui propensus, nec pertinax, nec vtilitatis cupidus,

Phil. 3.

5

Simile.

Esai. 27.

6

Eze. 15.

7

magnam debet habere rectitudinem, non debet esse acceptator personarum, &c. Hæc omnia desunt peccatori. Quid igitur fiet de ligno vitis? vis efficere ex eo uirum primarium? nihil prodest ad hoc. Vir enim primarius animi magnitudinem habere debet cōtra tyrannides, debet esse pater orphanorū, & viduarum protector, &c. Peccator autem tyrannus quidam, omnes vult destruere, qui deuorat plebem meam sicut escam panis. Quid igitur fiet de ligno uitis? uis efficere ex eo optimum prælatum? Ad hoc minus prodest. Prælatum enim omnium uirtutū oportet esse exemplar: peccator uero est abominationum cauus. Quid ergo fiet de ligno uitis? quòd ne quidē prodest ut ex eo seruus quidem efficiatur: seruum enim Domino suo fidelem esse oportet, peccator autē nullam cum Deo habet fidelitatem, quomodo eam cum hominibus habebit? O miseram creaturam, quæ ad nihil prodest, nisi vt gehennalibus flammis comburatur. O fratres mei curate omni diligentia, siquidem estis vites huius sanctæ uineæ, ut fructum vini meri, & purissimi amoris reddatis. Ne de vobis dicatur, q tanto dolore dicebat Moyses de illo ingrato populo, postquam in eos cælum, terramque inuocauit, eos reprehendit, eo quod fructum fellis, & amaritudinis Deo redderent, vua eorum vua fellis, & botrus amarissimus. Hoc nomen tribuit Spiritus Sāctus peccato. Ita B. Petrus dixit maximo cuidam peccatori. In felle amaritudinis, & obligatione iniquitatis uideo te esse. Fel amaritudinis uocat iniquitatem, licet enim tibi peccatori dulce sit peccatum, Deo tamē est amarissimum, qui si amaritudinem posset recipere ex nulla re maiorem acciperet, quam ex peccato. Quapropter animaduerte homo quid facias, quot enim peccata committis, tot felles amaritudinis reddis altissimo Deo quantum ex te, à quo tot, tamque ineffabilia beneficia accepisti.

Psal. 13

8

Deu. 32.

9

Act. 8.

Iam explicuimus, quænam sit uinea, & quæ eius uites, nunc autem oportet nos scire, q sit uallum, quo Deus eā muniuit, dicit nāque: *Et sepe circundedit eam, &c.* Hoc vallum, absq; dubio, est suprema Dei misericordia, ut dixit Dauid. Qui coronat te in misericordia, & miserationibus. Ex quo sequitur quod siquidem Misericordia diuina nos uallo munit, & circundat; nihil boni, maliuè ad nos potest transire, quod per eam nō trāseat, & ita omne bonum, undecunque venerit

10

rit debemus cognoscere, qd' ex Dei miseri-cordia puenit, ut Deo cum illo bono seruiamus. Hac de causa, iusti qui cqd accipiebāt, à manu Dei procedere dicebāt. Cū Esau in-
Gen. 33. terrogaret Iacob, q̄ nā essent pueri illi: Respondit. Paruuli sunt, quos donauit mihi dominus. Et offerens illi certum munus, dixit: suscipe benedictionem, quam attuli tibi, & quā donauit mihi dominus tribuēs omnia.
Gen. 48. Etiam Sanctus Ioseph cum eius pater interrogauit eum, qui paruuli essent illi respondit: Filij mei sunt, quos donauit mihi Dominus in hoc loco. Et cum filij Iacob inuene-
Gen. 42. runt munera illos in sacc is dixerūt. Quidnā est hoc, q̄ fecit Dñs nobis? Nō dicūt. Hę aliquæ insidię sunt, quas nobis illi parauerunt, aliqua hic latet calumnia, sed oīa Deo
11 remittunt cum illa prudētissima Abigail accessit ad Dauid, & suis optimis sermonibus
1. Re. 25 eius furorē mitigauit, quo in uirū suum Nabal cōcitatus erat: dixit uir Sanctus: Benedictus Dominus Deus Israel, qui misit te hodie in occursum meum. Non tu ex instituto tuo uenisti, sed Deus te misit, ut per te hoc mihi faceret beneficiū. Et sicut fatemur oīa bona per misericordiā Dei transire. Sic idē de laboribus dicendū est, qd' non poterunt ad nos accedere nisi per misericordiam Dei trāsierint. Siquidem ipsa nos crauit. Dauid
12 cū eum Semei lapidaret & malediceret, dixit: Dimitte eum ut maledicat, Dñs eum p̄-
2. Re. 16 cæpit ei, ut malediceret Dauid, & quis est, q̄
Psal. 38. audeat dicere, quare sic fecerit? & in Psalm. Opprobriū insipienti dedisti me, obmutui, & nō aperui os meū, quoniā tu fecisti. Et S.
Iob. 1. Iob dixit: Dñs dedit. Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictū. Nō dixit: mea maxima industria mihi dedit, nec boni & fertiles anni, q̄ successerunt, aut boni serui, quos habui has diuitias mihi acq̄sierunt, sed Dominus dedit. Nec etiam conqueritur de Sabæis, aut Chaldæis, qui bona sua diripuerāt pecora deprædati fuerāt, pastoresque inter
13 fecerāt, sed dicit Dominus dedit, Dominus abstulit, ipsi omnia tribuo. Etiam naturales successurus, fælices, & infælices, debemus cognoscere, è manu Dei deuenire, quod signi-
Psal. 48. ficauit Dauid dicens. Ignis, grando, nix, glacies, quæ faciunt uerbū eius. Fatetur omnia hæc nihil aliud facere, quam, qd' Deus præcipit. Cum frater ignis te calefacit, & delectat in hyeme, hoc Dei imperio facit. Et cum coquit panem, & cibus, quos manducaturus es, & cum domum tuam concremat, & diuitias inflāmat, etiam facit, quod ei Deus imperat, & grando, cū terram uberem reddit, & cum fructus lapidat, in utroque adimplet uoluntatem Domini, & nebula cum fæcundat terram, & cum uias caligine implet, & uiatores ab itinere aberrant, etiam facit preceptum Domini. Et glacies cum sata obdurat, ut uberius fructificent, & fortius erumpant, & cum arbores & uineas perdit, in omnibus facit, quod 14
Deus imperant. Et cum aer te refrigerat in uere, & cum tempestatem concitat, & domum destruit, & naues in mari submergit, præceptum Dei complet. Quapropter debemus, non tantum in prosperis, sed etiam in aduersis Deum laudare etiam in naturalibus euentibus, siquidem, omnia ab eius manu proficiscūtur, & per eius misericordiam transeunt. Benedicant te Hierarchię cæli, & omnes terræ creaturæ Deus uiscerum meorum, ac cordis mei, qui non solum, quando mihi benefacis, prodes, sed etiam, quando incommodum infers mihi benefacis. Laudate & exaltate fratres mei, sic in oībus hūc 15
tam bonū Deum ac Dñm, siquidem oīa ad nostram utilitatem disponit opus est, ut diligenter perpendamus, quod Dauid adiunxit misericordiæ miserationis dicens, qui coronat te in misericordia, & miserationibus, qui te circundat misericordia, & operibus, quæ ex illa procedunt. Quomodo addidit unum alteri? ut significaret, quod ubi est uera misericordia, si possibile est, oportet esse etiam actu misericordiæ. Tam naturale enim est uirtuti, quæ insidet animæ producere actus iuxta qualitatem suam, quam arbori, fructus ferre secundum speciē suam. Itaque uerus humilis debet habere actus humilitatis, aliter, erit fictus humilis, & misericors debet facere opera misericordiæ, Et idem est dicendum de reliquis uirtutibus Hanc philosophiam moralem nos docuit uerus Magister Iesus Chrs filius Dei 16
dicens. Arbor bona bonos fructus facit, Ea- Matt. 7.
dem Metaphora usus est D. Ioannes Bapti- Luc. 3
sta admonens Pharisęos, qui se ueros pœnitentes affirmabāt, cū ueniebāt, ut ab illo baptizarentur, dicens. Facite ergo fructus dignos pęnitentiæ. Ac si diceret, si est uerum q̄ in corde uestro peccatorū uestrorū pænitētiā habetis, perspiciatur in operibus exteriotibus. Si hæc arbor pænitentiæ in anima uestra plātata est, scitote hūc esse fructum quam

pro-

producit, uitæ correctionẽ, suspiria lachry-
mas orationes, ieiunia, & hæc similia. Vt vi
uatis sicut, quos trãsactæ uitæ pœnitet. O q
nuncij sunt hi filijs huius sæculi? ò fratres
mei quã metuendũ est, ꝙ inter nos agitur,
quod postquã grauissima peccata commisi-
mus, tã læti, tãq; hilari vultu ad confessio-
nẽ accedimus, acsi peccata essent maximæ
virtutes, quæ Deo placerent. Vbi sunt hæc
opera pænitentialia, siquidẽ dicitis uos ha-
bere pœnitentiã in corde? Maxima ratio est
17 quare timeamus nõ esse in nobis uerã pœni
tentiã, & idẽ possumus dicere de cæteris om
nibus uirtutibus quam parũ illarũ sit in uo
bis, cum tã parum exterioribus actibus ma
Ioel. 12. nifestetur. Videte q̃d dixerit Dominus per
Iodem, conuertimini ad me in toto corde
vestro &c. Aduertite homines, quod estis
parũ vrbani, auersi à me, & conuersi ad crea-
turas, acsi illæ remedium uobis essent colla
turæ, eijcite iã hunc errorẽ. Conuertimini
ad me cũ amore, & affectu, creaturas contẽ-
nentes, & hoc debet esse in ieiunio, & fletu
& planctu, quemadmodũ morbus, q statim
in faciẽ non prodit & exterius apparet, aut
18 non est uerus morbus, aut saltẽ leuissimus,
Simile. sic etiã spiritus afflictio nisi exterius in cor-
poris afflictione apparet, uel non est uera
afflictio, uel saltẽ est minima, uera enim &
maxima afflictio in uultũ ꝓdit. Hoc uoluit
significare Spiritus Sanctus dicens. Spiritus
tristis exiccat ossa. Quod non solũ, carnem
macerat, & vultum facit marcescere, uerum
& medullas cõsumit & ossa arefacit. Quid
Pro. 17. igitur ad hoc respondebitis, qui estis tã pin-
gues, tam læti, tã perpoliti, tãque pomposi,
postquã tot tamque horrenda peccata com
misistis? O incommutabilis Deus, quãtum
circa hoc dici posset. Tu Domine remediũ
adhibe pro tuo sancto nomine. Hæc omnia
diximus occasione illorum verborum Daui
dis, quod Deus nos in misericordia & mise-
rationibus coronat, quæ sunt beneficia, quę
19 ex misericordia dimanant.

Cum igitur maximè compertum sit, ui-
neam quã Deus in terra plãtauit, esse hunc
statum, & Rempublicam, quã diuina Maie-
stas habet in hoc mundo, atque hanc Eccle
siã uniuersalem, quę ab origine mundi ince
pit, & in cõsummatione sæculi finietur: hęc
uinea olim erat apud Iudæos, ut debitũ fru-
ctum redderent, & gratias agerent, illis misit
Deus nuncios suos, prophetas, ac sanctos
uiros, quos ita iniuste tractarunt, ut eis ui-
tã auferret. Et cũ Deus eos (humano uideri)
destructurus esset in suppliciũ immanitatũ
eorũ, in eos ineffabile illud contulit benefi-
cium, ꝙ eis unigenitũ filiũ suũ misit, quem
extra ciuitatẽ tulerũt, tanquã extra uineam,
& ei, (ut omnibus perspicuũ est) mortẽ sæuis
simã intulerũt, dicẽtes, ut impudici. *Venite
occidamus eum, & habebimus hæreditatem.*
Videamus nũc. Hic primogenitus nõ habe
bat patrẽ? q̃d ergo dicũt, si eũ occiderimus
habebimus hęreditatẽ; pater, q misit seruos 20
& misit filiũ suũ, non superest, ut eã recupe-
ret? Ideo arbitramini, uos esse habituros hæ
reditatem? Hoc profecto significat peccato
rũ cęcitatẽ, qui ne pũctũ quidem præter tẽ-
pus præsens prospiciũt, nec rerũ euẽtus ani-
maduertũt, quos si animaduerterent, fortas-
se Deũ nõ offenderẽt, sicuti offendũt. O fra
tres mei, si cũ uultis peccatũ effrænata cupi
ditate cõmittere, parumper reflecteremini
considerãtes quid ex hoc possit prouenire,
q̃ maximũ remediũ reperiretis, ut ulterius
non progrederemini, & ab incepto desiste-
retis. Nihil eorũ hi aduerterunt, sed tãquam
homines sine pudore, ac timore, & absque
ulla cõsideratione dicentes, & faciẽtes auto-
ri uitę, mortem intulerunt. O ineffabilẽ Dei
clementiã. Nam uix cruor exiccatus erat, 21
in lapidibus Caluarię montis, cum iam his,
qui tantum facinus perpetrarũt. Apostolos
mittit Christus redẽptor noster, ut eis pęni-
tentiam prędicẽt, quia tantã iniuriã & abo
minationẽ illis uult dimittere. Sic dixit pijs
simus Saluator discipulis suis eodẽ resurre
ctionis die. Quoniã sic scriptũ est, & sic opor
tebat Christum pati, & resurgere à mortuis
tertia die, & prædicari in nomine eius pęni- Lu. 24.
tentiã & remissionẽ peccatorũ in oẽs gẽtes,
incipientibus ab Hierosolyma. Quid plus
põt dici de pietate Dñi? & super hoc, eis mi-
sit spiritum sanctũ, qui eos doceret & illu-
minaret, cuius uirtute tot miracula facta
sunt Hierosolymis, ut sufficerent ad lapides 22
conuertendos, hi uero in dies duriores red-
diti sunt. Ideo eis hãc parabolam Iesus Chri
stus proposuit, ut suo ore, non intelligentes
quid facerẽt, cõtra seipsos sentẽtiam ferret,
fatentes quã iustũ esset ut eis uinea adime
retur, & ipsi destruerentur. Recte cognosce
bat Dñs, ꝙ nunquam hi peccata sua cogni
turi essent in se, nisi ea in alijs poneret. Hoc
morbo, s. ꝙ se nõ cognoscerẽt, semper gens
illa misera laborauit. Et nũc, ẽm peccata no
stra, nõ deest, q eodẽ morbo laboret, ꝙ est
sum-

summū oīum malorū: vt ostendit Deus per Hieremiā post q̄ numerauit maxima scelera atque iniurias in ꝓximos, maxima in sacrificijs sacrilegia dixit: A seculo cōfregisti iugū meum, &c. In omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu ꝓsternebaris meretrix &c. Ipsi, & reges eorum, principes, & sacerdotes, & prophetæ eorum, dicentes ligno, pater meus es, & lapidi, tu me genuisti. Quę maiora scelera quam esse poterāt? Et tamen addidit Dñs: Et dixisti absque peccato, & innocēs ego sum, & propterea auertat furor tuus a me. O maximā miseriā, & cęcitatē. Tot
23 habes peccata, & dicitis: Non peccaui, nō habes quare me punias, idcirco dicit Deus: ecce ego iudicio cōtendam tecū, eo qd dixeris: Nō peccaui. Volo te cōuenire in iudicio, nō tam pp hæc oīa peccata, & idololatrias, quā propter hanc summam peruersitatē, qp tā cæcus es, vt hæc tanta flagitia nō iudices peccata esse. O rē stupendā, qp in tātam cęcitatem anima deueniat, ut cū sit sceleribus obruta, nō ea cōscientia stimulet, & tā secura sit, ac si nullū commiserit peccatum. Deprecamini
24 Deum fratres mei, ne uos è manu sua dimittat, vt in tātā calamitatē nō deueniatis. Sed qd erit cū uineā Iudęis abstulerit, & ipsam nobis tā excellētē, & tot, tāq; cælestibus sacramentis exornatā dederit, si Dñm ipsum iterum nostris scelerib. crucifixerimus? Quā pęnam non merebimur tāta ingratitudine? Quæ maior amentia esse pōt, quā post tot, ac tanta beneficia, tā obduratos remanere?

Aullus Gelli' li. 5. noct ū Atticarum Appianus i 4. Rerū Aegyptiarū.

Aulus Gellius, & Appianus rē qdam mirabilē memorāt, & Appianus affirmat se eā proprijs oculis Romę ꝑspexisse. Qd' fuit vnum ex admirandis spectaculis quę in orbe contigerūt. Affirmant hi grauissimi viri, quod cū Romę leones agitarent, & aliæ feræ, cumq; hoīes morte damnati immitterētur, q cū illis belluis decertarent, exijt forte sæuissimus, & maximus leo qui maximis rugitibus, quos proferebat, oēs deterrebat. Et inter damnatos, erat quidam seruus genere Dacius, qui Andredus appellabatur. Hic immissus fuit
25 illi crudelissimo leoni. Iam potestis cogitare quanto metu perculsus esset miser homo arbitrans in minimo temporis spacio, se ab illa immanissima bellua esse lacerandū. Sed leo cum primum eum vidit stetit, vt admiratus, & postea cepit pedetētim incedere, & sic mitissime accessit ad hoīem, acsi illū cognosceret, & cępit illum permulcere maxima cū beneuolentia, seruus vero, vt vidit, & agnouit leonē, assumpsit animum, & alter in alterutrum cæperunt oculos cōijcere, magna cū hilaritate, & magni amoris signis. Admirante omni concione rem tam inuisam, & inauditam. Imperator q hoc spectaculo ēt admiratus fuerat, accersiri iussit hominem illum ab eo q̄siuit causam tātę nouitatis, ipse vero respōdit, qp cum in Africa in solitudine quadam commoraretur, Dñm suum fugiēs, cū que in spelunca lateret, ingressus fuit in illā speluncā ille leo percusso pede, & maximos præ dolore rugitus excitans, atq; ad se cum illa necessitate accessit, q cum curauit aufe- 26
rens ab illius pede maximum fomitem, vulnus pressit, abstersit, & alligauit, & postq̄ leo sanatus est illo vulnere, cum eo paucis dieb. habitauit in illa spelunca. Et cum leone mā ducabat prædas, quas leo afferebat. Sed postea cum illa cōuersatio, & leonina vita sibi displiceret, postq̄ semel leo ad uenandū exiuit, illinc ipse discessit, cumque postea comprehensus ad Dñm suum adduceretur, Dñs ira concitatus, eum ad bestias dānauit. Et dixit illum esse leonem, quem ipse curauerat in spelūca, q accepti beneficij memor, & illū tunc agnoscens, illam, quam oēs viderāt be- 27
neuolentiam sibi ostēdit. Imperator aūt hoc facto in admirationem raptus, eum liberū dimisit, & leone donauit, quem ipse postea Romę, funę uinctū deducebat. Eia homines belluis immaniores quid ad hoc respōdetis? quare nō uerecundamini? quare non pudet uos, qp feræ agrestes uobis excellant. Hoc qp diximus narrāt illi duo grauissimi uiri, quorum alter ꝓprijs oculis hoc uidisse asse, erat Si ergo bestię rationis expertes pro acceptis beneficijs gratias referre norunt, quare nos rōnis capaces, & fidei lumine illustrati, ita ingrati sumus ut nō modo nostro summo benefactori non seruiamus, sed maximas ei passim iniurias inferamus? Pudeat nūc nos propter honorem illius liberalissimi Domini, qui tot in nos beneficia contulit. Ti- 28
meamus, ne hæc beneficia in crudelissima uerbera nobis conuertantur: Sicut illis nuncios misit, & tandiu eos expectauit, sic nobis ēt mittit, & hodie & cras & multos dies expectat, & quando nihil proderit, omnia peruoluemus sicut & illi, & atrocius qdem; Ex patientia qua tecum, ò peccator, utitur Deus, patet, quantum repugnet Deus, ne tecum manus conserat. Transit per uiam molossus gressu tardo & quietus, cui obuiam exit catulus, & in molossum inuadit, ille

uerò

verò quia non vult tingi, tranquillus uiã pręterit, & ad plurimum, aliqñ reflectit, ꝙ si ex eius patientia occasionem sumit catulus ꝓlixius eũ molestandi, regreditur molossus ꝑ molestia, & arripiens catulum intercedẽtes, eũ dirutissime dilaniat. O quẽ ad simile hoc inter nos & Deum agitur? O Deus infinitæ maiestatis pro tua clementia te exoro mihi sermonẽ, & efficaciã concedas, ut res tam veras, & necessaria summa animi contentione pertractẽ. Animaduertite fratres; ꝙ estis
29
catuli, & Deum crebris sceleribus molestatis & quod statim vos non disperdit, occasionẽ sumitis, vt diutiùs in malis uestris perseueretis. Cauete ergo, nam Deus non semper vos feret, cauete, ego uos moneo, quod uestris insolentijs molestatus, uestrisque rebellionib. concitatus, uos dentibus iustitiæ suæ arripiet, & morte dilaniabit, corpus in sepulchrũ detrudens, animam verò in infernum præcipitans, vt in æternum crucietur. O quã horrendum est incidere in dentes furosis Dei, ut S. Paulus magna exaggeratione dixit. Hor-
Heb. 10 rendum est incidere in manus Dei viuentis. Cognoscamus ergo ingratitudinem nostrã & maximis Dei beneficijs incipiamus amodo respondere, diuinisque eius concionibus obediẽtes. Et arbitramini me eius esse nũciũ
30 licet indignum, & eum per me uobis nũciare, ut redditus sibi debitos persoluatis, & uineæ fructum feratis, purissimo amore tam bonum Deum complectentes, & eum qui uos tantopere diligit, inuicem diligentes. Sic enim apti eritis, ut eius diuinę gratię cõpotes efficiamini, qua inter uenientes, gloriam comparetis: Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Sabbatho post Dominicam II. In Quadragesima.

Hõ qdã habuit duos filios &c. Luc. 15

1 HOC euãgeliũ maximæ est cõsolationis, & est dignissimũ, ꝙ atẽtissime audiat, & maximi amoris visceribus percipiatur, ab illis pſertim, qui hinc perditionis suæ magnitudinẽ sentiunt, & in quo discrimine versentur animaduertunt, illic vero latissimã salutis suæ ianuam prospiciunt, & certissima impetrandi remedij (si volunt) pignora intuenẽ. (Recensuatur tota parabola ad literam) Sapientissimus Salomon mirificam illam exclamationẽ protulit, quam magna mĩa dñi, & propitiatio illius conuertentib. ad se. Sed est valde notandum, ꝙ exclamationem hanc protulit, post Ecclesi. quam dixit illa singularia verba. Nõ demoreris in errore impiorum, ante mortem cõfitere. A mortuo quasi nihil perijt confessio. Confiteberis viuens, viuus & sanus confiteberis, & laudabis Deum & gloriaberis in miserationib. illius. Et statim exclamauit dicẽs Quam magna misericordia domini & ꝓpitiatio illius conuertentib. ad se, & sequentib. hoc consilium, quod hic admonemur. Non 2
demoreris, &c. Si forte (inquit) in malorum errorem lapsus fueris, ne in illo demoreris. Maximum est enim in tali statu periculum sed própera diligenter, & de eo exi, vt anteq̃ te mors corripiat, miseriam tuam agnoscas. A mortuo &c. A mortuo enim non est sperãda confessio, quæ aliquid prosit. Perpẽdite diligenter, quod confessio, quam damnati in inferno faciũt, vocatur hic quasi nihil, & nõ oĩno nihil, licet.n. mortuis nihil prosit posset tamen viuis proficere, si alienis periculis cauti fieri vellemus. Propter hoc enim 3
voluit Spiritus Sanctus vt in sacra scriptura damnatorum verba scriberentur, & confessio, quam in inferno faciunt nobis manifesta esset, vt patet in libro Sapientiæ, vbi de il- Sap. 5.
lis dr: Dicẽtes intra se, pęnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. Errauimus a via veritatis, lassati sumus in uia iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus uias difficiles. Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Trãsierunt omnia illa tanquam umbra &c. Animaduertite ꝙ in confessione, quam mali in inferno faciunt fatẽtur uiã iniquitatis, et in hoc mundo difficillimam esse, & maximam 4
peccatoribus anxietatem afferre. Ideo dicunt: lassati sumus, & ambulauimus uias difficiles: Quot amaritudines, ac labores patitur peccator, vt cum iniquitate sua vlterius pprogrediatur? Hoc significat diuinum illud Acto. 9.
verbum, quod dixit Iesus Christus B. Paulo, cum eum humi prostratum haberet. Durũ est tibi contra stimulum calcitrare. Contra stimulum calcitrare est in partem contrariã pergere ab ea, ad quam stimulus ducit. Sicut cum iumentum tuum stimulo compungis, Simile.
vt vlterius progrediatur, illud verò regreditur, & quo plus redregitur, eo plus compũgitur & percutitur, quia plus infigitur stimulus. Similis est ira Dei, stimulat te Deus

certis stimulis vt benefacias, & tu facis malum: inspiratio, reprehensio, rationis lumen, timor inferni, hæc omnia te concitant, vt virtutem sequaris, tu uero contra oĩa facis, necessario ergo te debent sic stimulare. Sic S. Paulus, cum Ecclesiam Dei persequeretur stimulos habebat, ne id faceret, & contrariam semitam percurreret, gloriosam famã diuini Domini, recordationem magnorum miraculorum eius, mirificæque doctrinę Iesu Christi, & prodigia, quæ postea Apostoli
5 Hierosolymis operatis sũt, q̃ fortè proprijs oculis perspexit: hæc omnia, & propria cõscientia, quæ eum arguebat, & bonus Angelus, qui eum commouebat, erant maximi stimuli, qui eum feriebant, & inducebant, ut desisteret a sanctæ Ecclesiæ persecutione, & contra hos oẽs stimulos calcitrabat, contraria faciens. Hoc est durissimum & amarissimum, & tamen tanta erat eius rabies, ut ẽt crudelissimo cum suo tormento illud exequeretur. Ecce q̃uo per os Domini, qđ mentiri nõ potest, dicitur durissimum, laboriosissimum, & amarissimum esse contra conscientiam operari, & contra inspirationem, naturalemq; rationem facere, & tñ ita insa-
6 ni sunt impij, vt in illũ infernum velint properare, qui nullo vnquam tpe finietur, per alium infernum, quæ est misera, & infœlix uita, quam in hoc seculo in peccato cõmorantes degunt. O vtinam vellemus modo fructum percipere ex confessione, quã damnati in inferno faciunt, & ex eo, q̃ nosmetipsi in nostra misera ac peccatrici uita experimur: etiam in sua confessione dicunt, om-
Simile. nia uelut vmbram præterijsse. Videbitis incantatorem maxima caterua circunseptũ, & alicui dabit pomum aureum, & postea illud repetit: ille verò nihil aliud in manu inue-
7 nit præter carbonem. Mundus est quidã incantator qui nos deceptos trahit, dat nobis dignitates, delicias, & diuitias, oĩa nobis poma aurea videntur, & tandẽ, quando ea animaduertimus, cognoscimus non esse aurũ, sed carbonẽ, qui aĩam nostram & conscientiam coinquinat. Ideo illi in sua cõfessione dicunt. Diuitiarum iactantia quid contulit nobis? O fratres, pro Dei charitate, fructum percipiamus ex illorum confessione, ipsi. n. eam illic faciunt; hic uero scripta est ad nostrã admonitionẽ, & ideo nõ dr̃ penitus inutilis, nã licet illis in vtilis sit, nobis tamẽ vtilitati maximè esse põt, & tãquam valdè nobis necessarium, iterum nobis sapiens pluribus uerbis suadet, vt in vita pęnitentiã agamus, dicens: Confiteberis viuens, viuus, & sanus confiteberis. O æterne Deus, quotiẽs idem repetit. Totũ hoc profecto est, ut uos a negligentiæ nostræ somno excitet, nõ solũ (ait) viuus, sed viuus & sanus. Ne expectes morbũ, cum iã es semiuiuus, & sensib. perturbaris præ morbi grauitate. Et necesse est notetis, q̃ confessio illius tpis, erat figura, & lineamentum confessionis sacramentalis Euangelij. Postquam hæc omnia sapiens dixit, exclamabit ut diximus, tanq̃ admirans
8 misericordiam Dei in peccatores, qui ad eũ conuertuntur, & iure optimo, siquidem tũc filium diaboli, & titionẽ inferni reddit Deꝰ filiũ suũ, & cęli hęredẽ, sicut hodie sanctum Euangeliũ nobis declarat, in hoc filio tam dissoluto & distracto, qui tã facilè patris sui amicitiã, & inopiæ suæ remediũ cõparauit. Quis non exclamet considerans quam laboriosè corporis salus impetretur, & quam facilè (si volumus) salutem animæ adipiscamur? Quòd si huius discriminis rõnem q̃ras, cur suspitio intimo cordis affectu prolato, & vera contritione, animæ salus comparetur, ad consequendã vero corporis valetu-
9 dinem in primis necesse sit locupletissimos loculos habere, vt medicis plurimi nummi porrigantur, & multa medicamina adducãtur? &c. Huius discriminis ratio est q̃ ineffabilis Dei prouidẽtia, quia illa quę sunt magis necessaria communiora; & adeptu faciliora esse constituit; experientia. n. compertum est, q̃ aqua, & panis, quæ sunt magis necessaria, abundantius reperiuntur, q̃ vinum, & alij pretiosi fructus. Si aer ad respirandũ, si aqua, ad omnia necessaria, si terra ad ambulãdum esset emenda, quid facerent homines? ideo Dei prouidentia tam communia
10 omnibus hæc fecit; sic ẽt, quia animæ salus tam necessaria est, ideo Deus tam facilem eam effecit, ut una cordis conuersione ad Deum compararetur, ut ne quis causam adhibeat saluti suæ, aut excusetur & conquaratur, quod eam consequi non potuerit. Vt autem corporis salus parui refert, tam difficilem eam diuina prouidentia effecit, quia licet illam non adipiscamur, non multum interest: sed potius, sæpenumero melius est nobis, eam non consequi & infirmari. Seneca narrat, quod tanta erat adulatio, qua sui Alexandrum extollebantur, tantique honores, quibus illum adulabantur, ut ei affirmarent illum Iouis esse filium. Seneca ad Lucil. lib. epist. 50.

Cùm

Cùm verò vrbē obſidione premeret, & eius
muros conſideraret, cogitans quà vrbem il-
lam expugnaret, ſagitta percuſſus eſt, cum-
que vulnus magnum illi dolorem afferret,
dixit: Omnes iurabant me eſſe filium Iouis,
ſed vulnus hoc hominem me eſſe clamat.
Itaque uulnus illud, & dolor eius oculos ape
ruit, qui aſſentationis puluere obcęcati erat.
1.Co.12 Ideo S. Paulus dixit: Placeo in infirmitatib.
Simile. meis, &c. Deſtruit Deus corpus ægritudine,
vt animam lucrifaciat. Facit vt Dominus,
qui uidens ciuitatem ſuam rebellem, eam
oppugnat, & muros quos ipſe conſtruxit,
11 ſolo æquat, tantummodo, vt eam recuperet,
poſtquam vero eam ſub imperium ſuum re
degit, reſtaurat quod deſtruxerat. Sic ſolet
Deus corporis ſalutem deſtruere, uireſque
ac exteriorem pulchritudinem diſperdere,
vt animi rebellis ad ſuam diuinam obedien
tiam reuertatur. Ex his exemplis manifeſte
apparet, quanti ſæpè referat corporali uale-
tudine carere. Quapropter nihil intereſt, ꝙ
ſit comparatu difficilis. Cùm uero animæ
ſalus ſit res maximè neceſſaria, ineffabili
Dei miſericordia conſtitutum fuit, ut tam
facilè eam impetrare poſſemus, ſi uellemus.
Quòd ſi tam facilis cum ſit, tantam negli-
gentiam habemus in ea, impetranda, quid
12 eſſet, ſi difficillimè impetranda eſſet?
O Deus immortalis quantum eſt in hac re
implorandum, &c.

Incipit parabola: *Homo quidam habuit*
duos filios, &c. Per hunc hominem ſignifica
tur Deus noſter: Per filium maiorem unuſ-
quiſque iuſtorum deſignatur, per minorem
uero, & iuniorem, unuſquiſque peccatorum
declaratur: Itaque ſiue iuſtus ſit iunior, ſiue
ſenior, dicitur in ſacris literis maior ætate,
Sap.4. ut apparet in lib. Sapient. ubi dicitur: Sene-
ctus uenerabilis eſt, non diuturna, nec anno-
rum numero computata. Cani aũt ſunt ſen
ſus hominis, & ætas ſenectutis uita immacu
13 lata, & ſic in illo loco Geneſis, ubi nos legi-
mus: Diligebat autem Iacob ipſum Ioſeph
eo quòd in ſenectute ſua genuiſſet eum; in
Hebræo eſt, eo quod filius ſenectutis eſſet il-
Gen.37 li, quod aliqui ſic declarant. Diligebat eum
ualde, eo quod tam bonus filius eſſet, tamq;
prudens, ac ſi eſſet uenerabilis quidam ſenex
prouectæ ætatis. Contra uero ſiue peccator
ſenex ſit, ſiue iuuenis, dicitur iuuenis mi-
nor ætate, eo quod ſemper iuuenilem uitã
degat, & res pueriles faciat: ut patet ex eo
Iſa. 65. quod Iſaias ait: Puer centum annorum mo-
rietur, & peccator centum annorum male-
dictus erit: & ſic coram Deo non tã æſtimã-
tur anni, quos quidã uixit, quã bona aut ma
la opera quæ in eis fecit, licet ſit uerum, ꝙ
longæua ætas, & numerus annorum nos de-
berent inuitare, ut iunioribus meliores eſ-
ſemus; quandoquidem talis nobis obligatiò
incumbit. Et ita Dauid inuitans omnes, ut Pſ. 148
laudemus & ſuperexaltemus Deum noſtrũ
dicit: Iuuenes, & uirgines, ſenes cum iunio-
ribus laudent nomen Domini. Bis in his uer
bis iuuenes repetit, & ſemel ſenes inuitat. Ta
les.n. ſenes eſſe oportet, ꝙ parum neceſſe ſit, 14
ut inuitentur ad laudem Dñi: quãto minus
ergo neceſſe erit, multis uocibus eos mole-
ſtare? Iuuenes uero, ut plerunque remiſſio-
res eſſe ſolent: oportet eos ſemel, bis, quòd
ter uocari & inuitari ad laudandũ Deũ: ipſi
.n. tales ſunt, ut hæ oẽs uocationes parũ ꝓ-
ſint, qđ eſt magnoperè lachrymandũ: & pe-
ius eſſet, ſi eſſent pueri maledicti centũ an-
norũ inimici laudum Dei & oĩs ſanctæ exer
citationis: amici uero totius prophanitatis,
& diſſolutionis, multo plꝰ, q̃ iuuenes, in qui-
bus feruentior eſt ſenſualitas. O Deus uobis
det prudentiam, Deus uobis det intellectũ,
ut reuertamini ad uos: defectus eſt enim ſen
ſus & rationis, tandiu uiuere contra Deum,
& contra eius Euangelium, & contra omne, 15
quod eſt uirtus, operari.

Et non poſt multos dies adoleſcentior pere-
grè profectus eſt. Hic diſceſſus ſignificat liber
tatẽ, quã unuſquiſq. peccatorũ uult uiuere,
& quanto odio habeant ſubiectionẽ, repre-
henſionẽ, & admonitionẽ, quarũ illi tanto-
pere indigent. Admirabile eſt profectò, ꝙ ſa Gen. 30
cra ſcriptura narrat. Patriarca Iacob q duas
ancillas ſuas in uxores duxit, alterã interceſ-
ſione Rachelis, quia illius erat ancilla, alterã
uero precibus Liæ, quia ẽt erat eius ancilla,
& licet eas legitimas uxores duxerit, ancil-
las tñ eas ut antea reliquit, & prioribus uxo 16
ribus ſubditas, ut quemadmodum illarum
anteà dñæ erant, eſſent etiã poſtea. Cogno-
ſcebat.n. quãtum libertas proteruis officiat,
& quod meliores eſſent cũ ſeruitute, & obe-
dientia. Idem dr de Patriarcha Abrahã, qui
uxoris ſuæ Saræ admonitionibus inductus, Gen. 16
ut ancillam ſuam Agar uxorem duceret,
cumque ille acquieſceret deprecanti, tulit
Agar ancillã ſuam, & dedit eã uiro ſuo uxo-
rẽ, & poſtquã illam in uxorẽ accepit, ancilla
tamen, ut anteà remanſit, ut inf. apparet, c.
21. ubi legit Sarã Abrahæ dixiſſe: Ejice an-
cillam,

cillam,& filiū eius. Vt animaduertatis bea-
torum Patriarcharū prudentiā,qui licet eas
maxime diligerent, in illa tñ seruitute illas
relinquebant pp bonum animarum ipsarū.
Malum Esau, & bonū Iacob aliqua ex par-
te prouenit ex eo, ꝙ Esau nunquā domi mo
rabatur iuxta patrem suum,nec eius cōsilia
audiebat: amicus erat agri, ubi nec pater,
nec mater possent dicere: Male facis,nec eū
Ge. 25. semel reprehēdere,vt dicitur in Genesi: Fa-
ctus est Esau vir ignarus uenandi, & homo
agricola: Iacob autē uir simplex habitabat
17 in tabernaculis. Iacob uir syncerus semper
domi erat cum parentib. suis, eorum consi-
lia,& admonitiones percipiens,& hinc ma-
ximum illi cōmodū dimanauit, ꝙ consilio
matris suæ adeptus est primogenituram, &
benedictionem a patre suo. Optimum sanè
est iter ad illam gloriosam benedictionem
consequendā. Venite benedicti patris mei,
eos conuersari, qui tibi obsistent, & quando
opera tua meruerint,te reprehendant. Con-
tra uerò,est a uita recedere,separari,& fuge-
re correctionem,præcipuè parentum,& eo-
rum hoīum,quib. honor,& reuerentia debe
Deut. 21 tur. In Deuteron. præcipiebat Deus: Si ge-
18 nuerit homo filiū contumacē, & proteruū,
qui nō audierit patris ac matris imperium,
& coercitus obedire contempserit,&c. lapi-
dib. eum obruet populus ciuitatis,& morie-
tur. O incōmutabilis Deus si ad hāc legem
nunc homines tenerentur, & illam deberēt
obseruare, quot mali & proterui filij passim
reperirent, in quibus exequenda esset,quot
quotidie lapidarentur, & morerentur. Ca-
ueamus fratres mei a tam iniqua libertate.
Ideo boni,a Spiritu sancto edocti in religio
nib. includuntur, & sanctæ obedientiæ uin-
culo uinciuntur,nolentes in re aliqua uolū-
tatem suam adimplere, ut securiori sint con
scientia,& ne perituris bonis ac uoluptatib.
ducantur,atq; ab ipsis decipiantur. De Vlys-
se legitur, ꝙ cum præteriret locum, in quo
Syrenæ cōmorabantur,quæ cantus sui sua-
19 uitate homines ad se alliciunt, & allectos
interficiunt, & dilaniant, atque eos edunt,
ne hæc sibi calamitas contingeret iussit se
fortissimè ad nauis malum deuinciri, & li-
cet nimis laboraret, ut solueretur,præcepit,
ne quis eum solueret, & ita tutus præterijt,
nec ei Syrenæ cantus offecerunt. Hac arte
vtuntur viri prudentes,qui cognoscentes in
huius seculi mari tot esse Syrenas, quæ ho-
mines cantibus suis peruertūt, quæ sunt uo
luptates,ludi,conuiuia, & his similia,ne his
reb ducantur, religionis uauē ingrediūtur,
& se ad tutissimū crucis malum,obedientię
vinculis alligant,ut sic non periclitētur, cū
non habeant potestatē,ut(licet uelint)canti
bus Syrenæ occurrant, cūque dispositi sint
pęnitentiali,ac religiosa uita,ad plurima be
neficia de manu Dei recipiendu. Cum lato-
mus cæmentarius, quem Hispane dicimus
(*Albañir*,)parietē uult dealbare,prius illum Simile.
incutit,ut melius illi calx adhæreat,nam ali
ter breuissimè calx decidit, & paries ut an-
tea remanet. Ita certè est, ꝙ ij qui se mortifi
cant,corporaque sua uerberibus cædunt, & 20
crudeliter tractant,qui lutei sunt parietes,in
virtute magis perseuerant, & qui se delicatè
tractāt,licet uirtutem primis labris delibēt,
cito tamen ab eis decidit, quæ est ueluti calx
parieti imposita,qui non fuerat incussus.
Mortificate ergo membra uestra(ait B. Pau
lus) tanquam nobis maxime necessarium.
Eia ergo fratres mei,eia colligimini,iam.n.
non est tempus dissolutionis, nec separandi
uos à seruis Dei,sed angulum quærendi,ubi
sanctis admonitionib. ab huius seculi maxi
mis calamitatibus uos possitis liberare.
Ibi dissipauit substantiam suam uiuēdo lu 21
xuriosè. Hoc est peccatum qđ Deꝰ in suppli-
ciū aliorum criminū solet permittere. Maxi
morum malorum pęna est hominem in tā-
tā turpitudinem deuenire, ut apertè signifi
cat S. Paulus ad Rom. ubi postquam multa Rom.1.
peccata Romanorum memorauerat, dicit:
Propter quod tradidit illos Deus in immun
ditiam,vt contumelijs afficiant corpora sua
in semetipsis. Atque eodem supplicio nunc 24
multos Christianos punit, ut eo quod ino-
bedientes,ingrati,correctionisq; fuerint ini
mici in maximas immūditias incidant, ma
ximamq; corporibus suis iniuriam inferāt:
cum illa in sacrosancto baptismi fonte fue-
rint aspersa, & templa Dei,mysticiq; corpo
ris Dñi nostri Iesu Christi membra fuerint
effecta,cumque ad eiusdem Dñi similitudi- 22
nem corporis sint reformanda,magna cum
ueneratione deberent illa tractare, ut petit
S. Paulus magna cum exaggeratione,dicēs: Ro.12.
Obsecro uos fratres per misericordiā Dei,
ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuē-
tem,sanctam,Deo placentem,&c. Ipsi uero
maximis contumelijs corpora sua afficiunt
ijs illa turpitudinibus inficientes. Pudeat
nunc uos fratres mei sic corpora uestra tra-
ctare, quæ pretiosissimo immaculati Agni
Iesu

Iesu Christi sãguine fuerũt abluta: Cũ puer tenera matris suæ brachijs recedit, quot pe-
Simile. riculis subijcitur? statim cadit, & percutit: si in ignẽ incidit cõburitur, nec tñ scit surgere, si canis eum vult mordere, ne scit se defendere, si eũ iumentũ pedib. terit, aut in lutũ ꝑcidit, nescit sibi mederi O miserrime peccator, in quot calamitates incidisti, ꝙ a suauissimis Dei tui brachijs recesseris, q quia te arctissimo amore ꝑsequitur, hoc sibi matris nomen accõmodat. Sed ut ait S. Paul. Vbi abũdauit delictũ, superabũdauit & gratia. Cũ hic iuuenis tã lõge a patre suo abesset, seruãs porcos, suis proprijs sensib. deser-
Rom. 5. uiens, non tñ bonus pr illius obliuiscit. O q̃
23 anxia est mater qñ puer eius recessit a se suspirãs, ac dicens, quo iuit filius meus? quæratur statim. Mittit alterum, & alterum famulum, mittit et & ancillas, quæ oĩa euoluant, illumq; ubiq; inuestigẽt, quousq; inueniãt. O ineffabilẽ Dei ꝓbitatẽ? q̃ anxius est ꝓ misero peccatore, alios, & alios nũtios mittit, inspirationes, amicorũ admonitiones, familiarũ neces, plurimos labores, ut hæc oĩa tãquã Dei nũcij eũ q̃rant, suoq; diuino cõspectui restituant, ut in hoc S. Euang. apparet.

24 *Facta est fames ualida in regione illa, et cœpit egere, & cupiebat implere uẽtrẽ suũ, et nemo illi dabat*. Hæc fames, & necessitas, & hoc, qđ remediũ non inuenit diligẽtissimi, & efficacissimi nũcij fuerũt, q a a Patre misericordiarum missi sunt, q filium illum perditum ad se reuocarent. Quã ad literã fecit hic Dñs, qđ ũsus est cũ populo illo rebelli, ut ad sui obediẽtiã eum redigeret, sicut de-
Psal. 59. clarat Dauid, dicẽs. Cõmouisti terram, & cõturbasti eam: sana cõtritiones eius, qm̃ commota est. & qũo factũ est hoc? Sequitur consequenter tanq̃ rñsum: Ostendisti populo tuo dura, potasti nos uino compunctionis, dedisti metuentib. te significationem, ut fugiant a facie arcus, & liberentur dilecti tui.
25 Plurimis laborib. deterret Deus peccatores, ne in æternam condemnationem incidant. Ecce arma, quib. uictorias suas Deus reportat. Mirabiles sunt uictoriæ, quas Deus ab animab. consequitur, & mirabilia arma quibus pugnat. Non uult Deus peccatorem superare, nisi eisdem armis, quę peccator ad diuinam Maiestatem offendendam sumpsit. Tu quid sumpsisti? diuitias? sapientiam? honorem? &c. Posset quidem Deus, & fulgur a cælo immittere, & te perdere, nõ uult tamen nisi te proprijs tuis armis uincęre. Hoc est quod Dauid ait: Arcum conteret, & cõfringet arma, & scuta comburet igni: non dicit, ꝙ assumet Deus arma sua in peccatorẽ, sed quod peccatoris arma infringet, ꝙ diuitias tuas cõburet, ꝙ salutem tibi adimet, & honorem deniq; auferet. O mirificam Dei intentionem, ꝙ ea quæ tu in arma sumpsisti, ut supernã Dei magnitudinem offenderes, eisdẽ te superat, & redigit, relinquẽs te pauperem, ægrotũ, & contumelijs affectũ, ut sic 26
in ueritatis cognitionem deuenias, & ad eius Maiestatem conuertaris. Sic actum est cum hoc filio prodigo, q tam egenum, & necessitate coactum se animaduertens, in se reuersus, dixit: *Surgã, & ibo ad patrem meum*. In se reuersus est, antea.n. extra se erat, & dicit: *Ibo*. Dic homo perdite in qua re niteris, ut vadas ad patrem tuum? in qua re speras? Nitor in amore, & clementissimis patris mei visceribus, licet enim ego, quod erat filij amiserim: ille tamen, quod erat patris non amisit. Licet ego obedientiam, & humilitatẽ ei debitam perdiderim, ille tamen semper amorem, & paterna uiscera conseruauit. O benedictus, & glorificatus sit talis pater. Amate fratres mei, & laudate hunc tã pium patrẽ, & dicite ex intimo cordis vestri cum hoc peccatore. Ibo ad patrem meum, & cul- 27
pam meam confitebor, peccatum meum lamentabor, ueniam humiliter deprecabor, ante pedes eius prosternar, & ibi uociferabor, dicens: Pater peccaui in cælum, & corã te. Cum hac consideratione surrexit miser filius, & in domũ patris sui cœpit properare.


Cũ autem adhuc longe esset, vidit illũ Pater, & misericordia motus est. Prius (dicit sanctũ Euãgeliũ) eũ uidit sic immũdũ et laceratum, et misertus est eius. Ideo sapientissimẽ
dixit Dauid: Respice ĩ me, et miserere mei. Psal. 85.
Quare rogas, ut te prius videat, si qdem ita es immundus, et culpis plenus. Melius erit vt te respiciat postquam mundus fueris. Ah nõ; recte dicit, hoc exẽplo illud intelliges. Si 28
pauper plurimis plagis uulneratus eleemosi- Simil.
nam exposcit, nec tñ uulnera prius ostẽdit, ad plurimum datur illi unum minutum, ꝙ si ea prius patefaciat, uidet homo eius necessitatem, si est clemens, largiorẽ illi porrigit eleemosynam, cum eum in tantam miseriã redactum cõsideret. Ideo dicit Dauid. Respice Dñe uulnera mea, et postea subdit, Miserere mei. Sic fratres mei uos oportet facere vulnera uestra coram diuino Dei conspectu manifestantes deprecamini, ut in ea oculos

conijciat

conijciat, & ſecundum ueſtram maximam
neceſſitatem eis medeatur. Cōſiderate quō
reſpexerit in hunc filium tam horridum &
immundū, & illum non horrens amantiſſi-
me acceſſit, & ſuauiſſima brachia in eius
collum iniecit, & oſculatus eſt cū iucundiſſi
me. Ita uos amplectetur, & oſculabitur, gra
25 tiamque uobis conferet, qua gloria compa-
rat, ad quā uos perducat Ieſus Mariæ filius,
qui uiuit & regnat in ſecula ſeculorū, Amē.

Dominica III. in quadrageſima.

Erat Ieſus eijciens Dæmoniū, et illud erat mutum. Luc. 11.



I attente uolumus in hunc miſerum hominem mutū, & ſurdū oculos conijcere, animaduertētes hinc diabolū, qui illū ſic deuinctū tenet, illinc uero
conſiderantes Ieſum Chriſtū Redēptorē no
ſtrum, quaſi contendentem, ut eum ab hoīe
1 expellat (hoc enim ſignificat; Erat Ieſus eij-
ciens dæmonium) non erit poſſibile, quin
rem intelligamus digniſſimam, quæ perpen
datur, & maxime ſentiatur, quæ eſt; Videre
litem & contentionem, quæ eſt inter Deum
& Dæmonem, inter cælum, & infernum, q̄s
eorum hanc noſtram aīam ſit delaturus, &
ex alia parte uidere negligentiam, & laſci-
uiam, qua nos de hac re agimus; quocunq;
oculos diuertamus, ſiue in cælū, ſiue in in-
fernum, experiemus quaſi oīa aliquo mō in
nobis reſolui, & quaſi uidet, ꝙ de nihilo alio
agatur, niſi de nobis. Si a Deo incipiemus vi
det, ꝙ una ex eius ꝑcipuis intentionibus, &
in qua multum euigilat, eſt; ut nos ſaluos
faciat, & cuſtodiat ne condemnemur. Hoc
Iſa. 40. uoluit ſignificare Iſaias, cum dixit, Deum
ſibi pręcepiſſe, ut in excelſum montē con-
2 ſcenderat, & illic maxime uociferaretur. Su-
per montem excelſum aſcende tu, qui euan
gelizas Sion, exalta in fortitudine uocem
tuam, exalta noli timere, dic ciuitatibus Iu-
dæ; Ecce Deus ueſter, ecce Dn̄s Deus in for
titudine ueniet, & brachium eius domina-
bitur. Ecce merces eius cum eo, & opus il-
lius coram illo, ſicut paſtor gregem ſuum
paſcet, in brachio ſuo congregabit agnos,
& in ſinu ſuo leuabit, fætas ipſe portabit. O
diuina myſteria, Deus det nobis ſpiritum
ſuū, ut ea ſciamus dicere, eo aī affectu quo
conuenit. Iuſſit Deus Iſaiæ, ut conſcendens
in ſummitatem montis altiſſimi, magna aſ
fortitudine maximas uoces extolleret, ut
eas audirent ciuitates totius regionis, & di-
ceret, ꝙ Dn̄s in mundum uenturus erat, ut
hoīum corda ſub ſuam poteſtatem redige-
ret, eorumq; dominatur, & ꝙ hoc potius,
ut paſtor, q̄ ut rex facturus eſt ſicut paſtor, 3
&c. Dicunt nonnulli, quod poſuit Propheta
hanc ſimilitudinem paſtoris, alludens ad
Iacob, quia illi tanquam ſingulari paſtori
uoluit Deus comparari. Iacob. n. pulcherri-
mæ Rachelis amore ita coactus fuit, ut qua-
tuordecim annos paſtor eſſet, & idem amor
eum compellebat, ut gregem illum diſpari
ſuauitate atq; diligētia tractaret, q̄ faceret,
ſi propter aliquid aliud oues illas paſceret.
Amor, quo pecudes illas paſcebat, efficie-
bat, ut in illas mitior, q̄ in ſe eſſet; nondum
agnus in monte naſcebatur, cum iam eum
accipiebat, & in ſinu ſuo benigniſſime foue
bat: nulla erat defeſſa ouis, quam ipſe non 4
adiuuaret, atque humeris ſuis in ouile aſpor
taret. Et cū Propheta hic ad literā de Chri-
ſto Redemptore noſtro loquatur; uult dice
re, ꝙ ſicut Iacob pp amorem fuit paſtor: ſic
Saluator mundi, a cælo in terram deſcendit
pp ſolum amorem, & animarum noſtrarū
curam gereret. Vna tamen ex differentijs
præcipuis, inter hos duos paſtores hæc eſt ꝙ
Iacob præmium, & mercedem propoſitam
habebat laborum ſuorum Rachelem, quam
magnopere diligebat; hic uero diuinus pa-
ſtor mercedem, & ſatisfactionem laborum
ſuorum habet animarum utilitatē. Et ideo
dicit; Ecce merces eius cum eo; & opus il-
lius coram illo. Altera harū particularū, eſt
alterius declaratio. Merces eius cum eo, i.
opus eius corā illo. Præmiū, & utilitas, quā 5
exponit eſt idē opus; quod ad faciendum ue
nit. Superintendentia, amor, ac diligentia,
quā bonū noſtrum curat, & de ſalute noſtra
agit, hoc habet præmiū, ſ. ut id conſequatur,
& nos ſaluos faciat. Ita ut ēt poſtquam a no
bis diſceſſit, & iam ad dexterā Patris ſedet,
hanc curam, & ſolicitudinē non depoſuerit,
ſed ibi aſſiduis precibus coram æterno Pa-
tre pro nobis intercedat. Et ita diuina illa
exclamatio, quā S. Paulus ad Romanos pro Rom. 8.
tulit, dicens; Quis ergo nos ſeparabit a cha-
ritate Chriſti? tribulatio, an anguſtia, an fa
mes? &c. Certus ſum enim, quia neq; mors,
neq; uita, neq; Angeli, neq; creatura aliqua
poterit nos ſeparare a charitate Dei, q̄ eſt in

Christo Iesu. Hæc oīa dixit, postquam declarauit, ꝙ Christus Redēptor noster nō cōtentus est nobis in hac uita solummodo benefacere, sed & nunc etiā in conspectu æterni Patris nobis fauet, dicens: Christus Iesus, qui mortuus est, imo, qui & resurrexit, q̄ est ad dexteram Dei, q̄ ēt interpellat pro nobis. At q̄ tantorū beneficiorū consideratione, q̄ optimus hic Dn̄s in nos contulit a suæ conceptionis instanti, quia semper salutem no-
6 strā operatus est, & nunc in cælo, nostri non obliuiscitur, hac (inquam) cōsideratione ita gloriosus Apostolus amore inflāmatus est, ut tanquam charitate inebriatus, ardentissimo spiritus feruore in hæc tam admirabilia uerba proruperit: quis nos separabit? &c. Ac si diceret, cùm ab hoc diuino pastore tot tantaque beneficia acceperimus, eaque tam præstantia passim accipiamus: quis erit, qui nos, possit ab eius charitate separare? Et ipsemet respondet, ꝙ nihil hoc facere sufficiet.. Sed in oībus superamus pp eum, q̄ dilexit nos. Et ob hanc eandem causam, s. ut nobis
7 faueret: affirmat D. Ambrosius, Christum Redemptorem nostrum uoluisse, ut uulnerum cicatrices in suo pretioso corpore remanerent, ut Deo patri pro nobis pretium libertatis ōnderet. Quasi, qui haberet in manu pretium, quod pro captiuo soluit, quem redemit, & cum quis captiuum illum a se repeteret, ille diceret: Ecce pretium, quod pro illo dedi, & est meus, ac sub mea protectione commoratur. Voluit, ut Pater æternus nihil in ipso perspiceret, quod pro nobis non deprecaretur: & non solum Iesus Christus Dn̄s noster, q̄ nostrum caput est, salutem nostrā curat, sed de omnibus Hierarchijs cæli affirmat S. Paulus: Oēs sunt administratorij spiritus missi pp eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Si uerò in infernum oculos de-
8 clinamus, uidebimus ꝙ totus in cōtrarium huius rei resoluitur, impediendo hoc opus Dei, insidias moliendo, stratagemataque excogitādo, ut horum beneficiorum Dn̄i fructum amittamus, atque oīs eius cura incassum adhibeatur. Hoc est quod Christus Redēptor noster exaggerabat D. Petro, dicens: Simon, ecce Sathanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticum. Et alia translatio duplicat: Simon, ecce Sathanas, &c. O Petre si cognosceres pericula, quæ tu, socijque tui deinceps laturi estis: Demon .n. instantissime facultatem petit, ut uos persequatur, laceret, & sicut solem cōterat, & hoc est, quod

Amb. in fine cōment. in Lu. to. 5

Heb. 1.

Luc. 21.

Sathanas respondit Deo (cum eū interrogauit; Vnde uenis?) dicens: Circuiui terram, & perambulaui eam, &c. Tanquam lupus famelicus aut leo rugiens, qui circuit foramē quærens in ouili ut intret, & magnam stragem ouium edat, & se satiet. Quod est idem quod nos B. Petrus admonebat, dicens: Fratres sobrij estote, & uigilate, &c. quia circuit Sathanas aīam, & undiq; ei insidias demolitur, ut eius propensiones cognoscat, & eam persequatur; ijs cognitis, quousque illā perdat, ut legitur in uita sanctorum Patrum, ꝙ 9
cum sanctus senex Sathanam obuium haberet, in specie negotiatoris ferētem plurimas ampullas uitreas diuersimode conflatas, & euntem ad monasteria quædam eum interrogauit, quo iret? cui diabolus respondit, se ire ad uisendos illos monachos, & illā rerū diuersitatem deferre, ut si una illis displiceret, alteram assumerent. Ex hoc intelligetis quanta sit lis inter cælū, & infernū, & quanta contentio super hanc nostrā animam, & qūo utraq; harum partium conatur nos ad se attrahere. Itaq; anima nostra est Helena, pro qua cœlum, & terra tanta contentione die nocteque inter se pugnant. Nūc uidete, q̄ parum tn̄ multi hanc aīam æstimēt, quan- 10
taeq; obliuioni eam tradiderint: ac si ipsi nō ij essent, de quorum uita, ac interitu tanta contentione agitur. Mirabile quidem atque ēt lachrymabile est, quod si dicas: homines non uideat animam, nec eius formā cognoscunt, nec multum pn̄t penetrare æterna bona, quæ illis promittuntur: atque ideo non est mirandum, si eā plurimi nō æstimēt. Ad hoc r̄ndeo, quod quemadmodum cum auditis in tota Hispania exercitum maximū conflari, & plurima belli instrumenta præparari, magnam aliquam prædam expetendam conijcitis, cum tantus sit belli apparatus. Sic ēt licet animam proprijs oculis non intueamur, nec eius formā intelligamus: 11
quod tn̄ credimus ineffabilē curam ac solicitudinem, quam Deus in ea liberanda adhibet, assiduamque diligentiam, qua diabolus animæ salutem impedit: oporteret nos conijcere magnum aliquid esse, & quod nostra maxime intersit. Cum tn̄ hoc ita sit, tot sunt hoīes, qui aīæ suæ salutem tam parui faciunt, Deum contemnunt, ac cœlestia bona pro eis commutāt, quæ sunt dictu uerecunda. Atq; quo minora ea sunt, eo magis ostendimus, quam parui aīam æstimemus. Quid ultis existimetur de ijs, qui in hoc insę-

Iob. 1.

1. Pet. 5.

Simile.

infælici statu uiuunt, nisi ꝙ fortè eosdē affectus in eorum animis diabolus operatus est, quos in huius miseri hominis corpore effecerat, de quo agit Euāgelium; quem etsi S. Lucas non dicit, nisi esse mutum. *Et illud erat mutū.* S. Matthæus tñ, & S. Marcus affirmāt illum ēt esse cęcum: & S. Chryso. dicit, eum esse ēt surdum. Sic uereor, ne maiori parti gentis Christianæ diabolus uisum perturbauerit, mentē obcæcauerit, memoriā denique
Chrys. homil. 41. super Matth.

12 confuderit, circa id, quod ad eorum spiritualem salutem spectat, quos possumus diuino Saluatori iam quasi cęcos, surdos, ac mutos cōmmendare. Quæ maior est cęcitas, quam qđ hoīes tam pręstantia, et æterna bona pro tam paruis ac perituris voluptatibus cōmutent? Admonet nos Spiritus sanctus, dicens:
Pro. 23. Ne intuearis uinum qñ flauescit, cum splenduerit in uitro color eius: ingreditur blandè, sed in nouissimo mordebit ut coluber, & sicut regulus uenena diffundet, i. ne intuearis dignitates, diuitias, & uoluptates, quādo sunt in hac uita, q̄ est quasi uitrū, ꝙ tam citò frangitur, & effundit uinū istud, quod inebriat. Oīa corporalia huius seculi uocat hic Spiritus sanctus uinum infusum in uitro; uocat ea uinū, eo ꝙ hoīem inebriant, &

13 amētem reddunt. Ebrius insensatus non sentit qñ quis eum deiicit, atq; cū ab alio illuditur, sic ēt auarus, ambitiosus; & inhonestus non sentit, dæmonū impulsus, & iniurias, ac murmurationes, quibus illum afficiunt. Et dicit, ꝙ sunt posita quasi uinū in uitro, quia oīa hæc in humana uita nituntur, quæ tam fragilis, & breuis est q̄ vitrum, & fragilior quidē. Et quanquam nunc optimū habēt colorem, & pulchra hoīum oculis uīr, in uitæ exitu plusquam colubri mordent, & ueluti basiliscus uenenum effundunt in miseram aīam. Ne intueamini ò fratres (ait Spiritus sanctus) nec ista diligatis, ita ut, pro eis cælestia amittatis, q̄a est maxima cæcitas: cras.n. confringetur uitrū, i. finietur ui-

14 ta, & pro tam breuibus uoluptatibus æterna tormenta sustinebitis, quare non vultis, ut cæcos uocemus eos qui hoc non uident? Dixi Deus ad Ezechielem. Fil. hoīs in medio
Eze. 12. domus exasperantis tu habitas; qui oculos habēt ad uidendū, & nō uidēt, & aures ad audiendū, & non audiunt, quia domus exasperās est. Prouocatores, & irritatores iræ Dei quos facit diabolus linces ad ea uidenda, q̄ ipse vult, ad ea uero, q̄ ad Deum pertinēt obcæcat illos, ut nihil penitus uideant, O q̄ possumus hoc dicere in nostris infelicitatis tpibus de ijs, qui ad sunt, & absunt. O Ezechiel q habitas in medio gentis cæcæ, q̄ hēt oculos ad malū, non uerò ad bonum uidendum. In tantā cęcitatem maledictus Balaam deuenit, ut nec uiderit, nec intellexerit, ꝙ eius asina uidit. Cum.n. uidisset asina stantē Angelum cōcidit sub pedibus sedentis: qui iratus uehementius cædebat fuste latera eius. Nu. 22.

Ita cęcus & perditus hō manet, ut asina, i. 15
sensualitas rōnem doceat ea, quę rō ipsa non animaduertebat. Epulo, qui quatuor catinis satiatur, & ipse incitat propriam carnē, & edit alterum, atque alterum, & stomachus rōnem admonet, ea, quæ rōnem oporteret facere. Defessa sepenumero caro rōnem commonefacit, ꝙ quare tantæ? tantus tumultus, tantus deniq; ludus? &c. O maximam miseriam? sentit asina ea, quę non sentit Balaam. Aduertit hō iam corpus ulterius progredi non posse, & ipsis malis defensci: tandiu sedens ad ludū, tandiuq; uias præteriens, &c. Ratio uerò ita est cæca, ut id non cōsideret. Cū Iacob accessit ad patrē suū Isaac, ut fratri suo Esau benedictionem arriperet: dixit Ge. 27.
Isaac q erat cæcus: uox quidē uox Iacob est, sed manus, manus sunt Esau. In uoce dixit

eum esse Iacob, tangens autem eum, dixit 16
esse Esau, & sic deceptus est, & erauit (quia cæcus erat) maiorem fidem adhibens rudiori sensui, tactui, quam subtiliori, qui est auditus. Hoc igitur est, quod agitur, quod quotidie uenitis ad audiendum uerbum Dei & audientes quotidie ea, quæ auditis, (quæ sanè sufficerent, ut ea insensibiles lapides sentirent) hinc exeuntes properatis ad uidendam fæminam, oculos ad fenestram erigitis, cum mala familiaritate commiscemini, & in domum ludi intratis, &c. Vos non audisti uerbum Dei, non uidetis quid uobis dicat, quomodo uos ad æterna bona inuitet, & infinitis uos tormentis commi-

netur? Respondebunt hi, quod hæc omnia 17
sunt uerba, & quæ dicta sunt, adhuc sunt futura, & tantummodo audiuntur modo: illa uerò, quæ ipsi faciunt, sunt quę iam manibus palpantur, sunt pręsentia, & quæ statim oblectant. Ah? longè profectò opinione fallimini, fides enim nos docet meliora esse quæ speremus, quam ea, quæ uos tangitis. Vos autem ita obcæcati estis, ut rem tam inęstimabilem, ut gloriam amittatis; propter res istas tam uiles, & simul perditis, animam uestram, pro quo om-

nes cæli(ut diximus) & totus infernus reuo-
luitur, & cum hoc oĩa simul merita Redem-
ptoris nostri Iesu Christi amittitis. O dulcis-
sime Iesu animarum nostrarum amor suaui
simè, quid his fratribus meis proderunt om-
nia, quæ tu pro eis passus es, cum ipsi tam cæ
ci sint, ut pro breuissima uoluptate, & pro
minima utilitate omnia effundant, ac distra
18 hant? Illumina Deus meus eorum mentes,
ipsorumque corda molle fac, atque in eis
ueritates has imprime, ut eas cognoscant, &
ad te toto corde conuertantur.

Non solum hoĩes hodie sunt cæci, verum
etiam sunt muti, vultis hoc cognoscere? Di-
cite, ex oĩbus, qui adestis, quot iam confessi
estis peccata uestra? Quot uestrum curastis
conscientia uerrere scopa linguæ in sancta
confessione, ut ieiunia, eleemosynæ, ac cæ-
tera bona opera, quę ab initio quadragesi-
mæ fecistis, diuinæ maiestati grata essent?
Deu.22. O muti, muti, nescitis.n. uti tam facili ac tã
to bono. Præcipiebat Deus ut uirgo despon
sata, quæ in ciuitate ab aliquo hoĩe corrum-
19 peretur, lapidaretur, & reddit rationem, quia
non clamauit cum esset in ciuitate. Si autem
ruri defloraret præcipiebat ut homo punire
tur, non vero virgo: & ratius erat, quia in ci
uitate poterat uti tam bona, ac facili defen-
sione, ut est uociferatio, & querela: ruri ve-
rò quãuis clamaret, nullum tñ remedium ha
bebat. Heu, quot in æternum in inferno la-
pidabunt eo quod noluerint tam excellen-
ti, ac facili defensione uti, ut est loq in con-
fessione peccatorum suorum se accusantes.
Videbitis feminam mirum in modum lo-
quacem, cum uero ad confessoris pedes se
inclinat, Sathanas eã muta reddit, ut ne pec-
catum, quidẽ, ex oĩbus, quæ cõmisit profer-
re sciat: sed oĩa cõprehendit, dicens: sic, aut
non si eam confessor interroget. Videbitis
uirum urbanum, qui tam perpolitis uerbis
20 utitur, sciens urbanitates perpendere secun-
dum hoĩum conditiones, Alium dicit illu-
strem, alium magnificum, aliũ nobilẽ, &c. Et
cum confitet, uidet stultus, nullum.n. uerbũ
scit loqui. Quare non dicendũ est, quod dia-
bolus te mutũ reddidit, cum tam inops uer
borum in re ita necessaria uidearis? Cum
igitur fratres mei uobis probauerim tam p
spicuis rõnibus, quod Sathanas uos cæcos,
& mutos efferit: remedium est huius mor-
bi, ad hunc cælestem med. cũ confugere, qui
Ioã.3. (ut dicit D. Ioan. In hoc apparuit filius Dei
ut dissoluat opera diaboli) ad hoc in mundũ
uenit, & qñquidem sunt opera Sathanę esse,
vt estis Deũ rogatẽ, ut ea dissoluat, nec ue-
reamini, ne, ut in uobis opera Sathanæ dis-
soluat, id tanta uiolentia faciat, ut uosmet-
ipsos destruat; qa ibidem dixit D. Ioan. Et
scitis, qa ille apparuit, ut peccata tolleret.
Non uenit ut adulterũ, & latronẽ tollat, aut
homicidam a mundo abstrahat suspendens 21
eos: hoc.n. exeqtur terrestris iustitia, sed ue-
nit ad auferẽdas iniquitates. O admirabilẽ
Dei clementiã? Diabolus uirtutẽ, & uirtute
præditũ simul uellet destruere, cũ sit capita-
lis hostis. Deus aũt cum sit amicus, tñmodo
conatur peccatum tollere, non uero pecca-
torem. Ideò ẽt de eo dixit B. Ioan. Baptista:
Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatu mũ
di. Si in imaginẽ perfectissimã eximij picto Simile.
ris manu depictã litura, aut macula aliqua
incidit, quæ eam deformet, accipit pictor in
strumentũ, & dexteritate sua, non imaginẽ
oblinit, sed lituram illã aufert. Sic facit hic
diuinus pictor Iesus Christus, & non solum
a nobis malum obstrahit, sed bonum ẽt do
nat. Laudare Dñm (ait S. Paulus) cum gau-
dio gratias agentes Deo, & Patri: Quare? qa 22
eripuit nos de potestate tenebrarum, & tran- Colos.1.
stulit in regnũ filij dilectionis suæ. O quam
suauissima uerba: posset dicere Christus fi-
lius Dei: Tu es peccator, & dignus es infer-
no, sufficit ut te a peccato liberem. Cæterũ,
tu tibi consule, sed diuina eius misericor-
dia non hoc contentus est, sed transtulit
nos, &c. aufert malum, & affert bonum.

*Locutus est mutus, & admirata sunt tur-
ba.* Cũ hic hõ cæcus esset, & surdus (ut supra
diximus) non dicit, ꝙ uidit, & audiuit, sed ꝙ
locutus est. Quid hoc est mysterij? nõ aliud
est, q̃ ꝙ uoluerit Spiritus Sanctus nobis si-
gnificare in hoc, ꝙ unum ex membris, quo
magis diuinæ Maiestati seruit, aut quo ipsa
magis offenditur est lingua. Ideò non tanta 23
mentio fit de uisu, & auditu, quam de loqu
tione. Et hoc ostẽditur, ꝙ si hõ loquitur, ut
fas est, inde illi proueniet, ꝙ bene uideat, &
bene audiat. Maximè notandum est, quod Psal.50.
cum Dauid Deum rogauerit, dicens: Dñe,
labia mea aperies, & os meum annuntiabit
laudẽ tuã; Postea instantissime deprecat, di-
cẽs; Pone Dñe custodiã ori meo, idest ligno Psal.14.
obstrue. Quare illic a Deo petit, ut os suũ
aperiat: alibi uerò, ut illud claudat depre-
catus. Et ostium tornatile illi ponat? Ostiũ
circunstantiæ, &c. Hoc dixit ut ostende-
ret, quod ex manu Dei nobis uenturum
est

est bene tacere,& bene loqui. Scire loqui, &
scire tacere opportune & sicut decet domum
est altissimi. Date mihi hoiem effrenatæ lin
guæ, non uidetur nisi horologium pertur-
batum,ꝙ nō sistit vsq; ad centū. Cū Dauid
oēs creaturas ad laudes Dñi inuitauit nun-
quam peccatorem inuitauit,sciebat.n.ꝙ il-
lius causa tota musica dissona futura erat,
24 solus ille dissonaturus erat, & ita uocauit cę
los,stellas, maria, terram, & cætera oīa vsq;
ad dracones,abyssos,oīa posuit in suo Psal.
Psa.148 Laudate &c. Non tñ posuit sceleratum, ex
mala.n.conscientia non bona exibunt uer-
ba,& quæ diuinam Maiestatem glorificent.
Itaq; dicens,laudate Dñm de cælis , serpen-
tes & volucres pennatę,dracones, & omnes
Simile. abyssi,tabifica animalia, atque insensibiles
creaturas,homini malæ linguæ, & propter
eæ conscientiæ præposuit. Confundimini
ergo pudore fratres mei,qui assuescitis men
tiri,iurare,& de proximis uestris detrahere,
siquidem tantam uobis infligit alapam Spi
ritus sanctus minoris uos estimans, quam
uenenosos serpētes,& confusi pudore, con-
uertimini,linguas vestras coercere, purissi-
mè in peccatorum uestrorum confessione
25 loquimini.Nam ex isto fonte uobis medici
na dimanabit,qua oculi uestri clarificentur,
auresq; uestræ excitentur.

*Quidam autem ex eis dixerunt, in Beel-
zebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia.*
Et dicētibus illis inter se tātam blasphemiam
incepit diuinus Dñs rationibus probare, il-
los mendaces esse, & eorum uerba longe à
rōne abesse. O ineffabilē unigeniti filij Dei
patientiam?q̄ merito dixit Moises: Domi-
Exo.34 nator Domine Deus misericors & clemens,
patiens & multæ miserationis. Vbi eum hic
patientem uocat,est in Hebræo uerbum qd
26 significat,qui habet nares oblongas. Quod
non est iracundus , nec male moratus, sed
mitis,& iniuriarum patiēs,& qui nunquam
parcere defecit. Testa parua si parum
Simile. aquæ, & pauca cicera in eā infundas statim
spumabit,& effundetur aqua minimo ignis
calore. Torrēs paruulus licet parū pluat sta
tim extra alueū exit. Sed vt Tybris,aut alius
magnus fluuius accrescat, & extra alueum
erumpat, necesse est multas pluuias præce-
dere. Habemus hoies corda nostra quasi
testas uiduas,quę statim superexuberant, &
quasi torrentem paruulum, quæ statim mi-
nima pluuia, & minimo uerbo ignominio
so,qd dubis dicit ab alueo exeunt, quacūq;
minima occasione illicò irascimur, & uelut
furiosi concitamur. Deus est fluuius infini-
tę aquæ,nō exit ab alueo pp scelera nostra,
licet maximæ sint iniuriæ,quas cōtra illum
cōmittimus,tutissime tñ ad eum possumus
accedere,quāuis eum offenderimus, non.n.
illum perturbatum inueniemus Ecce quan-
ta mansuetudine conet hos pessimos calū- 27
niatores ueritatis iter demonstrare, quāuis
tantam in illum calumniam proferebant.

Est autem ualdè notandum,ꝙ cum ij uer
bis blasphemarent, dicit Euangelium: *Vt
uidit cogitationes eorū &c.* Dñe, hi pessimi
uerbis te uituperant & blasphemant, quare
tu de eorum cordibus conquereris, quæ tu
solus intelligis?nihil æstimas uerba, q̄ tibi
dicunt,& doles propter eorum cogitationes
quas nemo præter te cognoscit? In hoc cer-
nitur Dñi nostri Iesu Christi probitas,quia
cum finis,quem Pharisæi ex illis uerbis in
tendebāt, esset populum decipere, & illam
persuasionem,ac fidem ab eorum aīs aufer- 28
re, quam de diuino Saluatore habere inci-
piebant,multò maiori iniuria afficiebatur, &
plus dolebat mala, quæ populo uolebāt in-
ferre,q̄ iniuriam suam sentiebat, magis do-
lebat uidens,ꝙ populo officerēt peruerten-
tes eum, & auferentes cognitionem illam,
quam iam conceperant,q̄ quod ipse iniuriā
pateretur. O ineffabilem Dei pietatem? quis
tibi non seruiet? Et quis tui amore non ca-
pietur? Hic est,(fratres mei) Dñs, quem of-
fendimus,& quem despicimus, atque eum
pro minimus rebus commutamus, cum ip-
se sit Deus,& tam amicus noster,ut signifi-
cet,se magis dolere,peccata nostra, propter
incommodum,quod peccatori afferunt, q̄
ꝙ ipsemet offendatur Cum Hebræi maxi-
mū illud Idololatriæ insultum perpetrassēt
orante Moyse pro illis, dr, quod placatus
est Dñs,ne faceret malum,quod locutus fue Exo.32
rat aduersus populum suum,& tamen,cum
Moyses descenderet,ei inspirauit, ut in ui- 29
ginti tria millia illorum gladio irrueret.
Conciderunt illa die uiginti tria milia, quia
eos pudore nudatos,ac proteruos perspexit.
Ex uerbis enim Aarō cognitum est quales
illi essent. Atq; totum hoc supplicium sum
ptum est,ne alijs proximis officerent, hoc
est enim,quod Deus magnopere sentit, &
non tam considerat peccata iam commis-
sa, quam duritiem illorum, ac incommo-
dum, quod ipsa proteruitas alij proximis
potest afferre.

Probāte Dño nostro Iesu Christo inno-
centiam suam optimis rōnibus, surrexit dē
medio quædā mulier & cœpit exclamare di-
cens. *Beatus uenter, &c.* Inter tot hoīes, ac le
gis peritos, & ubi tot de Deo detrahebant,
vna tm̃ muliercula reperta est, quæ Dei ho-
norē defenderet. Obstupēdum est videre, q̃
paucissimi sint, q̃ modo Deum laudent & ei
seruiant, atq; illius honorem, & amplitudi-
nē tueant; atq; ij non sunt ex pstantioribus
Exo. 1. ac nobilioribus sæculi. In Exodo dr̃, q̃ cùm
tyrannus ille Rex Ægypti imperasset, ut
Hebræos sui persequerentur, ac in eos tantā
tyrannidē exercerēt, vt filios eorū demerge
30 rēt, timuerunt aūt obstetrices Deū, &c. Illæ
mulierculæ fuerunt Ægiptijs cōfusioni, cū
.n. tot potentes & literati in cōsistorio regio
essēt, nullus fuit, q̃ tyrāno cōtradicere aude
ret, sed oēs eius tyrannicis institutis obedie-
bāt cōtra oēm naturalē rōnem, solę mulier-
culę q̃dam Deū timentes huic tyrannico, &
atroci pcepto obtēperare noluerunt. Atq; il-
læ mulieres absq; concionatore, aut docto-
re, naturali tm̃ lumine cognouerunt malis
31 supplicium esse pparatum, ac Deum timue-
runt, nos aūt tā docti, tamq; admoniti, atq;
tot cōmonitionib. impulsi nihil timemus.
O maximā infœlicitatē. O terribilē cæcita-
tem? Ad illorum, ac nostrā confusionē men-
tio facta est de illis mulierib. q̃ pfecto non
absq; premio manserunt, ibidem namq; le-
Act. 10. gitur q̃ bñficij Deus obstetricib. his. Nul-
lum est bonum, q̃ sit expers pmij. In oī.n.
gēte, q̃ timet Deum, & operat̃ iustitiā acce-
Hier. 13 ptus est illi. Et ibi dr̃, & q̃a timuerunt obste
trices Deum, ædificauit eis domos. Et Hier.
dicit de iustis, q̃ ædificabuntur in medio po
puli Dei, i. exaltabuntur, & cōseruabunt̃. Ita
hic intelligunt nonnulli, ædificauit eis, i. su-
32 scepit eas, prosperauit eas, exaltauit, & bene
Gregor. fecit. Sed, f̃m S. Greg. ædificauit, eis domos,
i. dedit illis gratiam & uirtutes, quib. ad ęter
Ioan. 4. nas illas mansiones peruenirent, de quibus
Ioān. In domo patris mei māsiones multæ
sunt. Vt cognoscatis, quàm gratus sit Deus,
& q̃uo, secundum S. Greg. eas illuminauerit
cum gentiles essent ut in salutis via ambula
rent. Curemus ergo pro huius tā grati Dei
honore pugnare, ipse.n. nobis liberalissimè
persoluent, hic nobis concedens gratiam, &
in futuro donans gloriā sempiternam. Ad
quā nos perducat Iesus Mariæ filius, qui cū
patre, & Sancto Spiritu uiuit, & regnat in
sempiterna seculorum secula. Amen.

Feria II. post Dominicam III. Quadragesima.

Quanta audiuimus facta Capharnaū, fac & hic in patria tua, &c. Luc. 4.

PRędicans Christus Redemptor
noster in Nazaret, ubi educa-
tus fuerat, infantiæque ac iu-
uentutis suæ annos duxerat, in
eadem sermocinatione dixit
pharisæis, ac cæteris, qui aderant, vtique di-
cetis mihi, medice cura teipsum, cùm om-
nium corda, ac intentiones cognosceret, di-
xit utiq; dicetis, &c. Qui mirus est lusor pi- Simile.
læ, oēs pilas in aere colligat, anteq̃ per terra
serpant. Sic Christus Dñs noster antequam
homines loquerentur, iam ipse perspiciebat,
quid in animis haberent. Pilas in aere colli-
gebat. Nos, qui sumus confessarij quando
possumus pilam captare iā venit obrepens,
& quasi vi ablata. Nullus est enim, qui pi-
lam bene iaciat. Vix est, qui peccatum con-
fiteatur, vt debet. Et sic peccata per uesti-
gium trahimus. Sicut ignari lusores, qui pi 1
las in aera nesciunt comprehendere, nisi
postquam per humum obrepūt. Solus Do-
minus, vt verus Deus sciebat pilas in aere
colligere, sciebat cognosceret, quid homi-
nes in corde suo cogitarent, antequam id
ore proferrent, & ita locutus est iuxta ho-
rum cogitationem, quod enim ipsi magno
pere desiderabant erat, vt in patria sua ea
miracula faceret, quæ alibi operabatur. Et
dicere, cura te ipsum, significat idem, quod
cura nos, qui unum sumus tecum, q̃ ex tua
patria sumus. Hic libentissime dicunt, se
vnum esse cum Iesu Christo, ut ab ipso be- Psa. 141
neficia accipiant, at verò in laboribus so-
lùm illum deseruerunt. Vt ipse conqueritur
per Dauid dicens: considerabā ad dexteram,
& uidebam, & nō erat, qui cognosceret me. Simile.
Sicut cum aliquis præficitur episcopus, aut
in alium dignitatis gradum effertur. A quo
libet angulo mille cognati illi prodeunt. Si
vero sit pauper, ipsimet fratres eius eum ab 2
negant fratrem.

Atque idem Dominus, qui quęstionem
eorum nomine, & secundum eorum volun-
tatem proposuit, eis respondet; *Amen dico
uobis, q̃a nemo ppheta acceptus est in patria
sua.* In quibus uerbis eis ostendit, quod q̃a
illum

illum non honorabāt, nolebat inter eos miracula facere. Sancti super hoc verbum maximam faciunt exaggerationē, & maximè perpendunt, quòd cum Christus Redēptor noster esset, qui temporalia hæc, & caducam minoris fecerit, quàm omnes, qui in toto terrarum orbe sunt, fuerunt, & futuri sunt, cumque nihil aliud in toto vitæ suæ tempore faceret, quam terrestrium rerum omniū contemptum, tam verbo, quàm exemplo hominibus persuadere, & tamen in patria sua nollet miracula facere, nec inter ciues suos habitare, eo quod ipsum parui facerent, & ibi morabatur, & prodigia faciebat, vbi colebatur & magni æstimabatur, cùm omnes sancti, & eius serui contrarium facerent, qui non solum commorari, verum ne ingredi quidem volebant, vbi honorabantur. Si ergo uermiculi hoc faciebant, quanto rectius esset, ut diuinus Magister idem faceret vt eius exemplum omnes imitarentur? Ita cupidus honoris erat? Profectò si perspicua oculorum acie rem hanc intueamur, inueniemus, quod in ea singulare in nos contulit beneficium, admirabilemque nos erudiuit doctrinam. Non erat auidus sæcularium honorum humillimus Iesus. Sed potius mirum in modum eos contempsit, & cōculcauit, nec ciuitatem illam relinquebat, eo quod ipse negligeretur, ad hoc namque in mundum venerat, vt pro nobis contumelias pateretur, vt eius nomine prophetauerat Dauid dicens: Ego sum uermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. O superne mundi Redemptor Deus infinite, atque homo vere, quare dicis Domine, te non esse hominem? Et quid mirum, quod fuerint hæretici, qui dixerint, te non esse hominem verum, cum tu idem ore tuo fatearis? Ah? non id intelligitis. Vult dicere, se non esse hominem sicut solent esse sæculares homines. Dicitur illi ignominiosum verbum, statim gladium euaginat, ac dicentis mediam abscindit faciem. Et dicitis. O, sicut vir hoc fecit, aliàs effeminatè se haberet. Certè maximum est mendacium non enim vt homo fecit, sed vt iumentum, quod passione, non verò ratione ducitur, & in eum calces tollit, qui illud percutit. Non sum ego (inquit sanctissimus Redemptor) talis homo, mille enim iniuriæ mihi factæ sunt, & omnes patientissimè toleraui. Sum sicut vermis qui præterit uiam sine tumultu, quem pastor, & aquarius conterit, & omnes conculcant, & de nemine queritur. Quis vnquam vermem queri vidit? O fili æterni Dei quam quietus, & sine strepitu mūdum hunc præteriisti, obrepens sicut vermis prostrato humi pectore, triginta tres annos cum tanta egestate, ducens ab omnibus malis conculcatus: nec tamen vnquam conquestus es. Ideò ait Dauid, te esse vermem & non hominem, sicut homines huius sæculi. Ideo non contentus est hic diuinus dominus, vermis appellari, sed addidit dicens. Opprobrium hominum, & abiectio plebis. O res mirabilis, quam.n. cū dñe sis omnium hominum decus, & splendor (nam maior gloria nostra hæc est, te hoīem factū fuisse) & tū dicis te opprobrium esse hoīum? significat his verbis ꝙ cōtumeliæ, & opprobria, q̄ inter oēs hoīes diuisa sunt, oīa cumulata sunt, & simul in se deuenerunt, atque ea oīa libentissimè pp nos suscepit. Et cum hoc ita sit, nō recusabat facere miracula in patria sua, eo ꝙ non honoraretur ab illis, sed voluit se ita durum erga illos ostendere, vt autoritatem conferet prædicatoribus Euangelicis, quod noluit contemni; & paruifieri, neglecta.n. persona, abijcitur etiam & doctrina. In quo nobis exemplum præbet quantum debeamus curare, ij, qui Euangelium & Dei diuitias tractamus, vt apud populum bonam habeamus æstimationem, solummodo pp cōem, non aūt propter nostram vtilitatem peculiarem, considerantes fructum, quē auditores ex doctrina percipient, si bene existiment de prædicatore, sique prædicationi fidem adhibeant. Hanc opinionem capiebat noster diuinus Magister, vt hoīes de se, pie haberent pp commodum, quod ex eo illis subsequeretur, non uero, quod vellet honorari. Imo in hoc amorē suum maximè ostendit, quod libentissimè ignominias p nobis, tulerit, quod est plus, q̄ iā mori. Nam repe-rientur homines, qui p amicis suis, uitā periculo opponant, honorem vero, nemo est, q̄ pro altero velit indiscrimen offerre. Imo, ipso facto, quo aliquis peteret, ut honorem pro se offerret, inimicitias cum illo contraheret. Quid honorem meū tu pertinges: filius aūt Dei non uitam modo pro nobis obtulit, uerū & honorē ēt amisit. S. Marcus hanc eādē historiā exponēs dicit: & non poterat ibi virtutē vllam facere, &c. Non dicit ipsum noluisse, sed omnipotentem non potuisse ibi miraculum vllū facere. O rem stupendam, Non potuit in patria sua id facere, quoties

Marginalia: 3; 4; Psal. 21; 5; 6; Mar. 6.

in alienis fecerat. Redditur etiam altera rō vltra supra dictam, s. quod Deus nō facit miraculum in fauorem peccati. Vellent Nazareni, vt ad honorem patriæ suæ commoraretur illic medicus ille tam singularis, & ex omnibus nationib. illuc homines concurrerēt, atque propter maximum concursum, multi cibi illic venundarētur, nam sic oēs illi mercatores essent, & stabularij fierent, & ita dñi miracula in fauorem crumenarum suarū es-
9 sent, & sic volebant vt cælestis gratia tpalib. bonis venderetur, quod erat pessimum desiderium, cui impossibile erat Deum satisfacere. O quantum super hoc poterat hic reprehendi. Eo q iam nulla sit in Ecclesia Dei peregrinatio, nec sanctorum inuocatio, quæ in nundinas non versa fuerit, atque si ad eā quadraginta vadūt triginta, & nouem vadūt ad vendendum, & negotiandum cupiditatibus suis commoti, & cū peregrinationes die festo fiant, plurimi non ingrediuntur in tēplū, nec rem sacram audiunt, & ita domos suas
10 reuertuntur, non solum absque merito, sed peccatis, quæ illic commiserunt onerati. O terribilem hominum peruersitatem, quæ oē bonum in malum commutauit. Hinc etiā alia singularis doctrina elicitur, q queadmodū hoīes Dei gratia, & propria humilitate, & obedientia, apti, & digni efficiuntur, petēdi a Deo beneficia, & ea præstantiora consequēdi, q̄ ipsi postulant, vt significauit S. Paulus dicens. Flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, vt impleamini in oēm plenitudinem Dei, ei autem, qui potens est omnia facere super abundanter, quā petimus, aut intelligimus, sed intelligitur, quod hæc beneficia confert in eos, qui supra dicto modo dispositi sunt. Sic per culpam reddūtur homines indigni, petendi, & acipiendi, vt dicit Deus per Esaiam, cum multiplicane-
11 ritis orationem nō exaudiam: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Et rō est, q a peccatum non solum animā occidit, sed aliquo modo Dei mores & ingenium permutat, nō in se, sed in se suis effectibus Deus, enim secundum suam infinitam probitatem de se nunquam est inexorabilis, sed facilis ad audiendum, & cocedendum, peccata autē misericordiæ eius effectum impediunt. Quapp Hieremi. dixit, nos inique egimus & ad iracundiam prouocabimus, idcirco tu inexorabilis es. Tales erant hi Nazareni infælices, ideo dñm inexorabilem inuenerūt. Qui ruri domum construit, vbi eam sol circuit & in eā vndiq; reuerberat, si conqueritur, q domus sit intus obscura, merito illi dicere potestis. Tu es in culpa, si enim aperuisses magnas fenestras domui isti, ingrederetur solis splendor, q eā illuminaret; siquidem ibi non erat, qs ibi impedimēto esse posset. Est Deus sol infiniti caloris, & claritatis, quantum est ex se, paratus est ad illuminandum, & calefaciendum, atq; omnib. fauēdum, & si ab eius manu beneficia non accipiatis vobis culpā tribuite, qui amplas fenestras non aperietis. Edite maxima suspiria, magnam lachrymarum copia effundite, curate optima deside- 12
ria hēre, expedite cor intus, & oīb. vanis affectibus illud purgate, hoc est.n. amplas fenestras aperire, & Dei beneficijs aditum patetacere, eiusq; gratiam desiderare, q̄ nunq̄ deest ijs, qui ad eam accipiendam disponuntur, Idcircō S. Paulus dixit. Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniā, sine qua nemo videbit Deum, contēplantes ne quis desit gratiæ Dei. O q̄ admirabilis snia, quam excellēs admonitio omnibus pximis, & eis in omnibus rebus bonum exemplum oñdentes cōsideremus, & diligēter cōtemplemur, ne forte propter harum rerum defectum gratiæ Dei desimus. Solemus sæpenumerō dicere nobis grām Dei deesse, eo q in nobis spūalem progressū non sentiamus. Sed dicit Apostolus q vnusquisq. solicitus sit, & videat ne ipse de-
sit gratiæ Dei, in quo significat, nos prius 13
grā Dei deesse, q̄ ipsam nobis. De illa nanq; dr, clara est, & q nunquam marcescit sapientia, facile inuenit ab eis, q q̄rūt illā, præoccupat, qui se concupiscūt, ut illis se prior oñdat qui de luce vigilauerit ad illā non laborabit assidētē.n. illam foribus suis inueniet. Si qs diluculo eam q̄sierit non multos labores, patietur, vt inueniat, ad ostiū.n. suū eā sedentē reperiet expectantē, vt desiderio saltē exeamus ad inquirendam illa, siquidem ipsa nos quærit, & domū nostram venit. Nō deesset Deus his in eorum necessitatib. subleuandis bñficijsq; cōferēdis, sicut faciebat habitatorib. Capharnaū, nisi illi prius Deo deessent.
Ad hoc ppositū dicebat sāctus q̄dā ordinis 14
nři, q dicebat F. Ægydius, de gratia, quā hō accepit, & q̄ non accepit redditurus est rōnē in conspectu Dei. De ea q̄ accepit, nisi ea bene vsus fuerit, de ea q̄ nō accepit, quia sua culpa illā nō accepit. Deus.n. paratissimus erit vt eam conferret. Cum igit hoc ita fit, quid erit de nobis peccatoribus in illa hora, siquidem tā parum dispositionis habuimus & tā ne-

Eph.3.
Esai.1.
Thr.3.
Simile.
Heb.12.
Sap.6.
S. Ægid.

negligenter præparati ſumus ad gratiā Dei accipiendā,& tā male accepta gratia uſi ſumus? Mittat unuſquiſq; manuū in ſinū ſuū, & animaduertat quātū ſibi deſit ad hoc vt bonus ſit,& cognoſcat, quātūcunque deeſt.
15 ſua ſibi culpa deeſſe, & uidebit quantū habeat ꝙ ploret. Quapropter fratres mei per reuerentiā huius liberaliſſimi Dñi uos rogo, ſemel & millies,eius noīe hoc poſco, ne illius diuinæ gratiæ deſitis. Attendite ꝙ ad fores ueſtras ſedet expectās,ut ſibi ianuā aperiatis,ne diuinæ clementiæ fores claudatis, ne tā pretioſæ,atque inæſtimabili rei tātam iniuriam inferatis. Veneramini, & maximi æſtimate uerbum humanatum,miſſum propter infinitum amorem ab æterno patre.

Aduertite ꝙ quia Chriſtū dñm nō uenerati ſunt Nazareni, ut par erat, eos reliquit, ꝙ iuit Capharnaum. Et cum ipſi arbitrarētur ſibi petitionem ſuā concedendā eſſe,eos áſpera reprehēſione exprobrauit,& dedecorauit,arguens eos ingratitudinis,& inconſiderationis,q̃ reprehenſionem ipſi tanquam
16 præſciti moleſte tulerunt,& ita dicit Euangelium,quod, *Repleti sūt omnes in ſynagoga ira,& ſurrexerunt, &c.* In eodem ſermone paulo antea,qui ia ad eorū uoluntatē,& deſideriū loquebatur,& de Meſſia agebat, dicit ſacer textus, quod mirabātur in uerbis gratiæ,quæ procedebāt de ore eius. Pleni erant lætitia,ut autē Ieſus Chriſtus eorū uitia perſtrinxit,repleti ſunt oēs ira. Sic modo ad literam fit. Cum prædicator myſteria declarat,quę neminē perſtringunt,dicitis. O quā bonus prædicator, profecto eſt alter Sāctus Paulus. Cum primum uero de uita, ac moribus ueſtris maledicit, & uos uituperat, ſtatim eum præcipitare cupitis,ſicut illi Redēptorem noſtrum. In libris Regum dicitur, quod Philiſtim habitatores Azoto arcam
1.Re.5. Domini à templo ſuo, à ciuitate, & eius terminis eiecerunt, eo quod Idolum ſuum
17 Dagon in terram eiecerit. O quot Deum, & eius famu os contemnunt, & ab animis ſuis exterminant, eo quod eorum idola diſperdunt. Adoras honorem, uoluptatem, & utilitatem, quæ idola ſeruus Dei curat diſperdere, & prædicator curat auferre, & ideo eum odio habes, & in illum iraſceris. Cum accerſiri iubetis ſartorē,qui uobis ueſtitum ſarciat, certum eſt quod non faciet
Simile. veſtes,ſecundum ſuam ſtaturam, ſed iuxta corpus illorum, quibus faciendæ ſunt. Sic uelletis, ut quicquid prædicator concionatur,ad mēſuram uoluntatis ueſtræ eſſet, nō uero iuxta menſuram beneplaciti diuini,& quia non ſic fit,ſed uitia ueſtra increpantur, ita replemini. Vnum ex ſignis prædeſtinationis,aut reprobationis eſt:ſi ægre aut libēter fertur reprehenſio. Magnum certè ſignū eſt,cum quis reprehenſionem humiliter patienter,& cum gratiarū actione perfert illū prædeſtinatum eſſe. Cōtra uero,reprobationis eſt maximum ſignum, nolle corrigi,& cū reprehenſione exacerbari. Cum Moyſes virgam in conſpectu Pharaonis proijceret in ſerpentem uerſa eſt. Sic plerumque ſolet accidere,quod uerbum Domini(quę eſt virga)proiectum curā quodam Pharaone, coram præſcito in anguē conuertitus,& ueneuū efficitur. Virga eſt correctio. Sic Iob narrās quomodo mali efferantur,& ſublimentur, dixit, & non eſt virga Dei ſuper illos. Hanc uero correctionis virgam,ſi curā præſcito conijcis eum exhortans, ut ſeſe ad virtutem recipiat:conuertitur in colubrū peccati,quia iraſcitur,& eū, qui ſe reprehendit vult morſibus conficere. Ait Plutarchus in moralibus,quod ſicut cum ęgrodat urpotio (ut ei tam amara eſt,)nō ſolum illā odit, ſed uas etiam, in quo ſibi data eſt,multo tēpore execratur, & cum illud intuetur, ſtatim ei ſtomachus euoluitur,& præ horrore inteſtina uult euomere. Ita mali odio habēt nō ſolum reprehenſionem,uerum & illos etiā, qui eos reprehendunt, & cū illos intuentur ſtatim perturbantur. O quam peſſimum ſignum. Liberet nos Deus à tali infælicitate. Et ut cognoſcatis quā mala ſit, audite Spiritum ſanctū ducentem de ea uiro,qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei ſuperueniet interitus, & eum ſanitas non ſequetur. O metuendum uerbum, quis eſt lapides audiens te qui non cōfringitur,et timore contremiſcit, qui obdurato cordē neglexerit corrigentē, et ei obſtiterit repentina morte morietur, nec ſalutē animę conſequetur, Heu, Heu,quō tam terribilē comminationē audimus,nec tamen illam timemus,ac ſi nō eſſes Deus, qui eā dicit. O Domine,quid faciemus nos, qui paſſim in hāc miſeriam incidimus? quis eſt qui dicat quādo corrigitur? Benedictus Dominus Deus qui tantum mihi contulit beneficium mittens tale medicamentum uulneribus meis. O Dominus tibi perſoluat frater mi,aut pater mi,hanc charitatem, quam in me feciſti multum enim tibi pro eo debeo. Quid dicẽ-

Right margin notes: 18 (beside "eſt,cum quis reprehenſionem"); Exod.7 (beside "Cum Moyſes"); 19, Iob.21. (beside "rās quomodo mali"); Plutar. ch. i moralibus. (beside "Ait Plutarchus"); Prou.29 (beside "pientem dura ceruice"); 20 (beside "ſequetur, Heu, Heu").

dicitis ad hoc? Quare nõ confundimini uidentes ꝙ post correctionẽ, quasi uiperæ venenũ conspuentes remanetis? Sicut remanserunt hi Nazareni in bonũ Iesum, q. pestilẽtissimo furore concitati eiecerunt eũ extra ciuitatẽ, & in excelsi montis cacumen detulerũt, ut illũ præcipitarent. Ecce quas ei gratias agerẽt pp prædicationem. Liberet me Deus à tali ira, & ĩ quẽ? aut quare: Plerumq; ira animã torquet, & eã facit insanire, illam obcæcat, & in mille insaniat redigit. Quo
21 furore cruciabat anima Saulis cũ absque vllo iure, aut rõne lacerari iussit septuaginta sacerdotes Dñs sacrosanctis uestibus indutos, & hac immanitate insatiatus, euerti imperauit ciuitatẽ sacerdotũ absque culpa, & ꝙ nulli ætati, aut conditioni parceretur, homines, mulieres, pueri interficerẽtur, et (qđ plus est) asinos boues, et cætera iumẽta concidi iussit. Quæ fure, dicite mihi, interius concitabat, qui omni humanitate nudatus, beluis ipsis erat immanior, effectus quasi diabolus, qui oĩa destruere cupiebat. Non
1. Re. 3 uidetur uobis? hoc stupendũ, quod talẽ faceret, solum pp hoc ꝙ sacerdotes receperant ibi Dauid, quẽ ipse intestino odio persequebatur? Adhuc esset factũ eius culpabilius, si hoc faceret, et crudelitatem hanc exerceret contra illos sacerdotes, quod eũ necessario
22 correxissent, & piè admonuissẽt. Ex quo intelligetis, qđ culpabilior ex hoĩbus furoribus est ille, qui habetur contra eum, qui animæ nostræ uult mederi. Beati mites, qui similẽ irã, & oẽs effrenatos furore sũma animi cõtentione fugiunt, atq; ideo, læta, & pacata uitam degunt, ut affirmauit Dauid, dicẽs. Mansueti autem hæreditabunt terram,
Psal. 36. & delectabuntur in multitudine pacis.

Iesus autem transiens per medium illorũ ibat. O benedictus talis Deus glorificatus
23 talis Dñs, & super exaltata sit tanta patientia. Videte quam libenter tantã iniuriã tulerit, tam miti animo per medium illorum præteriens, & cum illos statim illic posset subuertere eos impunes deseruit. O quã merito Beatus Paulus ad Hebræos dicebat,
Heb. 12 Recogitate eũ, qui talẽ sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini animis uestris deficientes, nondum enim usque ad sanguinem restitistis aduersus peccatum repugnantes. Maxima significatione dicit: Recogitate, posset enim dicere: cogitate, ut nos commonefaciat, quod iterum, atque iterum hoc negotium à nobis tractari oportet, mane & vespere in prandio, & cæna, & tota denique uita in cogitando, & recogitãdo exemplum ꝙ nobis dedi, traducenda est. Etiã maxima Emphasi dicit, eum. Quem? Nõ põt explicari. Voluit apertam relinquere ianuã, ut aĩa quantumcunque uelit possit intra se euoluere, & ei liceat in pelago infinitatis Dei submergi. Potestis eum cõtemplari Deum, potestis aio concipere hoĩem. Potestis Deum pariter, & hoĩem cogitare. Illud eũ, est abyssus perfectionũ. Et ita consumpta tota uita, 24
& ẽt mille sæculorũ trãsacto tẽpore in agendo de eo, qui patiebatur nunquã tñ ad litus huius pelagi perueniemus. In hunc ergo tantum Dominũ, atque in eius passionẽ oculos conijciamus, ut ab eo patiẽtiã addiscamus. Licet enim illũ nobis Pater æternus in magistrum, & ducem dederit, quem sequeremur, ut dicit per Esaiam, Dedi eum ducem, & præceptorẽ gentiũ. Et hoc est, quod etiam Sãctus Paulus ad Rom. doceri uoluit cum dixerit: Induimini Dominum Iesum Christum. Cum quis operatur secũdum alterius facta, & ei multũ assimilatur, dicitis, quod indutus est eum. Et ita dicitis de malo, Dæmonium induit. Quia in omnibus suis operibus eum imitatur, & repræsentat. Sic dicit Beatus Paulus, Induimini Iesum Christum, ita ut illum in omnibus imitemini in spiritu & proficiendi zelo, in sermone, in misericordia, &c. Sed una ex uirtutibus, quam in illo diligentius, ac studiosius oportet nos imitari est patientia, & mansuetudo etiam, ut idem Dominus peculiariter docuit, dicẽs, Discite à me, quia mitis sum, &c. Quæsiuit anima quædam deuota ab hoc diuino Domino, dicens, Domine quid faciet homo propter te, eo quod pro illo passus fuisti? Cui respõdit Dominus. Scito quod ministri atrocitatis; manus, pedes, & omnia membra mea uinxerunt, linguam autem meam nequaquam uincire potuerunt. Ego tamen ita eam colligaui, ut ne uerbum quidem iracundiæ, aut scandali dixerim, aut ꝙ aliquẽ læderet, sed omnia uerba mea plena erant amoris, ac patientiæ. Cum igitur homo in commodis atque contumelijs alligatus, linguam suam patientia uinxerit malum pro malo non respondens, tunc mihi seruit, & magnopere placet, & hoc quodam modo contentus sum pro omnibus: quæ pro illo perpessus sum, & tacui. O profundam, & admirabilem sententiam beata anima,

Esa. 36.

25


Mat. 11

26

ma, quæ illam seruauerit, per illam enim diuinam gratiam adipiscetur, & postea in futuro cælestem gloriam consequetur. Ad quā nos perducat, &c. Amen.

Feria III. post Dominicam III. in quadragesima.

Si peccauerit in te frater tuus uade, & corripe eum inter te & ipsum solum. Matth. 18.



1 I peccauerit in te, idest, contra te. Hic est legitimus sensus huius sententiæ, q̄ Dn̄s dixit Sancto Petro. Et hoc patet, quia, peracta hac doctrina, quā diuinus Magister docuit, eum interrogauit Sanctus Petrus dicēs: Dn̄e quotiens peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vsq; septies? Arbitratus est Diuus Petrus, q̄d multum se extēderat, & (ut aiunt) lapidē ꝓ virib. iecisse. Et profecto ſm quod nō facimus, satis se extēdit. Nā tu qn̄ tibi illata est iniuria, & assiduis ꝑcibus rogatus ei dimittis q eā tibi fecit, statim dicis: Hac nō amplius statim ad terrā pertingit, ea est charitatis vestræ pusillitas. Et iuxta hoc satis multū erat, quod dicebat Sāctus Petrus interrogās vtrū septies dimissurus esset? Sed tn̄ modicum adhuc dixit ſm quod vera charitas exposcit, & sic illi respondit Dn̄s, Non dico tibi septies, sed vsque septuagies septies. Et statim proposuit parabolā regis qui dimisit septem millia talentorum, quæ quidam homo ei debebat, quod confirmat hoc quod supra diximus.

2 Hoc, quod Dn̄s respondit q̄stioni Diui Petri est maximæ consolationis peccatoribus, in quo dicit, vt ignoscat, quotiescunq; offensus fuerit, absq; vlla taxi & moderamine. Ibi enim certum ꝓ incerto numero posuit. Vnde cōfundit illud, quod nonnulli dixerunt, certū quendā, ac determinatum esse numerū peccatorum, q̄ Deus solet dimittere, & extra illum numerum nō dimitti. Sic .n. nos cum tam purū charitatis habeamus obligat Deus vt millies, & millies, & sine taxi ignoscamus nostris proximis? q̄to minus eius misericordia habebit taxim erga nos, cum eius benignitas sit infinita, nostra aūt

Luc. 17. ita sit arcta, & modica. Per Sanctum Lucā exaggerauit diuinus Magister hanc ponderationē dicens. Attendite vobis, si peccauerit in te frater tuus, increpa illum, & si pœnitentiā egerit dimitte illi, ne si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fue. it ad te dicens, pœnitet me: dimitte illi. Si ergo tam amplam vult bonus Iesus esse nostram misericordiam erga proximos, quō erit arcta eius infinita clemētia in nos? O diuinā sententiam ó peccatorū cōsolationem, quā amplus aditus spei nobis hic aperitur, si velimus nos disponere. Ita difficile visum est sanctis Apostolis toties ignoscere, vt suum cælestem Magistrum orauerint dicentes? Adauge nobis fidem. Videmur enim nobis modicam fidem habere ad rem tam arduam. Ridiculum enim vid̄r toties in dei re, & redire ad deposcen ā ueniam, 5 videtur qui hoc facit, significare se non intrinsecum, & ex animo dolorem habere, cū toties culpam repetat. Qui aūt optimè nouit humanā naturā sicut nouit is, qui eam condidit (in aliquibus ꝑcipue) nō admirabitur, cum toties aliquem videat incidere, & surgere, & reincidere, & resurgere. Ipse cognouit figmentum nostrum recordatus est quoniā puluis sumus Paulus minimo quodā flatu euoluitur, & euanescit. Sic miserum Psa. 102 hominē quæcunque minima occasio facit incidere. Idcirco sapiens dixit. Ne insidieris & quæras iniquitatē in domo iusti, neq; Pro. 24. uastes requiē eius, septies .n. in die cadet iu- 4 stus & resurget. Impij autem corruent in malum: hoc dicit interesse inter iustum & peccatorem. Et vocat hic iustum, aut eum qui iustus est secundū diuinam ꝑdestinationem aut eū q̄d ad præsens vult esse iustus, & Deo seruire desiderat. Et hic est eius finis iā cadendo, iā surgēdo. Nā & in Philosophia, & in Theologia actus & agēs à fine quē expetūt nomen sibi uendicant. Et dicit. Ne insidieris iusto, quem semel vidisti in peccatū labi, vt videas si iterum labit, nec in domo eius peccatū inquiras acsi dicat, qa peccatum ibi nō cōmoratur, iā eum pænitebit, septies enim in die cadet iustus, & resurget. Mali autē, præsciti, q ex animo sunt peccatores, penitus, & sponte sua ad malum ꝑpetāt, & in eo ptinaciter insistūt. Si ergo Deus mihi præcipit, vt septies in die ignoscam, si toties iniuria affectus fuero cum sim uermiculus tā arcti cordis, vt vix contumeliosum vnū verbum possit capere, q̄d de illa finita nobilitate incōprehensibilis cordis Dei immensa benignitate pleni pō sperari? O peccatores si uelletis hac pijssima doctrina vti,

&

& a mō peccatorū vestrorum medicinā in quirere inciperetis. Aduertite fratres quòd licet nunc Deus passim, & singulis horis dimittit, trāsacta tamen hac occasione præsentis vitæ, nō proderit uobis immensitas misericordiæ eius ad veniam consequendam.

Ait ergo summus Magister mundi: *Si peccaueris in te frater tuus, uade & corripe eū, &c.* O quō declaratur hic Euangelicæ legis synceritas, cū tibi, & vnicuiq; præcipiatur,
6 vt cū iniuriā accipis, ita doleas peccatum qđ proximus tuus commisit, faciens tibi hanc iniuriā, ut maiorē curam habeas auferendi eum ab illo peccato, quam de iniuria tibi illata. Sāctus Paulus ad Ephesios dicit. Imitatores Dei estote sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. Vnū in quo præcipue debemus Deum imitari, & amoris excellentiam ostendere, est hoc, quod hic nobis præcipitur, hoc est enim vnum ex operibus in quo maximè declarat suū erga homines amorem, quod cum in se peccatur, videtur magis sentire & dolere dānum, ꝙ tibi ipsi peccator infert, quam iniuriam, quā suæ diuinę Maiestati facit. Hoc significat illud, quod dixit per Esaiā, quiescite agere peruersè, &c. Quemadmodum siquis maximo impetu aliquem flagellis cæderet,
7 & percussus magis doleret, quod percutiens nimis fatigatur percutiendo, quam quod ipse illius ictus ferret, atq; illi maximi amoris visceribus diceret; Ne tantum fatigeris, quiesce, quiesce paulululū. O ineffabilē Dei pietatem quid dici poterat, qđ melius eius clementiam ostenderet? Nam cum peccator Deū percutit, tanto agone se fatigās in executione suarum cupiditatum & effrenati appetitus, odij, & ambitionis. Deus ad eius cor loquitur dicens, præ nimia eius compassione, quiesce, quiesce agere peruerse. Quiesce, quiesce peccator ne adeo fatigeris male operando.
8 Et quia hoc omnibus dicit loquentur hic Esaias generaliter dicens: Quiescite agere peruersè. Et maximo dolore conquerens prosequitur? Quō facta est meretrix ciuitas fidelis, &c Heu consolabor super hostibus meis, & uindicabor de inimicis meis & conuertā manum meā ad te, & excoquam ad purū scoriā tuā. Videte quō declarat dñs in his verbis, ꝙ quanquam dolet peccatores puniens, eos tñ quasi aurū, in ignē tribulationū immittit, ut eos peccatorum labe purificet. Atque in hoc præsertim vult vt nos illum imitemur, ita proximos nostros diligētes, vt propriarum iniuriarum obliti, diligētissimè rationes, & modos quęramus, quib. eos à peccatis auferamus, quæ commiserunt cum nobis iniuriam fecerunt.

Hinc infertur correctionē fraternā esse de iure diuino. Nā si dominus nobis iubet ut eos, qui in nos peccauerint corrigamus, & eos à peccato tollere curemus, quanto magis uolet, ut medicinā curemus illis præstare, q in alia mortalia peccata inciderint, quæ in nostrū incommodū nō redundant? Atque etiam dico, ꝙ correctio fraterna non 9
solum est de iure diuino positiuo, verum ēt de iure diuino naturali. Quia absque eo ꝙ Deus eam nobis commendaret in Euangelio, naturalis admonet ratio quod proximū debemus cohortari id, in quo deficit, & ei remedium adhibere in tanto malo sicut est peccatū mortale. Præcipiebat Deus, ut cortinæ tēpli talis essent formæ, & ita essent dispositæ, vt altera alterā ad se alliceret, significās hāc charitatē, q̄ inter fideles esse oportet. Qđ alteri alteros debēt allicere, & ad diuinæ Maiestatis seruitutem attrahere. Maximā curā hēt aurifex colligēdi immunditias domus suæ, quia ut illud, ꝙ præ manibus 10
fert, est aurū, & argentum, quod nō passim, neq; in quolibet angulo reperitur, atq; huius plurima illi fragmenta à manibus excidunt, omnia cum stercore colligit, ac in ignem conijcit, atque inde aurum, quod in eo latet iam igne purgatum abstrahit. Considerans Deus noster nos esse aurum inæstimabilis pretij, & ab eius manibus in immūditias peccatorum excidisse uoluit, ut hæc omnia in ignem charitatis proximi deuenirent, vt ibi admonitione, & miti correctione purgentur, & peccati scoria consumatur, Christianusq; purgatus ac mundus maneat, vt par est: Cum Sanctus Ioseph dimisit ab Ægypto fratres suos, ut patrem accerserent, dixit eis: Ne irascamini in uia. Eis 11
magnoperè commendauit, ne in via irascerentur. Ne irascamini (inquit) nec inter uos contendatis, cum enim ducatis asinos qui sunt iumenta debilia, si alter in alterum irati estis, quando asini in uia ceciderint non erit qui uos adiuuet vt eos fulciatis. Omnes fratres sumus. Omnes fratres estis (nobis dicit bonus Iesus) omnes in via cæli ambulamus. Vtinam illuc perueniamus. Deferimus imbecilla iumenta, quæ sunt hi asini, idest corpora nostra, quæ in quolibet luto,

Ephes. 5.
Esai. 1.
Simile.
Exo. 26.
Simile.
Gen. 45.
Simile.

to,in quolibet difficili transitu,& occasione
cum legis onere incidunt. Vt alter alterum
possimus suscitare, inuicem nos oportet di-
ligentissimè amari: sic enim sunt discordiæ
inter nos alter alterius vicem non dolebit, li
cet lapsos nos esse animaduertamus.

Antequã Dñs hæc verba per Sanctus Lu-
Luc.17. cã diceret,dixit: Attẽdite vobis. Hoc est ca-
uete uobis. Notabile quidẽ fuit, ꝙ illis tunc
tẽporis hoc dixerit. Fuit certe,vt ostenderet;
ꝙ qui alterum correcturus est,prius seipsum
corrigat,oportet. Qui uult dare bucellam
12 cibi delicatissimi ægro, quẽ ipsi horrentissi-
mũ esse scit, ita perpolitè & munde eum cõ-
dit,vt illum vix videatur attingere. Quid er-
go placitu difficilius,ꝗ q in mortali peccato
cõmoratur? cui nec sacrũ,nec pdicatio,nec
diuinæ res placent, oĩa illi horribilia, & du-
rissima videtur. Oẽm escam abominata est
Psal.106. anima eorum. Vt ergo sanctę admonitionis
& correctionis escam percipiat necesse est,vt
summa puritate,& delicatissimè condita sit;
summa puritate conscientiæ, & exterioris
vitę. Atq. ideo eis dixit: Attendite uobis. Prę
cepit Dñs Iesus discipulis suis,v.irent in vni
uersum mundum, & ubi non reciperentur,
Marc.6. excuterent puluerem de pedibus suis in testi
monii illis. Hæc enim pulueris excussio de
vobis in die iudicij contra illos testimoniũ
13 perhibebit. Audite confessarij,gubernatores
patresfamilias,prelati,quam arbitramini eẽ
causam,quare cum mandetis, & remandetis
arguatis, & redarguatis, nihil tñ eorum fit,
nec peccatis medicina adhibetur, qa nõ ex-
cutitis puluerẽ de pedib.vestris. O quod te-
stimonium est hoc cõtra eos, qui Apostolos
non exceperunt, cũ ipsi tam sancti & mundi
essent, vt ne puluere quidẽ affectus suos co-
inquinatos haberẽt. Hoc enim significabat
materialis pulueris excussio, & ꝙ homines
tales non receperint, hoc eorũ culpam gra-
14 uiorẽ reddet. Excutite,excutite puluerem,ꝙ
si tunc doctrinã vestram nõ acceperint, hæc
pulueris excussio,hęc syncaritas uestra de vo
bis testimoniũ perhibebit cõtra illos in die
iudicij, ad maiorẽ coronã uestrã, & illorum
confusionem. Cũ puritate cõscientię simul
requiritur maxima prudentia, summa man
suetudo,& benignitas in corrigendo. Sic do
Gala.6. cet Sanctus Paulus,dicens: Fratres, si præoc-
cupatus fuerit hõ in aliquo delicto, vos qui
spirituales estis hmõi instruite in spiritu le-
nitatis,considerantes te ipsum, ne & tu tente-
ris. Primum dicit: Vos qui spirituales estis.
Spiritualem.n.non uerò carnalem eum esse
oportet,quia alterum repræhẽdit, si uult sua
correctione aliquid proficere. Secundò de-
bet esse in spiritu lenitatis, & mansuetudi-
nis, non uero cum tonitruis & fulgorib. quę
peccatorẽ deterreant,& exasperent. Qui ua- Simile.
sa uitrea abluit, magnã habet rõnem ne illa
nimis manibus perstringat,ne fere frangan-
tur. Sumus oẽs tam uitrei,& fragiles, ut mi-
nori asperitate,qua nobis quis loquitur, frã-
gamur,& impatientia laceremur. Idcirco di
cit: Considerẽ unusquisque semetipsum, &
uideat qualiter tractari, & repræhendi uel-
let,ut cum sit homo, & crasin idipsum pos- 15
sit incidere. Cum prudentia ingrediendum
est,dicendo: Domine, si per te mihi liceat,
pauca tibi dicam. Deus testis est, qđ me ni-
hil aliud mouet, quã amor Dei, & zelus bo-
ni tui. Optimè intelligo,te tanquam hoĩem
hoc,& hoc fecisse,nõ demiror, sumus enim
debiles,& tot sunt occasiones, & laquei, ut
magis admirer, quod frequentius non inci-
damus,sed non est consentaneum,ut sic sem
per commoremur, sed remediũ quæramus.
Considera Deum tam bonũ esse,ut plus mo
reris tu in petendo ab illo ueniam ex toto
corde tuo,quam ipse in parcẽdo tibi. Per ui-
scera huius pijssimi Domini, qui pro nobis
crucifixus est,te rogo, ut siquidẽ ipse tam li
beralis est, oremus, ut eius liberalitas nobis 16
prosit. Ego gaudebo, quòd si tu me uideris
in simili, aut alio peccato mecommune fa-
cias, & ut surgam, manum mihi porrigas.
Bonum est hoc frater, optima rõnẽ cępisti,
ut istius animæ mederetis. Vt sanctus Eli-
seus defuncto uitã restituere, incuruauit se 4.Re.4.
sup eũ,& calefacta est caro pueri,quia appli-
cuit se mortuo,a morte surrexit, sic oportet
corrigentẽ mortuo peccatori adæquari, &
apparere in culpa, ostẽdens se tã debilem, &
miserum esse,ut ipse peccator est, et in eadẽ
se,et multo maiora peccata labi posse.

Dicit ulterius Sanctum Euangelium. *Si* 17
te audierit, Lucratus eris fratrem suum. Ex
hoc uerbo infertur,ꝙ correptio fraterna dẽt
esse de peccato mortali, uel ueniali pericu-
loso,quia dicit: Lucratus eris fratrẽ tuũ. Er-
go perditus erat,ergo propter aliquod pecca
tum mortale: solummodo enim peccatum
mortale animam perdit. Gerson agens de
correptione fraterna, assignat conditiones Gerson
requisitas, ut proximum corripere tenea- 2.p.art.
mur,et unam ex præcipuis ait esse,cum pec- 34 sub
catum proximi mortale est. Secunda est, lit.T.

quòd corripiens certã habeat cognitionem peccati, nõ vero dubiã, & ex suspitione dimi nantem. Tertia est, ꝙ nemo alius tam decen ter eũ possit corrigere, q̃ tu. Nã si alij tã boni, ut tu, aut meliores te peccatũ videant, aut eius prælatus: probabiliter potes credere, ꝙ aliquis horum illũ corriget. Si tñ certus sit, quod oẽs eũ deserunt, licet illud sciant, non ideo excusaberis, sed illum debes corrigere. His conditionibus aliam addit: ꝙ si sit spes emendæ, si a te corripiatur, quæ nisi speretur non teneris eũ corripere. In hoc casu remedĩũ, quod adhibere debes ad subinueniendũ huic animæ, est, quod si peccatũ redundet in damnũ tertij, quãuis sit occultũ teneris illud reuelare eius prælato secreto tanquam patri, ut ipse medicinam adhibeat. Si vero pec catũ illud nulli officit nisi actori suo, si post correctionem fraternã non resipiscit, & solũ testẽ habes integrum, quo illud possit probare, tunc teneris illũ denũciare, nã in hoc casu, tu qui es denuntiator poteris esse alius te stis. His oĩb. supra dictis conditionib. aliam addit Doctor ille, s. ꝙ nõ credatur postea decentior opportunitas temporis & loci, quã hæc in qua eum corrigis, de hac materia, la-
19 tissimè tractant Doctores scholastici.

D.Tho. 3. q. 33. art. 2. et seq. Docto. ĩ 4. d. 19.

Dicit vlterius sanctus textus. *Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, aut duos, &c.* Nonnulli hoc si declarant, quod quãuis peccatũ sit occultũ, postquã peccatorẽ secreto inter te & illum correxeris, nisi tñ velit emendari, debes adducere tecũ vnum, aut duos homines probos, & corã illis pecca torem reprehendere, & quod nõ est incõueniens, ꝙ illam minimam infamiã patiatur, ut anima eius a pctõ auferat. Fama n. cũ cor rupta aĩa nõ est fama, sed similitudo famæ. Audite ad hoc propositum quodã naturę ar canũ. Res illegitimæ, & rudes in operib. na-
20 turæ, sunt quasi murus, & defensio legitimarũ & delicatarum, atq. vtilium. Carduus ha-
Simile. bet sex, aut septem brachia vtilia, hæc vobis eligitis, exteriores uero eijcitis, quia in interiorum custodiã producta sunt: in lactuca, & cima idem seruatur. Scitis quorsum alia alijs sint meliora? vt peiora sint custodia meliorũ. Vt cum accedit hortulanus illud illegitimũ ictũ accipiat, si vtrũq. sine incõmodo posset exire, optimum esset, sed siquidẽ carduus aut lactuca ictũ acceptura est, oportet, vt in rudioribus brachiis, & foliis illum sustineat, corpus, honor, diuitiæ, & his similia oĩa sunt illegitima & rudia, aĩa sola cum suis potentijs spiritualib. est nobilis & delicata. Cũ tu acceperis reprehensionis legionẽ, si vtrunq. poteris seruare melius erit, qñ aũt aĩæ salus nõ põt cõferri absq; rudioris, & illegitimi detrimẽto, nõ est mirũ ꝙ fama ictũ percipiat, ut anima salua fiat. Alij dicunt, ꝙ hoc ferre duos uiros probos, intelligitur de illis, qui rem etiam sciunt, & quod debes ei dicere. Optime scis Dñe, qd te huius peccati correxi, & tamẽ ab illo exire noluisti, nũc ergo mihi visum est, te coram his admonere, siquidem scis, illos etiam hoc scire, & te ab eis ualde diligi, qui etiam, ut ego salutem tuam summopere desiderant, & hoc mihi æquius videtur, & his qui affirmant, contestes adducendos esse, etiam si alterius delictum nesciant, respondeo, quod maximum ex eo inconueniens sequi potest. Potest. n. accidere, vt peccator correctus dicat. *Domini estote mihi testes, quia hic homo falsum crimen mihi imponit,* & ita potest corrigentem in angustias redigere, quod si dicas, si sciunt quorsum præcipit, ut eos coram alio adducam? Respondeo, ꝙ sit, quia habet ꝓbabilitatem, quod coram illis uiris probis verecundabitur, & corrigetur. 21

Si autem dic Ecclesiæ. Ecce textus firmissimus contra hæreticos, quod Ecclesia est vi sibilis, & quod non cõsistit solum in iis, qui 22
in gratia sunt. Ecce quomodo est caput visibilis, qui est prælatus, princeps huius. Ecclesiæ & congregationis fidelium. Dices, iã intelligo id quod mihi Dominus meus hic ꝓcipit præceptum esse, quod omnes obligat, qui id facere possunt, & intelligi de peccatis mortalibus publicis, & secretis: sed adhuc circa hoc, duplex mihi remanet dubium, quorum alterum est: Ego scio fœminam carnalem, quæ in peccato commoratur, & scio, quod si ego eam alloquerer, & corrigerem, ipsa a peccato exiret, & nullus est alius modo, qui eam possit reprehẽdere, nec ex quo ipsa tam libẽter correctionem ferat, 23
sed timeo, & probabilissimè credo, quod si eam corrigam eius amator id sciet, mihi vulnera infliget, & fortè mortem inferet. In tali casu pater obligabis me ad illius correctionẽ fraternam? nisi sit alius (vt tu dicis) teneris eam corrigere, ẽt cũ probabili mortis periculo: ꝓcipuè si cognoscis, qd tua porrectione emẽdabitur: Alterum dubium est: Ego habeo amicũ concubinarium, et certo scio, ꝙ si eum corrigam a peccato recedat. Sed quia credo, quod post tres aut quatuor

mensses

menses melior erit occasio, uellem illud ad hoc tempus differre, rogo an possim id facere? Respondeo quòd scias, quia nunc a peccato recedet: licet credas, quod postea illud melius faceret, nō potes hoc differre absque magno peccato, q̄a interea, proximus tuus in maximo periculo uersatur, cū toto hoc tempore in mortali peccato moretur, atq; si interim moriatur, in infernum detrudetur. Cōpertū est ergo in toto hoc negotio corre
24 ctionis fraternæ, ꝙ concurrētib. supradictis conditionib. correctio fraterna sub peccato mortali obligat, & si quis erit, qui eam non faciat uerè in infernum ibit, licet aliud peccatum non habeat. O Deus Maiestatis infinitæ, quis haberet uerba, ac spiritum ut hāc ueritatem in animis eorum imprimeret, qui Euangelicam doctrinam sequuntur. Quoties hoc peccatum fortasse committit' præsertim inter dominos, & famulos, inter matronas, & ancillas, atque inter principes, & subditos suos. Famulus ne dominus illū domo sua eijciat, ne uerbū quidem ei audet dicere. Dn̄s vero licet uideat iurare, & periurare famulos suos, & sciat quòd male uiuunt
25 nullā de eo rationem habet, dicens. Ipsi habent suum parochum, & prælatum. Ego nō sum Episcopus, ò quā lachrymabile est hoc.
Gene. 1. Maledictus ille Cain, cum Deus per contatus est eum de fratre suo, respondit: Nū custos fratris mei sum ego? & hoc responsum didicerūt tales dn̄i ab hoc maledicto malorum patriarcha Cain, & ita frequenter illud usurpant, & passim proferunt: Num custos fratris mei sum ego? mō hoc dubitatis? ut di
Eccl. 17. cit in Ecclesiastico. Vnicuiq; mādauit De' de proximo suo Quapropter fratres mei p charitatem Dei uos rogo, ut diligentissimè hæc attendatis, q̄ uobis declaraui, in quibus uestra agitur, quod si a memoria exciderint recordamini, saltē hanc regulam seruare, qđ
26 quotiescunq; in uestris proximis peccata, publica, aut secreta cognoueritis, uirū aliquē doctum, & rectum consulatis, & absque reuelatione personæ illi dicatis. Hoc, & hoc scio quod facit quidam homo: dic, quæso, quid ad eius animæ remediū facere teneor? q̄uo me habiturus suam, q̄a hoc ignoro, & ita munus tuū adimplebis, faciens, quod rectus ille uir, & eruditus tibi consuluerit. Et sic nobis inuicē charitatiue & benigne fauentes hic a Dn̄o nostro gratiam consequemur, & postea ad sempiternam gloriam perducemur: ad quam nos perducat Iesus, &c.

Feria IIII. post Domin. III. In Quadragesima.

Accesserūt ad Iesū ab Hierosolymis Scribæ & Pharisæi, dicēs. Magister uolumus a te signū uidere. Mat. 15.



Res maioris pōderis, & momenti, q̄ unq̄ in toto terrarum orbe fuit, aut erit: fuit, Deū hominem fieri, & factum hominem ad humani generis salutem uenisse. Et ad rē hāc scitandā dicit S. Ioannes, ꝙ miserūt Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes, & Leuitas ad Ioānē, ut interrogarēt eū: Tu q̄s es? Ad rē tāti pōderis, q̄ Hierosolymi 1
Ioan. 1. tanorū tāti referrebat. s. ad iterrogādū, utrū S. Ioānes esset Messias, q̄ mittendus erat, an non: nuncios miserunt Sacerdotes, & Leuitas, q̄ aliquo mō erāt ueluti lanij, & coq: nā ferè totum eorū munus erat, aīalia excoriare, torrere, & coquere. Pharisæi uerò, & legis Scribæ, qui erant nobiliores in ciuitate absque vllo labore & solicitudine mansuerunt. Nūc aūt in re tam parui momenti, ut erat, utrū discipuli Dn̄i manus abluerent necne? dicit S. Matth. ꝙ non miserunt Sacerdotes, aut Leuitas: sed ipsimet Satrapæ, & Docto- 2
res legis tam lōgum iter fecerunt s. a Iudæa in Galilæam: ac si diceremus mō, à Castella in Valentiā, aut in aliq̄ ꝓuinciā, magno cū labore, & dispēdio ad interrogādum Iesum Christū filiū Dei. *Quare discipuli tui trāsgrediūtur traditiones seniorū? non enim lauant manus cū panē manducāt.* In re tā leui, q̄ nihil pēdebat, tantā adhibēt curā & solicitudinē, aliā verò quę tā grauis erat, & tātę æstimationis, quasi leuissimā, & nullius momēti egerūt, quasi nihil interesset. Hæc est una 3
ex pcipuis ærūnis, in q̄ crebro incidunt cęci filij Adæ, ꝙ res maximi momēti, quasi leuissimas agunt: res uerò nullius utilitatis, & entitatis, quasi grauissimas, & utilissimas pertractāt. Sic affirmauit S. Paulus, dicens. Qui
Rom. 8. .n. s̄m carnē sūt, quę carnis sūt, sapiūt, q̄ uero sec̄dm sp̄m sunt, q̄ sunt sp̄us, sentiūt, Cum mali nihil aliud sapiāt nisi carnalia, & secularia, de his solū diligētissime agūt. Cōtra verò boni, ut terrenis nō delectantur, sed diuinis rebus gaudēt, hæc summo feruore, & diligētia pertractāt. Idcircò loquens Sp̄us sanctus de anima iusta, dicit: Gustauit, & vidit,
Pro. 31 quia bona est negociatio eius, non extinguetur

guetur in nocte lucerna eius, manum suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderũt fusum. Via ad perfectionem animæ sanctæ dr̃ hic esse res diuinas sapere, quæ est affectiua cognitio, & experientialis: hæc oratione, lectione, diuinarumque rerum assidua meditatione cõparatur. Est enim peculiare do
1.Ioã.5. nũ Dei, vt S. Ioannes affirmauit, dicens: Scimus qm̃ filius Dei uenit, & dedit nobis sen-
4 sum, ut cognoscamus Deum uerum, & sim' in uero filio eius. Perpendite quod dicit. Dedit nobis sensum, delectationem, & gustum in cognitione Dei, ut hac suaui cognitione simus in uero filio eius. i. ꝙ in amore, & uera imitatione filij eius Iesus Christi perseueremus, & eo ꝙ sit donũ diuinum crebra cõtemplatione quærendum est, & instanti oratione postulandum: siquidem eo quod nullam habemus cognitionem, & gustum diuinarum rerũ, peiores sumus brutis animantibus. Bruta enim, aues, & cætera animalia, visu, olfactu, uoce, ac beneficentia progenitores suos norunt, ꝙ autem homo nullam habeat experientiam illius, per quem uiuit, ali
5 ter, & conseruatur, maximũ malum est. De hoc maximo dolore quæritur supernus hic
Esai.1. Dñs, cælos terramque inuocans testes, & dicens: Audite cæli, & aurib. percipe terra, qm̃ Dñs locutus est; Filios nutriui, & exaltaui, ipsi vero spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe dñi sui, Israel autẽ nõ cognouit me, & populus meus non intellexit. Quod animalia tam turpia, & rudia, ut bos, & asinus experientia cognoscant possessores suos, qui eos alunt, homines vero ratione locupletati tam expertes sint cognitionis Dei sui: maxima infœlicitas, & miseria est. Hic profecto non tam reprehẽdit homines infidelitatis, quam quòd non habent cognitionem experientialem,
6 & affectiuam, quæ animam in diuinæ Maiestatis amorem rapit, eumque postea serui
Simile. dam, ac diligentem in rebus seruitutis Dei efficit. Solẽt mercatores res suas uenales ad delibandum dare emptoribus sicut uinum, poma, & his similia, atque ẽt panni ostensionem facere, & quod in equum ascendant, & eũ exagitent, & experiẽtia facta, si res uenalis emptoribus placeat, facile in pretio conueniunt. Hic est mos Dei erga homines, sui diuitiarũq; suarũ gustum illis pbet, ut illas experiant, quo ipsum facilius ament, atque quousq; illũ adipiscantur, eũ sectentur. Gustemus ergo fratres mei, ea, quę sunt Dei: sed necesse est diligẽter aduertamus, qđ una ex præcipuis fraudib. diaboli est, hominib. suadere, quod Dei delectatio, cum mundi delectatione non repugnat, & utraque simul potest percipi, a ꝗ re [illegible] in condemnationem eos demergit. Quapp ad hunc gustum impetrandum, & per eum diligẽtiam, & feruorem in seruitute Dei consequendam, necesse est ex animo terrestres delectationes expellere. Ait ergo Spũs sanctus de anima iusta, ꝙ prius gustauit Deum, atque ut gustauit, ui- 7
dit, quia bona est negotiatio eius, v. dit & cognouit, quia seruitus Dei est bona res. O q̃ bona negotiatio, lutum pro auro, & pro p̃tiosis margaritis commutare; & bona temporalia pro bonis æternis dare. O quam bona negotiatio pro paucis lachrymis pœnitẽtiæ, uitam lætitiamq; æternam comparare. O quã bona negotiatio pro uasa aquæ frigidæ, infinitæ durationis præmia impetrare. O q̃ bona negotiatio peregrinum in domũ tuã excipere, vt per eũ in cęlestib. mansionibus merearis habitare. Væ miseris peccato- 8
ribus, qui quasi ignari mercatores tam inutilibus negotiationibus intendunt, ut pro vna die, atq; etiã pro uno instanti uoluptatis cæli hæreditatẽ amittant, & inferni æternitatem acquirãt. S. Paulus arguebat Esau, Heb.12
qui pp unam escam uendidit primitiua sua. Quanto dignior reprehensione es tu, ꝗ pro belluarum uoluptate, pro uno prandio, pro assis utilitate cęli primitiua uendis: heu miserũ te, q̃ malam negotiationẽ cępisti, quia noluisti assuescere, Deũ gustare. Anima quę eũ gustauit, aliter fecit, accelerauit enim bonã negotiationẽ negotiari, atque ideo addit Spiritus sanctus. Non extinguetur in nocte lucerna eius. Ex hoc loco clarius patet quã- 9
tum pdest Deũ gustasse, & immarcescibilẽ coronã diligenter negotiatũ fuisse, cum talibus meritis optimus finis pmittatur, & trãsitus fęlicissimus ex hac in aliam uitam præparetur, nõ extinguetur in nocte, &c. i. non morietur mala morte. Significatur in hac promissione res dictu terribilissima. s. ꝙ aliquibus, qui in hac uita lucem gratiæ habuerunt, in morte extinguitur præualentib. cõtra eos diaboli insidijs. In quo maximũ Dei iudicium latet. Atque ad hoc alludit, quòd Dauid feruentissimè diuinam Maiestatem Psal.12.
rogabat, dicens; Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, præualui aduersus eũ. Ex hac oratione infertur, quod Sathanas,

qui

qui in uita non potuit cõtra multos prævale-
re,in morte prævalebit, extinguens illis lu-
cernã gratiæ,ut apparet in quadraginta illis
Martyribus, de quibus Ecclesia his diebus
meminit:qui cũ quadraginta ad patiendum
martyrium in lacum aquæ frigidissimæ in-
grederentur,unus eorũ ibi gratiã amisit, &
in fidei confessione defecit.Itaque ibi extin-
cta est eius lucerna. Animæ uero sanctæ,quę
10 Deũ gustauerat; & diligenter negotiata fue
rat nõ extinguetur in nocte lucerna eius,&
huius rei rationẽ reddit Spiritus sanctus,di-
cens: Manum suam misit ad fortia,& digiti
eius apprehẽderunt fusum. Manũ ad fortia,
& heroica extendere,est res difficillimas, &
sensualitati maxime repugnantes operatam
fuisse;& se crebro in spiritualibus exercitijs
exercuisse. De quibus rebus S. Paulus dicit:
Heb.6. Nõ enim iniustus est Deus, ut obliuiscatur
operis uestri,& dilectionis, quã ostendistis ĩ
nomine ipsius,qui ministratis sanctis, & mi
nistratis. Ecce quomodo fatetur S.Paulus ꝙ
Deus iniustus esset,si opera heroica in chari
tate ac diligentia facta obliuisceretur:& nisi
11 recordaretur operũ,quæ tam perseueranter
serui sui fecerant, ut nõ contenti fuerint ea
fecisse,sed semper ea faciunt;quæ etiã hic si-
gnificat Spiritus sanctus in metaphora mu
lieris mentis dicens: Digiti eius apprehende
runt fusum. Dicẽs tu,quid ergo? tam heroi-
cum est nere,ut illud collocet Spiritus san-
ctus inter opera heroica? Plura mysteria la-
tent hic,ꝙ arbitraris nere est ex sinistra in
dexterã stupã traducere,& ita,ꝙ antea in si-
nistra manu erat stupa,recipitur in fusum e-
xistentem in dextera,effectum iã filum. Per
duas manus significantur duæ uitæ:per sini-
strã,præsens uita designatur;ꝑ dexterã uero
futura uita declaratur. Et oĩa quæ in mũdo
apparẽt,sunt,stupa quæ minima,quaq; scin-
12 tilla cõcrematur,& cõficitur. Valetudo,pul-
chritudo, diuitiæ, & cætera huiuscemodi,
oĩa sunt stupa, quæ infœlicitatis unius scin
tilla cõburitur. Hanc aũt stupã si bene scias
nere,in sericũ perfectissimũ conuertes tradu
cens omnia hæc bona a sinistra manu præsẽ
tis uitæ ad dexterã futurę,fuso optimę intẽ
tionis,& diuini amoris. Cum corporis uale
tudinẽ,ingenium,diuitias,& honorẽ,in ser-
uitutẽ Dei confers tunc nes & tẽporalia bo-
na huius uitæ in spũales diuitias cõuertis,at
que ex hoc serico cõficiet uestris pulcherri-
ma, quia aĩa tua in cælesti regno exornabit.
O miseros illos Alexandros, Darios, Cæsa-
res,atque cæteros Imperatores Romanos,
quot bonis hic abũdarunt, & ꝗ nudi nũc il-
lic morantur,nescierũt.n.nere, nescierunt tem-
poralia huius seculi in æterna futuræ uitæ
transferre. Idcirco se mõ experiuntur, & in
æternũ experientur, in perpetua nuditate,&
confusione. O miseros & infœlices uos diui
tes,& potẽtes huius seculi,qũo in eandẽ ca-
lamitatem, & ignominiã deuenturi estis, eo
quod nolitis mõ nere;oĩbus in hac uita uul
tis perfrui,nihil in aliã uultis traducere. Ne
sic sit fratres mei, siquidẽ tempus & oppor- 13
tunitatẽ habetis, ne illam in cassum præter-
mittetis. Incipite a mõ nere; & animas ue-
stras ex illa confusione perpetua redimetis.
Sed opus est aduertatis, quod dicit hic sã
ctus textus de hac sancta anima:quæ net:quæ
quæsiuit lanã,& linum,& operata est consi-
lio manuũ suarum:quod confecit telã ex la
na,& lino. Inter nos sunt aliqui, qui nent la
nam,alij uero,qui nent linum,uerum qui di
gnus est,qui a Deo laudetur utrumq; net. Li
nũ assiduis ictibus,& maximũ post laborẽ
in lucem profertur,prius quam aliquid pro-
sit mille tormentis cruciatur, & ideo per li-
num opera pœnitentiæ intelliguntur. Per la
nam uero suauem & iucundam:opera mise 14
ricordiæ designantur. Alij ergo nent lanã:
& hi sunt, qui se in operibus misericordiæ
exercent ; sed non nent linum, sunt enim
delicati,non rigorose tractant corpora sua.
Alij autem linum nen, & non lanam. Hi
sunt,qui in pœnitentia uiuunt,ieiunant,cili
cijs induuntur,flagellis cæduntur,&c. Ne ta
men eis præcipiatis dare eleemosynam. Ita
enim durum est eis unum minutum a locu
lis proferre, ac si eis a corpore cor euellere-
tur. Alij sunt,qui utrumque faciunt, corpo-
ra sua cruciatibus torquent,ut uitam suam
purã,ac candidã quasi linũ producant,atque
etiã sunt misericordes; hi nent linum & la-
nã. Ex his curemus esse fratres mei, ne for
te infælicitas illa nobis cõtingat, ut lucerna 15
gratię in nocte mortis nobis extinguatur &
in æternum in infernum detrudamur. Iã co
gnouistis discursum istorũ qui significãtur
per hanc animã sanctã, ꝗ nobis hic diuinus
spiritus descripsit,qũo curãt res diuinas gu-
stare, & exinde ꝓuenit ꝙ uere & ex animo
de eis agant. Mali aũt,quia nunquã spiritua
lia, sed secularia gustauerunt,ideo tã friuo-
le ea agunt, tanquã ea quæ ne minimis qui
dem(ut aiunt) labijs delibarunt; & tam di-
ligenter & solicite res terrestres, & nullius

momenti tractant: illis enim solis delectantur. Atq; hæc est causa, quare infœlicissimi illi Pharisæi, & Scribæ, tāta negligentia, tam graue negotiū agerent, ut erat scire, ūtrū iā uenisset Messias, nec ne? & tā solicite negotiū illud tā leue tractarēt ꝙ erat, quare Apostoli eū māducarēt, manus nō abluerēt. Vtinā æterna Maiestas mētes nr̄as sua claritate illumiuet, ne in simile ꝑcipitiū incidamus.

Simils.

Dicit ergo sanctū Euangelium, ꝙ accesserunt hi Pharisæi infœlices ad summū mūdi Magistrum, hac tā friuola quęstione, dicentes: *Quare discipuli tui, &c.* O quoties ad
16 Dn̄m accesserunt cū his nęnijs. Iterum dicit sanctum Euangelium, ꝙ accesserūt ad conquerendum de discipulis eius, quia spicas in agro colligerent in die Sabbathi. Iterum accesserūt interrogantes; quare discipuli eius non ieiunarent sicut discipuli B. Ioannis Baptistæ? quam rationem habebāt de uita aliorū. Signū est peruersæ conscientię aliorū, & non sui rationē habere. Non profecto reperietis, ꝙ Apostoli Pharisæorum uitā iudicarent, erant enim uirtute prediti, qui suæ potius, quam aliæ uitę rationē habebant. Imo cū semel eos interrogasset Dn̄s, quē dicunt homines esse filiū hominis? scientes qđ isti
17 eū uocarent Samaritanū, & habentē Dæmonium, noluerunt ei dicere. Ij uero uiceuersa non animaduertebant cordiū suorū deprauationē, & condēnabant, quod in alijs peccatum non erat. Cōdemnauit Dauid diuitem
2.Re.12 quod unā pecudē arripuisset a pauperculo, qui non habebat aliā, nec tamen condemnabat seipsum dū Vriæ uxorem accepisset, atque eū interfici iussisset. Hęc omnia referimus fratres mei, non tam pp Pharisæos, qui iam transierunt, & dignā operum suorū habent mercedē: quā ad nostrā admonitionē: ut ab alienis defectibus oculos abstrahamꝰ, & illos in nostros conijciamus. O quantum interest animaduertere unamquemque sua
Ezec.33 propria peccata. Per Ezechielem dicit Deus
18 quibusdā peccatoribus, q attentissime oculos coniecerant in peccata sua. Sic locuti estis, dicentes: Iniquitates nostræ, & peccata nostra, super nos sunt, & in ipsis nos tabescimus; quomodo ergo uiuere poterimus? i. Dicitis, iniquitates nostræ in proximos, & scelera in Deum contra nos surrexerunt, ceruices nostras pede conculcant, prostratos nos humi habent, tā potentia sunt: nos uerò ita debiles sumus, ac uulnera nostra ita sunt corrupta, ut uideamur ea aspiciētes obstupescere. In ipsis nos tabescimus, & eo ꝙ ita pauidi & obstupentes erāt peccata sua cōsiderantes: ꝑcepit Deus Prophetæ, Dic ad Ezec.33
eos: Viuo ego, dicit Dn̄s Deus, nolo mortē impij, sed ut conuertatꝛ impius a uia sua, & uiuat. Conuertimini a uijs uestris pessimis, & quare moriemini, domus Israel? Animaduertite misericordiā Dei, quē animū eis addit, & ad ueniā eos inuitat, ab eis timorē aufert, atque eos confortat, ut sperent se mise- 19
ricordiam esse consecuturos. Nam licet essent malis oculos tn̄ in peccata sua conuertebant, & obstupebant, cōsiderantes se ita sceleribus delibutos. Idē apparet in Dauid, qui quasi ij, quos hic dixit Ezechiel, peccatorum Psal.38.
suorū grauitatē exaggerat, dicens: Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meū. Super caput meū cōscenderunt, arcē meā occupaueruut, atque ibi uexilla sua erexerunt, ac si ex me uictoriam reportauerint, atq; ita peccatis meis sum uinctus, & captiuus. Et sicut onus graue grauatæ sunt sup me. Et sua grauitate me ita subijciunt, ut moueri nequeā. Loquitur humilis Rex de se tanquam de iumēto. Cum.n. hō peccat, cōparatus est iumētis, siquidē nō ratione quasi hō, sed sensuali appetitu quasi iumentum ducitur, & tanquā iumentū, qđ cum onere cecidit gemens di- 20
cit: Dn̄s ante te oē desideriū meum, & gemitus meus a te nō est absconditus: Dn̄e Deus meus id qđ possum, facio: ꝙ est oculos conijcere ī peccata mea, & sub illis quasi sub grauissimo onere īgemiscere, & auxiliū tuū deꝑcari. Rescinde Deus meꝰ cingula, q b. astringor, & libera me. His elegantissimis metaphoris exaggerat hic peccator, quantū in se peccatū dominaretur, & quā expers esset salutis, nisi a diuina misericordia dimanaret. Sed ut in hæc mala oculos coniecit, & ea cognouit, fecit, ꝙ in se erat, & ita Deus eum liberauit. O quātū hic lachrymari possumus. Quid est fratres mei, quod si aliqui uestrum in peccatorū mari innatetis, tamen non ob 21
stupeatis, sed cum sūmo gaudio, risu, atque alacritate incedatis? Quare tot tāq; grauib. oneribus cū succumbatis, non ingemiscitis: sed ridetis, & cū maxima lætitia, & uoluptate uiuitis? Hæc omnia, absque dubio procedunt ex eo, ꝙ crimina uestra non consideratis, nec animaduertitis, quē cum illis offenderitis, & quæ supplicia pp illa merueritis, & ita insani, & a uobis ipsis decepti non cognoscitis in quanto periculo uersemini. Vnde Esaias dicebat quibusdā peccatoribus, q Esa.28.
sui

sui ipsorũ immemores erant. Audite uerbũ Dñi uiri illusores, qui dñamini super populum meum, qui est Hierusalem, dixistis.n. percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecim⁹ pactum. Hoc ille ijs dicebat: Ego autem idem uobis uolo dicere. Dicite hoĩes illusores, pactum ne cum morte pepigistis? cũ morte,& inferno fœdus percussistis? quare ita turpiter uiuitis? locuti ne estis cũ morte, aut cũ inferno conuenistis? Multũ profe-
Hebr.9. 22 cto scitis, si hoc uerũ est. Apostolus S. Paul⁹ multum sciuit, sed in hoc plus dicitis, uos q̃ ille. Ille enim dixit: statutum est hominibus semel mori. Vos autem dicitis, quòd non,& ꝙ, cum inferno fœdus pepigistis. Quid? non estis mortales? Non comburet infernus animas uestras sicut & reliquas? o terribilem amẽtiam. Deus det uobis sensũ fratres, Deus uobis det prudentiã,& intellectum; Nam uestra uiuendi ratio talis profecto est, ac si uere pactũ cũ morte,& inferno pepigissetis,& licet hoc ore non declaretis, significatis tamen libertate,& deprauatione morum cum ipsis dicitis. Non morituri sumus, nobis nõ est mors, nec infernus. Atq; hic est uerus,& germanus sensus horum uerborum Isaiæ.

23 Omnis hæc effrænatio, de qua modo egimus ex eo præcipuè prouenit, quod homines in sua scelera oculos non conijciant. Tales erant hi Pharisæi, qui uitã suã & iniquitates non animaduertebant, & de sanctorum Apostolorum morib. detrahebant: liberet uos Deus in tantũ malum deueniatis, ut de
1.Cor.6 bonorũ innocẽti uita murmuretis. S. Paulus magnopere peccatũ detractionis exaggerabat, dicens: Nolite errare, neq; fornicarij, neq; idolis seruientes, neque adulteri, neque fures, neq; maledici regnum Dei possidebunt: Aduertite pro charitate Dei, quib. peccatis addiderit in fine peccatũ detractionis, ex quo patet q̃ graue malũ sit. Etiã summopere illud exaggerauit Dauid, dicẽs: Vir
24 Ps. 130. linguosus non dirigetur in terra. O uerbũ horrendum, quis te audit, qui non expauescat: Profecto in hoc significat Spũs sãctus, hoc uitium unum esse ex præcipuis signis reprobationis. Quid.n. significat non dirigetur in terra? nisi quod nesciet in hoc mundo bene uiuere? Nisi ergo in hoc uita benedictus sit, quo in tutũ portum perueniet? qd ad hoc respondetis homines effrænatæ linguæ, qui semper de aliorũ moribus ad uita agitis? Deũ timete,& uidete quid hic uobis dicatur. Accedamus ad propositũ pũctum.

Ecce quam graue sit uitiũ murmurationis, & adhuc equidem grauj⁹ est si murmuratio sit de uiris probis, ac uirtute præditis. Et quãtum hæc detractio cæteris excellat ostendit Deus in terribili quodã supplicio quod sũpsit (ut patet in Numeris,) de Dathã & Abiron, quos quia de S. Moyse furiosa quadam Nu. 16. inuidia detraxerũt, aperta est terra, & uiuos absorpsit cũ eorũ tabernaculis, uxoribus, & diuitijs,& sic in infernos descenderunt: Dirupta est terra sub pedibus eorũ,& aperiens 15 os suum deuorauit illos cum tabernaculis 16 suis, &c. Descenderuntq; uiui in infernum operti humo. O stupendum Dei iudicium, quis unquam talem supplicij rationem audiuit? Atque inde colligetis quam graue peccatum sit de seruis Dei murmurare.

Respondit illis dñs: *Quare uos transgrediemini mandatum Dei?* O quantum hic dici & deplorari posset. Quam miserabile est uisu, quam pro minimis rebus præcepta Dei uiolamus: quæ nobis tanta charitate data sunt. Vocat Spiritus sanctus diuinam legẽ, Exo. 34 verba, amicitiæ & amoris cum dicat: scripsit in tabulis uerba fœderis, dicens: Quod scripsit in tabulis decem præcepta, quę appellat decem, uerba amicitiæ, & merito, quidem, quis enim maior est amor, quàm quòd præ- 26 cipiat Deus uniuerso mundo, ut nemo, sub pœna iræ suæ audeat tibi nocere? bona tua diripere? accedere ad uxorem tuam? & quæ sequuntur. Atque ut eius amore inflammeris, oportet te considerare, Deum hãc legem oĩb. in fauorem tuum imposuisse, & legem Dei tibi esse quasi literas protectionis & fauoris, ad uniuersum mundum in defensionem tuam, ut nemo tibi officiat, sed oẽs beneficiant. Præ huius beneficij consideratione dicebat Dauid; Septies in die laudem di- Ps. 118. xi tibi super iudicia iustitiæ tuæ. Quod mãdata tua tam iusta,& in fauorem meũ mihi dederis, te septies in die laudaui, & non hoc contẽtus, addidit ulterius: Media nocte surgebã ad cõfitẽdũ tibi super iudicia iustificationis tuæ. Itaq; die ac nocte non satiebat 27 gratias agere Deo ꝓ beneficio, ꝙ in se contulerat concedẽs sibi legẽ. Atq; in his oĩbus tpib. a Deo auxilium deprecabatur ad legẽ obseruandam. Maximę ꝓbitati reputatum fuit, & merito sanè, ꝙ rex Lacedæmonum cum suis egit. Qui (ut refert Iustinus) cum a Iustin⁹. suismet ciuibus regno expulsus esset, cum que eo tẽpora rex Persarum eos uellet euertere, Lacedęmoniam obsidione premens,

Rex, qui expulsus fuerat ciuitatis suæ, licet ingratæ, calamitatē dolens cū perspicuè intelligeret astūtias & stratagemata hostis, ac cepit tabulas, in quib. peculiarem quandam instructionē scripsit, quō se Lacedæmones protecturi essent, & eas per fidem tabellariū ad ciuitatis principes misit. Ecce exemplar egregij facti quod noster bonus Deus nobi scum operatus est. Cum.n. tam ingrati ei essemus, totiesq; ab eius obedientia, & amore recederemus, fidelissimum nobis tabellariū
28 misit filium suum unigenitum, cum mirifica quadā instructione, q̄ est diuina eius lex, ut cū ipsa possumus nos à Dæmone ptegere, atq; ad eius gratiā redire. O ineffabilem Dei pietatē? Vtens Deus me⁹ hac misericordia cum eis, qui illa tam indigni erant, sed ve illis, qui ex ea fructum non perceperint.

Hos Pharisæos reprehendit dn̄s, quod pp suas utilitates diuinā legē uiolarent. Vtrum aūt hæc reprehensio nobis etiam iure competat, mittat unusquisque manum in finum suum, & statim id intelliget. O ingrati filij Adæ, qui ut suis effrænatis appetitibus satis faciant contra uoluntatem Dei, ac Domini sui uolunt agere? Vnum ex peculiaribus vitijs, quod his obiecit, propter quod legem
29 uiolarēt, hoc fuit. Nam Deus dixit. *Honora patrē tuum &c. Vos autem dicitis, &c.* Præcepit Deus, ut filij parentes suos colerent: unum aūt in quo eorum honor cōsistit, est in subueniendo eis, & eripiēdo eos a necessitatib. eorum. Vos autē dicitis, melius esse offerre sacrificium in templo, ut sic utrorūq; animab. prosit, vt cum accesserit pauper, ut aliquid a filio suo cū summa necessitate petat, ei dicat filius: quodcunq; munus ex me est, tibi proderit. Melius est pater mi, vt illud in tēplo offeram, quod.n. illic obtulero, et tibi proderit. Et nō honorificare patrem
30 suū. Notate, q̄ dicit hic Dn̄s, quod non subuenire patri est, eum nō honorare: vt videatis peccatum, q̄ committitis cum parentib. uestris: non succurritis in eorum necessitatib cum sit res tam iusta, & debita. Quanto
Gen. 30 iure dicebat Iacob ad Laban: De mihi vxores, & liberos meos, pro quibus seruiui tibi, tu nosti seruitutem, qua seruiui tibi, &c. Die nocteq; ęstu urebar, & gelu, fugiebatq; somnus ab oculis meis: quis non reputaret iniustum Laban, nisi tam bonæ seruituti debitā mercedem persolueret? Quare ergo non cognoscitis iniuriam, quam parentib. uestris infertis, cum ij tot tantisq; rebus uobis seruierint, nec tamen mercedem illis soluatis? Pro tot annis procreationis, tot solicitudinib. tot noctib. diebusq; quos propter uos in somnes duxerunt, quare non eis gratiam refereris? Petit mercenarius, ut sibi persoluatur quod noctem in somnem duxerit, & parentes vestri non idem etiam iure maximo postulabant? famulo uestro, & pastori, mercedem redditis, ijs autem, qui tam fideliter, & charitatiuè pro uobis tot labores tolerarunt, nihil persoluetis? Attendite ad hoc per charitatem Dei, & dicat unusquisq; eorum, 31
qui parentes habetis inopes. Cūm ego essē puer, & domi tuæ commorarer, o pater mi maximæ curæ tibi eram, tunc enim nullam ego, de me solicitudinem habebam. Nunc ergo uolo, ne cogites tu, quæ mādocaturus es, & quas uestes induturus es, sed arbitrare te esse puerum in domo patris tui, ego enim uolo tibi procreationem meam persoluere, siquidem tam deuinctus sum, ut id faciam. O admirabilem doctrinam, beatus qui eam custodierit, hic enim accipiet benedictionē a Domino etiam in hac uita. Non hæc docebant maledicti illi prædicatores, sed contra, vt a parentibus auferrent uictum, & sibi darēt. Quapropter summa cum acrimonia eis dicit Dominus: Hypocritæ, &c. Ergo quandoquidem nunc per misericordiā Dei non est, qui falsam doctrinam uos doceat, sed cū ueritate & amore in Euangelica synceritate uos instruat, eam sequimini, ut gra- 32
tiam mereamini, & æternam gloriam consequamini: ad quam nos perducat Iesus, &c.

Feria V. post Dominicam III. In Quadragesima.

Surgens Iesus de synagoga introiuit in domum Simonis, &c. Luc. 4.

CVm summus mundi Magister destitisset prædicare in synagoga Capharnaū, introiuit in do- 1
mum pauperē S. Petri, in qua cōmorabatur eius socrus, quæ maximis febribus laborabat. Non solebat dn̄s introire in domos magnarum, & potentum seculi, & cū semel legitur in eas introisse, etiam legitur, quod male tractatus ibi fuerit: Atque ut cognoscatis, quid de terrestribus palatijs eliciatur interrogate ipsum Iesum Christum. Quod ego de atrijs duxi

(ait

(ait bonus Iesus) fuit crux super humeros meos, comitatus latronum, funis ad collũ, corona ex crudelissimis spinis confecta imposita capiti meo. Plurima verbera in corpore meo. Ad dexterã præcones, q̃ me blasphemarẽt, ad sinistrã verò atrocissimi carnifices qui me sæuissimis cruciatibus torquebant, quiq; paratissimi erãt, ut me dira morte in-
2 terficerẽt. Hoc sũmatim significauit S. Ioan
Ioan. 19 nes cũ dixit: Baiulans sibi crucẽ, exiuit in eũ qui dr̃ caluariæ locus. Et unde sic exiuit? certũ est eũ ex aula p̃sidis Pilati exiuisse. Hoc est, quod ex atrijs frequenter elicitur, funis crux, ignominiæ, labor, & hæc elicentes ibidem uitas relinquitis, & annos, quos frustra consumpsistis. Liberet uos Deus nè introeatis, ubi nihil aliud præter peccata cernitis, quòd enim frequentiùs inde potestis auferre est saltẽ cum scãdalo exire. In paucis ædibus magnatum est respectus ad bona, aut timor Dei, aut uiuendi moderatio: Recumbitur qñ illucescit, surgitur quando nox aduenit, prandetur in hora cœnæ, cœnatur in hora prandij [*La missa de caza, la mesa de pontifi-*
3 *cal*] Cætera prætermitto nè aurem inficiam turpitudinũ illarũ memoratione. Quidã ingrediuntur illuc depiles, & plumosi exeunt, quia sunt adulatores, & mediatores in exequutione turpiũ passionũ, alij uerò plumosi ingrediuntur, & exeunt depiles, eò quòd sint hoĩes veri, & Deũ timẽtes, dñi uerò acceptatores p̃sonarũ, & bonorũ inimici. Hoc dixit maximo dolore Hiero. Ibo ad optima-
Hier. 5. tes &c. Vsque ibi, & ecce magis hi simul cõfregerunt iugum, ruperunt uincula. In tam fœtida loca sicut hæc, non vult Iesus Christus introire. Idcirco qñ corporaliter in terra cõmoratus fuit rarò in domos magnatũ intrauit, significans q̃ rarò in eas excipiẽdus esset spiritualiter in omni futurorũ sæculorum discursu. Frequẽs eius hospitiũ erat in
4 domibus pauperũ, ut ostẽderet quãto amore paupertatẽ prosequeretur. Atq; ut nos ad eius amorẽ inuitaret. Est valdè notãdũ q̃ cũ hic diuinus dñs ter magis se pauperẽ intueretur sua diuina ꝓuidentia cõstituit, ut tũc præsertim Rex appellaretur. Vt hinc cognosceretur, paupertatẽ eximiã quandã esse dispositionẽ ad efficiendũ hominẽ regẽ cœlestis regni. Mirabile quidẽ. Nõ enim cõstituit, vt in monte Thabor vbi tã gloriosus erat, rex appellaretur, nec cum mortuos suscitabat, & suam admirabilem potentiam ostendebat, nec cũ super aquas ambulabat mitigãs

ventos ac mare. Sed cum maximã paupertatẽ patiebat, cum esset in stabulo reclinatus in præsepio, tunc Reges terræ publicè interrogabãt, vbi est qui natus est Rex Iudæorũ?
Et cũ introiret Hierosolymã in asina & hac Matt. 2.
cõmodata ubi hora prandij non inuenit, q̃ sibi bucellã panis daret Tunc dicit Sãctus
Ioãnes, quod maxima multitudo gẽtis cla- Ioan. 12
mabat dicẽs: Osanna, Benedictus q̃ uenit in
nomine domini: Rex Israel. Atque ẽt cum 5
iam in fine nudatus in cruce penderet: tunc Luc. 23.
maximis clamoribus dixit bonus latro: dñe memẽto mei dum veneris in regnum tuũ: Et non solum paupertate disponitur homo ad cælorũ regnũ consequendũ, sed ẽt ad efficiendum se similẽ eidẽ Deo. Diuus Cypria- Cypriã.
nus dicit sñiam esse Socratis, quod quanto li. 2. epi.
paucioribus quis cõtentus fuerit, tanto simi- 2.
lior est Deo, qui se solo cõtentus viuit, ò admirabilẽ sñiam, infidelis cuiusdam ore prolatã! Si ijs, qui se Christianos iactant eam in cordib. suis scriberent, non tot desiderarent quot desiderãt, & humanę essentiæ conformiores viuerẽt, q̃ paucis reb. contenta est.
Et licet cupiditas & nequitia multa per- 6
quirat, semper tamen præualet natura, siquidẽ non possumus nisi paucis uti, licet plurima habeatis, paucis tamen vtimini, quamuis plurimi equi sint vobis nõ potestis tamẽ in plures, quã in vnũ cõscendere. Licet multos cibos corã uobis habeatis, arctum tñ habetis stomacum, q̃ parum põt capere. Ecce q̃ par est, ut paucis cõtenti sitis. Siquidem ipsa natura paucis cõtẽta est, & nimio grauatur. In paruitatẽ hominis, videndo quam modico satietur, & quã parum panni induat, & q̃ parũ est quodcunq; secũ potest adducere ex ostendit Deus, quod modico deberet contẽtus esse, nec deberet angi multa acquirens. Ideo S. Paulus tam notabilia, illa uerba di- 1. ad Ti-
xit, est aũt quęstus magnus pietas cum suf- mo. 6.
ficiẽtia. Nihil enim intulimus in hunc mũdum. Haud dubiũ quia neque auferre quid possumus. Habẽtes autem alimenta, & quibus tegamur his contẽti sumus. Nullæ sunt 7
(ait gloriosus Apostolus) maiores diuitię, q̃ modica quædã ac tẽperata sustẽtatio. Et explicat statim qualẽ eã esse oporteat. Habentes alimẽta &c. Sufficit nobis, qui cras morituri sumus, quiq; nihil ex hoc mũdo sumus delaturi, vilis quędam vestis, & parũ panis. Noluit ore attingere nomẽ vestituũ, & ciborũ, tã remotũ n. oportet esse iustum, à ciborũ, & vestituum sumptuositate, & immode-

ratione, vt ne uero quidē id nominet. Sępenumero enim res ab ore ad cor transeunt. Quēadmodū q̄ in corde latent sæpe ad os ꝓdeūt (vt summa veritas affirmauit dicens, ex abūdātia cordis os loquitur) sic etiam q̄ linguę obtrectātur facilè cordi adhærent pp nimiā vicinitatē, q̄ inter vtrunq; est. Quapp seruus Dei cauere debet q̃to ad poterit ne ea ore qdem ꝓferat. Si ob aliqd bona temporalia

Simile.

8 expetēda eßēt, est vt cū ipsis opa misericordiæ exercerētur, ac ne ad hoc quidē sunt necessaria, quamuis enim bonis tēporalibus careamus, abūdātissimè tñ spiritualia facilius possidere possumus cū q̄bus spiritualis misericordiæ largitatem possumus exercere. De his enim bonis præcipuè loquebať dñs cum dixerit, ꝙ gratis accepistis gratis date. Atq; misericordia ī his maioris est meriti. Præter has rōnes nos deberet summopere cōmouere ad paupertatē amplectēdā, tam celebris illa, & horribilis S. Hieronymi sentētia. Omnis namq; diues, aut iniquus est, aut iniqui hæres. Et ita euidēs est ut infideles etiam idē senserint. De Thimandrida Lacedemonio refert Helianus ꝙ cū ex diuturna quadā peregrinatione domum suam reuerteretur, & reperiret filiū suum diuitias auxisse eum reprehendit dicens: Impossibile est quin Deum offenderis, & amicos, atq; eos qui domum meā uenerunt læseris. Ex hoc colligetis quā

D. Hier. super haba. 3. & sup Psal. 83. Helia. l. 14. de varia. hist.

9 merito dixerit Sāctus Paulus, id ꝙ supra diximus, scilicet utilissimū ēē homini paupertatis statu contentum esse. Ad cuius ēt confirmationē maximū quoddam in sacris literis reperiatis mysterium. Quando tuleris sūmam filiorū Israel, iuxta numerū dabūt singuli pretium pro animabus suis Dño, &c. Diues nō addet ad mediū sicli, & paup nihil minuet. Tantū dabit paup quantū diues. O dñe, hoc est iustū, ut tantū det pauper, quantū diues? Da tu tātū pauperi quantum diuiti tunc præcipe ei, ut æqualiter offerat cū diui

Exo. 30.

10 te. Nō intelligitis mysteriū. Multo plus dat pauperi, quam diuiti. Plus debet Deo pauper, quam diues. Quapropter soluat ut diues. Plus debet pauper eo quod Deus nō ditauerit illum, nec diuitias ei dederit si cum hoc hilaritatem illi dedit, quam diues eo quod diuitias habeat. Atq; in Leuitico præcipiebatur, ut diues cum puero primogenito ouem de grege suo offerret, pauper uero par turturū, aut duos pullos colūbarum. Quid est hoc illic præcipitur, ut pauper offerat sicut diues hic uero non? Ex hoc cognoscetis quanto plus debeat pauper Deo, quā diues. Quando extolluntur capita, & describuntur filijs Israel soluat pauper sicut diues, q̄a tantū debet Deo & plus quidē, q̄ diues. In oblationibus uero ꝓ peccatis soluat plus diues, q̄ pauper, q̄a plus offendit Deū, Cum Deus diuitias abstulit Iob humi ꝓstrauit se, ore laudū pleno, glorificans diuinam Maiestatē, & dicens: sit nomen Dñi benedictum. Non sic peculiariter legimus, ꝙ tāto 11

Leui. 5.

spiritu, & animi contentione gratias Deo egerit, cū ei diuitias dederit. Et sic eas agit cū sibi diuitias aufert: quia tam expeditū & liberū se animaduertebat, ut creatori suo melius seruiret. Placeat huic altissimo Dño vt hæc oīa in cordibus uestris imprimantur vt tam pretiosæ gēmæ ut est paupertas amore capiamini. Miserrimū namq; esset, quod cū Deus factus hō in mundū uenerit, cūque in tāta rerū inopia natus fuerit, atq; usque ad mortē cū ea uixerit, cumq; tam pauperes homines elegerit, ut mundū expugnaret, & plerūq; in pauperū domos fuerit exceptus: nos, q̄ huius superni ducis sectatores nos esse ꝓfitemur maxima solicitudine terrestris bonorum affluētiā quæreremus. Vos etiam fratres, q̄ estis pauperes, quosq; Deus sua diuina ꝓuidentia in paupertatē constituit, laudate, laudate, & superexaltate hunc tā bonū 12 dñm ꝓ tā singulari beneficio, quādoquidē cū eā nō quæreretis tantā opportunitatē & dispositionem reperistis, ut in cordibus uestris tam diuinū hospitem possitis recipere. Verum quid dicā? ꝙ multis ex uobis pauperes estis, & tñ uestra culpa & negligentia, Dei hospites nō estis. In Exodo dicit, ꝙ vnū ex supplicijs, quibus Deus Ægyptios puniuit, fuit egestas nō solū in agris, uerum & domibus etiā. In fine enim dicit Deus Moysi: Adhuc una plaga tāgā Pharaonem, & Ægyptū: &c. Dices uniuerso populo ut unusquisque ab amico suo, & mulieres à uicinis suis 13 petant uasa aurea, & argentea, dabit autē dominus gratiā populo suo corā Ægyptijs, vt illi oīa quæcunq; habuerint uobis accōmodent. Atq; ita abierūt Hebræi cū oībus illis diuitijs. Et hęc fuit plaga, qua regnum Ægypti spoliatū remāsit, & pauper in exterioribus, & interioribus iam enim agri destructi erant grandine, & locusta nihil inconsumptum pręter domesticas diuitias reliquerat, remanebat, ut intus & foris infœlices illi, pauperes efficerentur. Hæc est plaga multorum infœliciū pauperum huius sæculi sunt

Exo. 11

enim

enim pauperes Aegyptioru more, nam sūt
exterius temporalibus bonis pauperes,& in
tus pauperes etiam spiritualib. diuitijs super
quos incidit maledictio,quam dicebat Da-
Ps. 108. uid. Operiantur sicut diploide confusione
sua,idest,duplici confusione. In interiori si-
ne patientia,sine amore Dei, sine veritate,
aut aliqua virtute: in exteriori vero sine di-
uitijs. Atque ex paupertate, quæ deberet eis
esse occasio constituendi totum cor suū in
Deo,propter,eorum malitiam occasionem
14 sumant,vt sint mēdaces,indeuoti,nō audiāt
Eccl. 27 sacrum,non confiteantur peccata sua , nec
diuinis sacramentis utantur,atque etiam vt
turpes sint, & latrones. Vt affirmat Ecclesia-
sticus dicens,propter inopiam multi pecca-
uerunt. Iesu bone,quam maxima infœlicitas
quod nesciant vti tanta occasione , vt terre-
stria execrentur, corque suum in Deo con-
stituant . O fratres mei pudeat vos tantæ a-
mentiæ,& incipite verè & ex animo vti sta-
tu humili,expedito & qeto,in quo Deus uos
collocauit, & ita hospitem habebitis supre-
mum mundi Saluatorem,de quo dicit S. E-
uangelium,ꝙ introiuit in domū Simonis.
Peracta concione introiuit in domum pau-
peris virtute præditi. Multi prædicatores no
stræ tempestatis dedignantur in pauperum
domos ingredi,sed in ædes diuitum ingre-
15 diuntur,vbi est lauta,& opipara mensa, atq;
exquisitissimis cibis præparata,nihil tamen
inde lucri deferunt.

Dicit vlterius S. Euangeliū. *Socrus aūt Si-
monis tenebatur magnis febribus, & rogaue-
runt illū pro ea.* Orationes iustorum prosunt
alijs, ad bona tēporalia impetranda vt pa-
tet ex hoc S. Euangelio,siquidem propter o-
rationes horum iustorum,dūs huic infirmæ
salutē cōtulit. Atq; vt patet ex eo ꝙ Deus di
Gen. 18. xit Abrahæ,nō delebo ꝓpter dece, &c. Quo
propter decē iustos nō deleret quinq; illas ci
Act. 27. uitates quātūcunq; turpes,& peccatrices es-
sent. Et in actib. oēs, qui nauigabant in na-
16 ui orationib. B. Pauli liberati sunt. Vt Ange
lus ei dixit: Ecce donauit tibi Deus oēs,q na
uigant tecū. Verū(ꝙ lōgē maximum est)pp
iustorum orōnes concedit Deus bona spūa-
lia alijs,ut affirmat D. Ioannes dicens,q scit
1. Ioā. 5. fratrē suum peccare peccatum non ad mor-
tem,petat,& dabitur ei uita . Beda declarat
Beda ex quid sit pctm̄ vsq; ad mortē,& sumptum est
S. Greg. ex S. Greg. super Iob. Quod est peccatum,in
sup Iob. quo quis moritur,pro quo neminem opor-
tet intercedere,quia in inferno nulla est redē
ptio . Liberet uos Deus fratres mei ne vos
mors in peccato cōprehendat,licet.n. vniuer
sa curia cælestis in diuino Dei conspectu pro
strata salutē uestrā exposcerent, nequaq̄ tn̄
illā impetrarent. Quanto magis,ꝙ nūquam
ipsi tale deprecabuntur. Si āt peccatum non
ad mortē peccauerit,i. quod quamuis mor-
tale sit nō peruenit cum eo vsq; ad mortē ,
oret iustus pro hoc(ait S. Ioannes) & dona-
bitur ei uita,& gratia. Sed necesse est vt ille,
pro quo intercediturdisponatur,& ex se ali 17
quid faciat. Cōmoratā quis in aliquo uitio, a
quo vellet exire,& ita se implicatū inuenit,
tam vinctum,& eius amore captum se expe
ritur,vt ad exeundum vires non habeat. Pe-
tit ab aliquo,qui in gratia est vt pro se Deū
exoret. Hic isto desiderio & cum aliqua dili
gentia,q̄ adhibet,ac cum oratione iusti pro
se intercedentis misericordiam consequetur
& Deus eum confortabit, vt de peccato ex-
eat. Et multo magis cum sunt multi intercef
sores. Et ita asserit glossa super epistola ad
Romanos. Impossibile est orationes multo
rum non exaudiri. Ergo cum hæc doctrina Glos. su
sit tam S. Apostoli,ut D. Ioannis,& Spiritus per epi.
sancti in eo loquentis non patiamur eam a- Ad. Ro.
mitti,illa utamur commendantes nos sem- 15.
per Sanctorum virorum orationibus.

*Et stās super illā imperauit febri, & dimisit 18
illam.* Misertus est clementissimus dominus
necessitatis miseræ infirmę inclinatus ora-
tionibus iustorum,qui pro ea exorauerant.
Præcepit febri,ut illam dimitteret,& statim
in illo puncto sana facta est. O benedictus,
& glorificatus talis hospes, quanto benefi-
cio hospitium donat in quod ingressus est,
quis non desideret tam liberalem,& munifi
cum domino hospitio excipere. Imperauit
febri,& illico obedijt. Quantum alapam no
bis hoc verbum infligit,quod febris & cæte Psal. 118.
ra oīa tā obedienter Deo obtemperent,abs-
que ulla resistentia , vt exaggerabat Dauid
dicens;ordinatione tua perseuerat dies,quo 19
niam omnia seruiunt tibi. Solus autē miser-
rimus homo diuinæ voluntati cōtradici. O
quātum deberemus confundi cū nos uidea-
mus tā rebelles his pauci rebus quæ Deus no
bis imperat. Posset profectò diuina Maie-
stas nos obligare,vt toto die nocteq; in sua
seruitute occuparemur, vt vos vultis quod
operarius pro duabus dragmis totū die uo-
bis seruiat,nec sedeat nisi ad prandendū. Ve
ster autem Deus,qui vos creauit,conseruat,
& quicquid editis , & possideris uobis largi-

tur,quique velut seruos vos emit tanto pre-
tio. Non corruptibilibus,auro, & argento
redempti estis,sed pretioso sanguine incon
taminati agni Iesu Christi. Et auertite mise
1.Pet.1. ricordiam Dei, cum.n.nos tam deuinctos
habeat,& tã emptos,paucis tamen eisq; fa-
cillimis præceptis nos voluit astringere,quæ
etiam nos seruare nolumus, sed in ipsis pas-
sim supernæ Maiestati inobedimus. O du-
rissimam præter uiam rebellium filiorum A-
dæ, Pudeat nunc vos,& considerate quantũ
huic potentissimo dño debeatis. Sic sanctus
20 Paulus nos admonet dicens. Empti enim e-
stis pretio magno,glorificate,& portate Deũ
1.Co.6. in corpore uestro. Si quidem estis serui toto
ꝑtio empti non solum animis,uerum & cor
poribus etiam Deum glorificare,ipsique ser
uire debetis. Iustitia diuinæ voluntati subie
cti sunt cognoscentes, quantopere id facere
debeant,vt quicquid faciunt,sunt obediẽtia
facere desiderent, vt multo plus in eo mereã
tur, Pater noster S. Franciscus solebat in iti
neribus,quæ faciebat obedientiam promit-
tere socijs suis,ne suo arbitrio duceretur, &
vt in pretiosa virtute patientiæ sese exerceret
S. Patriarcha Noe licet integrum annum in
21 arca commoratus fuerat in tanto animaliũ
fętore,& tanta angustia,vt in Gen. legitur,
Gen.18. cumque fenestram aperuisset,& uidisset ter
ram iam esse aridam,mensem tamen vnum
in arca fuit,nec egredi audebat,sperans. qd
sibi Deus præciperet,& peracto mense dixit
ei Deus. Egredere de arca,tu & vxor tua, fi-
lij tui, &c. De Sancto Abraham perpendit
D.Paulus quod ita diuinę voluntati subdi-
tus esset, vt fide obedierit in locum exire,
quem accepturus erat in hęreditatem, & e-
xijt nesciens quo iret. Senex erat Abraham
Heb.11 & septuagesimum quintum annum confe-
cerat,cum ei præcepit Deus vt de patria sua
Gen.12. exiret. Sed absque resistentia egressus est de
regione sua,nec sciebat,quo sibi Deus præ-
ciperet iter facere. Ita diuinæ voluntati sub-
missus erat. Hanc obedientiam significauit.
Ro.13. S. Paulus cum dixit. Induimini Dominum
Iesum Christum. Vestes,quas sartores confi
22 ciunt,scindunt eas ad mensuram staturæ il-
lius,cui sunt vestes,nec vna omnibus seruit,
sed unusquisque disparem vestem deposcit.
Hæc autem vestis quam apostolus nos ad-
monet vt uestiamur,est uice versa,una n.om
nibus seruit, & vnusquisque iuxta eius for-
ma debet scindi. Non est Euangelium sicut
illa regula Lesbia,quæ erat plumbea,& tam
secundum lapidis figuram flectebant artifi-
ces,eo ꝙ durissimi essent ne illos perficerẽt.
Quod ædificium esset illud ex lapidibus ru
dibus & incomptis? Cum ergo nos admonet
S. Paulus vt induamur Iesũ Xpm, admonet
in oĩb. diuinæ eius voluntati conformemur
moderantes nos ẜm S. Euãgelium, abscindẽ
tes affectus nostros,& curantes nos efficere
ẜm diuinæ legis formam. Non oportet Euã
gelium,& Iesum Christũ,qui eum instituit,
nobis conformari,sed nos potius illi adhæ-
rere. Quantum ab illa promptitudine, & o- 23
bedientia Abrahæ abhorreamus,quãtumq;
ab illa subiectione Noe,& ab eo,ꝙ nos hic
admonet S. Paulus absimus, vnusquisq; sui
ipsius potest esse testis, & uere ac ex animo
calamitatẽ suã lacrymari,cõsiderans,q̃ pro
cul absit a Iesu Christi forma,& eius Euan-
gelij vijs. Verecundemur ergo fratres mei,
hanc viuendi rationem sequentes, ne patia-
mini vt insensibiles creaturæ uobis excellãt
cum ipsæ sint tam promptæ, atque diuinis
institutis obedientes, curate vt vos multo
promptiores,& obedientiores sitis.

Et continuo surgens ministrabat illis. Hic
detegitur alia miseria nostra ploratu dignis
sima. Surrexit hęc mulier à morbo,& statim
cępit ei seruire,qui sibi salutem contulit. In-
firmaris,& petis instantissimè a Deo salutẽ, 24
ꝑponẽs te illi diligentissime seruiturũ,con-
cedit tibi diuinam Maiestas salutem ẜm mi
sericordiã suã,& statim vt ab infirmitate sur
gis incipis cum mille scelerib. offendere. O
cæli,ô terra,ꝙ insensibiles creaturæ obstupe
scite de tanta ingratitudine. Quid diceretis Simile.
de homine,qui cum esset cęcus,sine manib.
ac pedib. oĩa simul ab aliquo acciperet, & ut
primum ea accepit,inciperet manib. arcum
contendere,pedib. eum insectaretur,& in eũ
oculis suis intueretur,crudelissimamq; in il
lum sagittam immitteret: posset esse maior
ingratitudo,quam hæc? Tu peccator es hic
ingratus. Vide qualis in strato tuo fueris cũ
nullo sensum tuorum uti posses,dolorib. cir 25
cunseptus,& febri ęstuans,dedit tibi dñs va-
letudinem,vide quid feceris postq̃ eam acce
pisti,manib. pedib. ac deniq; oculis, quas in
tuum summum bñfactorem sagittas immi
seris. Heu desunt uerba,q̃ digne tantam in-
gratitudinẽ exaggerare possint. Qñ Pharao
plagis se oblesũ uidebat,affirmabat se emẽ-
dandum esse. Orate dñm(dicebat)vt auferat
ranas à me,& dimittã populum,ut sacrificet Exod.8.
Deo. Et cũ Deus plagas abstulisset statim ad
duri-

duritiem suam redibat. O quot modo sunt in mūdo Pharaones. Cum uos infirmos uidetis mille modis Deo seruire proponitis, & ut primū in pristinam ualetudinē reditis, oīa hæc obliuiscimini, & offendere Deum incipitis. Notate ad hoc propositū dictum quoddam Plinij Iunioris. Quę sñia nō deberet ī fidelis ore pferri: sed (ut ait S. Aug.) multa optima consequuti sunt infideles, qbus ipsi indigni fuerūt, quibus nos uti possumus, & ea ab illis auferre, quia ad illos nō pertinent tanquam ad iniustos possessores, ut fecerūt Hebræi cū Ægyptior auro, & argento spoliauerunt quasi iniustos possessores, atq; eo Dñi tabernaculum exornarunt, sic nos diuitijs, & sentenetijs gentium possumus uti, ad aīarum nostrarum decus, & ornamētum. Dicit ergo Plinius: Possum ego, qp pluribus uerbis, pluribus etiam uoluminib. Philosophi docere conātur, ipse breuiter tibi mihiq; præcipere, ut tales esse sani perseueremus, quales nos futuros profitemur infirmi. O mirificam sñiam? Fælix est, qui eā seruauerit. Dic cum grauissimo morbo laborabas, qualis erat? quid facere proponebas? cōcutiebaris ne tunc ambitione, luxuria tunc concitabaris? præteritæ concubinæ recordabaris? Non profectò. Imò dicebas. O vtinam nunquam ego diues, ambitiosus, & amator fuissem. Si Deus mihi salutem contulerit ego præteritam uitam corrigā, & ad meliorem me recipiam. Cura ergo talis esse sanus, qualē te in infirmitate fore profitebaris, & ita sanitas tua erit ad seruitutē Dei, qui tibi ualetudinē concessit: sicut fuit sanitas huius optimæ mulieris, quæ surgens ministrabat illis, & sic acceptā ualetudinem conseruabis. Melius remediū ad beneficia accepta cōseruanda, est ut Deo gratissimus sis. Promiserat Dñs Deus se terram illam amęnissimam filijs Abrahę daturum, & quāuis S. Patriarcha diuinæ promissioni satis fidei adhibuerat, timebat tñ ne sui posteri terram illam aliqua negligentia demererentur, & cupiebat remedium adhibere, ne tanta beneficia amitterēt, atq; cum hoc timore Dēū interrogauit: unde scire possum, quia possessurus sum eam? Et rñdit Dñs: summe, inquit mihi uaccā triennem, & caprā, & arietem annorū trium, turturemque & colūbam &c. Ac si diceret, Arma, & protectiones, qbus poteritis cōseruari in beneficijs, quæ uobis fecero erunt plurima, & assidua sacrificia, offerretis. n. uaccas, arietes, & oues, &c. Ecce qūo remedium, quo beneficia a Deo accepta potestis cōseruare, & in dies plura denuo impetrare est, gratus esse, crebro diuinæ Maiestati seruiētes, atque hac pseuerantia et augmentū gratiæ comparatur, & postea maior corona gloriæ impetratur. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, qui cum patre, & Sancto spiritu uiuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amē.

Plinij Iū. ī ep. l. 7. epistolarum.
26 D. Aug. de doct. Christ.
Pro 12.
27
28
Gen. 15
29

Feria VI. post Dominicam. III. In Quadragesima.

Venit Iesus in ciuitatē Samariæ, quæ dicitur Sichar, iuxta prędium quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Ioan. 4.

REFERT S. Ioannes, qp decreuit dñs sua diuina prouidentia decedere à Iudæa in Galilæam. In Gen. dicitur, quòd etsi multas diuitias habebat Abrahā, qñ eius uxor Sara obijt in toto terrarum orbe ne sulcū quidem terræ possidebat. Et ita dixit incolis Hebron in terra Chanaam vbi S. Sara defuncta est. Aduena sum, & peregrinus apud uos, date mihi ius sepulchri uobiscū, ut sepeliā mortuū meū. Et affirmauit S. Stephanus: Non dedit illi hæreditatē in eā, neque passum pedis. Nec illic emeret, vt emit, nisi esset ad constituendum sepulchrum uxori suæ. Atq; hoc ita fuit, ut cū Deus ei præciperet, ut in aliā regionem migraret prōptior esset, & magis expeditus ad exequendum mandatum Dei. Volebat. n. Deus ut per diuersa localiter faceret, ut vbiq; bonum exemplum ostenderet, & diuinæ Maiestatis ac uirtutis testimoniū perhiberet. Sic etiam dixit Tobias confitemini dño filij Israel, & in conspectu gentiū laudate eū, qm ideo dispersit uos inter gentes, quæ ignorant eum, ut uos enarretis mirabilia eius, & faciatis scire eos, quia non est alius Deus omnipotens præter eum. Modo uero nō solum filij huius seculi uolunt plurimas possessiones habere, & terrenis rebus submergi, uerum multi etiā religiosi tam altas in uno loco radices agunt, vt difficillimem in alium migrare uelint cum maxime necessarium sit, ut iusti in diuersis locis & regionibus uirtutis testimonium perhibeant. Hoc nos docuit supremus mūdi Magister Iesus Christus, qui non in una urbe

Gen. 23
1
Act. 7.
Tob. 13

tantum commorabatur, sed pedester ac defessus de ciuitate in ciuitatem properabat, vt oibus prodesset. Cũ igit ad hoc ex Iudæa in Galilæam iter faceret, uenit in ciuitatem Samariæ. Antequam erat fundus quidam, quem olim Iacob in beneficiũ dederat filio suo Ioseph. Tunc.n. maior hæreditas ijs dabat qui uirtutis erant studiosiores, licet maiores natu alij essent. Non ut modo, ꝙ licet primogeniti sint proterui, ut plerunque esse
3 solent illi primogenituram accipiunt, cum tñ digni essent, qui exhæredarẽtur, punirent, & contumelijs afficerent. Non sic olim fiebat. Et ita loquens Spiritus Sãctus de filio, qui patrem suũ Noe dedecorauit dicit: Cũ
Gene.9. didicisset, q̃ fecerat ei filius suus minor &c. Non erat Cham filio minor Noe, sed Iaphet, & tñ eum uocat Spiritus Sanctus minorem, quasi per contẽptum. Filius namq; malus, & inobediens licet sit maior in contemptum, minoris æstimandus est, q̃ minor filius, & sæpius (inquam,) peruersi esse solẽt maiores, quam minores. Huius rõnem reddit grauissimus quidam doctor super illum locũ Genesis, qui narrat, ꝙ Ruben primogenitus Iacob, patris sui stratum uiolauit, dicens ꝙ primogeniti, cũ geniti sint in ini-
4 tijs, & iuuentutis flore, turpiori & magis effrænato ardore cõcupiscentiæ in suppliciũ immoderationis illius, qua parentes usi sunt, filij primogeniti proteruiores esse solent, & peioribus moribus imbuti, & alijs plurimis miserijs corporalib. contaminati: in pœnã pauci timoris Dei, & defectus Sanctæ intentionis, qua geniti fuerũt, & postea ipsi primogenituras accipiunt cum alijs fratribus qui meliores sunt iniuriam inferant.

Erat enim ibi fons Iacob, &c. Mirabile est illam terrã promissionis, q̃ tanta exaggeratione Deus Hebræis promisi tam inopem aquæ esse, ut puteum, maximi æstimarent.
Deu.11 Atq; idẽ Deus eis dixit. Terra.n ad quam in
5 grediens possidendam non est, sicut terra Ægypti ubi iacto semine in hortorũ morẽ aquæ ducunt irriguæ, sed de cœlo expectant pluuias. Atq; idem modo experientia compertum est. Mauri, & infideles uberrimos possident agros, & uix sciunt sterilẽ annuam degustare, at uero inter Christianos maxi-
Simile. ma est sterilitas. Intelligit Deus non esse quasi bruta animantia, quasi porcos, qui in montibus depascunt qui dum humi habent glandes, quas rodant comedunt, & nihil aliud faciunt, sed alij in alios incumbunt, nec unquam in altũ oculos extollunt, quousq; illæ glandes cõsummãtur, tunc uero cũ glãdes cõsumptæ sunt, capita erigũt, & oculos attollunt, ut uideant, an plures ab illicibus excidãt. Tales sumus nos, dum terra nobis necessaria procreat, nec esurimus, nõ recordamur oculos in Deum erigere: sed ut dicit Dauid oculos suos statuerunt declinare in terrã. Præmeditate, & accepto suo cęco con filios cõstituerũt oculos in terram deijcere. Psal.16
Nihil aliud faciunt, quã edere & tingi tps in litibus consumentes. Et cũ primum necessa 6
ria nobis desunt, statim oculos in cœlũ eleuamus, & à Deo salutem postulamus. Vult ergo diuina Maiestas, ut aridos, & steriles agros habeamus, semperq; imbres, & rores à cœlo expectemus, & siquidẽ non libenter, saltẽ necessitate coacti sẽper oculos, & cogitationes in eum extollamus, quasi ab eius diuina prouidẽtia suspensi misericordiam illius expectemus, Mauri, Ægyptij, & alij infideles, ipsi oẽm ubertatem habeãt, quamuis enim inopia prẽmerentur, oculos tamen ad Deum nunquam extollerent, nos aũt abundantiã non habeamus ut oculos erigamus.

Ad hunc ergo puteum accessit bonus Iesus maximè fatigatus. *Iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat super fontem.* Propter unã 7
tãtum mulierem, q̃ ad quærendum illuc ueniebat Dñs, tñ laborem uoluit ꝑpeti. Hic Simile.
detegitur infinita Dei clemẽtia, tot.n. labores pro uno, quot pro oĩbus uoluit tolerare. Hoc est, quãquam labores Dñi nostri Iesu Christi, eius uita, & mors fuit in remedium oĩum electorum, q̃tum ad efficaciam unusquisq; illi tenetur eas gratias agere, acsi pro se solo pateretur, sicut sol, etsi omnibus lucet, non minus uni lucet, q̃ si soli illi, & non Simile,
alijs luceret. Idcirco S. Paulus dixit, Qui di Gal. 2.
lexit me & tradidit semetipsũ pro me. Transis per diuersorium septem, aut octo sedetis ad mensam, & caupo oĩbus cibos apponit. 8
Tu ede bene, aut male, tãtũ.n. debes soluere, si male & parce ederis, ac si opipare manducaueris: sumptus.n. cibi in oẽs diuidit, si uero tu solus comederes secundũ ꝙ comedisti persolueres. Diuersoria quæ in hoc cæli itinere sunt, huius conditionis sũt. Mensa est præpara tot sacrificijs tormentis, uerberibus, defatigationibus quas pro nobis? Redemptor noster passus est, unde quomodo edis, tu.n. omnia debes soluere, ne arbitreris, quod sumptus inter multos diuidendus est, tu solus debes soluere, & gratias agere

agere pro omnibus, quæ Iesus Christus filius Dei passus est, & vnusquisq; sigillatim hoc debet arbitrari cum ita filius Dei pro unoquoque passus fuerit, ut pro unoq ioque sigillatim, facere, quod pro cunctis fecit. Contemplamini nunc principem illum regū oīum terræ iter facientem, peditem nudis pedib. famelicum, fatigatum, & cū peruenisset ad puteū, sedit super eū, ut refrigerationem aliq̄ caperet, ad aere q̄ de eo exibat, vt ait sacratus textus: *Sedebat sic super fon-*
5 *tem.* Res ineffabiles, & quæ dici nequeunt solent in sacris literis significari per hanc dictionē, sic. Qñ Dñs voluit a D. Ioanne baptizari dixit sine modo, sic oportet nos implere oēm iustitiā. Sic non sunt uerba, quæ illius sancti operis profundā humilitatē possint penitus explicare. Cūm ipse diuinus Redemptor de Euangelij elucidatione, & reuelatione humilibus facta, & sapientib. abscōdita loqueretur, dixit, sic fuit placitum ante te. Cum idē hic dñs exclamans in cruce expirauit, dicit unus Euāgelista, cū uidisset Cēturio quia sic clamans expirasset, &c. Et cū per S. Ioannē ageret unigenitus filius de amore quo æternus pater mundum amat, &
10 amauit dixit, sic Deus dilexit mundū. Cum Sāctissima virgo Maria reuenit filium suum sacratissimū inter doctores, ut exaggeraret quo dolore affecta fuerit ꝓpter eius absentiā dixit ei. Fili, quid fecisti nobis sic? In oībus his locis illud sic, significat res quas nulla uerba pñt explicare, & ita hic significat: sedebat sic. Qūo sic? nullis uerbis explicari potest. Sic defessus, sic laxatus, sicut nobis opus erat. O bone Iesu, ô gloria, & splendor aīæ meæ, quis tam fortunatus fuisset, qui te sic sedentē uidisset, quis vultum istum diuinum aspexisset præ sudore, & fatigatione, candidum, & rubicundum rosis pulchriorē, fruentum pauca illa refrigeratione, quæ de puteo potuit exire, quis illic tibi posset ministrare, teq; in tanta necessitate consolari? Notate diligenter super hunc locum, quòd noluit Redemptor uitæ uenire, ad aliquem, q̄ ipsum liberaliter tractaret, & sui misereret, sed ad eā, a qua cum uas aquæ peteret eam si-
11 bi denegaret. O Christe Reparator mundi, q̄ singularem nobis doctrinam præbes, ut labores, & fatigat oēs patienter feramus. Non tibi deesset dñe Iesu Xpe refrigerium in tuis laboribus sed ita dure, & sine consolatione eos perferre uoluisti, ut uobis patiētiæ esset, & charitatis exemplo. O quot viros

Mat. 11
Mat. 15.
Ioan. 3.
Luc. 2.

hinc pōt elicere aīus defessus in huius miseræ uitæ peregrinatione. Cum sic esset hora erat quasi sexta, Meridies erat, in ea, s. hora, qua crucifixus fuit uenit mulier de Samaria Et solus locutus est dñs cum ea. Discipuli. n. iuerant in ciuitatem ut cibos emerent. Tūc non erant malum exemplum hoīem solum cum muliere loqui. Notate ad hoc propositum singulare quoddā exēplum. In Gen. legitur ꝙ accessit S. Iacob. de Mesopotamiā prope Harā & inuenit in agro pastores quo 12
sdā cum gregib. suis, & cum loqueretur ad eos dicit Sacer textus. Et ecce Rachel ueniebat cum ouib patris sui nā gregem ipsa pascebat. Et de hac ipsa uirgine dicitur ibidē, ꝙ erat Rachel decora facie, & uenusto aspectu. Erat pulchra, casta, & pudica. Non aduertitis uirginem decoram in agris & montib. in societate aliorum pastorum, & tñ castam, & pudicam? Non admiramini temporum illorum probitatem? ēt inter infideles, ut erant illi ex Haran tātā puritatem, & adolescentū honestatē, & fœminarum uirginitatem non miramini? in montib. soli commorabant, soli, & casti, nec castitatem, nec famā amittebant. O infælicitatem nostram, in quantam corruptionem, & deprauationem deuenimus. Et tñ nos iactamus quia Christiani sumus. O tpa infœlicissima in quib. 13
conclusis virginib. & post septem parietes custoditis, uix audet mater ire ad missam, cum iam mille calamitates domi suæ repeiat. Tanta impudicitia, & dissolutio est in adolescentibus nostræ tempestatis ociosis, turpibus domum desolatoribus, destructoribus, & prophanatoribus alienæ famæ, & pudicitiæ. Virginesq; ita sunt dissolutæ, & prophanæ, ut uisu sit turpe, & indecorū. Videte hanc uirginē, montibus assuefactam, cum Iacob accederet, & reuelaret ei se eius esse cōsobrinū, ac cum illa fleret (ut ubi dicit) & eleuata uoce fleuit, & indicauit ei, ꝙ frater esset patris sui & filius Rebeccæ. At illa festinans nunciauit patri suo. Vix illi Rachel uerbum loquuta est, sed currens nunciat hæc patri suo. Et postq̄ desponsata fuit Iacob, septēnio cū ea commoratus est 14
in domo Laban patris eius, tanta cum puritate, & castimonia ac si ille non esset hō, nec illa esset fœmina. Hæc oīa ad nostram cōfusionē dixi, atq; ut nostri tpis calamitatē lachrymemur, & a Deo remedium deprecemur. Et ut intelligamus ꝙ in illis tēporib. quamuis Dñs in agro solus cum illa muliere

Gen. 29.

l:ere loqueretur, tanta erat syncceritas ut il-
lud scandali materiam minimè daret.

Cùm igitur mulier accederet ad puteum
ad hauriendam aquam : *Dicit ei Iesus, mu-
lier, da mihi bibere*. O ineffabilem Dei cle-
Eph. 2. mentiam q̄ meritò dixit S. Paulus. Gratia
e.n. estis saluati per fidem, & hoc non ex uo-
bis. Dei.n. donum est non ex operibus, ne-
quis glorietur donum Dei est. Qđ absque
meis meritis me uocauit, & illuminauit, &
15 tot in infidelitate repudiauit. Quando per-
soluemus fratres hoc tam singulare benefi-
cium quod a Deo accepimus? Quid fecisti
tu, ut haberes fidem, quam habes, antequā
illā haberes, plusquā Mauritanus, q̄ in bar-
barie cōmoratur? & tamē illum reliquit, &
Gen. 12. te illuminauit. Vocauit Deus Abraham, &
dixit illi egredere de terra tua, & de cogna-
tione tua &c. Et ante hanc uocationem nul-
la Abrahæ merita leguntur propter quæ
Deus hoc beneficium ei conferret, sed fuit
ex sola Dei gratia. Hoc idē uidemus in ho-
dierna lectione S. Euangelij, absq; eo, quòd
ulla merita huius mulieris præcesserint, cū
ipsa esset peccatrix & concubina incipit lux
mundi reuerberare in ea, & illam illumina-
re, atque ad hoc faciendum occasionem as-
16 sumit, petere ab ea aquam. Quoties cum tu
peccator actualiter peccas, cor tuum in pe-
ctore uolutatur? Quid aliud sunt hæ uolu-
tationes, & conscientiæ morsus, quam piè
quædam refrænationem Dei, qui cum di-
gnus esses qui uiuus terra absorbereris, a te
cordis compunctionem petit, & ut ad se cō
uertaris, atque per ueram contritionem ei
des bibere. Ecce quomodo tecum indigno
misericordia etiam utitur.

Quomodo tu Iudæus cum sit, &c. Respon-
dit Dñs, &c. *Si scires donum Dei &c.* Videa-
mus nunc quō conuertit responsum domi-
17 ni cum quæstione mulieris? Aduertite, & ui-
debitis q̄ conuenienter, & congruè illi respō
deat Dominus. O mulier si intelligeres tem
pus in quo uiuimus, tps legis gratiæ, si intel
ligeres quot beneficia confert Deus absque
personarū respectu, si intelligeres Euangeli-
cā legem iam accessisse, in qua fides, gratia,
& gloria oībus, Iudæis, ac gentibus sine ulla
personarum acceptatione cōicanda est. Hęc
oīa significat donum Dei. In Actibus ait
Act. 10. D. Petrus qđ uidit cælum apertum, q̄ uidit
descēdens uas quoddam uelut linteum ma-
gnū quatuor initijs submitti de cęlo in ter-
rā in quo erant oīa quadrupedia, & serpēti,
terræ, & uolatilia cœli. Et facta est uox ad
eum, surge Petre, & occide, & manduca. O
mulier si scires donum Dei. Si scires me esse
linteū gratiæ, linteū misericordiæ, totiusq;
pietatis & oēs a me recipit, meque oīum es-
se redēptorē. Veniant serpentes, ueniant leo
nes, & tigres, ueniant oēs peccatores, oēs.n.
in me medicinam inuenient. Si hoc intelli-
geres non mirareris uidens me dissimilem
alijs Hebræis, omnibus loquentē, & nullius 18
familiaritate repudiantem, sed forsan a me
peteres, & ego tibi darem aquam uiuam, ò
dulcissimum uerbum, ad peccatorum spem
maximam prolatum! Eia est hic aliqua ani-
ma Samaritana? Ecce Deus te sua gratia in-
uitat. Est ne hic aliqs serpens aut draco? Ali
quis peccator? Ne sis timidus homo, ne sis
diuinæ Maiestati rebellis, diuinæ gratiæ ne
resistas. Ecce quas alas tibi prębet amor fi-
lij Dei. O quam merito conquerebatur Iob Iob 24.
de eis qui nolunt beneficia a diuina Maiesta
te oblata accipere, cum diceret: Ipsi fuerunt
rebelles lumini, nescierunt uias eius, neque
reuersi sunt per semitas illius. Videtis hoc,
quòd lumen sese illorum oculis offerebat,
ut uiderent, ipsi verò pertinaces erant, & ocu
los claudebant ne uiderent, & ideo dicit, q̄ 19
uias diuinas scire noluerunt, quas Deus per
ambulat, & in quibus inuenitur, quæ sunt
mādata altissimæ Maiestatis, & eo quod uias
has non currunt, rebelles sunt oblatæ luci,
nec eam uolunt accipere. O dari quid uos
fortes facitis, & cum Deo contenditis? Deus
uobis bona offert, & uos dicitis q̄ ea accipe
re non vultis? Deus uos illuminat, uos ue
ro oculos clauditis, ut iucundius, & absque
ueritatis contradictione, quæ reprehendere
uos solet cum peccata committitis, volupta
tibus incumbatis. O miseri de uobis loqui-
tur Deus quasi admiratus per Hieremiam
dicens: quis audiuit talia horribilia? nunqd Hier. 18
deficiet de petra agri nix Libani? quis un- 20
quàm (ait dñs) tam obstupendas audiuit in
sanias, quod hoīes rationis participes, ita il-
lius expertes uiuant? repellet ne ager sitiens
niuem, quæ descendit liquefacta de saxis
montis Libani? aut libenter non recipiet a-
quas frigidas, & uiuas ad se decurrentes? si-
gnificans hac metaphora quātum peccator
indigeat misericordia Dei & quō eum Deus
ad misericordiam inuitat, & per ipsius fo-
res ingreditur, ut oīa illius peccata dimittat.
Et ut ostendat quō peccator misericordiam
Dei despiciat, eiq; ianuas claudat, Dñoque
eam

eam offerenti, vt in peccati ſui ſiccitati, & ſterilitate commoretur. Quid amplius hoĩum nequitię ſuperaddi poteſt: poſtquã.n.in ſummo iniquitatis gradu ſunt, adhuc nolunt veniam accipere, quã eis Deus offert. Cognoſcite ergo fratres mei veritatem, & ne in nobis talis amentia reperiatur, ſed curate hac optima occaſione uti, q̃ modo uobis affert.

Ait mulier: *Domine neque in quo haurias habes, &c.* Rñdit Ieſus. *Omnis, qui biberit ex aqua hac ſitiet iterum.* Quid tam admirabile neceſſe eſt eſſe aĩam, etſi illã nõ videmus,
21 cum nulla re, præterquam ſolo Deo ſatiari poſſit. Cõfiteantur Dño miſericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hoĩum, quia ſatiauit aĩam inanem, & aĩam eſuriẽtem ſatiauit bonis. Sedentes in tenebris, & in vmbra mortis, vinctos in mendicitate, & ferro, dicebat
Ps. 106. Dauid: Non dicit. Cõfiteantur Dño hoĩum linguæ, ſunt.n.rudes, ſed ipſemet miſericordiæ eius, & quare eum laudaturæ ſunt? quia ſatiauit aĩam inanem, &c. quia interim dum non habet Deum uacua eſt, & licet plurima ſine Deo habeatis oĩa ſunt quaſi uerui, & cõpedes, quibus cogitationes alligantur. Oĩa hæc in cõparatione Dei ſunt tenebræ quædam, & vmbra mortis. Quemadmodũ vm-
22
Simile. bra ſiue ſit rei candidæ, aut viridis, aut alterius coloris: ſemper tñ ipſa eſt nigra & obſcura, ita proſperitas ſecularis, ſiue ſit honoris, ſiue diuitiarum, ſiue voluptatum, ſemper ipſa in ſe eſt obſcura & tenebroſa, & triſtis, quia eſt res q̃ præterit, non verò ſolida. O pater (dices tu) hęc tñ voluptatẽ nobis afferũt. Dico fratres mei, ꝙ poteſt eſſe venenum, qđ ſit dulce, ſed vt primum ad cor acceſſerit, cũ ibi uitam reperiat, ſegregat eam illic, & ſtatim cor affligitur, ſentiens ſe a uita ſeparari. Ita res ſeculares, quæ ſenſibus ſunt iucundæ intus animum feriunt, & in cõſcien-
23 tia morſus, & dolores efficiunt. Poetæ res fictitias dicebant, quas ſuis perſpicacibus ingeniis fingebant, ut cum illis veritates aliquas ſignificarent. Dicunt hi, quòd rex quidam Frigiæ, noĩe Baſia, hoſpitem habebat Deum Bacchũ? Deum potationis, & vt eũ in domum ſuam excepit, dixit Deus ille, ut pro hoſpitio quicq̃d vellet a ſe peteret. Volo (inquit Rex) vt mihi concedas, ꝙ quicq̃d tetigero, in aurum conuertatur, & ita conceſſit. Accepit igitur ſaxum, & uerſum eſt in aurum, atq; ẽt alterum, & quicquid ſibi videbatur bonum eſſe tangere, ubi primum attingebat, afficiebatur aurum. Cũ iam haberet, qđ (videri ſuo) ſufficeret, iuit ad manducandũ, & cum tetigiſſet panẽ, uerſum eſt in aurũ, & ibidem, cum acceſſiſſet ad potũ. Itaq. miſer, fame ſitique peribat. Cum autẽ hoc aĩaduerteret, reuerſus eſt ad Bacchũ, & dixit: Oro te, ut quod dediſti, auferas mihi: quid mihi tñ auri prodeſt, ſi tñ fame periturus ſum? Aurum.n.non poteſt ſtomachi famem ſatiare, hoc ſignificabatur hac fabula. O ſancte Deus, non uidetis, o hoĩes amentes, ꝙ hanc uoluntatis nobilitatem non poteſt aurũ ſatiare, aut quicquid in toto terrarum orbe eſt, præter ſolum Deũ. Et ita licet 24
horum plus bibatis, ſemp tñ ſitietis, quouſq. Deũ habeatis. Eccleſiaſticus vr̃ contrarium Ecc 24
huic dicere. Qui edunt me adhuc eſurient, & qui bibunt me, adhuc ſitient. Nota ꝙ fames duo cõnotat, dicit debilitatẽ, & rabiem, atq. ẽt appetitum excitat. Qui ergo Deum eiuſque dona accipit, adhuc eſuriet, & ſitiet, non cum debilitate, & rabie, ſed ſignificat, ꝙ habebit promptitudinem, & viuum appetitum, ut cibus ei melius ſapiat, & ſitim ſine rabie, ſed ad maiorem delectationem.

Domine da mihi hanc aquam, &c. Dicaſ totum ad literam uſq; ibi. *Et hunc quem habes non eſt tuus vir.* In hoc ſignificat Dñs, ꝙ mulier illa erat peccatrix cum pertinacia; il- 25
lud.n.quem habes intelligitur affectu, & voluntate. Loquitur, ut Deus, qui cor eius intelligebat; hunc, quem tantopere diligis. Cum diabolus curet hoĩes ſui ſimiles efficere, curat, ut i hoc præcipuè ſibi ſimiles ſint, quod eſt, ut in peccato perſeuerent, ſicut, & ipſe pſeuerat. De eo.n.dixit Dñs: Ille homicida Ioan.
erat ab initio, & in ueritate non ſtetit. Perpendite illud: erat, ſ. continuans affectum, e contra uero, unũ ex eis, quæ a nobis ſtudioſius Deus petit eſt, ut in bono maxime perſeueremus, & ita ſuo noĩe nos admonet S. 26
Paulus. Itaq. fratres dilecti ſtabiles eſtote, & 1. Co. 15
immobiles abundantes in oĩ opere Dñi, ſemper ſcienter, ꝙ labor ueſter eſt non inanis in Dño. Videte quot uerbis hic nobis perſeuerantiam commendet, ut ſtabiles, immobiles, ſemper, & in Apocalypſi nobis dicit. Eſto Apoc.
fidelis, uſq. ad mortẽ, & dabo tibi coronam vitæ. Quemadmodum perſeuerantiæ in virtute, uſq; ad finẽ corona gloriæ debet, ita pſeuerantiæ in culpa, uſq; ad mortẽ infernus iure optimo debetur. Et eſt ualde notandũ ꝙ nullius peccati hanc mulierem notauit, niſi concubinatus, & fuit, quia fortaſſe cætera oĩa eius peccata exinde proficiſceban-


tur,

tur, quo peccato ablato oĩa alia in terram
prociderent. Dicit quis vnum mendacium,
atq. ut illud tueať dicet postea quadraginta
& iurabit, ac periurabit. Habet quis malam
societatem, vt eam sustineat, mille peccata
committet. Habet alius odium, atq; vt vin-
dictam sumat nullum crimen intentatũ re-
linquet. Ambitiosus verò, vt quod expetit,
consequatur, quid non faciet? Ad hoc propo
Iacob.2 situm põt dici illud D. Iacobi. Qui in unum
offendit factus est oĩum reus, i. qui in unum
scelus incidit, quãtũ est ex se ianuam aperit,
atq. in prõptu manet, ut alia plurima com-
17 mittat. Vt ècontra intelligendum est verbũ
illud quod S. Paul. dixit: Charitas nunquã
1.Co.13 excidit, hoc est, charitas ex natura sua nunq̃
hominem incitat, ut ĩ peccatum excidat, sed
eum prouocat & adiuuat vt in gratia conser
uetur, & in virtute perseueret. Atque hæc est
propria intelligentia huius loci. Non autem
quod postquam semel charitas intret in ani
mam, durat in æternum. Cùm sit verum, ꝙ
ij qui in gratia non sunt confirmati, mane
erunt in gratia, uesperi autem & quide an-
tea, eam, sua culpa, possunt amittere.

Vt illa vidit Dñm peccata sua intellige-
re, dixit ei: *Domine, vt uideo, Propheta es tu,
patres nostri in monte hoc adorauerunt.* Vide-
28 ris Dñe Propheta, idcirco rogo te, ut quæ-
stionem hanc mihi explices, ubi sit adoran-
dũ? In his verbis detegitur, ꝙ licet hæc mu-
lier peccatrix esset, aliquem tñ boni saporẽ
habebat. Vnũ erat, esse peccatricẽ occultã, &
ita occultam, ut Dñm Prophetã iudicarit, eo
ꝙ eius peccatum sibi reuelauit, quod ipsa se
cretum existimabat. Alterum, ꝙ expectabat
& desiderabat aduentum Redemptoris, &
gratiam habebat de loco orationis, & licet
concubinã, quærebat tñ vbinam esset oran
dum & simul cum hoc zelatrix erat religio-
nis suæ, & scrupulum iudicabat dare bibere
homini Hebræo, & ita ei dixit; *Tu Iudæus
cum sis, &c.* Et fortè hi boni respectus fue-
29 runt aliqua dispositio, ut Deus eã auferret a
malo statu in quo cõmorabatur. Quantũ-
cunq; peccator quis sit, nunquam tamẽ bo-
na opera debet prætermittere, quãuis.n.illa
nõ ei prosint ad æternã vitã, tñ ĩter alia, duo
maxima cõmoda solent afferre. Alterũ est,
ꝙ per hæc bona opera quodammodo dispo
nitur, ut eũ Deus illuminet, & a peccato ab-
strahat. Iter facit quis in aliquã vrbẽ, adue-
Simile. nit caliginosa nebula, & aberrat a uia, postea
interrogat, hæc via ducit ad talem vrbem?
dicunt ei. Non multum est iam ex quo iter
amisisti. Verum ecce semitam, quæ licet ipsa
non sit recta uia, si per eam ambulaueris, ip-
sa te ad iter ducet. Vide peccator aberrasti a
uia cęli, quæ est gratia, & acceptatio diuina
inuenisti seruũ Dei, qui tibi dicit: Aduerte
frater, ꝙ aberrasti, hæc uia in qua graderis
ducit ad infernum, longè a uia gloriæ erras,
vide quot sunt dies, ex quo mortaliter pecca
sti, tot.n. sunt dies, ex quo uiã amisisti, Re-
uertere, facies bona opera, hęc.n. te in cæli
uiam constituent, hæc te ad grãm Dei resti-
tuent. Alterũ est, quod ex bonis actibus gi- 30
gnitur habitus bonus, & facilis redditur, ut
postea rediens in gratiam Dei, suauis bona
operetur, & facilius ac velocius properet: ad
cœli uiam percurrendam, ad recompensan-
dum aliquid ex perdito tẽpore; sicut viator
qui a uia errauit, postea acceleratione, tẽpus
perditũ uult recuperare. His quæstionibus,
& multis reuelauit se tandẽ Dñs huic mulieri,
ei indicans se esse desideratum, & maximè
expectatum Saluatorem mundi ad oĩum sa-
lutẽ. Atque ipsa tàm cœlesti lumine illustra-
ta lagenã, funemq. dimittit, & terrestrium
oĩum immemor oẽs suos ciues inuitat, ut
exeant, ad cognoscendum, & adorandũ tũ
Prophetam ac Dñm. Vtinã fratres mei, hęc 31
mulier nobis sit hodie magistra, & siquidem
iam habemus lucem, & cognitionem Dei,
expulsus oĩbus secularibus impedimentis
inuicem nos inuitemus, & confortemus ad
eum amandum, ipsique seruiendum ex ani-
ma, ut cum nobis gratiam suam hic conces-
seris, eamus postea, ad perfruendum gloria
sempiterna: ad quam nos perducat Iesus
Mariæ filius. Amen.

Sabbatho post Dominicam III. In Quadragesima.

*Perrexit Iesus in montẽ Oliueti, et di
luculò iterũ venit in templum. Io. 8.*


Oquens Dauid de infinita pro- 1
bitate Dei, dicit, Suauis Do- Ps.144.
minus uniuersis, & miseratio-
nes eius super omnia opera
eius. In quibus uerbis nos
docet, quod misericordia Dei est, quæ
inter cætera opera altissimæ Maiestatis
magis perspicitur, & est opus, quod ma-
gis dicitur Dei, nam per antonomasiam
miso-

miſericordia in ſacris literis opus Dei dicit. Itaq; cum in ſacra Scriptura petitur a Deo abſolute; fac, nec additur quid facturus ſit, intelligitur ꝙ petitur ab eo, ut faciat miſeri-
Hier. 14 cordiam. Hoc patet per Hieremiam, ubi dr; Si iniquitates noſtræ rñderint nobis, Dñe fac pp nomen tuum. i. ſi peccata noſtra uocata, & interrogata rñderint, & teſtificata fuerint cõtra nos, & nos damnarint, tu dñe fac. ſ. miſericordiam nobiſcum pp nomen
2 tuum, hoc eſt, ut miſericors appelleris, qđ eſt
Dan. 9. nomen gloriæ ſplendoris tui. Et Daniel dicit. Exaudi dñe, & intende, & fac, etc. hoc eſt aduerte Dñe miſeriam noſtram, et fac no-
Haba. 3 biſcum miſericordiam. Et Habacuc rogãs Deũ, ut annos captiuitatis dimidiaret, quibus populũ ſuum fuerat cõminatus, rogãs (inquam) vt eius miſericordia intercederet, ſuppliciumq; ſiſteret, dixit. Dñe opus tuum in medio annorum uiuifica illud, vide Dñe quod eſt quaſi dormiens; & mortua miſericordia tua erga populum tuum captiuum, reſuſcita illam in dimidio annorũ eorum, quibus eum minatus es, & intercedente illa
Eſa 41. ſiſtet ibi ſuppliciũ, & captiuitas. Et Eſaias dicit. Laudate cæli, qm̃ Dñs fecit, &c ſ. miſericordiam nobiſcum. O quã inflammato deſiderio (ſi ita dici poteſt) flagrat Deus dimittẽdi peccatorib. ad primam. n. lachrymam cõtritionis, quam peccator effundit, ſtatim miſericordia mouetur, atque ad peccatoris
3 amicitiam conuertitur. Ingreſſus eſt S. Eſa-
4. Reg. 20. ias ad Regem Ezechiam, & cum Dei nomine admonuit, ut præpararet ur ad mortem, quia mors illi imminebat, cœpit flere Rex, & non quõcũque, ſed, ut ibi dr, fleuit Ezechias fletu magno, & antequam egrederetur Eſaias mediam partẽ atrij, factus eſt ſermo Dñi ad eum, dicens; Reuertere, et dic Ezechiæ; Hæc dicit Dñs Deus. Audiui orationẽ tuã, et uidi lachrymã tuã, et ecce ſalvaui te. Pẽſate diligenter celeritatem, qua Deus occurrit, nondum. n. Eſaias acceſſerat ad medium atrij regij quum illi iterum loquitur, et dicitur, referat bonum nuncium Ezechiæ, et qđ hic ponderatione eſt dignius, eſt illud uerbum. Et uidi lachrymam tuam. Quid eſt
4 hoc? Dixerat paulo ante ſacratus textus. Et fleuit fletu magno, modo uero dicit. Vidi lachrymam tuã? quare non dicit, uidit tuas plurimas lachrymas? Eſt, ut ſignificet, per primam lachrymam, quam effudit peccatũ eius dimiſſum fuiſſe, ſeq; ei ſalutem contuliſſe. O benedictus talis. Deus? Benedicta tа lis clementia. Laudate fratres mei puro corde Deũ ac tã clementẽ Dñm. Videte q̃ meritò diuinæ literæ mĩam eius, opus Dei nuncupent per ſingularitatẽ, eo ꝙ ſic ſplendeat erga eos q̃ mĩa indigni ſunt. Huius rei mirificum quoddam in hodierna S. Euangelij lectione habemus exẽplum, ubi agit, q̃ facile, & benigne receperit Deus peccatricẽ, eique pepercerit. (Dicatur tota litera Euangelij.)

Deſiderat ſummus Prædicator animarũ pdicare in tẽplo, & perrexit in montẽ Oliue 5
ti cũ ſuis ſacris diſcipulis. O quã cæleſtis doctrina, & q̃ uiceuerſa mõ agitur. Pergit Dñs noſter Ieſus Chriſtus oratũ in montẽ, atque eius ſancti diſcipuli, ab oĩ occaſione mali ſegregati cũ eo cõmorãtur. Vos aũt ſimul, ut pdicationẽ deſijſtis audire, pergitis in uias, & plateas, uiſuri, & loquuturi, quæ non ſunt neceſſaria. Dicite q̃ utilitatẽ allaturum eſt verbũ Dei, niſi ſit parũ conſiderationis poſt concionẽ, in qua ruminetis, & mẽte euoluatis ea, quæ in prædicatione dicta ſunt, & cogitetis quõ illa opere poſſitis exequi, q̃ uobis pertinent ad ſalutẽ animæ. S. Chryſoſt. D. Chryſoſt. ſup Gen.
in quadã homilia ſuper Gen. dicit, qđ q̃ exit a ſermone, oportet ſe habere quaſi q̃ exit à balneo, q̃ ſtatim ſe recipit, & multis ueſtib. cooperitur, vt ſudorem accipiat, & non exit a cubili maximo illo tpis ſpatio. Quid arbitramini eſſe hãc Eccleſiã, niſi domũ ſalutis, 6
& balneum in quo animæ morbi diluũtur. Et ſic ingredientes templũ, uidebitis ſtatim iuxta oſtiũ pilã aquæ benedictæ, ubi morbi faciles curantur, quæ ſunt peccata uenialia. Progredientes vlterius videbitis confeſſionaria, & pulpitũ, ubi mortalib. culpis remedium adhibetur. Qui ergo in hoc balneum ingreſſus fuerit, ad balneandũ ſe cæleſti doctrina, q̃ eſt aqua uitalis, ſtatim ut exit debet ſe in cubiculum ſuum recipere, & ſanctis cõſiderationib. operari, ab omnib. occaſionibus ſeparatus, ut in lachrymarum ſudorib. inſudet propter male tranſactam uitã, ut ita eius aĩa curata, & cũ ſanctis conſiderationibus maneat. Vos aũt ut a tẽplo exitis, incipitis modo ridere, & illudere. Quid de tanta 7
diſſolutione, & tali tpe dici põt, pſertim cũ inferni minas audieritis? ſignũ eſt, ꝙ nõ tetigit uos uerbum Dei. Vipera dupliciter mordere ſolet: aut mordet rũpens corpus quouſque ſanguinem attingat, aut in pelle tm̃mõ Simile.
abſq; eo, qđ ſanguinẽ attingat. Cũ peruenit ad tactũ ſanguinis moritur hõ, quẽ mordet, cũ. n. uirus attingat ſanguinẽ: ſanguis aũt vi

rus

rus fugiat non fistit quousque perueniat ad cor, qui eius naturalis est locus, quasi confugiens ad locũ sacrum, ut aũt uirus iam sanguini cõmistum est, perueniẽte sanguine ad cor, peruenit ẽt & uirus, & statim hõ moritur, quod si morsus non tetigit sanguinem, nunquã uirus cor attingit, & ita nõ occidit. Simile est uerbũ Dei: si attingit affectum, & cum affectu attingit cor, facit operationẽ, & hoĩem secularibus rebus mortuum relinquit, quales erãt illi, quibus S. Paulus dixit:
8 Mortui. n. estis, & uita uestra abscondita est
Colo. 3. cum Christo. Si autẽ prædicator nõ uos percussit quasi uipera morsibus suis, nec doctrina sua sanguinem attigit, tanta prophanitate, & serenitate ex sermone exitis, ac si ex comœdia exiretis. O Deus infinitæ Maiestatis, concede mihi hodie pro tua clementia, uerba tantę efficaciæ, ut feriã hos fratres meos, ut uulnerati, omni sensualitati, & prophanitati moriantur. Fratres mei conijcite oculos in hunc cælestem Magistrum, considera
9 te quod postquam fatigatus fuerat longa ꝑdicatione, refrigerium, quod quærit est ire in montem, & ibi tota nocte pro uestri peccatis lachrymantẽ commorari. Discite quærere parum solitudinis, in qua prolixe de aĩarum uestrarum salute cum Deo loquamini. Quod si dicatis, ò pater non delector his cõtemplationibus. Ad hoc rñdeo, interrogans quid esset de infirmo, si oĩno cibos recusaret eo quod eos non sapiat? certum est quod
Simile. moreretur. Quapp remedium est, sibi uim inferre, ut absq; gustu edat: nam si hanc uim sibi inferat, postea cibos sapiet, & quidem ei pauci uidebuntur. Idem oportet in cibis spiritualibus fieri. Ita nos docet Spiritus san-
Prou. 4. ctus, dicens. Viam sapientiæ monstrabo tibi & ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris non arctabuntur gressus tui
10 & currens nõ habebis offendiculum, i. Ego docebo te gustum percipere ex cognitione Dei. Hoc. n. significat sapientia in sacris lite
Ber. sup ris, ut aĩa S. Bernardus: Sapientia, i. sapida
Cãt. ser. scientia, suauis quædam Dei cognitio. Qũo
85. Ari. ergo me docebis? Ducam te (inquit) prius
2. Ethic: per semitas angustas, uirtutis, quas uocat
c. 3. semitas. Vt. n. ait Aristoteles: Virtus uersat circa difficile. Postquam aũt illas angustas semitas pertransieris, suauiter per eas ambulabis, & quidem uelociter curres nemine undiq; obstante. Hac eleganti metaphora nos docet hic Spiritus sanctus, ne in initijs pp difficultatẽ deficiamus, cum. n. ulterius progrediemur, non solum non erit difficulta, sed & lætitia, ac uoluptas. Et diluculo uenit in templum, commoratus est optimus Magister tota nocte in monte, & statim, ut illuxit reuersus est in templum, ut prędicaret. Quæ diligentia est hæc ad salutem nostram, q̃ summo mane surgebat ut hoĩbus benefaceret? Atq; eius diligentia diligentes etiam reddat auditores, omnis enim populus diluculo properabat in templum, ut di 11
uinas illus prædicationes audiret.

Prædicante Iesu accesserũt Scribę & Pharisæi, cum muliere, quæ in adulterio depræhensa fuerat. Videte quibus curis intendebant, cũ uniuersus populus prædicationem audiebat. O q̃ ad literam idẽ modo agitur. Nobiliores. n. & magnates mille inutilibus rebus intendunt, cum hoĩes plebei in concionibus audiendis, & Dei seruitute occupantur. Ingrediuntur quasi minime timentes Deum, absq; respectu, & pudicitia p medium auditorium, perturbãtes sermone, nec sistunt quousq; ad bonũ Iesum accedunt, & dicunt ei: *Magister, hæc mulier modò deprehensa est in adulterio, &c.* Occasione peccati huius mulieris oportet nos de hac materia aliqd deicere. Ecclesiasticus dicit: Oĩs aũt Ecc. 26.
ponderatio non est digna laus cõtinẽtis aĩæ, 12
i. nulla est laus, aut exaggeratio, quæ satis digne hoĩem castum, & continentẽ ualeat laudare. Diuina sunt hæc uerba sane, & quæ maxime continentiæ excellentiam extollunt. Contra uero, unũ ex uitij, quæ hoĩem magis dedecorant, est sensualis turpitudo, ita ut ad eius confusionẽ & ignominiam explicandam uerba deesse uideantur. Et sic de Sa Ecc. 47.
lomone turpi, & sensuali dicit Ecclesiast. Inclinasti fæmora tua mulieribus. Potestatem habuisti in corpore tuo. Dedisti maculam in gloria tua, & prophanasti semen tuum indu 13
cere iracundiã ad liberos tuos. Tanquã immanis bellua, sic uti uoluisti corpore tuo, ac si nihil ad aliud creatũ esset quã ad turpitudinẽ, honorẽ tuũ infecisti, progeniem tuã dedecorasti: Effecisti, ut pp peccata tua posteri tui punirent. Quid melius huius turpissimi uitij infamiã poterat explicare? Etiam eius deprauationẽ magnopere exaggerat illud Hieremiæ: cũ de turpibus quibusdam ac immũdis loqueret. Et qui amatores (inquit) Hier. 5.
& emissarij facti sunt, unusquisque ad uxorẽ proximi sui innitebat. Vbi eos uocat equos libidinosos, & inquietos, quia oĩa lacerant, & dirumpunt, ut ad equam accedant. In alijs pec-

peccatis,licet Christianus in quocunque sta-
tu,maxime a diabolo tentetur, & a mundo
agitetur, semper tamen ei aliquis ad legem
Domini respectus remanet:quæ in eo opera
Rom. 8. ri potest,quod in Sancto Paulo operata est,
ut ipse dicit. Lex enim spiritus uitæ in Chri
sto Iesu:liberauit me a lege peccati,& mor-
14 tis. Plerunque enim ratio,quæ non est obcæ
cata dicit. Hoc lege Domini cautum est,
nullatenus fieri potest nec debet. Hoc autē
uitio ita ratio obcæcatur, & mens peruerti-
tur,ut homo legis reuerentiam amittat. Ha-
Simile. bes imaginem ceream clauo suspensam, si
forte cadit,liceretur, & diuiditur in frusta;
remanet tamen aliqua pars pedis, manus,
aut capitis, ex qua colligitis esse talis imagi
nis,si uerò imago in ignem excidit, tota li-
quefit, ita, ut nulla imaginis maneat appa-
rentia. Homo qui est imago Dei suspen-
sa, obedientiæ illius clauo cum in aliquod
peccatum incidit,frangitur:sed est differen-
tia, quòd si incidit in superbiam, cupidita-
tem, aut gulam, aliquis tamen illi hominis
respectus remanet. Ex ipsa superbia occa-
sionem sumit,ne se a diabolo captari patia-
tur: ex ira, in quam incidit,sumit occasio
nem inuehendi in se, & in imbecillitatem
suam. Ex gula,quæ eius stomachū euoluit,
15 occasionem sumit execrandi illam. Deniq;
licet alijs peccatis perfringatur, aliquod ta-
men boni remanet uestigium,quod est ima
go Dei. Si autem in luxuriæ ignem excidit,
totus liquefit, ac si non esset ad imaginem
Dei factus,sed sicut equus & mulus, quibus
Psal. 31. non est intellectus. Itaque turpissimum sen
sualitatis uitium est,quod magis hominem
infectum reddit, & eum tanquam liquefa-
ctum, & absq; resistentia ad malum efficit.
Hac de causa Patriarcha Iacob reprehendit
filium suum Ruben,turpis peccati,quod pa-
trarat,& ei dixit. Effusus es sicut aqua,non
crescas, quia ascendisti cubile patris tui; &
maculasti stratum eius. Comparauit illum
16 aquæ,nam sicut aqua,cum emittitur,& ob-
staculi dirumpit, magno quodam impetu
profluit, nec ordinem sequitur, aut modū,
sic etiam est libidinosus homo. Ideo dicit.
Gen. 49 Euffus es sicut aqua, quæ effunditur, nihil
aliud,quam effrænatum appetitum,& con-
cupiscentiæ impetum secutus fuisti. Et
Simile. quemadmodum aqua effusa nullum sui ue-
stigium relinquit: sicut alij liquores solent
relinquere, qui aut saporem, aut odo-
rem, aut aliquid uasi inhærens, in quo fue-

runt, relinquunt, aqua uero omnino præte-
rit,nec sui uestigium relinquit. Sic homini
hoc uitio delibuto, uidetur ratio adimi, &
iudicium,& quod nihil hominis in ipso homi-
ne remanet,honorem,diuitias,uitam,& (quod
peius est) animam,ac Deum amittit,& ideo
dicit. Sicut aqua effusus es. Et de his arbi- 17
tror, Sanctum Paulum ad hoc alludens,di- Rom. 2.
xisse, Qui sine lege peccauerunt, sine lege
peribunt. Ita peccant,ac si non esset lex,&
extra omnem hominum rationem, ac legē,
atque ita sine lege punientur, hoc est,extra
rationem,& consuetudinem,qua cæteri pec
catores puniuntur. Quot horum nostri mi-
serrimis temporibus,præcipuè,ue in nostra
infœlicissima Hispania sint, quæ lingua po
terit explicare? O Deus æternæ, infinitæ Ma
iestatis medere Domine his malis,tantaque
mulierum, ac hominum dissolutionem au-
fer. Tot sunt musicæ,tot prophana conui-
uia, tot denique occasiones, quibus se ho-
mines offerunt,in quibus uix homines pos-
sunt se conseruari,quin mortaliter peccent.
Quid dicam fratres? Vos rectè animaduerti
tis utrum ego uerum dicam,necne? Lamen-
tamini ergo populi Dei perditionem, & ca- 18
lamitatem, lachrymamini homines stan-
tes ad ostium templi, ut uideant quomo-
do exeant filiæ Dei è domo patris sui. De-
plorate hos tauros maximos, & pinguis-
simos, qui ad inferni macellum præparan-
tur. Heu quàm cito uos Deus euertet, nisi
vos ad uirtutem reciperetis. Timete ergo
fratres tam præpotentis Domini furorem,
& amodo incipite malis uestris remedium
adhibere. Et ad hoc notate,quod hoc pec-
catum est aconitum quoddam, & uene-
num, quod oculis præcipue comeditur.
Idcirco Ecclesiasticus dixit. Nequius ocu- Eccl. 31.
lo quid creatum est? Cum oculus tam pul-
chrum quid, tamque miraculosum sit, &
maximum Dei beneficium, tamen hoc de
illo dicit, eo quod homo male oculis uti-
tur,ut Sanctus Petrus epistola secunda,cap. 19
2. dixit de turpibus, habentes oculos ple-
nos adulterijs: oculos uocat plenos adul-
terijs, quod sunt ianuæ, per quas hæc ma-
la ingrediuntur præcipuè. Videte quæ ia-
nuæ sint oculi, si quidem non modo per os
intrat mors animabus nostris,sed per etiam
per os totius mundi mors intrauit, ut dici- Gene. 3.
tur, in Genesi, uidit mulier, quod bonum
esset lignum ad uescendum, & pulchrum
oculis, aspectuque delectabile, tulit &

comedit. Hac ingressum est malū in uniuersum mundū. Intelligentes ergo, q̄ periculosi sint oculi, & quot mala per eos ingrediantur:
Eccl. 9. curate fratres obseruare consilium Ecclesiastici dicentis: Noli circūspicere in uicis ciuitatis, neq; aberraueris ī plateis illius. Ne dicas. Eamus huc, & eamus illuc, & uide
Iob 31. bimus. Sed facite, sicut faciebat S. Iob, qui de seipso dicit. Pepigi fœdus cū oculis meis, Quare non dicit: clausi oculos, sed utit hac elegantia, pepigi fœdus cū oculis meis? Non sine mysterio. Cum.n. pacis fędera componuntur est, ut nequis alterutri officiat. Sic anima iusti fędus percutit cum oculis suis.
20 Siquidem ego, o oculi mei, vobis nunquam obfui, imo quicquid boni habetis, id à me prouenit, sic uos, ne mihi noceatis, nec sitis ianuę interitus mei Etiam dicit, ꝙ fœdus pepigit cum oculis suis, quia sicut in conuentionib & fędere, unusquisq; de iure suo aliquid perdit, ut aliquod alìud commodum acquirat: sic etiam in hoc fœdere statuitur, ut oculi perdant uoluptatem, quā accipiūt, videndo ea, quælibet, inde enim hoc eliciūt commodum, ne postea deplorent culpā cu
Ps. 118. ius causa fuerunt, ut cōtingit Dauid, qui de se dixit. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, &c. eo quod ea, quæ dedecebat, aspexerunt. Et cum aliqua occasio uidēdi, aliquod
21 nocuum offertur, cogita intra te, si modo non possum me uincere, ut hanc decoram fę minam non uideam, qūo postq̄ eam uiderim, abstineri potero, quin eam cupiam? cū sit difficilius animam purā conseruare, post quam aliquid uidit, q̄ ante, quam viderit, illud non uidere, cum offertur. Quare hoc argumentum non conficies frater, ꝙ si cū offertur, oportet oculos claudi, ꝙ si occasio mali, tunc eos aperiri, quāto magis oportet ne die, noctuque vadas ad quærēdum quid
Plutar. videas? Dicit Plutarchus, quod noluit Alexāder Rex Macedoniæ uidere uxorem Darij, quæ erat pulcherrimę, ne illi aliquod incommodum propter eius pulchritudinem inferret, quod Regis esset indignū. Quid ad hoc
22 dicent Christiani, cum infidelis tantum ab occasionibus caueri t? Etiam de Antiocho Rege Asiæ legitur, ꝙ cum inuitaretur ab amico suo, ut pulcherrimam virginem Pantheam aspiceret: noluit eam uidere, ob eandem supradictam causam. Non est ergo lachrymabile, quòd non det fides idem Christianis, quòd infidelitas gentibus concedebat? O quam euidens signum est, quod mor tua sit fides in te, siquidem ne in te operatur quidem (cum gloriæ, & inferni æternitatem credas) idem, quod in infideli solas human' respectus operabatur. Etiam est hoc, uenenum, quod per aures ingreditur, audiendo uerba, & persuasiones tertiorū, & ministrorum Sathanæ, quos libidinosi homines adhibere solent ad executionem suorum turpium appetituum. In Gene. dicitur, quod Gen. 7.
consummata est omnis caro, quæ mouebatur super terram. Admirabile profecto contra uniuersam carnem concitatus est Deus, & sic omnia animalia, & aues submersę sūt; soli pisces impunes relicti sunt. Dicite, quid 23
plus animantia, & aues, quam pisces peccauerunt? Dico, quod quia omnis caro est incitatrix peccati luxuriæ, ꝙ non sunt pisces: imo debilitant homines, & sensualitati sunt contrarij, & idcirco præcipimur piscibus ieiunare. Si ergo Deus de carne supplicium sumit, eo quod huic peccato solet fauere, quid erit de misero homine, qui Sathanę efficitur instrumentum, ut uerbis promissionibus, & comminationibus quidem innocentes, ac synceras personas solicitet; Submergit De' uniuersam carnem aquis diluuij, te autem in ignem inferni non demerget, longè opinione falleris. Et quantum officiant uerba 24
unius alteri, colligitur ex eo, quod dicitur in Genesi, quod mulier comedit, deditque Gene. 3.
viro suo, qui comedit, &c. Super quod dicit 1. Ti. 2.
Sanctus Paulus: Adam non est seductus: mulier autem seducta in prævaricatione fuit. Sciebat Adam diabolum mentiri, sed blanditijs, & uerbis coniugis uictus comedit, ne eam contristaret. Vnde colligitur, quanto plus ualuerit mulier apud hominem, quàm diabolus cum ipso homine, & etiam cum muliere confecerit. Cum homine patet, quia non fuit ausus eum per se tentare, & ita assumpsit mulierem in instrumentum, ut illum superaret, Cum muliere uero, etiam manifestatur ex his verbis Sancti Pauli, illa enim decepta peccauit cum sibi uideretur, quod si ederet, esset quasi Deus: homo vero, mulieris per- 25
suasionibus ductus, non autem deceptus peccauit, sed uidens, quid faceret, quod grauius malum fuit. Ex quo colligitur, nullum esse peiorem diabolum homini, quam mulierem, & quam maximum peccatum fuerit, quod mulier commisit, cum non contenta esset, peccare, sed effecerit etiam, ut vir eius peccaret, declaratur

illo

illo uerbo, quod Dñs dixit ſerpenti. Quia feciſti hoc maledictus es, &c. Maximã habent emphaſim hęc uerba: ſolet Deus exaggerare maxima mala, quę ſibi magnopere diſplicent: ſicut ſolet ẽt exaggerare maxima bona, & quæ ſibi magnopere placent. Sic dixit Abrahæ perpendens hæroicum factũ, ꝙ fecerat
26 uolens ſacrificare filium ſuũ, quia feciſti rẽ tã admirabilem, quid, ꝙ uix ſunt uerba, q̃ dignè ualeant recenſeri. Conflemus nunc argumentum. Si mulier plus ualuit apud hominẽ, quam diabolus apud mulierem, q̃s ergo mulieris peccatũ explicabit? Hæc omnia dicuntur, ut intelligatis fratres, quãtum malum faciatis cum alios ad offenſionẽ Dei inducitis, & ut alteri ab alteris caueatis, nec eorum perſuaſiones, quibus uos ad malum uolunt inducere, audiatis. Nam (ut dictum eſt) peccata ſenſualitatis plerumque per au-
27 ditum introire conſueſcunt: & fortaſsè hæc peccatrix, de qua agit Sanctum Euãgelium peccauit, aut quod uidit, aut audiuerit, & denique propter peccatum ſuum in tantã calamitatẽ, & dedecus deuenit inter tot homines cõprehenſa, & accuſata, & inſtanter interrogant Phariſæi, utrum lapidanda ſit.

Ieſus autẽ pronus ſcribebat in terra. Diuus Anſelmus dicit, quod inclinauit pijſimus Ieſu oculos in terram, quando ſibi oblata eſt illa adultera, ne eam magis confunderet cognoſcens, quãto pudore confuſa eſſet. Et gloſſa ordinaria dicit, ꝙ ſcribebat in terra characteres, quibus unuſquiſque peccata ſua agnoſcebat, & illis ſolicitantibus eum, ut reſponderet, dixit: *Qui ſine peccato eſt, &c.* O Deus immenſę bonitatis, quare Dñe non faues his himinibus in executione iuſtitiæ, cum ſit unũ ex ijs, quæ ad optimę cuiuſque Reipublicæ gubernationem magis pertinent? Vbi enim non eſt executio, nec crimi-

Anſelm.

28 na puniuntur, quò poterit quis uiuere? Laertius refert, quod Thebani Philoſophum nomine Phitonium Lacedæmonem miſerunt, ut Lacedæmoniorum leges uideret, quæ maxime laudabantur, & aliquas, quæ ſibi meliores uiderentur, tranſcriberet; uolentes ut in ſua Republica etiam obſeruarentur. Iuit ergo Philoſophus Lacedæmonem, & ibi annum commoratus eſt, & attentiſſimè illius prouinciæ leges animaduertit. Cum autem poſt annum Thebas reuerteretur, conuenerunt omnes in generale conſiſtorium ut nuntium ſuum illis referret, atque ad hoc innumeri homines concurrerunt.

Laerti* in li. de uita Philoſophorum.

Ingreſſus Philoſophus in maximum theatrum, adduxit furcam, [illegible] turam gladium, flagella, compedes, atque manicas, & omnia hæc in theatro collocauit, ac deſcendit, ne minimum quidem uerbum loquens. Cum hoc uidiſſent gubernatores proclamarunt, dicentes, ut rationem redderet nuncij, ad quod miſſus fuerat. Tunc dixit Philoſophus: Miſiſtis me Lacedæmonem, ut leges uobis adducerem: Ecce legum inſtrumẽta fero. Quid prodeſt prolixas habere lege, niſi ſint iudices conſtantiſſimi, qui eas exequantur? Quid prodeſt libros habere plenos legum, & inſtitutionum, & quotannis plura decernere, cum tamen Reſpubli- 29
cæ plenæ ſint flagitioſiſſimis, ac perditiſſimis hominibus, publicisque peccatoribus, nec ullum de eis ſupplicium ſumatur? Meritò ſanè hoc dixit. Ridiculum eſt uidere aliquos iudices, aut prælatos, qui ut primũ munus ſuſpiciunt, uolunt ſe cum monaſterio, aut Republica habere ſicut ſartor ſe habet cum ueſte, qui interius in exterius uertit, & anterius efficit poſterius, ſinus in manicas conuertens: uidentes ſibi totum conſiſtere in nouis conſtitutionibus decernendis, cum nullam unquam ipſi exequatur. O Chriſte uere mundi Doctor, quid hic facis? uideris ſimulatione tua huic ſeculari relaxationi fauere. 30

Simile.

Vt intelligatis reſponſum huius quæſtionis aduertite priùs mirabile factum, quod dicitur in libro Iudicum. Legitur ibi, quod conuenerunt omnes tribus Iſrael ad puniendum maximum illud peccatum tribus Beniamin: qui occiderant mulierem exercentes in eam terribillem turpitudinem. Præcepit Deus, ut conuenirent duces cum uexillis ſuis, & irent aduerſus Gabaon, & adimplentes præceptum Domimi bis ſuperati ſunt, rei uero liberi & indemnes remanebant. Videntes hoc Iſraelitæ cœperunt ieiunare, & agere pœnitentiam, & iterum irruunt in hoſtes, & omnem ciuitatem interfecerunt. Non uult Deus, ut malus de malis uindictam ſumat, quoſque mundetur. O quam præclarum exem- 31
plum iudicibus. Hoc eſt quod dicit diuina Veritas: *Qui ſine peccato eſt ueſtrum, primus in illam lapidem mittat.* O quam iuſta ſententia & tali iudici digniſſima. Vult dicere. Iuſtum eſt, ut peccata puniantur, & lex impleatur, ſed non, ut per alios nequiores, & maiores, peccatores ſupplicium

Iud. 20.

sumatur. Non dixit, quod suppliciũ non sumatur: sed quod latro quare desiderabit, ut alij latrones suspendatur, ipse uero impunis maneat? Audientes illi flagitiosi hoc uerbum, scientes quod dominus eorum peccata cognosceret; alij post alios exierunt: pudore confusi. Postquam accusatores re-
32 cesserunt, erexit optimus Iesus faciem suam sacratissimam in illam miserrimam mulierem ipsamque clementiæ oculis aspiciens à peccato absoluit, dicens. Neque ego te condemnabo, uade, & iam amplius noli peccare. O benedicta talis clementia, ô fortunatæ aures, quæ tale audire meruerunt? Obsecremus fratres charissimi hunc clementissimum Dominum, ut nos ita recipiat, atq; culpas nostras abluens suam nobis gratiam largiatur, qua æterna gloria compa-
33 ratur. Ad quam nos perducat Iesu Mariæ filius, Amen.

Dominica Quarta in quadragesima.

Abijt Iesus trans mare Galilææ, quod est Tyberiadis, &c. Ioannis. 6.

HODIE nobis præponit sanctum Euangelium solenne quoddam conuiuium, quod Dominus noster Iesus Christus turbæ maximæ in deserto fecit, ubi eos quinque panibus, ac duobus piscibus saturauit: postquam saturati, & contenti sunt, cæperunt Dominum magnificare, qui eos iurauit, dicentes. Quia hic est uere Propheta, qui uenturus est in mundum. Qui omnia uoluerit, ac singula quæque recta animi statera perpendere, reperiet, omnia opera Dei, mirificas quasdam esse
2 linguas, quæ continuò clamant, & Dei perfectiones demonstrant, ac nos ad eius amorem, & laudem inuitant. Et sic Dauid dicebat. Bonum est confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & ueritatem tuam per noctem. In decachordo Psalterio, cum cantico in cithara
Psal. 91. &c. Nihil melius, nec iustus, quam homines se totos occupare in Deo laudando, atque mane, & uesperi, noctu, dieque ac omni tempore probitatem eius & misericordiam prædicando, eiusque laudes in Psalterio, Tympano, ac alijs instrumentis musicis decantando. Et reddens rationem huius diuini cultus, qui iure Domino debetur, dicit: Quia delectasti me Domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo. Et postea incipit exclamare, di- 1
cens. Quam magnificata sunt opera tua Domine: nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. Vir insipiens non cognoscet, & stultos non intelliget hæc. Stulti nesciunt ex creaturarũ cognitione amorem, laudemque Domini elicere, nisi prudentes, & qui diuinarum rerum contemplationi dediti sunt. Ita quando Deus omnes creaturas detulit ad Adam, ut illis nomina imponeret, dicit quidam Doctor, hoc fuisse, ut in suis operibus creatoris perfectionem illi demonstraret, ut etiam ille postea lectionem hanc posteros suos doceret, & tanta fuit cognitio quam ibi adeptus est tantos thesauros probitatis, amoris sapientiæ, cæterarumque perfectionum Dei in creaturis inuenit, tot, tamque diuersas, ac decoras eas: animaduertens 3
ut in ecstasim extra se p̃ illarum contẽplatione raptus fuerit. Et hic est somnus, de quo sacra scriptura loquitur, quo Adam dormiuit, quem Græci excessum appellant: ubi nostra translatio dicit. Immisit Deus soporem in Adam. Et licet uerum sit, cõmuniũ, & naturalium rerum contemplationem sufficere, ut nos in admirationem rapiat. Veruntamẽ, quemadmodum alijs rebus assiduus usus, & conuersatio prætium minuit, si etiam cõtigit his, & ita cum opera sint tam præclara, dicit Beatus Augustinus, quod non paruitate, sed assiduitate uiluerunt. Visus assiduus ea apud nos uilia reddidit. Atque ut Dñs noster Iesus Christus nos ad cognitionem, amorem, ac laudẽ excitaret, quam ex naturalibus rebus deberemus acquirere, uoluit pro sua infinita clementia alia opera facere extra ordinaria, & supra cõmunẽ naturę cursum 4
& unum ex ijs fuit hoc singulare opus, de quo hic sanctum Euangeliũ agit, quod eos omnes, qui illud uiderunt, excitauit, ut Dominum laudarent, & dicerent. Quia hic est uere propheta. Nos etiam, qui hoc credimus oportet, ut ad nouas diuinę Maiestatis laudes commoueamur.

Gene. 2.

Augusti tracta. 24. in Ioã non procul a prin. 9.

Etiã uoluit diuinus reparator noster hoc miraculum, & misericordiam cum his hominibus facere, ut nos doceret, suę altissi-

mæ

mæ Maiestati confidere. Cum his necessaria sustentatio in deserto defuit, nō illis Deus defuit. Nec tibi deerit. Si tibi, vir liberi, aut diuinæ defuerit cōfide, q̄a non deerit Deus,
1.Re.1. qui oībus his excellit. In primo Regum legitur, ꝙ erat tristis & collachrymās sācta Anna coniux Elcanæ, eo ꝙ sterilis, & sine liberis esset. Cui dixit uir eius consolans eam,
5 Anna cur fles, & cur affligitur cor tuum, nōne ego melior tibi sum, q̄ decē filij? Si hoc dicere potuit uermiculus quidā, quanto maiore iure potest idē dicere Iesus Christus filius Dei aīæ spōsæ suæ? Ita admonet S. Pau-
1.Ti.5. lus uiduas, ut ad cęleste hoc receptaculum, & refugium confugiant, cum dicit Vidua, quæ uere uidua est, & desolata, speret in Domino, & instet orationib. & obsecrationib. nocte, & die, & sanctus Esaias hoc omnibus
Esa.50. consulit dicens. Quis ex uobis timens Dominum audiēs uocē serui sui? quis ambulauit in tenebris, & non est lumen ei? speret in noīe Dñi, & innitatur super Deum suum. O q̄ diuina uerba. Conijciat se inops in brachia Dei sui. Sed aduerte, ꝙ dicit, si est timēs
6 Deum, & si audit & obtemperat uerbis seruorum suorum. Vnum ex ijs, in quibus magis ꝓbātur uiri iusti, est in hac spe, & fide, ꝙ Deus uerbum suum implebit & promissis stabit. Hac de causa, cū Deus constituit mā-
Exo.16 na in deserto Hebræis dare, ut patet in Exodo pręcepit nequis plusquam ad diē unum colligeret, & huius instituti rationē reddens dixit, ut tentē utrū ambulet in lege mea, an nō? Quæ est hæc tētatio? maxima profecto, Maxima experiētia fidei, ac spei erat, ꝙ cum cōmoraretur populus in deserto, oībus rebus ad uictū necessarijs indigens, & ob oculos tantā ciborū copiam prospicerent, nihil
7 tñ illorum oīum in diem crastinum colligerent, sed quod uniuersus populus, & tantus populus in sola diuina prouidentia sperans, crederet meliorem esse fiduciam in Deo q̄
Psal.90 cibos in arca. Et hoc est, quod Dauid dicit. Scuto circundabit te ueritas eius. Fides, & spes in ueritate promissorū Dei, erūnt quasi scutum ꝙ te undique proteget, & circuibit. Loquitur de iusto. Qui habitat in adiutorio altissimi, ꝙ fiducia in promissis Dei est ibi scutum mirificū, ad se omni necessitate protegendum, & ut propter eum ad nullum flagitium moueatur. O fratres charissimi, si diceretis hoc scuto fiduciæ in promissis diuinis, quot Sathanæ ictibus liberamini, cum necessitas nos inuitat, ut turpitudinem aliq̄ aut peccatum incidatis: ut pudicitiā, & honestatē uestrā uendatis, ut usurariū aliquē cōtractū faciatis, vt deniq; ꝓximi uestri substātiam diripiatis: si tunc ad fiduciam cœlestis patris uestri confugeretis, & ad promissorū eius veritatē recurreretis dicentes. Malo millies mori q̄ Deū ac dñm meū semel offendere. O in quantam obligationem induceretis 8
altissimā Maiestatē, ut vobis opem ferret, & per q̄ uiam minime arbitramini subsidium vobis plenis manibus occurreret. Verum, ò infœlicitatē nostrā, ꝙ minima quaq; inopia coacti, statim in diffidēciā incidimus, & ita mille peccata committuntur propter leuissimas res. Quod si dicas. O pater ego sum maximus peccator, & indignus, cui Deus opituletur, eō quod sæpenumero illum offenderim. Dico, quod si tu id non mereris pp suam ipsius ꝓbitatem hoc faciet. Recordamini ad hoc illius quod dicitur in Numeris Nu. 11.
quod cum Hebræi in deserto murmurarēt, quod nō haberēt carnes, nec aliud ederent, q̄ māna, ꝙ iniustis nihil aliud sapiebat, q̄ placētas oleo conditas: tunc cum illi murmurarent, eis nunciauit Deus per Moysem, qđ daturus esset eis carnes ad uescendum non vno die, neq; duobus, sed usque ad mensem dierū, donec exeat ꝑ nares vestras, & uertatur in nauseam, & huius rei rōnē reddēs dicit, eo ꝙ repuleritis Dñm, q̄ in medio uestrū est etc. Quid dñe? quia te repellūt et Pharaonē desiderant dicentes, ꝙ melius fuerint Ægypto, quā sub umbra alarū tuarum, iō eos vis saturare, eorumq; desideria implere, quosq; plura nolint? Imo uidetur, ꝙ debes illos relinquere, vt fame peritēt, & manna illis auferre. Hoc esset (respōdet Dñs) nisi ego Deus essem, sed hō tā parū patientiæ haberem, tāque probitatis meæ arctos haberem terminos sicut homines habent, qui sępe, non modo ijs qui sibi sunt molesti, uerum ijs etiam 10
qui sibi seruiunt, & quibus ipsi maxima seruitute deuincti sunt, panem adimunt, & corporalem auferunt alimoniam propter rem nullius ponderis ac momenti. Vbi minus merentur, ibi bonitatem meam uolo ostendere, eosque carnibus saturare. Eo quod repuleritis dominum, qui in medio uestri est, & fleueritis coram eo dicentes, quare egressi sumus de Ægypto. O ineffabilem Dei clementiam ecquis est, adeo durus, qui tam amore non rapitur? Eia pusillanimes confortamini ne tam bonum Deum offendatis, ut uos à necessitatibus uestris eximatus:

tis,quia mille uiis,quas uos nunquam excogitastis uobis auxilium ferret propter se suã
Nu. 10 pietatem, licet uos id non mereritis, sicut succurrit his Hebræis cum indigniores essent. Iterum etiam contigit, q murmurante populo præ inopia aquæ præcepit Deus Moysi,dicẽs,tange uirga tua petrã, & illa dabit aquas. Quod dubitauit Moyses. Verum,nec propter dubitationem Moysi,nec pp populi murmurationem potuit Deus sibi persuadere (si ita dici potest) ne illis aquã
11 abundantissimè ex petra illa largiretur, ut eius pietas animaduerteretur,& cognosceretur quõ culpas nostras superet liberalitate sua,& quòd eius misericordia potentior est peccatis nostris. Et idcirco sacra scriptura ibi dicit: Hæc est aqua contradictionis, ubi iurgati sunt filij Israel contra Dominum,& sanctificatus est in eis. Ecce quomodo ostẽdit quanta sit eius sanctitas,& pietas cõferẽdo in eos beneficia,cum illi rixarentur cum ipso Deo. Quis dubitat, quin maxima pars huius turbæ,quæ Christum Redemptorem nostrum sequebatur ob causas culpabiles
12 ueniret,alij propter curiositatem,alij ut hominum facta, & opiniones imitarentur, alij denique ut scrutarentur, utrum esset aliquid q posteà contra illum posset testificari,& tamen pijssimus hic Dominus, qui omnium animos penetrabat,neminem famelicum & sine conuiuio dimisit,omnes pro sua clemẽtia saturauit,etiam te saturabit licet tu illud non merearis.

Videns ergò Dñs turbã maximã, quæ illum sequebatur: *Dixit ad Philippum: Vnde ememus panes ut manducent hi?* Agit cũ discipulis suis de pauperum remedio. Ad hoc oportet esse gubernatorũ congregationes; Doctorumq; senatus,ut de publica vtilitate disceptetur,nõ verò,ut passiones vestræ ma
13 nifestẽtur. Et quia aliquis rẽ proponit, licèt Deus eam præcipiat, quia hic fuit illius autor nõ est faciẽda. Romanorũ tpe templum fuisse dr nomine templum depositionum & cum Senatores in senatum ingrediebantur, prius illic passiones, & odia deponebant, & ita liberi passionibus, & expediti odio introibãt. Atq; idcirco fuit illa respublica florentissima,& melius gubernata,quæ in toto terrarũ orbe fuit, ut autẽ factiones,& partialitates esse cœperunt, statim labefactari, & deperdi cœpit quæ totius mundi gubernatrix erat. Si in fontem uenenũ inijcis,quicquid ex eo exierit uenenosum erit, si in cordis uestri fonte passio dominat, & affectus, odiũ,cupiditas,aut inuidia, quicquid ex eo pdierit uenenosum erit,& ita congregationes & concilia talium uenenosorum erunt non ad utilitatẽ,sed ad uenenum,& corruptionem Reipublicæ. Quapropter oportet eos consilium illud Sancti Petri obseruare; Deponentes igitur omnem malitiam,& omnem dolum, & simulationes & inuidias, & omnes detractationes,sicut modo geniti infantes rationabiles,& sine dolo. Quod consilium licet omnibus sit ualde necessarium, multo tamen magis est ijs,à quorum moderatione,utilitas, & incõmodum reipublicæ dependet. Quos oportet in concilia, & senatus,summa cum synceritate, & puritate tan q pueros intrare, nõ autem cum puerorum ignorantia,& ideo dixit, Rationabiles, &c. Simile. 1. Pet. 2. 14

Respondit ei Philippus, Ducentorum, &c. Quem subsecutus est Andreas, dicens: *Est puer unus hic, &c. sed hæc quid inter tantos?* Et si S. Andreas senior erat, & antiquior in domo Dñi etiam à scopo abertauit. Credite mihi, Bonum aut malũ exẽplũ maximè prodest,aut obest. Si Sanctus Philippus rñdisset: Potens es domine, in manu tua sunt oĩa, cœlesti rore uniuersũ mundũ potes alerẽ. Si hoc S. Andreas a S. Philippo audiret non tã modicã fidẽ ostenderet. Vnde aperte experimur, qđ cũ in aliqua congregatione vnus deficit,occasionẽ præbet, ut oẽs illum imitentur. Diffidẽte S. Philippo diffidit et B. Andreas. In reti piscatoris perfracta linea una,illico oẽs pisces illac fugiunt, in apprehensione Dñi in Gethsemani ut primum vnus cœpit fugere statim illum omnes secuti sunt. Et relicto illo oẽs fugerũt. Liberet vos Deus a tãto malo, vt alij occasioni sitis, ut Deum offendãt. Qua exaggeratione, nobis exaggerat hoc Spiritus Sanctus dicens: Filij nõ semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplũ. Vbi dicit glossa interlinearis, in gehenna; doctissimus pater Lira declarat nõ semines, idest, non des exẽplum malè agẽdi hominib. pronis ad malũ. Dare malũ exẽplũ talib. hoĩnib. est seminare in sulcis agri, q præparati sunt ad semẽ recipiẽdum,& statim iuxta illud producunt. Quã diuina Metaphora Spiritus sancti, q uocat sulcos iniustitiæ hoĩes imbecilles, q sũt uelut ager cultus,& dispositus ad recipiẽdum, quicquid in eo satum fuerit, & fructum secundum virtutẽ seminis pducendũ. Et non mete(inquit)ea in septuplum. O quã miserum 15 Simile. Eccle. 7. 16 Lira.

rum fructum metet in inferno, qui suo malo exemplo alios ad pctm̃ prouocauit. Contra verò: quantum bonum faciris, qui proximo suo optimum virtutis præbet exẽplum. Illo.n. non præsentes solum, verum absentes etiam, ad probitatem commouet. Refert Suetonius Trãquillus, quod cum Iulius Cæsar Alessandri effigiem depictam vidisset in tabula: cumq; sibi iunior uideretur, & tamẽ sciret eum tot præclaras res gessisse, totq; ab hostibus victorias reportasse: lachrymari cœpit, seque obiurgare, ꝙ ipse tã debilis ac remissus esset, qui tot illustria nõ patrasset. O ꝙ maxima confusio, & iniuria hæc est omnibus nobis, qui hic adsumus, atque his, qui in toto terrarum orbe viuũt. Lachrymabatur ille, ꝙ Alexandri tyrannides non fuisset imitatus, quibus ille infernum acquisiuit: & non plorabimus nos considerantes ea, quæ vniuersi sancti fecerũt, vt sempiternam gloriam compararent & quod modo facere intuemur plurimos seruos Dei, cum nos tã tepidi, & pigri sumus? In chronicis ordinis nostri legitur, ꝙ homo quidam turpiter, & effrenatè viuebat, & multi erant anni, ex quo peccata sua non confitebatur, qui cum audiret, consobrinum suum puerum sedecim annorum in religionẽ fratrum Minorũ ingressum fuisse, ita hoc exemplo cõmotus fuit, vt maximis vociferationibus dicere cœperit: Quid ille in mundo fecit, tener ille puer, innocens ac syncerus: quòd tam asperam, ac perstrictã vitam vult ducere? Tu potius peccator grauissime (dicebat secum loquens) vitam illam acerrimam accipere deberes, tuorumque grauium peccatorum agere penitẽtiam. Hac consideratione maximaque contritione super se, & peccata sua planctum maximum concitabat. Atque ita amarè flebat, vt oẽs, qui eum audiebant ad lachrymas ꝓuocaret. Et cum hac contritione integerrimè peccata sua confessus fuit, & peste percussus, viginti dies infirmatus fuit patientissimè infirmitatem tolerans, quibus dieb. maximo cum dolore cordis sui coram oĩbus se accusabat, & eos ad agendam pœnitentiã incitabat. Denique acceptis diuinis sacramentis deuotissimè, creatori suo tradidit spiritũ. O incomprehensibilis Dei misericordia, ꝙ inuestigabiles sunt viæ tuæ dñe, & quam dissimiles ac varias rationes quæris, vt ad te peccatores allicias per semitas veræ penitentię. Hoc oportet vos ò prophani, & dissoluti cõsiderare, cũm alios tenerior, & paucæ ætatis

Sueton. ĩ vita Cęsaris.

17

18

19

iuuenes uidetis mundum relinquere, & in asperrimas religiones ingredi, ac acerrimam ibi uitam agere. Hos enim coram oculis vobis Deus proponit ad confusionem uestram ad agendam pœnitentiam peccatorum, uestrorum concrematini, siquidem tot, ac tanta commisistis.

Dixit ergo ei Iesus. Facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum Quãquam inuitator erat Deus, panes tñ erant ordeacei 20 nec erant aulæ regiæ, nec pretiosæ sedes, sed conuiuas oportuit humi sedere, vt hos apparatus, & prophanitatẽ mensarum, earumq; ordinationem, quibus in mundo vti mini cõdemnaret, ad quæ sustinenda maxima peccata cõ Simile. mittuntur. Vt enim homines pompaticè, & delicate viuant fratres suos decipiunt, & Tyranni efficiuntur, ꝙ si moderato ornatu vellent cõtineri, absque vllius præiudicio, & incõmodo vitam degerent. Aues solẽt nidos suos ex luto, fœno, paleis, sentibus, & his similibus conficere, vt naturã suã conseruent, atque in hoc nemini officiunt. Aliqñ tamen contingit, ꝙ vt nidum odorum habeant, rostro abscindunt gariophilati floris, ac basilici extremitates, quas alter maximo labore ꝓcreauerat, mentæque germina scindunt, ꝙ hortulanus plantauerat, alios denique odoriferos flores colligunt, & in nidum deducũt. 21 Ita ẽt, quia maximas ædes vultus ædificare, ac veluti principes manducare, & vos delicatissime tractare, aliorum bona diripitis: & quoad potestis tyrannidem exercetis, si moderato nido cõtenti essetis, & illo quod sufficeret naturam vestram conseruare, nõ ita sollicite viueretis, proximis uestris officientes. Si auibus formido apponatur, quantumuis cupiant odores nidos habere, ad vetitũ accedere non audent. O quam maximam formidinẽ uobis ostendit Dominus, quãq; terribilẽ cõminationẽ dicens per prophetã Abac. 2. Abacuch. Væ qui congregat auaritiam malam domui suæ, vt sit in excelso nidus eius, & liberari se putat de manu mala. Cogitasti 22 confusionem domui tuæ, concidisti populos multos, & peccauit anima tua. Quia lapis de pariete clamabit: & lignum, quod inter iuncturas ædificiorum est respondebit. O quàm terribilia verba, & quàm stupenda formido, nisi homines insensibiliores essent brutis auibus: quæ ad vetitum non accedunt, ne forte temporalem hanc vitam amittant: miseri autem homines non dubitant vetitum pertingere, et

cum periculo maximo æternæ uitæ amittē-
dæ,& in infernū in perpetuū cadēdi. Væ(in-
quit)qui proximis suis nocent diuitiasq; il-
licitè accumulāt,vt altissimū nidum & odo-
riferum,& ædes amplissimas construāt. Væ
tibi,quia vnde honorē,& amplitudinem eli-
23 cere arbitrabaris,æternā elicies confusionē,
& ignominiam. Lapides & ligna perpolita
ædium tuarum,& pretiosa suppellectilia dō-
mus tuæ oīa proclamabūt vltionem à Deo
de te postulantia. O Deus immensæ bonita
tis, quis est adeò marmor,quod his uerbis
nō contremiscit,& amodo non incipit se re
cipere,& eo tantùm contentus esse, sine quo
viuere nō pōt? Animaduertite fratres mei,
quod supernus cæli Imperator, vestri amore fa
ctus homo,nihil aliud in promptuario suo
habebát sibi suisq; sacratis discipulis, quam
quinque pānes ordeaceos,& duos pisces frigi
dos,vt videatis & cognoscatis,quō se tracta
uerat dūs Maiestatis; & discatis quomodo
24 tractaturi sitis carnem uestram tam effrena
tam atque rebellem. Idcirco Sanctus Paulus
postquam dixerat,quod Deus filium suū mittēs
Rom.8. in similitudinem carnis peccati,& de pecca-
to damnauit peccatum in carne, quod labo
ribus,quæ sunt pœnæ peccati,& à peccato or
12 tę sunt,nos à peccato liberauit,addidit infe-
rius dicens; Ergò fratres debitores sumus nō
carni,ut secundum carnem viuamus,si enim
secundum carnem vixeritis moriemini; si
autem spiritu facta carnis mortificaueritis
viuetis,hoc est. Sunt tanta, tamque ineffabi
lia dona, quæ homo à Spiritu Sancto reci-
pit hic,& in futuro sæculo,propter merita Ie
su Christi domini nostri; & tot damna ho-
mo à suamet carne accipit,ut absolutè nihil
carni præter modicam quandam sustentatio
25 nem,spiritui autem omnem possibilem ser-
uitutē debeamus. Quapropter si secundum
carnis appetitus vixerimus,æternaliter mo-
riemur. Si autem Spiritus sancti fauore adiu
uante spiritum nostrum, carnis passiones
22 mortificauerimus,in æternum uiuemus. Et
dicit si spiritu,&c. idest,si fauore Spiritus sā
cti adiuti. Atque hoc dicit quia licet spiri-
tus hominis sit præcipua pars, & principa-
lior quam corpus,separatus tamen a Spiritu
Sancto,non habet integrum dominium in
parte animali, & carnali; immò sæpenumerò
ab eā superatur. Quando autem diuini spiri
tus virtute indutus est, potentissimus ma-
net ad carnis passiones superandas. Omni-
bus his verbis nos ad carnis mortificatio-
nem confortat,nobis proponēs exemplum
quo modo Iesus Christus summum bonū
nostrum carnem suam mortificauit, & di-
cens nobis,quod eius meritis in hoc opere,
Spiritus Sancti fauore adiuuabimur. Quis
ergò erit deinceps, qui hac consideratione 26
carnem suam audeat permulcere, quis non
confundetur, & uerecundabitur tam boni
Magistri vestigia non sequens, qui de cœlo
in terrā descendit,vt nos doceret,quō miser-
rima hæc opera tractare deberemus.

Accepit Iesus panes,&c. Distribuit discū-
bentibus. Cæpit suis sacratissimis manibus
panes illos diuidere. O æterne Dei fili, to
tius liberalitatis,& magnificentiæ fons,qua
re Domine hos panes frangis, non posses
singulis singulos panes dare,cum omnia po
tentiæ tuæ sint possibilia? Posset quidē, sed
uoluit nobis ostendere,quam rationem ser-
uet in donorum suorum, ac gratiæ diuisio-
ne,quā iustis in hoc sæculo facit. Non enim
eis integros panes dare consueuit, sed frag-
menta,alijs alia,& alteris altera. Quod my- 27
sterium fuit,quod mittens Dominus duos il
los fratres Moysen,& Aaron ad Pharaonē,
dicit Moysi, Aaron erit Propheta tuus. Et
anteà dixerat, Erit os tuum. Tu loqueris quæ
ego præcipio,& Aaron loquatur Regi. No- Exod.7.
tabile profectò,quod dat Moysi tantam po
testatem,nec tamen ei loquendi gratiam cō
cedit. Aaron verò non dedit potestatem gu
bernandi, dedit tamen illi eloquentiam, &
gratiam ad dicendum. Quid referebat Dei,
vt Moysen tam familiarem suum eloquētis-
simum efficeret? Hoc est mysterium, quod 1.Co.12.
non vult omnia dona vni concedere, sed ea
inter omnes diuidere. Diuidens singula sin-
gulis prout vult dicit S. Paulus. Est Deus ma
ximus diuisor bonorum suorum, non vult
ea integra dare,non præ auaritia,& illibera- 28
litate,sed vt nobis plus proficiat dans no-
bis humilitatis occasionem. Diuisit ergo pa
nes ac pisces,& manducarunt,quousq; satu
rati sunt. O benedictæ tales manus, quō di-
uidunt,& omnes lassatos consolantur,atque
famelicos saturant,qui sua uestigia sequun-
tur. Curemus ergo liberalissimum hunc Do
minum sequi,licet cum fatigatione,& fame
ipse enim tanquam gratissimus nos reficiet,
& consolabitur,gratiam suam nobis hic di-
uidens,& posteà nos ad gloriam perducens.
Quam nobis præstare dignetur Iesus Mariæ
filius,&c. Amen.

Feria

Feria II. post Dominicam III. In Quadragesima.

Ascēdit Iesus Hierosolymam, & inuenit in templo uendētes, &c. Ioan. 2.

STATIM, vt Redemptor noster Iesus Christus cœpit prædicare, ascendit Hierosolymā ad celebrationē Paschatis Iudæorū, & ingrediens in templum inuenit multos, qui uendebant oues, & boues, & his similia. O stupenda res est, q̄ locus tā sanctus, & in toto orbe celebratus, ita esset prophanatus. Venerabilis Beda huius rei rationē reddit dicens: q̄ cū ij, qui in tēplum ueniebant non possent hæc secum afferre, quæ oblaturi erant, præcipuè, hi qui ex longinquis regionib. uenerāt: ideo constituerāt sacerdotes, ut pecus in templū uendendum adduceretur, ut ibi in promptu reperiretur. Atq; etiam prouiderant, ut essent illic homines, qui publicas pecunias haberent, ad accommodandū eis qui non habebant, ut emerēt ad offerēdū, & aliq b. (credo) usurarijs, & illicitis conditionib. id fiebat. Hæc autem omnia faciebant, ut ne quis reuerteretur, absq; oblatione, & sic per negligentiam iura sua non amitterent, ac propter illam utilitatem, omnem strepitum, & animalium uoces quas in templo extollebant, libenter patiebantur. Perspicuum est.n. q̄ oues balabant, & boues mugiebāt, & maximus strepitus ementiū, & uendentiū in templo erat. Vt videatis quantum apud homines cupiditas ualeat, & quæ eos cogat facere. Quam obliti erant hi sacerdotes eorum, quæ dñs cum ipsis loquens illis promiserat. In terra eorum nihil possidebitis neque habebitis partem inter eos. Ego pars, & hæreditas tua in medio filiorum Israel. Vos qui estis sacerdotes (inquit) nolite hæc terrena possidere: & cum hæc uniuersaliter dixisset, subdidit statim peculiariter: Ego pars & hæreditas tua, etc. Vnusquisq; sigillatim me unum habeat hæreditatem suam: acsi nullum alium haberem cui fauerem, nisi illum. Non amplius, q̄ me unum uelis (ait unicuique) confide mihi. Ego te sub tutela mea suscipio. Hoc idem dicebat Propheta maxima animi gratificatione, & affectu. In me sūt Deus uota tua quæ reddam laudationis tibi? O Deus animæ meæ quātam de me curā hēs

Beda su. Ioā. c.2.

1

3

2

Nu. 18.

3

Psal. 55.

uideris.n. in nihilo alio te occupare, q̄ in me uno adiuuando. Quas ergo tibi gratias agā, quæ reddam laudationes tibi, i quæ erunt laudationes, quas ego reddam tibi? consentaneū est dñe, ut totum me in seruitute, & laudib. tuis occupē: ne diuitias aut uoluptates amplectar, sed oēs curæ meæ sint quomodo amabo, nomēq; tuū in ęternū glorificabo. Horū oīum obliti erant pessimi illi sacerdotes, & acsi Deus illis non promisisset se illos esse protecturū, utilitates suas cū tanta offensione altissimæ Maiestatis quęrunt. Itaque illius sancti loci prophanatio, ex sacerdotum cupiditate dimanabat. Si aūt hoc malum in illis sisteret, tolerabile esset. Sed 4
hoc magis est plorandū, q̄ hæc eadē miseria ad nos ēt peruenit. Cupiditas enim vna est ex radicibus unde tanta incōmoda ac strages sacrosanctæ Ecclesiæ Dei ortæ sunt.

Inter abominationes, quas vidit Propheta Ezechiel in locò sancto, prima fuit idolū, q̄ erat sup ostiū in ipso templi vestigio, & ita dicit. Et leuaui manus meas ad uiam Aquilonis, & ecce ab Aquilone portæ altaris idolū zeli in ipso introitu. Idolum ęmulationis & inuidiæ. Et hic ubi nos legimus idolū zeli, trānstulerūt septuaginta interpretes, erat 5
statua possidētis. Nā realiter, & uere idolum illud tēporaliū bonorum cupiditatē significabat, q̄ est mater inuidiæ. Et hāc ipsā abominationē, & idolū primū hodie inter plurimos Christianos reperieris, qui utilitatē tāquā Deū uenerantur. Hoc idolum est in ostio tēpli. Hoc est, multi ingrediuntur in sanctā Ecclesiā, & sacerdotes fiunt pp solā utilitatē, & in tpalia bona possideāt. Qui ad presbyteratū promouetur tantūmodo, q̄a optimo canonicatui, aut pinguissimo beneficio præficiendus est, quō nō est dicēdus p id: li ostiū ītroijsset? Prius frater mi pecuniā venē ratus es q̄ tēplū ingrederis, cū in solā tpalē cupiditatē prius oculos coniecisses, ipsaque oīno, aut saltē pcipue te ad ecc esiasticū statum amplectēdū concitarit. O terribilē abo 6
minationē q̄ pp hunc finē ingrediuntur quomodo non prophanatum sunt sanctā ecclesiā, & quomodo nō erunt infamiæ occasioni plurimis bonis uiris, qui in ea sunt? His, q̄ fratres mei ex uobis Ecclesiastici esse intēditis, Dei nomine diligētissime commēdo, ut intentiones uestras reformetis, ne per idoli, ostium ingrediamini, ne tantam abominationem committatis, ut primum cultum, & uenerationē cupiditati faciatis.

Ezec. 8

Sed puro corde curate vos totos diuinæ Maiestati, seruituti dedicare in tam sancto statu, recipiẽtes eum, ut magis expediti sitis, vt uos oĩno tanto domino tradatis: Qui autẽ iam estis in tẽplo, si fortè in introitu, idolũ adorastis, agi te modo pœnitentiam, & incipite uerè, & ex animo, oẽm cupiditatem, &
7 inuidiã abijcere, & uos totos (at par est) sanctæ munerũ uestrorũ executioni tradere. Si .n. legis scriptæ sacerdotib. dicebat, in terra eorum nihil possidebitis. Ego .n. pars tua, & hæreditas tua: quanto magis debemus sacerdotes legis gratiæ partem hanc, & hæreditatem inquirere? Dicite Patres mei, cum spiritu, & efficacia dulcissima illa uerba Dauidis. In me sunt Deus uota tua, quæ reddam laudationes tibi? quib. reb. dñe tibi seruiam aut quas dignè gratias agam, pro tanta cura, ac sollicitudine, quam de me habes?

Vt dominus honoris patris sui cupidissimus tẽplum uidit effectũ locum animalium uenaliũ, & emptorũ ac uenditorum forum, quid oportuit illum sentire? Aperte constat
8 quid senserit, siquidem, quo diuino illo ingẽnio, qua animi mãsuetudine, & humilitate, qua deniq; uiscerum teneritate sępissime hominum miserias condolens lachrymabatur non obstante tamen hoc dicit sanctum Euãgelium, ꝙ *Fecit flagellum ex funibus, illosq; flagellis cædens omnes è templo eiecit, diruens mensas, & nummos, qui insuper erant disperdens*, Non .n. cor eius potuit tolerare, ut impudicitia uideret, qua sui æterni patris Maiestas amplissima offendebatur. Dicit insuper sacratus textus; *Recordati sunt discipuli eius, quia scriptum est. Zelus domus tuæ come-*
9 *dit me.* Zelus eius uiscera rodebat, & uitam illius comedit, propter zelum .n. honoris patris sui, & propter animarum nostrarum zelum fecit quod fecit, dixit quod dixit, & reprehendit quod reprehendit. Vnde occasionem sumpserunt impij interficiendi eum,
Simile. Zelus est feruor ardentissimus, qui ex feruidissimo amore procedit. Quemadmodũ uinum purum positum in sublimatorio, supposito igne feruens a se uapores quosdã emittit, & ij in liquorẽ illũ conuertuntur, qui ex ipso sublimatorio defluit, uidelicet aquã uitæ quam ardentem dicimus, quæ est maximæ fortitudinis & caloris, sic etiam ex feruẽtissimo amore, qui in corde est, procedũt feruidissimi affectus, qui p uerba, & opera ardẽtissimè manifestant: atq; hic dicit zelus. Et vbi hic zelus nõ est, signũ est, aut ꝙ nullus est amor, uel saltẽ siquis est, est frigidus & remissus. Quo zelo præditus erat D. Paul. cum ad Thessal. in medio tribulationũ suarum scribit? Propter ea ego amplius non sustinens misi ad cognoscendũ fidẽ uestrã, &c. 1.Thes.3
Qm̃ nunc uiuimus si uos estis in dño. Quasi mortui eramus præ timore, ne fortè defecisseus, in quo nobis prædicaueramus, & non uiuebamus, nisi cũ spe audiendi hoc: modò 10
autem uiuimus si uos estis fortes in Christo. Itaque tantum zelum animarum in salutis habebat, ut mortem existimarent, si ipsi à uirtute deficerent, uitam autem arbitrarentur si in ea constantissime perseuerarent. O ardentissimam sancti uiri charitatẽ? Qualem igitur opportuit esse zelum humanæ salutis, quo Iesus Christus filius Dei flagrabat, cum sancti tantum habuerint?

Dicit sanctum Euãgelium quod expulsis illis à tẽplo plurimi uerberib. præ sancto illo zelo, dixit ei Iesus: *Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis.* Vñ efficacissimũ elicitur argumen- 11
tum ad intelligẽdũ, quantus cultus, & reuerentia sacris locis debeatur, & quanto odio Deus execretur insolentias, & peccata, quæ in illis cõmittuntur: cum nunquam legatur suismet manibus alios punijsse, prater eos, qui tẽplum prophanabant. Si Rex à curia Simile.
ueniret in hanc urbem, & suis proprijs manib. delictum aliquod puniret, argumẽtum esset, ꝙ maximè illud oderat. Venit ergo Rex maximus Christus ex cœlo, ut suis proprijs manibus insolentiam hanc, & sacriloci prophanationẽ puniat, consequitur igitur, ꝙ execrabile hoc inter cętera peccata, & maxime exorsum peccatum est. Peccauit Adã, 12
& misit Deus angelum, qui eum à paradiso eijceret. Peccauerunt maledicti Sodomitæ, & Gomorrhæi, & pluit Deus ignẽ super eos, qui illos combussit. Peccauit uniuersus mundus libidinosus, misitque Deus aquas diluuij, & submersi illum. Peccauerũt senes in Susannam; misit Deus Danielem. Peccauit Dauid, misit Deus Angelũ, qui populum eius peste puniret. Solũ autem hoc peccatũ suis proprijs manibus punit. Nec Angelos, nec ignẽ, nec aquas, nec Prophetas mittit, sed ipsemet de eo uindictã sumit. Non ꝙ illud; qđ in tẽp o faciebant illi, malum esset, sed ꝗ illud in tẽplo faciebãt. Qđ si, quia in tẽplo ea quæ sacrificijs necessaria erãt, emebãt, & uendebãt eos; sic Deus punit: tu; q ue nis in tẽplum, & ibi proximi tui famam diri-
pis

Gene. 3.
Gen. 19.
Ge. 6 & 7
Dan. 13.
4. Re. 24

pis murmurãdo,& tu,qui uenis, ut mentale
adulteriũ in tẽplo cõmittas aspiciẽs fœminã,& concupiscens illã, & tu, qui in locum
sanctum uenis,ut illicitos contractus facias,
quo supplicio à Deo afficieris, cum in ipsã
eius domũ uenias vt eum offendas? De quo
querebatur diuina Maiestas maximo dolo-
Hier.11 re,per pphetã Hieremiã dicentem. Quid est
ꝙ dilectus meus in domo mea fecit scelera
13 multa? ꝙ quidã proditor scelus in aliquem
cõmittat non est mirum. Sed quod amicus
tuus pp accidens, ꝙ sese obtulit ruri te iniu-
ria afficiat,& alapã tibi infligat, magis mi-
randum est,& satis habes, ꝙ queraris, quia
amicus tuus tale fecerit. Sed si hic amicus
tuus ex instituto ueniret domum tuam, &
te alapis cæderet,quid de eo diceres? Quod
Mauritanus,& barbarus Deũ offendat non
est mirum,quia nõ illũ cognoscunt. Quod
autẽ Christianus eũ in foro offendat miserã-
dum est maximè. Sed super oĩa,quod veniat
hic, qui est ex notis, & clientibus Dei, cui
Deus maxima beneficia cõtulit, in propriã
eius domũ ad infligendũ ei alapas, hoc est
quod facit obstupescere. Quid est quod di-
lectus meus in domo mea fecit scelera mul
14 ta? Quid animaduertisti (inquit Deus) in
me,ò Christiane,quam ego nimis dilexi,vt
corã me tot flagitia perpetrares? O quã effe-
ctuosum est hoc verbum, & q̃ti doloris ple-
nũ,nisi Christianus sensum amisisset? Heu
quõ te puniet Deus quousq; te à suorum gre-
mio cum dãnatis in infernum pcipitet, nisi
ad pęnitentiam confugias. O fratres,quã se-
uissima erunt illa verbera? Si dicebat Iob,
Iob.19. Miseremini mei quia manus dñi tetigit me.
Si tactũ manus Dei uocat necem filiorum,
diuitiarum subtractionem,& ulcus, quo to-
tũ eius corpus coopertum erat,& se ita in
sterquilinio deseri,atq; ab amicis,& à sua pro-
pria uxore vexari,si hæc omnia tactum uo-
cat, quid erit qñ Deus manum cõpresserit,
15 & pleno ictu miseros peccatores percusse-
rit? Si talẽ reddidit amicũ suum uno tactu
qualẽ te inimicũ suum ictu cõtracti pugni
efficiet? O fratres potentissimũ hunc Deum
timete. Et cauete ne eũ alicubi offendatis,
& multò minus in locis sãctis, ad quæ opor
tet nos deuote,ac reuerẽter accedere Moysi
dixit Deus,solue calciamentum de pedibus
tuis,& huius rei rationem reddens dicit, qa
Exod.3. locum, in quo stas terra sancta est. Homo
prudẽs ac iustus scit differẽtiã inter loca cõ-
struere,& tps a tẽpore separare, malus uerò
oĩa una regula demetitur, ita agit in tẽplo
ut domi suæ,& in foro, ita ludit, & uagatur
in quadragesima, vt extra quadragesimam, Simile.
nescit tps, nec locum sanctum reuerẽter trã-
ctare. Et vt homo intelligat nõ sufficere in-
teriorem affectũ,& deuotionem, sed qđ est
opus ẽt exteriori opere, ideo præcipit Moy
si,vt calciamenta substrahat, & ita nudatis
pedibus accedat ad terrã sanctã terendam.
Si ergo Moysi præcipitur, vt tanta cũ reue-
rẽtia ad rubũ accedat; in quo erat Angelus 16
repræsentãs authoritatem Dei,qua reueren-
tia opus erit ad accedendum, & ingredien-
dum modo in tẽplum,vbi realiter Dñs no-
ster Iesus Christus verus Deus,& homo cõ-
moratur? O utinam ex hoc intelligamus,
quem cultum tã sacrosancto loco exhibere
debeamus. Dicebat Dauid,in tẽplo eius oẽs
dicẽt gloriã. Si ergo in eo templo ubi erat
arca,cum mãna, ꝙ sepe pedibus conculcaue
rãt filij Israel,dicebat Dauid, nihil aliud in
eo loquendum esse,quã laudes,& magnalia
Dei quãto plus oportet in tẽplis huius tem-
poris hoc obseruari? In templo eius omnes
dicent gloriam,in templo Dei non oportet
aperiri os nisi ad gloriam ipsius Dei. 17
Etiam hinc alterum efficacissimũ argu-
mentum abstrahitur,& est, ꝙ cum Deus sic
oderit,& puniat,quod materiale tẽplum p-
fanetur, quãto grauius puniet eum, qui spi-
rituale templum profanarit quod est ppriũ
altissimæ Maiestatis domiciliũ? Ad qđ ne-
cesse est sciamus, quòd uita uniuscuiusque
Christiani & eius principale exercitium dẽt
esse ut semper intentus sit in construendo
domũ,& habitationem Deo, ut nos admo-
nuit Sanctus Petrus dicens, & ipsi tanquã 1.Pet.2.
lapides uiui,superædificamini domos spiri-
tuales. Vos qui lapides estis uiui,super hoc,
quod Deus operatus est in nobis ædificati
estis unusquisq; domũ spiritualẽ, non ex
lignis,aut lapidibus demolitis,sed ex viuis- 18
simis,& concitatissimis desiderijs, atque ex
splendidissimis uirtutibus,& non ędificatu-
rus est vnusquisq; ſm suum liberum arbi-
trium,ex cęlo.n.nobis datus est modus, ſm
quem domum istam cõstruere habeamus.
Moysi dixit Deus Inspice, & fac secundum
exemplar,quod tibi in mõte monstratũ est.
Atq; ibi figuratum est quod realiter nobis
præcipitur,vt ædificemus secundũ exẽplar, Exod.25.
ꝙ nobis in monte datũ est,qui est mons de
quo Dauid dixit Mons Dei mons pinguis, Psal.67.
mons coagulatus,mons in quo beneplaci-
tum.


rum est Deo habitare in eo. Qui est Do-
minus noster Iesus Christus, mons omni-
bus gratus coagulatus, in cuius humanitate
beneplacitum est verbo diuino habitare per
hypostaticā unionē in æternum: Et in nul-
la conscientia habitabit Deus, quā nō aspe-
xerit ædificatam, s'm formam, quę nobis ab
hoc monte data est. Quod si tibi difficile
uideatur, quod cōformari debeas illi, qui li
19 cèt sit verus hō, est etiam Deus verus, cōijce
21 oculos in sancto, q etiam puri homines fue
runt, vt tu, quæ sunt formæ, & constructio-
nes huius diuini tēpli, Iesu Christi. Hoc est
mysteriū, quare Sanctus Paulus nobis dicit
Eph. 5. Imitatores Dei estote sicut filij charissimi;
& ambulate in dilectione, sicut & Christus
1. Cor. 4 dilexit nos. Et alibi dicit: Imitatores mei
estote, sicut & ego Christi, quasi confortans
nos ad illud hac ratione, si vobis maximū
uidetur, quod præcipitur uobis Iesū Chri-
stū imitari, q est Deus, saltē aspicite me, qui
sum purus hō, & me imitamini, sicut & ego
illū. Idcirco admonens nos in uno loco, ut
Deū imitemur, in alio admonet, ut sua ue-
stigia sequamur. Et hinc infertur, ꝙ omnes
uiri iusti sunt regulæ quædam uiuæ, quibus
20 ducamur, & cōfortemur, ad idē faciendum,
quod ipsi fecerunt. Ars ædificādi est in Euā-
gelio, ibi sunt diuinæ regulæ, quæ sunt diui
na præcepta & cōsilia Dei & cęlestes admo-
nitiones, quæ nobis in illo dantur; modus
verò sculptus est in sanctis. Itaq; vnusquisq;
sāctorū est viuū quoddā & pictum ēt Euan-
gelium, quid.n. in Euangelio legitur, quod
in sancto non reperiatur? Mansuetudo, pa-
tiētia, castitas, & cætera omnia uirtutis exē-
pla; omnia (inquam) in sanctis insculpta
cernuntur. Itaq; inexcusabiles erunt oēs ne-
gligentes in ædificādis cōscientijs suis. Non
poteris ô piger excusari dicēs: Nesciui lege-
re Euangelium; nesciui legere regulas, quæ
21 in eo sunt, nō tibi hæc causa proderit, om-
nia.n. depicta, & opere cōpleta in seruis Dei
conspexisti. Quantumcunque rudi ingenio
sis, scies legere hūc librū nisi sis cæcus. Fecit
Deus sicut magistri, q characteres in puero-
rū tabellis scribunt, ut ibi discant pueri scri
bere. Hoc promiserat Deus velut singulare
beneficiū dicens p Hieremi. Hoc erit pactū
Hier. 31 quod feriā cum domo Israel, post dies illos
dicit Dñs. Dabo legem meam in visceribus
eorū, & in corde eorū scribā eā, & ero eis in
Deum, & ipsi erūt mihi in populū. In mōte
Sinai dedit legē in lapidib. scriptā, in mōte
autē Sion dedit ipsam in cordib. insculptā:
Non legimus, quod Christus Redēptor no
ster legē suā in libro aliquo scriptā dederit
sed in centum viginti homines, quasi in cen
tū uiginti libros immisit Spiritum Sāctum
quos in vniuersum mundum diuisit, vt lex
viua, mortua corda uiuificaret. Et q̄tum fru
ctus ex illi perceptū fuerit testes sunt Mun-
dus conuersus, Idololatria sepulta, Ecclesia 22
sparsa, & in toto terrarum orbe fundata, ab
ortu solis, vsque ad occasum. Ferte hos San
ctos viros in visceribus, & corde suo scriptā
legem, non solum significat ꝙ optimè intel
ligebant illam legē, quam pdicaturi erant,
sed ēt significat, ꝙ eam magnopere dilige-
bant; & aperte apparet, quam fixam illam
cordibus haberēt, & quam capti eius amore
essent, cum toties, vt eā in mundo docerent
morti se obtulerint, totq; ac tantos labores
ppessi fuerint, & vnusq sq; in eius pdicatione
fuerit interfectus. In hos ueros iustos, atq. in
alios plurimos, qui ex illis emanarunt vsq;
modo oportet nos, fratres mei; oculos con-
ijcere; & ab eis, discere uitas nostras refor-
mare, conscientiasq; nostras Dño ædificare.
Propter hoc debēt prædicatores curare; ut
plerumq. antiquorū patrū mores, uiuēdiq; 23
rōnem in memoriā auditorum reuocēt, ut
q inter sunt animētur, & ad eos imitandos
cōferentur. Sic faciebat maximus ille præ-
dicator mundi Beatus Ioan. Baptista. Hoc Luc. 1.
.n. significat, quod de eo dixit Angelus Za-
chariæ. Ipse conuertet corda patrum in fi-
lios, & incredulos ad prudētiam iustorum.
Vult dicere quod prædicatione sua homi-
ne dura, ac uitiosa corda, mitia, ac pia, sicut
maiorū suorum corda redditurus erat, & ꝙ
uitā ac prudētiā patrum suorum, q fuerant
iusti, in filiorum uiscerib. erat impressurus
patres in filiorum memoriam reuocās, & fi-
lios ad illorum imitationem confortans.
Hæc oīa diximus, vt uos ad spiritualem 24
hanc ædificationē excitemus, atq; intelliga-
tis, ꝙ nō cōstruenda est iuxta uoluntatis ue-
stræ regulam, sed per eam q̄ Deus uobis in
vnigenito filio suo dedit, & in omnibus iu-
stis qui eum sequuti sunt demonstrauit, quę
antea in ædificio tēpli Hierosolymæ figura
ta est cuius unum maxime notabile insigne
fuit, ꝙ non modo ea, q intus erat, coöperta
erant auro, uerum ēt, quæ erant in porticu
auro ornata erant. Sic nihil debet esse in tē- 3. Re. 6
plo animæ nostræ, ne in porticu quidē tem
pli. (Quod est corpus) quod diuini amoris

auro nō sit coopertū; ita vt in oculorū visu;
linguæ locutione, pedū incessu, manuū ope-
ribus, in omnibus deniq: charitas insignis,
& amor ardentissimus illucescat. Vt facie-
bat S. Paulus, & eius socij, qui de se ac de illis
loquens, dicit: Semper mortificationem Do
1. Co.4. mini nostri Iesu Christi in corpore nostro
circunferentes, vt & vita Iesu manifestetur
in corporibus nostris. O quis ad tam altum
virtutis gradū perueniret? & interius, ac ex-
terius bonus eē procuraret, interius ut Deo
placeat, & exterius vt Deo, & hominibus op
timum pietatis præbeat exemplum, ut Deū
A glorificent. Hoc est enim quod in omnibus
25 operibus nostris debemus intendere, nō au-
tem gloriam aut laudem humanā, quod ēt
in modo supradicti ædificij Salomonis si-
3. Re.6. gnificatum est. Nam. 3. Regum dicitur, ꝙ
Salomon fecit ī templo fenestras obliquas;
ꝙ fecit fenestras exterius amplas, interius ve
ro angustas, sicut sagittas: nolebat n. Deus,
vt in templo, parum lucis exterioris introi-
ret, ad illud clarificandum: maximus nam-
que erat intus splendor facium, quæ semper
in eo ardebant, sic vult Deus, ut in spirituali
templo maxima sint fide, ac charitatis lumi
naria, & lux ac gloria exterior seculi nihili
26 æstimetur, sed quod oēs dicant cum sancto
2. Co.1. Paulo, Gloria nostra hæc est, testimonium
conscientiæ nostræ. In hoc enim hominis
fœlicitas consistit, vt in gratia Dei sit: Cu-
remus ergo fratres dehinc ædificationē hāc
incipere cum omni feruore, absque defatiga
A tione. Hæc est enim vna ex maximis stulti-
tijs mundi, ꝙ cum aliquem aliqua virtutis
opera uidemus facere, statim vobis multum
videtur, & quòd si minus paucis eum imitare
mur, maximum aliquod nobis fecisse vide-
remur. Atque hæc oīa proueniunt ex eo,
ꝙ oculis nostris magnæ maximæ sanctitatis
non uideremus, nec eas mentibus nostris cō-
1. Esd. 3 templati fuerimus. In libro patres quidā singula-
27 ris dicitur: quod omnis populus vociferaba-
tur clamore magno in laudando dominum,
eo ꝙ fundatum est templum Dñi. Plurimi
autē de sacerdotibus, & principes patrum, &
seniores, qui viderant tēplū priusquā funda-
tū esset, & hoc tēplū in oculis eorum, flebant
voce magna, & multi uociferantes, & cū læti-
tia eleuabant uocē. Adde, ꝙ postquā templū
ædificatum est ab Esdra pueri, & iuuenes, q
Salomonis tēplū non viderant, maximas uo
ces præ lætitia extollebant, laudantes Deū,
ꝙ nouum illud tēplū erectū uiderent. Senes
autem, qui alterius tēpli diuitias aspexerant,
eiusq. perfectionē intuitu fuerant, lamenta-
bantur, acsi dicerent. O si vidissetis quale
esset alterum templū, & quantum hoc excel
leret, non profecto gauderetis, sed nobiscū
ploraretis. Hoc agitur nunc ad literam: cū
videmus ꝙ aliquis nō deprædatur, nō adul-
teratur, non interficit, statim eum sanctum
iudicamus. O quàm bonus seruus Dei, qui
non facit malum: o quàm pulchrum tēplū?
quacunque minima re contenti sumus, &
nobis optima uidetur. Viri autem conside-
rationis, qui licèt oculis suis maximos san- 28
ctos non uiderint, oculis tamen animæ ma
iorum gesta plerunque considerant, plorant
videntes, parum uirtutis ac perfectionis nō-
strorum tēporū: sic oportet nos oēs facere,
nō contentos esse oculos conijcientes in p-
sentes iustos, & eos imitantes; fortasse n. ali-
quas imperfectiones in eis uidebimus, quæ
nos in sanctis exercitijs frigore faciant. Ve-
rum attentissimè uitas illorum inuictorum
Martyrum, pijssimorum Confessorum, il-
lorumque tam cōstantium Eremitarū præ-
clara uirtutis opera consideremus, qui in so
litudinibus asperrimis tanto cū ieiunio, ac
uitæ acrimonia morabantur; oculosq. cōij-
ciamus in illas teneras, ac delicatas uirgines, 29
quæ ne pudicitiam suā amitterent, tot, tam-
que uaria tormenta fuerint perpessæ. Et cō-
sideremus simul, quòd omnes ex ossibus & car
ne puri homines sicut nos fuerunt, eandem-
que gloriam, quam nos speramus, ipsi sperа-
uerunt, ipsumque adiutorem habemus,
quem illi habuerunt: uidelicet Deum, qui
nobis in hoc opere conficiendo, maximè
fauebit, & sic non paucis erimus contenti,
sed cum fortitudine & nouo animo, spiri-
tualem hanc fabricam prosequemur. Hoc
igitur est proprium Dei templum, in quo
diuina Maiestas semper commorari cupit,
& ubi uult maximam esse syncеritatem;
& maximo cum rigore punit eum, qui hoc 30
prophanat, & coinquinat. Quapropter in-
tret unusquisque in seipsum, & consideret,
utrum hoc templum sit, sicut erat templum
Salomonis, & utrum sit strepitus, & tumul-
tus hominum, qui illud prophanent: Dixit
Deus Ezechieli. Fili hominis fode parie- Ezec.8.
tem. Et cum fodissem, dixit ei, Ingredere, &
uide abominationes pessimas; & ingres-
sus (inquit) uidi, & ecce omnis similitudo
reptilium, & animalium abominatio, & v-
niuersa idola domus Israel depicta erant in
pariete,

pariete, in circuitu per totum. O quanto stupore plenus mansit Ezechiel, postquam in templo sancto tantam abominationem uidit. O incommutabilis Deus, quomodo non obstupescit homo rationalis, si consideratione sua fodiat, & intra se ingrediatur, videns tantum odium auaritiam, ac inuidiam? Quid ergo superest nisi quod ex animo hæc mala lamentemur? O gloria iustorum, ac iustificator peccatorum Iesu Christe fili Dei, quid sentires præ ardentissimo zelo amoris tui, quo in animas in-
13 flammaris, si nunc passibilis esses, & tristitiā posses accipere, animaduertens, quam prophanum sit vnumquodque horum tuorum templorum? Eia ergo fratres, incipi-
Psal. 16. te iam expellere has prophanitates a templo Dei, & curate illud ab omni immunditia uerrere, vt dicebat Dauid. Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum, id est, posui rationem nocte cum corde meo, & exercui me in auferenda immūditia secularium affectuum, cum bathilo timoris Dei. Qui optime vult verrere, prius bathilo radit humum, & omnia, quæ illi infixa sunt, aufert, & postea scopa peruertit. Sic faciebat Dauid, qui exercebatur, in auferendo a corde suo omni malo. Sic etiam vos oportet
32 facere purissimo Dei timore, quasi bathilo omnes has immunditias a corde euellite, & postea exactissima quadam contritione peruertite, & foras omnem hanc immunditiam expellite. Aliqui sunt, qui vertunt, & tamen non euellunt Limum confitentes se ad superficiem relinquentes in anima limum amoris carnalis, absque vera determinatione, & proposito fugiendi omne malum, & omnem illius occasionem euitandi. Vos autem non oportet sic facere, sed nocte, dieque debetis in spiritu mundando exerceri, ut nihil in eo sit, quod diuinæ Ma-
33 iestatis oculis displiceat. Sic.n. semper in his templis commorabitur, viuificans illa per gratiam, & donans perseuerantiam in ea, quousque gloria compararetur: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Feria III. post Dominicam IIII. In Quadragesima.

Iam die festo mediante ascendit Iesus in templum, &c. Ioan. 7.



Celebrabatur Hierosolymis festū Scenopegiæ, quod alio noīe dr̄ tabernaculorū, in memoriā q̄d patres antiqui ī deserto in tabernaculis habita- 1
uerunt. Hoc festum, vt declarat S. Aug. age Augus.
batur septem diebus, quod etiam exponit S. Ioann. Chrysost. & in dimidio illius (hoc Chryso.
est die quarto) ingressus est Christus Redemptor noster in templum, tunc.n. magis expediti erant hoīes ad audiendum uerbum Dei. Nam tribus prioribus diebus maximè occupati erant in executione ceremoniarū legalium. Ingrediens igitur in templum cœpit more suo solito populum docere. Et mirabantur Iudæi, dicentes: *Quomodo hic literas scit, cum non didicerit?* Videntes illū exponere altissima mysteria sacræ scripturæ, obstupescebant, & ēt præ malitia sua obceca- 2
bantur cōsiderantes.n. ꝙ non didicisset, cū Deū glorificare deberent, qui tantam sapientiam ei dederat, dicebāt, ꝙ dęmonium habebat, & quod in virtute diaboli talia loquebatur. Videte in quantam calamitatem deuenerint hi miseri, qui ex medicina morbum eliciunt. Medicina aīarum est verbum Dei, & Apoca.
ex hoc hauriunt hi morbū. In Apocal. dici- 22.
tur, ꝙ uidit S. Ioannes ex utraque parte flūmis lignum vitæ, & folia ligni ad sanitatē gentium. Arbor plantata in duplici ripa, est Iesus Christus verus Deus, & uerus homo. Plantatus in sinu patris, & in visceribus purissimæ matris. Arbor uitæ, cuius folia sunt diuinissima verba, quæ sunt omnibus gentibus medicina. Et ex hac medicina venenum auferebant miserrimi isti, liberet nos Deus a tanto malo, ꝙ ex medicina, quę vul- 3
nera sanare dēt, mortē & condemnationem referamus. Quotiescunq. prędicationem auditis, & s̄m eam non operamini, imò peiores efficimini murmurantes deprecatore, ex medicina morbum elicitis. Cum auditis sacrum, & fœminā effrænata cupiditate aspicitis, morbum ex medicina abstrahitis. Heu, heu, aduersus quot clamabis sacrum, & prædicatio in die finalis iudicij? O maximum infœ-

infœlicitatem Ecclesiæ Dei, quod tm̃ bonũ in tantum malum nobis cõuertatur. Si quã do Iesus Christus filius Dei in cruce sanguine cruentatus pendebat, ex suis sacratis oculis maximam lachrymarum copiã effundens, æternum Patrem deprecabatur, dicẽs: Pater æterne, ego morior pro his animabus, parce his, quæ ad te uoluerint acce-
4 dere cum dolore peccatorum suorũ, & cum proposito iam amplius non peccandi. Dicite quid uos tunc faceretis sibi essetis cũ fide, quam nunc habetis? quot lachrymas effunderetis? qua animi contritione a Deo ueniam peteretis? quomodo diceretis. Pater æterne per has lachrymas, per hunc sanguinem, per hanc dulcissimi filii tui mortẽ te rogo, ut peccata mea dimittas. Non esset possibile, quin hæc, & plura etiam diceretis. Cogitate ergo fratres mei, quod sacrum qđ auditis est idem sacrificium, quod bonus Iesus in cruce patri obtulit, & ꝙ hic est idem Dñs, licet gloriosus. Dicite ergo mihi quæso, quomodo tam irreuerenter sacrum auditis? quis uestrum huic sacrificio adest eo modo, quem supra dixi? quare non uerecun-
5 damini cum hoc ita sit? cum illic idem Dominus sit, & idẽ sanguis offeratur; cumque uos ueritatẽ hanc fateamini, & cum oporteret pro ea essetis morituri, quare, quo tempore lachrymis inspersi esse deberetis, salutem ab æterno patre deposcentes, propter illũ pretiosum sanguinem, tunc cogitatis quę uos scitis, machinamini demolitiones diaboli, & ea quæ ad uos non pertineat, oculos aspicitis? Non animaduertitis, qđ ex medicina uenenum assumitis? De prædicatione aũt quid defertis? quod crebrius ex ea defertis, est cõtentio, murmuratio, aut admiratio. Si altissimus quidam sermo prędicat, ad mirationem defertis, dicẽtes. O quam bene
6 prædicauit, & tota res ibi sistit, nec ulterius progreditur. Si aũt prædicator parũper scelera uestri perstringit, murmurationem, & indignationẽ elicitis, quasi mula quæ calcitrat cũ eius uulnera quis attingit. Etiam ex
Simile. prædicatione cõtentionẽ plerũq; aufertis: hic melius (dicitis) hic uero peius prædicat, detrahẽtes de seruis Dei ꝓpter affectum, aut odiũ uestrũ, & autoritatẽ comminuẽtes doctrinæ, quã Deus ꝑ illos prædicat. Quapropter S. Paulus discipulũ suum Timotheum
2. Ti. 4 exhortabatur, ut in executione huius sancti ministerij maxima sapientia fulciret, dicẽs: Testificor corã Deo & Christo Iesu, q iudicaturus est uiuos, & mortuos per aduẽtũ ipsius, & regnũ eius: prædica uerbũ, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Erit. n. tempus cum sanam doctrinam non sustinebũt, &c. Adiuro (inquit) te discipule mi coram Deo, & Domino nostro Iesu Christo, qui uenturus est iudicare uiuos & mortuos, & per illum aduentum, non per primũ, cum uenit in pace, & mansuetudine; sed per illũ
aduentum tanti rigoris, cum in illo horribili die corã diuino eius conspectu sumus præsentandi; & per regnũ eius beatum, ubi facie ad faciẽ eum uisuri sumus. In quo sistet hoc? quid ex tanta prægnatione exire oportet: Valde notabilis res erit, quam uult dicere, siquidem per tot, tamque notabiles res illum prius adiurat. Et ita uerum est, ꝙ omnes has exaggerationes. Posuit prius q̃ dicere: Prædica uerbum. Vt significaret, q̃ necessarium sit hominibus uerbum Dei: & sic dicit: Per hæc omnia te adiuro, ut diligẽtissime aduertas hanc periodum huius epistolæ, quam ad te scribo, ut diuinam doctrinam, uerbo, ac moribus prædices, & non quocunque modo: sed insta, maximam dili- 8
gentiam, & efficaciam in ea prædicanda adhibe. Opportune, importune, hoc est, cũ tẽpore, & sine tempore. Nullum enim est tempus & opportunitas ad rem tam necessariã tractandam. Aut significat cũ inueneris opportunitatem, esto importunus in hac re. Argue, reprehende superbos, debiles roga, homines nequam cum rigore corrige, sint quicũque fuerint. Ne dissimules, nec sileas ueritatem propter minas, aut propter blandicias. Vide ꝙ si hominibus placerẽ, Christi seruus non essem. Ne habeas rationem amicitiæ, & hæc omnia facies in omni patientia, & doctrina. In omni patientia (inquit) significans, ꝙ necesse est illum habere patientiam ad plurima, cum ne in ministerio laxetur. Ne statim deficias, si. n. hodie prædicatio non proderit, cras proderit, ꝙ si cras non profit, alia die proderit: tum etiam opus est patientia ad murmurationes, & contradictiones tolerandas, quæ offeruntur prædicanti ueritatem. Etiam est ualde necessaria ad hunc laborem, de quo loquimur, quod est animaduertere, quot in hac lite iudices esse uelint, & facultatẽ plebis uidere, in sententia proferenda circa prædicationes. In artibus mechanicis, nullus est, qui alterius opus audeat iudicare,

nec in eo defectum notare; dicentur enim illi, quod id non intelligit. Si examinandus est sartor, non uocatur sutor, ut eum examinet. In arte autem prædicandi, in re tam difficili & ardua, omnes uolunt sentētiam ferre: unusquisque decreta sua rata esse uult, diuini operis autoritatem minuens suis erroneis sententijs. Propter hoc, & ꝓpter plurimas alias contradictiones, quæ offerri solent ijs, qui cum feruore, & zelo uerbū Dei

10 prædicant, illis maxime commendat Sanctus Paulus, ut patientia muniantur. Satis oportet uos ex dictis intellexisse, quod plurimis missa, & prædicatio in uenenum, & condemnationem eorū culpa conuertitur: sicut Pharisæis in uenenum cælestis Domini doctrina uertebatur. Dic ergo o pater q̄ rationem seruauimus, ut diuinus sermo, & missa nobis prosit? Placet mihi profecto, loquatur Salomon cum omni sua sapientia, seu (ut melius dicam) Spiritus sanctus in il-

Pro. 23. lo. Cælestem certe quādam doctrinam nos docet, dicens. Quando sederis cum princi-

11 pe, diligenter attende, quæ sunt posita ante faciem tuā, & statue cultrū in gutture tuo. si tamen habes in potestate animam tuam. O diuina uerba? imprimat ea Deus pro sua benignitate in cordibus nostris. Primo notandum est, quod audire prædicationē, est sedere ad mensam Principis regum terræ Iesu Christi: sic enim illum uocat S. Ioā-

Apoc. 1. nes in Apocalypsi, Principem regum terræ, & qui in hac mensa comederit debet sedere quietissime. O quot hominibus non proficit diuinus cibus, quod est uerbum Dei, quia stant inquieti. Discumbentes erant conuiuæ, qui in monte manducauerunt: & idē Dominus, qui eos inuitauit, iussit illos discumbere, & iussit etiā colligi fragmenta, quæ superfuerant ex mensa, ne mica quidem amitteretur, quod supernæ eius liberalitati uidetur maxime repugnare. Hoc autē

12 iussi ut significaret, quod ex conuiuiis Dei nihil est, quod superfit, ne micam quidem uult Deus relinqui, nec minimam sententiam uult negligi, sed quod omnia custodiā tur. Præter hoc, quod sedere debent oportet eos attētissime animaduertere. Idcircō postquam dixerat. Cum sederis cum principe, addidit, diligenter attende, quæ sunt posita ante faciē tuam. O quantum malum est nō attendere, & hic esse corporaliter, at uero cor, & spiritum per forum diuagari. O quot hic estis, q̄b. omnia, quæ Dei nomine hucusque dixi penitus præterierunt. Attende tibi. Eia fratres attendite, attendite, ne hic cibus in uenenum vobis cōuertatur. Dicit vlterius, & statue cultrū in gutture tuo. O lepidam rē, ꝙ ad edendum in mensa principis, apponatur gladius gutturi. Dico qđ

Phil. 6. uerbū Dei est culter, qđ dixit S. Paulus. Assumite gladiū spūs, qđ est uerbū Dei. Hunc cultellū (inquit dn̄s) statue in gutture tuo. 4 Hoc est, comede, & loquere de eo. Exitis de prædicatione. Defertis bona quædam desi- 13 deria, nō contēti solū esse debetis, ꝙ ea uos edatis, & faciatis, sed ea, quæ audistis referte proximis uestris, qui illa nō audierunt, & efficite uos cōcionatores Dei: & iā ēt, qui illa audierūt, inter se debent cōferre, & perpendere rōnes, quæ dictæ sunt, ut ad uirtutis executionē uos inuicē confortetis: hoc est, statuere cultrū in gutture. Postquam Spiritus sanctus nos tria præcipua docuit, quæ in audiendo uerbo diuino facere debemus, concludit, dicēs: Si tn̄ habes in potestate aīam tuā. Hic tota res est. Multi. n. estis, qui huc exanimes venitis. Dicite, quare dixit Dauid: 14

Psal. 18. Lex domini immaculata cōuertens aīas? Dico, ꝙ primus effectus legis domini, est, reddere aīas obseruatoribus legis. Sequitur ergo, quod antea exanimes, & extra se incedebant. Accedis ad prædicationē, & relinquis aīam tuā in negocijs, in pecunia, & in alijs solicitudinibus. Si ergo nec sedebis, nec attētus eris, & per cōsequēs nec cultrū in gutture portabis: cum non plus animaduerteris ea, quæ dicta sunt; ac si esses iumentum.

Isai. 46. Redite præuaricatores ad cor; dicebat Isa. Redite, redite præuaricatores ad uos, ut ea quæ uobis necessaria sunt, cognoscatis, & quæ uobis præcipiuntur, adimpleatis: quin aliter nullū hinc emolumentum auferetis; imo potius cōfusionē maximam haurietis. In hoc ipso capite refert S. Ioannes: ꝙ miserūt principes sacerdotum, & Pharisæi mini- 15 stros suos, ut Christū dominum apprehēderent, & cū eum inuenirēt prædicantē, dixerunt: Expectemus paulisper, quousque desinat prædicare; ne populum cōturbemus: & attente prædicationē audierūt, & ita admirati sunt, ut non modo illū nō apprehenderint, uerū eius magnalia prædicātes abirēt, & dicētes: Nunquā sic loquutus est homo. Itaq; ibant, ut apprehenderēt, & apprehensi sunt, ut cognoscatis quanti intersit attente uerbū domini audire, licet malas intētiones habeatis, audite tamē fratres missam, & prædicatio-

dicationem: si.n.diuinis his rebus diligēter attēderitis, aliqñ diuino amore capiemini.

Dicit ulterius sanctum Euangelium: *Respondit ei Iesus:* Quāquā Iudęi in cordibus suis murmurabant, dicentes intra se: Siquidem hic tm̄ scit, cum tñ nulla literas didicerit, non est possibilē, quin diaboli uirtūte id sciat. Vt sanctus prædicator, qui prædicabat
16 uerus erat Deus, atq; hominum corda scrutabatur, peruersis eorum cogitationibus respondit dicens: *Mea doctrina non est mea, sed eis, qui misit me.* Quæ uerba maximè p
August. pendit S. Augustinus, homilia huius Euangelij. Videntur.n.in se contradictionem habere, cum dicat: Mea doctrina non est mea. Dicit.n. Christus dñs quod est sua, & quod non est sua. Vult dicere dñs: Non est mea, quia non est a me humanitus inuēta, aut ab hoībus percepta: & dicit: Est mea, quia eam dedit mihi Pater, & in animam infudit, ut mundum illām docerem. Itaq; est doctrina diuina, & diuinitus edocta, eius, qui misit me. Deus (inquit) qui me factum hoīem in mundum misit, est autor huius doctrinæ, & qui illam me docuit. Si quis uoluerit uoluntaem ei⁹ facere, cognoscet de doctrina mea
17 vtrum ex Deo sit. Hic tāgit summa ueritas maximum quoddam mysterium: & est, ꝙ malitia propriæ uoluntatis, & repugnantia diuinæ uoluntatis, est causa, quare plurimi sint cæci, & cælestem doctrinam non intelligant: eadem.n.nequitia eorum mentes ob
Iob.28. cæcat. Et hoc est, quod ad literam dicit Iob. Sapientia ubi inuenitur? & quis est locus intelligentiæ? Nescit homo pretiū eius, nec inuenitur in terra suauiter uiuentium. Abyssus dicit, non est in me: Et mare loquitur, non est mecum. Nō intelligit homo pretiū sapientiæ, nec eam digne satis æstimat Hoc prius hic dicit S. Propheta, quod non cadit sub humana intelligentia, quantum sit pretium intelligentiæ, & sapientiæ cœlestis do
18 ctrinæ. Secundo dicit, quod non reperitur in hominibus turpiter, & inhoneste uiuentibus, nec in eis, qui profundum, aut duplicatum habent cor cum malitia, & sine synceritate, qui per abyssum significatur. Nec reperitur in his, qui inquietum habent cor odio, & alijs effrænatis passionibus. Etiam est ualde notandum, quod ponit hic S. Iob duo: primum est, sapientia, alterum uero intelligentia & neutram dicit in malis commorari. Quid sit sapientia diffinitur Beatus Bernardus cum dixit: Sapientia, est sapida scientia. Est iuxta idem eius nomen Latinū sapida & suauis scientia. Et sic sapiētia duo connotat, actum, s. intellectus, & actum uoluntatis: ex eo enim, quod sit scientia, est actus intellectus, ex eo autem, ꝙ sit sapida est actus uoluntatis. Sapiētia itaq; est sapidus quidam diuinarum rerum gustus: & hic sapidus gustus certum est quod in malis non reperitur, qui iuxta Dei uoluntatem nō 19
uiuunt, diuinam eius legem ob seruantes, ut 1.Ioā.2.
S. Ioannes affirmauit, dicens: Quid dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Hic manifeste loquitur de sapida Dei cognitione: si enim de sola speculatiua cognitione loqueretur falsum esse quod dicit B. Ioannes: Nam qui dicit se nosse Deū per fidem, licet eius præcepta non custodiat, uerum dicit. Aperte ergo colligitur, quod loquitur hic de practica cognitione, quæ est affectiua, & amans intelligētia. Hanc enim non habent mali, qui Dei præcepta non obseruant: & sic intelligitur quod dixit Iesus Christus Redemptor noster Pharisæis, qui gloriabantur de fide, & cognitione Dei, quā habebant: Nō cognouistis eum: ego autem Ioān. 8.
noui eum: Et si dixero, quin non scio eum, ero similis uobis mendax: sed scio eum, & 20
sermonem eius seruo. Vult dicere: Ego mentiret dicerem, quia non nosco eum, sicut vos mentimini cum dicatis, quia nostis eum quia eius legem non custoditis. Ego autem scio, & cognosco eum, quia præcepta eius seruo. Vbi illa coniunctio: & idē significat. quod, i. quæ est declaratiua. Vult igitur illic dicere: sed ego nosco illum, hoc est, seruo legem illius. Et sic, se hoc uerbo dominus declarauit, qđ de affectiua cognitione loquebatur; & ita dominus & eius Euangelista S. Ioannes accipiunt illic cognitionem simul, pro cognoscere, & opere demōstrare, diuinam legem obseruando. Nec in malis est intelligentia, secundum quod dicit Iob, & pro 21
bat hoc, dicens; Recedere a malo est intelligentia. Ideo Moyses Hebræis dixit; Hæc est Deut.4.
.n. uestra sapientia coram populis, ut audiētes uniuersi præcepta hæc dicant; En populus sapiens, & intelligens, gens magna. Vbi apparet, quod diuinæ legis obseruationem, ueram nominat sapientiam. Eadem enim legis obseruantia disponitur homo, ut in dies eum magis illuminet Deus. Contra uero commorans in peccato absque sapientia, & intelligentia, in dies magis ac magis obcæcatur, ut Dei mysteria non intelligat, & pau-

paulatim disponitur, ut in maximos incidat errores. Curemus ergo fratres mei efficacissime, ut nos in diuina uoluntate adim
1.Thes.4 plenda exerceamus. Quod si quæratis, quænam sit diuina uoluntas, S. Paulus uobis rñ
22 debit. Hæc est uoluntas Dei. Sanctificatio uestra. Vt sanctis sitis diuinam eius uolũtatem facientes, sicut ipse in mandatis suis expressit. Et aliqua eorum hic nominatim ponit, quæ sunt: Vt abstineatis uos fornicatione, vt sciat unusquisq; uestrum uas suum possidere cum sanctificatione, & honore, nõ in passione desiderij sicut & gẽtes, quæ ignorant Deum, & ne quis supergrediatur, neq; circumueniat in negotio fratrem suum. Ad uoluntatem Dei faciẽdam, & uiuendum in sanctificatione, primum, ꝙ hic S. Paulus assignat, est ꝙ oportet nos castissime, & honestissime uiuere: munientes nos contra turpe
Aug. in. ser. libidinis uitium, quod tot hoĩes sub sua potestate habet, & ita dicit B. Augustinus uerba quædam maxime timenda. Inter omnia Christianorum certamina duriora sunt prælia castitatis, ubi continua pugna, & rara
23 uictoria, & demptis paruulis, ex adultis pp hoc uitium pauci saluantur. O rem stupendam, quis tale audiens a tam præstanti sancto toto corpore non contremiscat? ꝙ exceptis pueris pauci saluantur pp sensualẽ turpitudinem. Curet ergo unusquisq; ut summa cũ cautione uiuat separãs corpus suum,
Simile. (ut nos S. Paulus admonet) ab omni re immunda. Quemadmodum coralium dum in mari est, est album, tenerum, & sine utilitate, & colore: postquam autem a mari abstrahitur, obduratur, & salubre efficitur, & tam exactum habet colorem, ut uisum, & cor lætificet. Sic etiam homo interim dum in uoluptatum carnalium, & secularium delectationum mari submersus est, est debilis, incõstans, inutilis, ac sine colore, & proximis
24 suis damnosus, postquam autẽ ab his aquis aufertur, solidus, ac firmus in uirtute efficit, & mirificum quendam colorem accipit. O quam iucundum est uidere seruum Dei, hominem a carnalibus delicijs abstractum, quantam affert uoluptatem ijs, qui eum in tanta perfectione, & sanctimonia constitutum aspiciunt. Talis. n. (ut D. Bernardus in
Bern. in Epi. Epistolis asserit) uitam potius angelicam, q̃ humanam ducere vr̃. Differunt (inquit) inter se, homo pudicus, & angelus, sed fœlicitate, non uirtute. Sed etsi illius castitas fælicior, huius tamen fortior esse cognoscitur.

Postquam S. Paulus de castitate locutus est, agit statim de æquitate erga proximos. Ne quis supergrediatur, &c. ne quis se extollat, nec in conuersatione sua callidum se præbeat. Neq; circumueniat in negotio fratrẽ suum. Ne insidias moliatur, ut fratrẽ suum deijciat, sed omnes cum omni pace, & tran 25
quillitate uiuant. Super hæc oĩa oportet uos scire; ꝙ scire seruire Deo, & secundum diuinam eius uoluntatem operari, est singulare donum altissimæ Maiestatis: & sic S. Paulus Rom. 12
Spiritus sancti dona assignans inter ea hoc annumerauit tanquam præcipuum, dicens: Dño. seruientes, scire Deo seruire, ut ipse uult donũ est Dei, quapropter summa animi contentione oportet nos ab eo hoc tam singulare beneficium, noctu, dieq; petere. Nam sine eo nihil secundum eius uoluntatem facere sciemus; ad quod plurimæ uires spirituales requiruntur. Iosue primo legi- Iosue 1.
tur, ꝙ dixit Deus. Confortare, & esto robustus. Et ad quid sum cõfortandus Domine? Nõ ut hostes uincas: hos enim ego sub tuã 26
potestatem redigam, nullus poterit uobis resistere cunctis diebus uitæ tuæ. Quare ergo confortandus est? ut custodias, & facias oẽm legem, quam, præcepit tibi Moyses seruus meus: ad hoc oportet nos confortari, & de imbecillitate uires elicere, In hoc oportet omnem curam nostrã adhiberi: in cætero autẽ, quis nobis poterit resistere? & omnia, quæ nunc tanta solitudine acquirimus, facillimè consequeremur; sicut hic promittit Deus Iosue. Confortare (inquit) ut legem meam custodias, & de cętero iacta cogitatum tuum in me.

Super omnia autem est, quod promittit in hoc S. Euangelio Dñs noster Iesus Christus, dicens: *Si quis uoluerit, &c.* idest: Si feceritis uoluntatem Patris mei, doctrinam meam intelligetis, & illius amore capiemi- 27
ni. Et ita tam cœlestis rei amore captis, oẽs exercitationes Christianæ uitæ, suaues, ac iucundæ uobis erunt. Hęc, obedientia, & conformitas diuinæ uoluntatis deerat maledictis his hominibus, ut Dñs hic illis declarat; dicens: *Nonne Moyses dedit uobis legem? & nemo ex uobis facit legem? quid me quæritis interficere?* Ideo (inquit) doctrinam meam non intelligitis, & dicitis me illam a diabolo didicisse, quia legem Dei, quam uobis per Moysem dedi, non custoditis, & ideo tam iniuste me uultis interficere. At illi dixerunt; *Dæmonium habes, quis*

quis te quærit interficere? Respondit Iesus, *Vnum opus feci, &c.* Vultis me interficere, quia paraliticum in die festo sanaui, cum sit opus pium; propter quod festum non uiolatur. Quare ergo homo in die festo circuncidi potest quare indignamini eo quod in
28 die festo homini salutem conferam? O ineffabilem Dei probitatem. Notate fratres huius immaculati agni patientiam. Proponebat rationem quandam, & in medio illius inseruerunt Pharisæi iniuriam maximã, uocantes eum emendacem, & quod demonium habebat; quia dicebat, quod eum interficere, cum ita non esset. Et tamen non scidit benedictus Iesus propositionem suã, sed maxima cum synceritate, & mansuetudine eam prosecutus est: acsi nunquam sibi tale dictum fuisset. O Christe reparator uitæ, amor dulcissime animarum nostrarum, quare non desinis prædicationem, & honorem tuum tueris: cum tibi dictum fuerit, quod dæmonium habes? Hinc cognosces frater, quantum tibi desit ad hoc, ut ue-
29 rus Iesus Christi imitator sis: siquidem minima quaque iniuria affectus, præ furore perturbaris, & impatientem te præbes, quasi fluctus maris, qui firmissimam rupem ictibus suis feriunt, quæ in medio mari est, & nihil aliud faciunt, quam se ipsos confringere, & in uanam spumam conuerti, remanente rupe firma, & integra nullo affecta detrimento. Ita, qui iustum persequuntur, nihil aliud faciunt, quam seipsos lacerare, & furoris sui spumam ostendere: remanente tamen seruo Dei integro, cum nullum animæ suæ detrimentum acceperit: est enim uerus imitato huius diuini Magistri mundi qui integer, & indemnis remanebat
30 ex ictibus, quos accipiebat. Tu autem, qui non es uerus iustus, nec scis, quid sit Iesum Christum sequi, minimo quoque ictu laceratis. Videbis simulacra uitrea pulcherrima, sed ualde fragilia, necesse est ad illorum conseruationem ut collocentur, ubi nemo ea attingat, quouis enim minimo tactu franguntur, sic sumus plurimi Christiani, cum non pertingimur, uidemur sancti, quasi simulacra uitrea optimè depicta. Verum minima quaque fratris nostri negligentia, & licet absque malitia aliquam nobis afferat molestiam omnis nostra probitas dissoluitur. O maximam imperfectionem, ò miserimam ærumnam, si

Simile.

minimas iniurias, & labores patienter ferre assuesceremus, si disponeremur, ut Dominus nobis patientiam concederet, ad maiora infortunia, & contradictiones tolerandas. Sic uos docet Sanctus Petrus, dicens: 1. Pet. 5.
Deus autem omnis gratiæ, qui uocauit nos in æternam suam gloriam in Iesu Christo: modicum passos ipse perficiet, consummabit, solidabitque. Cum paruus labor (inquit Beatus Petrus) uobis aduenit, aut parua iniuria afficimini, resistite uobis, & mouicum hoc propter Deum patienter ferre; & hic optimus Deus, qui ita est gratus, uos confortabit ad maiora perferenda. Nam patientia etiam singulare quoddam Dei donum est, & ex eius manu oportet eam dimanare. Ideò dicebat Dauid: Quoniam tu es patientia mea Domine. Quid dicis Dauid, quod est Deus patientia tua? Est phrasis sacræ scripturæ, effectum pro causa accipere, & econtra: ut intelligitur illud, quod Dominus dixit. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cũ defeceritis accipiant uos in æterna tabernacula, idest: Porrigite eleemosynam pauperibus: ipsi enim in æternas mansiones uos recipient. Multi pauperes accipiunt eleemosynam, qui non ingredientur in cælum, propter nequitiam suam. Quomodo ergo in æternas mansiones nos recepturi sunt? Dico, quod intelligitur, quia erunt occasioni, ut uos in cæleste, habitationes recipiamini, licet illi ad cęlum non eant. Sic hic, Tu es patientia mea idest. Tu es Domine causa patientiæ meæ, tuum donum est, à te oportet illud mihi concedi: sic uos debetis facere, & ardentissimo cordis affectu dicere: Tu es Domine patientia mea. O domine Iesu Christe, Magister patientiæ, tu illius perennis es fons & causa; propter clementiam tuam te rogo, ut eam mihi uelis communicare: siquidem absque auxilio tuo, ne pulicis quidem morsum patienter potero tolerare quãto minus contradictiones, quæ sese mihi obtulerint.

31 Psal. 70. Luc. 16. 32 33


Prosequens Dominus ulterius propositionem suam, & euidenter probans, non uiolari Sabbathum, si infirmi in ea curentur, concludit, dicens: *Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate.* Non ꝙ minimum defectum in proximo uestro animaduertis, debetis statim uos præcipitare, ut male iudicetis, sicut iudi-

castis, eo quod uideritis Paralitycum lectulum suum asportantem in Sabbatho postq̃ sanatus fuerat. Sed ibi in ea exteriori apparentia debetis causam inuestigare, ut bonũ iudicium faciatis. O quam cęlestis doctrina. Aduertite eam fratres pp charitatem Dei, ne statim uos pręcipitetis, ut de proximis uestri iniq; iudicetis, pro quacumq; leuissima re, q̃ in eis experiamini. Charitas nõ cogitat
34 malum (ait S. Paulus) idest, Charitas inuitat, & mouet eos, q illã hẽnt, ne de proximis suis
i. Co. 13. malè cogitent. Et hoc est, ꝙ Dauid dicebat, deprecans Deũ; Iudica me ẽm iudicium diligentium nomẽ tuũ. Dñe, iudica me sicut so-
Ps. 118. lent iudicare iusti, qui semper solent proximi sui defectus tegere, & eos excusare. Sic ego te rogo: vt clementia tua omnia peccata mea cooperias. Non sic impij non sic, sed oĩa in malã partem conijciunt. Aliquæ sunt suspiciones, quæ sunt (*Hijas de algo.*) Aliæ uero sunt (*Pecheras.*) Qui uocãs (*Hyas de algo? La sospecha hija de algo*) Est cum proximus occasionem prebet, ut de se mala suspicio habeatur, cũ ingredit̃ ubi nõ cõuenit, & cum non decet, cumque domi suæ habet,
35 quem non licet habere. Suspicio, quæ de hoc habet̃, d. e. (*Hijas de algo.*) Quia ex aliqua re oritur, ꝙ ille occasionem uobis præbuit. Sed uos charitate uestra ne hoc quidẽ debetis deliberatè iudicare, & contra talẽ hoĩem snĩam ferre, & si in bonam partẽ aliquo modo potest accipi, licet non satis constet: sufficit tñ quod contrarium apertè non pateat. Præcipiebat Deus, ut cum alicui mulieri rustici uiolentia inferretur, oppressor occideretur
Deu. 22 illa uero libera dimitteret̃, licet non uociferata fuerit: non. n. constare poterat, utrùm proclamauerit necne. Et tamen iudicat ibi lex, quod sola erat in agro, clamauit, & nullus affuit, qui liberaret eam. Perspicuum autem
36 est, ꝙ cum non affuisset, qui eam liberaret, neminẽ fuisse, qui eius uoces audiret. Qũo ergo dicitur, ꝙ proclamauit? in præsumptione nititur ad meliorẽ partem declinãs. Aliæ sunt suspitiones, quæ sunt (*Pecheras*) & hæ sunt utiles, & rusticæ; hæ sunt suspiciones ex pectore uestro profectæ, quæ ex propria malitia exeũt, cum proximus uester nullam occasionem uobis dederit. Liberet uos Deus a tali depra uatione quorundam hoĩum tam malorum, ut de omnibus rebus proximorũ suorũ malè suspicentur. Rogemus altissimũ Deum nostrum, ut nobis cordis puritatem, synceritatemq́ue concedat, & nos charitate ditet ut, cum ęquitate, cum nostris proximis conuersemur: cùm cauentes ne malum exẽplum perhibeamus, tum etiam ne proximorum nostrorũ sæuissimi iudices efficiamur, utsic diuinam ipsius gratiam, & futuro cælestem gloriam consequamur: ad quam nos perducat Iesus Marię filius, qui uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

37

Feria IIII. post Dominicam IIII. In Quadragesima.

Præteriens Iesus uidit hominem cęcũ a Natiuitate, &c. Ioan. 9.



INitium huius Euangelij, est initium capitis noni B. Ioannis & incidit per, &, quæ est coniunctio, quæ supradictum; cum subsequenti conectit. Narrauerat S. Euãgelista, ꝙ cum uoluissent Pharisæi Dñm in tẽplo lapidare, per suam admirabilẽ potẽtiam illinc exiuit relinquẽs eos cum lapidibus in manib. & præteriens in ipso tẽpli uestibulo uidit hominẽ cæcũ, & fleuit, ac illũ aspexit, ut illi mederetur. O ineffabilem filij Dei patientiã, uolunt eũ homines lapidare, & in eodẽ instanti, eisdẽ hominib. vult benefacere. Cũ. n. uellet illi uisum dare, qui cęcus natus fuerat illũ corporalib. oculis uolebat illuminare, eis uero; qui ipsũ uolebant lapidare uisum spiritualem uolebat præbere. Hæc uirtus patiẽtiæ fuit una ex gẽmis, quas in Ecclesia sua reliquit ad lucẽ, & cõseruationẽ animarũ. Et sic B. Paulus hoc admirabili 2 dono locupletatus dicebat; Signa apostola- 1. Co. 12 tus mei facta sunt super uos in omni patientia, in signis, prodigij, atq; uirtutibus. Certò scitis ò Corinthij, quod cum essem apud uos munus, ac prædicationem meam mirabilib. signis, maxima patientia: plurimis denique ac insignibus miraculis confirmaui. Notate diligentissimè, quod inter signa apostolica & prodigia primam nominauit patientiam. Ideò S. Gregorius illã miraculis anteponit. Qui enim attente considerauerit, quæ pas- Gre. 1. sus fuerit B. Paulus tot, tamq́ue crudelia uer- dialog. bera, tot carceres, tot naufragia, tot Iudæorum

dæorum, atq; gentium persecutiones, & diligenter animaduerterit, qua lætitia illa oïa fuerit perpessus: statim cognoscet q̃ merito in primo loco patientiam, quasi quid miraculosi⁹ collocarit. Quod aũt hæc sit una ex maximis fidei nostræ confirmationib. Iustinus Martyr gloriosus, & magnus Philosoph⁹ affirmat. Qui scribit in Apologia ad Adrianum Imperatorem, ꝙ cum ipse ethnicus esset, Christianorũ perfectione, Martyrumq; admirabilẽ patientiã animaduertẽs,

Iustinus Martyr in apologia ad Adrianum.

3 cõmotus; & conuictus fuit, ut ad catholicæ fidei ueritatem conuerteretur, & quod hoc exemplũ fuit sibi efficacissimũ argumentũ huius diuinæ ueritatis. Et ita hic optimus philosophus conuersus est, ut pp fidei confessionem, glorioso martyrio fuerit laureatus. Miraculosus fuit ẽt, quod refert Cassianus, ꝙ cum Christianus quidam infidelib. circũseptus teneretur, grauibus iniurijs ab eis affectus est: cumq; illi ethnici eum interrogarent: Dic nobis, quod miraculum tuus Christus fecerit: ille rñdit: fecit hoc, quod videtis, quod non moueor, ad furorem contra vos, pro omnib. iniurijs, quibus me afficitis. Statuerat optimus ille uir oculos in patien

Cassian.

4 tia Iesu Christi summi boni nostri, & sanctorum martyrum eius: & inde dimanabat, ut iniurias sibi illatas patienter toleraret. Considerata tñ imbecillitate sua miraculosam iudicabat patientiam, quam sibi bonus Iesus largiebatur. Miraculosa ac virtute patientiæ Martyres suos Deus illustrabat, nominisq; sancti sui gloriam, & gratiæ suæ potentiam declarabat. Quid miraculosius, q̃ ꝙ hoĩes, qui ne culicis quidẽ morsum tolerare pñt, tot tamq; uaria tormenta tam hilari aĩo paterentur? Quapp cum Christus Redemptor noster B. Petro declarauit, ꝙ ꝓpter suum diuinum amorẽ passurus erat dicens: cum esses iunior cingebas te, & ambulabas vbi uolebas: cum autem senueris, extendes

5 manus tuas, & alius te cinget, & ducet, quo tu non uis Declarauit S. Ioannes hæc uerba dicens, ꝙ de S. Petri morte intelligerentur: quã pro fidei confessione laturus erat: quæ licet cum sensualitatis contradictione futura esset, eam tñ libẽtissime accepturus erat, & hoc illis uerbis expressit. Hoc autẽ dixit significans qua morte esset clarificaturus Deum. Mortem S. Petri clarificationẽ Dei appellat, quia per patientiam, qua eam tolerauit Dei gloria magnopere declarata est, ꝙ in hominibus talia potuerit operari. O quã

Ioan. 21

tæ confusioni, & pudori sunt hæc omnia nobis, cum tam procul ab hac uirtute abhorreamus, quæ deberet esse una ex communioribus, & uniuersalioribus, quam oporteret inter Christianos uersari, eo quod, cum uerbis, tum etiam exemplo a nostro cęlesti Magistro fuerit tantopere commendata.

Proponite nunc ante oculos fratres mei mitissimũ hunc agnũ, & contẽplamini, qño a templo exit, ubi admirabile quendam sermonẽ prędicauerat, & loco gratiarum, quas pro illo ei reddere deberẽt, illũ lapidare uoluerunt, & quòd huius iniuriæ immemor in ostio templi stetit, ut suis benedictis oculis cęcum aspiceret, qui ibi mendicabat, cum illo mĩam faceret. In quo præter patientiam quã ibi demonstrauit, nobis ẽt simul oñdit, permagni interesse, ad hoc ut proximorum nostrorum calamitates doleamus, eisq; iuxta facultate nostrã succurram⁹, nos eos oculis ĩtueri. Visu. n. oculorũ maxime cor mollitur. Qñ Deus siccitatẽ illã misit in Israel, 3. Re. 17 cõmorabatur Helias iuxta torrentẽ, ubi ait sacratus textus, ꝙ corui deferebãt ei panẽ, & carnes mane: similiter panẽ, & carnes uesperi, & bibebat de torrente. Et cum statutã 7 portionem ibi haberet, quam Deus illi per coruos mittebat, libenter illic & contentus cõmorabatur, & quanquam Deus statuerat eius orationibus Israel succurrere, nihil tñ horũ Helias cogitabat quousq; decreuit diuina prouidentia, ut illi portio deficeret, & torrens exiccaretur, tunc abijt in ciuitates, & proprijs oculis inspexit necessitatem, qua populi premebanť, & vidẽs misertus est eorum, & Deum rogauit, ut tantæ calamitati subueniret. Plenus erat S. Helias charitate, & amore erga proximus, sed cum in torrente cõmoraretur, nec egestatẽ uideret, nõ curabat populorũ remediũ, ꝙ necessitatẽ oculis nõ aspiciebat, uoluit erga Deus, quòd eã uideret, ut illorũ misereretur. O fratres mei si vr̃is oculis uidere uelletis uulneratos, & famelicos qño eorum misseremini, & omni fa 8 cultate uestra eis succurrere curaretis. Idcirco sunt tot necessitates absq; remedio, quia eas proprijs oculis cernere nõ uultis. Nihil amplius, quã uestras necessitates uultis aspicere, & sic solis illis succurritis. Non est hæc consuetudo uerorum sectatorũ Christi, de quib. sigillatim dicit Ecclesiast. Hõ sensatus Eccle. 7. in sapientia manet sicut sol. Et potissima rõ quare eos soli cõparat est, qa sicut admirabilis solis pulchritudinis, ac splendoris mul- Simile.

tò magis participes sũt creaturæ, ad quas ei⁹ radij perueniunt, quam ipse sol, qui eos possidet: ita iusti sic bona possident, quæcunque sint, ut magis proximi sui eis fruantur, quã ipsi possidẽtes. Atq; ẽt de Alexãdro Magno (quamq̃ gẽtili) dr̃, ꝙ ita inter suos subditos imperij sui fælicitatẽ diuisit, ut illis utilitas prosperitatũ eius cõtigerit. Alexandro autẽ remãserit honor, qđ eas cõsecutus fuisset, & uoluptas distribuendi illas. O quæ alapa est alapa est hæc Christianis, q oĩa sibi uolunt.

Præteriens Iesus uidit hominem cæcũ. Mos est artificum, cum aliquid uident, qđ officij sui est materia statim in illud oculos infigere. Exculptor præteriẽs uia uidet lignũ proiectũ ad quoddã ostiũ, quod nihil ualet: illa autem intra se cogitãs dicit. O quã bonũ lignum, ad cõficiendum simulacrũ. Eodẽ modo hõ doctus, qui accedit ad bibliothecas cum libros uidet: qui officij sui sunt materia, statim in eos oculos conijcit, & eos euoluit. Si attẽte considerauerimus inueniemus unũ ex officijs Dei esse pauperibus fauere, & opem ferre. Tibi derelictus est pauper, dixit Dauid. Oẽs pauperem derelinquũt, ut tu

10 Dñe ei auxilieris. Ideo cum pauperẽ Iesus Christus inueniret, statim ĩ eũ oculos conijciebat. Officiũ huius diuini dñi erat, ægrotos curare, mortuos suscitare: cæcis uisum dare: idcirco eos aspiciebat, ut illis salutem cõferret. Eius ẽt munus erat, aĩas illuminare & spiritualibus infirmitatibus eas releuare. Et ipse dixit per Esaiam, spiritus domini super me, ut mederer contritis corde, & prædicarẽ captiuis indulgẽtiam, & clausis apertionem, ut consolarer omnes lugẽtes. Hæc uerba declarant unũ ex præcipuis officijs saluatoris nostri Iesu Christi. Quapp peccatores cõfortamini, qui uos uestris deprauatis moribus captiuos uidetis, & cordis amaritudinibus plenos animaduertitis. Attendite, ꝙ aduentus huius dñi, & eius munus præcipuũ est, aĩabus mederi: & quẽadmodum architectus oculos conijcit in lignũ, quod in

11 uia neglectũ iacet: & nihil prodesse uidet̃, leuigans tñ, & adaptãs illuc sancti cuiusdã simulacrũ cõficit pulcherrimũ, qđ uidẽtes miramini & dicitis, quis unquã tale arbitraretur, ex illo ligno simulacrũ illud cõfici posse. O ineffabilẽ artẽ ac potentiã Dei, qui in lignũ, indissolutũ peccatorẽ oculos conijcit eumq; diuinis inspirationibus, singularibus que ad monitionibus leuigat, ut per pœnitẽtiam leuigatus, efficiatur non solum sancti simulacrũ, uerum etiam, uerus sanctus. Eia stirpes, eia ligna corrupta & putrefacta, in quibus diabolus ex tam lõgo tpe assidet. Ecce diuinum artificẽ, cuius officij vos estis materia, rogate illum, ut uos aspiciat, quibus oculis hunc cæcũ aspexit, & in animabus uestris mirabilia sua operetur. Quid dicitis? vultis, an non? O infælicem animam, quæ tanto bono uti noluerit? ò lux beatissima, quæ ad cęcos illuminandos uenisti, utinam pietas tua, hodie nos oẽs illuminet. 12

Vt discipuli Dñm uiderunt stantẽ, & cæcum aspicientem, interrogauerunt eum: *Rabbi quis peccauit, &c.* Hoc interrogabãt quia sciebant Deum consuescere filijs labores immittere pp parẽtum peccata. Notate obsecro subtilẽ illationem S. Pauli, dicit .n. Per unum hoĩem intrauit peccatũ in mundum, &c. Et addit inferius; In quo oẽs peccauerũt. Vbi aperte fatetur, peccatum Adæ causam fuisse oĩum originalium peccatorum, & non causam, sed occasionem fuisse oĩum actualium, & per consequens peccatum illius in nostris peccatis punitur. Et ita peccatum nostrum, est culpa, & pœna. Est culpa nostra quia orimur auersi a Deo, filij iræ, & est primi parẽtis pœna & ita impletur 13 quod dicit Dauid; Appone iniquitatem super iniquitatem eorum. Ex hoc cognoscitur quantum malum sit peccatum, cum tam uarijs supplicijs a Deo puniatur. Quemadmodum enim gloria patris est filius sapiens; sic pœna patris est filius nequam; Sin autem, dicant parentes quid sentiant cũ filios suos uideant iniquos? Hunc oporteret fratres mei esse stimulum inter cæteros, qui uos eos qui liberos habetis, ab omni Dei offensione deberet cohibere, ne uos tam acri pęna diuina Maiestas puniret.

Neque hic peccauit, &c. Licet Deus assuescat plurimos labores, & morbos in suppliciũ peccatorum immittere, aliqñ tñ eos immittit non pro peccatis; sed ut manifestent̃ opera Dei in illo ad maiorẽ coronam, & ut 14 manifestetur gratia, & patientia, quã Deus in seruo suo operatus est, qui patitur. Itaq; iustus in tribulatione constitutus & meretur pp patientiam, quam habet & pp bonũ exẽplum, quod proximis suis perhibet, ut & ipsi addiscant calamitates suas patienter ferre. Atque hoc significat uerbum illud primi capitis. Iob ubi dr̃; Apparuit Sathan inter filios Dei, i. inter Angelos. Angeli (ut ait S. Paulus) oẽs sunt spiritus, utilitatis no-

stræ

Simile.

Psal. 9.

Esa. 61.

Rom. 5.

Ps. 68.

ſtrę adminiſtratorij: & cum ſacra ſcriptura
dicat Sathanam apparuiſſe inter Angelos
ſpiritus noſtri adminiſtratores: ſignificat no
bis, quod etiam Sathanas eſt adminiſtrator
ſpiritus, & meriti nři: & ut clarius loquar,
ſignificat hic Spiritus Sanctus, ꝙ quodámo
do tanti refert iuſti, ut Deus dimitat diabo-
lum, qui eũ affligat, & perturbet, quanti in-
tereſt, ut Angelum dimittat: qui eum conſo-
15 letur, & reuelet. O benedicta, & glorioſa ſit
talis probitas, ac clementia Dei, laudate dili-
gentiſſimè fratres mei hunc tam bonum
Dñm, qui cum nobis officit, & proficit, ſem-
Iob.2. per ad noſtram utilitatem id facit, ò quam
optimè hoc S. Iob cognouit cum dixit: ſi bo
na ſuſcepimus de manu Domini, mala au-
tem quare non ſuſtineamus? quemadmodũ
bonis delectamur, quare, & malis etiam non
gaudemus? cum bona, & mala nobis ad ſpi-
ritualem utilitatem Deus largiatur?

Dicit ulterius: *Me oportet operari opera*
eius; qui miſit me, &c. In his operib ad quæ
Luc.2. pr eum miſit uſq; ad mortem occupatus eſt:
Et primũ uerbũ, quod legitur in hoc mũdo
locutũ, fuiſſe fuit cum dixit ſuę ſanctiſſimæ
16 Matri: Neſciebatis, quia in his, quæ patris
mei ſunt oportet me eſſe. Primum uerbum,
quod incarnatum. Verbũ loquutũ eſſe legiť:
fuit occupare ſe gaudere his operibus quæ
ſibi pater cõmendauit. O quã iuſtum eſſet,
ut noſtrum unuſquiſque hoc ſuper oĩa pręſe
Eph.1. ferret. Opera, ad quæ nos Deus creauit, &
in hoc mundo conſtituit, non ſunt hæc qui
bus plerumq; occupamur. Domos conſtrue
re, uineas ſerere, diuitias acquirere, dignita-
tes expetere, & his ſimilia: ſed illa, quæ S.
Paulus dicit: ut ſimus in laudẽ gloriæ eius,
&c. O miſeros nos illud namque ad quod
Deus nos creauit minus facimus. Quam fe-
ſtinanter operatus eſt diuinus Magiſter do-
nec dies eſt: & quantã negligentiam nos ha-
bemus; Ne ergo arbitraremur, ſibi ſoli con-
uenire ut operaretur interum dũ uixit, ſub
17 didit dicens: *Veniet nox, quando nemo poteſt*
Valeri⁹ *operari.* Veniet mors, & poſtea iam non erit
Maxi. amplius merendi tps. Refert Valerius Ma-
ximus, ꝙ cum Alexander urbem aliquam
obſidione premeret, imperabat coram ho-
ſtibus accenſam facem poni & præconio de
clarare, qd' oẽs, qui ſe ſub ſuam poteſtatem
redigerent antequam illa fax conſumere-
tur, liberaliſſimè recepturus erat, & eis ma-
xima beneficia facturus; qui autem nollent,
poſtquam fax illa conſumeretur oẽs ferro,
& igni interfecturus erat. Hoc idem facit
Deus. Declaret (inquit) hoc pręconium in ec
cleſia mea. Pręcipit altiſſimus cælorũ Impe-
rator, ꝙ quicunq; ad ſuã diuinã Maieſtatem
conuerſus fuerit, ſeſeq; ſub ſuam ptãtem re-
degerit antequã uitæ fax cõſumatur; eum ad
miſericordiam recipiet, & ineffabilia illi be-
neficia faciet. Extincta aũt face tranſacta iã
uita, nullũ erit amplius remediũ; ſed ꝙ oẽs
in inferno æternaliter cruciabuntur. Nã ue-
niet nox qñ nemo pt operari. Quid ad hoc 18
rñdetis peccatores? Vultis modo redigi cum
uos Deus ſperat & inuitat? ut dicit Eſaias. Eſa.30.
Propterea expectat dñs, ut miſereatur, ue-
ſtri. Idcirco vos hodie, & cras expectat, vt
vos ſua miſericordia ꝓtegat O filij Adæ qd
eſt quare hoc tã ſuaue verbũ corda ueſtra nõ
mollit? Profectò ſimul ut miſericordiam
Dei audiremus proferri, viſcera noſtra opor
teret molliri, & intra corda noſtra ſumma
amoris dulcedine tã iucundũ verbum debe-
remus accipere. Attendite, ꝙ propterea vos
expectat ad miſericordiam recipiat: incipite
amodo ea uti mores ueſtros corrigentes. Eſa.48.
Animaduertite, ꝙ S. Eſaias loquens de eo, q
ſaluandus eſt, dicit: & vocaberis ædificator 19
ſepiũ. Et hebræi legunt: vocaberis reparator
ruinarum. Hoc eſt munus prædeſtinati, rui-
nas conſcientiæ ſuæ ſemper reficere. Vt pri-
mũ in ſe foramen aliquod, aut labefactionẽ
aĩæ ſuæ aduertit, ſtatim reparat, nõ in craſti-
num diẽ illud differt, ſemper ſepes ædificat,
qui timet Deum, ne forte aliquod ad ſe pec-
catũ ingrediatur. Oratio, matutina medita
tio, gratiarũ actio, ueſpertinũ examen con-
ſcientiæ, miſſam deuote audire, exercere ſe
in operib. miſericordiæ, hæc oĩa ſunt ſepes,
quib. aĩa a peccatorum telis protegitur. In
ædificandis his ſepibus oportet vos exerce-
ri, hoc debet eſſe munus ueſtrum cũctis die-
bus uitæ ueſtræ. O vtinam æterna Maieſtas
ſpiritum uobis, & uires largiatur, ut ſic ope-
remini, vt abſque ceſſatione ſemper de bo- 20
no in melius, quandiu dies uitæ durauerit,
progrediamini. Ita monet Spiritus Sanctus Eccl.18.
cum dicit; Ne uerearis vſque ad mortem
iuſtificari. Hic iuſtificari ſignificat, de virtu
te in virtutem procedere. Et ſic arbitror in- Iaco.2.
telligendum eſſe illud Beati Iacobi. Non-
ne Abraham pater noſter ex operibus iuſti
ficatus eſt offerens filium ſuum Iſaac? cer-
tum eſt, ꝙ hic non intelligitur iuſtificatio a
peccato. Cum quia prima opera peccato-
ris, licet mortaliter bona ſint, ſunt tamen iu

stifi catione indigna: tum quia Apostolus dixit illa uerba postquã locutus fuerat de illo sacrificio, ꝙ uoluit offerre filiũ suũ S.Abraham quia dicit, Abrahã, &c. Iustificatus est offerens filium suũ Isaac super altare. Constat aũt ante illud sacrificium fuisse Abrahã iustum, & nõ cępisset per illud opus iustum esse, ut patet ex contextu, antea.n. Deus familiarissime sæpenumero cũ eo locutus fuerat. Intelligendum est ergo hic ꝙ secunda iu
21 stificatione fuerit iustificatus, quod est augmentum iustitiæ, & diuinæ gratiæ, sic in-
Rom.3. & 4. Gal.2.& 3. telligitur illud quod S. Paulus dicit, contrarium (ut apparet) huic, ꝙ nullus iustificatur bonis operib. sed per fidem, & gratiam Christi: ibi.n. loquitur S. Paulus de prima iustificatione, quæ nõ cadit sub merito. S. Iacobus uerò loquitur de secunda iustificatione, quæ est augmentatio gratiæ, quæ cadit sub merito. Et de hac iustificatione loqtur sapiens in supradictis uerbis, monens nos, ut oĩ feruore, ac diligentia curemus semper magis ac magis iustificari, hoc est ut semper in iustitia accrescamus, & cum non sciamus, quãdo hic dies finiendus sit, incipiamus hodie
22 amodo absque ulla dilatione, hoc.n. nos admonet, & ueniet nos. Quam bonũ exẽplum huius rei nobis præbuit S. Abraham, de quo nunc loquebamur, cui cum Deus difficillimas res præciperet, statim eas opere complebat. Cum esset septuaginta quinq; annorũ
Gen.12. præcepit ei dñs dicẽs egredere de terra tua, &c. Vt tã prouictæ ætatis cum esset de terra
Gen.17. sua egrederet cũ familia sua, & orbẽ pagraret, & absq; eo ꝙ interrogaret, quo iturus esset, humiliter declinato capite, statim Dei pceptũ executus est. Postea uero cum nonagesimũ annum ageret ei pcepit Deus, ut circunciderctur, rem tã molestã: ac tanti doloris eodem die exequutus est, nec uerò dixit: cras id fiet, sed protinus circuncisus est, &
Gen.22 23 Ismael, cunctamq; famılliam suam circuncidit. Posteà uerò pręcipit ei ut filium suum Isaac sacrificaret: continuo ipsa nocte eum, excitauit, & cum illo perrexit in montem,
Gen.18. quem sibi Deus ostenderat. Videte accelerationem, ac diligentiam. Cũ aũt Angeli accesserunt iuuenũ formam ferentes quam diligẽter eos excepit? De eo dicitur ibi, ꝙ festinauit Abraham, & Saræ uxori suæ dixit: ac
Origen. celera, de seruo dicit etiã, ꝙ festinauit. Super quod dicit Origenes. Nullus piger est in domo sapientis. Heu quã maior ratio nunc est
Cant.2 ut diligentiores nos exibeamus. In Canticis dicit sponsus ad spõsam: surge, propera amica mea, columba mea, &c. Et rationem reddens dicit: Iam enim hyems transijt, imber abijt, & recessit. Idest, iam lex uetus transijt iam hæc hyems frigidissima recessit, quãdo homines, tam gelidi erant, propter gratiæ penuriam. Iam uer est: iam est maximus calor, & amor Dei, iam sunt plurima sacramẽta: iam tempus est, ut festinanter acceleremus. Verum quare non pudore confundimur uidentes illam promptitudinem, ac diligẽtiam Abrahæ, & aliorum sanctorum pa- 24
trum, in calamitosa hyeme, & animaduertentes pigritiam nostram, & relaxationem; cum iam in florentissimo uere, & lege gratiæ decoro uiuamus? Abijciamus ergo deinceps ignauiam, & feruentissimè operari incipiamus. Nam S. Bonauentura in libro, qui diuini amoris stimulus inscribit affirmat, ꝙ ce- D. Bon.
lerius ascendit anima ad perfectionem per actus feruidos breui tempore, quam per remissa opera in multis annis. Celebris est eadem sententia S. Thomæ asserentis, ꝙ habi- D.Tho. 12.q.24 ar.6.
tus charitatis (in quo Christianæ Religionis perfectio constituta est) non augetur, nec intenditur actibus remissis, sed intensis, & feruidis. Hinc est quod plurimi, qui multos an-
nos Deo seruiunt, & celebrant, non efficiantur meliores, sed semper in se eosdem defe- 25
ctus sentiant, nec sint humiliores, nec tempe- Pro.10.
rantiores, &c. Sic sapiens: egestatem operata Pro.12.
est manus remissa manus autem fortior diuitias parat. Et alibi clarius dicit. Manus fortium dominabitur, quæ autem remissa est tributis seruiet. Tepidus semper se tributarium, & passionibus suis captiuum experit, feruidus autem, ac diligens ipse passionum suarum dominatur, & eas superat.

Quandiu sum in mũdo, lux sum mũdi. Cũ hoc dixisset fecit lutum, &c. uade, laua in natatoria Siloe. Quam maxima liberalitas, qđ res tam pretiosa, ut uisus pro tam paruo labore ei detur, & tam uili prætio largiatur.
Illi autem, qui se conuertit, quamuis ma- 26
ximus peccator sit, quam paruo ptio Deus ignoscit, tam uili nobis datur, quod ille tam maximo pretio comparauit. Hæ sunt quasi bona, quæ ex primogenituræ hæreditate proueniunt, qui hæreditanti ea, uili prætio steterunt; at uero instituens primogenituram maximos labores perpessus est: Ecce quã facilis uenia peccatorum cum tibi Deus dicat: peniteat te grauiter illorum, firmiterque emendam propone, & dimitteris. O inef-

ineffabilem Dei liberalitatem vtamur ea ut
27 oportet, & hic nobis gratia, & gloria in po-
sterum concedatur. Ad quam, &c.

Feria V. post Dominicam IIII. In Quadragesima.

Ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naim, & ibant cum eo discipuli eius & turba copiosa. *Luc. 7.*



Icatur totũ Euãgeliũ ad literã.
Gloriosus Euangelista S. Lucas
refert hoc miraculũ immediate
1 post miraculũ quod Dñs fecit
cum seruo Centurionis. Et est
valde notandũ, quod quidẽ Euangelistæ ali-
quas historias in uno loco ponũt, alij verò ĩ
alio. Cuius rõ est, q̃d nõ sufficit, q̃d œconom⁹
opiparũ prandium pbeat, ex plurimis cibis,
sed est necesse ẽt, ut eos per ordinẽ disponat,
unũquodq; in suo tpe, & loco. Contigit sæpe
unã rem ĩ diuersis locis collocari, & unãquã-
Simile. que ẜm propriã sedẽ. Vt si gallinam asses se-
dem hẽt in principio prandij, si eam coquas
congruit medio: si vero aliũ cibum ex ea cõ-
ficies sicut (*maniar blanco*) in fine adhibẽda
est ẜm diuersos sapores, quos hẽt. Vnus ex
maiorib. cibis, qui nobis in mundo dari po-
terant fuit hic, quem Euangelistæ nobis cõ-
dierunt ex vita, miraculis, ac doctrina Iesu
Christi Saluatoris nostri. Et Spũ Sãcto du-
ctu cibũ Euãgelicum hunc ita condierunt, vt
unam & eãdem historiã in diuersis locis col-
locent, ut diuersos spirituales sapores pbeat
2 ijs, qui eã legerint, atq. omnes opportunẽ, &
congruẽ collocantur. Et hoc sufficiat, & fir-
mum maneat, ad intelligendam rõnẽ quare
S. Euangelistæ in miraculis Domini narran-
dis differant. Vtrũ autem hoc miraculum,
quod in filio uiduæ operatus est, fuerit im-
mediate post miraculum, q̃d cũ seruo Cẽtu-
rionis fecit, nobis non constat. Constat aũt
quod simul ea narrat S. Lucas, & unũ post al-
terum cõgruẽ narratur. Nã in miraculo Cẽ-
turionis dicit prius iuisse oẽs primarios ui-
ros ciuitatis, & Chrm̃ Redemptorẽ nostrũ
rogasse, ut vellet ire ad puerum illum sanan-
dum proponentes illi Centurionis uirtutes,
& quod Synagogã illi fecerat. In hodierno
uero miraculo nihil horum dicit, nullus. n.
legitur, Iesum Chrm̃ pro puero rogasse nec
mater quidẽ eũ rogauit. Sed clementissimus
Dñs uidẽs eã lamẽtantem misericordia mo-
tus puerum suscitauit. O quam admirabilis
doctrina hic declaratur gubernatoribus, iu-
dicibus, ac principibus terræ, ne expectẽtur
rogitent ad uiduarum, orphanorumq. cau-
sas tractandas, sed ipsi ad exemplũ huius cæ-
lestis Magistri, pietate cõmoti sese offerãt ad
ad eos ꝓtegẽdos, atq. illis oĩ iustitiæ rectitu-
dine fauendum. Interea, quæ Deus iudicibus Esa. 1.
ac potentibus Israel magnopere cõmenda-
uit, si uellent, ut eorum peccata quantũcun-
que gratia essent dimitterentur: hoc fuit
unum, & maximũ dicens: lauamini, & mũdi
estote, auferte malũ cogitationũ uestrarum 3
ab oculis meis, quiescite agere peruersè, di-
scite benefacere, quærite iudiciũ, subuenite
oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduã
& uenite, & arguite me, dicit dñs. Si fuerint
peccata uestra, ut coccinum, quasi nix deal-
babuntur. Considerate diligẽter quod in fi-
ne huius magni catalogi, orphanorũ, & ui-
duarum causam posuit. Et dicit, si feceritis, q̃
hic præcipio uobis: uenite ad me. ego uo-
bis facultatem concedo, ut me arguatis, &
ut falsum, ac mendacem Deum accusetis, ni-
si uos ad misericordiam recepero, & adiuue-
ro. O quã diuina exaggeratio. Videte fratres
q̃ secure ad Deum accedere possitis si hæc, q̃
uobis hic præcepit feceritis. Econtra uerò 4
vnum ex his, de quibus maxime queritur, est
quod non fiat misericordia cum vidua, & or-
phano, & impietatem hanc acerrime a se pu-
niendam promittit: vt patet per Hiere. vbi
cõminãs maximos quosdam Tyrãnos, unũ
ex ijs, q̃ eis primũ obijcit, hoc est. Magnifica-
ti sunt, & ditati, incrassati sunt, & impingua-
ti, & præterierunt sermones meos pessime,
in quo dñe mandata tua pessime violarunt,
quod causam viduæ non iudicauerant, cau-
sam pupilli non direxerunt, & iudicium pau- Hier. 5.
perum non iudicauerunt. Nunq̃d super his
nõ iudicabo, dicit Dñs, aut super gentem hu-
iuscemodi non ulciscetur aĩa mea? O metuẽ- 5
da verba quare non trepidant hi quos pstrin-
gunt? Oẽs suas querelas includis Deus, dicẽ-
do, quod viduis, orphanis, ac pauperibus nõ
fauent. Et quare non quæreris Dñe de alijs
pluribus peccatis quæ credibile est hos pessi-
mos homines cõmisisse? Dico quod de hoc
solo q̃[illegible] est, ut significaret, q̃ si ĩ hos paupe-
res se pios ostendissent, per hoc disponerentur,
vt Deus a cæteris peccatis eos abstraheret.
Et etiam ualde notandum, quod in hoc
pietatis opere, quo usus est Dominus cũ hac
uidua

uidua, nos docuit discursum quem in operibus misericordiæ oportet habeamus, quisnā sit fons ex quo dimanare debent, & quō ea prosequi debeamus. Dicit.n. sacer textus, & uidens Dñs Iesus miseram uiduam plorantem pro filio suo defuncto. *Misericordia motus super eam dixit illi, noli flere.* Primum dicit compassionē de ea habuisse. Hic est fons

Aug. li. 9. de Ciuit. Dei. misericordię egeni inopiam dolere. Et ita dicit B. August. Misericordia est quædā alienæ miseriæ in corde nostro compassio, quam si subuenire possumus, vtiq. cōpellimur. Qđ

6 alienæ miseriæ cōpassio nos cogit, vt ei succurramus, si possimus. Ideo cū vos potestis & non vultis proximo vestro subuenire, signum est, quod compassione non habetis, q̄ si haberetis, uos ipsa cōpelleret ei⁹ necessitatem subleuare. Quapropter S. Paulus nobis

Colo. 3. magnopere cōmendat, ut misericordiæ uiscenbus induamur, quod est ornamentum sanctorū, & dilectorū Dei. Et sic dicit: Indui te uos sicut electi Dei: sancti, & dilecti uiscera misericordiæ. Viscera misericordiæ expo scit. Si enim hæc fuerint, absq; dubio erunt etiā, & opera misericordiæ si sint facultates. Mirabile est, quod nos admoneat S. Paulus ut misericordiæ uiscera induamur, ac si in

7 manu nostra id esset Iob de seipso dicit. Ab infantia creuit mecum miseratio, & de vtero matris meæ egressa est mecum. Aperte in

Iob 31. hoc fatetur, q̄ eā nō acquisiuit, sed innuit illa fuisse donum a potenti Dei manu cōcessum. Et ait, q̄ hæc miseratio, quę est naturalis propensio ad misericordiā, (cum qua de vtero matris suæ egressus secum semper accreuit) q̄ non fuit paruum bonū semper in virtute profecisse, & nunquā in ea regressum fuisse. Quot sunt qui optimā habēt indolē & quasi naturæ, ac propensioni suæ uim inferentes, deprauantur, & illā optimā indolē

8 amittunt? Qui aūt non sunt sicut Iob, nec hūt naturalem illā propensionem ad misericordiam, quō misericordia induentur? dicit .n. S. Paulus. Induite uos uiscera misericordiæ, & benignitatem. Dico q̄ debemus hæc uiscera misericordiæ induere, cū quia ardentissimo affectu, & deuotione ea crebrò debemus a Dño postulare, tum plurimis actibus pietatis, assiduaq. diuinarum rerū considera tione hanc cordis mollitiem, & teneritatem acquirere curaturi sumus. Et cum B. Augu. in sua diffinitione uerbū illud; alienæ miseri cordiæ dicat: nobis significat in cælo non futuram esse actualem misericordiam, nulla enim erit miseria. In hoc sæculo exercere nō oportet hanc virtutem. In cuius figura præcipiebat Deus, ut ad purificandū leprosum oleum in sinistrā manu effunderetur. Sic ad Leu. 14.

purificandum animā a peccatis, singulare remediū est opera misericordiæ facere. Sic monuit sanctus Propheta Daniel Nabuchodonosor, dicens: Quamobrē Rex cōsiliū meū Dan. 4.

placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum, forsitan ignoscet Deus peccatis tuis. Hoc est oleum, quod ad peccatoris purificationē effundi oportet. Et uocatur misericor dia oleum, quia sicut oleū omnibus liquori- 9

bus, uelut aquæ aut vino cōmistū, super eos innatat, & oēs operit, ita ut uix appareant: sic misericordia, si cæteris omnibus uirtutibus conferatur, tanquā propinquior charitatis filia super oēs innatat, & omnibus illis excellit. Optima est humilitas, optima tēperātia, optimæ cæteræ uirtutes, melior aūt misericordia. Reliquę nāq; virtutes oēs ad tuū proprium cōmodum diriguntur, misericordia uero in tuum & in alterius commodum intendit. Dicitur ēt oleum, quia cæteras virtutes splendere facit. Depingit pictor imagi Simile.

nem plurimis colorib. antea quā eam oleo lineat nullū splendorē, aut pulchritudinem habere uidetur, & oleum efficit oēs colores 10

splendidos. Sic hō multis uirtutibus, castitate, temperantia, humilitate adornatus, nisi misericordia illuceat, oēs uirtutes apparent sicca, & absque pulchritudine: adornatæ tamen, & illustratæ misericordia, gratæ, & decoræ Deo, & hominib. redduntur. Hoc oleum non est effundēdum in dextera, sed in sinistra. Dextera.n. futuram vitam, sinistra autē præsens sæculum designat. In dextera quæ est gloria, non est cur oleum misericordiæ effundatur, cū ibi nullū sit genus ærumnæ cui succurri debeat. Nō est necesse famelicū cibari, nudū operiri, peregrinum recipi, ubi tanto splendore induti sunt cū tāta glo- 11

riæ abundantia, & in tam fœlicibus mansionibus. Non est necesse ignarum doceri: ubi minimus beatorum peritior est omnibus doctoribus huius sæculi. Non est opus afflictis consolatione, ubi omnes ineffabili lætitia exultant. Hic in sinistra huius uitæ ubi frequentissimæ sunt ærumnæ, necesse est misericordia uti, ad eas subleuandas. Et hoc significauit Deus præcipiens, vt in sinistra oleum effunderetur.

Hæc cordis miseratio, de qua huiusq; lo-

cuti

cuti ſumus fons eſt ex quo mitia uerba, & optima opera manare oportet ad miſeros cōſolādos,ut nos hic docet noſter diuinus Magiſter,de quo dicitur. *Miſericordia mot⁹ ſuper illā dixit illi,noli flere.* Suauibus uerbis eam conſolans,& ſtatim poſt uerba bonum opus,ac ſingulare beneficiū ſubdit, qđ fuit defunctū eius filiū ſuſcitare. Si piū ac compaſſiuū cor habuerimus illico mitia loquemur uerba,quibus afflictos cōſolemur, quā
12 do enim nihilo alio eos adiuuare poſſemus, hoc unū uobis Deus merito maximo cōputaret. Et multo magis cum ſuauibus uerbis bona opera cōmiſcemus iuxta facultatē no
Eccl.4. ſtrā. Hoc nobis ſummopere,Spiritus ſanctus cōmendat,dicens; Non exaſperes pauparē in inopia ſua, cor inopis ne affligeris. Declina pauperi ſine triſtitia aurem tuā, & redde debitum tuum, & redde illi pacifice ī mãſuetudine.O uerba cæleſtia;ò ſingularis amoris,ac clementiæ præceptū. Dñs ꝑ ſua clementia charitatis nobis lenitudinem largiatur.Impleat Diuina Maieſtas hoc tā pretioſo dono corda noſtra,ut poſſimus cęleſtē hanc doctrinam quā hic nos docet,penitus
13 cuſtodire. Quoties hic Spiritus ſanctus negotium hoc repetit; ne pauperes exaſperemus,nec affligamus, nec eos noſtris aſperis uerbis deſolemus;ſed eis caput,& oculos inclinemus, aureſque hilari animo præbeamus,& illos mitiſſime,ac benigniſſimè alloquamur.Perpendite magnopere fratres,pro Dei reuerentia, ſingula hæc uerba, & inter oīa hoc præceptū animaduertite,qđ dicit, & redde debitū tuū. Quod reddatis pauperi cū redditus,diuitias, ac iura ſua a uobis expoſcit,in loculis ueſtris a Deo cōſtituta, ibi enim ea Deus ſibi depoſuit.Omnibus creaturis decreuit Deus uictū ſuū,uſq; ad paſſerculos,ac formicas.Neminē ſine remedio reliquit. Negotiatori uictum preparat De⁹ in negotio,ac induſtria ſua. Agricolæ in agro uictū ſtatuit, mercatori in mercatione cibū
14 collocauit,literato,in libris alimenta propoſuit, artificem deniq; in arte ſua ſuſtentationē uoluit comparare. Pauperi uero ſoli in nulla peculiari re uictum deſignauit. Sed in omnium loculis eius alimoniam deputauit. Oēs ſtatus uoluit eius eſſe debitores. Quapp ſiquidē ſua iura,& redditus expoſcit pauꝑ cū petit eleemoſynā hilares ei aures præbete,debitū perſoluite pacifice, & manſuete, debitoriſq; reſponſionem reddite illi.

Vt Dñs puerū hunc defunctū, ſuſcitaret dicit ſacratus textus,acceſſit,& tetigit loculū. Loculū appellat pheretrū, qđ mortuum portabat,qđ eſt diminutiuū loci,& nō abſque myſterio ,ut intelligas ò peccator,ꝙ loculus,& minimus quidē eſt ille, in quo ſepeliēdus es tu,quē totus orbis uix uī poſſe capere;& maxima cū ſolicitudine domos ædificas,tātoq; opere,& auro atria cōſtruis, acſi immortalis eſſes,& in eis in æternū commoraturus eſſes. De Alexādro Magno legit qđ 15
cū audiret,ꝙ Anaxarchus Philoſophus affirmabat plures eſſe mundos,lachrymatus eſt dicens,heu me miſerū, quia nondū poſſedi niſi unū. Et hic miſer,qui non cōtentus erat uno mundo integro,poſtea q̄ mortuus fuit in paruulo tumulo ſepultus fuit, & duabus ulnis terræ coopertus eſt. Et ſic in eius morte Philoſophus quidā exclamauit dicens: ò Alexander heri nō ſufficiebat tibi totus mūdus,hodie ſufficiūt tibi duę ulnæ terræ. Qđ hanc famē haberet ethnicus,q nihil cęleſte ſperabat,nō de minor;ſed ꝙ Chriſtianus fidei lumine illuſtratus,qui ſperat,quod poſt q̄ cras uita finita fuerit,habitaturus eſt in illis cæleſtibus atrijs in æternum,& tamē hac 16
ſpe fultus illius obliuiſcat, & hoc,qđ mane periturum eſt tam ſolicite & obnixe acquirat.O maximā amentiam? Nullus eſt peregrinus, qui unā noctem quocunque modo non ducat in diuerſorio, licet nudus humi iaceat,dicēs. Vna nox eſt;cras ibo domum meā,& ſuauiter quieſcam. Quare ergo non cōtineamur,in hac uita,quacumq; minima re(uita)inquam(ita breui, ut ne unam quidem noctem certam habeamus,)cum ſpe, quod cras in alia uita nobis illuceſcet,& ſine cōtradictione ſuauiſſime delectabimur? Aliter profecto patres illi ſancti faciebant, aliterq; hac cōſideratione utebātur. Vt Sanctus Paulus exaggerat dicens; Fide,q uocat Heb.11
Abrahā demoratus eſt in terra repromiſſionis,tanq̄ in aliena in caſulis habitando cum Iſaac,& Iacob cohæredibus repromiſſionis eiuſdē. Expectabat.n. fundamēta habētem ciuitatem,cuius artifex,& conditor Deus. 17
O Deus immenſæ bonitatis,quantæ confuſioni,ac pudori ſunt nobis hæc uerba,cū de ijs dicantur,qui in lege gratiæ non uiuebāt ſicut nos uiuimus, cum Deus toties terram illam ipſis promiſiſſet.(Nam ideo dicitur repromiſſionis) in ea quaſi peregrini, & aduenæ in caſulis, ſicut uinitores habitabant. Vnuſquiſque illorum expectabat ciuitatem illam æternorum fundamentorum, cuius

cuius constructionẽ tam exactam summus opifex, & rerum omniũ creator Deus cõfecit. Nos uero tanquã talpæ, ita sub missi in terra iacemus, ac si non maiorem spem haberemus eundi ad æternã gloriæ ciuitatẽ, q̃ Iudas proditor aut Mathoma habent, q̃ absque ulla spe illuc eundi in impiorum sedibus commorantur. O incõmutabilis Deus, aperi Deus meus oculos nostros, ut uideamus, quantum a veritatis uia aberrimus; &
18 deinceps incipiamus caduca hæc, & peritura abijcere, & sũma animi cõtentione, cælestia, q̃ in perpetuum duratura sint q̃ramus.

Attingente Domino loculum, qui mortuum portabãt steterunt. Et ait; *Adolescens tibi dico, surge*. Et statim in eodem instanti mortuus resurrexit: & in eodẽ loculo sedens loqui cæpit. O admirabilem filij Dei potentiã, quæ uno uerbo s mortuos ad uitam reuocat. In hoc modo loquẽdi peculiariter cum defuncto, docuit prædicatores, ꝙ cum peccatoribus peculiariter debemus loqui si uelimus, ut uitã accipiãt. Et hoc dupliciter intelligitur. Vno modo, ut prædicationẽ iuxta auditorũ rationem faciamus. Verum mi-
19 serabile est, qđ si prædicatio sit iuxta mores tuos statim tibi displicet, placet uero, quod iuxta aliorum mores prædicatur. Vestem, & thoraceẽ ultis ad mensurã, & staturã uestrã fieri, prædicationem uero, nequaquam. Si in prædicatione de Ecclesiasticis agatur, & q̃d teneantur facere, & de eorum defectibus & quõ restaurandi sint disceptetur, illi exasperantur, ac indignatione replẽtur, seculares uero summopere delectantur, quia iuxta alterius staturã uestris abscinditur. Si autẽ de secularium moribus agatur, eorumq; uitia corrigantur, illi furore concitantur, Ecclesiastici uero maxime lætãtur. Si de uiris primarijs, & magnatibus disceptetur, gaudent mercatores; si autem mercatores reprehendantur, alij uoluptate afficiũtur. Et sic nemo
20 vellet prædicationẽ ad mensuram suam discindi, Ego tibi dico. Oportet me accõmodare, & scindere doctrinam iuxta statum auditorũ cui prædico, si aliquid utilitatis uolo percipere, quia aliter prædicare, est aerem verberare. Secundo modo intelligitur illud verbum, *Tibi dico*: Quod tali artificio & spiritu doctrina particulariter dicenda est, tamque particularibus uerbis ac tanta cum prudentia prædicari debet, ut unicuique peccatorũ oĩa illa de se dici uideantur, nec in conqueri possit qđ fuerit infamatus. Peccatum extrahit hominẽ a se ipsos, & ita eũ amentem efficit, ut licet cũ eo loquamini uos eũ alio loqui arbitretur: & quanuis in se ea sint vitia, quæ a prædicatore reprehenduntur; credit tamen prædicatorẽ non se, sed de alijs loqui. Quapropter oportet sigillatim loq. Sic. Aduerte cõcubinarie de te dico. Vide usurarie quod Deus cor tuũ scrutatur, & eius nomine hoc tibi dico, quicunq; sis ne alij attribuas. Vide linguose quicunque sis quot 21
sunt dies, ex quo proximo tuo famã detraxisti, & eũ in famẽ reddidisti, uide ꝙ tendis in infernum, nisi te retractaueris atq; ei famã restitueris. Tibi dico surge. Ne arbitreris hoc de alio dici, sed tibi. Quãdiu ita peculiariter nõ prædicabitur, parũ emolumenti ex prædicatoris parte percipietur. Generaliter enim loquendo nũquã peccator intelligit hoc de se, sed de alijs dici. Quando accessit 2.Re.12.
Propheta Nathã ut prædicaret ad Dauid, eũque argueret de peccato, ꝙ cũ Bersabee cõmisit & de homicidio Vriæ, hunc casum ꝓposuit. Homo quidã diues habebat multas oues, & pauperculus non habebat nisi unã paruulam, quã emerat, & nutrierat, & quæ 22
creuerat apud eum cũ filijs eius: simul, de pane illius comedens, & de calice eius bibens, & in sinu illius dormiens, eratq; illi sicut filia. Cum autẽ peregrinus quidã uenisset ad diuitem, parcẽs ille sumere de ouibus, & de bobus suis, ut exhiberet conuiuium peregrino illi, qui uenerat ad se, tulit ouem viri pauperis, & præparaui cibos homini illi qui uenerat ad se: responde mihi iudicium. Et quanquã Dauid prudentissimus erat nõ intellexit se esse diuitẽ illum crudelissimum quousq; sanctus propheta uirili animo illi declarauit: Tu es ille, qui fecisti hanc rem. O si nunc uiriles animos haberemus, & forti pectore essemus, ut cum intelligimus peccatores nõ uti doctrina, quæ in pulpitis prædicatur, priuatim ad eos iremus, sicut iuit Na 23
tham ad Dauid, & sicut iuit gloriosus Baptista ad nequissimũ Herodẽ & ei peculiariter Marc.6.
dixit: Nõ licet tibi habere uxorem fratris tui peccata enim publica tali medela indigent.

Super omnia (ut rem hanc cõcludamus) notandum est; quomodo constituat Deus sua diuina prouidentia defunctum hunc attingere, & eum in porta ciuitatis suscitare. ibi eum expectauit, ut suscitaret, atque ibi illum a mortis faucibus liberauit: ut nos doceret, quod qui uoluerit a Sathanæ dentibus eripi, & a culpa interitu uindicari, cura

rede

re debet,vt illud in porta efficiat. In porta p-
ficienda est hæc admirabiles redemptio , ac
libertas: hoc est,in initijs, peccatorum , an-
teaquam Sathanas eum consuetudine deuin
ciat. Ita nos admonet Sanct. Paulus,dicens:
Rom. 6 Non ergo regnet peccatum in vestro morta
li corpore , vt obediatis cōcupiscentiis eius,
sed nec exhibeatis mēbra uestra arma iniq-
tatis peccato,sed exhibete uos Deo , tanquā
ex mortuis viuentes , & mēbra vestra arma
iustitiæ Deo. O quā singularem rōnē hic no
bis reddit Sanct. Paulus, quare peccato serui
re non debeamus. Siquidem (inquit) corpus
mortale habetis,& qđ cras aut cito moritu-
24 rum est, considerate qui suā vobis malū hoc
attulerit, & cognoscetis peccatum illud ma-
lum attulisse,quod vos immortales,reddidit
mortales: & siquidem tātum incommodum
vobis attulit peccatū,non regnet peccatum
in corpore vestro mortali,nullo mō aditum
ei patefaciatis : quod si aliqñ propter imbe-
cillitatem uestram introierit,nō regnet. Eii-
cite statim in principio ne illud patiamini
uestri dominari,ne tantas uires accipiat, vt
Rex uester fiat, & in vobis regnet. Sed neq;
exhibeatis,&c. Et cauete ne ei arma præbea-
tis, quibus uos interficiat. Heu miseros nos?
qñ enim aspicimus,loquimur, aut audimus
25 res inutiles,& inordinatas, tunc arma exhi-
bemus peccato,vt nos destruat. Qđ si sñiam
excōicationis incurrunt ii , qui infidelibus
arma præstant contra christianos, quare nō
in excōmunicationem Dei incidet, qui con
tra seipsum diabolo arma porrigit ? sed ex-
hibete uos Deo tanquā ex mortuis viuētes.
Quam singularis ratio siquidem peccatum
uos occidit , ne illud in uobis dominari pa-
tiamini. Et qñ quidem Deus uos a morte in
vitam reuocauit, occupate uos totos in eius
seruitute,cū id ei tanto iure debeatis Itaque
26 quod studiosius hic nobis commendat. San-
ctus Paulus est , ut cū aliqñ pp imbecillitatē
nostram inciderimus,curemus in initio no-
bis mederi anteaquā conualescat peccatū;&
hoc est, uitam in porta accipere. Ad hoc p-
Sap. 16. positum inuenietis in libro Sapient. vnam
ex horribilioribus, & magis metuendis sen-
tentiis quæ sunt in sacris literis, vbi dicitur.
In memoria enim sermonū tuorum exter-
minabantur, & uelociter sanabantur , ne in
altam incidentes obliuionem , non possent
vti tuo adiutorio. Attendite fratres . Horri-
bile est enim quod hic dicitur Homines pec
catores(ait sapiens) qui diris serpentib. mor
si fuerant , memor es Domine tuorum diui-
norum uerborum,& q eis ueniam offers,&
ad misericordiā inuitas, ita sese disposuerūt,
vt ipsimet serpentes eos fugerent. Hoc est,
in memoria sermonum tuorum extermina
bantur, quod ipsamet peccata peccatores fu
giebant , cum in eis,memoriam illam ani-
maduerterent. Est hæc phrasis ad exageran
dum, quod memoria misericordiæ Dei mul
tū cōducit,ut peccatores a se peccata expel-
lant. Et cū hæc (inquit) memoria velociter
conuertabantur,ne in altam incidentes obli
uionem, &c. Vt tu Domine ad cor eis locu- 27
tus fuisti,& unicuique dixisti. Væ tibi homi
ni perdito, concurrere ad me : assentiti sunt
dictis tuis. O cælestis Medice,& velociter cō
uersi sunt, si enim diu in peccato se commo
rari paterentur, in tam altā sui ipsorum obli
uionem deuenire possent, ut tuo auxilio vti
nequirent. Hoc est verbum horribile , quod
uobis dicebam. Omnib. Deus manum porri
git, & eius causa nunquā deficimus, uerū cū
quis diu in peccato est, nec prædicationibus
admonitus , nec diuinis ictibus perterritus,
a peccato uult exire. In tantā sui obliuionē
deuenit,ut licet postea uelit,nequeat, tamen
in se reuerti,quia in malum ita obcalluit, ut
ab eo exire non fit in manu sua. Eia lapides, 28
quis hęc audiens toto corpore non contre-
miscet? Vultis in malis vestris commorari,
quousque ad hanc obliuionem perueniatis?
quam dicit hic sapiens ? O propter reueren-
tiam Dei fratres, ne ex pectus, ut in tantam
calamitatem incidatis. Curate,ut in porta,
idest,in principio resurgatis . Et non modo
non debemus expectare, ut iam post pecca-
tum curaremur, licet sit in principio eius:
sed diligentissime omni tentationis initio
conuenit,resistamus. Hæc est.n.propria pec- Simile.
cati ianua, in qua uelocissime malæ cogita-
tionis scintilla excuti oportet, antequam in
corde radicetur. Flamma ignis facile in ini-
tio extinguitur, ac planta ex paruo tpe sata 29
facile euellit ? postquā aūt flamma cōualuit
difficillime extinguitur, & postquam radica
ta est planta,difficulter euellitur. Atque (vt
experientia patet) cum maximum saxū est
in montis cacumine,facillimo negotio con Simile.
firmari potest,ne excidat , postquā autē per
uallem præcipitari cœpit , difficillimum est
huius motus furiæ resistere. O sancte Deus
quam facile possunt homines ab omnibus
malis abstineri in initijs tentationum , & q
difficiliter possunt resistere,postquam semel
inflam-

in flāmati sunt, & in uitijs altissimas radices egerunt, & tanquā sexū maximo impetu, de malo in deteriora labuntur. Modus aūt, quo his resistendum est, hic est, sut statim oculos aīæ in effigiē Iesu Christi crucifixi conijciamus, contēplantes eum cum oī illo horrore, & miseria, qua in cruce pendebat, per totum corpus sanguinis riuos effundens, & maximā lachrymarū copiam a suis sacratissimis oculis immittēs. Recordantes, qđ hæc oīa p pessus est, ut peccatū destrueret, & cum hac memoria maximo cordis effectu supplice-
30 mus, dicentes: O dulcissime Reparator aīæ meæ. Qđ Dñe ibi affixus es tu, ne ego peccarē, & tñ ego te offendā? Ne uelit tua infinita clementia, ut in tm̄ ingratitudinis gen' incidā. Adiuua me Deus salutaris meus, ne me derelinquas. Beatus qui tenebit, & allidet
Ps. 136. paruulos suos ad petrā. Fælix (inqt Dauid) qui cogitationes suas in principijs apprehendit, et eas infringit ad petrā q est Iesus Christus filius Dei, et Dñs noster, et cōsideratione laborū, quos passus est, ut nos peccato liberaret. Auxilietur nobis diuina Maiestas, pro illa charitate, qua hos labores est, ut his tā salutiferis admonitionib. sciamus uti, et eius gratiā, ad postea gloriā cōsequi mereamur: ad q̄ nos pducat Iesus Marię fili'. Am.

31 Feria VI. post Dominicam IIII. In Quadragesima.

Erat quidam languens Lazarus a Bethania, de castello Mariæ & Marthę sororum eius. *Ioan.* 11.



Arrat Sanct. Euāgeliū qđ in vico quoddam noīe Bethania ppe Hierosolymā, duę erant soro-
1 res, altera Maria, altera vero Martha. Atq. hæ sorores habebant secū uirum nobilem fratrē suum, noīe Lazarū q ęgrotabat. Vnde colligit illos fuisse pacificos fratres, cum simul in una domo morarent. Qñ parentes obeūt, raro filij pacifici remanēt pp vtilitatē, & diuitiarum diuisionē. Quod satis male vr. De lege gratie dixit S. Zacharias (vt refert S. Lucas:) Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quib. visitauit nos oriens ex alto, &c. Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Vbi legē Euangelicā viā pacis nuncupauit. Quapp debemus oēs
Luc. 1. Christiani in summa cōcordia uiuere cū p-ximis nostris. Et est valde exclamabilis Deo, ac malū hominib. præbet exēplū discordia inter Christianos, quanto ergo execrabilior erit Deo & hominibus discordia, & his inter ipsos fratres unius parētes filios, atq. ex una matre natos. Vt Patriarcha Abraham horū malorum occasiones tolleret, dedit cuncta
quæ possederat Isaac, filiis autem concubi- Gen. 25
narū largitus est munera, & separauit eos ab Isaac filio suo, dū adhuc ipse viueret. Ante obitum suum bona sua inter filios diuisit, inter filium, quem ex Sara habuit, & inter filios secundarum vxorum: & reliquit eos san-
ctus vir prudentia sua omnes pacificos, & 2
contentos. O quam salutiferum consilium fratres mei, ijs, qui liberos habetis. vt modò dum uiuitis substantiam vestram inter eos diuidatis, & eos paterno hoc amore, pacificos, & quietos relinquatis. O quot lites, & offensiones Dei euitarentur, si hoc faceretis. Vos autem propter cupiditatem, ne diuitias vestras in vita diuidatis, ne ve illas a uobis alienetis, nihil curatis, nec doletis, etiam si filij uestri propter hæreditatis diuisionē in infernum detrudantur. Hi beati fratres, de quibus loquitur sanctum Euangelium iam
parente orbi erant, sed tamen pacifici, & in 3
fraternitate remanserunt, ut antea.

Cum igitur Lazarus infirmaretur, cōstituerunt sorores nuncium mittere ad Christum & Redemptorem nostrum, laborē suū ei exponentes, & epistolā ad illum scribunt in qua ei dicebant. *Ecce quem amas, infirmatur*. Non audent salutē petere, sed tantum modo necessitatem suam illi declarant, Domine non est tuum diligere, & obliuisci, quē amas infirmatur, prouide, quod nobis plus conuenit nescimus enim, quando nobis salus deest, utrum sit melius, ea carere, an impetrare. Tanquam cupidos in nulla re errandi oportet nos dicere. Domine hoc mihi deest: prouide tu quod magis conuenit.

Respondit Dominus; *Infirmitas hæc non* 4
est ad mortem, sed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam. O bone Iesu, vere hominū amator, quid hoc est Dñe mi, qđ uelis honorē acquirere cū labore, & morte hominis tā amici & familiaris tui? Siquidem hæc infirmitas non est ad mortē, qua debeat Lazarus uniuersali debito satisfacere (omnibus enim semel moriēdū est) uis ut atrocissimum mortis periculum patiatur, ut tu inde gloriam haurias? Qñ fecisti conuiuium in monte illi turbæ plurimæ, accepto benefi-

cio noluerunt te regẽ efferre, tu aũt honorẽ illum fugiſti quo homines te afficere uolebant hic aũt uis gloriã acquirere, cum tanto labore hominis, tã familiaris tui? O incomprehenſibilia Dei iudicia, quos modos quærit, ut nobis manifeſtet, quanto ſtudio ſalutem noſtrã deſideret. Quod erat hominib. magis neceſſarium, erat ut crederet, ꝙ Ieſus Chriſtus eſt uerus Deus, & hõ, & ut talis ſuper oĩa ab ipſis diligeretur. Atq; ut in hanc cognitionẽ, & amorẽ deuenirẽt, uult ut La-
5 zarus moriatur, & ꝙ cũ detrimento, & morte tanti amici ſui eius potẽtia manifeſtetur, ad utilitatem hominum, & hanc utilitatem noſtram uocat gloriam ſuã pro ſuo nimio ĩ nos amore. O benedictus & glorificatus ſit talis dñs. Benedicant tibi oẽs Hierarchiæ cęli, & totus terrarũ orbis laudet nomen tuũ, Deus ſalutaris noſter, refugium animarum noſtrarum, qui tanti nos æſtimas, tantoque amore nos amplecteris, ut ſalutem noſtram appelles gloriam tuam. O q̃ conſentaneũ eſſet, ut nihil in toto terrarũ orbe glorioſum, nihil decorũ, nihil deniq; honorificum putaremus, præter id, ꝙ ad huius noſtri diuini
6 amatoris ſeruitutem maximam ſpectaret.

Vt ergo audiuit dñs, quod Lazarus infirmabatur, duos dies illic commoratus eſt. Quis modus hic (humano uideri) auxiliandi infirmo? Attendite fratres, cum aliquo labore oppreſſos uos uideritis, & rogaueritis pro uobis ſacrificia offerri, & oratis: Deus tamen uidetur demorari, ne paruo flumine demergamini. Deus. n. tempus, & occaſionẽ expectat. Optimè nouit quid potius uobis
Eſai. 28. conueniat. Ideo Iſaia dicebat. Qui crediderit, nõ feſtinet. Et Habacuc: Si moram fecerit,
Haba. 2 expectat illum, quia ueniẽs, ueniet, & nõ tardabit. Illud nõ feſtinet, eſt dicere: Ne ſtatim deficias, & deſperes. Et illa uerborũ duplicatio: Veniens, ueniet, ſignificat utiliſſimũ aduentum, & ualdè opportunum, & opportunitatem expectare, non eſt demorari.

7 Poſt duos dies diſcipulis ſuis: *Eamus iterũ in Iudæã, & audientes hoc diſcipuli dixerunt illi. Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum uadis illuc?* Nõ obſtat hoc, eundũ eſt nobis ad conficiendũ negotiũ redẽptionis, licet uitã perdamus. Sæpe dñs in Iudæã iuerat pp hoc negotium, ad qđ Pater æternus eum miſerat, & quanquã Iudæi eũ crudeliter tractauerũt, non ideo impeditur, quo minus illud redeat ad diuinum redemptionis negotium conficiendũ. Homines q rem aliquam uerè, & ex animo expetũt nullum lapidem intactum, nihilque intẽtatum relinquiunt, ut illam conſequantur, ſolum in rebus ſpiritualibus ſtatim ſiſtimus, quacunque minima contradictione impediamur, non ulterius progredimur, & ſic opera noſtra bona incepta manẽt, & ferè nunquã perficiuntur. Videamus nunc, quæ ſit ratio, quare cum Dauid Gigantem Goliath ſuperauerit, & primo ſaxo eum præcipitauerit, 1. Re. 17
cum poſtea caput eius gladio abſciderit, nõ ſeruatum fuerit ſaxum in templo, ut ſeruatus eſt gladius? Ratio huius fuit quia per 8
lapidem cępit uictoria; enſis uero fuit ultimum inſtrumentum, quo impoſitus eſt finis prælio. Vt in hoc ſignificetur, quod non tam conſiderat Deus bonorum operum initia, quam ipſorum fęliciſſimũ finem. Quapropter opus uirili, & conſtanti pectore, ad reſiſtendum contradictionibus, quæ in incepti boni uia offeruntur, & per omnes difficultates tranſeundum, quouſque bona opera penitus conſummentur. Vt enim Sãctus Iſidorus: Salus, ſolis perſeuerantibus datur: Iſid. lib. de sũmo bono.
non enim beatus erit, qui bonum facit, ſed qui perſeueranter facit. Totius huius cęleſtis doctrinæ nobis exemplum præbet noſter cęleſtis Magiſter inuincibili illo pectore, & diuino animo, dicens; Eamus iterum in Iudæam, &c. 9

Et poſt hæc dicit eis: *Lazarus amicus noſter dormit.* Et inferius eius declarauit, quòd amicus ſuus Lazarus defunctus eſſet. Nec enim quod iuuenis, aut diues, aut quod illuſtris eſſet ei profuit, ut mortis fauces effugeret. Ideo Dauid dicit: Nolite confidere in Pſal. 14.
principibus, in quibus non eſt ſalus, exibit ſpirit⁹ eius, & reuertetur in terram ſuam; in illa die peribunt omnes cogitationes eorũ. Princeps, & filius hominis animam exhalabit, ideſt, uir egregius, & infirmus. In illa die peribunt omnes, &c. ideſt, omnino finientur in illa die machinæ illæ, quas in cogitatione ſua fabricabant, illæ turres aereæ tunc 10
corruẽt. Et apertè patet quod de uanis eorũ cogitationibus, & ambitionib. ac uoluptatibus loquatur, cum dicat: Peribunt. Cogitationes enim ſanctæ bonorum non pereunt, ſed in acceptatione diuina permanent, ut dicit de illis Sapiens. Cogitatio illorum apud Sap. 5.
altiſſimum, ut eos in æternũ remuneret. Cogitationes, & demolitiones malorum, quibus modos quærunt, ut ſe delicatè tractent, omnes illic perierunt, & pro eis æterna tor-

menta patietur. O quã merito hos cõmina-
Amos 4 tur Propheta. Amos dicens: Audite verbum
hoc uaccæ pingues, quæ estis in mõte Sama-
riæ, quæ calumniã facitis egenis, & confrin-
gitis pauperes, quæ dicitis dominis vestris:
afferte, & bibemus. Iurauit Dñs Deus in san-
cto suo, q a ecce dies uenirẽt sup uos, & leua
bunt uos in contis, & reliquias uestras in ol
lis feruentibus. Væ uobis vaccæ pingues, q̃
cum pauperum sudore pinguescitis. Iurauit
æternus Pater unicum filium suum, ꝙ pœ-
nas debitas sibi dabitis, & ꝙ hæ carnes, quas
11 tã delicatè tractatis in inferni ollis coquen-
dæ sunt in æternũ. Quã miserabile est vide-
re gregem ita exultantẽ ad occisionẽ perge-
re, ac si ad pastũ duceretur. O miserrimi pec
catores, quare nõ animaduertitis, ꝙ in occi-
sionẽ inferni pergitis, & ita hilares; ac luden
tes itis, acsi ad aliquem uoluptatis, & recrea-
tionis locum veheremini: & quasi si essetis
vaccæ, & bruta animalia, quibus nihil aliud
est, q̃ oriri & mori. Fratres resipiscite quæso:
hoĩes enim estis rationales, & fidẽ habetis,
ne in his rebus confidatis, cùm uos morte li
berare non sufficiant: imò sunt uiæ, quę uos
ad æternã cõdemnationẽ deducẽt. Nec pro-
fuit Lazaro, ut eum à morte eriperet, maxi
12 ma necessitudo, q̃ eũ Christo Redẽptore no
Rom. 8. stro habebat. Et hoc est, ꝙ S. Paulus obscu-
rissimis quibusdã uerbis exaggerat, dicens:
autem Christus in vobis est, corpus quidem
mortuum est pp̃ peccatum, spiritus uerò ui
uit pp iustificationem. i. licet homo iustifi-
cationis gratiam consequatur, corpus tamẽ
remanet mortale, corporali morti subiectũ,
in supplicium primi peccati, per ꝙ mors in
mũdum intrauit. Et hoc significat, Si Chri-
stus in uobis est p gratiã, corpus quidẽ mor
tuum est pp peccatum. i. ꝙ remanet tamen
mortale. Spiritus autem uiuificatus manet
per iustificationem. O q̃ admirabilis exag-
geratio hæc est. Vult dicere, ꝙ quamuis tan
tum sit donũ iustificationis, non liberat ho-
minẽ morte. Nõ cessat mors, etsi cessat pec-
catũ, ne fidei meritum cesset. Si enim homo
13 in se corporis immortalitatẽ uideret, & qđ
non moreretur, hoc infallibile esset argu-
mẽtum, ꝙ iustificatus esset. Et sic honor, &
utilitas corpori adderet, spiritui uero meri-
tũ maximũ auferret. Atq; ẽt esset contẽptus
aliquis gratiæ, q a si p iustificationẽ, & ami-
citiã Dei, immortalitatem homines impe-
trarent diligentius curarent baptismalẽ gra
tiam adipisci, ut morte liberarentur, quam

propter ipsam gratiam. Ex hac exaggeratio
ne D. Pauli. s. quod ne gratia quidẽ nos mor
te liberat, infert idem Apostolus rationem
efficacissimã, ut peccatum execremur. Dicit
enim: Non ergo regnet peccatum in uestro
mortali corpore. Attendite quam optimam
rationem, ad non peccãdum. Siquidem per
peccatum primi parẽtis corpus uestrũ mor-
tale effectum est, & morti subiectum ꝙ est
tantum malum, & pp alienum peccatum,
quid erit pp vestrum proprium? si peccatum
parentis tui adeo tibi obfuit, quantum dam
num tuum proprium tibi inferet? Absque 14
dubio maius tibi malum afferet. Nam illud
alienum peccatum corpus tuum mortale
reddidit, ut in uniuersali resurrectione resur
gat, & ibi damnum hoc resarcietur, peccatũ
aũt proprium æterno interitu animam occi
dit. Quapp attende qũo uiuas. Caue a pecca
to cum tam uenenosum sit. Atque etiam ex
ijsdem uerbis S. Pauli aliud fortissimum, &
subtilissimum argumentum elicitur. Pecca-
tum actuale patris nostri prius fuit cã nr̃o-
rum, originaliũ peccatorum pp q̃ corpora
nr̃a morti remanent subiecta: ergo pp pec-
cata mortalia actualia magis subiecta, & a-
stricta erunt ad mortem. Quemadmodum Simile.
homo, qui pp furtum, ad mortem remanet
obligatus, si postea in homicidiũ, proditio- 15
nem, aut hęresim incidat, magis astrictus ad
illã remanet. Ex quo infertur, ꝙ quanto gra
uiora peccata committimus, tanto digniо-
res sumus, quib. uita minuatur, & citiꝰ mors
obrepat. Et hoc est, quod ad literã dicit Sa- Sap. 1.
piẽs: Iniustitia autem mortis est acquisitio.
Impijs autẽ manibus, & verbis accersierunt
illã. Dicit, quod iniqua uita allicit ad se mor
tem. Quod uita peccatrix, & iniusta, quasi
funibus mortem attrahit, ut citius accedat,
& quod impij, uerbis, ac operib. suis eã sem-
per accersiunt. Significat in omnibus his, ꝙ
quo quis maior peccator est, eo dignior est
cui Deus dies uita breuiet, & quod realiter,
& uerè multis propter eorum peccata Deus
uitam breuiet? ut etiam significant uerba il-
la Prophetæ. Viri sanguinum non dimidia-
bunt dies suos. Et alia ubi dicit, loquens de 16
peccatore quedam. Minorasti dies tẽporis Psal. 56.
eius, & perfudisti eum confusione. Et siqui- Psal. 88.
dem scriptura, quæ fallere non potest, nobis
dicit, ꝙ propter peccata minuit Deus uitã,
qui sic uitam diligitis, & multos annos viue
re cupitis, quare peccatis, cũ peccata uestra
sint funes, q morte alliciũt, ut ueniat, & uos

in

in infernũ pcipitet. O stulti, stulti, stulti De⁹ vobis det sensum. Deus uobis det sensum. Deus uobis det sensum. Quãuis ꝑpter nihil aliud esset, q̃ ꝑpter hoc, oporteret vos peccata maxime execrari, q̃to magis, si ꝙ pcipuũ est, aduertis, quod nõ est iustum, ut tam bonus Deus, cuique tantis beneficijs deuincti
16 estis à uobis aliquo modo offendatur.

Cum iã Lazarus mortuus esset, ait Dñs *Vado, ut somno excitem eum*. Discipuli autẽ arbitrantes eum de corporali somno loqui,
17 dixerunt ei: *Domine, si dormit saluus erit.* Ecce quõ discessum ei uolunt impedire, quot rationes quærunt, ut illum ab hoc itinere diuertant. Antea dixerant. Heri uolebant lapidare, modo verò dicunt. Si dormit nõ est opus nos illuc ire, infirmitatẽ hanc nõ oportet esse periculosam. O sensualitas quæ muis in omnibus audiri, & in oĩbus habere suffragium, licèt sit Deus, qui loquitur? quas cãs scit quærere caro nostra ad fugiendum laborem: Aliquando proprium periculum vobis obijcit. Domine lapidabunt nos. Quod si hoc nõ sufficit, proponit parũ alienę vtilita-
18 tis, si dormit, non est cur illuc eamus. Et vereor, ne eius suffragium sæpius præualeat. Cum enim sensualitas dicit, unde quod occidis te, unde quod Deo displicẽt extrema, & q̃d ex hoc nihil vtilitates percipit proximus non habemus pectus ad resistẽdum ei, sicut bonus dñs restitit apparentibus rationibus, quib. ei discipuli sui dissuadebãt iter. O pusillanimes, pusillanimes, quos quæcunq; minima sensualitatis repugnantia augit, ne q̃d bonum apprehendatis, quantumcunque illud Deus præcipiat non animaduertitis, q̃ ipso facto, quod Deus aliquid præcipit, obligatur uobis fauere ad eius executionem, & omnes contradictiones auferendas, quæ in
19 tali re sese obtulerint: Quando Deus præcipit Moysi, vt iret in Ægyptum ad redimendos Hebræos, multas cãs opponebat Moyses, quæ iter impedirent, & oĩbus his respondebat Deus, promittens se ei in oĩbus auxiliaturum. Cum esset difficile, quod Deus illi iubebat, repugnabat caro, & tantum onus fugiebat, quærebatq; occasiones, ne Deo obtemperaret. Primũ excusationem adhibet, dicẽs: Quis sum ego, ut uadam ad Pharaonẽ? domine, ego sum pauperculus pastor, q ad nihil aliud prosum, nisi ad custodiẽdum hunc paucũ gregem, non autem ut educã filios Israel de Ægypto, adimit Deus hãc difficultatẽ, dicens: Ego ero tecum. Ne cõside-

Exod. 3. & 4.

res quis nã sis, nec rei magnitudinẽ, nec Regis potentiam animaduertas, sed considera me, & mandatũ meum, non solum enim te adiuuabo, sed ero illi tecum. Vide utrùm sit timendũ, cùm tale habeas auxilium. Ablata omni hac difficultate, aliã statim proponit, dicens: Ecce, ego uadã ad filios Israel, & dicam eis. Deus patrum vestrorum misit me ad vos: Ego iturus sum, vt loquar de Deo, ad filios Israel homo tã ignarus, vt ne nomẽ quidem eius, aut qui vocetur, sciã? Non hoc erit impedimentum (ait dominus.) Ego sũ, 20
qui sum. Nomen meum est, quod habet infinitã essentiã. In Hebræo verò est: Ego ero, qui ero, Quod significat, hoc opus ostendet, qualis Deus ego sim. Talia operabor, vt oẽs omnipotentiam, fortitudinemq́ue meã cognoscant, dempta hac difficultate, statim aliam obijcit: Non credẽt mihi, nec audient vocem meam. Etiam hanc difficultatem tollit, concedens ei potestatem, ad faciendã prodigia, & ita dixit ei. Quid est, quod tenes in manu tua? Respondit, virga. Et facultatẽ 21
illi dedit, vt illa virga mirabilia faceret, nec hoc quidem suffecit, sed aliam excusationẽ reddit, dicens: Obsecro domine, non sum eloquens ab hæri, & nudiustertius, ex quo locutus es ad seruum tuum impeditioris, & tardioris linguæ sum. Sum balbus, & nescio loqui. O quam indomita est caro nostra, & quãtum subterfugit rerum grauium onus. Totum hoc ex amore ꝓprio proficiscitur, Et est hic valde notanda res quædam obstupenda. In his enim verbis Moysi, ab heri, & nudiustertius, ex quo locutus es ad seruum tuum, &c. videtur ostendere, hæc non vno solũ die fuisse, sed in triduo. Vt videatis patientiã Dei, & repugnantiã Moysi. Triduo cũ eo has res egit: Moyses verò causas offerebat, & Deus omnes auferebat, ac pollicebatur oẽs difficultates se adempturũ esse, 22
sicut etiã huic excusationi respondit, dicens: Quis fecit os hominis, nõne ego? Perge igitur, & ego ero in ore tuo, doceboq; quid loquaris. Cum vidit Moyses, quod omnibus suis excusationibus satisfaciebat Deus, dixit: Obsecro domine, mitte quem missurus es, hoc est. Siquidẽ pollicitus es te missurum esse in mundum Redemptorẽ, mitte nunc illũ, vt eos liberet, non mõ corporali captiuitate, sed eos, & uniuersum mundum spirituali seruitute redimat. Audiens Deus tot excusationes, iratus est in Moysem (vt ibidẽ ait sanctus textus.) Iratus est dñs in Moysẽ,

& non respondit ad hoc. Vult diuina Maiestas, ne quæramus occasiones, ad eius præcepta non adimplenda, quãuis sint cũ bona intentione. Bonã intentionem habebat in hoc ultimo Moyses: uidebatur enim sibi parum populo illi profuturũ esse, si ab illa captiuitate auferrentur, cum tamen peccatorum uinculis tenerentur. Attamen irascitur Deus cõtra eũ: In his oĩbus excusationibus Moy-
23 si circa pceptum Dei, apertè manifestatur, ꝙ quotidie inter nos agitur, & inconuenientia
ⅲ quæ sensualitas nostra nobis offert, in quacunque re uirtutis, quam uelimus apprehendere. Verùm, quemadmodũ illi oẽs excusationes omnipotẽs Deus ademit, ita oportet nos cõfidere, quod oẽs difficultates nostras, quæ sese in bonorum operi executione obtulerint, ipse adęquabit. Quapropter, fratres, ne simus pusillanimes, cum talem adiutorẽ pro nobis habeamus, qui toties in Scriptura promisit se suis esse fauturum.

Tunc ergo dixit eis manifeste: *Lazarus*
ⅲ *mortuus est, eamus ad eum.* Dum dixit, illum dormire, addidit. Vado, ut a somno excitem
24 eũ. Nõ vero cũ dicit illũ mortuũ esse, addit: Eamus ad eũ. Et nõ eamus ad resuscitandũ eũ. Verbum enim excitationis nõ est uerbũ iactantiæ, nullũ in dicente significat excellentiã, quicunque enim põt excitare alium dormientẽ, hic aũt stetit, & non dixit, eamus ad resuscitandũ eum, ꝙ est verbũ maximæ excellentiæ, ut nos doceat in oĩbus inanẽ gloriã effugere, & verborũ elationẽ euitare. Veri enim humiles in oĩbus humiliantur, tã in operibus, q̃ in uerbis, ut apparuit in sancto Moyse, de quo legitur. Qd cũ iã à Deo institutus esset tanti populi dux, & princeps excellentissimus, loquens cũ socero suo, dixit ei: Vadã & reuertar ad fratres meos in Ægyptũ, ut uideã si adhuc uiuãt. Nõ dicit, uado, ut eos a seruitute auferã, ꝙ erat uerbũ maxi-
Exod. 4. mæ excellentiæ, sed dicit humiliter. Vado ad fratres meos, ut uideam si uiuant. Videte q̃ humilia uerba. Dedit eos Deus sibi in
25 subiectos, ille uero uocat eos fratres suos: Præcepit ei Deus, ut eas ad liberandum eos, ille uero dicit; Eo ut uisitem eos. Etiã nobis Sanctus Paulus præbuit huius humilitatis exemplum, dicens. Desidero uidere uos, ut aliquid impertiar uobis gratię spiritualis ad
Rom. 1. confirmãdos uos, id est, simul cõsolari in uobis. Videte humilitatem Sancti Pauli. Non promittit se maximã prædicationem facturũ, aut mirabilia miracula esse operaturum, sed aliquid gratiæ, nec quidẽ dixit aliquam gratiam, est enim humilior loquẽdi modus cum dicimus, aliquid pecuniæ, quam cum dicimus, aliquam pecuniam dabo uobis. Ita hic dicit aliquid gratiæ spiritualis uobis impertiar. Cum autem loquitur de eo, quod illi facturi sunt, & de fructu, quem percepturi sunt, non loquitur per diminutionem, sed 26
absolute dicens: ad confirmandos uos. Vult dicere, ita feruidos, & studiosos diuini uerbi uos considero, ut ex hac parua gratia spirituali, quæ in mea prædicatione est, sperem uos maximum fructum esse percepturos. Discite fratres mei has diuinas lectiones, ut omnia uerba arrogantiæ fugientes, humillima uerba loquamini, & cordis humilitatem significantia.

Iuit igitur Dñs, & cũ accessisset, iam quatuor erant dies ex quo Lazarus defunctus erat, & exiuit ad eũ Martha, dicens; *Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.* Etiã postq̃ mortuus fuerat, cũ fratrẽ uocat. Ita enim esse oportet, ut etiã postquam mortui sunt, defunctis fraternitatem obseruemus. O quãtus defectus est circa hoc. Crude 27
delissimum est pfectò quòd, mortuo fratre, aut patre uestro, ita eorũ obliuiscamini, ac si ij nunquam fuissent, cum etiam canes se fideles in mortuos præbeant. Vnde arbitramũr consuetudinem dimanasse ponendi in tumulis ad pedes mortuorũ simulachra canũ, nisi ad significandam eorũ fidelitatem cum mortuis? Refert Sanctus Ambrosius, quod Ambro.
cum homo quidã alium ex Antiochia interfecisset, mãsit cum mortuo canis, qui illum comitabatur antea, illum etiam tunc comitans maximis ululatibus, quib. significabat dolorem, quem ex nece domini sui acceperat, cumque multi homines accederent ad uidendum mortuum, accessit inter eos etiã 28
homicida, dissimulans, quem cũ canis uidisset, & agnouisset, in eum inuasit, & dentibus tenuit, significans illum esse, qui Dominum suum interfecerat, nec eũ dimisit, quousque homicida confessus fuit se delictum illud cõmisisse, & inde ad supplicium ductus est. Hanc historiam assumpsit S. Ambrosius ex Pli. li. de
Plinio in libro de naturali historia, ubi ca- nat. hist.
sum hunc memorat, & alios mirabiles ad hoc propositũ refert. O mirã animalium fidelitatem, ò miseram rationalium hominũ infidelitatem. Ne patiamini (per reuerentiam Dei) cum homines sitis, pleni rationis, & consilij, & cum Christiani sitis, ut bruta

animan-


animantia vobis excellāt. Attendite, q̄ sicut eum defunctis vestris feceritis, sic (diuina p̄missione) filij vestri vobiscum agent.

Post Marthā accessit etiam Maria. *Iesus autem, ut uidit eam plorantem, & Iudaeos plorantes infremuit spiritu.* Oēs pro defuncto Lazaro lachrymantur. O quantum oportet omnes iusti mortem lamentari, quia mūdo maximè necessarius est. Valet tantū iustus, ut eius causa plurimos peccatores Deus ferat, ut patet in Moyse: Et vt dixit Deus A-
29 brahæ de Sodomitis. Hæc de causa sæpe do-
Exo.32. minus iustos à mundo aufert, ne pro pecca-
Gen.18. torib. intercedant. Maledictis ciuibus Sodo-
Gen.19. mæ abstulit Loth, vt eos combureret: Noe
Gene.7. inclusit Deus in arca, eumque ab hominem familiaritate segregauit, vt mundum euerteret. Magnum signū est, quod Deus est iratus in aliquod regnū, aut ciuitatem cum ab ea sanctos viros abstrahit, quos etiā aufert, ne dolorem accipiant, cùm videant maxima supplicia, quibus vult vicinos suos punire. Cum voluit Deus euertere Hierusalem pro-
4 Re.21. pter eius peccata, voluit, vt prius Rex Ioas obiret, & eius plurimas virtutes annumerans, addidit dicens. Idcircò colligā te ad patres tuos, & colligeris ad sepulchrum tuum in pace, vt non uideant oculi tui omnia ma-
30 la, quæ inducturus sum in locum istū. Fuit mors huius optimi regis signum supplicij, quo Deus volebat Iudæam afficere, non.n. diu durare potest domus cum ab ea colūnæ subtrahuntur, quæ eam sustinent. Columnę reipublicæ sunt iusti, quibus Deus eam fulsit, cum videamus has columnas nobis auferri, ploremus, & à Deo misericordiam postulemus, antequam in eius fortissimas manus incidamus.

Plorantes omnes perrexerunt cum Dn̄o ad sepulchrum, ad quod cum accessisset: *Lachrimatus est Iesus*, & non modo lachrymatus est, uerum & infremuit spiritu. Magnū aliq̄d, & terribile oportet fuisse, quod optimus Iesus in pectore suo habebat, cum ita infremuerit, & suspirarit. Quid autem fue-
31 rit, quis intelliget? fortasse aduenit ei horror hic, & infremuit, considerans duritiem, & pertinaciam Iudæorum, quæ eum cogebat mortuos iam fœtidos resuscitare, ad eos cōuertendos, & quod nihil eorum profuturum esset. Idcircò Dominus secus sepulchrū maximam vocem extulit dicens. *Lazare, ueni forqs, & statim prodijt.* O potentissimum verbum, cui statim mortuus obediuit, & surrexit. O Christe largitor vitæ, & destructor mortis, extolle domine voces ad animas nostras mortuas, vt sepulchris exeant, in quib. sepultæ sunt. Vni voci obediuit Lazarus, & surrexit, tot verò vocibus, quibus te, ò miserrime peccator vocat Deus, non vis responde-
re, nec exire, sed in peccatorum sepulchro cō- Psal.87.
moraris? Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, & quorum non es memor amplius. Ita tui ipsius, & Dei immemor quasi mortui, qui in sepulchris iacent. Si cum auceps illices suos facit, Inscium, & incautum ani-
mal, quod in spelunca sua latet, sciret, quod 32
in ostio paratus est sibi laqueus, non esset Dissimile.
mirum, si potius in spelunca se mori pateret quam ab ea exire uellet. Tu autem homo, quem Deus tam suauibus vocibus vocat, cuius que brachijs extensis, ad recipiendum te cum misericordia, uitamque æternam tibi concedendam, nec tamen ab ea spelunca exire vis? O miserum te, & cæcum, siquidem tantum bonum contemnis. Non sit ergo sit fratres mei, sed absque vlla more statim, quæ vobis Deus præcipit, exequimini. Aduertite quòd nihil à uobis petit, quod hic statim nō possitis facere, non est cur dicatis, sinite me ire domum meam, & illis faciam. Hic, hic potestis facere, quod Deus petit, absque co moueamini ab isto loco, hic potestis peccata uestra dolere, hic potestis firmiter proponere, amplius non peccare. Hic potestis statuere facere, quod debetis. Hic potestis inten-
tionem habere peccata uestra purissime con- 33
fitendi, & faciendi omnia, quæ vobis illic præcipientur. Et ita per diuinam misericordiam ad gratiam resurgetis, qua æternam gloriā comparetis, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Sabbatho post Dominicam IIII. in quadragesima.

Dicebat Iesus turbis Iudæorū. Ego sū lux mundi, &c. Ioan. 8.



NArrat S. Ioannes, quod postq̄ R.N. Iesus Christus liberauit illā mulierem adulterā a manib. Iudæorum, ac Pharisæorum, tanta pietate, & tā admirabili prudentia, mirificum quendam sermonem habuit, uolens Iudæos suauibus

uerbis attrahere, vt se verum Deum, & hominem animis agnoscerent, & ore faterentur. Atque in hoc sermone diuina illa uerba dixit: *Ego sum lux mundi.* O quam fœlices nuncij sunt hi hominib. in mundo cōmorātibus, in quib. nobis declaratur, quam gratis in cælum ascendere possumus, auxilia.n. & fauore diuini gratis dantur. Quod si dicaris quō doc probabis? quō? videte quid dicat Dñs. Ego sum lux mundi. Dicite, quando vidistis vos lucem emi, aut vendi? quando dixistis: date mihi lucē ad duas libras, aut da
2 te mihi claritatem duob. nummis? Nemo vnquam tale dixit, non enim lux emi solet. Nihil viliori pretio habetur, quam sol. Dormitis, & cum non arbitramini videtis solem ingredientem per fenestram uestram. Videamus, hic sol visitat nos pp aliquiā vt ibitatem suam? Non profectò. O benedictus, & glorificatus sit Deus noster, quam gratis se hominib. prebet, & q̄ vniuersaliter communicatur ijs, qui ei aditum patefaciunt, & eum in domum suā recipiunt. Et hæc omnia significauit dicens: Ego sum lux mundi. Arbitrabantur falso Iudæi, q̄ sibi solus venturus e-
3 rat in mūdum Redēptor, & vt eos ab hoc errore tolleret, dixit eis. Ego sum lux, non solum vobis, verum etiam vniuerso mūdo. O Christe æterna veritas, magnopere admiror Deus meus, quod dicis te esse lucem vniuersi mundi, & q̄ tam pauci luce tua potiantur. Quō fieri potest, quod sis tu lux mundi, & tū tot in tenebris cōmorētur? Si hic sol materialis (licet in comparatione tui tam par-
I Ioan. 3. uus sit) vniuersum mundum illuminat, & in eius conspectu nihil remanet obscurum, quō cum tu sis lux infinita, tot obscuros relinquis? Huic quæstioni respondet dominus dicens. Hoc est autem iudicium, quia lux uenit in mundum, & dilexerunt homines ma-
4 gis tenebras, quam lucem, erant enim eorū mala opera. Et hoc quidem est (ait dominus) quod malorum iudiciū aggrauat, qd cum lux in mundum venisset, ij magis tenebras, q̄ lucem dilexerunt, & ne tenebras relinquerent, lucem sequi noluerunt, erant enim eorum mala opera. Ita prauis operib. assueuerant, & iniquis moribus delibuti erant, vt ne à peccatorum suorum tenebris recēderēt me veram lucem accipere noluerint, & ita eorum culpa in obscuritate remanent. O cæcos filios Adæ, ò ingratas creaturas, quis unquam tale perspexit? quis tale audiuit? quis denique tale cogitauit? quod homines ratio-

nis participes tenebras plus, quam lucem diligant? quod creatorem propter horrorem creaturæ derelinquant? Ecce fratres mei, causam, quare tot infideles cæci, & absque Dei cognitione in orbe commorentur, quod peccata, quæ contra naturale lumen commissa sunt quædam speluncæ, quibus inclusi sunt, ne ad eos fidei lumen ingrediatur. Nobis autem, qui diuina misericordia lucem hanc fidei iam accepimus, ne illam amittamus, sed semper iam in nobis conseruemus, viuamque cum gratia, & charita-
te habeamus: Dominus statim inferius cœlestem quandam admonitionem prębet, dicens *Sed habebit lumen uitæ.* Vt hoc intelligatis notate prius uerba Sancti Pauli dicentis, Eratis enim aliquando tenebrę; nunc au- Ephe. 5
tem lux in domino; vt filij lucis ambulate fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate, probantes, quid sit beneplacitum Deo. Recordamini (inqui) fratres mei, quod antea fuistis tam peccatores, vt vos possemus ipsum peccatum nuncupare. Magna est hæc exaggeratio Sancti Pauli, cum illis dicat, quod antea ipsæ tenebræ e-
rant, nunc autem oportet uos esse ita iu- 6
stos, & in seruitutē Dei illuminatos, ut ipsa lux possitis appellari. Quæ est etiam alia maxima exaggeratio, & siquidem ita illuminati estis, vt filij lucis ambulate, operamini sicut opus lucis, & gratiæ, fructus.n. lucis, & gratiæ hic est, ut in omni probitate, & iustitia, & veritate uiuatis. Sicut fructus mali, sunt pōma, & fructus arboris nucis, sunt nuces. Omnem probitatem appellat vnam bonam uitam, & quid est una bona uita? seculares homines uocant eos bonæ uitę, qui sunt carnales, cibis, & petitionib. dediti, qui mollibus uestibus, & perpolitis induuntur, qui usque ad meridiem in mollibus lectis dormiunt, qui finita una uolu-
ptate, aliam inuestigant. Et ita dicit Diuus 7
Bernardus: vulgo dicitur, qui bene pascit se, bene viuit. Qui se liberaliter, & delicate tractat de eo dicit vulgus. O quā bonam uitam viuit N. Respondet autem S. Bernardus: Mentita est iniquitas sibi. Ego vobis Bern. in
dicam (ait Sanctus Bernardus) quænam sit 2. ser. in
bona uita. Bona uita est, facere bona, sustine vig. Pet.
re mala, & sic usq; in finem perseuerare. Et & Pau. A
hoc est in omni bonitate viuere. Dicit ulte- postolo-
rius S. Paulus. Et in iustitia. Quod etiam est rum.
fructus lucis, seruare in hac probitate debitā iustitiam, quæ est reddere vnicuique quod

suum

ſuum eſt. Vult dicere, ut bonę uitæ, quā degitis gloria ſoli Deo detur, à quo cuncta bona ꝓcedunt. Et alius fructus eſt in veritate, nō in fictione, ſed ut tales interius ſitis, quales vos exterius demonſtratis, & ēt meliores Propter hæc, quæ Diuus Paulus addidit ꝓbitati uitæ, dixit quidā, virtutē non in verbis eſſe, ſed in aduerbijs. Non eſſe in ieiunādo, orando, aut eleemoſynā porrigēdo, ſed, in benè, iuſtè, & uerè id faciendo, iuſtè & uerè ꝓ gloriam Dñi, & eius diuinum amorē.

8 His oībus lucis fructibus addidit Sanctus Paulus, ta nquā concluſionē, aliud excellentiſſimum, ꝙ eſt probantes quid ſit beneplacitū Deo. Probātes, id eſt, diſcutientes, quod oportet nos examinare, in quo magis Deo ſeruire ualeamus, & quō illi gratiore ſimus, & quæ ſint, quæ illi magis placent. Nunc intelligetis quorſum hæc uerba Sancti Pauli uobis declaratim, eo namq; fuit, vt vos commonefaciam, ꝙ ſiquidē fructus fidei, & gratiæ, & quod in nobis operatur, eſt ut examinemus, quid Deo placeat, & quō ei ſeruituri ſimus, nullum eſt melius remedium, quam, ut oculos conijciamus in hanc lucē Ieſum

9 Chriſtum Redemptorē noſtrum, & in omninus eū ſequamur, ſm uires noſtras, & ſic ſciemus grata opera æterno patri facere.

Dicit aūt. *Qui ſequitur me nō ambulat in tenebris, ſed habebit lumen uitæ.* Hoc verbū: ſequitur, perſeuerantiā quandā & in uirtute progreſſum, atque huius optimi Magiſtri ſequelā cōtinuam denotant. Sic nos admonet Sāctus Paulus dicēs, quā ꝓpter intermittētes inchoationis Chriſti ſermonem, ad perfectiora feramur Cū iā declarauerit, aliquos eſſe inchoantes ſeruitutem Dei, alios verò in eius ſeruitute iā perfectos, admonet nos mō, ut iā illa initia relinquamus, ne paruis rebus ſimus contenti, ſed ut ad perfectionē Hebr. 6.

10 aſpiremus, ſemper deſiderātes meliores effi-

11 ci, & in omni ſpirituali exercitatione ulterius progredi. Vna ex maioribus mūdi calamitatibus hæc eſt, ꝙ terrenarum rerum quātumcunq; homines poſſideāt, ſemper plura deſiderant, nunquā ijs, quæ poſſident, contineantur, cœleſtibus vero rebus ſtatim ſatiamur, & contenti manemus, cum uice uerſa eſſe oporteat. Cōmutemus ergo, fratres mei hanc rerū ſęcularium famē, & eam habeamus efficiendi nos meliores, & ad hoc it. nullum bonum, ꝙ fecerimus, conijciamus oculos, quamuis enim plurimū fuiſſet, parum tamē, hoc eſt, in comparatione illius, ꝙ Deo debemus. Ad hoc debemus aſpicere, & experiemur nos deficientes, & ad plura faciendū properabimus. Hoc de ſe fatet Sanctus Paulus magna exaggeratione ſic incipiens: vnū āt. (Hęc eſt Phraſis Hebręa, collocari ſic nomen ſine uerbo, hoc eſt. Vnum notabile uobis uolo dicere.) Quæ quidē retro ſunt obliuiſcēs, ad ea verò, q̄ ſunt priora extendēs me ipſum. Oīum, quæ operatus ſum in hoc ſpirituali itinere, in quo ambulo, obliuiſcor, & ea quaſi a tergo relinquo, ea nō æſtimāis, ſed ſemper oculos in perfectiora ꝓpono, tradēs me illis quātū poſſū. O quis glorioſum hūc Apoſtolū imitaretur, hic nunq̄ paruo contētus eſſet, quāuis plurimū bonorū operatus fuiſſet. Confortemur, confortemur fratres mei, & incipiamus celerrimè currere, conijcientes oculos non in Sanctos Apoſtolos ſolū, ſed pcipuè in ſummū Magiſtrū, & ducē Ieſum Chriſtum, ut nos idē Sanctus Paulus admonet dicens; Aſpiciētes in autorē fidei, & conſummatorē Ieſum. Notate diligenter duo nomina, q̄ ei tribuit, autorē, & cōſummatorē: Parum. n. prodeſt cœpiſſe, niſi idē prīū bonū conſummetur. Idcircò uobis dicit. Aſpicite attentā in ueſtrum diuinum ducē, qui eſt autor, q bonum cœpit, & nō ſtetit quouſq; illud conſummaret, ut & uos in bono nō ſiſtatis, quouſq; id ad cōſummationē deferatis. Ad hoc ꝓpoſitū inuenietis myſteriū in Propheta Baruch, qui affirmans Deū eſſe, q ſuis ſapientiam præſtat, dicit, & tradidit illam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Iacob & Iſrael, una, & eadē perſona fuit Et eſt notabile, ꝙ cū eū uocat Iacob, ſeruū Dei inſcribit, cū autē eum Iſraelē uocat, dilectū nūcupat. In hoc docet, ꝙ iuſtos de bono in melius oportet progredi, perficientes ſe in hac uita, quouſq. finē ſuū conſequant, qui eſt, ut Deum in futuro ſæculo uideāt, & eo fruātur. Itaq; in initio fidelis Deo ſeruit; & obtēperat in timore, & quodammō quaſi ſeruuus, ſibi uim inferēs, repugnat enim eius caro, & cū paſſionibus ſuis colluctatur, atq. hoc ſignificat Iacob, id eſt, luctator, & ideirco, cū eū appellat, Iacob ſeruum eius nominat. Poſtquā autē diuturna exercitatione appetitus ſuos uicit, ijs ſæpiſſime contradicēs, & illos quaſi ſubditos habens accedit ad libertatē filiorū Dei, & ad magnā eius familiaritatē. Nā hoc ſignificat Iſrael, ideſt, uidens Deū. Tunc eū dilectum appellat. Hoc idē diſcrimen poſuit Dauid loquens de teſtamento Dei. Et ſtatuit illud Iacob in præceptum,

Phili. 3.

12

Heb. 12

12

Baru. 3

13

Pſ. 140

ceptũ,& Israel in testamentũ æternũ. Quia
præceptũ conuenit seruo, testamentum uero ad filiũ ptinet. Illud Iacob, hoc aũt Israeli: quanquã erat idẽ populus, qui in dies melior efficiebatur, & ex seruo filius Dei, & hæres reddebatur: Qui sic secutus fuerit Iesum Christũ filiũ Dei, nõ ambulabit in tenebris, quandiu sic perseuerauerit nõ incidet in errores, nec in peccata mortalia, quæ rationẽ tenebrosam reddunt. Sed habebit lumẽ uitæ.
14 Habebit fidẽ uiuã, & splendidam. Verũ, heu dolor? quã pauci reperiuntur, qui sic in bono perseuerent O quam miserabile, & pudendũ est videre, q̃ viles, & pauci momenti sint res, quæ hanc sequelam, & in bono perseuerãtiam nobis impediunt, p nẽnijs, pro minima utilitate, pro quacunq; turpi uoluptate statim ab incepto regredimur. De pisce
Plinius. satis paruo narrat Plinius (qui dicitur Remota) quòd licet nauis celerrimè in mari nauiget, eã retinet, quamuis maximã curam adhibeant nautæ. O miseri filij Adæ, quid simi lius inconstantiã uestram repræsentare poterit, quã hoc? quòd quantumuis sanctus q
15 spiã uideatur, & licet uelocissime & magno impetu maris aquas scindat, & in virtutis prosecutione pgrediatur, minimus piscis: quasi nihil impedimenti, & contradictionis, quod ei offertur, eũ facit stare, & ẽt retrocedere. Nã (vt affirmat S. Bernard⁹) in via Dei stare, retrocedere est. Hoc deberemus sanguineis lachrymis lachrymari. Qđ lamentabatur Iob elegãti quadã cõparatione, dicẽs: Memẽto mei Deus, q̃ a uentus est uita mea, nec aspiciet me visus hoĩs. Quam facile uentus mutat, & hinc, illuc transit in instanti, sic hõ quasi uẽtus ab uno in aliũ statũ, a gratia in culpã facilè cõmutat. Ita incõstans est, vt vix illũ humanus visus possit aspicere. Quapp necesse est mille oculos habere, cautissimè uiuere, atq; hãc pseuerantiã sanctis exercitationib. adiuuare, q̃ sunt postes, quibus
16 humana fragilitas, quasi paries in uirtute declinãs sustinet. In Genesi dr̃, quod tulit Deus hominẽ, & posuit eũ in paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illũ. Est dubiũ, q̃ oporteret esse operationem illam, quam Deus in tam fortunato statu homini imposuit, si enim dicas, quòd paradisum culturus esset, & in eo laboraturus, non rectè dicis: hoc enim postea in supplicium peccati illi impositum est, ut patet ibidem, ubi legitur, quod dixit ei Deus: In sudore vultus tui uesceris pane tuo. Atque huic dubio aliud additur, Qu a dicitur, ut custodiret illũ, a quo debebat illum custodiri? nõ erant latrones, Gen. 3.
nullus erat homo præter eum, quis factus erat malũ? Respõdet Sãctus Ambrosius priori dubio. Homo creatus in gratia, collocatus in paradiso est, vt operaretur uirtutũ cõcessarum incrementũ. Hæc est enim natura virtutis in creatura satæ, q̃ nisi exerceat, & accrescat, facilè corruit. Idcirco Sãctus Paulus nos admonebat dicens: Adiuuantes aũt exhortamur, ne in uacuum gratiã Dei recipiatis, sed oĩbus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patiẽtia, in tribulationibus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate &c. Videte quot postes ponat, quib. homo, in virtute sustineatur, & in gratia pseueret. Nam ille gratiam Dei in uacuum accipit, qui non curat melior, ac melior fieri, & cũ ea fulciri. Posteriori dubio respõdet Beatus Augustinus. Quod illud, & custodiret illud, significat, ut custodiret se, ne cõmitteret aliquid, pp̄ter q̃ inde eijceretur; Itaque in his omnibus declarantur modi, & artes, quas Deus homini dedit, ut in bono conseruaretur. Quod si in illo fœlicissimo statu opus fuit homini tot exercitijs, ad sui cõseruationem, q̃d erit nunc postquã natura corrupta, & debilitata est per culpã? O per charitatẽ Dei uos rogo fratres, ante unũquenque uestrum prostratus, ut hæc, quæ uobis dico, aduertatis, cum sint uobis tam necessaria, nec patiamini, ut hæc, mea uerba, uestra culpa, uobis in atrocissima uerbera conuertantur, & quo plura uobis dico, eo grauius in die ultimæ rationis pp̄ter ea puniamini. Dicetis aliq̃ uestrũ: Pater, frustra laboras, & fatigaris, admonẽs nos, ut vlterius pgrediamur, & ne regrediamur, cũ ne pedẽ quidẽ in uirtutis uia, & Christi summi boni nostri sectatione posuerimus. Sic ego credo fratres mei, q̃ ita scelerũ cathenis deuinctos uos tenet Sathanas, ut nisi vos ab eius vinculis sol uatis, non sit possibile hoc iter unquã aggredi, q̃ nisi incipiatis, videte q̃d vobis erit. O quãto affectu cõmẽdabat Sãctus Paulus discipulo suo Timotheo rẽ hãc dicẽs. Hæc cõmone testificãs corã Deo, &c. Seruũ aũt Dñi non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati: nequando det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendum ueritatem, & resipiscant a diaboli laqueis, a quo captiui tenentur ad ipsius uoluntatem. Hoc tibi commendo, ut

Ambr.
2.Co.6.
17
Aug. 8. sup Ge. ca. 10.
18
19

Bernar. Serm. 2. De purificatione in fine.
Iob.7.
Gen. 2.

perditiſſimos filios Adæ admoneas, ut ſe à diaboli vinculis ſoluant, cuius cathenis uincti tenentur. Date mihi hominē nimio affectu terrena inueſtigātē, & ſtatim ibi ex vno peccato in alterum, & tam longam cathenā conficiet ex illis peccatis, ut eum in infernū detrudat. Vide miſer in quam infælicem ſtatum deueniſti. Vide quouſque ærumna tua perueniat, quia Sathanæ captiuus effectus

20 es. O Deus æterne, propter pietatem tuam domine te oro, vt horum hominum cæcorū mentes illumines, vt calamitatem ſuā agnoſcant, quos diabolus abſque vlla contradictione ſceleribus alligatos in infernum præ

Chryſo. cipitat. Ad hoc propoſitum ponit Sanctus Chryſoſtomus mirificum quoddam exemplum. Auceps, qui laqueos ſuos parauit ad aues vinciendas, contentus eſt, quando videt aūt in laqueum pedē vnum immiſiſſe, ſic.n. eam habet ſecurā. Nos iter facimus ad Deū duobus pedibus, quorum alter ad fides, alter verò ſunt opera plena amoris, & charitatis. Liberet uos Deus ne ille crudeliſſimus venator, qui vos inſectatur, alterum pedem tan-

21 tùm vobis apprehendat. Habete fidem, licèt enim ea tanta ſit, vt montes transferatis (ſicut ait Apoſtolus) ſi vobis charitas, & bona vita deeſt, captiui eſtis diaboli. Et è contra, licet omnia opera bona, quæ excogitare poteritis habeatis, ſi in minimo articulo fidei deficiatis, reiecti eſtis à Deo, deuinctos vos

Heb.11 habet Sathanas altero pede, ſiquidem ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Ad huius cōfirmationē intelligetis rē a Sathana conſtitutā, qui, cum videat aliquem in fide deficere, non contriſtatur, quamuis eum uideat omnia opera bona mundi facere. Sic uidebitis hæreticos Galliæ, & Germaniæ, qui corpora ſua mortificant, eleemoſynas porrigūt pauperibus, & maximam habent religioni ſuæ zelū. Quid hoc eſt? vinculis Sathanæ tenentur, qui cum eos vno pede cōprehēderit


22 ſecuram iā hēt venationē, iā nō eius laqueos fugient, licet alter pes liber ſit. Quapp quod ego te rogo peccator nomine altiſſimi Dei, qui nos crucis vexillum baiulans ducit, hoc eſt: vt à diaboli laqueis reſipiſcas, vt animā tuam à tanta tirannide ac tam crudeli ſeruitute vindices, atque ſalutis viam percurrere incipias. Aduerte, ꝙ hæc peccata ſunt cōpedes, & cathenę. Si uis ô anima, prætioſo dñi noſtri Ieſu Chriſti ſanguine redēpta, ab illis diſſolui, ego tibi dabo limam ſurdam, qua has cathenas dirūpas hęc eſt cru Ieſu Chriſti ſummi boni noſtri cx, qua tātæ fortitudinis liquor defluit, ut eo oēs cathenæ diaboli confringantur. O ſanguis ſacratiſſime dulciſſimi Redemptoris mei, tu pro nobis intercede in conſpectu æterni patris, vt per te oēs hi fratres mei diſſoluantur, & diſponantur ad uirtutis iter faciendum, vt ad æternā uitā accedant. Cū Dauid ſe utroq; pede liberum animaduertit, maxima lætitia exultabat, & Pſal.123 Deo gratias agens, dicebat. Anima noſtra ſi cut paſſer erepta eſt de laqueo uenantium, laqueus contritus eſt, & uos liberati ſumus Et 23 ſtatim fatetur vires ſuas non ſuffeciſſe, ut à tanto periculo liberaretur dicens. Adiutoriū noſtrum in nomine Domini, qui fecit cælū & terram. Hoc idem adiutorium habebis tu frater, ſi eo vti volueris.

Vt dñs ſe lucē mūdi appellauit, quē ſequi debebant ij, qui ſalui fieri volebāt: dixerunt ei Phariſæi: *Tu de te ipſo teſtimonium perhibes: teſtimonium tuum non eſt uerum*. Vt hi phariſæi erant, qui pluris æſtimabātur in populo, ita erant & audaciores, ac impudentiores, & ut tales hoc dixerunt. Quēadmodū nemo poteſt eſſe iudex in ꝓpria cā, ita ēt teſtis 24 eſſe non pōt: paſſio.n. & proprius amor rationis iudicium peruertit. Si āt tā perfectus vir reperiretur, ut eū propria paſſio non perturbaret, non eſſet inconueniens, quod in propria cauſa teſtis eſſet, & iudex. Et idcirco rñdit dominus, ſi ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, verum eſt teſtimonium meum, qa ſcio vñ veni, & quo vado: Illud. Ego maximā in ſe habere emphaſim. Ego, qui ſum verus Deus, & verus homo, in quo humana ratio nequaquam perturbari poteſt, cum tā clarificata eſſe à diuina natura, rectè poſſum de me teſtimonium perhibere, & quod perhibeo verū eſt, & probat illud dicens. Quia ſcio vnde veni, & quo vado. Tria de ſe prædi 25 cabat dominus, de quibus teſtimonium perhibeat, & in eis ſibi fidem volebat adhiberi. Primum, quod eſſet filius Dei æternaliter genitus. Secundū erat: quod factus eſt hō in tempore. Tertium erat, quòd propter hominum ſalutem homo factus eſt. Quæ tria his verbis declarauit: ſcio vnde veni. Quia exiui à patre, & quo vado: Quia miſit Deus filium ſuū in mundū, vt ſaluetur mundus ꝑ ipſum. Ecce vnde venerit, & quo uadat, & ad quid vadat. Vos autem neſcitis vnde venio, quia ſm carnē iudicatis. Cùm nihil amplius aduertatis, quam hoc corpus carnis ex mulierē natum, non iudicatis niſi carnaliter

ter nec uultis credere plus in me esse, quam hoc, ꝙ corporalibus oculis intuemini, licet plurima miracula me uideatis operari, atq; hæc cecitas, & infidelitas uos ad condemnationem deducet. Qđ ex his verbis plenis mysteriorum elicimus est: ꝙ, q̄ cælestem hunc Magistrũ sequimur debemus testimonium de nobis phibere, nõ tantũ verbis, uerum & operibus ẽt, & hoc significat etiã illud, quod supra dictum est, qui sequitur me habebit lumẽ vitæ, non modo aĩam uiua fide illustratam habebit, uerum externus etiam habebit
26 optimi exẽpli splendorẽ. Speculum chrystallinum exactum, & mundum, in quo solis ra
Simile. dij reuerberãt, nõ solum ipsum in se clarificatum manet, uerũ a se ẽt radios similesq̃ solis radijs immittit. Itaq; idẽ specnlum alter sol apparet. Ita aĩa pura, & munda virtute adornata, sic diuinos radios recipit, ut, tota in Deum trãsformata, ẽt ipsa à se radios immittat mirabilium exẽplorum, proximis suis, ita, ut alter sol, & diuinum quid, ac cæleste in terra uideatur. O filij Adæ, si uelletis consciẽtias uestra sancta cõtritione, puraq; ,ad integra cõfessione mũdare, q̃ dissimile de uobis testimoniũ perhiberetis, ac phibetis? Quan
27 ta cũ exaggeratione hoc cõmẽdabat S. Pau
Phil. 2. lus dicẽs. Charissimi, cum metu, & tremore urãm salutẽ operamini &c. Vt sitis sine querela, & simplices filij Dei sine reprehensione, in medio nationis prauæ, atque peruersæ, inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo. O q̃ diuina uerba, & si quis ex toto cordis sui affectu ea amplecteretur, & oĩbus uiribus suis ea curaret exercere, q̃ optimum de se testimonium phiberet. Tam perfectè ea adimplebant Christiani illius tp̃is, ut non Ecclesiastici solum, uerum cões ẽt hoĩes, & matri
1. Co. 12 monij uinculo alligati (ut referunt S. Paulus
1. Pet. 3. & S. Petrus) ita perfectam uitam uiuerẽt, ut mulieres Christianæ uiros suos infideles cõuerterent ad catholicã fidem, q̄ adeò infideles erant, ut sanctorum Apostolorum p̄dica
28 tione nollent conuerti, etsi miraculis confirmata erat, & diuini spiritus igne inflãmata, ipse uerò eos ad fidem conuertebant, quia illi uidebant sanctã conuersationem, & puritatem operum, & uitæ illarum. Itaq; illæ sãcti nomina sua uirorum infidelium conuersionẽ assequebanẽ, & similiter infideles cum suis uxorib. infidelib. faciebant. Quod S. Apostoli, prædicatione, exemplo, & miraculis cõficere non poterant. Vnde apparet quanta sit uis amoris coniugalis, cum matrimonium pijs operib. adornatur. Non minus obligati sum us modo exactissimè hæc uerba S. Pauli adimplere, curantes, ut simus luminaria, & soles, qui proximos nostros illuminemus, eosque ad amorem, & charitatem inflammemus, ut sic, uirtutis, & gratiæ repleti, æternã beatitudinem impetremus. Ad quam nos pducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Dominica in Passione.

Dicebat Iesus turbis Iudæorũ, & prin 29
cipibus sacerdotum, Quis ex uobis arguet me de peccato? Ioan. 8.



Vculque Fratres mei occupata est alma mater Ecclesia in incitando nos, ut ploraremus mortem, in quam nostræ animæ, propter peccata incurrerunt, & illa lachrymis pœnitentiæ, ac pura, & integra illorum cõfessione deleremus. Modo uero incipit nos excitare, & inuitare ad lamentandam mortem nostri sacratissimi spõsi, q̄ prò nobis mortuus est, ut nos hac morte li- 1
beraret. Et sic dies hic dr̃ Dominica in passione: quia ab hodierna die, usq; ad sanctam resurrectionem occupatur sancta Ecclesia, in celebrando mysterio pretiosissimę passionis huius diuini dñi. Atque hinc infertur, quo sensu, qua deuotione, quibus denique cogitationibus, his diebus esse debeamus. Verũ (ut uobis uerum dicã) pudet, & pœnitet me nostrorũ tẽporum calamitatis, in q̄bus hæc dicimus plus, ut rẽ narremus, quam ꝙ spem ullam habeamus, quod proderunt, & aliq̄s ex illorum relatione fructus percipietur. Multi enim sunt, qui nihil inter hoc tempus, & cæteros dies interesse putant, & nullum discrimen inter eos constituunt. Ita rident, ludunt ambulant, & tam inordinatè 2
omnia faciunt, sicut in reliquo tempore. Itaque solum nomen ex his diebus nobis remanet, quod dicimus, quia in die passionis sumus, cum tamen non magis illius recordemur, quã earum rerum, quas nunquam uidimus, nec audiuimus, ac si nunquam Deus talia pro nobis fuerit perpessus. O fratres, aduertite propter charitatẽ, quia operi, ꝙ nos æterna morte liberauit, æternas gratias referri oporteret, quod si quidem nõ semp facimus, his paucis diebus saltem faciamus. Exo. 12
In Exodo dicitur, quod præcepit Deus Hebræis, ut agnus Paschalis, qui decimaquarta luna

luna immolandus erat, decima luna domũ adduceretur, vt illis oĩbus diebus videntes agnum ante oculos & eius balatus audientes, veteris illius beneficij recordarentur, cũ Ægypti captiuitate liberati sunt, & gratias Deus agerẽt ꝓpter illud. Dicite obsecro fratres mei, si beneficium illud tot dies in memoriã reuocandum erat, quid oportebit fieri pp remedij, ac reparationis nostræ beneficiũ? Aperite ergo nunc oculos, ne sitis ingrati tanto bono. Cogitate, quod cantus, & cęremoniæ almæ matris Ecclesiæ horum oĩum dierum, sunt affectus, ac balatus Paschalis agni Iesu Christi, q pro vobis immolatus est.
3

Proponitur nobis hodie Euangeliũ hoc, quod passionis eius causam continet, in quo agitur de Innocentia, & sanctitate huius diuini Saluatoris, de ueritate doctrinæ eius, ac de duritia Iudęorum. Agnus ille, de quo modo loquebatur præcipiebat Deus, vt esset sine macula, & thus, quod offerendum erat, vt esset purum, & tritici adipem sibi offerri volebat. Et pro leproso, ꝓcipiebat offerri duos agnos immaculatos, & ouem purã, et mundã. Et uolebat, ut carnes, quæ offerẽdæ erãt, essent ualde ablutæ, et in ipso templi uestibulo esset lauacrum, in quo abluerentur ip, qui oblaturi erant: præcipiebat ẽ, ne impura comederentur, nec manibus quidem immundæ pertingerentur. Est Deus amicus puritatis, quia ipse in se est purissimus. Origenes, Augustinus, et Chrysost. super Exodũ, et Leuiticum dicunt, ꝙ hęc oĩa sacrificia, in quibus puritas petebatur, significabant purissimum sacrificium corporis, et sanguinis Dñi nostri Iesu Christi, quod æterno patri oblatum est. Quod si tantam puritatẽ Deus petebat in illis sacrificijs, qualem puritatem et innocentiam oportebat esse in sacrificio sacrificiorum, et hostia pacifica, quam illa oĩa figurabant, qui erat Christus salus nña? Talis. n. decebat, ut vobis esset Pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, et excelsior cælis factus, ait S. Paulus. Pensate maxime quot verba repetat, ad Dñi puritatem significãdam, et oĩa quidem hæc non sufficiunt ad eã penitus explicandam. Quapropter, cum cęlestis hic Magister passionẽ suam iam appropinquare animaduerteret, uoluit hostiæ pro peccatis offerendæ puritatem mundo manifestare, et ita dicit. Quis ex vobis arguet me de peccato? Perpendite, & examinate, utrum habeat hic agnus aliquam maculam, & utrum sit ẽm le-
4
Origen. Augu st. Chrys.
5
Heb. 7.

git præceptum, ꝙ si quid amplius habetis, quo desideretis, dicite illud. Ecce hostiam pro peccato, absq; peccato. Accedite ad eam peccatores, & sanctificabimini. In Leuitico dr̃, ꝙ hõ attingens hostiam, quæ pro peccato offerebatur, sanctificatione plenus manebat, quanto magis manebit, qui hãc hostiã attigerit? & sic B. Hieronymus dicit, ꝙ q cũ uera fide, & intrinseco amore hunc agnum tetigerit sanctificabitur.
Leui. 6.
Hieron. hom. 4. in Leui.

Quam uere potuit dicere Christus Redemptor noster: *Quis ex uobis arguet me de peccato*? Nam, inquantum Deus tam uobis est, ut nemo sit bonus nisi solus Deus: si ergo solus Deus est bonus, quare dixit Dauid: Bene fac De bonis, & rectis corde? & plurimis in locis sacræ literæ iustos appellant bonos? Dico quod in comparatione bonitatis in Deo existentis, non est bonitas ea, quæ est in creaturis. Cum uidetis fornacem ardẽtissimis flammis inflammatam, quod ab eo exit, & sursum ascendit per caminum, nõ dr̃ propriè ignis, sed scintillæ: sic fornax, in quo infinita probitas ardet, Deus est? probitas uero, quæ est in creaturis, melius dicitur scintilla, quæ exit ab illo igne incomprehẽsibilis probitatis Dei: quam pura bonitas. Atque etiam dicitur solus Deus bonus, quia solus ille habet bonitatem ex natura sua, & quia essentialiter est bonus, bonitas uero, quæ est in creaturis non est illis essentialis & solida, sed accidentalis, & ab extrinseco adueniens. Sunt hic duę statuæ, altera ex auro solido, altera uero fictilis, sed tñ deaurata, si utranque aspicis, quod apparet totum est aurũ, uerum accedat aurifex, & utrãque attingat, si statuã auream attigerit, quo magis tetigerit semper aurũ utrinq; deteget, attingat aũt alteram, & statim fictilem materiam, quæ intus latet deteget: non enim habet aurum, nisi in superficie. Deus totus est aurum solidum, nihil in eo detegi potest, quod non sit bonitas. Si uero creaturam pertingatis, licet minimo quouis tactu: statim lutum, & miseria detegitur. Attingite eam contemptu, vtilitate, uoluptate, ac denique honoris puncto, & uidebitis statim quõ interius lutum manifestetur? nihil. n. amplius in illa erat, quã exterius illud accidẽs. Cum igit̃ solus Deus essentialiter bonus sit, non poterat Christus quatenus Deus erat, peccare. Si per aliquam ianuam poterat peccatum introire, erat per ianuam humanæ naturæ, quæ ex natura sua debilis, & facillime exci-
6
Mar. 10
Ps. 124
Simile.
7
Simile.
8

dit

dit. Sed nec hac quidē ianua potuit peccatū
Simile. in illā sanctissimam animam introire. Nam
virga, quæ ex se facile potest infringi fortis-
sime alligata colūnæ æneæ, tam difficile po-
test flecti, q̄ ipsa columna. Volūtas humana
ex se flecti potest: adiuncta tñ diuinæ uolun
tati in diuino supposito, tam difficilis est fle
xu, q̄ ipsa diuina uoluntas. Et quāuis huma
nitas illa non esset unita verbo: eo quod aīa
Simile, beata esset, impossibile esset in eam pecca-
tum cadere. Quemadmodū quādiu in chry
9 stalo solis radij reuerberant, impossibile est,
in eo umbrā aliquā esse: sic ēt aīa illa mille,
chrystallis splendidior, in qua diuinitatis ra
dij reuerberabant, cum illa eos acciperet per
clarā uisionē & fruitionem: impossibile erat
eam aliqua peccati umbra tingi. Quocirca,
securè dicit: qs ex uobis arguet me de pctō?

Sequitur in textu: *Si ueritatē dico uobis, Quare non creditis mihi?* Comprobata uitæ
suæ innocentiæ, consequenter sequit doctri
næ suę comprobatio. Si sit uitę innocentia,
ēt erunt eius verba sana, certa, & secura. Et
ideo dicit: Si ueritatē dico uobis. Si sum bo
2.Re.2. nus, ergo doctrina mea bona, & uera est. Sa
piens quædam mulier dixit. Ego sum, quæ
rñdeo ueritatem in Israel. Quanto melius
10 potuit hoc dicere summa ueritas? Ex puri-
tate uitæ, sequitur doctrinæ ueritas. Et hæc
oīa simul sunt uires fortissimæ, ad corda re-
bellia domanda, & ad ueritatis uiam addu-
cenda. Et quāquam eandem ueritatē, ac do-
ctrinam modo prędicamus: quam Christus
Dñs noster prædicauit, parum tñ efficimus:
Apo.14 quia hoc fundamentum sanctitatis uitæ no
bis deest: In Apocalypsi dicit S. Ioannes: ui-
di alterum Angelum uolantem per mediū
cælum habentem Euangelium æternum, vt
euangelizaret sedentibus super terram: di-
cens magna uoce; Timete Dñm, & date illi
honorē, & statim uenit alter Angelus, & di-
xit. Cecidit Babylon illa magna. Mirabilis
res, quod uolante Angelo per medium cœ-
lum, habenteq; Euangelium in manibus, &
simul prædicante, ut hoīes timerent, & glo-
11 rificarent Deum statim dr, q cecidit Baby
lon, & maxima illa confusio dissoluta est.
Atq; ita est profecto: Nam si prædicator est
alter Angelus, & per altum contēplationis
uolat, & in manibus habet euangelium, ope
rans ea, quæ in eo præcipiuntur: statim eius
uocibus, & prædicatione dissoluetur, & cor-
ruet mundi confusio, & eius uitia finientur.
Idcirco dixit Deus Esaiæ: quasi tuba exalta
vocem tuā, & annuncia populo meo scelera
eorum. Quare nō dixit. Rugi ut leo, & exal-
ta uocem, quasi tonitruum? Nam tuba ore Isa. 58.
in flatur, & sustinet manibus, ita uerbū Dei
manibus, & operibus sustinetur, & uigorem
recipit. O patres pdicatores, quantum opor
tet, ut hæc attēdamus, caueamus, ne de uno
quoq; nostrū dicatur illud, quod dixit Pa-
triarcha Isaac filio suo Iacob: Vox quidem Gen.27
uox Iacob est, manus aūt Esau. Vos iusti Ia Simile.
cob, q optimas res prædicas, ac si esset uir 12
sanctus, opera uero peccatoris Esau. Quid
tali prædicatione proficies? Quis crederet
homini dicēti, cauete à tali uia, quia est peri
culosa, in qua latrones plurimi grassantur
& nemo per eā preteribit, qui non spolietur
oībus suis rebus, & interficiatur, sitñ uideret
ipsum, per illā uiā statim ambulare? quis il-
lum non illusorē iudicabit? Affirmas, q ita
peccati in infernū ducit, & hoīes uident te
per eā ambulare, occasionem præbes simpli
cibus, & ignorātibus, ut arbitrent, illam esse
exaggerationē, & dicēdi modū. O q̄ præcla Phili.4.
rus prędicator Paulus, qui dicebat. De cæte-
ræ fratres, quæcunq; sunt uera, quęcunq; pu
dica, quæcunq; iusta, quæcunq; sancta, quæ-
cunq; amabilia, quęcunq; bonę famę, si qua
laus disciplinæ, hæc cogitate, quæ & didici-
stis, & recepistis, & audistis, & uidistis in me.
Ecce quomodo gloriosus Apostolus hæc
duo simul adiunxit, quæ audistis & uidistis
in me. Ore uobis prędicaui oēm sanctitatē, 13
& uirtutē, & oculis vestris vidistis, qūo ego
opere complerem ea, quæ docebam. Quam
excusationem possent dare illi, uidentes tale
exemplum in Magistro suo? & plus dico, q
non modo prędicatores maxime proficiunt
suo bono exemplo, uerum ēt & alij peculia-
res hoīes, tantas enim uires virtus habet, vt
vbicunq; sit prædicet, & ad Dei seruitutem
inuitet. S. Athanasius affirmat, quod Idolo
latrię ita admirabātur virgines Dei dicatas:
vt ēt inuiti faterentur, eas esse uiua templa Athan.
Dei, & inter solos Christianos uerum esse
Dei cultum. Quapp multi diuina hac luce
illustrati, expulsa oī Idololatria, ad catholi-
cam fidē conuertebātur. Et. S. Theodoretus 14
affirmat, quod liberi, qui erant maximi Ido
lolatræ mulierem captiuam duxerunt, quæ Theod.
in parua quadam domuncula morabatur, &
tam puram, ac innocentem uitā degebat, vt
contemplantes eam infideles interrogaue-
rint, quam religionem, & legem sequeretur
illa mulier, aut quem Deum adoraret, qui
tales

tales seruos suos efficiebat? & dicit, ꝙ optimū exēplum huius mulierculæ fuit initium expellendi idololatriam ab illa regione, & sequendi verum Deum. Quid vobis vr̃? Ecce quantū possit bonū exēplum vbicūq; sit,
2.Co.3. Idcirco S. Paulus dicebat Corinthijs; Epistola nostra vos estis, quæ scitur, & legitur ab oībus hoībus, manifestaui, ꝙ epistola estis
15 Christi ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei viui, nō in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis, carnalib. Perpendite diligenter, ꝙ, cum omnib. loquens, vnumquemq; vocat epistolā, in qua diuina lex scripta est, & ita illi viuebant, ut quisquis eos videret, in eorū vita sanctum Dei Euangelium scriptū aspiceret, & eorum bona opera erant characteres illius scripturæ. O quam magnus splendor ille Christianorum quam dissimilem aspectum modo habemus. Qui nos exteriùs viderit, nescio ex quo poterit cognoscere nos esse Christianos, nisi ex eo, ꝙ in nostro immundo ore sanctum, ac vene-
16 rabile dn̄i Dei nostri nomen assumimus, tā quam dissoluti, & perditi ad iurandum, & periurandū, ita, vt videamur ad nihil aliud illius recordari, q̄ ad iurandum millies impertinenter. Hoc aūt non modo Corinthijs dicit, sed scribens ēt ad Romanos eis dicit, Gratias ago Deo meo, per Iesum Christum pro omnib vobis, quia fides vestra annuntia-
Rom.1 tur in vniuerso mundo. Ad intelligēda hæc verba notandū est, ꝙ populus Romanus audiēs mirabilia R. N. Iesu Christi, & eius mortis, ac gloriosæ resurrectionis, antea quā vllus Apostolorum Romam veniret, in eum credidit, eiusq; Euangelium suscepit. Qn̄ n. B. Paulus hanc epistolam scripserat, nōdum Romam venerat, & iam Romanos laudabat, quia eorum fides per vniuersum mun-
17 dum redolebat. Quod autem Paulus cùm hanc epistolam scripsit, nōdum Romam venisset, patet: ibidem. n. dicit illis, Nolumus vos ignorare fratres, quòd sæpe proposui venire ad vos, & prohibitus sum, usq; adhuc. Ergo nondū Romā venerat. Nec legimus, ꝙ alius Apostolorum venisset, cum S. Paulus hoc scripsit. Vnde infert, ꝙ cùm miracula non vidissent, nec Apostolū aliquē audissent, crediderūt, & ita perseueranter, vt cùm Romæ tot, tamq; crudeles tyranni fuerint, qui atrocissima tormentorum genera in illis exercuerint, nunq̄ tn̄ à concepta fide defecerunt. Propter hoc bonum exēplum, quod præbuerunt, gratias agit S. Paulus æterno patri, qui pp merita Iesu Christi filij sui, talem virtutē illis hominib. contulit, vt suo exemplo vniuersum mundum ad catholicā fidem inuitarent. Et debetis notare, ꝙ dicit. Pro oībus vobis, quia fides uestra, &c. Quòd oēs à maximo, vsque ad minimū illud optimū exēplum præstabant. O quantum est modo plorandū circa hoc. Ea est morum nostrorū
deprauatio, vt credam, hanc esse suasionem 18
maximam, vt infideles non conuertantur. De illis Christianis, qui primò Indias inuenerunt, dr̃ tanquam certissimum, quod tātā cùm illarum incolis sæuitiam exercuerunt, vt videntes se ita oppressos, & perturbatos ab eis: Iesum Christum Deum crudelitatis vocauerint, arbitrantes legē Christi immanitatis illas docere, & eas Christianis præcipere. O maximam Christiani noīs ignominiam: ò nequitiā in seculis inauditā: ò infamiā dignam, quam perpetuis lachrymis lachrymemur. Quis non dolebit, cùm uideat tātam calumniam impositam optimo Iesu
filio Dei viui turpissimos, & atrocissimos 19
Christianorum mores? Hic est fructus, quē optimus Iesus à nobis percipit pro innumerabilibus beneficijs, quæ in nos contulit, ꝙ cùm ipse sit perennis fons pietatis infinitæ, Deus, crudelitatis iudicetur. Quid huic sceleri addi poterat? Quare non tristitia, ac dolore conficimur hæc audientes? O æterne
Deus largire mihi uerba, & efficaciā, ut ho- Gen.34.
norem tuum propugnem, siquidem tu Christiani te dedecorant. Quærebant S. Iacob de filijs suis, ꝙ crudelitate sua odiosum eum fecerint Chananæis. Turbastis me (dicebat) & odiosum fecistis me Chananæis: & Pherezæis habitatoribus terræ huius. O Christe vere pater noster, quàm maiori rōne de nobis quæreres, qui immanitatib. nostris, cu-
piditatibus, ac superbia te hominibus odio- 20
sum fecimus. Sic nominis sancti tui gloriā illustramus, sic tuā gloriosam doctrinā nostris turpissimis morib. honestamus? O fratres charissimi, pudeat nos tā dissimiles esse illis prioribus credentibus, qui sic uniuerso mundo vitæ suæ puritate, operumq; suorum sanctimonia persuadebant, ut ad Christianā fidē conuerterentur. Quòd si gens plebeia, & cōis hos effectus faciebat suo bono exemplo: quid esset, si prælati, principes, & gubernatores tanta morū integritate florerent, vt possent dicere. Quis ex uobis arguet me de peccato? O q̄ utile hoc esset mundo. Et non esset mirū, si illud faceretis, cum ēt infideles

absque

absque fidei lumine, in muneribus suis pu-
Plutarc. ritatē ostendere curauerūt. Plutarchus affir
mat, quod veteres depingebant iudicum sta
tuas sine manibus. Et huius causam esse ar-
bitror, ut significarent iudicem non oporte
re manus habere ad domum aliqđ accipien
dum, magnoperē.n.dona peruertunt, publi
21 cosq; hoīes iniquos reddunt, quod est perni-
Simile. ciosissimum reipublicæ. Nam quēadmodū
statera, qua penditur aurum, & qua pēditur
plumbeum eadem est, ita ēt iustitiam, qua
maximus, & minimus iudicatur, eandē esse
oportet, & idē pondus fidele, & absq. fallacia
diuiti, & pauperi reddendum est. Et Cælius
Cælius. Augustinus refert, quod Ægyptij solebant
iustitiam iuxta cœlum, & sine capite depin-
gere. Mirabile hoc est. Pingere eam sine ma
nibus, (vt Thebani faciebant) nē dona acci
peret, conueniens erat, at verò sine capite, vī
stultum, & absurdum. Credo illos nolle si-
gnificare in hoc, iustitiam non habere ca-
put, sed illud in cœlo absconditum habere.
Volebant in hoc ostendere, ꝙ iudicē iustum
oportet oculos in Deum cōijcere, a quo gu-
bernari debet, non aūt partes respicere, a q̄-
bus nequaquam uinci debet. Non oportet
22 eum in terrā caput declinare terrenas utilita
tes desiderantem, sed in cælum illud erigere
cū intentione soli Deo placendi. Præstantissi
mus senatus, qui fuit in Græcia, fuit Areopa
gus Athenarū, cuius iudiciū corruptissimū
Tullius habebatur, ut ait Tullius, Iudices uerò Areo
in epist. pagitæ semper noctu snīam proferebant, ne
quadam partes uiderent, qui cum orabant, non debe-
ad Atti- bant uti eloquentia, sed rem nudam referre,
cum. coōperto capite, absq; ulla affectuum mo-
tione. Atq. de Lacedæmonijs narrat Alexan
der, ꝙ cum iudicabant, in quadam domo in
cludebantur, ne aliquem uiderent, neve do-
nis, aut verbis alicuius mouerentur. O quan
tæ confusioni, & pudori est hoc Christianis,
cùm hanc infidelium rectitudinem conside
derent, & modos, quos quærebant, ut non
peruerterentur, nec errarent.

Qui ex uobis arguet me de pecato? Voluit
Dn̄s de se inquisitionē fieri, cum iam prope
23 esset, ut ad patrem migragre, ut nos doceret
ꝙ si securè ex hac uita uolumus migrare,
prius de conscientijs nostris inquiramus, &
cum eis rationem ponamus. Quia autem
huius discessus horam nemo scit, nisi solus
Deus, optimum erit consilium semper arbi-
trari, hanc esse profectionis horam. Quapp
singulis horis hæc inquisitio faciēda est, &
oportet uosmetipsos interrogare sensus ve-
stros. Quis ex uobis arguet me de peccato?
Interrogate hoc conditionē uestram, nego Gen. 1.
tia, cōuersationes, & desideria, &c. Hæc oīa
examinātes, vtrùm in eis aliquid sit, in quo
Deus offendatur, ut illud à uobis eijciatis.
In Genesi legitur, O postq̄ Deus oīa creaue-
rat, ea examinauit. Vidit Deus cūcta, quæ fe 24
cerat, & erat ualdè bona. Hic apparuit quā
maximo amore Deus hoīem æstimet. Cum
artifex opus aliquod facit magno cuidam
Dn̄o, curat diligentissimè, u sit perfectissi- Simile.
mū, & iterū, atq; iterū illud examinat. Cum
uerò illud opus est homini plebeio, nō illud
toties uidet, & nihil curat quale sit Animad
uertite ergo Dei bonitatē, qui tantopere cu-
rauit, ut exactissimū esset opus, ꝙ uermicu-
lis patrabat, nobis in hoc significans, quam
maximi nos æstimet. Quare ergo nos ita ru
stici, & tā parum urbani erimus, ut opera, q̄
ad tam supremæ Maiestatis seruitutem faci
mus, iterum, atq. iterū nō examinemus, ut
uideamus, vtrum aliqd in eis dissentaneum
aut imperfectū sit? Quòd siquid inuenis, ò
frater mi, ꝙ tibi displiceat, considera q̄to
magis diuinæ Maiestati displicebit. Hoc est 25
argumentum, qđ facit B Ioannes dicens,
qm si repræhenderit nos cor nostrum, ma-
ior est Deus corde nostro, qui nouit oīa. Si 1. Io. 3.
cum habeamus nos cor tam negligens, tam
parumq; serutans peccata, tñ nos reprehen-
dit, quid faciet Deus, q̄ ita serutatur, ut mi-
nimas ēt culpas animaduertat? Quo circa
operiamus oculos, & uideamus qūo tā inæ-
stimabilem hanc uitam cōsumamus, quam
Deus ex intimo cordis, & amoris sui abstra Gen. 5.
xit, ut eam nobis cōicaret. Hoc.n.uoluit si-
gnificare nō cōtentus, quod posse. dicere.
Fiat hō in animam uiuentem, sed Spirauit
in faciē eius spiraculum uitæ, & factus est
homo in aīam uiuentē, quasi hauriēs ex cor
de suo, & ex intimo uiscerū suorū uitā, quā
nobis cōicauit. Vide igitur ò hō, qūo hanc 26
uitam consumas, in quibus rebus occupe-
ris, crebrò illam examina, cum tam pretio-
sa sit uita, quæ à Dei uisceribus exiuerit.


Explicata uitæ suæ innocentia, dicit. *Si
ueritatē dico uobis, quare non creditis mihi?*
Idcircò Dn̄e tibi non credunt, quia eis ue-
ritatem annuncians. Est iam res cōis mēda
cium in oī hoīum genere. Atq. hoc tā im-
pudicè fit, ut obstupendum sit dictu. Sum-
mam ignominiam ducitis mendaces voca-
ri, & nobis dici, mentiris, quod statim vultis
me-

medium vultum abſcindere illi, qui uobis tale dicit,& non ignominioſum putatis realiter mendaces eſſe? Cum Sathanas primæ mulieri uellet mentiri faciem ſuam immutauit. Vos aũt tam effrontes eſtis, & parum timentes Deum, ut non pudeat uos nunquã ueritatem loqui, & ſi aliqñ uobis dicitur, nõ
Eſtrob. illã creditis. Eſtrobeus dicit, quod interrogatus Pythagoras, quid facerẽt hoĩes, ut Deo
17 eſſent ſimiles? rñdit, loquantur ueritatem. Veritas eſt centrũ, in quo oẽs uirtutes quieſcunt, atque ideo mirifica fuit hæc ſnĩa Pythagoræ,& ſic una ex præcipuis conditionibus, quam habere oportet qui ſaluãdus eſt, hæc eſt (ut ait Dauid,) qui loquitur ueritа-
Pſal.14. tem in corde ſuo, ut ſit uerus interius, & exterius,& cum ita ſit, ſtatim ei ueritas placebit, eiq; credet, & illam ſequetur. Qm̃ his rebus carebant illi maledicti Hebræi, eam non credebant. Vt ante conqueſtus fuerat Deus de illis per Eſaiã dicentẽ. Corruit ueri
Eſa.49. tas in plateis. Et Dauid cõquerẽs exclama-
Pſal.11. bat. Diminutæ ſũt ueritates à filijs hoĩum.

Quia ex Deo eſt uerba Dei audit. Vnum ex ijs, in quibus melius cognoſcitur, qui eſt ex Deo, eſt, audire uerbum diuinũ cum attẽtione affectu, & firmiſſimo propoſito exequendi illud. Sicut delectatur uenator loquens de aſtutijs uenationis, & medicus de
28 herbarum proprietatibus diſceptans, ac deniq; nauta de infortunijs, & periculis maris, ſicut ẽt dux de uarijs bellorũ euentibus loquens,& mercator de nundinis, & mercationibus agẽs, oblectatur; ita ẽt qui ex Deo eſt, ſumma uoluptate afficitur, cum de Deo loquitur,& audit. Quãta ſuauitate dicebat
Pſ.121. Dauid: Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domum dñi ibimus? *Propterea uos non auditis, quia ex Deo non eſtis*. O q̃ duriſſimum uerbum, miſerum illum, ad quem pertinet. Et ne arbitremini q; ſufficit, exterioribus ſenſibus diuina verba audire, ut ex Deo ſitis, ſi illa corde reijcitis, atq; etiam (ut hi infælices) murmuratione, & indigna-
29 tione pleni eritis. Cum terra eſt nimis arida & pluit fere omnes guttæ aquæ conuertunt in bufones, ſeu rubeta, ſic multi ex uobis ita
Simile. aridi in virtute eſtis,& ſanctę intentionis vacui, ut diuina uerba in ſerpentes, & bufones uobis conuertantur, & in iudicium, ac condemnationem fiant. Ecce quõ diuina uerba Dñi in bufones illis fuerant conuerſa: ſiquidem cum deberet conuerti, cæperunt eum vocare Samaritanum,& habentem Dæmonium, ac lapides arripuerunt, ut iacerent in eũ. Ne arbitremini uos aliter facere: cum exeuntes a prædicatione, uaditis ad committẽda plurima peccata. Timete ergo fratres mei hunc præpotentiſſimum dominum, & ſanctis admonitionibus, quibus uos eius nomine exhortamur, utimini, ut ita uobis ignoſcat, & gratiam ſuam conferat, qua gloria 30
comparatur ad quam nos perducat Ieſus Mariæ filius Amen.

Feria II poſt Domin. in Paſſione

Miſerũt Principes, & Phariſæi miniſtros, ut apprehenderent Ieſũ. Ioan.7.



Saul perſequens Dauidem, q̃a 1.Re.19
arbitrabatur eum uſurpaturũ regnum eius, ſcienſque illum eſſe cum Samuele, alijſque prophetis, res Dei loquentẽ. Miſit quoſdã miniſtros ſuos in Ramacha, vt apprehenderent eũ,& uinctũ ſibi adducerẽt. Qui profecti ſunt, & cum perueniſſent ubi Prophetæ erant, laudantes Deũ, tetigit eos ſpiritus domini,& immemores regij præcepti immiſſi ſunt inter Prophetas, & cũ illis cœperunt prophetare. Quod cum nunciatũ
eſſet Sauli, miſit & alios nuncios, quibus 1
idem contigit. Et rurſum miſit tertios nuncios, qui & ipſi ſicut primi prophetarunt, Cum autem Rex uideret quid ageretur, equum conſcendit,& illuc iuit,& accedenti, idem accidit, quod & nuncijs ſuis. Totum hoc fuit uis,& uirtus diuini verbi, quod hominum corda cõuertit. Ibat S. Paulus, quaſi leo furens, ad perſequendos fideles, & vno verbo, quod Deus loquutus eſt ei, dicens:
Saule, Saule toto corpore contremuit, ita vt Act.9.
dixerit, domine quid me vis facere? O quam merito dixit Dauid: Vox dñi in uirtute, vox
dñi in magnificentia, vox domini cõfringẽ Pſal.28.
tis cedros. Atque etiam,& lapides ſentiunt, 2
& confringuntur præ diuini uerbi uirtute.
Vt apparet in tertio Regum, vbi dicit de ſan 3.Re.13.
cto quodam Propheta: Exclamauit contra altare, in ſermone dñi, & ut uociferatus eſt ad altare, ad hominum cõfuſionem, dicitur illic, quod altare ſciſſum eſt,& effuſus eſt cinis de altari. Huius admirabilis uirtutis, & efficaciæ diuini uerbi, habemus ſingulare quoddam exemplum, in ſancto hodierni Euangelij lectione ubi refertur, qđ miſerũt

Pon-

Pontifices, & Pharisæi ministros quosdam iustitię, ut Christum Redemptorem nostrũ apprehenderent, qui diuina illius uerba audientes, ita commoti, & perstricti sunt, ut redeuntes ad eos, qui illos miserant, illis dixerint. Nunquam sic locutus est homo, sicut hic loquitur: significantes se cælestis illius doctrinæ amore captos esse. O quantæ confusioni est hoc nobis, cum sæpe ex prædicationibus tã sine timore, sine affectu, ac sine sensu, quasi lapides exeamus.

3 Accedentibus ergo his ministris, dixit illis Dñs. *Adhuc modicum tempus uobiscum sum, & uado ad eum qui misit me.* Hoc dixit eis, quasi loquens cũ Pharisęis, & sacerdotibus, qui eos miserant ad illos. n. præcipue hæc uerba dirigebantur. Adhuc mansurus sum uobiscum parum tpis, & postea uadam ad eum, qui misit me. Ac si dicat. Ne tñ acceleretis, nondum. n. est tempus. Vos mortẽ meam desideratis: magis autem eam ego desidero accipere. Citò me manibus uestris tradam, ut mortem mihi inferatis: hoc autem erit cum ego uoluero: in mea. n. manu e t. Hæc omnia significantur his uerbis.

4 Dicit ulterius: *Quæretis me, & non inuenietis Et ubi ego sum, uos non potestis uenire.* Quæretis me importune, & idcirco non poteritis ad me peruenire. Et si Christus Redemptor noster erat mortalis, & passibilis cum hæc dixit, iam tñ eius aĩa erat gloriosa, & ad hanc gloriã vbi ipse iam tunc erat, nunquam illi accederepotuerunt, non enim eum quæsierunt sicut oportebat. O terribilem Dei comminationem, quãto tpe antea peccatores proteruos illa comminatus fuerat per Salomonem dicentem. Quia uocaui, & renuistis, extendi manum meam, & nõ fuit qui aspiceret, despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis, ego quoque in interitu uestro ridebo, &c. Cum irruerit repentina calamitas, & interitus, quasi tẽpestas ingruerit, qñ uenerit super uos tribulatio, & angustia, tunc inuocabunt me, & non exaudiam, mane consurgent, & nõ inuenient me. Ecce quõ hoc, his uerbis dñi rñdet. Consurgent, & non inuenient me. O verbum durissimum, quod est marmor audiens te, quod tñ timore maximo non cõfringitur? Nunc fratres mei cum tps habemus, ne hanc occasionem præter mittamus. Præcepit dñs. Hieremiæ, dicens. Surge, & descende in domum figuli, & ibi audies uerba mea, quia uolo tibi loqui in domo figuli. Perrexit illuc propheta, & uidit quõ figulus vasa conficeret in rota, uolutans eam, uiditq; ꝙ cum faceret unum ex illis uasibus à manibus excidit, & fractũ est, qui accipiens eandem massam uasis fracti, ex ea aliud optimũ fecit, prout libuit. Tunc locutus est Deus ad Hieremiam, dicens: Nunquid, sicut figulus iste, nõ potero uobis facere domus Israel? Ecce sicut lutũ in manu figuli, sic uos ĩ manu mea, domus Israel, Hoc est, quod ad literam agitur inter Deũ, 6 & homines: Nos tanquam uasa conficimur (tam in bono; quam in malo) assiduis uolutionis. Voluit sæpe rotam figulos, & facit cantharum, uoluit iterum, & efficit ollam, ita hoĩes in hoc seculo fiunt uoluentes, & reuoluentes. Quis te beneficiatum, aut canonicum cum tot diuitijs, & redditibus effecit? Pater tot volutiones Romæ feci, moliens, & decipiens, quousq; diues, & potens effectus fuerim. Pro te autem, quis in lite protulit sñiam, cum plus iuris non haberes quam ego? tot uolutiones, quas in foro & curia feci, & tot largitiones, & munera, quibus hos, & illos corrupi, effecerunt, vt quod expetebam, & assequerer. Tu uero, quis ita locupletauit, cum antea ꝑ pauperrimus esses? 7 tot uolutiones, quas terra marique & inundinis feci, assiduis volutionibus locupletatus sum. Ecce quomodo fiunt uasa assiduis uolutionibus. Etiam ad efficiendũ se in uirtute, & diuina acceptatione faciendæ sunt plurimæ uolutiones, ꝑ carceres, ꝑ pauperũ hospitia per templa, atq; alias sanctas exercitationes. Cũ ergo omnes simus quasi uasa, quandiu in huius uitæ rota uersamur, q̃uis aliqua infęlicitate à figuli (qui est Deus) manibus excidamus, & per peccata confringamur, si ad huius diuini figuli manus per pænitentiam uelimus reuerti, confidenter speremus, quod nos restaurabit, & reficiet per gratiam iustificationis. Si autem se- 8 mel ab huius uitæ rota exierimus, nũquam amplius remedium consequemur. Postquã vasa à figuli manu exeunt, & in fornace coquuntur, & postea infringuntur, nulli iã habent remedium. Ita manebunt fracti peccatores, absque eo, ꝙ in se bonum aliquod ualeant accipere. Hoc exaggerabat diuinitus S. Isaias, dicens. Subito, cum non speratur, ueniet contritio eius, & comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione peruallida, & non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de ancen-

Marginal notes: Pro. 1. — 5 — Hie. 18. — Isa. 30.

incendio, aut hauriatur parũ aquæ de fouea. Cum damnati duplici torméntorum genere affligantur, s. calore, & frigore, ut significauit Dñs, dicens: Ibi erit fletus, & stridor dentium. Declarat Remigius, quod fletus est ex igne, & stridor dẽtium ex horribili frigore. Contra frigus opus erit eis aliquo igne, qui eos calefaciat, & contra calorem indigebunt aqua, quæ eos refrigeret. Sed ita erunt confracti, vt ex eorum fragmentis neutrum reperiri possit, nec corpus, nec anima, q.b. aut aquã ad extinguendum igné, aut ignem ad euitandum frigus possint portare. Hoc est, nullum malis suis refrigerium inueniẽt. Ita

Luc.13. Remig.

9 fracti erunt, vt nullatenus in se solatium aliquod possint accipere. O filij Adæ, siquidem rationales estis, aduertite nunc hæc, restaurate modo cõfractiones cordium uestrorum, ponite uos in manibus huius diuini artificis, q̃rite nunc, quum tps habetis, hoc summum bonum, q desecit, quod eum nõ inuenient, qui importunè quæsierint. Non solum requirit tpis occasio ad inueniendum Deum, sed ẽt necesse est locũ scire ubi inue-

10 niri solet. Vnumquidq; in suo loco reperit. Pisces non reperiuntur in mõte, nec lepores in fluuio, sed pisces in fluuio, lepores verò in mõte inueniuntur, unumqdq; in suo loco. Dauid declarat ubi inueniendus sit Deus, dicens: Audiuimus eum in Ephrata, inuenimus eum in cãpis syluæ. Audiuimus vocem eius in abundantia. Vult dicere, quod in quãtumuis pphano, & delicato statu hõ uiuat, & quantumuis terrenis uoluptatib. deditus sit, ad illum tñ Deus clamat, & non desinit eum ad mĩam inuitare. Ideò dicit, q audiuit in Ephrata. Si aũt reperiẽdus sit, oportet esse in cãpis syluæ, in vita pœnitenti, in lachrymis pfusis pro peccatis, in ieiunijs, & mortificationib. in diuinæ legis obseruãtia. Ideò S. Propheta Baruch dicit de sapientia Dei:

Ps.131.

Baru.3.

11 Non est audita in terra Chanaan, neque uisa est in Theman. Filij quoque Agar qui exquirunt pruden iam, quæ de terra est, negotiatores terræ, & Theman, & fabulatores, & exquisitores intelligentiæ, uia autem sapientiæ nescierunt, &c. Non obeditur diuinæ sapientiæ inter idololatras, significatos per Chanaã, nec uisa est in Theman, q̃ erat gens in solis terrestribus bonis beatitudinẽ suam constituens, ut apparuit in Eliphaz Themanita, qui unus erat ex amicis Iob: nec inuenitur in filijs Agar, qui carnis prudentiam sequuntur, de qua dicit S. Paulus: Prudentia

Rom.8.

carnis mors est. Itaq; si es idololatra diligẽs creaturas, ita vt propter eas creatorem deseras? si hæc præsentia amas, quasi animal rationis expers, quod nihil aliud potest sperare, quã nasci, & mori in hac terra, & oĩs tua prudentia est carnalis, qũo alijs præferat, quomodo æstimabor, qũo rerũ oĩum affluentiã habebo, quomodo uoluptatibus patiar? Si Chananęus es, & Themanites, & ex peruersa 12
generatione Agar, crede quòd non inuenies sapientiam Dei, nec diuinam eius gratiam, non.n. ibi experitur, si ita uiuis. Et ne tristis ac confusus maneas, tibi uolo oñdere apertius, ubi non modo diuinam hanc misericordiam inueniens, sed ipsa sese tibi offerret. Dicit Sũs sanctus. Qui continit iustitiã apprehendet illam, & obuiabit illi, quasi mater honorificata, & quasi mulier a uirginitate suscipiet illum. Qui undique iustitiam habet, qui eam oculis habet, auribus, lingua, & omnibus corporis partibus, & præcipue corde suo possidet, hoc est, qui ex omni parte curat esse iustus, & omnem iustitiam obseruat, hic assequatur sapientiam. Et ut intelligas illam non fugere eum, qui se diligenter inuestigat dicit, quod ipsa obuiabit illi, & quod inuenientur a cupiente, & quærente illam. Et duas mirificas similitudines ponit ad declarandum, quam affectuose accedat diuina Dei sapientia ad eos, qui eam inquirunt, & dicit quod obuiam exibit eis, quasi bona mater, quæ exit ad recipiendum filium suum, quem ualde diliget. Et sicut uxor recipit uirum suum ex longinquo loco venientem, qui eam virginem duxit, & integro amore complectitur. Dicit insuper, quod magis desideras sapientia Dei offerre se nobis, quam nos eam amplecti desideramus. Quomodo non deficit sensus præ consideratione tam admirabilis clementiæ, & probitatis Dei erga nos? qui tam diligenter se se nobis offert, ut in nos beneficia 14
conferat, dummodo nos debitam diligentiam adhibeamus; E contra uero etiam est mirandum, quare non obstepemus, timentes ne super nos calamitas hæc, & maledictio incidat, ne uelimus Deum inuenire, & non inueniamus. Hoc autem non timere signum est, quod tam deprauati sumus, sicut hic Hebræi, qui in comminationem hanc tam seuẽram, & rigorosam suis auribus perceperunt, nec tamen eam intellexerunt, & erant quasi insipientes quærentes inter se: *Quid est hoc, quod nobis dicit,*

Eccl.15.

13


dicit quia eum inuenire non poterimus? Profecturus est ne ad gentes? O iudicium incōprehensibile Dei: liberet nos diuina Maiestas, pro sua clementia, à tali cæcitate. O quātum hic dici poterat, sed oīa mentibus uestris relinquo, vt uere, & ex aīo ea ruminetis nulla enim sunt uerba, quibus debitè possint exaggerari: *In nouissimo autem die ma-*
15 *gno festiuitatis, &c.* In vltimo illorū septē dierum, in quib. celebrabatur festum tabernaculorum, q erat maioris solēnitatis, cùm vnigenitus filius Dei inter illam hominum multitudinem esset in maiori feruore alicuius prædicationis, quā faciebat, cœpit exclamare, & dicere: *Si quis sitit ueniat ad me, & bibat.* O sanctissime Saluator mundi, qs tā fœlix esset, qui auribus suis diuinas has exclamationes perciperet? quem spiritum, & efficaciam secum haberent. Eia fratres mei excitamini vocibus boni Iesu, qui sui ipsius p̄conem se facit, & uocibus uos ad misericordiam inuitat, & aquam uitæ nobis offert,
16 quæ sufficit sitim vestram extinguere. Attēdite, q̄ aquæ huius seculi sunt mortuę, detētæ, & putridæ, quæ uos non possunt consolari, solus Creator uester integram vobis satisfactionem potest præstare. Picus Mirandula
Mirād. in quæstione, quam mouet de homine, ponit ad hoc propositum optimam similitudi-
Simile. nem. Imprimitur sigillum in cera, manet sigilli imago illic depicta, licet multas figuras ponas super illā imaginem impressam, nulla ei quadrat, imò eam dolent, & inficiunt, solum ipsum sigillum, quod eam impressit, ei cōuenit, ac ex omnis parte quadrat, & oīa eius uacua adimplet itaque si illa imago capax esset rationis, posset dicere solùm hoc sigillum mihi satisfacit. O aīa Christiana, dic mihi, quis te impresserit? impresserunt ne te Angeli? aut? Sancti? aut aliqua creatura? non
17 profectò, sed ipse Deus. Sic, hoc fateris? Ex eo igitur intelliges, q̄ oēs creaturas, quas uis tibi applicare per inordinatum affectū te dolent, & deformant. Nihil est, quod tibi conueniat, nec tibi quadret, aut te uerè consoletur, nisi ipse Deus, qui te creauit. Hoc est sigillum, quod oēs sinus tuos, ac potentias implet, & quamuis homo arbitretur in
Simile. creaturis aliquid esse uoluptatis, licèt aliqd sentiat, nō est talis uoluptas, ut ad animam perueniat. Si infirmo, q maxima febri laborat buccam aquæ des, ut refrigeretur, non illius sitim extinguit, nam antequam ad stomachum perueniat, maximus calor, quo ardet parum illud aquæ consumit. Ita uoluptates huius seculi priùs, q̄ ad cor accedant, in exterioribus sensibus finiuntur, nulla ingreditur ad interius animæ, & sic non extinguit sitim, quæ intus est. Idcirco dicebat Dauid Redde mihi lætitiam salutaris tui Nō Psal. 50.
petijt lætitias, quas in turpitudinibus habuerat, sed salutaris tui, quam nemo potest au- 18
ferre, imò laboribus magis inflamantur, sicut fornax guttis aquæ magis incēditur. Et sic sumēdus est hic genitiuus, salutaris tui, ut non possessionem, sed efficientiā significet, i. redde mihi lætitiam, q̄ salutare tuum efficit, lętitiam tam sufficientem q̄ nemo potest dare, nisi solus Deus, nec oībus mundi infortunijs amitti potest, nisi hō uelit eam amittere. O qs sciret prudenter, & attentè hæc considerare, & sciret singula quæq; perpendere, ut ipsa merentur, quātum in alijs inueniret, q̄ eum inuitaret, ad ea quærenda, & quantum in alijs reperiret, quo ad eorum odium moueret? S. Gregor. Nazianzenus af- Gregor. Naziāz.
firmat in tractatu, quem de seipso fecit, reuersus a deserto, q̄ solebat se ponere iuxta 19
mare, & fluctus cōtēplabatur, qūo fiebant, & dissoluebant, & qūo alij rupes feriebant, & ibi sistebant, alij verò per littus extendebantur pisces, & conchas, quę in eo erant cōturbantes, aliqū eas absorbebant, aliqn̄ easdē foras expellebant, & in sicco manebant præter aliquas, q̄ maximæ cuidam rupi inhærentes, licèt à fluctibus uehementissimè concuterentur, fixæ tn̄, & immobiles ibi manebāt. Atq; hæc animaduertens sanctus, ac prudens uir, mundum comparabat mari, qui suis fluctibus, & mutationibus, aliquando nos reijcit, & in sicco manemus, aliqn̄ uerò nos recipit, ut immersi in fraudib. aquarum dignitatum, honorū, ac diuitiarū eius submergamur, ut nos iterum à se maiori 20
ignominia, & periculos expellat, & ita nos huc, atque illuc ducit, & reducit. Non autem hoc faciet, si firmo lapidi adhæserimus, 1. Co. 10
de quo dixit S. Paulus. Petra aūt erat Christus. Nam sic, licet à fraudibus, ac molestijs huius seculi concutiamur, non tamen commutabimur. Hoc modo contemplabatur gloriosus ille Doctor, & à contemplatione sua fructum percipiebat. Tale namque est iustorum ingenium, ut ex omnibus rebus considerationes magnę utilitatis sciant elicere, ut moueantur ad cœlestia ardentius amplectenda, & terrena efficacius expellenda. Et q̄a filij huius seculi hoc non faciunt, idcir-

idcirco per ſecularia ita ſe ſe effundūt,& ęter
na tam paruı æſtimant : quib.oīb.& ſingu-
Hier.31. lis ſigillatim dicit Deus per Hiere. Statue ti
bi ſpeculam,pone tibi amaritudines: dirige
cor tuum in uiam rectā, in qua ambulaſti;
reuertere virgo Iſrael, reuertere ad ciuitates
tuas iſtas. Vſquequo delicijs diſſolueris filia
uaga? O aīa Chriſtiana,quæ habes fidem,&
ideo te virginem appellas: (in hoc.n.conſi-
ſtit fidelitas,& virginitas fundamētalis aīę)
vſquequo erratura es,& diſſoluenda tuis tur
pib.uoluptatib. nunc hæc, nunc illa inqui-
21 rens? Hoc n.eſt eſſe uagam, & diſſolutā be-
ſtiam,quæ neſciat ad præſepe alligata eſſe.
Quouſque, cum Chriſtiana ſis, cum tanta
diſſolutione uiues. Pone tibi ſpeculam,fac
tibi altiſſimam ſpeculam, quæ eſt ſancta cō
ſideratio,& inde eſto ſuſpiciens cælum; illā
Dei pulchritudinē contemplare, nobilitatē
illam curiæ eius, vrbanitatem,& formoſam
ſpeciem famulorum eius.ſ.Angelorū,& Se-
raphim. Aſpice fontem illum uitæ Ieſum
Xp̄m:incipe ex hac ſpecula conſiderationis
ſuſpirare,& dicere. O fons frigidiſſime,qn̄ ī
te balneabor? O fons clariſſime,qn̄ in te la-
uabor? O fons dulciſſime,quando in te bi-
bens ſatiabor? & poſtquam hæc attente cō-
ſideraueris, ego tibi concedo facultatem,ut
ex ea turri deorſum oculos inijcias,& ſecu-
22 laria aſpicias. O quam minima tibi uidebū
tur. Qui eſt in ſummitate turris,& deorſum
Simile. aſpiciat,quamuis uideat hoīes quaſi gigantes
omnes ſibi pueri uidentur. O quot pueros
(inquit)uideo. Non ſunt niſi gigantes. Mi-
hi non uidentur niſi pueri. O anima,quę in
iſta ſpecula collocata es, quid aſpicis? quid
vides? omnes mihi uidentur pueri, & næniæ
hæ. Iſtæ cathedrarum expetitiones,iſta am-
bitionis negotia,iſtæ uanitates,& pōpæ no-
bilium,iſtæ Regum monarchię,oīa mihi vi
dentur neniæ,& illi uidentur pueri reb.pue-
rilibus,& inanibus occupati. Nunc ergo ſi-
quidem iſtuc perueniſti: Pone tibi amaritu-
23 dines, propone coram te peccata tua, quæ
pp hæc uilia, & caduca commiſiſti,& quod
propter illa Dei inimicus,& eius gloria indi
gnus, effectus es, & inferni pœnas meruiſti,
& uidebis quam amara tibi ſint, quæ antea
iucundiſſima erant,& quā libenter hæc om
Gen. 31 nia repellas. Cum Patriarcha Iacob uoluit
relinquere Laban, refert ſacra Scriptura,ꝙ
conuocauit ſuas duas uxores Liam, & Ra-
chelem,& mentem ſuam illis declarauit, &
rationem diſceſſus ſui reddens, dicebat: Vi
deo faciem patris ueſtri, quod non ſit erga
me. Deus autem patris ueſtri fuit mecum;
& ipſi noſtis,ꝙ totis uiribus meis ſeruierim
patri ueſtro. Sed & pater ueſter circumuenit
me,& mutauit mercedem meam decem ui-
cib. & tn̄ non dimiſit eum Deus,ut noceret
mihi. Tulitq; Deus ſubſtantiam patris ue-
ſtri,& dedit mihi. In his omnib.uolebat di-
cere,eo quòd patris ueſtri malitiam expert9
fuerim,& Dei bonitatem cognouerim,con
ſtitui Dei præceptū ſequi, & patrem ueſtrū
relinquere. Hanc prædicationem illis facie-
bat, & ita eis perſuaſit, ut omnes ſimul do-
mum Laban relinquerent. O ſi ita eadem
cōſideratione ſciremus uti. Quod præcipue 24
ſacræ literæ clamant, eſt exaggerare bonita
tem,liberalitatem,magnitudinem,excellen
tiam, infinitamq; Dei miſericordiam extol
lere,& ex alia parte,iniquitatem,inſtabilita-
tem,uanitatemq; mundi manifeſtare,ut fal
ſum hunc Laban relinquentes ex aīo ſequa
mur optimum Deum noſtrum: præſertim
cum nos tanto affectu inuitet, dicit. *Si quis*
ſitit ueniat ad me,& bibat. Eia ſitientes bo-
ni,ſitientes gratiæ, & ueræ ſalutis,accedite
ad hoc pelagus infinitæ ſuauitatis: aperite
ora, ampliate iſta deſideria, expedite ueſtra
corda,& diuinum bonum,qđ uobis offert,
accipite. Et notate ualde qđ dicit, qa q ſuo- 25
rum p̄ſtantium beneficiorum particeps fue
rit, a uiſceribus illius fluuij maximi aquæ
uiuentis defluent. O rem admirabilē,& ple-
nam myſterijs,unde manifeſtatur,ꝙ potens
ſit unuſquiſq; ſeruorū Dei,& q̄tum ualeat ī
p̄ximorum remedio efficere. Certum eſt,qđ
q fluuios capitales a ſe immiſerit,ſatis mun
das relinquet uias,per quas trāſierit. In hoc
ſignificat dominus,quod qui particeps effe-
ctus eſt donorum, ac gratiarum ſuarum,ſta
tim a ſe fluuios boni exempli immittit,quo
rum imitatione proximorum animæ laua- 26
buntur,& purificabuntur. Atque hinc infer
tur, quòd ſi Chriſtiani eſſemus,quales eſſe
oportebat,uix eſſet meretrix,quæ non con-
uerteretur,& a peccato ſuo exiret, aut pecca
tor, quem non puderet ſcelerum ſuorum:
Verum,heu dolor,quia virtutis fluuij exſic-
cantur,& iniquitatis flumina accreſcunt. O
quantum hoc lachrymabatur Sanctus Pro
pheta Oſeas,dicens: Non eſt enim veritas,& Oſeæ 4.
non eſt miſericordia,& non eſt ſcientia Dei
in terra. Maledictum,& mendacium,& fur-
tum,& homicidium, & adulterium inunda
uerunt. Exhauſtis uirtutibus ueniunt maxi

mæ peccatorũ diluuies. Confortemur ergo
fratres, & de hoc infinito mari bibamus, ut
de nobis tales fluuij exeant, qui sufficiant,
Leui. 13 has peccatorũ diluuies mundare. In Leuitico
præcipiebat Deus: Si cessauerit lepra, lauabit
aqua ea, q̃ plura sunt: secũdo, & mũda
27 erũt, ut uestes illius, q̃ iã a lepra mũdus erat,
iterũ atq; iterũ abluerẽtur, & postq̃ sanus esset
interius, & iterũ atq; iterũ lotus exteri⁹;
mũdus haberetur. Significãs ĩ hoc, ꝙ nõ solum
debemus, non esse mali, uerũ nec mali
uideri, sed ꝙ debemus esse interius, & exterius
boni. Quam parum hoc æstimare solẽt
hoĩes seculares, qui cum a se probitatis, ac
synceritatis fluuios nõ immittãt, eos malorũ
exemplorum immittũt, quib. proximos
suos magnopere cõtaminãt, & eis maximè
nocent, & q̃ acriter Deus hos puniat: patet
Nu. 14. ex mirifico quodã exemplo, ꝙ est in Numeris
ubi legitur, ꝙ irati sunt Hebræi in deserto
malis nuncijs, quos illis attulerũt maior
pars illorum exploratorum, qui iuerunt ad
considerandã terrã promissionis, dicentes illis,
ꝙ erant in ea Gigantes maximi, qui eos
quasi locustas poterant deuorare, quo nuncio
tam timidi fuerunt effecti, ut dixerint.
Cõstituamus nobis ducem, ut reducat nos
28 in Ægyptũ. Cũ Deus ualde hanc iniuriã sẽtiret,
(etsi orationib. Moysi oratus eos statim
non euertit) ꝓmisit nullũ illorũ ingressurum
esse in eam terrã ꝓmissionis, & postq̃
eos sic minat⁹ est, dixit eis. Cras mouete castra,
& reuertimini in solitudinem per uiam
maris. & rõnem reddens, dicit. Qm̃ Amalechites,
& Chananæus habitant in uallibus,
ne in eorum manus incidatis, & uos interficiãt,
cũ auxilio meo non adiuuemini. O admirabilẽ
Dei clementiã, & q̃ merito de eo
scriptũ est: Dũ iratus fueris misericordiæ recordaberis.
Posset eos non admonere, siquidem
illã iniuriã sibi fecerant, quo ulterius
progredientes, oẽs perirent, sed noluit, nisi
vt agendæ pœnitentiæ tp̃s haberent, & ne
corporib. & animab. perirent. O quot homi
29 nes modo Deus expectat: & ab occasionib.
& inconuenientib. eos aufert, ne moriãtur,
sed pœnitentiam agant. Verum, uæ illi, qui
pœnitentiam non egerint. Et ꝙ hic ualde notãdum
est, quòd expectat populum, ut agat
pœnitentiam pro peccato suo, sed non expectauit
exploratores, qui eum commouerũt,
& peruerterunt, & sic dicitur Ibi. Igitur omnes
uiri, quos miserat Moyses ad contẽplandam
terram, & qui reuersi murmurare fecerant
contra eum oẽm multitudinem detrahentes
terræ, quod esset mala, mortui sunt,
atq; percussi in conspectu Dñi, ad terrorem
aliorũ, & q̃a non ex imbecillitate, sed ex malitia
peccauerãt: ut uideatis quod suppliciũ
Deus sumat de illis, qui alios scandalizãt, &
peccare faciũt, morte. s. repentina eos punit,
quod est seuerissimum supplicij genus. Historia
est hæc, & casus dignissimus ponderatione, 30
& qui nos magnopere deberet exhortari,
ut non modo non scandalum alijs afferamus:
sed, ut omnes ad amorem, & obediẽtiam
nostri optimi Dei curemus inuitare, q̃
pro sua infinita probitate, & misericordia
nobis hic suam gratiam concedat, & postea
ad æternam gloriam perducat. Amen.

Feria III. post Dominicam in Passione.

Ambulans Iesus in Galilæã, nõ enim uolebat in Iudæã ambulare, quia uolebant eum Iudæi interficere. Ioan. 7.



Dicit S. Euãgelium, quòd quodam
tempore ante festũ Scenophegiæ 1
cõmorabať Christus redemptor noster in Galilæa,
& ibi ꝑdicabat, & magna miracula faciebat, & dicit, *Quod nolebat
in Iudæã ambulare, quia nolebant eum
Iudæi interficere.* Res mirabilis, ꝙ reddat nobis
S. Euangelista hanc causam, quare non
vult ire in Iudæam, dicens. *Quia nolebant
eum interficere.* Quid? S. Euangelista tu non
cernis, quod dedecoras maximum redemptorem
mundi? Non uides, quod eum pusillanimitatis
arguis? S. Isaias eum appellat, ad Esa. 9.
mirabilis De⁹ fortis. Si ergo fortis, cur nũc
timet? Dauid non defuit, qui in spiritu eum Ps. 23.
interrogaret, aut ipsemet ĩterrogauit. Quis
est iste Rex gloriæ? Et respondet Dñs fortis
& potens, Dominus potens in prælio. Tu vero
dicis modo, quòd quia Iudæi eum uolut 2
occidere, non uadit in Iudæam. O ineffabilem
Dei potentiam. Dic mihi Dñe, si esset Simile.
dux quidam præstantissimus præclarissimæ
famę, qui milites suos ualde confortaret, postea
uero cum prœliandum esset absconderet
se, & coram hostibus nollet apparere,
nõ amitteret magnam partem honoris sui?
Quid Domine? Tu non es Dux, qui nos cõfortas?
Non ne dicis tu, Nolite timere Mat. 10
eos

eos, qui occidunt corpus, animã autem non possunt occidere? id est, neminem in terra timeatis ppter me. Quare ergo tu fugis? siste peccator multum enim te præcipitas, Deus non recusat ire, ppter utilitatẽ suam, sed propter tuam, ut te doceat quid debeas facere.
Eccl. 3. Oĩa tempus habens, & suis spatijs transeunt uniuersa sub cælo: dixit Salomõ. Sol iam habet constitutum tempus ad immitendos radios suos super terram, & habet etiam tempus, in quo eos debeat abscondere. Arbores,
3 & flores suo tempore uiriditatem suã ostendunt, & fructus proferunt, alio autem tempore omnem uirtutem suã includunt. Et ita hominem oportet habere tempus ad explicẽda dona, quæ sibi à Deo communicata sunt, & tempus ad ea abscondenda quandocunq; animaduerterit præsentiam suam malis profuturam esse, ostendat se, & cum illis conuersetur; cũ autẽ cognouerit illam non esse profuturam, imò quod cũ illa magis indignabuntur, recedat. Hoc nos docet altissimus cæli magister, cũ nolit tũc temporis ire in Iudæã. Etiam nos docet ille, qui aperiens os suum
4 posset imperare, ut terra aperiretur, & eos oẽs inimicos suos absorberet, & usque in profundum inferni mergerentur, cum non vult
Psa. 58. aliud supplicium ab eis sumere, quàm ab eis abesse, nos (inquã) docet patientiã. O quàm bene dixit Dauid: Et de uiris sanguinũ salua me. Liberet me Deus ab hoĩbus effusoribus sanguinis qui statim uolunt uindictã sumere, & desiderant proximum suum lacerare. Aspice Iesum Christũ tuum optimum Magistrũ, quo modo patitur, & simulat. Pater non est in manu mea non irasci contra nimicum meũ hoc est, quia nescis tibi resistere. Sed siquidẽ irasceris, recede ab illo, ut ista ira prætereat.
Ephe. 4. Sol non occidat super iracundiam uestram dicebat Sanctus Paulus: Cauete fratres, siquando, ut fragiles, in aliquam iram incideritis, ne in tantam miseriam deueniatis, ut
5 cum occiderit sol, adhuc in uobis ea ira maneat. Iesu bone, quantum malum est, quod sit homo mani bellua peior, & nesciat rationem aliquam quærere, qua seipsum mitiget? Iratus est semel Plato in quendam puerum, & cũ iã eũ uellet uerberare, erectam manũ iam habebat, ut illũ flagellaret, & non flagellabat: & interrogatus est quid faceret; at ille respõdit: castigo hoĩem iracũdũ anteq̃ pluuiam puerũ. Nolebat plagam unã puero infligere ita concitatus, & prius seipsum aliqua bona consideratione uincebat. O quàm bona consideratio est hæc oĩbus Christianis, qui sup naturale lumẽ, quod hic habebat tot lucibus sup naturalibus illustrati, & tã mirificis exẽpli diuini magistri edocti sumus, quorum unum est hoc, quod dicit: *Non uolebant in Iudæam ambulare.* Vt te doceat, quod sciat inimicũ tuũ subterfugeret: nõ.n. oportet totũ eẽ, vult abscindere, & corpora trãsfigere.

Erat aũt in proximo dies festus Iudæorũ. *Dixerunt autem ad eum fratres eius.* Per fratres, hic significantur propinqui, & consanguinei. Dixerũt ei propinqui eius: Multa sũt 6
testimonia huius rei in Scriptura. In deuteronomio dixit Deus, quod non possent aliquem eligere in Regem, qui non sit frater Deu. 17.
tuus, id est, qui non sit Hebræus: & Sanctus Paulus dixit: Optabam ego anathema esse Rom. 8.
pro fratribus meis. Et iterũ in Deuteronomio: Si unus de fratibus tuis ad paupertatem deuenerit, id est, si unus ex Hebræis in Deu. 15.
paupertatẽ inciderit. Esset lõgũ dicere quoties in sacris literis propinqui uocentur fratres. Hic propinqui Christi Redemptoris nostri, ut ipsi erant inanis gloriæ cupidi, arbitrabãtur, quod etiam pijssimus Dominus 7
sibi similis esset, quod mundi gloriam quæreret, sicut ipsi faciebant, & sic dicebant domino nostro Iesu Christo, ut abiret Hierosolymã ad facienda illa maxima miracula, quæ ibi faciebat, (illic enim uniuersus mundus erant) ut sic honoraretur propter illa Simile.
singularia opera. Qui in naui sunt, arbitrantur rupes, quæ in littore firmissima sunt, cõmoueri: cum tamen ipsi solummodo mouãtur. Sic qui in aliquo uitio sunt: putant alios etiam eodem modo uiuere. Arbitratur malus impossibile esse quenquam uiuere absque eo quod sit malus. Etiam de firmissimis rupibus, qui sunt iusti, hoc iniquum iudicium faciunt. Quando unquam in toto terrarum orbe fuit rupes firmior, quam Iesus Christus filius Dei? Aut, quis unquam tam paucã 8
occasionem præbuit, ut de se cogitari posset, quod inanẽ huius sæculi gloriã expeteret, quàm hic diuinus amator, & doctor ueræ humilitatis, qui nullam penitus præbuit? Et tamen tãta erat malitia, & deprauatio illorum, ut de eo malè suspicarentur. Non p eã uiã ambulant iusti pleni charitate. Vt enim Sanctus Paulus affirmat: Charitas non cogitat 1. Co. 13.
malum: se solũ iudicat iustus imperfectum, de nemine malè sentit, nisi de se. Hi gloriæ uanę cupidi cum hoc falso iudicio, domino suadebant, ut abiret ad facienda illa opera

in publico, dicentes: Nemo quippe in occul
to quicquam facit, & quærit ipse in palam es
se. Oēs sunt uanæ gloriæ cupidi, & propter
opera sua uolunt laudari, atq; ideo nihil clā
uolunt facere. Quam uniuersa hi faciebant,
& q̄ procul ab obseruantia illius diuinæ do-
Matt. 6. ctrinæ, quam idem Dominus prædicauit, &
docuit, dicens: Attendite, ne iustitiā uestram
faciatis coram hoībus, ut uideamini ab eis,
9 alioquin mercedē non habebitis apud patrem
uestrū, qui in cęlis est. Heu quot sunt hodie
similes his infœlicibus, qui in hora mortis
se deceptos experientur, eo ꝙ non custodie
rint hoc, ꝙ Dñs hic dicit. Itaq; qui uideban-
Simile. tur in cęlum ire, tunc in infernum pcipitabū
tur: Sicuti deprędatores, qui equos habent,
in quibus incedūt, inuersis soleis ferreis cal-
ceatos, & qui eorū uestigia considerant, in ci
uitatē eos ire iudicant, ipsi uerò a ciuitate fu-
giunt. Ita isti tales incedunt in equis, q̄ sunt
eorum corpora, inuersis soleis calceatis, ieiu
nijs, orationibus, &c. Veruntamen hæ soleæ
sunt inuersæ: Nam hæc, quæ pp gloriam Dei
facienda erant, propter gloriam mundi illi
10 faciunt, & q exterius uestigiū aīaduertunt,
iudicant eos ad gloriam iter facere, ipsi uero
ea recedunt, uidentur in cęlū properare, cum
tñ in infernū pgant. O terribilem amentiam,
uelle bonis operibus tm̄ malum emere, ut
est æterna cōdēnatio. Cauete fratres mei, ne
in tantam insaniam deueniatis, ut tam sor-
dido luto uestra bona opera contaminetis,
ut est inanis mundi gloria. Reformate in ini
tio uestrarum exercitationum intentiones
uestras, ita ut omnia uestra opera ad gloriā,
& honorem Dei dirigantur.

Dicit eis dñs. *Tempus autem meum non-
dum aduenit.* Ite uos ad istud festū, ꝙ est tem
pus uobis aptum, in illo enim festo taberna
culorū primis tribus diebus maximè in pō-
pis, cibis, ac potionibus, ludisque alijs secu-
laribus uanitatibus occupabantur. Hoc est
11 tps uestrum, & ꝙ uos quæritis. Hoc tempus
non est meū. Imò his diebus si me illic uide
rent, molestiam illis afferrē, & me odio habe
rent, ut sp habent, q a eis ueritates annūcio,
& illos rephendo. Vos nō pōt odisse mūdus,
qñcunq; accesseritis, benignissimè recipie-
mini, q a estis similes mūdo. Ecce nunc dete
git Dñs unā ex maximis miserijs, quæ sunt
in filijs huius seculi, q̄ est, ꝙ non possunt ui
dere, aut cōuersari cum illis, qui eos obiur-
gāt, & uitia eorū rephendunt, imo illos sum
mo odio psequantur. Oīs eorū amor, & af-
fectio est ergo alios sibi similes, quia eis fa-
uēt in executione suorū turpium appetituū.
Hoc est malum adeo perniciosum, ut ad agē
dum de eo Sāctus Iob tot, tamque terribilia Iob. 21
uerba prius dicat ad attentionē petendā, ut
sit dictu obstupēdā. Ait enim: Attendite me,
& obstupescite, & ego qñ recordatus fuero,
pertimesco, & concuti carnē meam tremor.
Timeo, & carnes meæ cōtremiscunt, cūm co
gito hęc, quæ dicturus sum. Et incipit loqui 12
de quibusdam hoībus, quibus Deus multas
diuitias tribuit, qui prosperi, abundantes, ac
sani uiuunt, & oīum uitam in uoluptatibus
degunt. Domus eorū securæ sunt, & pacatę,
& non est uirga Dei super illos. Bos eorum
cōcepit, & non abortiuit, & nunquam recor
dantur gratias Deo agere: imò ex omnibus
his bonis sagittas cōtra Deū efficiunt: qui di
cunt Deo: Recede à nobis, & scientiā uiarum
tuarū nolumus: quis est omnipotens, ūt ser-
uiamus ei? Quod si dicatis: quō Deus hos
patitur? expectat Deus ut corrigantur, alio-
quin: In diem perditionis seruatur malus, &
ad diem furoris ducetur, illic cuncta persol- 13
uent. Hoc est ualdè hic notādum, ꝙ de uno Iob in fi
quoq; harum malorum, & ingratorū Deo di ne eius
cit S. Iob, obscura q̄dā, & mysterijs plena dē ca.
uerba quorum cā oēm hunc locum Sancti
Iob recitaui: Dulcis fuit glareis cocyti, &
post se oēm hominē trahet, & ante se innu-
merabiles. Cocytus, est nomē Græcū, signi
ficat idem, ꝙ luctus infirmantium, lachry-
matio miserorū. Poetę finxerūt, ꝙ ex lachry
mis damnatorum erat in inferno fluuius ma
ximus nomine Cocytus. Glareę sunt arenæ,
quæ sunt in pfundo fluuij, & glareæ Cocyti
significat arenas illius fluuij inferni. Perpen
dit Lira, ꝙ tempore Iob erat hic dicendi mo
dus, ꝙ ut dicerent hominem perditissimū, di
cebāt, eū arenā Cocyti, ut nunc uocamus ho
mines pditissimos, titiones inferni. Et quam
quā in inferno non sunt titiones, est tñ opti-
mus loquendi modus uocari eos titiones in
ferni, & sic licet in inferno non sint lachry- 14
mę, nec fluuius lachrymarum, aut arenę. (Il
la n. erat fictio, nā damnati possent lachry-
mas effundere, & in mille annis lachrimam
unam effunderent, facerent mare maxi-
mum, & aliud, atque aliud, & prope nihil
esset in comparatione durationis tormen-
torum suorum.) Erat tamen proprius lo-
quendi modus malos uocare glareas Cocy-
ti, at nunc titiones inferni appellari. Nunc
intelligetis uerba Iob. Dulcis fuit glareis
Cocyti:

Cocyti. Vnusquisque horũ perditorum nõ est dulcis, nec affabilis, nisi alijs sibi similib. illis se lætum, liberalem, ac dulcem præbet, cum illis conuersatur, non uero cum eo, qui illum reprehendat. O quantum malum est non posse videre eum, qui tibi dicat, malè facis, & de unoquoque illorum dicitur etiam ibi, quis arguet coram eo uias eius. Nõ quia non sunt prædicatores, sed quia illi fugiũt, & sic quis poterit eorum uitia corã ipsis reprehendere, cum nunquam prædicationib.
15 intersint? si reprehendendi sunt, oportet esse in eorum absentia, nam coram eis non est possibile, cum illi fugiant, & de hoc, qui ita viuit, dicitur quòd trahet post se in infernũ hominum multitudinem, & post se omnem hominem trahet, & etiam antequam moriatur multos in infernum immittet. Et ante se innumerabiles. O rem clarissimam dictu, & auditu, qđ sis tu hic edẽs, & bibens, & exultans, & quòd tua causa iam in inferno tot ardeant, quot illorum, quos tu prouocasti, inuitasti, ac muneribus donasti, ut propter te
16 peccarent, sunt iam defuncti, & quid scis, quam pœnitentiam egerint, an, utrum illis flammis gehennalibus, & iustitiæ Dei vltricibus inflammentur? Quare non contremiscis homo pestilentissime? quare non quæris speluncam, & non includeris sub rupe, ut pro tantis sceleribus pœnitentiam agas? ò millies miserum te, qui tanti mali causa fuisti, & insuper hæc omnia rides, manducas, & delectaris, & tam quietus dormis, ac si nihil mali feceris, ò cœli, ò terra obstupescite, & tantam insensibilitatem admiramini. O pater luminũ, ò lumen infinitæ charitatis, illumina hos cæcos, ut infœlicem statũ in quo uiuunt, cognoscant, & te, tanquam clementissimum patrem salutis deprecent.
17 Videte fratres, utrum merito trepidauerit Iob considerans hæc, quæ nobis dicere uolebat, q̃ nostris oculis uos intuemur in plurimis, q̃buscũ cõuersamus, & nõ tremimus, nec id sentimus, q̃a charitatẽ nõ habemus.

Idcirco illis dicit. *Non potest mundus odisse uos*. Quia estis similes illi. Tempus uestrũ semper paratum est. Ad uestras uoluptates, & honores, omni tempore occasionẽ inuenietis, & mundum, qui uobis in eis fauet.
Ephe. 5. Postcà autẽ omnem hãc dissolutionem per soluetis. O q̃ merito nos admonet Sanctus Paulus dicens: Videte itaq; fratres quõ caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Vnum ex maiorib. detrimẽtis hominis est tempus amittere, & ideo temporis distractores vocat Sanctus Paulus stultos, & insipientes, sapientes uerò appellat eos, qui tẽpore vti sciunt. Videte quõ caute ambulete. Aduertite hoc qđ per magni interest. Redimentes tp̃s. Non est iustum redimi, nisi captiuos. Id igitur vult dicere. Videte quod habetis captiuum tp̃s, & cæteris uinctum, quæ sunt peccata, redimite, & soluite illud, ut in Dei seruitute occupetur, redimite illud a tanta captiuitate, ut est consumi in serui-
tute Sathanæ, cum ad Dei seruitutem concessum fuerit, & quam rationem reddis, quare illud redimere debeamus? quoniam dies mali sunt. Nonne Deus cuncta creauit optima? vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant ualde bona. Quõ ergò dicis, dies malos esse? ego uobis dicam. Moratur hõ malus in aliqua domo, & dicis tu filio tuo. Si amplius in malã illam domum ingressus fueris, puniã te. Quid dicis? domus illa non est bona? qđ mali habet? Bona est: veruntamen uocat eã malam, quia habitat in ea homo malus. O quã hoc sanguineis lachrymis plorari oportet. Dies, quos Deus fecit optimi sunt, nos verò, quos omnibus creaturis meliores esse oportebat, tã mali sumus, vt tempus, ac dies ita infamemus, ut occasionẽ p̃beamus, quo Sanctus Paulus eos malos appellet. Itaque in oĩbus his uerbis vobis ostendit Sanctus Paulus sũmæ esse sapientiæ bene uti tẽpore, & ad hoc necesse esse, in primis illud a captiuitate redimere nostrorum scelerum, ipsa enim efficiunt, ut nostra tẽpora, & dies mali sint. Dices tu, quanuis dies in malis nõ cõsumam, attamẽ deest mihi tẽpus ad hoc opus saluationis meę, qđ tã opere mihi cõmendatur, habeo enim familiam, & cum illa mille impedimenta, quæ me a Dei seruitute distrahunt. Esto tu sapiens (vt ait Sanctus Paulus) quasi sapiẽtes redimentes tp̃s, & statim habebis tp̃s ad vtrumque. Si iã redimisti tp̃s, vt illud in uanitatib. non consumas, ẽt curare debes, vt ab his quotidianis negotijs illud redimas, & ita sapienter illud diuidas, vt ad oĩa habeas tẽpus. Maximè laudatur in sacris literis iudicium illud, quod fecit Salomon. Vt legitur in libris Regum, vbi dicitur, quod litigabãt duæ mulieres super puerum, affirmans vnaquæque suum esse. Properantes ad Regem Salomonem, iudicium expostularunt, & post multas contradictiones, quia unaquæque uolebat sibi puerum

Margin notes, right column: 18 (beside "tute Sathanæ"); Simile. (beside "ego uobis dicam"); 19 (beside "malam, quia habitat"); 20 (beside "impedimenta"); 3.Re.3. (beside "ad oĩa habeas tẽpus").

portate,protulit sententiã Salomon dicens:
Diuidatur, detur vtrique pars pueri, & sic
perspectum est utra illarum esset mater eius
pueri. O quantũ honorẽ impetrabitis corã
Deo,& eius Angelis, si hac arte utimini,qua
vsus est Salomon, præcipiens pueri diuidi.
Quis infantior quam tempus?singula pun-
cta nascuntur,vnumquodque est nouũ, quo
uis instanti venit in mundum tempus.n.præ
teritum iam non est, nec futurũ adhuc est:
unum itaq; est temporis punctum, ut sæpe
vobis dicitur, quod de tẽpore nõ habemus
21 nisi nũc. Hunc puerum duæ mulieres expo
scunt,scilicet caro,& anima. Meum est tem
pus(ait caro)& in utilitate mea consumen-
dum est,idem dicit aĩa,ꝙ tẽpus est suum, &
quod ad res sibi necessarias præcipue illud
Deus dedit. Vis ergo esse sapiens? uis Salo-
monem imitari?accipe gladium, & hũc pue
rum rationis gladio diuide. Diuide frater
mi tempus, & unicuiq; partẽ suam dato,
partẽ unã,quæ in rebus corporalibus consũ
matur,& in diuitijs,in gubernanda familia,
aliã verò partẽ da spiritualibus rebus, ut in
22 eis illã cõsumas. Hoc est tẽpus redimere, &
in conspectu Dei esse uere sapientẽ. Non sic
faciunt,ꝙ omne tẽpus festis,gaudijs,& secu
laribus uoluptatibus uolunt paratum habe
re:quibus dicere possumus, ꝙ dixit Dñs il-
lis uanis: Tempus uestrũ semper est paratũ,
Vos ascendite ad diẽ festum hunc. Ascendite
& delectamini in tpe;qđ Deus in manus ve
stras tradidit,aliquando aũt hæc gaudia vo
bis in amaritudinẽ conuertentur. O fratres
aĩæ meæ,uos dicite cũ Iesu Christo, ego nõ
ascendã ad diẽ festũ istum,qa tps meum nõ
dum impletum est. Nolo gaudia, aut festiui
tates in hac mortali uita,cum aduenerit tps
meum,tunc delectabor. Conijcite oculos in
breuitatẽ,& paucitatẽ uoluptatum, quibus
hi modo funguntur,& in æternitatem tor-
mentorum,ꝙ pro illis accepturi sunt, & sta-
tim amittetis tentationem sequendi eorum
Esa. 13. uestigia. Loquens Esaias de Babylone,dicit:
Nec ponet ibi tentoria Arabs. Declarat Di
uus Hieronymus, Arabs,idest,occidentalis.
23 Occidentalis, q cogitationem suã in morte
positã habet, nõ ponit sedẽ suã, nec requie-
scit in Babylone,q est hic mũdus, nec in e-
ius uoluptatib. cõmoratur. Considera attẽ-
te quomodo oĩa finiantur, & omnia tibi
horribilia uidebuntur, & sordida, & noles
cor tuum ponere in reb. tam caducis. Quia
enim hoc non considerant, qui nunc uolu-
ptatibus fruuntur,aliquando rabie conficiẽ
tur,& barbas ꝓ dolore dilaniabũt,aduertẽ
tes quot occasiones prętermiserint, & nihil
illis proderit, cum tanta opportunitate vti
noluerint. In Genesi legitur famẽ maximã
in Ægypto fuisse,quæ septẽ annos durauit,
antequã dicitur ibi,tantã fuisse tritici abun
dantiã,quæ fuit in pręcedentibus septem an
nis,ut arenæ maris adæquaretur. Finitis ue-
ro his septẽ annis successerunt alij septẽ tan
tæ sterilitatis,ut in primo anno illorũ uene-
rit omnis Ægyptus ante Regem Pharaonẽ 24
clamans,ac dicens. Da nobis alimẽta. Quid
igitur facerent in subsequentibus sex annis,
cum primo anno hoc facerent? Denique tã-
ta fuit fames,à qua ut se eximerent oẽs hæ-
reditates,ac bona sua uẽdiderunt. Dic ergo
mihi frater mi,qđ sentirẽt illi miseri in me-
dio tantæ inopię cũ præteritę fœlicitatis re
cordarentur,& uiderẽt,ꝙ paruo pretio,& la
bore possent sibi in posterum alimẽta pui-
dere,atque etiam sic in oẽm uitã suam the-
sauros acquirere?ꝙ merito angerentur, & se 25
ipsos reprehenderent dicẽtes: ò stultos nos,
ꝙ facile nobis prouidere potuissemus, & no
luimus,qđ si de hoc nõ fuissemus admoniti
fortasse aliquã defensionẽ negligẽtia nostra
haberet,sed cum tanto tpe antea de eo com
monefacti fuerimus,quumque Regis mini
stros tã diligenter maximã frumenti copiã
accumulare uiderimus, qđ deberet nobis
sufficere, vt intelligeremus, ꝙtum illud fie-
ri oporteret,& tamen tam negligentes fui-
mus,quam ergo excusationem habere pote
rimus? ò quantum modo nobis prodesset,ꝙ
tunc disperdebamus,ubi erat sensus noster,
cum tam bono opportunitate uti nescieri-
mus? sic,credo,omni illo tẽpore affligerẽtur
tantã negligentiã animaduertentes. Dic mi
hi ergo frater,qđ est hoc in comparatione
rei,ꝙ nunc agimus? illa fuit fames, quæ se-
ptem annos durauit, fames autem inferni
erit æterna. Illa habuit remedium,quamuis
difficile,hæc aũt in perpetuum remedio ca-
rebit. Denique illi transactis septem annis 26
caput erexerunt,& de ęrumna exierunt, qui
uero semel in infernum ingressus fuerit ad
patiendum, nullo unquam tẽpore requiem
uidebit. Si igitur illi tam afflicti erant,quan
to magis isti erunt,qui nullam penitus spem
habent salutis? ò si scires considerare quo-
modo unusquisq; illic se lacerabit, & intra
se dilaniabitur dicẽs, ò miserũ me quam op
portunum tempus,& quot occasiones præ-

termisi

termisi frustra. Tempus fuit, in quo cum lachrymis, & peccatorũ dolore, ac uera pænitẽtia facillimè malis meis remediũ adhibere possem. Quare ergo in posterum oculos non conieci? quomodo præsentibus rebus obcæcatus sum, quare frustra prætermisi annos illos tãtæ fœlicitatis, in quibus locupletari possem? Quod si inter infideles uixissem, nec plus esse quã oriri, & mori, credidissem aliquã fortasse executionẽ haberẽ cum dicerẽ me ignorasse quid nam mihi pręparatum esset. Cum autẽ inter Christianos uixerim, & unus ex illis fuerim, & hãc horam ad
37 uenturã crediderim, cumque quot die Ecclesiæ clamoribus admonitus fuerim, multosque uiderim, qui his vocibus admoniti opportune remediũ quærebant, & ꝓperabant multa bona operã cumulare, me uerò omnibus his operibus, & exẽplis surdũ effecerim, & ne gratis quidem cælum accipere uoluerim, quo supplicio dignus est, qui tale perpetrauit? ò furiæ infernales dilaniate, & discruciate uiscera mea, satis enim hoc dignus sũ. Hac rabie, & anxietate in sempiterna sęcula torquebuntur. Quid igitur ad hoc dicitis fratres? uidetur ne vobis bonum esse, vt vobis
38 modo prouideatis, siquidem tẽpus habetis? quid dicitis? quid decernitis? ò per clementissima Iesu Christi uiscera, vos rogo, ut hoc
1 feruentissime proponatis, & in hoc tẽpore, saluationis uestræ negotiũ ualde necessariũ vere, & ex aĩo agẽre incipiatis. Cum tps, uita mors, cælum, infernus vos inuitent, ut nunc id faciatis. Et ita uobis gratiam suam Deus largietur, qua æternam gloriam consequi valeatis. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, &c. Amen.

Feria IIII. post Dominicam In Passione.

Facta sunt encænia Hierosolymis, et hyems erat, & ambulabat Iesus in tẽplo in porticu Salomonis. Ioan. 10.

1 Refert sanctum Euangelium, q̃d celebrabaẽ Hierosolymis festũ in commemorationem purificationis templi, quam fecit Iudas Machabæus. Vt. n. legitur li. 1. Machabæorum: Rex Antiochus ingres-
1. Mac. 1 sus Hierusalem templum Dñi turpissimis abominationibus prophanauit. Cum autem postea S. Iudas Machabæos ab eo uictoriam reportasset cum exercitu suo ingressus est, Hierosolymam, templumque omnibus illis immunditijs purificauit, illudq; quo melius potuit adornauit. In memoriã hui⁹ pijs operis celebrabatur quotannis eo die celeberrimum festũ Hierosolymis. Et de hac dedicatione, & solennitate loquitur hic S. Euangelium. Super hoc initium duæ nobis utilissimæ considerationes oriuntur. Prior est, ꝙ legiẽ in eodẽ li. ꝙ cũ introiret Sanctus dux 2
Iudas cum exercitu suo uiderunt sanctificationẽ desolatã, & altare ꝓphanatum, & portas exustas, & in atrijs virgulta nata sicut in 1. Mac. 4
saltu vel in montibus, & sciderunt vestimenta sua, & plãxerunt planctu magno, & imposuerunt cinerẽ sup caput suũ, & clamauerũt in cælum. Si hi tñ dolorẽ acceperunt, & tristitię suæ tot signa demõstrarunt, ꝙ materiale illud tẽplum sordiũ, & immũdum aspexerint, & ꝙ in altari dñi sacrificium idolis immolatum fuerit, & totum tẽplum, & eius sacræ res oẽs ꝓphanatæ, ac dissipatæ erant, q̃d nos facere oportet cõtẽplãtes aĩas nostras, q̃ vera Dei sunt tẽpla, tam destructas, tantæq; immunditiæ plenas, & peccatis contaminatas: & uidentes uoluntatẽ, quæ ꝓpria est ara Dei, in qua quotidie Sathanæ sacrificia immolantur, & affectus, ac amores creaturis of- 3
feruntur, & ꝙ omnes portæ huius templi q̃ sunt sensus, humi ꝓstratę sunt, sensualitatis igne exustæ? quare uidẽtes hãc euersionẽ in nobismetipsis non ploramus, in cælum clamamus, cilicioq; operimur? nec maiorẽ dolorẽ ostendimus, q̃ lapides? ò Christe dux superne, diuine Machabæe pro tua diuina clementia, & pietate hæc damna tu refice, & nostrarum calamitatum cognitionẽ ac dolorẽ nobis largire. Q̃d cũ à tua diuina manu tã excellẽs quid acceperimus, ut animã ad similitudinem tuam creatam, & eam tot tantisque peccatorum sordibus infecerimus, nec tamen hoc sentimus? Dicit S. Propheta Ezechiel sibi Dominum dixisse: Fili hominis leua planctum super Regem Tyri, & dices Eze. 28.
ei, Hæc dicit Dominus Deus. Tu signaculũ similitudinis, perfectus decore, & peccasti. 4
O quam lachrymabile est hoc uerbum q̃d, cum ad imaginem meam creatus fueris (ait Deus) & tanta pulchritudine plenus, & tamen peccasti? & licet aliqui hoc applicent ad Sathanam, illic tñ loquitur cum peccatore lege Tiri, & sic cum cęteris omnibus peccatoribus. Quid? cum hõ sit similis Deo, & ad eius similitudinẽ factus, cumq; alia pluri-

ma beneficia acceperit a Deo, potuit tñ cor; ac manus habere ad peccãdum? & q postea maneat tã sine sensu, & cognitione hu.⁹ mali, sine lachrymis, ac dolore, ac si gratissimũ aliqd opus diuinæ Maiestati fecisset? Caue ergo ô hõ ingrate, ibidem enim dicit dominus, pducã ignẽ de medio tui, q cõmodat te nisi velis peccata tua agnoscere, & ex toto corde tuo tãta incõmoda lamentari, siquidẽ
5 illi Machabæi pro exteriorib. rebus tantum animi dolorem demonstrabant.

Altera cõsideratio, quę sese nobis offert hæc est. Quanti facere debeamus hæc tẽpla materialia, quæ erecta sunt, ut in illis Deus glorificet. Cum videamus quo spiritu, & lachrymis illi boni viri tẽplũ purificarint, & adornarint, & postea p tot annos hoc festũ celebratũ fuerit in memoriã honoris, quo illa domus Dei restaurata fuerat. Vt de hac materia loqueremur multo tẽpore opus esset. Miserabile. n. est, q hodie inter Christianos agit Nõ ẽ necesse, Antiochũ venire, aut
6 alios idololatras ad Dei tẽpli prophanãda. Ipsi. n. Christiani ea sic contaminant, & inficiunt, ut nesciam quib. verbis hoc explicẽ: siquidẽ in cõspectu Dei aspiciũt, loquunt, atq; ea desiderãt, quorũ declaratio satis aerẽ corrũpere sufficeret. Vnum tñ verbũ de hac re loqui volo, & est, vos rogare, vt attentissimẽ perpẽdatis exaggerationẽ maximã, q fecit Deus ad Hieremiã dicens: Tu ergo noli orare p populo hoc, & ne assumas p eis laudẽ, & orõnem, q a nõ exaudiã in tẽpore clamoris eorum ad me, in tpe afflictionis eorũ. O dña, & Regina cælorũ, qd potuit esse, quare pater misericordiarum ita in hoĩes iratus esset, ut nollet misericordia p eis se exorari? ipse Deus hoc declarat, addẽs, quid est q dilectus meus in domo mea fecit scelera multa,
7 ecce malum. Et tñ malum, q infinitæ misericordiæ Dñi ianuas claudere uideat. Duo peculiariter dicit; Dilectus meus, & in domo mea, quæ maxime tertium aggrauãt, q est, fecit scelera multa. Amicus meus, & in domo mea plurimas, & maximas iniurias mihi fecit. Quid est q cum ecclesia malefactores protegat & ubi primũ homicida in eã se receperit nõ audeat iudex eum apprehẽdere, illum ãt nõ valeat, q ad eã cõfugit desiderans tradere se Deo, & cum illo res suas cõicare? sed ibi reperiat Sathanam, & eius ministrũ q conet ei spũalẽ mortẽ ibi inferre? q veniat pphan⁹, & filias Dei illic pturbet? ualeat eis, pro Dei reuerentia, sacra dñi ædes.

Hie. 11.

Dicit vlterius S. Euangelium, q in illo festo. *Ambulabat Iesus in porticu Salomonis.* Quanquã tẽplum Salomonis euersum fuit à Chaldæis, & postea reædificatũ fuit hoc de quo loquit Euangelium, illi tñ nomẽ remansit pristinũ, & uocatum est tẽplũ & porticus Salomonis. Quod in principio Salomon illud fecerat. Maximum est esse hoĩem principem in aliquo insigni ope & ei initiũ dare. 8
Propter honorẽ Salomonis, q ille in principio tã illustre illud opus erexerit semper illud nomen tẽplo remansit. Et ita solet Deus magnis pręmijs afficere, & magnopere honorare eos, qui alicuius boni principes, & autores sunt & hoĩes ad alia sancta opera, ac exercitatione inducũt. Cum Hebræi accesserunt ad mare rubrum fugientes Pharaonem, & Deus pcepit Moysi vt uirga mare pcuteret, & mare in uias diuisum est, timebãt Hebræi nec per aquas audebant ingredi. Tunc Aminabab uir præcipuus ex tribu Iuda confortatus est, & per medias aquas introiuit, & ita metum expulerunt reliqui, eumque secuti sunt, & sic omnes in mare ingressi sunt. Et p 9
pter illam spẽ, q bonus Aminabab in Deo habuit, & pp fortem animum, quem exercitui vniuerso addidit, pro certo habetur illã tribum à Deo electa esse, ex qua Reges Israel essent, & sic declarat Titelmanus ad hoc ppositũ uersũ illum Psalmi, Facta est Iudæ sanctificatio eius. Et ita declarauit quidam autor nostri tẽporis uerba illa Canticorum. Anima mea cõturbauit me propter quadrigas Aminababi. Vocat ibi currus Aminadab fortitudinẽ & spem animi eius, qua ausus est in maris aquas se immitteret. Hi currus, q sunt bona exẽpla excitant aĩam, republicã, regnũ, & mundũ deniq. vt vnusquisq. intra se perturbetur eo q idẽ non faciat. Itaq. in hoc sensu, Anima mea cõturbauit me, significat, Anima mea reprehendit, & confudit me 10
propter optima exempla uiri boni, & iusti. Sicut fuisset confusio, & ignominia non scire qui Hebræos tunc Aminabab, uidẽtes eum tam tuto transire per medium mare. E contra uerò ignominiosum est valdẽ, esse hominem inuentorem alicuius mali, quod solet Deus acerrime punire pp malum exemplum, quod alijs proximis præbetur. In Numeris legitur, quod quidam homo in die festo ligna collegit, & ideo Deus eum lapidibus obrui præcepit. Quare domine pro tam leui culpa tam graui pœna eum punis? Non præcepit hoc Deus tantum propter pec-

Exo. 14.
Psal. 113.
Cant. 6.
Nu. 15.

catum quantum, quia fuit ille primus, qui Sabbathū violauit, post præceptum sanctificationis Sabbathi pmulgatum. In actibus
Act. 5. dicitur de Anania, & Saphira, ꝙ quia omnia sua offerentes nescio qd sibi seruauerūt eos occidit S. Petrus. Quare Domine, quia aliquid bonorū suorū sibi seruauerint, cū reliqua sua dederint, eos occidis? Nunc Chri-
11 stiani oīa sibi seruāt, & uix pp te ea, quæ sibi supersunt, quæque relinquunt pauperib. erogat, & hoc suffers, hos uero miseros pro tam leui culpa interficis? sic. Quia fuerunt primi, qui in Ecclesiam catholicā proprietatem introduxerunt. Primi transgressores legis sacerdotalis, q̄ præcipiebat, nequis Deo thus, aut sacrificiū offerret nisi cum ipso altaris igne, fuerant duo filij Aarō, qui legem hanc fregerunt offerētes coram arca Domini ignē alienū, & sic eos Deus puniuit efficiens, vt ignis de altari egrederetur, qui eos
Leu. 10. cōbussit, & in cinerē cōuertit. Et ita dicitur in Leuitico, ꝙ egressus ignis à Dño deuorauit eos, & mortui sunt corā Dño. Ex his terribilibus exemplis apparet, quam exosus sit
12 Deo, qui malorum inuentor est, Vt animaduertatis, quid faciatis, qui ludorum uitia, vestes, dissolutiones, & conuiuia, atque alia inuentionū genera in rēpublicā introducitis, ex quib. ex maxima peccatā, & reipublicæ deprauationes oriri solent. Et arbitrantur, qui ita peccāt, & modo pœnas statim nō soluunt, nullo supplicio se puniendos esse. Arbitrātur ambitiosi, & seditiosi, qui ambitione sua omnia euoluunt, ꝙ quia statim terra non aperitur, & eos absorbet tanq̄ Dathan, & Abyron, nulla pęna afficiētur. Etiam sibi persuadent turpes, & sensuales, ꝙ quia statim ex cælo ignis non pluit, qui eos comburat, sicut Sodomitas, & Gomorrhæos, impunes manebūt. Et existimant, qui status suos corrūpunt, & cōfundunt vocationi suę non respondētes, quia Deus statim diluuiū non immittit, quod eos demergat, sicut illos, qui corruperāt viā suam, ꝙ Deus eos nō videt, & quod nihil amplius futurum est. Et omnes inobedientes Deo, qui in peccatis, maris nauigant, quia statim Deus non excitat
13 tempestatē, vt in profundum, submergātur, & eos absorbeat certe, sicut Ionā, putant nullum sibi suppliciū paratū esse. Et cum mali sacerdotes transgressis diuinis præceptis ad missæ celebrationē accedūt, qa statim ignis
Leu. 10. de altari nō egredit, q eos deuoret, tanq̄ filios Aarō arbitrant Deū suorū scelerū obli-
uisci. Et fratres ac moniales proprietariæ, q̄ Deus paupertatē vouerūt, nec tñ eā seruāt, & creatori prælatoq; suo mentiuntur, existimant, ꝙ quia illic statim Deus non eas interficit, sicut Ananiā, & Saphirā ad pedes S. Petri occidit, nihil amplius futurum est. O Act. 5.
cæcos nos, nō sumus ēt peccatores sicut, & illi? quō ergo nos soli impunes mansuri erimus? An aliū illis, aliū uero tibi Deum futurum esse credis? An alijs legibus te esse iudicādū existimas, ac illi iudicati fuerunt? erras 14
erras misernme si tale cogitas, exēplū sume ergo peccator ab alienis periculis, ideo tam que Deus eos hac in vita puniuit, ut certo scias oēs aut cito, aut sero puniendos esse, Eccl. 8.
nisi pęnitentiā agant. O quātō affectu dicit Spiritus sanctus, etenim qa non profert citō contra malos sniam, absq; vllo timore fi- Rom. 2.
lij hominum perpetrāt mala, & ita S. Paulus videtur velle cœlum manib capere animaduertēs ꝙ hoīes ex patientia, & longanimitate, qua eos Deus expectat occasionem accipiunt, vt deteriores efficiantur. Quocirca dicit. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis ɛ ignoras. enim, qđ benignitas Dei ad pniam te adducit? secundum āt duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & 15
reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique scdm opera eius. Fieri pōt, ut cūā tū diuitiarum tā cupidus sis tātas diuitias, vt has, contēmnas, quæ in æternum te locupletare possunt? forte non cognoscis eas: & ignoras, ꝙ benignitas Dei, ideo te expectat & tolerat, vt te ad pniam adducat, tu vero hac Dei mīa abuteris. Ad hoc propositum dicit ēt Dauid: Deus iudex iustus fortis, & patiens, nunquid irascitur per singulos dies? nisi cōuersi fueritis gladium suum uibrauit Psal. 7.
arcum suum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit. Non erit sp, ut minetur, & tamē nō puniat, qa nisi cōuersi fueritis, iam nihil est amplius, ꝙ expectetur, iam gladiū suum euaginabit, & eū vibrat, quasi, qui iā vult percutere, atq; ēt arcum suū tetendit, & in promptu habet, & in eo sagittas suas mortiferas, 16
& ignib. obduratas (vt fortiores, & penetrabiliores sint) adaptauit. His elegantissimis metaphoris vult comminari, & deterrere Spiritus sanctus peccatores ne se securos esse existimēt, qa si hodie cū peccauerūt statim supplicio non affecti sunt, cras est ibi, aut alia dies cum eis poterit aduenire, quan

do minus arbitrentur. Quamobrem caueamus omnes diligentissime ne malorum inuentores simus atq; etiam, neq; mala alij inuenerunt committamus, sed nostra ingenia occupemus quærendo inuentiones, & modos, quibus magis Domino Deo nostro placeamus, & proximos nostros ad omnem virtutem inuitemus, quod tam gratum est di-
17 uinæ Maiestati, vt non modo æternis donis illud remuneret, sed etiam in hac vita velit, ne ab hominum memoria labatur.

Cum igitur dominus in illa porticu Salomonis ambularet: *Circundederunt eũ Iudæi.* Circundederunt eum, ut undique illum cõ-
Ps. 117. terent. De hac obsessione prophetauit Dauid, dicens: Circũdederũt me sicut apes, &c. Quare nõ dicis, circundederũt me sicut leones, tigres, aut lupi, sed sicut apes? illa namque animalia plerumque cum vtilitate sua damnum inferunt, & ipsa salua manent. Apes uero si damnum inferunt, est parum & ipse illud inferentes moriuntur. Vt enim naturales dicunt apes, habent uiscera inhærent stimulo, & sic effundentes stimulum, viscera etiam effundunt, & ideo moriuntur.
18 Apertè hic ostẽditur proprietas eorum, qui proximos suos lingua, aut manibus persequuntur, damnum enim, quod proximis suis inferre possant, parum est, cum sit corporale, damnum uero, quod sibi faciunt, maximũ est, siquidem animas suas occidunt.
Phil. 1. Idcirco S. Paulus dicebat: In nullo terreamini ab aduersarijs, quæ illis est causa perditionis, nobis aũt salutis. Circundantes bonũ Iesum dixerunt illi *Quousque aĩam nostram tollis*? Quousque nos ita animi suspensos esse patieris? ò quę verba hominum desperantium, qui malitiam, ac rabie cõsumebantur? liberet nos Deus ab inuidia cordi infixa, quę hominem suspensum, & quasi mortuum trahit, & est grauissimum supplicium, quo Deus malos punire solet, suspensio, quędam animi, vt incedat homo quasi pendens. Ita
19 dicit Moyses Hebræis: Dabit n. Dominus
Deu. 28 animam consumptam mœrore, & erit vita tua quasi pendens ante te. Perpendite diligentes, q dicunt omnes, quousque animam nostram tollis? non uero dicunt, animas nostras. Habebant oẽs vnam animam, vnam intentionem, & desiderium ad malum. O quã adunati incedũt mali ad nequitias suas perpetrandas, quomodo confortantur, & inter se inuicem fulciuntur. De his, S. Propheta
Ose. 9. Oseas dicit, profunde peccauerunt sicut in diebus Gabaa. Tripliciter solent homines peccare, aliqui peccant superficialiter (vt ita dicam) sicut iusti, qui cum absoluta deliberatione per virtutem currunt, oblata tamen aliqua grauissima occasione aliquando contingit eis semel peccare, sed statim per pœnitentiam ad Deum conuertuntur. De his Psal. 36
dicitur, iustus cum ceciderit non collidetur, quia Dominus supponit manum suam. Non penitus confringetur, & dissoluetur,
quia protectio Dei est sustinet, & in se redu- 10
cit. Alij diutius peccãt, ita tñ, ut nequaquã alios ad peccatum uellẽt inducere, & hi iam ingrediuntur magis in peccatum. De his lo-
quitur S. Paulus dicens. Cum. n. essemus in Rom. 7
carne, passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, vt fructificarent morti. Peruersi mores, & deprauati habitus, qui tantopere legi prohibebantur, nos incitabant, vt mortiferos fructus proferremus. Alij vero peccant profun Iud. 9
de, usque ad centrũ peccati, qui non solum sibi, sed alijs ẽt condemnationis causæ sunt. De his dicit Oseas. Profunde peccauerunt si-
cut Gabaonitæ: de quibus legitur, q turpi 21
ssimè peccauerunt cum vxore Leuitæ, & q se ipsos ad illam studendam nequitiam sollicitabant. Et inter peccata, quod frequentius commouet, vt alij ab alijs excitentur, & in vnum conueniant, est inuidia, vt apparet in fratribus Ioseph, qui inuidia pleni inuicem commouebantur, dicentes: Venite occidamus eũ. Et maledictus Pharao, ut patet in- Gen. 37
uidia concitatus, dixit suis. Ecce populus filiorum Israel multus, & fortior nobis est, venite sapienter opprimamus eũ. Propter qđ se regnumque suum tandem labefactauit. Semper alienæ res inuidioso meliores videntur q suæ: quocirca proximos suos odit, & persequitur. Venite (ait) sapienter opprimamus eum, Non accrescat proximus, euertamus eum, & bona eius, ne nobis excellat.
Inuidia obcæcauit illos, ut has gratias re- 22
ferrent optimæ, & fidelissimæ seruituti, quã Ioseph Regi, regnoq; vniuerso exhibuerat.
Non reperietis, q dicat ibi sacra Scriptura, Exo. 1.
Hebræos in rebellionem incidisse, aut aliquod damnum Regi intulisse, nullã aliã rationem reddit, nisi q multus est, & fortior nobis, idcirco opprimamus eum. Ecce qđ faciat inuidia. Quare psequeris proximũ tuũ? quid tibi mali fecit? nihil. Nisi q est honorificentior, doctior, & præstãtior me. Opprimamus eũ. Ecce quo inuicem inuitãtur, & con-

confortantur ad tyrānidē. Proximus meus, qui plus valet in senatu, in cōsistorio, in cōgregatione paremus eis supplantationē, qua abiectus maneat. Veruntamen videte adinuētionē Dei, φ quāto magis opprimebant, tāto magis multiplicabant, & crescebant. Et tāto magis in Ægyptijs inuidia pullulabat, & sic vbi nos legimus oderantque filios Israel
23 Ægyptij in Hebręo legit Nauseabāt, & abominabant. Horrebant illos, & videntes eos execrabantur: tāta erat eorū inuidia in filios Israel. Atq; hinc intelligemus, qd significauerit S. Paulus in illis uerbis, facti summus
1.Co.4. oīum peripsema. Vt si uobis apponantur in
Simile. disco cortice, & putamina pomorum humi prostrata, & pedib. attrita essent uobis horrori, & nauseæ, ita mali iustos horrēt, & abominantur. O q̄ admirabilis exaggeratio est hæc S. Pauli. Hæc ergo inuidia est, quę miseros hos torquebat, & adunabat, & alij alios conuocātes cōuenerunt, & mitissimū hunc agnū circūdederūt, ut tētarent, utrum aliqd uerbū ab eo audire possent, quo eū calūniarent, & illi mortē inferrēt. liberet nos Deus ne semel inuidiæ ad corda nostra aditum pa
24 tefaciamus. Si.n. semel ingrediat, & in illis radices agat, φ malum nos facere non coget? Claudite fratres mei ianuas tam crudeli pesti, & diuinā maiestatē die, ac noctu feruentissime supplicate ne uos ab hac perniciosissima glandula, & atrocissima rabie contaminati patiatur. Hinc.n. nascuntur iræ, odia, simultates, ac deniq; aīarum, & reipublicæ euersio proficiscitur. Quantum incōmodum & quot mala euenerunt miserrimæ illi reipublicæ propter eius ciuium inuidiam.

Si tu es Christus dic nobis palam Respondit Iesus, Loquor nobis & nō creditis. Opera, quæ ego facio. &c. Sæpenumero hoc uobis manifeste oñdi mirabilib. operib. quæ corā uobis feci in noīe patris mei. *Sed uos non creditis, quia nō estis ex ouibus meis. oues meæ uocē meā audiūt.* Duplicē uocem habet hic di
25 uinus pastor. Alteram exteriorē, alterā vero.
Apo.10 interiorē. De exteriori scriptū est. In Apocalypsi, vidi Angelū fortē uestitū nube, descēdentē de cælo, & clamauit uoce magna quēadmodū cū leo rugit, & cū clamasset septem tonitrua dederunt uoces suas. Hoc nomen: Angelus, nō est nomē naturæ, sed officij. Et sic itelligēdū est illud, q facit Angelos suos
Ps.103. spūs, i. qui facit spiritus suos Angelos. Non dicimus, φ rex facit equites hoīes, sed qd facit hoīes equites. Ita Deus spiritus facit Angelos, q facit eos nuncios suos, & ita Esaias appellat Christum R.N. magni consilij Angelum. Quod significat, quia est seruus qui Esa. 9. dā hoīum maximi cōsilij, & prudentiæ. Hūc ergo Angelū, & hoīum ministrum vidit S. Ioānes vestitū nube, q̄ est eius pretiosa caro, & uoluit leonē rugientē. O quātū clama Luc. 13 uit bonus Iesus in mūdo dicēs, Nisi pñiam egeritis oēs simul peribitis. Illæ sūt seueræ reprehensiones, quib. Iudæos reprehendebat dicens toties. Væ uobis Pharisæi, q diligitis primas cathedras. Vę vobis, q estis vt monumenta, &c. Et vę vobis legisperitis, qd aliud erāt, q̄ terribiles rugitus metuendi leonis? ô quoties rugiuit, & quoties nunc rugit cōminans, uocans, ac deterrens peccatores cōminationib. mortis, ac inferni, nec tñ eū uolūt audire, & cum clamasset, septē tonitrua dederunt uoces suas. Postq̄ clamauit, & voces suas extulit Iesus Christus filius Dei, tribus illis annis quos pdicauit, ascendit in cęlū, & 27 cū misisset septem dona Spūs sancti in Apostolus suos; hæc septem tonitrua dederūt voces suas accipientē Spū sancto in nostra sanctos illos uiros. His alij successerunt, & sp diuinus hic pastor corā habui uociferandis exterius per ministros suos ad suas oues, quæ in sua sancta Ecclesia depascuntur. Alteram uocem habet interiorem, & frequentissimā, q est sācta eius inspiratio qua loquitur interius ad corda ouium suarū. Has igitur uoces dicit hic dñs ab electis suis audiri, & eos hic clamorib. obedire, quib. ducti eū sequuntur. Quāobrē hō in teipsū oculos conijce, & uide quō huius diuini pastoris vocibus obtēperes, uide quō eum sequaris, vide quoties quasi ouis pdita ab itinere diuinorū præceptorum eius recesseris. Qñ ouis est pigra, & sp post alias uenit, q a ita gulosa est, Simile. ut passim i segetes ingrediat: & in pratis maneat, & pastor semel ei sibilat, iterum eā deterret fundæ strepitu, iterum lapidem in eā inijcit, iterū pedū conijcit, iterum mittit sociū iterū deniq; ipsemet humeris suis illam 28 ad gregē portat toties poterit remanere, vt pastor iā molestatus eā derelinquat dicens: mane ibi, nescio qd tibi faciē, etsi comedant te lupi. Vę illi cui hoc cōtigerit: Quia te iterū, atq; iterū Deus reducit, tu vero pertinax es. Derelinquet ergo te Deus, ut maneas cū pęna tua ꝓ culpa tua. Oues quas diuinus hic pastor magni ęstimat, sunt q̄ ei obtēperant, & illum sequuntur, Quod si aliqñ a recto limite exeunt, & in uetitum ingrediuntur minimo

sumo quoque sibilo, quo eas Deus vocat, statim reuertuntur ad illũ per pœnitentiam, & perseueranter illum sequuntur. Et ego vitã æternam do eis, & nõ rapiet eas quisquẽ de manu mea. O fœlices iusti, qui talem sedem habent, qꝫ q Dominũ habent, qui eos præ manibus suis fert, Quantũ exaggerabat beneficium hoc, & commoda, quæ ex eo sequũtur Dauid dicẽs. Qui habitat in adiuto
Psal. 90. rio altissimi in ꝓtectione Dei cęli cõmorabit. Dicet dño, susceptor meus es tu, & refugiũ meũ Deus meus sperabo in eum. Qui
29 sedem suam in Deo habet, & in eius protectione cõfidit, ab eo protegetur, maximè, n. hoc decet magnitudinem diuinę probitatis eos, qui ad se confugiunt, & sub sua protectione cõmorãtur, ꝓtegere. Si hoc faciunt principes huius sęculi, qui nullã aliam rationem reddunt ad fauẽdum eis, qui ad se confugiunt, quã hanc, dicentes: cõstituit se sub protectione mea, cõfidit in me, protecturus sum eum. Cũ hoc homines faciant, quanto magis pertinet ad infinitam Dei clementiã hoc facere? Quapropter, qui ad illum confugerit: dicet dño; susceptor meus es tu, & refugiũ meum. Et huius rei rationem reddens dicit: Deus meus sperabo in eum. Ad quem alium cõfugiet creatura ꝑter Deum, & creatorẽ suũ? ô dulcissima verba, & quõ oporte-
30 ret ea in omnium cordibus imprimi. Deus meus sperabo in eum, quia est Deus meus sperabo in eũ. Vide quã bene hoc confirmet suauissimus pastor cũ dicat, & nemo rapiet eas de manu mea. Ego, & pater vnũ sumus. Et queadmodũ nemo eas põt à manu patris auferre, sic ẽt de manu mea nemo illas poterit rapere. Siquidem vnus Deus cũ p̃re sum. In potentissima manu mea oues meas fero semper corã oculis meis, ut eas semper aspiciã. O Benedictus talis pastor, superaxaltatus talis hoĩum amator, q̃s huius diuini dñi
Amos 7 amore non capit? Dicit S. Propheta Amos admirabilẽ visionẽ sibi fuisse demonstratã. Ecce dñs stans super murũ litũ, & in manu eius trulla cæmẽtarij. Et in hoc loco trãscri-
31 pserũt septuaginta interpretes sic. Ecce dñs stãs super murũ adamãtinũ, & in manu eius adamas. Vbi dicit S. Hieronymus. Per ada-
Hieron. mantẽ in manu dñi, virũ iustum intellige. Et queadmodũ lapidarius sinit concuti adamantẽ, quia scit nullũ damnũ illi inferendũ esse, imo magis estimandum intelligit. Sic habet Deus murum adamantinum, quidẽ fortissimũ refugium ad suos protegendos, & habet unũquẽq; iustorũ quasi adamantẽ pretiosum, quem habẽs lapidarius in manu iterum, atque iterum eum aspicit magni illum ęstimans. Quod, si aliquando iustum concuti patitur, est quia optimè cognoscit ictus ei non debere nocere, imo maiori coronæ futuros esse. Vide ergo, ô anima quanti te Deus faciat, uide ne contemnas eũ, qui
te tanti æstimat. Ne amittas hac fœlicem 32
sedem, sed cura, ut in eius gratia semper conserueris, & sic æterna eius gloria perfrueris. Ad quam nos perducat Iesus &c. Amen.

Feria quinta post Dominicam in Passione.

Rogabat Iesum quidam Pharisæus, ut manducaret cum illi. Luc. 7.

SENTENTIA est Aristotelis non omnes auditores idoneos esse ad omnes addoctrinas percipiendas, sed secundum doctrinæ qualitatem, ita & auditorem requiri, Vnde ipse colligit iuuenes
non esse idoneos ad illã partem Philosophię 1
audiendam, quæ dicitur Ethice. Agit. n. de uirtutibus, & ita requirit aĩum peccatum, & dispositum. Cum de pœnitentia huius sanctæ peccatricis diuino auxilio agẽdũ nobis & de illius admirabili cõuersione dicẽdũ sit. opus erat auditoribus, q̃ pœnitẽtiã summo
pere diligerent, q̃que ad flẽdũ promptiores Gregor.
essent, quam ad audiẽdum. Hoc animo erat Sanctus Gregorius cum de hac materia ageret; siquidem in Homilia super hoc Euangelium, quæ hodie recitata est cœpit dicens:
cogitãti mihi de Maria Magdalenę pœnitẽ 2
tia flere magis libet, q̃ aliquid dicere. Cuius enim uel saxeũ pectus illæ huius peccatricis lachrymæ ad exemplum pœnitendi non emolliant? utinã diuina Maiestas uiscera, & corda nostra emolliat, ut cum simili dispositione hæc dicamus, & audiamus. Hoc pri-
mũ debemus notare, q̃ una ex ꝑcipuis hu- Hie. 10
manæ uitę miserijs est, q̃ possit hõ p se cadere, & nõ possit p se surgere. Sic dicebat Sanctus Hieremias loquẽs cũ Deo his uerbis: scio dñe, quia non est hominis uia eius, nec
uiri est, ut ambulet, & dirigat gressus suos. Sim de
Sunt aliquæ feræ ita facta, ut absque claui possint claudi, non tñ absque claui referant. Tale est cor hominis, quod potest clau-

di per libertatem liberi arbitrij, non tamen
pōt recludi ad gratiā iustificationis nisi per
clauim omnipotentiæ diuinę. Hoc significa
Esa. 41. uit Spiritus Sanctus per Esaiam, dicens: Po-
nam desertū in stagna aquarum, & terram
in viam in riuos aquarum. Dabo in solitudi
nem Cedrum, & Spinam, & Myrthum, & li
gnum Oliuæ, vt videant & sciant, & recogi-
tent, & intelligant pariter, quia manus Do-
mini fecit hoc, & Sanctus Israel creauit il-
lud. Egregia sanè repetitio verborum, & oīa
vnum, & idem significant. Si nunc quidā ho
mo cum alio loqueretur, & ei diceret: Hoc
tibi dico, vt videas, scias, recogites, & intelli-
3 gas optimè rem hanc: videretur superfluus,
& impertinens esse hic loquendi modus. Si-
quidē vnum ex his verbis sufficiebat, sicut
& cuncta. Quis autem dubitat, optimè di-
ctum esse, ꝙ ab Spiritu Sancto dictū est? At-
que ita oportuit fieri, vt apertè videremus,
ꝙ opus tam admirabile, vt est, ꝙ cum esset
peccator desertum aridum, absque vlla via,
aut vestigio virtutis, postea floreat, & quasi
hortus amœnissimus repletus fontibus, ac
arboribus pulcherrimis, & suauissimis fru-
ctibus onustus efficiatur: non humanæ po-
tentiæ, sed potentissimæ Dei manus, atque
infinitæ eius clementiæ est opus. Idcircò tot
illa verba cumulauit, ut videant, sciant, &c.
Itaque in hac verborum repetitione consu-
4 luit Deus gloriæ suæ, & nostræ humilitati,
vt, cū nos ita conuersos viderimus, nihil de
hac conuersione nobis arrogemus, sed oīa
ad eius supernā gloriā, & inestabilem miseri-
cordiam referre curemus: immensas ei gra-
tias pro illa agentes. Verum est, ꝙ quamquā
Dn̄s est præcipuus autor huius operis diui-
ni; ministros tamen, & alios instrumenta
assumit alios homines. Quapropter omnes,
qui de peccatorum remedio agunt, vt sunt
prælati, prædicatores, confessores, & patresf-
5 familias, & oēs illi, qui ad correctionem fra-
ternam tenentur, intelligentes se Dei esse in-
strumenta, atq; in tā excellenti opere opor-
tet se etiam mente, & omni peccato mundi, &
abstersi esse curent, quasi instrumenta, quæ
tam supremi artificis manibus contrectanda
sunt, & in tam sancti officij ministerio, & rē
hanc maximi æstiment, & in ea diligentissi-
mos se præbeant. Glossa superacta Aposto-
Glo. su. lorū notat, ꝙ S. Paulus (vt oēs scimus) antea
Act. 13. vocabatur Saulus, & quia Sergiū Paulū con
uertit nomē suū reliquit, & vocatus est Pau-
lus, quia fuit illud primū spolium, quod san-

ctæ Ecclesiæ attulit: glorians se tam excellē
tis operis, vt fuit instrumentū esse conuersio
nis infidelis ad omnipotētis Dei seruitutem.
Sicut antiqui Romani nomina sua deponebant,
& illa a suis præclaris factis assumebant.
Illi insignes Scipiones, illi Marcelli,
Fabij, ac Cornelij, quō reliquerunt nomina
sua tam nobilia in mundo, & alter vocatur
Africanus, alter Atticus, alter uerò Numan-
tinus appellatur: quia magis honorabantur
nominibus, quæ declarabant præclaras res, 6
quas gesserant. Ita B. Paulus nomen suum
deponit, & nomen assumit a maximo, & p-
clarissimo opere, quod fecerat infideiē illum
ad Catholicā fidem conuertens. Et hoc idē
notat etiam S. Hieronymus. Hæc omnia vo D. Hier.
bis dico fratres, ac patres, vt aduertatis quo-
modo tam excellens opus faciendum sit.

Cum igitur hoc opus conuersionis pecca
toris sit tam admirabile, in quo filius iræ, &
maledictionis, efficitur filius Dei, dignissi-
mum est (licet sit difficillimū) ꝙ sciatur quō
id fiat. Atque ad hoc summus Magister mū
di aditum quēdā nobis patefecit, per quem,
quasi per rimam, arcanum hoc perspicere-
mus. Cùm enim dixisset. Nemo potest ve- 7
nire ad me, nisi Pater meus traxerit eum, Ioan. 6.
addidit statim, quomodo homines ad Pa-
trem adducantur, dicens: Est scriptum in
prophetis: Erunt omnes docibiles Dei om-
nis, qui audiuit a Patre, & didicit, venit ad Isa. 54.
me. Ad intelligenda hæc difficillima verba & 3
Domini aduertendum est, quòd homo per
peccatum in obscurissimam caliginem inte
riorem incidit. Sicut Samson, vbi primum
in inimicorum suorum man⁹ incidit, quod
prius perdidit, fuit lux oculorum. Hac cali- Iud. 16.
gine ita obcæcatus manet homo, & etiam
tam demens, ut, quamuis cum eo loquaris
de gloria, aut de inferno, de morte, aut de
Sancti Euangelij mysterijs, siue de cruce, ac
passione Domini, non plus ijs omnibus cō-
moueatur, ac si obscurissimas res audiret,
et quæ ad se nihil attinerent. Videte quomo 8
do peccatum adulterij obcæcauerit Dauid, 2. Reg. 12.
siquidem quasi totum annum in eo commo
ratus fuit. Quando.n. Nathan ad eum iuit
iam infans adulterij ortus erat, et ita insensa
tus erat, ut iratus fuerit, et mortis dignū esse
dixerit, qui ouem a dn̄o suo arripuit, nec tñ
cognoscebat, qua ipse dignus esset pęna, qd
alienā uxorem rapuerit cum morte dn̄i, ac
uiri illius. Quis [illegible]
tis, quid efficiat peccatum, cum uirus [illegible]

tam sanctũ in tam mortali obliuione sui ac Dei sepeliuerit. Quid terribilius, quã qđ tam sanctus, tamque sapiens rex quinque tot beneficia a Deo acceperat, tanto tempore a pristinis moribus, ac statu alienus esse potuisset? Ad abstrahendã aĩam a tam misero statu, hoc primũ Deus facit pro sua misericordia, ac propter merita Iesu Christi filij sui, ꝙ has tenebras ei aufert, & doctrinæ suæ lucem in eo imprimit: ut sic illustrata uideat, ꝙ antea perspicere non poterat, clarificata
9 aĩa hac luce ineffabilẽ Dei pietatẽ, clemẽtiã, ac iustitiã cognoscit, & quantũ huic summę bonitati debeatur, intelligit, &, ꝙ est grauissimum malum, toties Deum offendisse pro tam caducis rebus, & cognoscit, ꝙ peccata, quæ prius sibi leuia uidebantur, sunt grauissima, eo ꝙ sint contra infinitũ Deum, & ꝙ infinito bono hoĩem priuent, ꝙ est Deus, & quia animam ad pœnas sempiternæ durationis deuinciunt. Ita cognoscit homo mala sua, & non satiatur cæcitatẽ suã admirari, eo ꝙ tot malis circundatus tam quietus dormiisset. Simile. Sicut, qui ingressus est in speluncã, & quia nox erat non uidit, ꝙ plena erat ser-
10 pentibus, & ex itinere defatigatus recubuit inter eos, & dormiuit, si eo dormiente, hõquidã ueniret cum face accensa, & eum excitaret, atq. excitatus hic serpentibus se circũseptum animaduerteret, qua celeritate illinc fugeret, & remedium quæreret, quo se tanto periculo liberaret? Hoc igitur significat: Erunt oẽs docibiles Dei: Oĩs ergo, qui audit a Patre, & didicit, uenit ad me, qui iustificandi sunt prius doceri oportet, & qui diuinam hanc lucem a Patre accipiunt, ita illuminati ueniunt ad Iesum Christum quærentes in illo remedium ad excũdum ex peccato, & gratiam iustificationis accipiendam.

Hæc omnia in hac muliere manifestè ap-
11 parent, de qua dicit Sanctum Euangelium, *quod erat in ciuitate peccatrix.* Maximas occasiones forsan illa mulier præbuerat, siquidem publicum peccatricis nomen in tota ciuitate obtinuerat. Nomina enim singularia non facile impetrantur. Plurimas sæuitias cõmisit Nero, & inde ab oĩbus uocatus est crudelis, ita, ut cum quis crudelis, & immanis uocandus sit, dicat Nero Maximis liberalitatib. floruit Alexander, siquidem singularæ liberalitatis nomẽ adeptus est. Cum hoĩes eo perueniunt ut singularia noĩa consequant plurima iã fecerũt, forsan nimis ꝓfanata fuerat hæc mulier: siquidem tam infame nomen comparauit. Deus uos liberet, ne ita uiuatis, ut ab oĩbus notemini, & nulla sit congregatio in ciuitate, in qua de uobis nõ loquantur. Nam cum omnes de uno dicũt, aut omnes sunt mali, aut ille maximas occasiones ad illud præbuit, ꝙ crebrius solet accidere. Vnus ex fontibus, ex quo tot mala dimanarunt, fuit pulchritudo, pp quam fortasse a multis solicitata fuit. Idcirco dico ego maius periculum esse in corporali pulchritudine, quam in igne. Ignis enim ex ꝓpinquo comburit, pulchritudo uero ex pro- 12
pinquo, & ex longinquo loco concremat. De Panthera, Hispanicè (*Onça.*) scribit, qđ est animal pulcherrimũ, & aspectu iucũdissimũ, quo multa animalia ad se allicit, quę allicita mordet, & occidit. Multo crudelior est corporalis pulchritudo rationalis, animalis, quæ proximorum animas occidit, & est occasio mortis ipsius animæ possidentis eam. Multorum oculos quasi Panthera ad se attrahit, quos postea destruit. Non immeritò Spiritus Sanctus dixit: Fallax gratia, & vana est pulchritudo, mulier timens Deũ, ipsa laudabitur. Pro. 31. Corporalẽ pulchritudinẽ fallacem appellat. Theop. Et sic dicit Theophrastus de pul- 12.
chritudine, ꝙ est fraus tacita, & muta, quia absque loquela, hominũ corda decipit, & si- 13
mul est uana. Quid uanius, quã ꝙ una febri euanescit? Est flos absq. substantia, & permanentia, q̃ mane est viridis, & decorus, vesperi aũt marcescit, & arescit, ac in humum decidit. Et quanuis tã vana, & nociua sit pulchritudo, illam tñ oẽs maximi faciunt, atq; artibus, & medicaminibus cupiunt adaugere. Nõ ita fecit decorus adolescens, de quo dicit Sanctus Ambrosius lib 3. de Virgi. ꝙ Amb.li. sentiens speciem, & pulchritudinem suam 3.de vir. multarũ mulierum oculos rapere, easq. in sui amorẽ inflãmari, faciẽ suã percussit, ne tam mortalis damni alicui esset occasioni. Et idẽ dicitur de alio iuuene Tuscano. Pauci sunt 14
modo hoc spiritu, qui proximorum suorũ spirituale incõmodum doleant, & sui ipsius misereantur, & q̃ occasiones, & inconuenientia auferre curẽt ad euitãda peccata: sed oẽs summopere curant pulchriores uideri, tam viri, quam fœminæ, vt plus desiderentur, & ad malum solicitentur, quinque plus habet pulchritudinis fœliciorem, & beatiorem se existimat. O cęcos, & miseros vos, qui damna, quæ vosmetipsis, & proximis vestris infertis, non cognoscitis. Hæc enim ingreditur paulatim Sathanas, vt vos penitus euertat.

Simile. euertat. Mercatores cũ res uenales coniunctim uendunt, minori pretio uendũt. Quando uero diuiſim, maiori pretio uẽdunt. Nos uero ẽ cõtra facimus cum Dæmone: ſi enim diabolus ab aliquo peteret, ut omne tempus uitæ ſuæ ſimul ſibi daret; quis illi hoc concederet potius milles mori uelletis, quam ſic cuncta uitã diabolo dare. Si uero a uobis petit, conſume hunc diem totũ in ſeruitute
15 mea, indue, & exornare, ut uidearis, ut in hominum conſpectum prodeas, & concupiſcaris, uidetur uobis parum, unus dies eſt, & illum non æſtimatis. Poſtea poſcit, ut aliũ diem conſumatis in ſeruitute eius, & libentiſſime, pro uili pretio facitis. Si uobis perſuadeat diabolus, ut duos, aut tres mẽſes in aliquo peccato conſumatis, cito dicetis, qđ ſic uobis placet: cũctã uero uitã ſi petat, dicetis, q̃ nõ uultis. Idcirco diabolus eſt aſtutus: nunquã enim uobis dicit ſtatim in principio, ut maxima flagitia cõmittatis, nec qđ diu in eis commoremini, ſed paulatim petit diuiſim emens; nam ſic uili pretio uos ueneditis ſperantes, ꝙ poſtea pænitentiã agetis, & ſic ſuper ueſtrã animam paulatim diabolus poteſtatẽ capit, & poſtquam ſemel in
16 uobis dominatur, experimini, uos tam debiles, ut uix iter uideatis, quo remedium quæratis: hoc enim artificio uos ducit quouſq; penitus deſtruat. Idcirco Dauid dicebat: Declinate a me maligni, quia dicitis
Pſ. 43. in cogitatione, accipient in uanitate ciuitates ſuas. Diſcedite a me ſpiritus maligni; quoniã dicitis peccatoribus, quod uane uiuentes in fine uitæ facient pænitentiam, & illarũ manſionum, & æternarum ciuitatum poſſeſſionẽ accipient. Cum diabolus intelligat neminem uelle, in infernum ſubito præcipitari paulatim peccatores ducit, & tam cæci ſumus, ut horum nihil intelligamus.
17 O mali mercatores, qui nos diuiſim tam uili pretio uendimus, & totos ſimul nullo pretio nos daremus. Si ſcintillam amoris, & timoris diuini haberemus, nec diuiſim, nec ſimul daturi eramus diabolo, uel minimum unguem, quem de pedibus abſcindimus. Ex pulchritudine, & artificijs, quibus illam hæc mulier adaugebat calamitatem maximam animæ ſuæ abſtraxit. Et ſic paulatim eã Diabolus in peccatorum pelagus demerſit. Alter fons, ex quo illius malũ dimanauit, fuit inuẽtus cũ libertate. Fœmina decora, diues, & cum libertate, quid non faceret? liberet
Iob. 28. nos Deus a ſimilibus occaſionibus. Loquẽs Iob de ꝓuidẽtia Dei maximã quãdã ꝓpoſitionẽ affirmauit dicens: q fecit uẽtis põdus. Antea, ſeptimo capite dixerat: Memento mei, q̃a uẽtus eſt uita mea. Maxime neceſſarium eſt mihi dñe, ut oculos tuos ſemper in me conijcias, & frequẽter mihi faueas cũ uita mea ſit tam incõſtans quam uẽtus. Qđ ſi uiri tã ſancti, quaſi uẽtus erat incõſtans, quales erunt uitæ iuuenũ, & mulierũ leuiſſimarũ? iſti ergo uento pondus oportet ꝓponi 18.
ſubiectionis, & quod oĩno libertas ei auferetur. Ponit Deus repenſum uentis, hoc eſt, eos refrænat, & cohibet, ne eorum flatus, tã furioſi ſint, ut uniuerſum mundum euertãt. Peiores quidem, & magis furioſi ſunt impetus, & moroſitates iuuenum, & idcirco magis indigẽt repenſo. Peritus nauta tempore Simile.
procellæ uela colligit, & comprimit. Tẽpus maioris procellæ eſt iuuentus, auferte ei uela, quæ eſt libertas, ne nauis pereat, & ſtatim ſecura erit. Hoc fratres mei, quibus rei publicæ, aut familiæ cura incumbit immẽſi Dei noĩe uobis cõmendo, & iterũ, atque iterũ exhortor. Si enim libertatẽ iuuẽtuti con- 19.
cedatis, nullum ex ea bonum ſperetis. Paulatim fortaſſe, & diuiſim hanc mulierẽ Satha Ioan. 8.
nas emit, quouſque eã ita ꝓphanauit, & contaminauit, ut peccatrix in ore omniũ diceretur. Ille aũt, qui dixit. Ego ſum lux mundi, pro ſua immenſa miſericordia illã illuminauit, ut uideret qũo in ſpelũca inter tot ſerpẽtes iaceret, & tot draconibus, & baſiliſcis circunſepta teneretur. Quæ, ut ſe in tanto periculo cõſtitutam animaduertit, tã celeriter feſtinat, & periculum illud fugiens in tanta neceſſitate remedium quærit. Nec uero expectauit quouſque dñs finẽ faceret prandendi: ſed feruentiſſimo dolore ardens ingreſſa eſt in domũ, ubi dñs recũbebat: & ſedens ſecus pedes eius, tantã lachrymarũ copiã effudit, ut ſe totã in riuos conuertere uideretur. 20.
Atq; (ut ego credo) nõ ſolum tũc plorauit, quanq̃ inde iuſtificata exiuit, ſed toto uitæ ſuæ tpe, eius oculi, quaſi fontes uberrimi lachrymis emanarũt. Ita proponebat Dauid de ſeipſo dicẽs: Lauabo ꝑ ſingulas noctes lectũ meum, lachrymis meis ſtratum meum Pſal. 6.
rigabo. Et D. Hieron. trãſtulit ex Hebræo: D. Hier.
Natare faciã lectum meum, faciã lectũ meũ ſingulis noctib. lachrymarum pelago innatare, & ubi nos legimus; Turbatus eſt a furore oculus meus: trãſtulit idem ſanctus: caligauit præ amaritudine oculus meus, ꝙ aſſiduis lachrymis obcæcat⁹ ẽ. O peccator quare

re hæc audiens non confunderis? quia cum
sceleribus oneratus sis, & tã crudelibus ser-
pentibus obsessus tenearis rides, & delecta-
ris? Tu non es Christianus? quare in lachry-
marũ pelago non innatas, cũ te in tanto pe
riculo animaduertas? Profecto, caligo, qua
re Sathanas obcæcauit, efficit, ut talis comõ
21 reris. Ad oĩum confusionẽ uolo dicere, quẽ
dolorem habere solet uir sanctus de alienis
1.Esd.9. peccatis, ut ex hoc cognoscatis quid faceret,
si propria essent. In libris Esdræ legitur, qđ
audiens sanctus Propheta, quia populus si-
bi traditus peccauerat, & Deum offenderat,
sic afflictus, & uerecundatus est, ut præ dolo
re, uestimenta sua sciderit, & barbã, ac capil-
los dilaniarit, & tota die usque ad uesperam
flens sederit, & in tempore sacrificij uesper-
tini surrexit ab afflictione sua, & humi pro
stratus manus suas ad Deũ expandit dicens:
Deus meus cõfundor, & erubesco leuare fa-
ciem meam ad te: qm̃ iniquitates nostræ su-
pergressæ sunt caput nostrũ. Qua luce, & q
bus oculis peccati faciẽ intuebatur, qui pro
pter aliorum scelera tanta animi afflictione
torquebatur? Nos autem miserrimi pecca-
22 tores quanta impudicitia, & q̃ hilari uultu
in conspectu Dñi ingredimur, cũ tot, tamq;
horribilia flagitia ꝑpetrauerimus? Eia homi
nes insensati, & tot, tantisq; sceleribus deli-
buti oculos cõijcite in hanc mulierẽ pecca-
tricem, uidere, quam celeriter festinet, ut ad
Pharisæi domũ accedat, & quæ tot amatori
bus comitata solebat incedere, quã sola, &
dolorosa nunc properet. O mulier, quo ua-
Eccl.22 dis? nescis, quia dominus est in conuiuio?
Si dixit sapiens. Musica in luctu importuna
narratio; Si ergo ĩ luctu musica importuna;
etiã in conuiuio, & musica, luctus importu-
nus esse apparet. Non habet qđ nobis respõ
deat, quia trahebat' ab illo, a cuius ore, lin-
gua, gratia, & doctrina populi dependebant
qui stupebant in doctrina eius, & in uerbis
23 gratiæ eius, quæ procedebant de ore eius. ꝙ
eos rapiebat, & post se trahebat illo uerbo
penetranti usque ad animam efficaci, ac ui-
uo. O Domine, si mihi uerba huiuscemodi
dares ut prædicans nomen tuum horum fra
trum meorum corda percuterẽ, eosque ad
tuos diuinos pedes subiectos, & deuictos
animo adducerem, ut uenit hæc sancta mu-
lier peccatrix.

Constituta in eo tã fœlici loco nõ loque
batur, neq; enim, prę anxietate, & dolore lo
qui poterat. Cor uolebat omnia operari,
nec linguã loqui patiebatur. Illic lachrymis
& uisceribus loqueretur in corde suo. O
Magister mi, calorum meorum refrigeratio
furiosæ tempestatis meæ serenitas, mortis
meæ uita, salutis meæ Medice. O Iudex mi-
sericordiæ ad pedes tuos me subiectam ha-
bes, ne me deseras, quia sum creatura tua li
cet ingrata, deuinctum tenes cor meum, &
subiectam uoluntatẽ meam, tracta me quo 24
modo uolueris. Attende ad suspiria mea, q̃
ex intrinseco cõtristati animi mei prodeũt.
Extingue his lachrymis ignem illum gehẽ-
nalem, quo me combusturus eras nisi ad te
allicerεs. Rege cor meum habenis amoris
tui, & spem meã his clementissimis oculis
conforta, quibus me aspexisti, cum me ad
tui amorem attraxisti. Sic loqui poterat in
corde suo ad dominũ illa sancta peccatrix.
Cum alia manducabant, tunc illa lachryma
batur, ꝙ in cõuiuijs fieri nõ solet, nisi in cõ
uiuijs Iesu Christi, ubi hæc erat ꝑcipua cõui
ua, & q̃ dulciori cibo Dñm inuitabat. Hic
enim est, cibus, quo ipse libentius uescit', &
sic eũ exposcit per Hieremiã, loquẽs cũ per- Hier. 3.
ditissima anima, & dicens: Frons mulieris
meretricis facta est tibi, noluisti erubesce- 25
re. Ergo saltẽ a modo uoca me. Pater meus
dux uirginitatis meæ tu es. Obtuli tibi ue
niã, ac te ad misericordiã inuitaui (ait De'.)
O anima peccatrix, & ita corrupta es, ut tui
te non puduerit, nec erubescere uolueris.
Nunc ergo saltẽ uoca me, & suauibus uer-
bis sic alloq̃re. Tu es pater meus, tu es dux,
& ꝓtector meus, cui ego meũ primũ amorẽ
debebã. O benedictus talis Deus, qui talia
uerba suo diuino ore ꝓfudit, quibus quasi
acutissimis sagittis oĩum corda ꝑcuti opor-
teret. Atq; ut eorũ uim intelligatis notate
ꝙ sunt aliqui hoĩes tã deuincti aliquarum
mulierũ amore, ut, quãuis in conspectu suo
ipse mille iniurijs eos afficiant, & molestijs
exasperẽt, si tñ unũ uerbũ amoris, & bene-
uolẽtiæ eis dicãt, cera humores illos efficiãt. 26
Sic Deus est amãtissimus animarũ, adeo, ut
ꝓ illis mortuus fuerit, & ipse docet modũ,
quẽ seruare oportet aĩam ad eũ sibi recõci-
liandũ, cũ illũ offenderit, loquere (inquit)
ad me uerbũ suaue; nam illo me ceram mitio
rẽ, & molliorẽ reddes. Hæc omnia faciebat Simile.
Magdalena, stãs retro secus pedes Dñi, hu-
mi prostrata, sparsis crinibus, lachrymis cõ
spersã ad pedes Dñi. Cũ dux uincit, & redi-
git alium in signum uictoriæ uexillũ uicti
humi prosternit. Dimicauit Iesus Chri-
stus

ctus filius Dei cum aĩa Magdalenæ,& eã su-
perauit,& redegit:& cum corpus illud Mag
dalenæ tam pulchrum, atque exornatum ef
ſet uexillum, quod plurimi homines turpiſ
ſimi ſequerentur, ſiquidem iam victus,& re
dactus eſt dux, quod eſt cor in ſignũ uicto-
riæ proſternit hodie humi hoc uanitatis ve-
xillũ. Cum S. Magdalena hoc tam gratũ ſa-
crificium cordis,corporis,crinium,unguen
tique ſui offerret,efficacius mordebat Phari
27 ſæus famam Ieſu Chriſti Redemptoris no-
ſtri,ꝙ optimus dominus eius panes & eſcas.
*Et intra ſe dicebat: Hic ſi eſſet Propheta,hãc
mulierem cognoſceret quòd eſſet peccatrix,nec
eam ad ſe accedere pateretur.* Non erat ma
la ſors præteriti temporis cum ad mulierem
peccatricem cognoſcendã neceſſe erat. Pro-
phetã eſſe,& infœlix eſt ſors noſtri tpis,ſiqui
dẽ ad cognoſcendũ quæ ſit mala,aut quę ſit
bona non eſt neceſſe, niſi ut homo non ſit
cæcus. Multa hic dici poſſent, ſed ulterius
progrediamur ad aliã maximam miſeriam
notandam, quæ eſt in miſeris filijs Adæ: &
eſt,ꝙ poſtquam ſemel de aliquo male opinã
tur, licet poſtea eam prodigia facere videãt,
nunquam tamen malam de eo conceptam
28 opinionem deponunt Videt hic Phariſæus
mulierem hanc cum tot ſignis ueræ pnię,&
doloris,& tamẽ dicit: *quia peccatrix eſt.* Cõ-
ſentaneum eſſet ut eius nomẽ mutaret cum
illam tam mutatam animaduerteret:hoc au
Gene. 1. tem humana malitia neſcit efficere. In Gene
Gen. 17 ſi dicitur,ꝙ dixit Deus: Fiat firmamentum
in medio aquarũ, &c. & poſtea dicitur ibi,
ꝙ uocauit Deus firmamentum cælum,eius
nomen mutauit, nam conſentaneum eſt,ut
res iam meliores effectę alio nomine nuncu
Gen. 35 pentur. Sic Abrę nomen permutatum eſt in
Mat. 16 Abraham, & Iacob in Iſrael, & Simoni Bar
Ionæ: Tu es Petrus(ait Dñs.) Ita oportet fa-
cere cum hominem ad Deum cõuerſum ui-
derimus, ne eum iam amplius peccatorem
29 appellemus,ut hic Phariſæus uocabat. Cui
cordium ſcrutator reſpondit, probãs illum
immerito de hac muliere murmurare: cum
ipſa Phariſæo excelluerit,& gratiorem ſerui
tutem ſibi exhibuerit,quam Phariſæus.


Et conuerſus ad mulierem,&c. Aduertite
quæſo, fratres mei, & in clementiſſimi Dñi
miſericordiã oculos conijcite. Mulier erube
ſcens diuinum eius vultum intueri,acceſſit
retro. Dominus autem,qui humilibus cor-
de non eſt cõtrarius quærenti terga,vultum
oſtendit,& ei obtulit. Moyſi roganti Deũ,
vt faciem ſuam ſibi oſtenderet,reſpondit,di-
cens: Non poteris uidere faciem meam,tol Exo. 33
lam manũ meã, & uidebis poſteriora mea.
O ineffabilem Dei clemẽtiam:ꝙ tanto ſan-
cto, ut Moyſi faciem ſuam Deus negat, &
hodie eam hilarem, & benignam huic ſan-
ctæ mulieri conuertit, quæ ſatis contenta
erat ſanctiſſima eius terga aſpicere,& ita be
nignè eam aſpiciens loquitur cum Phari-
ſæo,dicens: *Vides hanc mulierem? intrauit
in domum tuam, aquam pedibus meis non
dediſti,&c.* Videte quõ oĩa,quæ fecerat tam 30
diuiſim numeret, ut cognoſcatis quantam
curam habeat Deus de quacunque circun-
ſtantia ueſtri boni operis: ſiquidem ſeruitiũ
huius mulieris ſic diuidit, & ſeparatim nu-
merat ſicut liberaliſſimus, & gratiſſimus,
quique ſingulis particulis peculiare præmiũ
ſtatuerat. Ita etiam promiſit ſe in finali iu-
dicio facturum, cum rationum operum no
ſtrorũ popoſcerit,& mercedem unicuiq; ſe-
cũdũ opera ſua reddiderit: quia cum poſſet
oĩa iuſtorum opera uno uerbo comprehen-
dere,dicens: præceptis meis obtemperaſtis,
dicit ſe diuiſurum eſſe illa, ſingula opera ſi-
gillatim referens his uerbis: uenite benedi-
cti Patris mei,eſuriui enim, &c. Sitiui, ho- 31
ſpes eram,&c unumquodq; opus ſigillatim Mat. 25
numeraturus eſt, qa ſingulis ſingula habet
præmia præparata. Vides hanc mulierẽ (di-
cit Phariſæo) intraui in domũ tuam,& non
feciſti mecum,quod illa fecit:nec me ample
xus es,ne pedes meos lauaſti. Has q̃relas red
dit de Phariſæo ad illius confuſionem,& pu
dorem,atque ad illius ſanctę peccatricis lau
dem,& honorem. O quoties,& q̃ merito cõ
quereretur,nunc Deus de plurimis Eccleſiaſti
cis,qui non faciunt,quod muliercula quędã
facit. Quã admirabilis eſt uiſu, præparatio
quam habet muliercula, ad accipiendã ſa- 32
croſanctam Euchariſtiam,quot lachrymas
effundit,quoties in cogitatione ſua Dñi pe-
des oſculatur, q̃ ſuaues & dulces affectus in
corde ſuo habet. Quam ſicci autem ſunt ali
qui eius miniſtris, q̃ indeuotè accedunt, &
celebrant, q̃ pauca reuerentia,& deuotione
Regẽ cælorũ tractant,habentes eũ quotidie
in manibus ſuis,& in pectorib. accipientes.

*Propter quod dico tibi,remittũtur ei pecca-
ta multa,quoniam dilexit multum.* Vna de-
claratio horũ uerborũ eſt,quod pp charita-
tem eius remiſſa ſunt ei peccata, quantum
ad pœnam,quia quantum ad culpam gratis
ei remiſit Dominus, propter ſuam infini-

tam misericordiam. Itaq; quāuis Deus peccata mea mihi remittat, nisi pęnitentia mea tam efficax fuerit, & præparatio tam singularis, ut pro pœna satisfaciat, iturus sum ad purgatorium, ad satisfaciendum pro pnīa, quam in hac uita non egi. Et hic dicit Dñs Magdalenæ, ꝙ iam per dulce purgatorium amoris præterijt: & sic si illa die moreretur iret in imbum directe absque purgatorij interuallo, qm̄ dilexit multū. Et licet hæc san-
33 cta mulier a Dño audierat, qđ peccata sua remissa erant ei, postea in asperrimas solitudines perrexit, ubi maximā triginta annos egit pęnitentiam. Tu uero peccator, qui nescis utrum peccata tua remissa fuerint, non potes diem ieiunij tolerare, nec cilicium, nec minimam quamq; asperitatem perferre, statim dicis, te esse debilē & non posse id perpeti: quis esset magis delicatus, & maioribus delicijs educatus, q̄ Magdalena? In ciuitate effecta est peccatrix, & extra ciuitatē iuit ad agēdam pnīam; ut esset sancta, ad solitudinem se contulit. Discite ergo fratres mei ab hac sancta: quam Deus, ut exemplar exactissimū nobis proposuit. Fugite confu
34 sionem, & perturbationem seculi, quærite angulum, ubi secure peccata uestra possitis dolere, & lachrymari. Sic nos monet Deus
Hier. 51 per Hiere. dicentem. Siquidē, & murus Babylonis corruet, egredimini de medio eius populus meus, ut saluet unusquisque aīam suā, ab ira furoris Dñi: & ne forte molescat cor uestrū, & timeatis auditum, qui audietur in terra. O quot malis se liberat, qui mundū fugit, iam.n. eius muri, uires, & potestas, prope sunt, ut corruant: liberabit se ab æterna condemnatione, & a furore Dei, & non audiet terribilem illam snīam, quæ in terra audienda est. Ite maledicti in ignem æternum. Atque etiam ab animi pusillanimitate, & ignauia liberabitur; seculares enim timidi sunt, & habent mollissimum cor, ut in eis omne malum imprimatur, quod in eis Sa
35 thanas uoluerit imprimere; hāc ego mollitiem cordis amittēt ne in eis Sathanas inueniat dispositionem ad imprimendum, quod uoluerit. Fugite igitur hanc Babylonem, ne mollescat cor uestrum; ut cum fugeritis delicias, & dulcem conuersationem per pænitentiā, & uitæ acrimoniā, cor uires accipiat, ad resistendum malis, & perseuerandum in bonis, & in gratia, quousque eamus ad perfruendum gloria sempiterna. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Feria VI. post Dom. in Passione.

Collegerunt Pontifices et Pharisæi cōcilium aduersus Iesum, &c. Ioā. 11.



NArrat S. Euangelium, quò conuenerunt seniores, Pontifices, & Pharisæi Hierosolymæ, ut de reipublicæ reformatione ageret, & nihil in ea inuenerūt,
qđ expellēdū sibi uideret, ꝑter Iesum Xp̄m 1
filium Dei, & de eo deponentes dicebant, ꝙ multa signa faciebat. Vt cognoscatis qũo hi miseri ĩ tātā insaniā, et ꝑcipitiū deuenerint: uolo prius uobis declarare, quod S. Paulus de q̃busdā hoībus dicit, quos Dñs a se reiecit: quod primū de illis dicit, est, ꝙ dicentes se esse sapiētes, stulti facti sunt. Primū malū illorū fuit, ꝙ se sapiētes iudicabāt, et sapientiæ suæ maxime nitebantur, & pp hanc supbiā obcæcati sunt, & mutauerunt gloriā incorruptibilis Dei, in similitudinē imaginis corruptibilis hoīs. Gloriā, quā Deo oportebat reddere, mutarunt, & creaturis dederūt. Propter quod, tradidit illos Deus in desideria cordis eorū: in immūditiā, &c. In supplicium huius peccati, tradidit illos Deus suis turpibus desiderijs, quia commutauerūt ueritatē Dei in mendaciū. Cōmutare, est aliud pro alio dare. Cognouerūt illi infideles plurimas perfectiones Dei, qđ esset omnipotēs, iustus, & summe sapiens. Oēs has ueritates commutarunt, pro mēdacijs idolorū: q̄ fuit una ex maximis iniurijs, quas Deo intulerūt. Cum.n. aliq̃d pro aliquo commutatis, perspicuum est, qđ hoc pluris æstimatis quā illud. Pluris æstimarūt Idolorum mēdacia, quā Dei ueritates, & seruierunt creaturæ, potius quā creatori, qui est benedictus in secula amen, & q̃a tantā iniuriā, tam benedicto Deo intulerunt, ꝑpea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ: ꝑmisit illos cadere in alias nefandas passiones, summæ ignominię, cōtra eiusdē naturę cursum. Pēsate qũo
Apostolus hic magis, ac magis aggrauet pęnas, quas illis Deꝰ imponebat: eo qđ illi magis ac magis culpas adaugebant. Sed dices tu, qũo de rōne, & natura pęnæ est, qđ sit inuoluntaria, sicut de rōne culpæ est, qđ sit uolūtaria, qũo ergo culpa, q̄ sequitur ex priori culpa pōt esse pęna? Dico, qđ licet actus eiusdē culpæ sit uolūtarius, attamē plurima hēt cōnexa, q̄ sunt inuolūtaria, sicut cōscię morsus, maioris maiores obligationes ad grauio-

uiores pœna, maiores deniq; eiusdē naturæ
deprauationes, & has re nulla aīa vult. Sed
D.Th.1. nō pp hoc unum peccatū alterius dr̄ esse pœ
2.q.87. na. Verum ut ait D.Th. peccatū est pœna pec
ar.2. cati, nō ſm suā formā, & rōnem. Nā si cōside
ratum ex electione proficiscitur libere, & uo
lūtarie, sed ſm suā causam, ex qua orit̄. ſm
subtractionē diuini auxilij, quo seruatur hō
ne corruat in peccatū. Itaq; q̄a Deus ob pec
cata cōmissa peccatorē suo auxilio priuat, q̄
4 quidem pœna est peccat⁹: peccata, q̄ hinc se
quunt̄, supplicia sunt pcedentis peccati. Di
cit ulterius S. Paulus, & sicut nō ꝓbauerunt
Deū hr̄e in notitia: tradidit illos Deus in re
ꝓbum sensum. Ecce aliā grauiorē pœnam, ꝙ
q̄ i sufficientē cognitionē Dei habuerūt, ad
seruiendū illi, & non ꝓbauerunt in uita sua
se cognitionē Dei hr̄e: pmisit diuina maie
stas, ut male sentirent, & nō solū illā notitiā,
q̄ de Deo habebāt, ammitterent, uerum ēt re
Prou.2. probū sensum in diuinis rebus haberent, q̄
grauissima est pœna, pro culpis. Sic.n. in tan
tā deprauationē deueniūt, ut eorū iudicium,
& intellectus eis dictet, cōsentaneum esse ut
peccatis, q̄ cōmiserūt magnopere delectētur,
& hoc est ꝙ dixit sapiens: q̄ lætātur cum ma
5 le fecerint, & exultant in rebus pessimis? &
hinc ꝓuenit, ꝙ statim in sertus subdit S. Pau
lus, ut cum reprobo sensu faciāt ea, q̄ nō cō
ueniunt: repletos oī iniquitate, &c. Verbum
horrendum, ꝙ oī malitia adimplentur, cum
mēsurā illā, & periodū cōplent de qua loqui
August. tur B. Aug Adrian⁹, & Caieta. Oēs hi tenēt,
de uita ꝙ in talem statū hoīes pn̄t deuenire, & tā re
Christia pleti esse peccatis (repletos oī iniquitate) ut
na. c. 3. Deus finiat rōnem cum illis, nec eos amplius
& 4. A expectes. De quibus ēt S. Paulus dixit, ut im
dria.q.1. pleant peccata sua semp. Peruenit.n. ira Dei
de pœni. super illos usque in finē. Quod sup eos pecca
Caie. Iē tis repletos, semp ira Dei sup illos erit, usque
taculo 8. in illorum interitū. Heu, heu fratres quā dili
q.3. genter hoc cauere deberemus? Peccamus se
mel, atq; iterū, toties creatorem ꝓ creaturis
6 cōmutamus: offendentes eū pp pecuniā uo
luptatē, & honorem: aperte experimus, ꝙ p
mittit, nos in dies ingraniora peccata inci
dere, nescimus, q̄ nā sit taxis, ꝙ mensura pec
catorum nostrorum, ſm sn̄iam hāc S. Aug.
deberemus uos cohibere considerantes ne
fortè sit hoc ultimū peccatū, aut ꝙ cras com
mittemus: & uita fiant, ac sic in æternum cō
dēnemur. Timete pro reuerentia Dei, rē tā
terribilem, & dignā q̄ timeat̄. Ad inceptū de
uenientes dicimus, ꝙ sic illos infideles, quia
naturali lumine nō fuerūt nisi in dies magis
ac magis sua potētissima manu Deus dimi
sit; & illi obcæcati sunt in dies magis, ac ma
gis, in pœnā ingratitudinis eorū quousq; in
improbitatū cōsummationē deuenerūt: Re
pletos oī iniquitate. Quid ergò merebantur
hi pontifices, & Pharisæi, qui tot lumina a
Deo acceperant, & suis oculis tot miracula
cōspexerant, nisi ꝙ eos diuina iustitia dese
reret: siquidē nolebāt oīb. his beneficijs, uti,
ut relicti deuenirēt quo deuenerunt, & in tot 7
pcipitia inciderēt, in quot inciderūnt? in q̄ā
maiorē cęcitatē, crudelitatē amentiam de
uenire potuerunt, quā ut, cōcillium inirēt, ut
innocētissimū uirum interficerēt, eo ꝙ mul
ta miracula faciebat, dicētes? *Quid facimus
quia hic hō multa signa, facit?* Videte q̄ ope
rationem facerē miracula in intellectu illo
rū maledictorū. Hæc oīa erāt supplicia ma
litiæ illorum, & peccatorū, q̄ illi cōmiserant.
Tritō æreus pinnaculis templorū affixus si
diu sistit, & non mouet̄ ferrugine ita operit̄,
& cū supposito ferro coarctat̄, ut postea for
tissimis q̄ busq; uētorum flatibus nolit obe
dire, ò quot flatus Dei hi acceperūt, quot di
uinos sermones, quot opera mirabilia, nec Simile.
tn̄ fructū ex illis perceperunt. Ita.n. eorū uo 8
luntates nequitię affixæ erāt, ut diuini flatus
nullā in eis operationē efficerēt. Caueamus
fratres in aliorum periculis, diuinis flatibus
utamur, siquidē tantopere horū hoīum mali
tiā execramur: ꝙ nihil in sua republica præ
ter Deū repudiandū reperirent. Execremur
ēt hoc in nobis & multo magis. Quę maior
pōt esse calamitas nr̄a, q̄, ꝙ in illorū cæcita
tē deueniamus? O miserrima ærūnam? ꝙ ni
hil aliud ēt tu Christiane repias ꝙ repudies
pterq̄ Iesum Xp̄m, oīa amplecteris, oīa dili
gis, pter Deum pro quacūq; re diligētissimè
laboras: de Deo aūt nullā habes curam. Dn̄s
Si dimittimus eū sic uenient Romani, & tollēt Psal.9.
nostrū locū, & gētē. In laqueo isto, quē abscō
derūt cōprehensus est pes eorū. Quid dicitis?
ꝙ uenīēt Romani si eum dimittitis? si āteū oc
cideritis? pli trucidabunt uos oēs. Arma, q̄ 9
impius cōtra bonū sumit, ipsa sūt; q̄ illū pse
quent̄. Eodē gladio, quē gestabat Galiath ad 1.Re.17.
necādū Dauid interfectus ē ipse. Eodē ense
quo holofernes uolebat Hebræos interfice Iud.13.
re, caput eius abscisū, in furca, qua uolebat Ester.7.
Amā Mardochæū suspendere, suspēsus ē ipse
Quā ad literā dicit hoc Dauid, gladius eorū
intret in corda ipsorū. Idē gladius, quē ad no Psal.36.
cendū ꝓximis apprehendunt, in eorū corda

ingrediet. Caueamus fratres ne pp timorem
incidendi in aliquod tpale dānum, Deū of-
fendamus, .propterea.n.in ipsa,& grauiora
quidē incōmoda incidemus. Cū aūt necessi
Tob. 4. tate oppressi fuerimus,recordemur illius san
cti consilij q bonus Tobias dedit filio suo
dicens:Noli timere fili mi,pauperem quidē
uitā gerimus: sed multa bona habebimus si
timuerimus Deū, & recesserimus ab oī pec-
10 cato,& fecerimus bonū. Quid tibi deerit,ni
Lucā.li. si Deus desit? Quid aūt possidebis, si Deo ca
5.de phar ruceris? Narrat Lucanus,q cum Iulius Cęsar
salia. uellet iā cū Pōpeio dimicare, mutatis uesti-
bus in nauiculā ascēdit,& cum mare trāsiret,
ut nōnullos duces conuocaret, cœpit excitari
maxima tēpestas,cū iā in medio mari esset;
cūq; nauta tantā tēpestatē, & eminens peri-
culū uideret,timebat, & iā diffidebat. Tunc
reuelauit se Iulius Cæsar (erat.n. cooperto
uultu) & dixit ei:Ne timeas:fortuna.n.Cęsa
ris te comitat. Si ergo hoīs fragilis fortuna
suffecit animum addere nautæ contra tempe
statē maris:quanto minus timere debet, qui
Deū in aīa sua portauerit? quare timebimus
infortunia,paupertatē, aut persecutionē: cū
Psal.22. tali propugnaculo muniamur? quam securè
11 dicebat Dauid. Si ambulauero in medio um
bræ mortis nō timebo mala,qm tu mecū es.
Quantū profuisset his miseris dānum pro-
spicere, q illis inde poterat euenire, si tantā
iniustitiam,& iniquitatē committerent? De
philosopho quodam legit,q in sublimi quo
dā loco fori cōstitutus dixit se intellectū, &
sapientiā uenditurum esse uolentibus emer,
cumque princeps illius regionis illud sciret,
misit ad eū nūcios suos cū nūmis,ut rōnem,
& intellectū emerent: philosophus aūt dete-
xit illis schedulam,dicēs in oībus q facturus
es,semp cogita,q tibi possit accidere. Quod
rīsum etsi nūcij illuserūt, princeps tn̄ sum-
ma cum lætitia accepit,aureis characteribus
in ostio palatij sui inscribi iussit,& meritò q
12 dem,est.n.hæc clarissima snīa. O si in oībus
q volumus apprehendere, consideremus,qd
ex hoc auferemus? quid nobis euenire pote-
rit,si hoc aut illud fecerimus? præcipuè,cum
id, q uolumus facere est peccatum: ex quo
qd boni pōt succedere? Rectè sciebāt hi,aut
oportebat eos scire, q Deus cōminatus fue-
Isa.24. rat p Isaiā dicentem: Præuaricantes præuari
cati sunt,& p̄uaricatione trāsgressorum p̄ua
ricati sunt. Formido,& fouea, & laqueus su-
per te,q habitator es terrę. Valde notandum
est q toties legis p̄uaricatores noīat: eadem
verba quater referens; Quod est significan-
dā trāsgressionē maximā, & p̄uaricationem
iustitiæ,ueritatis,& rōnis;ac naturalis,huma
næ diuinæque legis uiolationem. Quæ fuit
ad literā,hęc transgressio, & præuaricatio iu
stitiæ,q contra iustū iustorū facta est, pp qd
peccatū, in tot incōmoda inciderūt. Atq; ēt
eorū pctm̄ grauissimum reddidit autoritas
ipsorū,& diuturna deliberatio, qua hoc fla-
gitium exeq decreuerūt:& tot cōcilia, quot
circa illud inierunt. Sicut ēconuerso uirtus 13
solet esse magis meritoria, qn̄ est magis deli-
berata,& amara, & sepius cum rōne cōstitu-
ta,ut cor maiori illius amore capiatur, ut S. 2.Co.8.
Paulus exaggerat, disputans de uoluntaria
Paupertate primitiuæ ecclesiæ Christiano
rū,ubi dicit. Altissima pauptas eorum abun
dauit in diuitias simplicitatis eorum, qa su-
pra uirtutē uoluntarij fuerunt. Quo magis
amata & deliberata est uirtus, eo magis me-
ritoria est. Et ideò dicit, q qa illa paupertas
erat uolūtaria,ideò fuit altissima,& abunda
uit in diuitia meritoriū. Supradictis additur
ēt ad maiorē peccati illorum grauitatem:q
iplenret dicebāt. *Quia hic hō multa signa fa-*
cit,quod ex resurrectione Lazari, & ex uisu 14
quē cæcus à natiuitate accepit: & ex salute,
quam paralytico contulit; qui triginta octo
annos habebat infirmitatis suæ, ad tm̄ ma-
lum cōmoti sunt. Impossibile est, si perdicis
oua gallinæ supponas,quod suo naturali ca
lore pullos gallinaceos parturiat, nec ex
ouis gallinæ producet perdix pullos perdici Simile.
nor,ita.n. natura constituit. Impossibile est
equum ab hoīe,uel hoīem ab equo generari,
q autem natura nō potuerit, peruerti inui-
dia,quis tale cogitaret,q ex tam bonis ouis
tā mali pulli abstraendi essent, & ex tam mi-
rabilibus miraculis, tā malus defectus erat
pducēdus? De peccatorib. qbusdā dixit Isa. Isa.59.
oua aspidum ruperunt; & telas arāneę texue
runt.q comederit de ouis eorū morietur: & q
cōfotū est erudet in regulū. Oua aspidum ab
straxerunt, qui cōperit ex eis morietur, & inde 15
erumpet basiliscus. Hāc cōsequētia nō admi
ror ego, q ex malis mala abstrahant hoīes,
& ex paruis malis maxima mala eliciant: &
q ex ouis aspidū erumpat basiliscus. Sed q
ex bonis ouis,ex bonis op̄ibus, tā uenenosū
basiliscum auferā, & opus tā crudele eliciā,
est iustum, & talē iustum interficere,hoc ni-
mis obstupendum est. O q̄tum debemus ca
uere ne inuidia in cordibus nostris radices
ageret:si.n.semel ab ea possident, oē bonum

in malum conuertent. Habes uestem pretio
sam, extrahis eã crebò ad aerẽ, ne tinea ro-
dat, & eam diligentissimè a puluere scopis
abstergis, & ensem, quẽ maximi æstimas,
crebrò ad expiandũ defers. Et nõ abstrahe-
res semel (saltẽ quotidie) cor tuum ad aerẽ,
Psal. 120. qñ illud ad diuinarum rerum cõtẽplationẽ
extollis, vt faciebat Dauid cũ diceret, leuaui
oculos meos in montes vnde veniet auxiliũ
mihi. Erigite fratres mei corda uestra in cæ
16 lum, inde.n. flat uẽtus, refrigeratio, & auxi-
lium Spiritus Sancti, quod ea à seculi corru
ptionibus liberat, ibi expiatur spiritus, & in
uidiæ, ac cupiditatis, & aliorum uitiorum
similium ferruginẽ deperdit. O q̃tum in no
bis appareret emolumentum, & spiritualis
Homil. progressus, si his sanctis exercitationib. nos
uere, & ex aïo traderemus. O si hoc uobis
persuadere possem, ut hic modo propone-
retis ad aïarum vestrarum remedium pau-
lulum tpis consumere, ex oĩbus horis, quas
in rebus inutilibus conteritis. Non faceretis
saltẽ, quòd facit formica, quę cùm triticum
includit in horreũ suũ, interiùs illud rodit,
vbi est virtus productiua, ne qñ plueri gra-
num erumpat? O ineffabilem Dei prouiden
17 tiam, quæ tale instinctũ dedit uermiculis, ad
cõfusionem, & pudorem hoĩum rõnalium.
Discite fratres à formica, redite partẽ illam
cordis uestri, quæ potest inuidiam produce-
re, aut aliud malum, rodite (inquam) sanctis
considerationibus, & quærentes interiùs ra-
tiones, ut ad bonum inducamini, ad oẽm
proximi amorem, atq; ut ab omni malo re
cedatis. Hoc est enim vnum ex ijs, quæ ad
Christianam uitam maxime conducunt.
*Vnus aũt ex ipsis Caiphas nomine, cũ esset
Põtifex anni illius, Dixit eis. Vos nescitis qs
quã, &c.* Cum in hoc concilio cõmorarent,
in quo forte erãt dispares sentẽtiæ, locutus
est prælatus, & pontifex anni illius Caiphas
dicens, uos nescitis, nec qd intersit penitus
cognoscitis. Quia expedit uobis, ut unus
18 moriatur hõ. Non est inconueniẽs, vt unus
pro oĩum salute moriatur. Sicut solet hõ pe
dem, aut manẽ in discrimen offerre, ne uitã
amittat, sic nõ est incõueniẽs, φ unus hõ pe
culiaris in republica moriat, ne oẽs pereant.
Videre qũo malitia faciat rationabile id ap
parere, quod est totius rationis expers. Ad
quamcunq; rem, quam hoĩes uelint facere,
quantumuis mala sit, semper tñ eis vr ratio
nem inuenire ad eam faciendam. Et hęc oĩa
frequentius inter iudices, & iuris peritos a-
guntur, q rationes quærunt ab res ab oi ra-
tione, & iustitia alienas, & ad oĩa leges inue
nire sibi vñr, qd ẽt si sibi non ita uideatur,
uolunt tamen ut alijs videatur. De quib. ter
ribili animi affectu conqueritur Deus per
Esaiam dicentem, væ qui condunt leges ini- Esa. 10.
quas, & scribentes iniustitiã scripserunt, ut
opprimerent in iudicio pauperes, & uim fa
cerẽt causæ humilium populi mei, ut essent
uiduæ prædæ eorũ, & pupillos diriperent. 5
Quid facietis in die uisitationis, & calamita
tis de longe venientis? ad cuius confugietis
auxilium? væ uobis legislatoribus, tam le-
gis sancientibus, q̃ interpretrantibus, nemi
ni hic perpecit nec iudici, nec aduocato. Væ
vobis qui leges adducitis quasi caligas in-
consutiles, modò ampliantes eas cum vul-
tis, & quibus cum vultis, & modò coarctan-
tes cum illis, quos vultis. Audite, vox.n.est
Dei cum ira, & furore loquentis. Væ uobis,
quib. siquidem non licet iniquas leges san-
cire, leges iam sanctas inique declaratis, &
eas uoluitis, ac reuoluitis, ut dicãt, quod vos
vultis hodie in hac causa uno modo, cras ve
ro in alia contrarium habeãt sensum. Qui
causas, & fauorem pecunia uenditis, & pau-
peres in iudicio opprimitis, non iudicantes
eis qd iustum est, eorũ causas differẽtes, quo
usque in maximam penuriam, & angustias 10
redigantur, diuitum verò causas diligentis-
sime dimittentes. Viduæ autẽ iã sunt pdã
uestra. Quòd si eos alloquamini pro miseri
cordia, & compassione reddẽt uobis ratio-
nes tam apparentes, quibus probant quic-
quid faciunt, & indicant æquissimum esse.
Væ uobis (ait Dominus) me.n. nequaq̃ deci
pietis, qd erit de vobis, qñ in die ultimæ rõ
nis de omnib. istis iniquitatibus iudicabi-
mini? Ad quẽ cõfugietis, qui uos in illo die
maximi laboris adiuuet? O fratres ac Domi
ni mei, perpẽdite, vtrum hac in re culpatos
vos experiamini. Si hę Dei comminationes
uos pstringãt, opportunũ uobis remediũ ad
hibete, in illa.n. die nullum penitus reperire 11
poteritis *Hoc aũt a seipso nõ dixit*. Vsus est
Spiritus sanctus ore Caiphæ tanq̃ instrõ. Si
cut vsus est asina Balaã, q loquebatur, & di-
cebat, quod Deus volebat, vt diceret Dño
suo: illa uerò nõ intelligebat, qd diceret. Sic
locutus est Caiphas, nec tamẽ qd diceret in
tellexit. O Caipha quare nõ dixisti, expedit
ut hic homo moriatur, sed expedit ut vnus
hõ moriatur pro populo? Non erant verba
tua, assumpsit te Spiritus sanctus, quasi ba-

illum ad extrahẽdos carbones ab igne. Ille nõ intelligebat ꝙ expediret Christum mori, ne Hebræi e Romanis euerterentur, & Spiritus Sanctus fecit, ut ꝙ non intelligebat, loqueretur. Vt vnus in singularitate pfectionis, & totius excellentiæ, in quantũ hõ mereretur, ut filios Dei, qui erãt dispersi cõgregaret in vnũ, & non tm̃ pro gẽte. Vult dicere ꝙ expediebat, vt moreret̃ nõ tm̃ pro gente Abrahę verum ẽt pro omnib. filijs Dei, qui sunt oẽs prædestinati. Qui licèt dispersi erant, & sub diuersis ritibus uiuebãt, nec adhuc filij Dei
22 erant per gratiam, sed p prędestinationẽ eos cõgregaturus erat, nõ in vno loco, sed in vna lege, fide, Ecclesia, & ĩ una charitate. Hoc
Gene. 8. significatum & demolitum est in Genesi, vbi peracto diluuio dicitur: Ædificauit autẽ Noe altare dño, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis obtulit holocausta super altare: odoratusq; est dñs odorem suauitatis, & ait ad eum. Nequaquam ultra maledicã terræ pp hoies. Et statim inferius.
Gene. 9. dicit: Hoc est signum fœderis, quod do inter me, & vos: & ad oẽm animam uiuentẽ, quæ est uobiscũ in generationes sempiternas. Arcũ meum ponã in nubibus, & erit signũ fœderis inter me, & inter terram: cumq; obdu-
23 xero nubibus cælũ, apparebit arcus meus in nubib. & recordabor fœderis mei uobiscũ. Eritq; arcus meus in nubibus, & uidebo illum: & recordabor fœderis sempiterni, quod factũ est inter Deum, & oẽm aĩam uiuentẽ. Credo, si hæc verba diligenter perpenderitis, omnib. uobis pp aliquas causas admirationem maximam allatura. Prima est, quõ potuit esse tantæ æstimationis sacrificiũ illud, quod Noe ex animabus obtulit, propter ꝙ Deus oĩum hoĩum peccata admitteret, & oĩum seculorum, cùm Deus nõ animalium cruore, sed mĩa, ac iustitia mitigetur. Nec ei munerũ: sed meritorũ placet magnitudo. Se-
24 cunda causa, & quæ multo maiorem mihi affert admirationẽ, est signum, ꝙ huius amicitiæ, & fœderis præbet: qui est cælestis arcus, q vere non est arcus, sed quædã oculorum illu-
Simile. sio. Queadmodum cũ uitrũ rubrũ ante oculos ponis oĩa tibi vñr rubra: cũ tñ rubra nõ sint, sic hic arcus apparet cum illis coloribus cũ tñ, nec arcus, nec colores sint, nã totũ est nihil. Hunc ãt arcum, qui nihil est, dat Deus in signũ? Nec minus admiror uidẽs quoties hũc arcũ repetat. Erit (inquit) arcus meus, & apparebit arcus meus, & ponã arcũ meũ, & uidebo illum. Item quid opus erat, ꝙ hic arcus esset intercessor, & causa, ob quã Deus recordaretur? nunquid põt in Deo esse obliuio promissorũ suorũ, aut alterius rei? Non profecto. Ideò eius æternitas instantis noĩe significatur Nam sicut in instãti nõ est diuisio, nec est ante, aut post, sic in æternitate omnia sunt Deo pſentia. Ad hoc rñdemus non fuisse tanti meriti sacrificium illud Noe, pp quod vniuersi mundi incosumitatem Deus promitteret. Nec arcus ille (cũ nihil sit) Dei oculos mitigat. Sed solummodo fuit sacrificium illud, figura diuini sacrificij, ꝙ Chri- 25
stus redemptor nr̃ obtulit. Atq; hic diuinus reparator cruci affixus ita extẽsus, & sanguine conspersus, tot liuoribus, & flagellis repletus, in cuius corpore tot plagæ factæ erant, est arcus diuersorum colorum, qui æterni patris iram placauit. Ipse est (ait S. Ioannes) ppitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris 1. Ioa. 2.
autem tm̃, sed ẽt pro totius mundi. Et ideò cùm arcus cælestis nihil sit, illum toties repetit, ut corda nr̃a ad aliud maius erigat, atque vt intelligamus Deum non de illo arcu principaliter loqui. Hoc modo vsus est in lege circa illas cæremonias, & sacrificia, quæ ex se ad pietatẽ nõ spectabãt, ut per ea mentes nostras erigamus ad credendum, ꝙ siquidem 26
Deus illa præcipiebat, & humano uideri, tã parum necessariæ erãt, aliud volebat per ea significare. Et ita significabat, ꝙ per mortẽ, & crucẽ Iesu Christi filij sui, semper in mundo virtutem florere oporteret, nisi hic floreat, illic, & nisi illic, alibi uigebit. Quapp nõ futura erat causa ad vniuersum mundũ euertendum. O quantum huic diuino Redẽptori debemus, siquidẽ tanto cum suo labore nobis uoluit remediũ afferre. Hoc significauit spõsa his uerbis Botus cypri dilectus meus mihi. Ex botro cypri uinũ nisi torculari non exprimit̃ Quod maxime quadrat Cant. 1.
optimo Iesu, qui dolorum põdere & tormentorũ magnitudine oppressus, nobis cæleste redemptionis vinum expressit. Si quis labo- 27
res patitur, ad uineã tuã, aut diuitias defendẽdas, nescis quas illi grãs referas, & multò magis si patiatur, vt corpus, ac uitam tuã tueatur. Quod si uideres, cum non solùm labores perpeti, sed ꝙ pro tua uita moritur, quo animi affectu, eius meminisses, & illius mortẽ doleres? Quãto magis igit̃ debemus gratias agere, & dolere uidentes, ꝙ filius ęterni Dei nõ, p uinea, aut pro domo nostra, sed ꝓ aĩa nostra mortuus est, ut eã ab æterna morte liberaret, & vt nobis gloriã, & sempiternam

nā uitā cōpararet? quare ergo pro tanto be-
neficio sépiternas illi gratias non agimus?
quare nō efficimur teneri, & ad amorem nō
cōpellimur, recordantes tā ineffabilis chari-
tatis? quare nos non pœnitet, ꝙ mortis Re-
gis gloriæ cā fuerimus: ò lapidibus duriores
si hoc non sentimus, ò immanib. belluis irra
tionabiliores, si huic bñficio ingrati simus?
quō autem grati erimus, cum uix sciamus
28 dimidium horæ in illius consideratione at-
tente consumere? sed dicetis, siquidem dicit
S. Ioannes, sacrificium illud sufficiens esse ad
vniuersum mundum saluādum, quare tam
pauci saluāt? ut dixit idē dñs: Arcta est uia, q̄
Matt.7. ducit ad uitā, & pauci sunt, q̄ ambulant per
Rom.7. eam. Et S. Paul. dixit. Nō.n. sicut delictū ita
& donum, vbi āt abundauit delictū, supera-
bundauit & gratia. Magis placuit obediētia
Iesu Christi æterno Patri, q̄ inobedientia A-
August. dæ illi displicuit. Ergo siquidem per inobe-
dientiā oēs ceciderunt, quare per obedientiā
non oēs saluant? quæ est cā quare tam pauci
saluant? Huic questioni rñdet S. Aug. his ver
bis. Poculum salutis nostræ, ꝙ ex diuina, hu
manaq; natura confectum est, q̄uis ex se ha
29 beat, ut omnibus prosit, non tñ prodest, nisi
bibatur. Quibus uerbis significat, quòd Pas
sio dñi est efficacissima medicina malorum
nostrorum. Et sicut nullum medicamentum
q̄uis saluberrimum sit, nullā affert ægrotis
vtilitatem, nisi accipiāt illud. Sic est hoc me
dicamentum. Quapp fratres curate diligētis
sime, vt q̄uum poteritis hoc cælesti remedio
vtamini. Propterea.n. condemnantur tot, qa
hanc sanctam medicinam non bibunt. Acci
pite sancta Sacramenta maxima quadam p̄
paratione, & cum stabili proposito nunquā
offendendi Deum, atq; intenso peccatorum
uestrorum dolore, & sic sanctę eius passionis
participes efficiemini, & gratiam accipietis,
quā æterna gloria comparatur, ad quam nos
perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

30

Sabbatho post Dominicam In Passione.

Cogitauerunt Principes sacerdotū, ut & Lazarum interficerent. Ioa. 12.

HOc facere uolebant, ut resurrectionis eius miraculum occultarent. Illam ueritatem tam perspicuam uolebant mun-
do abscondere. Vnde manifeste horum ne-
quitia declaratur, & qđ aperte Deo bellum
inferrēt cū nō possent nō intelligere illam
resurrectionem opus illius esse. Vt uideatis
in quātam cæcitatē possint hoīes deuenire.
In hoc peccatum incidunt hodie aliqui per
uersi iuris periti, aduocati, & scribæ, ac falsi
testes largitionibus corrupti, & oēs denique
qui ex industria, & malitia ueritatē celant. 1
Quos satis cōminatus est Deus per Oseam Oseę. 4.
dicētē. Iudicium Dñi cum habitatorib. ter
ræ. Et quare hoc iudicium tam seuerū futu
rum est? primum, qđ rñdet est Nō est.n. ue-
ritas. Quia in habitatorib. terræ non reperi Esa.59.
tur ueritas. Etiam de hoc conqueritur ma-
gno cum dolore Esaias dicens, corruit ueri Psal.11.
tas in plateis. Et Dauid instantissime Deū
rogabat, ut sibi faueret dicens, saluum me
fac Deus, quoniam defecit sanctus, quoniā
diminutæ sunt ueritates à filijs hominum.
Et fontem vnde hoc malum dimanet, de-
clarat Dauid dicens quoniam non est in o-
re eorum ueritas: cor eorum vanum est.
Non significat hic qđ ex fallacia linguę, na
sceretur fallacia cordis, sed econtra. Et est Psal.5.
figura, quam Græci uocant Hyperbaton,
quæ uerborum permutat ordinem, & sic
intelligitur, quia eorum cor est uanum, nō 2
est in ore illorum ueritas. Et hic est natura
lis ordo. Vt.n. Aristo. ait, vanum est qđ non Arist. 1.
consequitur suum finem, & quia naturalis Physic.
finis humanæ rationis, est cognoscere ve-
ritatē, & hoc est eius naturale desiderium:
ideo horum cor vanum appellat, quia finē
suum naturalem non cōsequit, qui est scire
ueritatem, nec habet desiderium sciēdi eā,
qđ etiam illi est naturale: Quod si cor uo-
catur vanum, qa nescit veritatem, nec eam
scire desiderat: etiam vocabitur vanum si
curat veritatem, quam sit, abscōdere, vt alij
mendacium tanquam ueritatem credant.
Etiam dr cor vanum ac vacuum, quod Dei
amore caret, & charitatem erga proximum
non habet, qui est cælestis liquor, qui huma 3
nū cor adimplere solet. Et ex eo ꝙ cor ita
vacuum sit prouenit, ut lingua mendacium
loquatur in offensionem Dei, & proximi
incommodum. Atq; hæc mendacia sūt gra
uiora, & maioris incōmodi in eis, quorum
officium est curare, vt veritas sciatur, ut in
iustitia rectitudo obseruetur. Idcirco dixit
Iethro Moysi genero suo: prouide de omni
plebe, viros potentes, & timentes Deum in Exo.18.
quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam.

Dicit ulterius S. Euangelium, quod uidentes Pharisæi quod sanctissimus Redēptor mundi ingressus est cum illo admirabili triumpho Hierosolymam, & vniuersi hoĩes exierunt obuiam ei, cum ramis, & maximis clamoribus eum laudabant, dicentes. *Osanna, Benedictus qui uenit in nomine domini Rex Israel* Inuidia repleti obstupuerunt, & rabie conficiebantur, ac dicebant; uidetis, quia nihil
4 proficimus, ecce mundus totus post ipsum abit. Aduertite fratres, quod maior stimulus inuidiosi est propria eius inuidia, quæ semp eum torquet, & ex aliorum prosperitate, & gloria sagittas efficit, quibus cor eius transfigit. Ideò idonce Plutarchus inuidiam ulcus animæ nuncupauit, quia semper putredine odij, & malitiæ manat. Et Socrates illã serã aiæ appellauit. Quia semper abscindit, & pcutit aĩam. Et S. Basilius eam aĩæ ærugìnem vocat, quæ ferrum consumit, sic inuidia inuidiosi uiscera cõsumit Et S. Chrysost. dicit illam esse tineam cordis. Et dicit inuidiosos quodammodo peiores esse diabolis. Diaboli. n. alijs diaboli non inuident, qui sunt eiusdem suæ naturę. Hõ uero nemini inuidet,
5 nisi illis, qui suæ naturæ sunt. Propterea S. Gregorius Nazianzenus hoc uitium inter omnia iniustissimum dicit. Et iustissimè iustissimum. Iniustissimum, quia est cõtra bonos. Et iustissimum, quia magis autorem suũ torquet, q̃ illum, cui inuidetur. Nullus est tam atrox carnifex in alios, q̃ inuidiosus in se, nec est pctm̃, in quo similior quis sit dęmoni, quam in hoc, nam; Inuidia diaboli intrauit mors in orbẽ terrarum. Cum igitur hoc ita sit, apertè cognoscetis fratres mei, quantum curare debeatis, ut hanc pessimam pestem a vobis excutiatis, & feruentissimè diuinam Maiestatem deprecemini, vt eam a sordibus vestris expellat, nec in illis radices agere patiatur. Illa. n. est, quę homines ingratos reddit, & efficit ne Dei beneficia æstiment. Quemadmodum ligna uiridissima, si igni applicentur, non solum non accenduntur, sed ignẽ humiditate sua extinguũt. Ita sunt inuidiosi, qui non solum beneficijs non
6 inflãmantur, sed illa contemnunt, ut apparuit in his maledictis hoĩbus, qui tot beneficia, quot in illos Deus contulit, tot miracula coram eis faciens, ut eos illuminaret, suauissimis prædicationibus illos ad mĩam inuitans, atq; æternis pœnis illos comminans omnes hoc ignes sua malitia & inuidia extinxerunt, duriores in dies ac proteruiores

Plutarc. Socrat. Basilius. Chryso. Gre. Naziã. Sap. 1. Simile.

remanentes. Simillimi erãt maioribus suis, de quibus Dauid, postquam præstantissima beneficia narrauerat, quæ Deus illis fecerat; subdidit hæc verba, in omnibus his peccauerunt adhuc, neque sperauerunt in salutari eius. Maledicta gens, qui tot beneficijs, quasi diuinis ignibus, non inflammati sunt amore, ueruntamen in suis peccatis, sicut diffidẽtes remanserunt. Non sunt ita boni, qui uiscera sua ita disposita habent, ut minima quaq; scintilla in amorem inflammentur, si
7 cut stipulæ sulphure delibutæ quacunq. scintilla ignis incenduntur, ita sunt iusti, tã pleni bono, & ab omni malo humore alieni, ut quouis beneficio inflammentur, & quouis uerbo sancto, diuino amore incendãtur. Rogate fratres mei diuinam Maiestatem, vt viscera vestra ab omni malitia, & inuidia exiecet, ut diuina eius beneficia illis adhæreant & ea suo diuino amore accedant.

Erant autẽ quidam gentiles. Peracto illo solemni triumpho nõnulli gentiles, qui ad festum venerant, desiderantes Dominum videre, accesserunt ad S. Philippum, & rogauerunt illum, vt dñm sibi ostenderet. S. Philip
8 pus dixit hoc S. Andreæ, & ambo diuino Magistro suo nunciauerunt, quod erãt illi gẽtiles, q illum volebant videre. In hoc docemur, quod, ea, quæ ad nostram salutẽ spirirtualem spectant, non cum hominibus perditis, & dissolutis, sed cum Apostolis & seruis Dei debemus cõicare. Vnum ex maioribus beneficijs, quod Deus suis in hoc seculo facit, est inclinare eos, ut cum suis electis conuersentur, & hos eligant confessores, & conscientiæ suæ consiliarios. Ego audeo dicere, & credo, quod multi in peccatis suis remanent eo quod bonos confessores non inuenerint. Peccauit Iudas, & inuenit malos sacerdotes qui eum deberent ei bonum aliquod consi-
9 lium præstare, remedium, quod ei dederunt fuit dicere, quid ad nos? tu uideris. Nostra nihil interest, uidisses tu quid fecisset. Et sic quia nõ inuenit remedium. venit, vt desperaret. Peccauerunt Hierosolymitani etiam in morte Iesu Christi, & quia inuenerunt S. Petrum, & alios Apostolos, multi ex illis pnĩam egerunt, & salui facti sunt. O Christiani, si hæc cura anxietatem uobis afferret & noctu expergisci, ac die suspensos uos facerret incedere, aliter illam ageretis. Maxima miseria est, quod si infirmamini non contenti estis, nisi uos melior medicus curet. Sed qd dico si infirmamini? si equus tuus infirmatur

Psal. 77. Simile. Mat. 27.

& quidē si asinus tuus est vulneratus, melio
rē veterinarium statim uocari,& accersiri iu
bes. Miseræ uero aīæ,quæ mortalib. vulneri
bus repleta est, vr̃ uobis sufficere q̄libet con
fessor. O miseras uos animas,q̄ tam parui ę
stimamini,ut nō tanta cura de uobis habea
tur,quāta de asino,qui quinq; aureos valet.
Videbitis alium,q̄ mille fraudib.& grauissi
mis peccatis oneratus est, & scit sacerdotem
10 esse imperitum,& de industria eū incōfessa-
riū eligit,& tā securus postea maneat illius
consilijs, & cum reb. quas ille sibi præcipit:
ac eum ōium Doctorum snīa concordarēt,
q̄ ad literā calamitatē hanc plorabat S. Pro
Hie.15. pheta Hier.loquens cum Deo,& dicens: A,
a,a,dn̄e Deus,Prophetæ dn̄t eis. Nō videbi-
tis gladium, & fames non erit in uobis, sed
pacem ueram dabit uobis in loco isto. Et di
xit dn̄s ad me. Falso prophetæ uaticinantur
in noīe meo,non misi eos, & non præcepi
eis,neq; locutus sum ad eos uisionē menda
cē,& diuinationē,& fraudulētiā, et seductio
nē cordis sui prophetant uobis,Idcirco hæc
dicit dn̄s de prophetis, qui prophetāt in no-
mine meo,quos ego non misi dicentes:Gla-
11 dius,et fames nō erit in terra hac. In gladio
& fame consumentur ꝓphetæ illi. Et populi,
quib.prophetant erunt proiecti in uijs Hie
rusalem p̄ famæ,et gladio,et non erit,qui se
peliat eos. Cōsiliarij,et petentes consilia pe-
ribunt,utrorumq; erit infęlix finis,et ab ira
Dei cōprehendentur. Petis cōsilium ab hoī
bus deprauatæ consciæ, petis ab ei subscri-
ptionē,ut securus sis in iniustitijs, quas ꝓxi
mis tuis facis. O q̄ parū ꝓderunt he subscri
ptionē in die ultimę iræ Dei, ut ipse hic di-
cit Hieremiæ de illis prophetis mendacibus
et illis,quos ipsis suis mendacij securos red-
debant se pœnas sumpturum esse.

Iesus aūt respōdit eis dicens,uenit hora,ut
clarificetur filius hominis,nisi granū frumēti
&c. Hoc dixit ut significaret gentes cōuer
12 tēdos esse si ipse prius moreretur. Et postea ma
gis se declarauit dicens. *Et ego si exaltatus*
fuero à terra oīa trahā ad me ipsū, Quō dn̄e?
Hoc opus tam necessarium, s.vt nos ad te
attrahas,& membra corporis tui mystici fa
cias ponis sub cōditione. Res hęc est digna,
quæ sub conditione ponatur, quinq; dies ante
mortem tuam nouis dicis. Si exaltatus fue-
ro à terra oīa traham ad me ipsum? sin mi-
nus quid facient illi qui quinq; mille annos
sunt sperantes tua beatifica uisione frui? q̄d
faciet uniuersus mundus crudelissimæ Sa-
thanæ tyrānidi subiectus? q̄d sentiret homo
q̄ ab aliquo uiro nobili maxima beneficia Simile
speraret, quæ ille sæpe sibi promisit si cū ea
facturus esset diceret,si abiero in curiā,faciā
tibi hæc beneficia,sin minus,nō faciā.Heu,
me miserum(diceret)nūc mihi istud dicis?
melius esset si spē mihi non dedisses, q̄ q̄d
beneficiā,quæ mihi toties promisisti, nunc August.
sub dubio,& conditione ponere.S. Aug.af-
firmat q̄ hæc nota,si,idem significat, quod
cum,aduerbium tp̄is, i.cum ego exaltatus 13
fuero à terra, & crucifixus oīa trahā ad me
ipsum. Bene est,sed accipiamus illud subti-
lius in uigore conditionalis. Dico q̄d mori
Christo pro redēptione nr̄a fuit uoluntariū
q̄ sicut nos libere creauit.& potuit nos non
creare,& nihil illum ad nos creandos com-
pulit. Sic libere nos redemit,& potuit nos
non redimere,ac nihil ad nos redimendos il
lum compulit nisi solus amor. Atq; hoc pœ
nale medium sicut uoluit,potuit noluisse,&
alia plurima media habuit ad nos saluādos.
Sed uoluit nobis hoc tm̄ bn̄ficium facere,
hoc medio molesto, atq; amaro, ad corda
nostra uinciēda. Et ita mysteriose dicit si e-
xaltatus fuero à terra uoluit in aere mori:
quia aer est cōis, q̄ sic eum uocat sacra scri-
ptura dicēs,cōem aerem accepi. Bene potest
aliquis terram,& aqua circundare, ita,ut ne 14
mo ad eā accedat, aere uero q̄uis nolis intra Sap.7.
domum tuā,& loquens tecum fruor. Nemo
pt dicere. Hic aer est meus. Sic mors Iesu
Christi ex se est uniuersalis oībus,& idcirco
uoluit in aere pati,ut significaret quam com
mune,& uniuersale sit hoc bonum.

Dicit amplius. Oīa trahā. Oīa dicit se at-
tracturum esse ad se q̄ sunt hoīes, & hi sunt
oīa,quia oībus reb. participāt. Hn̄t eē cū
lapidib.& elementis, accrescunt uelut plan-
tæ,sentiunt sicut animalia, & intellectu, ac
rōne participant sicut Angeli. Sed agamus
modo de hac attractione huius superni do
mini,qua nos ad se attraxit. Quæ cathena
fuit hæc,aut qui laquei,quos ex cruce conie 15
cit,ut nos ad se alliceret? si enim digne hoc
uerbum,trahā,consideretur,significat idem
q̄d vi allicere,Christianum autē per uim al-
lici intollerabile est. Beatus Augustinus di- Au. de p
cit,cætera potest homo nolens credere autē destina-
nō nisi uolens. Quomodo ergo vult bonus tione Sā
Iesus nos ad se trahere, & quod in eum inui ctorum.
ti credamus? Ad hoc dico,quod est modus
loquēdi quo sæpe utimur. Tot beneficijs te
aliquis deuincit, ut quamuis difficillimum

quid

quidq; tibi præcipiat, nescias tñ tenuere, qđ
si interrogeris, quare hoc feceris? dicis Dñe
nõ potui aliter facere, coactus fui obligatio
ne & beneficijs, qbus me deuinxit. Hæc igi-
tur est cathena, q̃ nobis iniecit ex cruce di-
uinus Saluator noster. Qđ si in nobis aliqua
esset gratitudinis scintilla, ei⁹ passione satis
Cant. 1. deuincti sumus, vt nihil aliud p̃ter illũ desi-
derem⁹. Itaq; pp nr̃am tepiditatẽ opus fuit,
16 ut nos ita cõpelleret, totq; ac tã ineffabili-
bus beneficijs deuinciret. Huc spectat illud,
sponsę dicẽtis: trahe me post te curremus.
Quid dicis? si tu eũ rogas ut te alliciat, quid
necesse est ut cõpulsã te trahat? Atq; iterum.
Quõ compatitur, quod sponsa & dilecta per
vim habeat post sponsum suũ? Non sic solet
facere, q̃ intimo cordis affectu sponsos suos
amant, in longissimas regiones uadũt, & vs-
que ad terminos orbis terrarũ pergunt ad q̃
rendũ illos vt plurima peccata euitent: quõ
ergo tu per vim itura es cũ tã fideliter spon-
Ber. sup. sum tuum diligas. S. Bern. super hæc verba
Cant. dicit. Non oĩs, qui trahitur, inuitus trahitur.
Fieri potest, vt qs per uim trahatur, & tñ li-
bẽter veniat. Est aliquis cathenis uinctus, si
Ps. 118. aliquo vult ire, bene potest dicere: trahe me
post te, idest, ego uolo quanuis nõ possum.
Trahe me summo brachiorũ tuorũ conatu
idẽ potest dicere infirmus, qui uult, & ta-
Ioan. 15 men nõ potest aliquo ire nisi brachijs fera-
tur. Idcirco optime dicit sponsa, quia nõ po
test per se solã ad Deum accedere: trahe me
post te. Nos etiã dicamus oẽs cũ Dauid fu-
nes peccatorũ circũplexi sunt me, siquidem
tu Domine potestatẽ tibi reseruasti dicens:
sine me nihil potestis facere, nihil fere no-
bis remanet nisi uelle. Quapp trahe nos si-
cut mater benigna infantẽ suum trahit, & si
cut sanus infirmum baiulat. Trahet utiq; &
humeris quidẽ tanquã pastor bonus ouem
asportat. Dicit etiã sponsa: trahã me post te.
18 Si dixisset: ad te, melius cõueniret cũ uerbis
Dñi, oĩa trahã ad me ipsum. Sed cũ dixerit,
post te, maiorẽ intelligentiã requirit. Verũ
est quod nemo potest uenire ad Chr̃m, nisi
ueniat, post Christus ductus à patre, & Spi-
ritu Sancto, neq; põt post eum uenire nisi p
eum veniat, q dixit. Ego sum uia, veritas, &
vita, Vt vadas ad Chr̃m, oportet te ire per
Chr̃m, & post Chr̃m, & Christi viribus du-
ctum. Oĩa tibi debemus Dñe, cum nõ possi
mus cogitare aliquid ex nobis, tanq̃ ex no-
2. Co. 3. bis: sed sufficiẽtia nostra ex Deo est. Nec bo
na quidẽ cogitatione, absq; tuo auxilio pos

sumus producere. Multi sunt, q volunt ire
ad Chr̃m, ueruntamen non per Christum.
neq; post Chr̃m. Volunt mori, vt iusti, & vi Nu. 23.
uere, ut peccatores: Sic dicebat Balaã, moria
tur oĩa mea morte iustorum, & fiãt nouissi-
ma mea horum similia. Cũ esset idololatra,
& sicut talis uiueret, uolebat iustorum mor-
te mori. Huiusce modi sunt innumerabiles
hoĩes in mundo, de quib. dicit Sãctus Ber- Bernar.
dus. Non curant quærere quem tñ deside-
rant inuenire, cupientes consequi, & non se- 19
qui. Si uis inuenire, oportet te quærere, atq;
si uis consequi, oportet sequi: alioquin non
habebis partẽ cum Deo. O suauissime spon
se animarum nr̃arum. Amator filiorum Adæ,
rogamus te per uiscera clemẽtiæ tuę, vt nos
doceas, & confortes, ut ad te eamus, per te,
& post te curramus. Trahe nos ad te, hoc
est, ad tuã clarã uisionem, & gloriã Et p te,
hoc est, p grãm & auxiliũ tuũ, & post te, hoc
est, p verã imitationẽ vitę tuæ sãctissimæ, &
tuarũ altissimarũ uirtutũ. Hoc fratres mei
debetis efficacissime desiderare, & ardẽtissi-
me diuinã Maiestatẽ illud exorare. Et q̃tũ
ex uobis est debetis efficere quãtũ vos sibi-
le est, ut hoc cõficiatis. Dicit ulterius spõsa.
Curremus. Vñ tibi tãta p̃uenit uelocitas. 20
vt audeas dicere statim. Curremus? q antea
non poteras moueri, quõ nunc audes curre Ps. 118.
re? Verũ est, q illi quẽ Deus trahit non solũ
pedes ad curredũ, sed ẽt alas largitur ad uo-
landũ. Et sic ipse Dauid, q dixit, Funes pec-
catorũ circũplexi sũt me, dixit ẽt. Viã mãda
torũ tuorũ cucurri cũ dilatasti cor meũ. Et
idẽ Sãct⁹ Paulus, q dixit. Nõ sumus sufficiẽ
ter cogitare aliqd ex nobis dixit ẽt. Oĩa pos 2. Co. 3.
sũ ĩ eo, q me cõfortat. Quæ oĩa clari⁹ exp̃s- Phil. 4.
sit Sãct⁹ Propheta Esai. dicẽs, Deus sẽpiter- Esai. 4.
nus Dñs, qui creauit terminus terræ nõ de-
ficiet, neq; laborabit, neq; est inuestigatio sa
pientię eius. Qui dat lasso uirtutẽ, & his, qui
nõ sũt fortitudinẽ, & robur multiplicat: de-
ficiẽt pueri, & laborabunt, & iuuenes ĩ infir- 21
mitate cadẽt, q ãt sperãt in Dño, mutabunt
fortitudinẽ, assumẽt pẽnas sicut aquilæ, cur
rẽt, & nõ laborabunt ambulabunt, & nõ defi
ciẽt. Ille, Deus oĩpotens, cuius sapientiæ nõ
est numerus, nec fatigatur, aut deficit operi
bus, quę facit, aliquo mõ cõicat has cõditio
nes amicis sui, quib. cum sint debiles admi-
rabilem fortitudinem concedit, quæ rema-
nent, quasi infatigabiles. Iuniores, & robu-
stiores fatigabuntur, ij autem qui sperãt in
Domino non lacescent, neque deficiẽt. Qui
est

eſt baculus, in quē inniteris cum talem habeas fiduciam? Inniteris ne in arundinem tuā? An cum ſis in alta rupis crepidine inijcis manus ad aerem, vt ei inhæreas, & non excidas? quā ſpem potes habere in aere, ad quem licet manus inijcias, nō inuenies quid aut quō apprehendas, ſi autē fortiſſimæ columnæ adhæreas, quantumuis debilis ſis, ſecurus tamē es. Si Deo adhæreas, eris cū fiducia, & non deficies. Qui autē ſperant in Do
22 mino, mutabunt fortitudinem ſuam. Antea erant fortes ad malū, nunc verò fortes erunt ad bonum. Etiam humanā, & naturalē fortitudinem, in ſupernaturalem fortitudinē cōmutabunt, & cum ea facient, quod cogitauerūt, quod aſſumēt pēnas, ut aquilæ. Cū hoc uolo prædicationi finem imponere, qđ illa, quæ cœpit in ſingulari dicere. Trahe me, dicit nunc, curremus. Ita enim corroboratur, qui à Deo trahitur, ut alios curet at trahere. Non contentus eſt eum currat, & velut aquila uolet, nec in aliqua ſanctarum exercitationum fatigatur, ſed curat, ut alij etiam in ſeruitute huius diuini ſponſi currant, & uolent. Atq; etiam Eccleſia, quæ loquitur, quamuis in amores una ſit, eſt tñ.
23 multorum collegium, & ideo omnes nos debemus inuicem confortare, & alter alterius onera ſubleuare. Nam idcirco Sanctus
Aug. ſup Pſal. 41. Auguſtinus Eccleſiam ceruorum multitudini comparat. De quibus legitur, quod cum aliquod longum iter conficiunt, aut prefundum uadum pretereunt, ſeſe hoc modo inuicem adiuuant. Cum habeant grauiſſima capita propter cornuum magnitudinē, per ordinem uadunt unus poſt unum, & alteri ſuper alterorum terga imponūt capita ſua. Et quia omnibus antecedunt, nō habent ſuper quem capita ſua reclinent, regrediuntur poſt ultimos, & ſic omnes inuicem ſubleuā
24 tur; & hac admirabili induſtria confortati longiſſima itinera conficiunt. Si ergo hæc bruta animantia tale inſtinctum habent, & ſibi ita fauere ſciunt, quare homines ratione præditi, & præſertim Chriſtiani catholicæ fidei lumine illuſtrati, & diuina lege edocti non nos confortamus, & alij alios ſubleuamus: ut hanc ſpiritualis vitæ uiam percurramus? Sic nos exhortatur Sāctus Paulus dicēs. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti, qui ex cruce tales laqueos uobis iniecit, & tam ſingularibus beneficijs nos deuinxit, vt hoc, & multo plus oporteat nos propter illum facere, & præter beneficia, quæ iam in nos contulit, & quæ quotidie confert: gratia ſua nos fulciens, æterna nobis gloriæ præmia præparauit. Ad quam nos perducat Ieſus, Amen. 25

Dominica in ramis Palmarum.

Cum appropinquaſſet Ieſus Hieroſolymis, & ueniſſet Bethphage ad montem Oliueti &c. Matth. 21.



HODIE celebramus admirabilem illum triumphum, quo Imperator cæli, & terræ Ieſus Chriſtus filius Dei ingreſſus eſt Hieroſolymā, paucos dies ante ſuam ſanctiſſimam paſſionem. Quem triumphum accepit humillimus Dominus ſedens ſuper aſinam. Myſterium autem propter quod ita uoluit ingredi, fuit ut tanquā princeps prophetarum illorum ſtylum ſeruaret, qui res futuras, non uerbis ſolum, ſed operibus etiā, ac ceremonijs prophetabant. Cum volebant aliquid in auditorium cordibus magnoperè imprimere, non ſolum uerbis id dicebant, ſed aliquibus ſignis exterioribus illud ſignificabant. Atq; hoc faciebāt non ad libitum ſuum, ſed quia ita Deus illis præcipiebat. Ita prophetauit Samuel, qđ Regnū à Saule in Dauid transferendū erat, 1. Re. 15.
qñ palliū Saulis abſcidit per mediū, dicens, Scidit Dñs Regnū Iſrael à te hodie. Prophe 3. Re. 11
tauit etiā Propheta Ahias ad Ieroboā, diuidens pallium in duodecim partes, & dans illi decem partes, quod daturus eſſet ei Dominus decem tribus filiorum Iſrael dicens: Ego ſcindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem trib. Atq; etiā propheta
uit Eliſeus, quod Rex Ioab uicturus erat ter 2
regnum Syriæ, præcipiens illi, ut ſagittas ad 4. Re. 13.
oriens conijceret, Sanctus propheta Eſaias Eſai. 20.
exuit ſe, ut prædicaret, quam nudati, & ſpoliati remanſuri erant Hieroſolymitani propter ſcelera eorū. S. Hieremias cinxit ſe ca- Hie. 13.
thenis, & fregit vrnas coram populo, ut ſignificaret, quam alligandi, & confringendi Eze. 12.
erant Hebræi. Et S. Propheta Ezechiel præcepit Deus dicens, Fac tibi uaſa transmigrationis, & trāſmigrabis corā eis per diē. Accipe peram tuam in humeris tuis quaſi uiator, & incipe uaſa, & ſuppellectilia tua auferre, & ꝑfode murū ciuitatis, & fac in eo foramen,

men atque oĩa supellectilia tua per illud ex trahe extra ciuitatē in meridie, ut oēs istud uideāt. Vt in hoc significaret Assyrios uētu ros esse, & illos uinctos esse ducturos. Ita Xp̄s Redēptor noster tanq̄ caput, & dn̄s pro
Hieron. August. Chryso. Origen. phetarū (ut ait S. Hieronymus S. August. S. Chrysostomus, & Origenes) uoluit hoc facto principalē aduētus sui effectum significare, qui fuit, vt à uinculis peccati Gentilicū & Iudaicum populū solueret, & ad suā obedientiā redigeret. Et ob hanc cām duo illa
3 animalia afferri iussit, & sedens mō in uno, mō in altero glorioso illo triumpho cōdecoratus est. Et quia Dn̄s ueniebat, ad attrahenda corda, & efficiendū, vt suę diuinę volūtati obedirent, uoluit, ut Sancti Apostoli q̄ in hoc negotio ministri, & coadiutores sui futuri erāt, & sacratissimū hoc mysteriū secū operaturi erāt, primi essent, q̄ sibi obtēperarēt, & ita dicit eis: *Ite in castellū, &c.* Illi autē nō solū obedierūt, euntes ad q̄rēdum aīalia; sed plus ēt fecerunt, q̄ Dn̄s illis præceperat. cum.n. iumēta absq; clitellis, aut aliquo opertorio uenirēt, imposuerunt super ea uestimenta sua, tā pp honestatē, & decorum q̄ vt bonus Iesus cū minori labore super ea ueniret. In hoc mirabilē nobis doctrinā tradide
4 runt, q̄ nō debemus esse cōtēti, facientes solum ea, q̄ nobis absoluto pcepto Deus imperat, sed debemus curare multo plura face-
Gen. 24 re. In Genes. legitur q̄ seruus Abrahę petijt signum à Dn̄o, vt cognosceret illā esse, q̄ elegerat vxorē Isaac, q̄ plura faceret, q̄ ipse ab ea postularet. Et ita dixit, igitur puella cui ego dixero, inclina hydriā tuā, ut bibā, & illa r̄nderit, bibe, quin & camelis tuis dabo potum, ipsa est q̄ pparasti seruo tuo Isaac. Sic est profectò perspicuum signum, q̄ illas animas eligit Deus in spōsas unigeniti filij sui, q̄ nō cōtentæ sa cere, q̄ ab eis petitur, multo plura faciunt. Quid autē mirum si aīæ diui
5 no amore plenæ tā prōptæ sint seruituti Dei cum videamus prōptitudinē, qua homines alijs hominibus obediunt pro minima quaque tēporali utilitate? q̄ mirabile est uiso, qūo pueri, q̄ regio cubiculo seruiunt, sunt ad ostiū cubiculi Regis, & quamuis suauissima cōuersatione amicorū suorum occupati sint, regiā t̄n vocē audientes protinus oīa sū ma cum agilitate, & uoluptate deserunt, & ad eum properāt. Quid ergo oporteret nos facere ad uocē Dei, qua prōptitudine, qua affectione, & voluptate oportet ut nos faciamus, quæ diuina Maiestas nobis imperat, & ob hāc causam humanas voluptates relinquamus? sed heu fratres q̄tum circa hoc lachrymādum est? si terreno Regi placētes tā tā vtilitatē consequuturi essetis, ut vos prin- Simile 5
cipes, aut magnates regni sui faceret, & simul per regiā coronā iuraret, q̄ vbi primū seruitiū uestrum sibi displiceret, nos ad triremium suarum remū missurus esset, dicite fratres q̄ diligenter pceptorum eius regulā addisceretis, quātum in eorum executione ui
gilaretis? quātum cōfortaremini ad ea oīa fa 6
cienda, quib. sciretis uos Regi esse placituros? O benedicant tibi Angeli Redemptor aīæ meæ, qui nos toleras, cum simus tā mali, vt cum tu decreuetis, q̄ custodientib. legē amoris tui reipsum, ac regnum tuum dabis p pmio neglıgētes autē hanc legem, & illā uiolātes, ad æternum inferni remum in corpore, & aīa cōpelles, & q̄ prius cœlum ac terra præteribunt, q̄ hæc tua ueritas deficiat, & t̄n hanc legem passim audemus uiolare? O Domine supremæ Maiestatis, siquidem nobis imperasti, ut ibi seruiremus, & simul designasti, quibus rebus seruire deberemus, inclina uoluntates nostras ad tuam diuinam obedientiā. Nā eo q̄ a tua diuina lege auer- 7
si incedimus, non miror uerbera, q̄b. nos affligis, sed ea, quibus non affligis. Ad hoc ppositum audite rē magnopere metuendam, q̄ refert sacra scriptura. Salma nasar Assy- 4. Re. 17
riorum Rex venit cum exercitu & potestate magna, & uniuersam Samariam cæpit, & duces captiuos ex Samaria in regionē suā, adduxit alios de subditis suis, & collocauit eos in ciuitatibus Samariæ pro filijs Israel, qui possiderent Samariā, sibi persuadens securius esse regnum illud, si omnes eius ciuitates, & arces subditis suis traderet possidēdas. Cumq; hi Assyrij ibi habitare cœpissent idolis suis immolabant, (erant.n. gentiles) & dicit sanctus textus q̄ misit in eos Deus plagam magnam, leones.s. qui interficiebant eos. Nunciatumq; est Regi Assyriorum, & dictū gētes, quas trāstulisti, & ha- 8
bitare fecisti in ciuitatib. Samariæ ignorāt legitima Dei terræ, & immisit in eos Dn̄s leones, & ecce interficiunt eos, eo qd' ignorent ritum Dei terrę. Præcepit autem Rex Assyriorū, ut duceret unus de sacerdotibus quos inde captiuos adduxerant, & irēt, atq; habitaret cum eis, vt subditos suos legem Dei doceret. Cum igit' uenisset, unus de sacerdotibus illis, & eos legē Domini erudiret, statim plaga illa, & strages cessauit. Rex

mira-

mirabilis hæc est: q cum essent illi idolola-
træ: & idola solerent adorare, non tamē pp
illa peccata eos Deus puniebat, ī patrijs suis:
quia vero postea easdem idololatrias com-
miserunt, in regione vbi Deus adorari con-
sueuerat, mittit a montibus leones, qui eos
occidat. Si igitur, solummodo quod essent
ītra limites illorum populorum, qui Deum
cognoscebant vult Diuina Maiestas, ut legē
suam obseruent, & eos tam acriter punit, eo
quòd in terra sancta committunt idolola-
triam, cum tñ illi Deum non cognoscerent:
quid erit de nobis fratres mei, qui in Eccle-
9 siæ Dei gremio nati sumus, cuiusque sanctissi
mam legē, & sacramenta suscepimus? Dicite
peccatores, vsurarij, carnales, & qui de proxi
mis vestris murmuratis, quis est Deus hu-
ius terræ. Cuius lex in ea custoditur? quē habe
tis in Deū? Nunqd nō est ille q p uobis cru
cifixus est? quare ergo pecuniā, voluptatem,
murmurationēq; adoratis? quare ī terra tā
sancta tot idololatrias cōmittitis? qūo non
obseruatis legitima Dei terræ huius? Hanc
legē Euangelicā, quā maiores nostri custo-
dierunt in his regionibus, & propter cuius
obseruantiam plurimi sanguinem suū effu-
derunt, & vitam suam perdiderunt, qūo &
uos nō obseruatis? Cum aūt eā nō custodiatis,
sed Deum huius terræ sæpissimè offenda
10 tis: quare non descendunt ex montibus leo-
nes, qui vos interficiant? O æterne Deus qd
dicam? quia cum tot sint scelera nostra: &
tñ non descendunt immanes belluæ, quæ
nos deuorent, ad magnum aliquod malum,
& supplicium nos fortasse seruas. Plorate
fratres, & ingemiscite quia si, cum Christia-
ni, sitis filij ac nepotes Christianorum, cū-
que tam male Dei legem obseruetis, non ta-
men mittit Deus leones, qui uos viuos deuo
rent, ad maiorem vestram condemnatio-
11 nem hoc erit, nisi vias uestras pessimas mu-
taueritis, & tanta Dei patientia vsi fueritis.
Etsi possumus etiam dicere, quod pestes, in-
firmitates, bella, & angustiæ, quibus Reges
affliguntur, vt necessitate coacti grauiora
onera & tributa subditis suis imponant, om
nes hæ calamitates, sunt leones, & dracones,
qui ab ira Dei procedunt, in supplicium pec-
catorum nostrorum. Ideo Dauid, iram Do-
Psal. 88 mini ignem uocauit dicens: Exardescet si-
cut ignis ira tua. Ignis autem hic furoris
Dei, peccatorum nostrorum lignis alitur. Si
eorum pœnitentiam egerimus, erimus qua-
si auferentes ligna ab hoc igne, & statim ex-
tinguetur. Et quanuis dixerit Deus per Ma-
lach. Ego Deus, & non mutor: mutantur ta- Mala. 3.
men eius effectus iuxta hominum cōmuta-
tiones. Si speculo mitē vultum ostendas, ab- Simile.
sque illa commutatione illius; mitem etiam
vultum tibi ostendet: si uero iracundum, ēt
iracundum vultum tibi repræsentabit. Talē
repræsentat imaginem, qualis sibi opponi-
tur. Speculū sine macula appellat sacra scri-
ptura Deum, aliquibus se mitem uelut agnū
ostēdit, quia illi sunt mites, & misericordes,
alijs autem rugientem quasi leonem se re-
præsentat: quia ipsi sunt crudeles, ac tyran-
ni. Itaq. cum Deus incommutabilis sit, eius 12
tamen effectus secundum nostra opera com-
mutantur: Curemus ergo, ut huius supremi
Dei legē obseruemus, siquidē tā deuincti su
mus ad id faciendum: & sic eius furorē mi-
tigabimus, ut nō mittat tot dracones, quot Sap. 7.
nobis passim mittit. Atq. ut maiori propti-
tudine, ac diligentia huius diuinæ legis præ
ceptis obtemperemus, oportet ut sciamus
peculiare Dei beneficium fuisse, legem hanc
nobis dedisse. Nam ut S. Paulus affirmat, sa- Rom. 8
pientia carnis legi Dei non est subiecta, ne-
que enim potest. Vocat his sapientiam car-
nis, (ut declarat Caietanus, & Magist. super Caieta.
hunc locum) rationem, quatenus sensualita- Magist.
tis impetu ducitur uitiosè, & sic seruiens ef- Sēt. sup.
frænato sensualitatis impetui, non potest le- epist. ad
gi Domini obedire. Quapp oportebit diui- Rom. &
nam prouidentiā hominem aliquo remedio
munire contra furiosos sensualitatis impul 13
sus, ne sensualitas post se traheret rationem.
Atque hoc remedium fuit statuere leges sen
sualitati contrarias, ut fuit lex naturalis ani-
mæ impressa, atque olim lex Moysi cū plu-
rimis præceptis, ad reprimendam sensualita-
tem malarum propensionum hominum: &
nunc lex gratiæ, quæ est lex Spiritus uitę in
Christo Iesu, ut ibidem dicit Sanctus Pau-
lus; quæ tanquam lex gratiæ effectus suos
producit iuxta nomen suum? multam. n. gra 14
tiam obseruantibus se, affert, qua uires acci-
pit ratio, & sensualitas illas deperdit, & sic
postquam Sanc. Paul. tantopere conquestus Rom. 7
est de sensualitate sua dicens, uideo aliam le
gem in membris meis repugnantē legi mē-
tis meæ, & captiuitatem me in lege peccati,
q est ī mēbris meis. Infælix ego hō, quis me
liberabit de corpore mortis huius? Et respō-
det statim dicens: gratia Dei per Iesum Chri
stum Dominum nostrum, & concludit his
uerbis: Igitur ego ipse mente seruio legi Dei.
Itaque

Itaque per obseruantiam legis impetratur
gratia Iesu Christi largitoris illius, qua sen-
sualitatis impetus superantur; ut cum maio
re libertate, et facilitate postea ipsi Domi-
no seruiamus.

Optimè debetis intellexisse fratres mei,
hanc altissimam ueritatem obedientiæ, tam
opere, q̃ verbo a sanctis discipuli Saluatoris
nostri nos eductã fuisse. Atq; hodie, ut de il-
la loqueremur, occasionẽ sumpsimus ex faci
litate, qua obedierunt hi duo Apostoli, qui
15 ad quærendum animalia profecti sunt plus
etiam facientes, quàm sibi præceptum est.

Et est valde notandũ, quòd in nocte Pas-
Ioan. 13 sionis solum Iudam misit dicens, quod fa-
cis, fac citius, modo verò ad afferendam asi-
nam, & pullum eius, cum vnus sufficeret ex
illis, aut puer aliquis posset illa animalia af-
ferre (quia satis domestica erant) voluit duos
mittere. Iudam solum dimisit, vt siquidem
a diabolo ducẽdus erat solus duceretur: hos
autem duos misit, vt significaret, quod ad
bona opera semper debemus societatẽ desi-
derare, vt non simus soli in seruitio Dei: Mo
do autem ècontra fit, cum vaditis ad vendẽ
16 dum Iesum Christum semper defertis socie-
tatem, semper alij alios inuitatis ad peccan-
dum: cum uerò ad aliquod bonum opus fa
ciendum desceditis, semper soli disceditis,
vix enim est, qui uos comitetur ad faciendũ
bonũ. Itaq; possemus, nũc flere, quod flebat
Hieremias dicens: uiæ Sion lugent, eo quod
non sint, qui ueniant ad solemnitatẽ. O san-
Thre. 1. cte Deus, quàm miserabile est uidere, quam
repletæ sint uiæ inferni, non plorant profe-
cto, eo quod non sit, qui per eas ambulet:
quàm plenæ sunt uiæ Indiarum iis, qui ua-
dunt ad quærendum pecuniam, quam ple-
næ sunt uiæ commerciorum mercatoribus,
qui uadunt, ut alios decipiant, quam plenæ
sunt uiæ tribunalium, litigantibus, qui illuc
17 properãt, ut se inuicem sicut cati dilanient.
Non plorant uiæ turpitudinum, omnes.n.
sunt plenæ. Non lugent uiæ ludorum, aut
comędiarum, nec uiæ peccatorum, cum om
nes ita repletæ sint, ut uix uiæ iter facien-
tes possint capere. Lugent autem uiæ hospi-
talium, lugent uiæ carcerum, quod uix sit,
qui uadat ad uisitandum infirmum, ad con-
solandum uinctum, aut, qui minimo quo-
nis refrigerio pauperi subueniat. Lugent uię
pniæ, lugent denique omnes uiæ uirtutum,
eo quod uix sit, qui per eas ambulet. Vide te
quot sanctissimum sacramentum corporis
Dñi nostri Iesu Christi, cum per uias defer-
tur, comitentur, quare nõ pudet nos tãtę im-
pudentiæ, qua erga tm̃ Dñm utimur? Cum
aũt inops d functus ad sepeliendũ defertur,
q̃s cũ eo op' charitatis implet? Aut fortè ar-
bitramini solũ esse opus mię diuitem sepe-
lire, cum hunc tm̃ modo comitemini? Ecce
qũo uiæ uirtutis lugent, & uiæ cęli lamentã-
tur, eo quod non sit, qui per eas ambulet. Iu-
das proditor Christi est, qui semper defert so
cios: Apostolus autem sanctus uix alium
reperit, qui illum comitetur. 18

Venerunt ergo S. Apostoli, & animalia at
tulerunt, atque eum desuper sedere fecerunt.
Sedente dño super asinã, hoĩes, qui cum illo
ueniebant sacrosancto quodam feruore cę-
perunt inflammari, ab Spiritu Sancto inspi
rati, qui eos inauditam illam docuit cantile
nam. *Osanna filio Dauid: Osanna in excelsis.* Simile.
Quæ nouitas hæc est bona gens? tam diu il
lum comitati estis, & tacuistis, nunc autem,
cũ illum super tã humilia iumẽta sedentem
conspicitis, sic inflammamini? Auditis soni
tum organorum, non tamen uidetis illum,
qui tãgit organum, quia latet in angulo: ita 19
hic audiuntur voces, & sonitus, non autem
aspiciebatur Spiritus Sanctus, qui tangebat
organa viscerum in illorum, & illos has lau-
des extollere cõpellebat. Erant tunc in ciui-
tate plurimi, qui ad festũ indispensabile ve-
nerãt, scilicet, ad Pascha azymorum, qui au-
dientes sanctissimum Prophetã Iesum cum
illo triumpho ingredi, omnes ei obuiã exe-
unt, & alij alijs coniuncti inuicem incitan-
tur ad cęleste illud canticum extollendum.
Quidam conscendebant in arbores, & scin-
debant ramos, alij vero vestimẽta sua humi
prosternebant, qua trãsiturus erat dñs. Non
oẽs vnã rem sciebant, sed quidam vni serui-
tio, quidam uero alij intendebant. Non pe-
tit Deus ab omnib. unum, & idẽ seruitii ge-
nus, aliter.n. oportet fratrem, & clericum, ali
ter uero hominem matrimonio deuinctum
Deo seruire. Atq. necesse est, ut qñ res pcipiũ Deu. 22.
tur, ẽt in eodem statu, uniuscuiusque uires
considerentur. Ideò in Deuteron. præcepit
Deus dicens. In boue simul, & asino non
arabis. Non imponendum est idem iu-
gum super bouem potentem, & super asi-
num debilem. Sed unicuique secundum
uires suas, fortiori plus oneris, debiliori
uero minus est imponendum, iuxta cuius-
que uires: In hoc autem uno omnes occupa
bantur, scilicet, in laudando Deum, & sic
huic

huic exercitio oportet nos cuiuscunq; cōditionis simus frequentissimè tradamus: siqui dem nemo potest tam inops esse temporis, cui ad hoc faciendum desit opportunitas. Per Esaiam dicit Deus: Populum istum for-
Esa.43. maui mihi, idest, hūc populum feci mihi singulariter ad seruitutem meam. Et in quibus præcipuè tibi seruire debet domine? addit statim dicens: Laudem meum narrabit. Formaui eum, ut in me laudando occuparetur.
21 Hic est populus Christianus, qui tot beneficia à Deo accepit: & qui tantopere debet
1.Pet.2. Deum magnificare. Et ita Sanctus Petrus apertius declarat, hoc de populo Christiano intelligi, cum dicat: Vos autem genus electum, regale sacerdotium: gens sancta, populus acquisitionis. Vos (inquit) gens tam electa à Deo, ut solent in mundo Reges eligi, ac sacerdotes: gens Christi Iesu sanguine consecrata, populus acquisitus eius prætiosissima morte. O æterne Deus, in quo debent: sistere tot res? aut quare tot beneficia in hac gente cūmulauit? Vt uirtutes annūcietis eius, qui uos uocauit in admirabile lumen suum. O admirabile Christianorū offi-
22 cium? Idcircò nobis tot beneficia fecit, & ad fidei lumen admirabile nos adduxit: ut noctu, dieque huius optimi Domini uirtutes, & excellentias non satiemur præconijs declarare. Quod si dicatis, quod clericos, & monachos decet clamare, & uociferari laudanter dominum: uobis autem hanc diuinarum laudum rationem, nō conuenire, quia seculares estis, adhoc respondeo, quod cum Sanctus Ioannes dicit: Audiui uocem Ange-
Apoc.5. lorum multorum dicentium uoce magna: Dignus est agnus, qui occisus est, accipere uirtutem, & diuinitatem, & honorem, & gloriam, & benedictionē, illud, uoce magna: intelligitur magna mentis deuotione. Et cum
Luc.1. Sāctus Lucas dicit, quod tam uenerabilis, & iā prouectę ætatis fęmina sancta Elisabeth exclamauit uoce magna dicens: Benedicta
23 tu, &c. etiam declarandum est, idest. Magna mentis deuotione. Sic fratres mei positi in angulo domus uestræ nec labia mouentes, cū nō fuerit opportunitas magna mentis deuotione potestis exclamare. Cū (inquā) non fuerit opportunitas ad plus, q a si fuerit maxime uox exterior spiritum adiuuat, mouet & excitat. O si hoc uobis psuadere possem, ut unusquisq; in corde suo proponeret, parū tēporis mane, & parum uesperi in laudibus summi dñi omnium rerū consumere, p acceptis beneficijs gratias agentes, & a[...]lia plura accipienda illi uos disponentes. In[...]i te nunc hoc per reuerentiam Dei, & exper[...] mini; quid in uobis sentiatis. Vidit Sanctus Ioanne cælestēs quādam musicam, de qua dicit: & uocē, q audiui sicut citharædorum, c[...] Apo.14.
tharizantiū in citharis suis. Et cantabāt quasi canticū nouū. Res mirabilis: Cantū, quem cælestes illi spiritus tot milia annorum cantant, appellat, quasi canticum nouū. Et ratio 24
est quia in qualibet hora sic delectantur cantantes, ac si tunc inciperent cantare: & ideo quasi unum illū uocat: quia quantum ad uoluptatē, & suauitatē, quæ canitur, semper est nouus. Sperate ergò uos fratres in misericordia Dei, ille enim uobis dabit gustum, & suauitatem, qua in dies magis, ac magis in hoc sancto exercitio delectamini: si illud incipere uelitis. Perpendite etiam quō has laudes & honores sedē super asinam accepit, lachrymas ab oculis effundēs. Si ille dominus Simile.
cui erat impossibile peccare, tam breuiter, & quasi per transennā gloriam accepit, qd nos facere oporteret? quis est hic somnus, quia tā tenaciter his caducis, & transitorijs rebus nos tradimus: Confundere, & erubesce frater mi, cōsiderans quam libenter, ac suauiter quemcumq; honorem accipis, quo te homines afficiunt. Cum sol ad occidens pergit, 25
quò magis occidit, eò magis umbræ accrescunt quęcunque res corporea, quantumuis minima sit, umbram maximam efficit, cum uerò sol in meridie est omnes umbræ sunt minimę. Sic contingit nobis: Quo enim magis a nobis Deus recedit, eo maiores nobis Sapie.
apparēt res, & honores huius seculi, q uelut umbra prætereunt: Transierunt oīa tanquā umbra. Qñ uerò Deus in medio hemisphærij, idest cordis nostri, comoratur tunc oēs umbræ sunt minimæ, cum enim sic possideatur illuminetur, & a Deo inflammetur, omnia minima & quasi nihil esset ducit. Et hoc Cant.2.
est, quod ad literam significat sponsa, cum dicit: Sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios Sponsus meus in 26
ter homines, est sicut pomus inter arbores montiū. Arbores mōtium sunt rubus, robora, ilices, & quercus quæ suauitatis fructum nō proferunt. Vult igitur dicere, quod quicquid est in mundo præter Deū animæ: est fructus saluarum, quercorum, & roborum. Omnia sunt glandes duræ, & amaræ. O Christe dulcissime animarum nostrarum amor, si sciremus te uerè, & ex animo diligere, q amara

om-

omnia secularia nobis in tui comparatione
viderentur,& quanta cũ amaritudine, & la-
chrymis te imitãtes p honores:trãsiremus.

Postquam illum tanta alacritate, & gau-
dio receperunt:ne buccellam quidem panis
ei ad manducandum dederunt. O fratres ne
nos in tantum defectum incidamus, mul-
tos uidebitis in Ecclesijs cum magnis rosa-
rijs,qui aliquot horas in Deo laudãdo cõsu-
27 munt: postea uero in eandem illiberalitatẽ
incidũt,(in quam hodierni homines incide
runt)erga Deum in suis pauperibus:sunt.n.
auari,& cum eis misericordiam non faciũt.
Vnum ex illis, quæ debetis Deum rogare,
quando illum orantes laudatis, est, ut uos
misericordes faciat, & cupidos bene faciẽdi
omnibus:& præcipue illis,qui meliores sũt:
Rom.12 quia sanctus Paulus,inter dona Spiritus san
cti,annumerat hoc,quod simus necessitati-
bus sanctorum communicantes. Quod si-
quidem daturi estis eleemosynam: seruis
Dei,potius quam alijs,illam curetis dare do
num est peculiare Dei, & debetis illud fer-
uentissime ab eo postulare. Si enim hoc do
num habuissent homines qui in hac pompa
28 & solemnitate incedebãt sancti sanctorum
eiusque sanctorum Apostolorum necessita
ti subuenissent. Etiam ponit statim sanctus
Paulus donum esse Spiritus sancti,nobis da
ri,ut simus hospitalitatem sectantes. Et tam
quam domum eius illud debetis a Deo pe-
tere,ut uos hospitalitatis cupidos efficiat,
& hospitales Iesus Christi in suis pauperib.
uos reddat,ut illum abire non patiamini,si
cut hi fecerunt.

Dicit sanctus Euangelista,quod ingrediẽ
Zach.9. te sic domino,impleta est illa prophetia Za
chariæ dicentis. *Dicite filiæ Sion:Ecce rex tu-
us uenit tibi mansuetus,sedens super asinam.*
Sancti Euãgelistæ dicunt hic:mansuetus: et
si propheta dicit:Pauper. Quod pauper in-
grederetur certum est,quæ enim maior pau-
29 pertas, quam quod in asina, & pullo accõ-
modatis ueniret? & quod mansuetus quasi
agnus ueniret,etiam est certum. Quæ autẽ
causa esse potuit,ut Euangelistæ, mansuetũ
pro paupere ponerent? Ad hoc responde-
tur, quod in sancta scriptura idem est dicere
pauperem,& dicere mansuetum ut è contra
aliquando idem est diues,& leo per exagge-
Ps.33. rationem. Et sic ubi nos legimus, diuites
eguerunt,& esurierunt:dicit sanctus Hiero-
nymus:leones eguerunt,& esurierunt.Idem
est dicere pauperem, quod dicere mansue-
tum:paupertas enim ualde mansuetum ho-
minem reddit. Et idem sunt diuitiæ, quod
immanitas,& tyrãnis,cum diuitijs enim ac
crescit cupiditas, cupiditate uero efficiũtur
homines tyranni. De quibus conqueritur; Psal.62.
Deus per Prophetam dicentem,qui deuorãt
plebem meam sicut escam panis. Non dicit
sicut carnes,quæ habent ossa,& resistentiã:
nec sicut escam piscium,qui habent spinas,
sed sicut escam panis,qui est suauis, & mol-
lis,in quo nõ reperit resistentia ad mãducan-
dum,& deuorandum:non enim habet ossa, 30
aut spina. Ita hi pusillanimes neminem au-
dent,præter pauperem deuorare: non enim
habet os,aut spinam,aut resistentiam:hunc
quasi panem manducant eiusque substantiã
sine contradictione diripiunt,& sicut mirũ
est uidere diuitem mansuetum, ac modestũ,
ita obstupendum est uidere pauperem su-
perbum, & elatum. Maximæ confusionis,&
pudoris est profecto uidere monachum,
aut monialem pauperes uoluntarios,qui tã
libenter paupertatem promiserunt obserua
re,uidere(inquam) eos superbos,cum sit san
ctæ paupertati tam repũgnans. Vnus ex finĩ
bus,propter quem paupertas uouetur, est,
ut in tranquillitate, æquitate, & humilitate 31
uiuatur. Et qui ab ea hæc accipere non cu-
rat,toto cælo aberrat. Inuitat te ergo Pro-
pheta,hunc mansuetissimum dominum re-
cipias,qui uenit tibi, &c. Hic est maximum
mysterium,loquens enim æternus Pater de Mich.5
hoc filij sui aduentu dicit per Micheam. Ex Psal.21.
te exiet mihi dux,& Dauid,in persona Chri
sti R.N.dicit:& anima mea illi uiuet,& se- Rom.1.
mẽ meum seruiet ipsi,idest,Patris,& S. Pau-
lus dicit:factus est ei ex semine Dauid, secũ-
dum carnem. Si ergo Patri,uenit,quomodo
nunc dicit,uenit tibi; o hõo ineffabile Dei
bonitatẽ,quia.n.ad hominũ utilitatẽ uenit,
ideo dicit Pater,quod sibi uenit. Nã sic gaudet
hoc beneficiũ in nos cõferre, acsi ipsi illud
acciperet,& ita dicit quod ipse illud recipit, 32
cũ nos recipiamus. Laudate fratres mei,sup
exaltate tã bonũ Deũ,qui sic delectatur uo-
bis beneficia faciens. Recipite nunc filium
eius,cum sit tam præclarum donũ tanti Pa
tris,& siquidẽ nunc mãsuetus uenit ad nos
saluandũ,ne expectetis, quousq; ueniat seue
rus ad iudicandũ. Extendite nunc brachia,
cũ uisceribus amoris,recipite illũ cum affe-
ctione cordis,& dabit hic nobis gratiam su
am,qua gloria comparatur. Ad quam nos p
ducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Feria

Feria quinta in Cœna Domini.

Ante diem festum Paschæ, sciens Iesus quia uenit hora eius. Ioan. 13.

1 STatim principiũ Euangelij nobis admirationẽ affert. Quare .n. sanctus Euangelista sacratissima Christi R. N. mortem horã eius appellat, cum hoĩes horã suã, horã pſperitatis soleãt nũcupare? Si esset dies resurrectionis cũ cantat Ecclesia: hęc dies q̃ fecit Dñs, &c. cũ victor gloriosus apparuit, cõsentaneum esset, diẽ, & horã eius vocari. Qđ ãt hũc diẽ, q (humane uideri) minus fuit dies eius, q̃ cæteri oẽs, diem & horam eius vocet, res est mirabilis Ex hoc fratres mei cognoscetis, quantum Deo debeamus, cum res nostras suas ipse appellet. Nulla hora fuit magis nostra, quàm hęc, uocat autẽ illã suã, quia nostra erat. Vide peccator quantum Deus te diligat, quia mortem suam, eo ꝙ sit uita tua, horã magnę prosperitatis esse iudicat, & vult, vt per antonomasiam hora eius appelletur, in qua, ut tibi seruiret, tot, tamq́ue mirabiles res operatus est.
2

Simile. Horologium, antequã hora sonet moderatè progreditur circulum suum lẽter percurrens, modò vnus, postea aliũ ictum faciens: cum autẽ hora accedit, ita accelerat, ac tam crebros ictus facit, ut totum dissolui, & corruere videatur, & perdi, O Christi diuinum horologium, & uitæ nostrę sapiẽtissime moderator, & rector, antequã hora tua accederet, ita moderatè res faciebas, ut inter eas aliqua esset distantia, mõ prædicabat, modo infirmos curabas, modo defessus iter faciebas, modo uero pro peccatis nostris in montibus Patrem exorabat. Veruntamẽ fratres
3 mei quãdo uenit hora eius, ita accelerabat, vt verè totus dissolui, & præ amore liquefieri uideretur. Iã agni cænã celebrabat, iam discipulorum pedes lauabat, iam sed illis in cibum tradebat, iam eos dulci prædicatione consolabatur. Itaque totus præ amore lique fiebat, & quia tantopere gaudebat tam diuina beneficia tunc hominibus facere, vult peculiariter illa hora eius appelletur, quam ũis fuit hora tantæ ãduersitatis.

Sciebat (inquit) *quia uenit hora eius*, idest, quia appropinquabit hora eius, *ut transeat ex hoc mundo ad Patrem*. Etiam hoc est uerbum dulcissimum, & maximę cõsolationis. Si enim fuerimus uera, & viua huius diuini capitis mẽbra, siquidẽ ipse transiuit ad Patrẽ, ẽt nos trãsimus, vt cũ nostro capite regnemus. Vt autem simus talia, tamq; digna mẽbra, vt ad Patrẽ transire mereamur oportet, ut amodo facere incipiamus, quod nos diuinus hic Dñs admonuit dicẽs. Estote parati, quia nescitis diem, neque horã, hoc est, sanctè, & piè viuite effecti sancti, ut enim Lira, vbi nos illic legimus sãctificamini: Hebræi legunt, sitis parati, quia uerbum illud est æquiuocum ad pręparare, & sanctificare. Hinc colligimus, quod ubi sacra scriptura nobis præcipit, ut simus parati, præcipit, vt simus sanctificati. Idcirco cum Dñs dicat: estote parati, nobis dicit, ut efficiamur sancti, & cũ nescimus qñ futura sit hora nostrã semper sancti simus, ne fortè simus ex illis, de quibus dicit sanctus Iudas, ꝙ sunt quasi arbores autũnales infructuosę, bis mortuæ. Sic vocat peccatores pigros, & qui de salutione sua nullam curam habent, quẽadmodum .n. arbores, quæ in autũno florere incipiunt, cum cæteræ maturos iam fructus ferunt, serò veniunt, & rarissimè ad maturitatem perueniunt, quia superueniunt maxima frigora, & glacies, quæ illis magnopere aduersantur. Ita peccatores, qui totum annum, & (ꝙ peius est) totã vitã infructuosi peragunt, in fine uero ætatis suę, cum fructus iã maturos esse oporteret, incipiunt bonarũ cogitationum flores producere, & dicunt, uocetur scriba, & confessarius. His rarò contingit, ut opportunè maturescant. Tempus enim illis aduersatur, nã tunc viget infirmitatũ, dolorem, & immoderatorum metuũ frigus maximũ, Quapropter de illis dr: Fructus Illorum inutiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti. Atq; hos vocat sanctus Iudas bis mortuos, in uita enim, antequã moriantur iã sunt quasi mortui. Ne simus ergo arbores autumnales, sed amodo nos pręparare incipiamus suspirantes, ut cũ nostro diuino capite ad Patrem iam trãseamus. Si enim essemus, quales nos esse oporteret, cũctis dieb. uitę nostrę deberemus maximè desiderare Deũ uidere. Maximè confusionis est, qđ canis in cubiculo uinctus non cesset magnis latratibus ,pclamare, atq; ut Dñm suum sequatur terrã unguibus arare, & parietes dirumpere conetur, nec tñ tu proclames, ut ab his mortalitatis uinculis dissoluaris, Deumq; tuum ac Dominum sequaris,

Marginalia (right column): 4 Nicol. de Lira sup Ios. 3. — Iudas. — 5 — Sap. 4. — 6

tis. O quã pessimũ signum. Hoc maximè ex eo procedit, ꝙ non sumus tam parati, vt esse deberemus. Viuamus, ut debemus, & cũ viua spe cõfidamus, ex qua proficiscẽtur suspiria, & desideriũ transeundi ad Patrẽ. Ita nos
Psalm. 4 hortatur. Dauid dicẽs. Sacrificate sacrificiũ iustitiæ, sperate in Dño. Hoc nomen sacrificium idẽ significat hic, qđ sacrum officium. Officium aũt non significat hic, qđ vulgo dicitis architecturã, aut artẽ suendi, aut sartiẽ di, sed ut eo utuntur Latini, ut Tullius, & S.
7 Ambrosius etiam, non. n. significat artẽ mechanicã, sed ꝓpria eius significatio, quę assignari potest, est tractatio dñi erga seruũ, & serui erga dñm: tractatio filij erga patrem, Regis ad subditum, Dei erga hominẽ, & hominis erga Deum, dicitur officium. Dicit ergo Dauid facite Deo hoc sacrũ officium, ꝙ illi debetis. Siquidem Pater uester est, facite officium boni filij. Siquidẽ Rex vester est, facite illi officiũ boni subditi. Siquidem iudex uester est, timete eum, vt oportet. Siquidẽ vester creator est, seruite, & obedite illi, ac fideles creaturæ. Videte, ꝙ officiũ sit eius erga uos, & qũo uos tractet. Dic hõ quæ sunt officia Dei erga te; qũo te tractat? optimè ꝓ
8 fectò. Subuenit mihi in necessitatibus, &c. Tu autẽ ò hõ qũo Deum tractas? tuum officiũ erga eum quale est? Nescio equidẽ, nec sicut filij erga patrẽ, nec subditi erga Regẽ, nec creaturæ erga Deum, nec sicut hominis erga vilissimũ, & abiectissimũ a ium hominem. Impudicitias enim, & turpitudines, quas ego in diuino eius cõspectu facio: non auderẽ sanè corã turpissimo, & abiectissimo aliquo cõmittere. O canis, Ethnice, & infidelis, hæc sunt tua officia erga Deum? quid inde speras elicere, nisi ut te in profundũ inferni in æternũ præcipitet, & cum in vita labores perpessus fueris, in morte grauiores tolerare incipias? Facite ergo Deo sacrum officium, ut debetis, & ego uobis dico, vt in
9 eo speretis, quia res uestra secura erit. Facite illi sacrũ officiũ in bello, & in pace, vt illi debetis (ideo enim dicitur sacrificiũ iustitię) & securè sperate, quod certo transibitis, cũ vestro diuino capite ad Patrẽ, & sic uocabitur mors uestra, transitus ad summũ bonũ,
Gen. 31 dixit Deus sãcto Abrahæ. Tu ibis ad patres tuos in pace: Non dixit, Morieris, sed ibis,
Simile. ut cum patribus tuis quiescas. O quã suaue est homini postquã maximã tempestatẽ in mari passus est, saluum, & incolumen ad amœnissimũ portum peruenire, atq; ibi patẽtes, fratres, ac amicos reperire. Hunc successum habent iusti, qui transacta huius vitę laboriosa nauigatione, in illũ amœnissimũ, & locupletissimum cęli portũ deueniunt, ubi summum bonum reperiunt. Cõtra uero q̃ miserabile est, postquã quis summo cum labore multo tempore nauigauit, tandẽ tẽpestatibus & infortunijs impulsum ĩ barbarorum regiones deuenire: qui eum captiuent, & atrocissimis cruciatibus contorqueant. O sancte Deus, quam lamentabile est, quod difficillimã & miserrimã uitam quis ducat. 10
vt diuitias, & honores acquirat, atq; ut iniuriã ulciscatur, &c. Transacta uero hac laboriosa tẽpestate, in Tartarorum, & Dæmonũ regionem impellatur, ubi in æternum captiuetur, & sęuissimis tormẽtorum generibus torqueatur: liberet nos Deus à tanto malo. Sacrificemus sacrificium iustitiæ, & speremus, ac cum spe suspiremus, ut adueniat tẽpus in quo ad Patrem perueniamus.

Cum dilexisset suos, qui erant in mundo in finem dilexit eos. Ex his uerbis infertur, qđ qui in uita proximos suos dilexerit, sciet eẽ illos in morte diligere, qui uero in uita non diligit, quomodo sciet in morte diligere. 11
Difficillimũ certè erit, Dilexit Iesus suos in uita, & dilexit eos in morte, ò quantum malum est non diligere proximos in uita, & quantum sacrę literæ illud exaggerant, & sic reperietis, quod in Genes. vbi nos legimus.
Accusauit Ioseph fratres suos apud patrem crimine pessimo: in Hebræo est. Rixa pessima, quod forte inter se, aut cum filijs ancillarum, aut fortassis cũ finitimis gentibus rixabãtur, vt uideatis quo nomine sacra Scriptura rixã cum proximis appellet: Vocat. n. illã crimẽ pessimũ, vnde aliqui occasionem sumpserunt dicẽdi, quod eos nefando crimine accusauit. Et Hebræo apparet non fuisse, nisi de defectu amoris, & charitatis erga Gen. 37
proximos. Execremur ergo fratres hoc crimen pessimum, & oĩmodo uaritatẽ, amorẽ, ac cõformitatẽ cum proximis nostris curemus conseruare, quæ est una ex rebus, quæ 12
gratiores sunt Deo. In Gen. legitur quod approbatur Deus singula, quæ creabat, & dicebat, quod lux esset bona, cęlum bonũ, terra quoq; bona, & in fine dicit. Vidit Deus cuncta, q̃ fecerat, & erant valde bona, singula erãt bona, cũcta vero erãt optima. Ita illi placuit cõcordia, q̃ tã excellẽs est, ut bona, optima efficiat. Si ergo naturalis concordia fecit, ut res in altiorem bonitatis gradum con Gene. 1

secra-

scenderent, quod Christiana concordia, fraternitas, & charitas efficiet? quantò gratior erit oculis Dei, cum Deus uidit Christianum sibi uim inferenté ne alium cõsumat, sicut ignis nõ cõsumit aeré, nec aer terrã destruit? Pulcherrima est concordia elementorum, quam optima illa efficit in lingua, & oculis Dei, Pulchrior autem est cordium concordia, quam illa ipsi domino iucunda efficit. Pythagoras

Pytag. ad hoc propositum altissimam, & obscurissimam protulit sententiam dicens. Numerus singularis, est qui omnibus rebus dat esse, nu

13 merus auté dualis est interitus & corruptio omnium illarum, quid execrabilius morte? quid autem est mors, nisi segregatio animæ à corpore? quid uerò pretiosius uita? quid át est uita, nisi uinculum quoddã & amplexus aiæ cũ corpore? & ita uniuersalis uita reipublicæ in ciuium amore, & unitate consistit, euersio auté, & uastatio eius ex & ciuium rixa, & discordia proficiscitur. Pro magna ex-

Psal. 121 cellentia dicitur de gloria: Cuius participatio eius in idipsum. Cuius ciues in actionibus, & conuersatione sua sunt, acsi omnes eiusdem essent cordis, ac uoluntatis. Atque ét hanc esse oportet excellentiã, & pfectioné Christianorũ, vt aperté docuit diuinus Magister in prædicatione, quam in hac ultima cæna fecit dicens. *In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adin*

14 *uicem.* Non consistit Christianorum perfectio in eo, quod multos annos in fide catholica quisquã uixerit, siquidé miserrimus Iudas aliquot annos Christum Redéptoré nostrũ comitatus est, & bonus latro tres horas tantum cum eo fuit, & Iudas in infernũ detrusus, latro uerò in cælum elatus est. Nec cõsistit perfectio in eo quod in arctissimis religio

Gen. 39. nibus homines uiuant, nã cum Patriarcha

Gen. 12 Ioseph in Aegypto commoraretur, & sãctus

Dan. 1. Abraham inter Chananæos, & Amorrhæos

Tob. 1. habitaret, & Propheta Daniel inter Babylo-

15 nicos esset, senex quoque Tobias cum inter Assyrios uitam ageret, omnes hi fuerunt virtute præditi, & sancti. Perfecti enim ex mundo monasterium, mali autem ex monasterio mundum efficiunt Nec est tam prophanus locus, in quo non possit quisquam Deo seruire, nec locus est tam sanctus, in quo ipsum non possit offendere. Nec consistit perfectio in eo, quod quis fit frater religionis Beati Francisci, aut Beati Hieronymi, aut Beati Dominici. Deus enim non intuetur utrum uestimenta sint alba, an nigra, sed cor examinat, sitné bonum, an malum. In hoc cognoscet mundus (ait dominus,) quod Psal. 62. discipuli mei sitis, non in excellentium miraculorum operatione, multi enim maxima miracula facient, qui tamen condemnabuntur. Non in altissimorum sermonum prædicatione, nec in scripturarum erudita expositione, plurimi enim id efficient, qui tamé in æternum peribunt. Nõ in eo quod sine calceis, pauperes, & repeciati incedatis, multi enim sine calceis, & repeciati incedunt, qui cum paupertate, & nuditate sua in infernum abibunt. Sed in hoc cognoscemini mei esse 16 discipuli, si ad inuicem dilexeritis. Atque in hoc euangelica perfectio consistit, etsi omnia hæc supra dicta ac eam maximè conducunt: & siquidem in hoc perfectio nostra consistit, in hoc examinemus, & perfectissimi esse curemus, plus quam in omnibus alijs rebus. Ad hoc faciendum conijciamus oculos in nostrum diuinum Magistrum, qui suos in uita sua dilexit, & amorem usque in finem perduxit: non solum vsque in finé uitæ, sed vsque in finem ét amoris. Atque hic amor magis in fine manifestatus est. Tres sunt gradus amoris. Primus est cum amicus pro amico diuitias ponit. Secundus cum ho- 17 norem in periculum adducit. Tertius est cũ uitam in discrimen pro alio offert. Iesus Christus R. N. omnes suas diuitias nobis dedit etiam nobis corpus suum ad uescédum, dedit quoque Angelos ad ministerium nostrum. Posuit etiam honorem suum in manibus inimicorum suorum pro nobis tot patiens ignominias. Tertio tandem, & ultimo uitam obtulit, & non pro amicis solum, sed pro inimicis ét, ut exaggerat S. Paul. dicés: Rom. 15 Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniã cũ adhuc peccatores essemus Christus pro nobis, mortuus est. O supne hoium amator, per hunc ipsum amorem 18 tuũ te rogamus, ut corda nostra ita in tuo diuino amore inflammes, ut propter te omnes proximos nostros ex animo diligamus, licet inimici nostri sint.

Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Dilexit illos in uita, & dilexit illos in morte. Non saluaberis frater mi, si in odio cum proximo tuo mortuus fueris. Quomodo autem scies cor tuum ab hoc odio in hora mortis soluere, nisi nunc in uita illum uelis diligere: Disce, disce frater mi, amodo expellere a te hac passiones, ne tanto periculo salutioné tuam offeras. Di-

g issimum est consideratione, ꝙ ut S. Euan
gelista de illa tam profunda humilitate age-
ret, vt fuit Dominum discipulorum suorum
pedes abluere, atque, vt de ineffabili sacra-
mento, quod ibi instituit loqueretur, & po-
steà de amarissima passione, quam tolerauit,
prius agit de amore huius cœlestis amatoris
Simile. ut intelligamus illum fuisse fontem omniũ
horum beneficiorum. Licet uideretis flu-
uium maximum non miraremini magnitu
19 dinem eius, & profunditatem consideran-
tes, si intueremini amplissimũ mare ex quo
profluit. Quam arbitramini esse causam,
quare infideles, & hæretici noluerint, & in-
carnationis, & passionis Iesu Christi fidem
accipere, nisi quia secundum bonitatem, &
charitatem suam, charitatem Dei metiun-
tur existimantes, Iesum Christum nõ factu
Eccl. 1. rum fuisse ea, quæ ipsi si Christi essent nõ fa
cerent? Non ita esse oportet, nõ debetis Dei
charitatem secundum uestram iudicare: nã
ut dicit Ecclesiasticus secundum magnitu
dinem eius, sic & misericordia ipsius cum ip
so est, quod etiam dicendum est de bonitate
charitate, & cæteris omnibus illius perfectio
20 nibus. Vult dicere, quod sicut Deus essen-
tiam habet infinitam, ita eius misericor-
dia, charitas, & cæteræ omnes illius perfe-
ctiones sunt infinitæ, sunt enim identificatæ
cum eius essentia. Dei infinito igitur amo-
ris mari non est nimis mirandum si fluuius
maximus tam excellentium beneficiorum
exierit. Etiam cum de amore egisset, statim
de operibus loquitur, quæ ex hoc amore pro
ficiscuntur, vt nos doceat, amorem ex operi-
bus optime demonstrari, ubi enim opera
non sunt cum esse possint, difficillime credi
po est amorem esse. Recumbebat Sanson in
Iud. 16. gremio Dalidæ suauissima illi uerba, & maxi
mi amoris plena dicens, & quia cum illa
Sanson interrogaret vbi tantas illas uires
haberet, ille non ad eius uoluntatem respon
debat, dixit illi: Quõ dicis, quòd amas me
cum animus tuus non sit mecum: per tres
21 vices mentitus es mihi, & noluisti dicere in
quo est maxima fortitudo tua, quõ dicis me
à te amari cum id, quod te rogo non facias?
ò quanto maiori ratione nobis hoc põt di-
cere Deus noster. Præcipit tibi Deus, ut ini-
mico tuo ignoscas? & dicis: ò pater nisi ini
micos meos vltus fuero, me generationeq;
meã dedecoro, longè opinione fallens. Ne-
mo enim in ignominiã incidit, eo ꝙ sanctũ
Euangeliũ obseruarit. Hoc esset te ipsum ab
negare, & Deum diligere. Præcipit, Deus, ut
male acquisitas diuitias restituas. Tu uerò di
cit: ò pater fame peribo si hoc fecero. Hoc
est ergo ppe illum eius præcepta adimplere,
quõ dicis quod amas me, cùm nihil eorum
facias, quæ tibi præcipio? Nec conuersatio-
nẽ nec occasionem relinquis, nec famã læsã 22
restituis, nec pauperi, & egeno subuenis: ap-
tè apparet, quòd amorem non habeas, amor
quippe operibus demonstratur.
Et cœna facta, cũ diabolus iã misisset in cor.
O rem stupendam? q̃ terribilis cõmutatio?
De Iesu Christo filio Dei nunc dixit Euãge
lista, ꝙ in finẽ dilexit eos, ꝙ vsq; in finem in
amore perseuerauit, & statim immediate di-
cit de discipulo, ꝙ non pseuerauit, vsq; in fi-
nẽ. Quis eũ vidit in mõtib. cum suo diuino
magistro in oratione pernoctantem, sine cal
ceis, die nimis Solis calorib. inflammatum,
& assiduis itinerib. fatigatum diuinũ uerbũ
prædicantẽ? Ecce at eius peruersionem. Ec-
ce quõ iam à diabolo possidetur, quis nõ ob 23
stupescit hæc audiens? qs toto corpore non
contremiscit? ò rẽ stupendã, ꝙ tam diligẽti
Pastori ex duodecim ouib. una pereat? ꝙ ad
talem societatem uocatus, qui fuerit, & tñ
condemnetur? Ne confidat in hoc tñ mona
chus dicens. Vocauit me Deus, certã habeo
saluationẽ meã, nam et Deus uocauit Iudã,
& condẽnatus est. Cõsiderans hoc S. Bernar D.Bern.
dus dicit, si lupus nõ timuit intrare gregem
dñi, & unã de duodecim tã pauculo numero
mactare, & perdere, quid faciet de gresse cõ-
misso pastori? o quantum oportet unumquẽ
que maxima cum cautione viuere, & semp
Dñm rogare, ut sibi in bono pseuerantiã cõ 24
cedat, & se quantum poterit confortare, ut
in incepto bono progreditur. Quo aũt pfe-
ctior est status, quem suscepimus, eo magis
debemus formidare. Nam S. Paulus dicit:
Impossibile.n. est eos, qui semel sunt illumi-
nati, gustauerunt et donum cœleste, & parti
cipes facti Spiritus sancti, prolapsi sunt, rur-
sus reuocari ad pñiam, i. per pñiam, & huius
difficultatis rationem reddens addit: Rur- Heb. 6.
sum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, &
ostentui habentes. Hic impossibile, est exag
geratio, hoc est difficillimè conuerterentur,
qui cũ dona cœlestia gustauerint, in iustitia,
& uirtute non perseuerarunt, magnam.n. in
tulerunt iniuriam filio Dei, ꝙ cum spũales
uoluptates gustauissent, pro brutorum deli-
ciis, eas neglexerunt, & cũ odoriferos paradi
si flores oleuissent, eos minori quam porco
rum

rũ glandes æstimarunt. Caueāt ergo illi, qui
bus datum est sedere ad mensam dñi, & diui
nos cælestesq; cibos gustare, ne his benefi-
cijs neglectis Ægypti cæpas desiderent. Ho
rum.n.cōuersio (ait S. Paulus) est postea dif-
Luc.27. ficillima, adeo ut impossibilitatis noīe eam
Gen.19 nuncupet. Idcirco dicebat Christus Redem
ptor noster, memores estote uxoris Loth.
Quæ ut legitur eo, qđ respexit post se uersa
est in statuam salis. O profundum myste-
25 rium, ꝙ siquidē illā Deus uoluit punire, nō
in marmoreā statuā conuertit, sed in statuā
salis. Sal.n.est condimentum, quo omnes ci
bi cōdiūtur, & manducantur. Voluit igitur
dñs in hoc nos admonere, qui in eius mensa
manducamus, & ad spiritualia & cælestia
conuiuia uocamur, ut hunc salē semper no-
bis ante oculos ꝓponamus. Memores esto-
te uxoris Loth, ut ita cibos capiamus, & per
seueremus eos manducantes cum in illis gu
stum reperiamus. Quis.n. a mensa recedet,
& retrorsum regredietur, si hunc salem ante
oculos habuerit, sal significat sapientiam &
quia hæc mulier alijs admonitioni, & sapiē-
tiæ futura erat, ideo in salis statuam conuer
26 sa est. Quis.n. attentè considerabit suppli-
cium, quo Deus mulierem illam puniuit, q̄
nō regressa est retrorsum, sed tātummodo,
quia post tergum respexit, q tñ ab incepto
bono audeat desistere, & in uirtute regredi?
Nam si talis est pœna retrorsum respiciētiū,
quale erit illorum supplicium, qui non mo-
do respiciunt, sed etiam retrorsum reuertun
tur? o amici Dei siquidem a Sodomæ incen
dio euasistis, progredimini ulterius, & perse
uerate, & ne cogitatione quidem, si possibi-
le sit sæcularia respiciatis. Posuit hic S. Euā-
gelista hanc clausulam miseri Iudæ, ut boni
Iesu charitas, & humilitas clarius illucesce-
ret, qui in tali tempore, suorum discipulorū
27 pedes uoluit abluere, inter quos erat unus
diabolus, quorum pedes etiā dominus lauit.
*In illa hora sciens, quia omnia tradidit ei
pater in manus.* Nihil unquā Rhetores tam
sublimi stylo tractauerūt quā hoc mysteriū
gloriosus Euangelista S. Ioannes describit.
Nō solum.n. declarat quo tempore factum
fuerit, uerum ēt ostendit infinitam Maiesta
tem illius, qui hoc operatus est, ut apertius
eius altissima humilitas innotescat. Etenim
ille, in cuius manus æternus pater oīa com-
misit, & cuius potestati cūcta subiecit, q ex
p̄re æterna gñatione ꝓcedit, quiq; ad patrē
p sanctissimā obedientiam reuertitur factus

obediēs vsq; ad mortē, mortē autē crucis, il
le (inq̄) tam potens, tā ingens, tamq; sapiens
surgit a cœna. Nulla sunt hoīum, aut Ange
lorum linguæ, q̄ explicare possint, nec mēs,
q̄, qualis, & q̄ admirabilis fuerit hæc humili
tas penitus ualeat comprehendere. Ille solus
eā intelligit, q pōt oīno cognoscere magni
tudinē, & altitudinē illi⁹, q humilitatus est.
Quo descenderit optime scimus, descendit
qppe ad pedes uilium piscatorum. Vñ autē
descenderit, ille solus scit, q suam infinitam
comprehendit. Atq; ex hoc apparet q̄ta sit 28
hoīs plaga cum ad eam curandā talis medi-
cina fuerit reqsita. Hoc autē est magis ad-
mirandum, ꝙ credant hoīes hoc a Deo suo
factum fuisse, & humilitatē hanc adorēt, &
humiliter uerterentur, nemo tñ in se uidere
velit illud, ꝙ in Iesu Xpo gloriosissimum
esse ducit, atq; ut tales cōsiteā. Nunqd pote-
rit esse res mōstruosior? qūo in te uile fore
existimas, ꝙ in Iesu Xpo filio Dei iudicas
gloriosum? Res obstupēda est ꝓfecto, ꝙ in
illis supbiæ vestigium remanserit, q tātam
uniuersalis oīum rerum creatoris humilita
tē credunt, atq; adorāt. Qđ efficacius reme-
dium inuestigari poterat ad hoīum supbiā
cōfringēdā, & sæculi amentiā cōfundēdā, q
uidere Deum inclinationes, & corporis sub- 29
missiones hoīb. facietē? & non solū hoc, sed
ꝙ humi ꝓstratus eorum pedes ablueret? Ita
nobis necessarium erat. Et sic significauit
Esaias dicens: *Desiderauim⁹ eum despectū,* Esa.43.
& nouissimum uirorum, talē illum optaba
mus humilē, egenum laborantē, qq; plus q̄
oēs hoīes se humiliaret, sic.n. nobis op⁹ erat.
Sed heu qūo hoc dicā, qūo non dolore affici
mur animaduertentes q̄ parū fructus ex tā
excellenti Magistro, & tā mirabilib. lectio-
nib. quas nos docuit, percepimus. Audebo
dicere, & credo me nō decipi, ꝙ in nullis ho
minib. uniuersi orbis tanta superbia, uani-
tas, & elatio, quanta in multis Christianis, 30
aut illorum maiori parte reperitur. Quam-
obrem iure optimo possumus prędicatores
cum S. Propheta Amos clamare, ac dicere: Amos 6
Vę uobis, qui opulenti estis in Sion optima
tes capita populorum ingredientes pōpati-
ce, domum Israel. Transite in Chalanne, &
uidete, & ite inde in Emath magnam, & de-
scendere in Geth Palæstinorum, & ad opti-
ma quoq; regna horum si latior terminus
eorum uestro est? Qui separati estis in diem
malum & appropinquatis solio iniquitatis.
Qui dormitis in lectis eburneis, & lasci-

nitis in stratis uestris, qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armētis. Vę vobis, qui opulenti estis in mōtē Siō, ī Ecclesia militāti, & in statu, & condōne uestra speratis, uestra uiuendi rōne maxime contenti. Transite & considerate rōne uiuendi infideliū cōferte status uestros, cibos, elationem, & pompā, cum profanitatib. & mō uiuendi gentiū, & uideamus, si in his oībus dissolutioni, & supbiæ uestræ illi ualeāt adæquare.
31 Absq; dubio credo inter nullas gentes agi, qđ inter multos Christianos agitur. Pudeat ergo populum Dei superbire, cum suum diuinum caput, tā humiliatū animaduertat.

Venit ergo ad Simonem. Ex hoc infert S.
Chrys. Chrysost. Iudam primum fuisse, quem Dñs lauare cæpit. Quod patet, quia prius quā ad S. Petrū accederet, ab alio incepit, & quicunque aliorum esset usus, esset urbanitate, qua S. Petr⁹ usus est, nisi ille, cuius cor iam a diabolo possidebatur. Prosternitur ergo naturalis filius Dei ad pedes Iudæ, qui iam constituerat ipsū Iudęis tradere. Hoc.n. significauit clausula, q̄ illic posuit S. Ioannes. Hic obstupescūt cęli, hic admirantur Angeli, & Seraphim hic deficiunt sensus, hic denique
32 vniuersus mūdus obmutescit uidēs Deū ante diaboli pedes pstratū. *Quia unus ex uobis diabolus est.* O Chrē uitæ reparator, ac ueræ humilitatis doctor, bñdicta sit tua clementia, q̄ tam admirabilē lectionē nos doces. Quis manus aut os habebit, quo inimicum suum affligat cōsiderās, quæ tu Dñe facies cū eo, qui tam crudelē, & ingratū se pręberet erga te? q̄ta charitate, & beneuolētia rex cęlorum immundos Iudæ pedes manib. cōtrectabat, & diuinis vocibus cor eius attingebat ad eius animum loquens, ac dicens: vide discipule quid pro te faciam. Manus in eius pedibus ponebat, oculos uero quasi illius condēnationem doles in ipsius uultum conijciebat, interius illi dicens, mitigare, &
33 mollire hō miserrime, misereat te tui ipsius, ne condēneris, uide quot in te bñficia cōtulerim, cum te ad societatē meam receperim, Apostolum fecerim, tibiq; faciēdi miracula ptātem concesserim. O durissimū cor, quod tot beneficia, fauores, & auxilia, tāta humilitas, & mansuetudo non potuit emollire? ô arefactam plantā quæ tam excellēti, ac singulari aqua irrigata non potuit reuiscere, ô immūdos pedes, qui ipso fonte infinitæ puritatis non ualuerunt mundari? O fratres mei cauete ne in scelerib. callum faciatis, ne ad tantam cordis duritatem perueniatis, ad quantā infœlix hic discipulus peruenit. Reliquit eum dñs, & uenit ad Simonem Petrū. S. aūt uir cū pedes extenturus esset, brachia extendit dicens: Dñe tu mihi lauas pedes? iā videbitis q̄ cōfusus esset, & q̄ coarctatum se videret q tm̄ zelabatur honorem dñi sui, videns eum ād pedes suos prostratum ut eos abluere, & potestis considerare feruorem, & admirationē qua dixit. *Domine, tu mihi lauas pedes?* Mihi dñe q te cognosco non sicut alij hoīes, qui te humanitus cognoscunt 34
prout caro, & sāguis eis declarauit, sed te cognosco secundam personam in diuina Trinitate, prout pr̄ tuus mihi reuelauit. Mihi dñe, q in monte Thabor te transfiguratū vidi, cū ex vultus tui claritate, uestimenta tua candidiora facta sunt niue? quiq; uidi honorem, & reuerentiam, q̄ tibi exhibebāt Moyses & Helias principes Synagogæ? Mihi domine, qui de cœlo uocem dicentem audiui: Hic est filius meus dilectus. Nunquid meos pedes his diuinis manib. attinges, quæ mortuos, quos tangūt resuscitāt, & quib. coram me panes multiplicasti. Mihi dñe, qui harū rerum oīum sum testis, & optime dignitatē tuam, & humilitatem ad utilitatem meam 35
noui. Rem tam indecentem nequaquam patiar. Et surgebat. Cui dicit dñs. *Quod ego facio tu nescis modo, scies autem postea*, &c. *Si nō lauero te, nō habebis partē mecū.* O diuinū uerbum, qđ ineffabilē Dei liberalitatē aperte manifestat. In his verbis nobis declarat qđ quodammodo æquali supplicio Deus eos punit, qui illum offendunt, ac eos, qui sua diuina beneficia uolūnt accipere. Ad honorē Dei spectat, quod illum non offendamus, & utilitas nostra est, quod eius diuina beneficia accipiamus, & ęqualiter vr̄ Deus æstimare utilitatem nostram, & honorem suum, atque qualiter punit eum, qui sua beneficia renuit accipere, & illum, qui eius honorē aufert. *Nō habebis partē mecum.* Dicitur utri- 36
que. Si tam acriter puniendus sum (ait Sanctus Petrus) non tantum pedes, sed manus, & caput. Et peracta lauatione dicit illis dñs: *Vos uocatis me Magister, & domine, &c.* Siquidem tanquam magister uos humilitatem docui, nunc uolo me dominum cum magnificentia ostendere, & in uos beneficium conferre, iuxta bonitatem ac liberalitatem meam. Et cum amor non patiatur, vt ego a uobis absim, & ex alia parte uobis maxime necessariū sit, ut ego a uobis rece-

dā ſm hanc uiſibilē pſentiam. Vt ergo meo erga uos amori, ueſtræq; neceſſitati ſatisfaciam uolo recedere, pro uobis in cruce moriens, nec tñ abeſſe, manens in hoc ineffabili ſacramento, q uolo inſtituere, & formā Dei manitate coopertā, qua mundum abundantiſſimè alui triginta tres annos, quos innocentisſimè uixi, oīa ſub panis, & uini accidētibus abſcondo. Itaq; non ſolum captiuitatis ueſtræ redemptio, ſed etiam in fame ueſtra cibus in ſiti potus eſſe uolo.

Accipite, & mādncate. Hoc eſt corpus meū.

37 O benedicta ſit talis magnificentia, talis amoriac tale donū. Quādo qs maximo morbo laborās eſt iā ppe trāſitum, ò quantā curam habent filij, & uxor eius, ut aliqnid mā ducet, quo conſortetur, quāque ſoliciti ſunt in cōdiendo rex maximæ ſubſtantiæ, quibus reficiatur & ſpiritum poſſit alere, ac diutius ſuſtinere. O bone Ieſu gloria aīę meæ, cum iā ppè eſſes, ut p mortē ad partem tranſires oīs cura tua fuit non quid tu manducares, ſed qd nos manducaremus, q nos conforta ret, & ita diuinum hoc ſacramentum cōdiui ſti, & conſtituiſti. Non curabat, nec ſolicitus erat diuinus Redemptor, q ipſe māducaret ſed quid nos manducaremus. Heu quantę ingratitudinis eſſet non ex toto corde noſtro diligere illum, q in nos tot beneficia cōtulit Dauid una, & eadem verba ſæpe repetens, dicit: Confitemini dño miſericordiæ eius, & mirabilia eius, filijs hominū. Qd miſericordiæ Dei ipſum Deum laudent iuſtisſimum eſt: mirabilia āt Dei quare filios hominum laudabunt? Maxima pfectò eſt hoīum laus, & honor, q p illis talia mirabilia Deus operet. Maxima eſt ratio cur hoīes maximi ſe æſtiment, & terrenis ac uiliſſimis rebus huius ſæculi non coinquinentur. Cum Deus p ipſis homo factus fuerit, nec ſteterit, quouſq; ſe illis in cibum daret. Ideicò antea quā dominus hoc ſanctisſimum cōuiuium inſtitueret

Simile.

38

Pſa. 106.

39 cōuiuis ſuis pedes abluit, ut nobis ſignificaret, quod eos qui in hac ſacra menſa māducaturi ſunt, nō ſolum lotus manibus, ſed etiā mundis pedibus oportet accedere, ſcilicet, ut ſint mundis opibus, & mundis deſiderijs, ac cogitationibus. Frater, ne in hoc ſiſtas, dicēs, q ſufficit abſque mortali peccato accedere. Dicit.n. Sāctus Dionyſius, q ēt peccata uenialia, & leuisſima quæq; a nobis accuratisſimè expellere deberemus, ut maiori feruore, ac promptiori diſpoſitione ad hoc ſacrum conuiuium accederemus. Frater nè

Dionyſ.

ſeruitium taxi modereris, ſiquidem nolles, ut ubi Deus beneficia taxi mentiret. Qui in ſtadio currit, non contentus eſt prius ad metā p uenire, ut accipiat brauiū, ſed eodem impetu, quo antea currebat, ulterius progreditur ut apertè conſpiciatur, q fecit oīa q debuerat, ut illud acciperet, q ſi ita non faceret uix poſſet cognoſci illū oībus currendo pręſtitiſſe. Eo q hoc non facimus, ſumus multi ex nobis parū mortificati, & deuoti quauis crebrò ad ſanctum ſacramentū euchariſtiæ accedimus, licet.n. peccata uenialia gratiam nō impediant, impediāt tñ deuotionē. Quid aūt eſſet ſi aliqs ad hāc diuinā menſam cum peccato mortali auderet accedere? liberet nos Deus a tanto malo. O Iudas traditor, q corrupto corde ad tā ſanctā menſam accedis ne tm ſacrilegium cōmittas. O infernale os quare aperiris? quare mille ſeris non clauderis? uide q accipis cōdēnationem tuā. Vide q S. Paulus dicit: qui.n. manducat, & bibit indignè, iudiciū ſibi māducat, & bibit, nō di iudicās corpus Dñi. Iudicium, ideſt, cōdēnationem. Recipit condēnationem, q nullum diſcrimē cōſtituit inter corpus ſacratiſſimū Ieſu Chriſti, & alios cibos, hoc eſt.n. non dijudicare, non conſtituere differentiam, ad altare, ita indifferenter accedere, ut ad menſam aliq̄ prophanā cōmunium ciborū. Ad Hebreos dicit S. Paulus loquens de Melchiſedech. Hic.n. Melchiſedech Rex Salem ſacerdos Dei ſummi, qui obuiauit Abrahæ regreſſo a cæde regū & benedixit ei. Cum uictor reuerteret Abrahā, quia quatuor reges ſuperauerat, tunc illi obuiā exijt, ſummus ſacerdos, & benedixit ei, ut dicitur in Geneſi, proferens panem, & uinum Magnū myſterium, quod tunc illi obtulit panem, & uinum, & benedixit ei cum tantam uictoriā reportauerat. Sanctus Anſelmus ſuper hęc uerba dicit: Caue frater, ne hunc diuinum cibum accipias, niſi poſtquam a quatuor regibus uictoriam reportaueris, quæ ſunt 42
quatuor præcipuæ paſſiones animæ quæ illam perturbant, ſcilicet, ſpes, metus, triſtitia, & uoluptas. Quot peccata cōmittit homo ſperans temporale aliquod bonum conſequi? quot res quas ſummopere debet facere, nō facit, ppter humanum metum? ut autem uoluptatem aſſequatur, & mærorem fugiat, quid non faciet homo malæ conſciētiæ? Cura ergo diligenter ò frater, ut hos quatuor reges ſuperes, & reportata ab eis uictoria, cęleſtē hunc cibum accipias, & cum

S. uuli.

40

1. Co. 11.

41

Hebr. 7.


Gē. 14.

S. Anſel.

eo benedictionem, & gratiam, & qua gloria sempiterna comparatur. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius &c. Amen.

Sermo in Passione Domini.

THEMA. Christus dedit semet ipsũ pro nobis, ut nos redimeret ab oĩ iniquitate, & mũdaret sibi populũ acceptabilẽ, sectatorẽ bonorũ opũ. Hæc loqre, & exortare. Pauli ad Tit. 2.

Esa. 6. N Esaia legitur, quod ut S. Propheta acturus esse quõ Deum uiderat sedẽtem super solium excelsum, & eleuatum circundatum Seraphim, qui non cessabant quotidie clamare dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, eius lingua ignito calculo purificata est. Hodie agẽdũ est nobis quõ hic idem Dominus
1 positus fuerit, non in maiestatis solio, sed in purissima cruce, capite cooperto, non alis Seraphim, sed acutissimis spinis circũdatũ, non beatis spiritibus, sed atrocissimis carnificibus: non Angelorũ uocibus Sanctus appellatus, sed turpissimorum hominum iniurijs blaspematus. Vt ergo hæc mysteria cignè explicemus, opus est noua lingua, nouo spiritus, maximo animi affectu, & deuotione atq; etiam plurima gratia. Deprecemur sanctissimam Virginem Dei genitricem ac Dominam nostram Mariam, ut eam nobis a diuina Maiestate consequatur dicẽtes singuli. Auæ Mariæ Cor afflictũ, & mærore circũdatum, quocumque superueniente ictu multo grauius cõtristatur. Quando fons animæ afflictionibus est repletus primò ictu lachrimarum fluuius exilit, cum.n. pectus tenerũ fit & angustijs subactũ, minorem habet resistentiã, & oculi nequaquã cõtineri possunt
2 quin ad euacuandũ cor amaritudinum pelago submensum, maximã lachrimarũ copiã profundant. Qui hucusque, ut debuit acerrima unigeniti filij Dei, ac Domini nostri Iesu Christi tormenta persensit, quinque assidua sanctissimę passionis contẽplatione cor suum uulneratum habet paucis ictibus molliri poterit, & pauca uerba sufficient lachrymas ab illis oculis haurire, qui tot dolores in meditatione perspexerunt: iam.n. uiam patefactam inueniunt lachrymæ. Quã do tempus est aquosum quæcumque nubecula superueniens magnam imbrium copiã Simile.
immittit. Hic est dies in quo tempus est maxime pluuiosum, siquidem cælum, terra ac uelum templi, & lapides ẽt uniuersalis omnium rerum creatoris mortem senserunt. Si ergo insensibiles creaturæ naturæ suæ limites transeũtes tantam sensationem ostendunt, cum tamen non ꝓ illis Dominus patiatur, quare rõnalis hõ, ꝓ quo Dñs patiat, quasi insensibilis, & sine dolore remanebit? 3
satis aquosum tp̃s nunc est siquidẽ insensibiles creaturæ nos ad lamentandum inuitant. Nunc merito possumus illud dicere, ꝙ Propheta Hieremias dicebat: Deducãt oculi nostri lachrymas, & palpebræ nostre defluant aq̃s, q̃a uox lamẽtationis audita est de Siõ. Hier. 9.
Nimis nos mouet creaturarũ dolor ad hunc planctũ, sed multò magis nos mouere debet uox lamentationis, q̃ audita est de Siõ. Quæ est uox, q̃ bonus Iesus pro salute nostra, & oĩum peccatorum remissione, cum maxima lachrimarũ abundãtiã in cruce pẽdẽs, ad æternum patrẽ immisit. Idcircò dicit S Paulus, ꝙ siquide Xp̃s *dedit semetipsũ pro nobis*, de hoc loquamur, & agamus. Hæc (inquit) loquere. Hęc sunt quæ tu ò hõ loqui dẽs, S. Hieremias nomine huius, clementissimi Do 4
mini plus, q̃ hoc a nobis petit, nec.n. uerbis Tren. 1.
contẽtus est dicẽs. O uos oẽs, qui transitis ꝑ uiã, attendite, & uidete si est dolor sicut dolor meus. O maxime Redẽptor mundi uidetis nihil frustra proclamare, nã tu uocas transeuntes per uiam, ego uerò oẽs uideo incolas & sedentes in terra, oẽs uideo uoluptatum utilitatum, omnium denique terrenarum rerum amatores esse, oẽs uideo oblito (seu potius) inimicos tuæ sanctissimæ crucis, ut hoc plorabat S. Paulus his uerbis: Multi ambulant, quos sæpe dicebam uobis Phili. 3.
(nunc autem, & flens dico) inimicos crucis Christi quorum Deus uenter est. Ad eos, qui per breuem & asperam uiã huius uitæ transeunt; ad eos, qui pergrini sunt in hoc sæculo, & exilium suum lachrymantur, ad eos (inquit mitissimus agnus) proclamo ex cruce, illos, qui in terra permanentem ciuitatẽ nõ agnoscunt, uoco, & inuito, ut uideant, & intelligant, si uolo unquam tp̃e similes dolores tolerari fuerint, his quos ergo pp homines patior. Maximum mysterium fuit, ꝙ locum illum, quem Dñs Abrahę ostendit, in quo filium suum immolaret uocauerit Ge. 22.
S. Patriarcha, Dñs uidet. Et addit statim diuina

uina scriptura dicens, vnde vsq; hodie dicitur. In mõte Dñs uidebit. Prius dixit. Dñs videt in pñti tempore, postea verò subdidit, in futuro, dñs videbit. Et rõ est, quia in pñti vidit Deus, sacrificiũ Abrahæ, & uidit, ꝙ ablaturus erat in illo loco Iesus Christus filius suus, & vsq. hodie (inquit sacra scriptura) durat hæc uisio in præsenti, quia Deus oẽs ad illam inuitat. In æternũ aspiciet Deus diuinũ illud sacrificium, & vult, ut nos modo, & in omni tpe illis memoremur. Res est etiã ualde notãda, ꝙ cum Christus Redemp. noster
6 transfiguratus erat in mõte Thabor loquẽs
Mat. 17 cũ Moyse, & Helia de suæ sãctissimę mortis excessu, audita est uox patris dicẽtis. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui, ipsum audite. In monte uerò Caluariæ, vbi totus ille excessus opere complebitur, non dicit vt audiamus, sed vt ipsum aspiciamus. Qũo. n. erit possibile, quod illum attendentes, qui pro nobis talia patitur maximo dolore non conficiamur, & ad eius amorem, & obedientiã, atq; auditionẽ non moueamur.
Deu. 17. Ad aliud propositum dixit Moyses, erit vita tua pendens ante te. Sed ualde hic congruunt hęc verba. Animaduerte Christiane qũo vita tua Dñs tuus, qui te creauit, alit, & conseruat, a quo omnia, quę habes accepisti, a quo oĩa, quæ tibi desunt speras, ante te in cruce pendet, vt quantum illi debeas cõsideres.
7 res. Rex insolitæ & inauditæ, maximũ desideriũ hoĩbus afferunt, quod videantur, sicut res mirabilis rubi, qui ardebat & nõ cõburebatur, desideriũ attulit Moysi, & dixit. Va-
Exo. 3. dã & videbo visionẽ hanc magnã, quare nõ comburatur rubus. O quanto maiorẽ visionẽ, & rẽ mirabiliorẽ ante oculos habemus. Rex mirabilis ualde tibi videtur o Moyses quod rub. ardeat; & non consumatur, nõ tibi mirabilior res uidet̃ uidere infinitũ Deũ inter rubeta spinis circũdatũ, & catenis alli-
8 gatũ, videre creatorẽ mundi alapis cæsum, purissimo speculũ maculatũ conspicere, splẽdorẽ gloriæ consputum cernere. Nonne tibi mirabilius vr̃ illũ colũnæ vinctum aspicere, diuini amoris igne inflãmatum uerberũ diluuium tolerare, & eum qui est summa innocẽtia, & sanctificatio peccatorũ, uidere malefactorẽ ac populorum peruersorẽ appellari, illum, qui est Angelorum prĩceps, & utriusq. ecclesiæ militans. s. triumphantis caput, & coronã spinis coronatum intueri, & eum in qui est uiuorũ, mortuorumq. iudex tã iniustè iudicatum uidere, o quã mirabiles res, vadã, & videbo uisionem hãc magnã. Properemus fratres, & hæc mirabilia ex proposito uideamus, & illa aspicientes multa addiscemus, discemus magni æstimare aĩas nr̃as, siquidẽ illas Deus tãto ꝑtio redemit. Discem⁹ magno odio peccatũ hẽre, siqdem illud ita odit, ut ad illud euertendum moriatur. Di- Luc. 21
scemus inferni pœnas timere, q̃a si in ligno uiridi fit hoc, qd fiet in sicco? Discemus deniq. falsam, & inanẽ gloriã huius sæculi pro nihilo ducere, siquidem mõ illi clamant, & maximis uociferationib. expostulãt, ut Christus crucifigatur, qui tribus ante dieb. illum 9
exceperant clamantes. Benedictus qui uenit in noĩe Dñi, Idcirco nobis dicit per Hiere- Mat. 21
miã Attendite, & uidete. Et idem S. Paulus, qui in proposita sua a uobis uerba postulauit dicens. Hęc loq̃re, &c. De eadẽ re loquẽs multo plus quã uerba petit, quia dicit. Hoc
. n. sentite in uobis quod & in Chr̃o Iesu &c. Phil. 2.
usq. ibi, mortem autem crucis. Nõ dicit. cogitate, contemplamini, aut loquimini de passione Dñi, sed, Quod aĩo, & corde illam sentiant, hoc uolo ut sentiatis. Sentite in uobis, i. transferte in uosmetipsos dolores, quo sensit Iesus Christus, nisi. n. illos in uos sen- 10
tiatis, & experiamini non poteritis, quanti, & quã acerbi fint penitus cognoscere. Facite eos proprios uestros, & ita illos intelligetis. Primo Machabæorum dicit̃, ꝙ Rex Ale- i. Mach.
xander uoluit inire amicitiam cum Ionatha 10.
summo sacerdote Hierosolymę, et medium, quod ad eam ineundam habuit, fuit hoc, qđ misit ad illum uestem purpuream maximi pretij & coronam auream, quam capiti imponere, & scripsit ad eum literas his uerbis. Rex Alexander fratri Ionathæ salutem. Audiuimus de te, ꝙ uir potens sis uiribus, & aptus es tu sis amicus noster, qua propter te ad nostram amicitiam inuitamus, & hanc purpuream uestem, & auream coronam tibi quasi signum, & pignus amicitiæ mittim⁹, 11
ut amicus uoceris Regis, & ut quæ nostra sunt sentias nobiscum, & conserues amicitias ad nos. Hoc ipsum facit hodie Iesus Christus & Sancta Ecclesia eius nomine uolẽs nobiscum amicitias inire, inuitat. n. nos ad purpuram, qua in sua Sanctissima Passione indutus est, et ad coronã spineã, quæ suo diuino capiti fuit imposita, ut nos eam nobis imponamus. Et quæ nostra sunt sentias nobiscum, et cõserues amicitias ad nos. Et hoc est quod dicit S. Paul. hoc enim sentite in uobis. Vt Iesu Christi dolores induamus,

mur,& tãquam nostros eos habeamus, ac si essemus alter Christus. Profectò deberemus verecundari videntes qđ cum huic optimo Dño,& fidelissimo amico tm̃ debeam⁹, nos admoneat S. Paul. vt sentiamus rem tam dignam,quæ sentiatur. Magnam nobis iniuriam,vr̃ S.Apost.inferre his verbis. Quid.n. sibi vult,quod homo mollis carnis,& rõnalis,pro quo Deus mortuus est nõ sentiat, qđ ẽt & lapides senserũt, & quod necessarius sit tantus excitator, sicut Apostolus diuinus q.
12 eum ad illa sentienda excitet, quę insensibiles creaturæ sentiunt, perspicuũ est.n.oĩbus atq. ipsa experientia cõpertum,qđ ĩter alias amoris conditiones vna est quod amãs pro
Bern. de co quem diligit patiatur. Quotidie hæc veri
præcep. tas manib.obtrectatur, quod quantus est a-
& conf. mor,quo aliquem diligimus, tantus est do-
Hier. 4. lor,quem ex eius aduersitate percipimus. Et rõ est,quia aĩa magis est in re,q̃ amat,quã in re,quã aĩat: illic n.principalius cõmoratur, .s.cũ continua potentiarũ operatione, & iõ tm̃ rei dilectæ labores sentit,ac si eos ipsa pateretur, atq. aliqñ magis. Hinc est quod sacra scriptura amorẽ doloris noĩe nuncupauit,loquens.n.cum Israel dicit, contempserunt te amatores tui. Et alia translatio hẽt; suspiratores tui, nam idem est amatores tui,
13 quod suspiratores tui. Qui pro te suspirant,
Dan.18. & moriuntur,qui sunt amatores tui, & Daniel de illis duob.senibus loquens dicit, erãt ambo vulnerati amore eius, neq; indicauerant
Gal.2. sibi vicissim dolorem suum,i.non audebant sibi inuicem amores suos reuelare, & amores uocat dolorẽ, quia non põt perfectè amari,nisi dolores perferantur. Atq. unũ ex ijs,quæ Deus passione sua intendit,est,ut cognoscamus,quod pp amorem patitur,& pp amorem vniuscuiusq. sigillatim, ut significauit S. Paulus dicens, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.i.Ita me dilexit,& pro omnib. simul patiens, pro me mortuus est taliter, q̀ nisi alius esset præter me, pro
14 me vno pateretur. Et B.Aug. maximè exag-
B. Aug. gerat hæc verba S.Apostoli dicẽs. Imo posses dicere vir sancte,q̀ me plusquã se ipsum dilexit, siquidem vitam suam pro me dedit. Si ergo tantoperè te diligit, & tu illum etiam amas,& ei amorem persoluis,iniuria tibi infertur, cũ tibi dicatur, & admoneatis,ut sen.
Deu.21. tias quod ipse sensit. Deuter. præcipiebatur, quod qñ in via cadauer hoĩs occisi inueniretur, diligenter cędis reus inquireretur qui nisi inueniri posset, egrederentur maiores natu,& iudices Israel, & metirentur a loco cadaueris spatia singularum ciuitatum per circuitum, & quam uiciniorem esse perspicerent, & ex ea tolleretur uitula, ad offerendum sacrificium expiationis. Cõsentaneum est, ut sciamus de cæde huius diuini hominis defuncti, & eius occisorem, & quis nam fuerit in cæ cædis eius inuestigemus. Metire ergo frater consideratione tua,& te viciniorem esse reperies: & ita intelliges quantum debeas in te affectus, & doloris offerre sacri
ficium. Ideo sponsus dicit sponsæ, sub arbo- Gen. 8.
re malo suscitaui te. Pendens in arbore cru- 15
cis te excitaui. Quis iam amplius dormiẽs, & sine sensu viuet, cum talem excitatorem habeat,optimè vidistis qũo in his tribus peculiaribus locis scripturæ tria nobis præcipiantur. In primo præcipitur q̀ de mysterijs passionis Dñi loquamur in secundo, ut animaduertenter,& interioribus aĩæ oculis illa uideamus: ĩ hoc autem tertio,ut hęc mysteria tanquam nostra sentiamus. Vt ex primo, & secundo,hoc est ex sermone, & aspectu,in tertium, qui est horum dolorũ sensus,deueniam⁹. Loquere ergo,& vide,vt sentias: primum de crudelitate, qua atrocissimi carnifices in hunc clementissimum dominum usi sunt. Et circa hoc notate rem acu-
tissimã, quod loquẽs Dauid de improperijs, Psal.21.
& atrocissima morte,quam Iesus Christus fi- 16
lius Dei passus est,& eius noĩe conquerẽs de malorum crudelitate, & quã parum æstimauerint illum varijs tormentis affligere, & sæuissima morte interficere, dicit: ego autem sum vermis,& non hõ. Non comparat se vlli animalium magnorum,& pulchrorũ, quę sunt in terra, quæ cum hõ occidit,vr̃ pietate commotus eorum mortem dolore. Cum occiditis uitulum, arietẽ, aut bouem pulchrũ statim cor uestrum teneritudine afficitur. Vermen autem ita pedibus contritis,ac sine dolore interficitis, acsi nihil faceretis. O maximè Redemptor mundi, ac potentissime cœlorum Domine quibus verbis apertius
declarari poterat, pauca pietas, aut multa 17
atrocitas,qua attritus,cõculeatus,flagellat⁹, Esa. 53.
spinis coronatus,alapis cæsus,cõsputus,crucifixus,ac deniq; occisus es,quam cum dr̃,q̀ quasi vermis cõculcatus es,& qñ de Dño dicitur illud, Esaię. Quasi agnus coram tondente se obmutescet,& non aperiet os suum, est ad significandam patientiam, qua mortem tolerauit, qñ autem uermi comparatur, est ad declarandam paucam compassionem,

&

& nimiam crudelitatem, qua occisus est. Et non solũ carnificũ atrocitas perpendenda, & dicenda est, sed & res ẽt sæuissime, quas cũ ea fecerũt, quot tormẽtis illũ affixerunt, & quot iniurias, & ignominias illi intulerũt. Quamobrem ipse Esaias eodẽ capite illũ uocat uirũ dolorum, & quasi absconditus uultus eius. Non memini in tota scriptura diuina legisse, ꝙ aliquis, uir dolorũ uocaret,
18 nisi solus noster diuinus Saluator, illius .n. dolores maximi fuerunt omniũ, qui in uniuerso orbe tolerati sunt, tam in qualitate, quã in quantitate, ut asserit S. Th. & quod dicit S. Esaias quasi abscõditus uultus eius.
D.Th.3 p.q.46. ar.5. alia translatio habet, abscondebamus faciẽ ab eo. Ita deformatus fuit pulcherrimus ille uultus, quẽ nõ satiãtur Angeli cõtẽplari, ut puderet nos illum aspicere. O ineffabilẽ res, ꝙ probitatem, quis unquam tale cogitã Dei altissima Maiestas ꝓ uilissimis terrę vermiculis in tãtã humilitatẽ, & abiectionem deuentura esset? & hoc magis uniuersorum tormentorum eius magnitudinem declarare potest, ꝙ nemo, nec hõ, nec Angelus illam põt penitus intelligere, nisi solus
19 pater, qui eã permisit, & filius, q̃ perpessus
Psal.68. est, & sic dicit ipse filius loquẽs cum patre. Tu scis improperiũ meum, & confusionem meã, & reuerentiã meã. Solus pater cognoscit q̃ta sit filij ignominia, q̃a solus ipse, q̃ta sit eius dignitas, intelligit, eo .n. maior est contumelia, quo amplior est dignitas patiẽtis. Ideo illi dicit, tu scis. Tu solus æterne
Zac.13. pater es, q̃ hoc scis, & sic ꝓpheta Zacharias in persona patris significãs magnitudinem passionis filij eius dicit. Phramea suscitare sup pastorẽ meum, & sup uirũ cohærentẽ mihi, dicit Dñs exercituum. O phramea iustitiæ meæ cõmouere in pastorem meum &c. Hõ q̃ patri magis inhęsit fuit Iesus Christus filius eius. In hunc diuinũ hoĩem conuertit pater gladiũ suũ: & uocat eũ phrameam iustitiæ suę, q̃a unũ ex operibus, in quo
20 Dei iustitia magis splẽdet est hec, nã q̃s unq̃ iustitiæ rigorẽ similẽ huic audiuit? Magnũ timorẽ infert seueritas diuinæ iustitiæ, q̃ in Angelorũ supplicio exercita est: illa tñ iustitia nõ tã me perturbat, & deijcit, q̃ suppliciũ, q̃d de hoĩs peccato sumptum est. O immẽnsam Dei iustitiam, seuerior mihi uidens Dñe parcẽs, q̃ puniens. Magis me clemens hoĩs redemptio, q̃ dura Angeli condemnatio deterret. O inæstimabilem seueritatem, & rigorem, ꝙ pp hoĩs peccatum Deus occidatur, & pp hoĩs culpam tã crudelem mortẽ Dei filius patiatur? quid seuerius, q̃d humano iudicio hac iustitia magis stupendũ? Terribiliorẽ te oñdisti Dñe redimens, q̃ si nõ redemisses. Magis rigorosum te præbuisti cũ misertus fuisti, quam si uniuerso hoies æterno inferni supplicio condemnasses. Terribilioris .n. iustitiæ est, Deũ ꝓ hominũ peccatis iuterfici, q̃ homines pp eorũ scelera perpetuo inferno condemnari. Diligenter hoc animaduertite, & perpendi 21
te fratres mei per reuerentiã illius Dñi, q̃ pp nos tã irreuerẽter hodie uoluit tractari. Et .n. si hoc accurate cõsideraremus, q̃s peccaret? Immittit æternꝰ pater gladium iustitiæ suæ, & tã terribili ictu filiũ suũ unigẽnitũ pcutit ꝓ alieno peccato, & tñ audes tu Simile.
denuo peccare? cui hoc tribui põt, nisi considerationi defectui? Si exiuissent tres iuuenes à patria sua cũ proposito furandi in longinquis regionibus, & accedẽtes ad aliquam ciuitatem uiderent iuuenẽ uenustissimum collo alligatum fune, & maximis improperijs affectũ, ac mortis instrumentum humeris asportaniẽ extra ciuitatẽ ad supplicium deduci, interrogationibus ãt ipsis, quare tã decorus iuuenis puniret; aliq̃s r̃nderet, illum unigenitũ esse filiũ Regis illius prouin 22
ciæ, quem pater eius occidi iussit, q̃a unum pomũ furatus fuit, q̃o illi obstupescerent? O Dña & Regina cœlorum (dicerent ipsi) tã seuera iustitia in hac regione exercet? & tanto supplicio latrocinia puniũtur? liberet nos Deus ne in hãc terra latrocinium committamus, ubi pro pomo Regis filius suspẽditur. O fratres mei intellexistis ne hoc? placeat æternæ Dei Maiestati, ut hoc saltẽ modo uobis oñdat, & cognoscere facias quantum malum faciatis, O quãto periculos uos obijciatis, qñ peccatum aliquod mortale committitis. Quo habemus manus aut uoluntatem, ad offendendum Deum, cum uideamus, q̃ acriter peccata puniat, & ꝙ unigenitum filium suum tam crudeli supplicio propter alienum peccatum affecit, permit- 23
tens, ut tali morte percuteretur?

Hic poterit prædicator aliquot mysteria passionis plane narrare, & postea concludat dicens testimentum S. Pauli, q̃d assumptum est pro themate, illud repetens vsque ibi, hæc loquere. Loquimini hæc, ut ea sentiatis, & loquimini etiam, ac sentite, quod sanctissima uirgo Maria mater eius sensit:
De qua Beatus Ioannes dicit. Stabat autem Ioan.19
iuxta

iuxta crucem Iesu mater eius. O uirgo pijs-
sima, & cui nulla alia fuit æqualis, q secuta
es sacratissimũ filium tuũ in Iudæa,& Gali
læa prædicantẽ:nunc ẽt illum inter latrones
morientẽ sectaris: Fugerunt discipuli eius
cum a cohortibus apprehensus est, tu uero
usq; ad crucẽ,& sepulchrũ illum cõmitaris?
qd hoc ẽ tã nouũ uirgo purissima? qũo tibi
persuadere potuisti, & tã uirilẽ aĩum habui
sti,ut exiuisses,ad tã amarum tibi,ac lamen
24 tabile spectaculũ intuendũ? Nõ est consuetu
do fœminarũ,ac talium fœminarũ,rebus pu
blicis interesse. Indecorum est uirginibus,ad
tã cruentas res uidendi exire. Nec materna
pietas,amor ,& teneritudo patiť,ut matres
supplicia,q publice de filijs sumuntur aspi-
ciant. Qũo ergo tu honestissimarũ honestis
sima,piarũ matrũ pijssima,in publicum exi
sti,ut dilectissimi filij tui mortem crudelissi
mã aspiceres? Iam ego rñsionem tuã audio,
scio.n.q te domo deduxit fides,sanctissimi
filij tui abiectione,& passione nõ superata,
deduxit te spes tãta aduersitate nõ debilita
te,deduxit deniq; charitas, qua erãt uiscera
Can.8. tua inflãmata. Hæc cor tuũ impellebat. For
25 tis n.est uelut mors dilectio. Talem amorẽ
oportuit te habere ad ferendũ,qd tulisti, si-
quidẽ tale spectaculũ uidisti. Hæ tres uirtu-
tes in unũ couenerunt,& te ô uirgo sacrata
oppugnauerunt. Quis tãtæ fortitudinis pos
set resistere? Istæ te uicerũt, & domo in pu-
blicũ deduxerũt, ut uitæ tuæ mortẽ uideres
inferri,& animam tuã noui doloris gladius
ultimo pertransiret. Maximo dolore affect9
Gen. 37 est patriarcha Iacob cũ uidisset cruentatam
tunicã filij sui Ioseph, quẽ tãtopere dilige-
bat,sed multo maiorẽ dolorẽ acciperet,si il
lũ uideret immanis belluæ dentib. lacerari.
3.Re.18 Et qd faceret Dauid si filiũ suum Absalõ ex
quercu pendentẽ,ac tribus lãceis infixũ cer-
neret? ô martyr incomparabilis? in te.n.ma
gis aĩa patitur,quã corpus. Qui moriť, ipse
est,qui occidit,& amor carnifex,& nõ mori
26 maior est cruciatus præsertim cũ uideas co-
rã te dilectissimũ filiũ tuum immanium bel
luarũ dentibus lacerari, cumq; illũ cruci af-
fixũ,,& ab ea pendentẽ cõspicias. Si aũt erat
dolorosa Mater tã iuncta cruci,quare uicit
Psal.141. sanctissimus filius per Dauid, cõsiderabã ad
dexterã,& uidebã, & nõ erat,q cognosceret
me: qd Dñe? Nõ est ibi tua sacratissima Ma
ter,quare ergo dicis q es solus? Mater septẽ
2.Ma.7. filiorũ Machabæorum interfuit morti filio
rum suorum,& tñ tã bona,ac pia mater, ut
tua,nõ affutura erat tibi in morte tua? Ad-
uertite q non dicit se non uidere quem ip-
se cognosceret,sed a quo ipse cognosceretur,
ita.n. deformatus erat,ut uix a suis posse co
gnosci. O mater mœstissima eleua sacros o-
culos tuos,& uide si eum cognoscis, signa q
ille de se pbebat,quib. posset cognosci erant
hæc,caput meum plenum est rore,& cincin
ni mei guttis noctium. Ecce caput eius pre-
tioso roro cõspersum. Tu aũt dicebas,man9
eius distillauerũt myrrhã. O qũo eius ma- Cant.5.
nus diuinum sanguinẽ distillãt,qui ad pec- 27
catorum vulnera curãda, ptiosior est omni
myrrha. Nõ erat q cognosceret me,hoc di-
cit,q ita deformatus erat. Eleua ergo ocu-
los aĩa Christiana ad illud sacrosanctum li-
gnum: aspice sanctissimum Nazareum cãdi Thre.4.
dorẽ niue,ac lacte, rubicundiorẽ ebore anti
quo,& videbis q obscurior & nigrior sit car
bonib.& ita decoloratus,& informis,ut uix
illũ possis cognoscere. O altissimi æterni pa
tris fili,dic dñe,quid in nobis vidisti? qñ tibi
seruiuimus? quib. officijs te deuinximus,ut
talia tormenta patereris? o admirabilẽ libe-
ralitatẽ? o incõprensibilẽ charitatẽ,quia cũ
in nobis nullum esset genus meriti nec in te
necessitas ulla,pp tuã solã gratiam, & mise-
ricordiam hoc modo nos redimere uoluisti 28
o quãtum desiderat hic diuinus dñs, ut hæc
assidua contemplatione cogitemus,siquidẽ
per Esaiam illa tam notabilia uerba nobis Esa.43.
dicit. Non me inuocasti Iacob, neq; labora
sti in me Israel &c ueruntñ seruire me feci-
sti,prębuisti mihi laborem in iniquitatibus
tuis. Ego sum,ego sum ipse qui deleo iniqui
tates tuas pp me,& peccatorum tuorũ non
memorabor. Reduc me in memoriã,& iudi
cemur,simul,narra siquid habes,ut iustifice
ris. O diuina uerba efficaciter uerificata ĩ il-
lis oĩbus,qui utuntur passione sacratissima
huius diuini agni,siquidem hæc tam pstan-
tia beneficia in nos cõtulit,cum nihil nobis
deberet. Quid igitur est in me o dulcissi-
me Iesu, quo ego tot beneficia tibi possim 29
soluere,si ego haberẽ oẽs uitas filiorũ Adæ,
si oẽs annos seculorũ uiuerẽ,si deniq; oẽs la
bores ferret oĩum,qui sunt,fuerunt,& futuri
sunt,hæc oĩa essent nihil ad soluendũ mini-
mum laborũ oĩum,quos pp me passus es,&
siquidem nullo mõ hoc debitũ possum sol-
uere, utinam in hoc saltẽ tibi dñe quodam-
modo satisfaciam,quod nunquam illius ob
liuiscar,& maxima cum gratiarum actione
diuitijs utar,quas tu mihi comparasti.

Cum

Cum mulier,quæ multos dies partus do-
loribus affigitur,uidet se infantem mortuũ
peperisse,qua molestia afficitur considerans
quam parũ dolores illi profuerint? O Chri-
ste dulcissime hoĩum amator, qui pp tene-
ritudinem diuini amoris, quo eos dilexisti
matris pijssimæ tibi nomen assumpsisti, &
triginta tres annos parturientis doloribus
afflictus fuisti,si nos mortui mansuerimus,
nec uitæ,ac gratię,quã vobis cõparasti fru-
ctum acceperimus,maximam iniuriam tuis
30 immensis tormentis inferemus, quod illis
nõ utamur, Deniq; concludens S. Euangeli-
sta narrationem passionis Domini dicit ꝙ,
Inclinato capite emisit spiritum. Perpẽdit S.
Cyprianus super hunc locum, quod ideo
Cypria. inclinauit caput bonus Iesus, ut significa-
ret,qđ pp patris obedientiam moreretur. Pen
sate diligẽter,qđ nõ dicit sacratus textus qđ
emisso spiritu inclinauit caput,sed qđ prius
inclinauit caput,& postea emisit spiritũ, ad
significandum,quod nisi Pr̃ sibi præcepisse
per obedientiam,ex hac uita nõ decederet,
licet immensi essent labores,quos ibi patie-
batur. Et ita declarant aliqui illa uerba, *Deus
Deus meus,ut quid dereliquisti me?* ꝙ tã cru
delia,& immensa erant tormenta,quibus illa
sanctissima humanitas cruciabatur,ut ante
31 hãc horã Christus Redemptor nr̃ mortuus
esset,nisi diuinitas humanitatẽ adiuuaret:
& qñ iam diuinitas desiit humanitati vires
addere ad plura patiendum,conquerebatur
humanitas de hac desertione, significans se
adhuc plura pro hoĩbus velle tolerare, nisi
illam tam citò diuinitas mori præcepisset.
Non quod necesse esset plus pati, sed ut sui
erga nos amoris magnitudinẽ declararet.
Et quãquam cum bonus Iesus expirare uel-
let,dixit,*consummatum est*,consummata.n.
illic uita sua,mundi redemptio consumma
ta est,sed non oĩa pijssima Matri suæ consũ
32 mata sunt,imo potius quodammodo ince-
pisse uisæ sunt eius angustiæ,& mæroris ma
gnitudo,*Quia unus militũ lancea latus eius
2.Re.18 aperuit.* Legitur,ꝙ tulit Ioab tres lanceas in
manu sua, & infixit eas in corde Absalon,
cũ infœlix iuuenis crinibus à quercu pende
ret. Itaque oẽs tres lanceas,credibile est ex
corde in eũ infixas fuisse siquidem oẽs cor
eius percusserunt. O pulcherrime Absalon
Iesu Christe tuis pulcherrimis capillis, à
crucis quercu pendens,clementia n.& cha-
ritas tua sunt capilli,quibus pendens. Trans
fixo Absalon tribus lanceis unũ tñ cor per

cussum est transfixo autẽ una lancea tuo sa
cratissimo latere tria corda percussa sunt,s.
cor tuæ purissimæ Matris, charissimi disci-
puli tui,& sanctæ peccatricis,q̃ tu conuerti-
sti. Itaq; Ioab unum cor tribus lanceis inter
fecit: Longinus uero,una lancea tria corda
penetrauit. Quis unquam tale audiuit,ꝙ in
hoĩs mortui pectore tria corda uiua reperi-
rentur? Verum heu dolor,q̃ parum tpis illic
uiua durauerunt,& quam cito trãsfossa cru 33
delissima lancea fuerunt? O sanctissima ha-
sta,ò mucro atrocissime,quid quæris in late
re Redemptoris mei? si quæris sanguinem,
iam paũs effusus remanet, si quæris aĩam,
iam in Limbũ perrexit, si eius famã uis au-
ferre,iam in cruce oẽm amisit, si carnẽ eius
vis disrumpere, iam claui illam ruperunt?
si uitam ei capis auferre, iam æterno Patri
pro peccatoribus illam tradidit. O uulnus
pretiosi lateris amore potius, q̃ lanceæ mu-
crone inflictum? ò fornax diuini amoris? ò
fons aquę uiuę,usq; ad æternã uitã exilientis.
Accedite fratres ad hãc fornacem,ut calefa-
ciamini,& ad hũc diuinũ fontẽ,ut refrigere-
mini,& effrænatos ardores extinguatis.
Cum ergo vespere iam esset factũ, stabat 34
mater męstissima iuxta crucem,& cuncta fa
milia eius non minus tristis,quam confusa,
videns ex una parte dulcissimum filium in
cruce mortuum,ac laceratum,ex alia parte,
ꝙ non habebat facultatem ad illum sepeliẽ-
dum,nec aĩum ad relinquẽdum. O aĩę deuo-
tę,q̃ lingua sufficiet hoc dicere, aut,q̃ oculi
dissimulare poterũt,ꝙ tristissima mater sen
tit,considerans q̃ parum esset remedij ad se-
peliendum filium suum? Erat cum tota illa
sua lachrymosa familia humi pstrata,Chri
stus uerò in alto pendebat. Si uellent ascen-
dere ad tollendum illum, non habebant sca
las,si uellent clauos refigere, non habebant
forpices, si uellent eum a cruce abstrahere, 35
non habebant facultatem,si uellent ungere,
non habebant unguenta, si uellent inuolue
re,non habebant sindonem, atque etiam si
illum sepelire uellent, non habebant sepul-
chrum,Nam benedicta Virgo erat pauper,
& peregrina, quæ cum suo sanctissimo filio
ascenderat Hierosolymam ad celebratio-
nem Paschæ. O maxime Redemptor mũdi,
si nos sentiremus, quod sentire oporteret,
quo esset possibile, quin in sanguineas la-
chrymas liquefieremus? & tanto maior erat
angustia illius mæstissimæ societatis,quanto
magis nox obscura propinquabat,& erat iã

prope


prope uespere magni paschatis, quod si uellent ire in ciuitatem, & statim reuerti erat iam sero. Si uellent facultatem petere ad sanctissimum defunctum sepeliendum nullus eorum cognoscebat Pilatum, si illinc discederent, & eum inhumatum relinquerent timebant, ne Iudæi illum sepelirent, ubi ipsi nescirent, si autem illa nocte ibi manerent, timebant ne uenirent Iudæi, & eos percuterent.
36 Itaq; amor defuncti eos ad manendum inuitabat, metus autem obscuræ noctis ad discedendum impellabat, & licet inuicem in se oculos conijciebant, nullum tamen uerbum loquebantur, iam enim præ nimia lamentatione loquelam amiserant.

Veruntamen quantum satagebat sanctissima uirgo, quo filium suum humanaret, tantum aberat, ut cogitaret, quod Ioseph, aut alius, hoc molliebant. Ex quo debemus exemplū sumere, ut in nulla re diffidamus, cum n. arbitramur nos magis desertos, & sine remedio esse, tunc res nostræ fęlicius diriguntur, ut hic apparet, quod cum sācta virgo hoc terribili agone angebatur, moliebātur, & acquirebant sancti illi uiri omnia, quæ ad Christum
37 R. N. sepeliendum pertinebant. Accedunt ergo hoc tempore uiri illi nobiles omnia ferentes, quæ necessaria erant ad tollendum illum ex cruce, & humandum. Sed cum Sol iam occidisset, & tenebræ iam obreperent, uia quoq; longa esset, atq; etiam lachrymarum esset maxime abundantia, arbitrata est afflictissima Mater, & tota illa familia, quod Ioseph, & Nicodemus essent alij noui Longini, & quod scalæ essent lanceæ, & quod denuo uenirent ad trāsfigendum sanctissimum filium suum, non uero ad sepeliendum, qui timor nouum aliud tormētū illis attulit, quousq; propius accesserunt, & illos agnouerunt. O quis uideret denuo uenientes ad funera sancti crucifixi, & eos, qui antea cum eo commorabantur? ò quantum flebant, quantumq; suspirabant, atq; ēt obmutescebant. Itaq; in illa funebri hora verba deerant, & lachrymæ
38 supererant. Et tam attoniti erant Ioseph, & Nicodemus, ut eos mortis tanti filij pœnituisse uerbis declarare matri nequaquā possent, nec ēt dolorosa mr̄ potuerit de aduētu eorum gratias illis agere. Et plura tibi dicā ò anima Christiana, quod in illa funesta hora deerāt suspiria, & supererant mortui. Nā totā illam familiam orbam, quo cum uiuis numerabimus cum ante oculos suos amantissimum dñm suum mortuum viderent? O quam ad literam impletum est hic, quod dixerat dñs, finite mortuos sepelire mortuos suos, Matt. 8.
cum non sint, qui hunc mortuum sepeliant nisi alij mortui? Venerabiles senes ante oīa ueniam petunt à sanctissima Virgine, & flexit genibus, ac detectis capitibus, ac venerabilibus canis maxima cum reuerentia sanctam crucem osculati sunt, & Iesum Christum in ea crucifixū adorarūt, quo peracto per scalas, usque ad summitatē crucis ascenderunt. Cumq; proximi magistrū, ac Dñm 39
suum tam, cruciatum uiderent, habentem clausos oculos, nigrum vultum, corpus atritum, & laceratum, capillos dilaniatos, cruorem, gelidum, os aliquantum apertum, carnem denigratā, & aspectum quasi consumptum, genasq; pulcherrimas tabe infectas: tantus dolor, & pauor apprehendit eos, ut quasi non possent se sustinere, quin deorsū pręcipitarentur. Si. n. sola auditione hō toto corpore contremiscit, quid esset cum hæc oīa uiderent: confortati sancti viri sacratum corpus refixerunt, & cum eo, usq; ad terram paulatim descenderunt. Et postquam mœstissima Virgo concessit, ut ungeretur, oēs, qui in eo tristi collegio erant, illud uelut 40
examen apum melle priuatum circundederunt, ore suo mæstissima uerba proferentes, atque ex oculis multas lacrymas effundentes, quid non planxerunt? quid non dixerūt? quid non senserunt, cum Magistrum suum tam laceratū uiderunt? qui oculi potuerunt sufficere ad uidendam crudelissimam stragem, quam uoracissimi lupi in mitissimo agno ediderunt? Impositum ergo sanctissimum corpus in sindone, cœperunt pretiosis aromatibus ungere. O beata aīa, quæ illic cum memoria interfuerit, siquidem per pręsentiam interesse non potuit, illic. n. occupabatur, aut in custodienda cruce, aut in colligendo cruore, aut in matre pijssima comitanda, aut in emolliendis unguentis, aut in vulneribus ungendis, aut in alligandis linteis. Vltimus tandem labor, ultimum uale, 41
ordo sepulturæ, unctio defuncti, lamentatio denique defuncti, qua lingua poterit declarari? aut quibus oculis poterit satis plorari? Et siquidem non sunt uerba, quib. hæc possint significari omnia cordibus uestris relinquo, ut ea digne uelint sentire, ò exequias tristissimas: ò lamentabilia funera tam nobilis defuncti? quæ non in templo, sed in campo executi sunt, non clerici, quia omnes fere abierant, non cum luce, quia iam nox erat, non

non cum pompa sed cum exiguo comitatu nec cymbala pulsantur, sed solummodo magna lachrymarum copia effunditur. Sepeliatur ergo corda nostra cum hac uita mortua, ut cum ipsius gratia resurgamus, & postea eius gloria perfruamur, &c. Amen.

Dominica Resurrectionis.

Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, ut uenientes ungerent Iesum. Mar. 16.



TANTA est lætitia, quam alma mater Ecclesia in hac sacratissima festiuitate habet, vt ipsa maximæ exultationis uocib. cœlestes, terrestresq; creaturas ad alacritatem inuitet dicens? In resurrectione tua Christe, cœli, & Terra lætatur. Quòd si ad hoc gaudium insensibiles creaturæ inuitantur: quantò magis debēt rationales exultare quibus ex domini resurrectione tanta dimanat utilitas? Vt igitur vera loquar, fratres mei, hæc dies est mater omniū felicium dierum, atq; hæc festiuitas, & gloria etiam, quam hodie celebramus uere est nostra. In Christo enim Iesu uerò capite nostro resurrectio nostra incepit, quæ suo tempore in nobis perficietur. Iā radix nostra reuixit, & resurrexit, quocircà nō est dubium quin aliquando etiam uiuificentur, & rami. Ego sum vitis uera, & uos palmites, dixit summa ueritas, cum iam prope esset ut ex hoc mūdo transiret ad patrem, & siquidem hæc vitis gloriosa apparuit certissimè glorificabuntur cum ea ueri, & uirides eius palmites. Nunquid non spectat ad palmites, ac ramos uita, & glorificatio radicis suæ? Maxima ergo ratio est cur omnes exultemus, diuinamque Maiestatem, quæ tot nobis in hac die beneficia contulit summa animi alacritate collaudemus. Omnes festiuitates anni celebrantur à sancta Ecclesia in memoriam beneficiorum, quæ Deus hominibus fecit. Et sic Esaias dicebant: Miserationum Domini recordabor: laudem Domini super omnia, quæ reddidit nobis Dominus. Hoc ipsum dicit sancta Ecclesia, omnium beneficiorum eius memorabor, & super omnia Dominum exaltabo. Inter omnia ergo unum ex præcipuis fuit glorificatio nostri sacratissimi capitis Iesu Christi. O superne mundi reparator, unde initium sumam? a quibus incipiam tuam admirabilem gloriam recensere? Si iustissimus Pater nullum opus bonum quantumuis minimum sit, præmij immune relinquit, adeo, ut tu dixeris, quicunque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico uobis non perdet mercedem suam. Si pro uase aquæ frigidæ propter Deum dato tam supremum præmium Deus retribuit, quid tibi dedisse oportuit ualidissime dimicator, tamque humilis serue, qui eius præceptis tam perfectè obtemperasti? quid tibi daret. O beatissimum iustorum caput, qui pro gloria, & obedientia Patris, & pro totius mundi salute tale præmium aggressus fuisti, talesque ignominias, labores, ac mortem denique constantissimè pertulisti! Iure optimo profecto vniuersus cœlestis exercitus proclamat (ut uidit Sanctus Ioannes) dicens: Dignus est agnus, qui occisus est, accipere uirtutem, & diuinitatem, sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Et quibus laudibus hodie glorificatus fuerit, siquidem lingua non potest explicare, sentiat anima, & interiori affectu delectetur. Quod si aliquis quærat, quod fuerit mysterium, quòd cum diuinus hic Agnus toties tam sigillatim discipulis suis labores, quos passurus erat referrat dicens: Filius hominis tradetur, flagellabitur, illudetur, conspuetur, & postquam flagellabitur, occidet eum. Cùm (inquam) hæc omnia tam sigillatim referret, de resurrectione sua unum tantum uerbum addiderit dicens: Tertia die resurget? quare hoc? Ratio est, quia corporales labores potuerunt numerari, numerū habuerunt, ut dicit Dauid. Potum dabis nobis in lachrymis in mensura: Resurrectionis autem gloria non potest dici, tanta est, ut nulla sint uerba, quibus dignè explicari possit, & ideo illam silentio prætermittebat.

Hodie satisfecit æternus Pater debito, quod huic fidelissimo procuratori, & zelatori sui honoris, & obedientiæ debebat, ut ipsemet sperabat, & sic dicebat uerba illa, quo Dauid eius nomine prophetauit. Tu es qui restituis hæreditatem meam mihi

Margin notes: 1; Ioan. 15; 2; Esa. 53; Mat. 10; 3; Apoc. 5; 4; Psal. 79; 5; Psal. 15

mihi. Cœpit æternus Pater filium suum qua tenus hō erat glorificare statim in instanti cōceptionis eius, aīæ solùm gloriā tribuens, corpus verò passibile, & mortale remane bat. Et quia suis laboribus, corporis gloriā promeruit, sicut de re sibi debita, illi dicit: Tu es qui restituens hæreditatē meam mihi quę est gloria mea. Nō est tradita illi statim integra hæreditas, debeat. n. pro humani ge neris debito satisfaceret, sic namque Pater
6 illi præceperat, & quousq; hoc debitum per solueret, sequestrata, & impedita est illi hæc corporis gloria. Et quia qn̄ mortuus est hoc debitū persoluit, atq; hac fideiussione se ex pediuit, ideo dicit Dn̄s, iam debitū persolui hoc nūc superest; vt mihi hæreditatem meā restituas, & illius possessionē mihi commit tas; atq; ita factum est, quia hæc corporis re surrectio per diuinitatis uirtutē effecta est.
Simile. Sunt aliqua horologia manualia subtilissi ma, quæ plurimas habēt rotas, & miro quo dam artificio ordinatas, hæc si semel pertur bentur, nunq̄ amplius poteris adaptare, nisi illi ad artificem, qui ea confecit, detuleris. Hoīem cōposuit Deus ex neruis, uenis, & ossibus, atq; ex quibusdā partibus principa
7 libus, quę alijs minus principalibus motum ac uitam præstant, quasi horologij rotæ ma iores, & minores. Denique est humano cor pore tāta ordinatio, ut simile sit horologio: & in morte oīs harmonia, & ordo huius ho rologij ptūrbatur, & destruitur, & nemo suf ficit illud reparare, ni artifex, qui illud cōfe cit, ipse. n. unus potest illud restaurare, & in pristinum statum restituere. Atq; ideò dicit Christus inquātum hō loquens cum Patre: Tu es qui restitues hæreditatem meā mihi. Et notate q̄ una ex illis, q̄ hac resurrectione peculiari lætitia fruiti sunt, fuit sacratissima virgo Maria Dn̄o nr̄a, quę hodie meritò po
Tob. 3. tuit illa verba dicere, quę Sara nurus Tobiæ dixit, sit nomen tuum Deus Israel benedi
8 ctum in secula, quia post tempestatem tran quillum facis, & post lachrymationem, & fletum exultationē infundis Benedictus sis Dn̄e Deus, quia sicut tpum uicissitudines cōmutas, ita ut nec semper dies, nec semper nox sit, nec semper sit hyems, nec semp uer: sic ēt in rubus nostris cōminationem facis, vt post plurimorum laborum procellas gau diorum, & consolationum tranquillitas ad ueniat. Nisi q̄ hic tempestates sunt breues,
Psal. 29. serenitas aūt erit æterna. Quod Dauid ma nifestè affirmat, nā vbi nos legimus quoniā ita in voluntate eius S. Hieronymus uertit
S. Hier. sic: qm̄ ad momentum ira eius, & uita in re promissione eius, i. q̄ ira Dei in iustos est breuissima, beneuolentia uerò ualdè diutur na. O uirga sacratissima quis poterit expli care, quantum spiritus tuus exultauerit, qn̄ in auribus tuis cœlestium Hierarchiarum cantus insonuit? qua lætitia plena es cum sa cratissimum filium tuum ante oculos susci tatum uidisti? Credo ego, & arbitror me nō falli, q̄ tunc nō solū eius corpus gloriosum 9 aspexisti, sed q̄ ineffabiliter tibi demonstra ta est Verbi diuinitas, atq; ibi oēs sanctorū exercitus uidisti, q̄ admirabilibus laudibus te benedicere, ac super oēs creaturas fœlicis simā appellare nō cessabant, & agentes tibi gratias pro beneficijs, quæ per te acceperant dicebant. Benedicta filia tu à Dn̄o, quia per Tob. 13. te fructum uitæ cōmunicauimus. Quot lachry mas refert sacra scriptura matrē Tobię pro filio suo effudisse, qui iuerat ad recuperan das pecunias quasdam, quousq; illum locu pletissimum & optimè sociatum, spōsamq; suā secum ferentem vidit? tunc. n. vniuersus luctus versus est in gaudium. Qui autē fue runt hęc oīa in cōparatione lachrymarum, 10 quas purissima virgo effuderat, vidēs aspe rimum iter, quod dilectissimus filius suus vsq; ad crudelissimā mortem confecerat ut recuperaret aīas, quas pr̄ æternus amiserat? Vidēs aūt illum hodie tam gloriosum, An gelis sociatum, & secumferentem sponsam, quæ erat illa sanctorum congregatio, quos ab limbo abstraxerat, quæ lingua poterit ex plicare quanta fuerit lætitia; qua tunc affe cta est? O Deus infinitæ maiestatis qūo scis cōsolari Dn̄e eos, qui pro te patiuntur. Iam nō vr̄ ingens prior illa pęna in cōparatione huius lætitiæ. Si ita consolatur es eos, qui pro te patiuntur, fœlicissimę eorum passio nes, & dolores, siquidem ita remunerandæ sunt, & quid erit qn̄ illi, qui in hoc seculo tribulati sunt, se gloriosos uideant, & in so 11
2. Ti. 2. cietate huius gloriosi suscitati, diuina eius essentia perfruentes? O si hoc considerare mus, qūo in aduersitatibus huius mortalis vitæ nos cōfortaremus? Ideò S. Paulus post quam dixerat discipulo suo: labora sicut bo nus miles Christi Iesu: nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus, ut ei pla ceat, cui se probauit. Nam & qui certat in agone non coronabitur, nisi legitimè certa uerit, addidit dicens. Intellige quæ dico, da bit. n. tibi Dn̄s in oībus intellectū. Aduerte

dili-

diligenter hæc, quæ dixi tibi, quæ sunt ualde necessaria, in quibus non minus, quàm salus tua agitur. Atque ut ad præliandũ quasi bonus miles conforteris, memor esto Dominũ Iesum Christũ resurrexisse à mortuis fidelis sermo. O fœlicissimum uerbum diuinus nuncius, quòd Christus surrexit. Nã si cõmortui sumus, & cõuiuemus, si sustinemus, & cõregnabimus. Et posteà dicit: Hæc cõmone testificans corã Deo. Hæc quę ego
12 tibi prædico prædica tu oĩbus, & eos coram Deo adiura, vt ad hæc diligentissimè attendãt. Ecce fratres mei q̃tum interfiti, ac faciẽdũ ꝙ debemus, in Iesum Christum resuscitatũ oculos conijcere. Et sic, ut Deus hoies confortaret, noluit, ut plurimi ex illis sanctis cũ nostro diuino saluatore resurgerent,
Mat. 27 ut dicit S. Matthæus, & multa corpora sanctorũ, qui dormierant surrexerunt, & exeuntes de monumentis post resurrectionẽ eius uenerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Vt cum Rex principem filium suum equitis insignis decorare vult, & armis denuò induit, etiam induit alios nobiles, ut liberalitatẽ suam ostendat, & oẽs ad
13 sui seruitium incitet Atque hinc intelligetis mysterium, quare ueteres Patriarchæ oẽs maximo desiderio Hierusalem tenebantur,
Gen. 49 & sanctus Iacob, præcepit filijs suis dicẽs, sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici, quæ est in agro Ephrõ: Ne relinquatis ossa mea in Ægypto, sed deferte me in terram Hierusalem. Quare istud præcipis sancte Patriarcha? non es melius hic inter filios tuos quorsum uis eos tanto labore affligi, & in tanto periculo constitui, vt te ad hostiũ regionẽ deducãt? & S. Ioseph, ẽt fratres
Gen. 50 suos adiurauit dicẽs, asportate ossa mea uobiscum de loco isto. Quare ẽt tu, sicut & pater tuus hoc præcipis? quia credo faciendã
14 esse resurrectionem corporum. Hierosolymis, cum Deus resurrexerit, & uolumus illic adesse, ut si fortè nobis tam fœlix sors contingat, ut ex illis simus, Et ita piè credi potest hos duos Patriarchas fuisse ex illis, qui cum domino resurrexerunt.

Cãtatur in hac sacratissima solemnitate hoc euangelium, vbi dicitur, quod tres sanctæ mulieres perrexerunt hodie summo mane ad monumẽtũ, & ita dicit: *Maria Magdalene, & Maria Iacobi, &c.* Hoc primũ valdè notandum est, hic, ꝙ referens sanctus Euangelista nomina harum mulierũ sanctarum prius ponit Magdalenam peccatricem, quã alias sanctas. Vt quæ sit pœnitentiæ efficacia cognoscatis, quæ facit peccatores iustis antepo ni, & ualde acceptos, & æstimatos in diuino conspectu remanere. Hoc apertè diuina
Maiestas significauit per Isaiam dicens, quiescite agere peruersè, discite benefacere, quæ rite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduam. Et venite & arguite me, si fuerint peccata uestra sicut coccinum, quasi nix dealbabũtur, idest, agite veram pœnitentiam, recedite à malo, & facite bonum, & ego uobis licentiam concedo, vt 15 Isai. 1.
me quasi Deum falsum, & mendacem accusetis, nisi uos ad misericordiam recepero. Et faciam, vt si peccata uestra fuerint sicut coccinum, aut purpura, quasi candidissima nix efficiantur. Dicit, ut coccinum, quia inter omnes colores, qui magis incorporatur in panno est coccineus, ita ut auferri nequeat: Quamuis igitur peccata uestra ita uobis inhereant, & incorporata sint, ut minime auferri posse uideantur, ab illis tamen poteritis recedere, fulcimini, facite, quòd in uobis est, ego enim animas uestras quasi niuem cãdidas efficiam. O fratres mei si præterijt
quadragesima, nec tamen pœnitentiam egistis, nunc habetis tempus, ne hãc occasionẽ 16
prætermittatis, uidete quanti Deus faciat peccatores conuersos, cum eos præferat illis qui taliter non peccauerunt, ut hic apparet. Eccle. 6.
Hæ tres mulieres emerunt aromata, ut ungerent dominum. O quam fideles amicæ erant hæ, quam paucos amicos similes his reperietis in necessitatibus, sic dicitur in Ecclesiast. Est enim amicus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis. Etiam uiuum amicum si in tribulatione & aduersitate constitutum vident non recordantur illius cęteri amici, quantò magis mortui obliuiscentur? Paucissimi sunt, qui in mortuos se fideles ostendant, quod est satis mali. Illa optima Ruth dixit de Booz: 17
Benedictus sit à domino: quoniam eandem gratiam, quam præbuerat viuis, seruauit & mortuis. O quam pium est & quam meritorium, mortuorum meminisse, & diuinã Maiestatem pro illis deprecari. O utinam diuina Maiestas solicitam curam huius rei in cordibus uestris imprimeret. Hæ sanctę mulieres non oblitę sunt facere misericordiam cum sancto defuncto Iesu. Ruth. 2.

Dicit ergo sanctum Euangelium, quod vnguentis oneratæ uenerunt summo manè. Et quid eas tam diluculo impulit surgere?

gere? unctiones, quas nocte præterita præparauerant. Qui cũ Deo recũbit, deuotio illum facit surgere diluculo, & etiam excitat. Sic dicebat Dauid: Deus Deus meus ad te de luce uigilo, & quare tam diluculo surgis Dauid? Homo tot tantisque negotijs implicatus, & tot regionũ gubernationẽ occupatus summo mane surgebat ad laudãdum Deum huius rei rationẽ ipse reddit dicens; sitiuit in te anima mea Dñe, tanta est sitis,

Psal. 62.

18 qua aĩa mea tui æstuat, ut faciat me cũ cogitatione recumbere, quõ surrecturus sum ad te laudandũ, atq; ideo, ut primum dies illucescit à lecto surgo, atq; hæc omnia facio, licet media nocte surrexerim. Media nocte surgebã ad confitendum tibi. O pigri, & carnales, satis profecto ex hoc apparet quam parum Deum diligatis, & eius gloriam sitiatis cum in mollibus lectis, usq; ad meridiem dormiatis, acsi non crederetis aliquid esse plus quã nasci, & mori, sicut bruta animalia. Quod si aliquando mane surgitis optimè scitis uos ad quid surgatis, scilicet, quia prima nocte aromata pharmacopolij Sathanæ præparastis, & surgitis, ut exequamini, quod constituistis. O Deus infinitæ maiestatis, be

19 nedicta sit tua patientia, qua tantopere fers tam turpem hominum uitã. Fratres erubescite attẽdite, q estis Christiani, & q moriẽdum est uobis, & reddenda arctissima ratio istorũ malorũ oĩum. Quapp curate prius, q̃ recũbatis cogitationẽ, multa bona opa eras faciendi in cordib. uestris proponere, & hoc uos excitabit, & diluculo surgere faciet.

Dicit ulterius, qd' hæc unguenta deferebant, *Vt ungerent Iesum.* Mirabile est hoc. Nunquid hæ mulieres ignorabant, quod simul cũ Ioseph uenit Nicodemus ferẽs mixturam myrrhæ, & aloes quasi libras cẽtum? & nesciebant, q sancti illi uiri acceperunt & corpus Iesu, & ligauerunt cũ linteis, cũ aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire, ut re-

Ioan. 19

fert Sanctus Ioannes. Quare ergo ô sanctæ

20 mulieres plura unguenta emistis, ut Iesum Christum ungeretis? Ad hoc nobis respõdetur, p qñ amor est ingens non quiescit amator, nisi cum ipsemet dilecto inseruit Nihil factum existimat, nisi illud ipse fecerit, nec oĩa sufficere posse arbitratur, nisi ipse suam debitã diligẽtiam adhibeat, qñ Martha Saluatoris nostri Iesu Christo seruiebat, dicite, nõ illi erant ancillæ? sic profecto: & tñ nõ hoc contenta erat, sed & ipsam ministra

Luc. 10.

bat, & dicebat. Domine non est tibi curæ, q soror mea reliquit me sola ministrare? quia credebat ad tantum tamq; dignum hospitem excipiendum, & illi seruiendum non sufficere uniuersum mundum, & ita illam credere oportebat. Sic hæ bonæ mulieres tantopere Dominum diligebant, vt licet illum uniuersus mundus unxisset, ipse tamen unguenta sua afferre non desinerent, O si ex animo Deum diligeremus quantum optaremus, ut ei omnes seruirent, & nos essemus in eius seruitio priores, & non ac- 21 quiesceremus, nec contenti essemus rebus, quibus alij Deo seruierunt, quanuis sciremus hospitalia, & domos pauperum, atque infirmorum rebus necessarijs abundare, & uinctos carcerum omnia sibi necessaria habere, si (inquam) Deũ feruide diligeremus. omnibus istis non contenti essemus; & nostra etiam unguenta quantumuis superfluæ essent deferre curaremus, quãto magis sciẽtes propter uniuersalem omnium crudelitatem tantam esse illorum inopiam. Illi Angeli, qui in figura peregrinorum Patriarchæ Abrahæ apparuerunt, ut legitur in Gene. non indigebant pedum ablutione, aut umbræ apricatione, aut ciborum refectione, vt ponderat Sanctus Chrysostomus super illũ locum, quia spiritus erant. Veruntamen Sanctus Abraham ne meritum ex parte sua amitteret, & si illi non indigebant rebus illis, & sic superfluæ erant Angelis, eorum pedes abluit, & umbræ refrigeratione illos inuitauit, atque splendidissimo conuiuio cibauit. Atq; vt sancti Angeli seruitiũ illud acciperent, illos mitissimis verbis exorauit dicens: Dñe si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum; sed afferã tibi pauxillum aquæ, & lauẽtur pedes vestri, & requiescite sub arbore, ponamq; buccellam panis. Optime cognoscebat, quod Angeli essent, & licet essent tres, & diuinas tres personas significarent, quia hæ tres personæ sunt unus Deus illis tanquã uni loquebatur modo, modo uero tanquam tribus dicens. Domine, & requiescite, & quanquam hæc omnia cognoscebat, illos hoc instantia inuitabat, ut seruitium illud acciperent, quod recte sciebat illis non esse necessarium, sed sibi potius. Et ideo dicebat: si inueni gratiam. Ego (inquit) sum qui beneficiũ accipio, ego hanc gratiam à uobis accipere spero, quod exemplum conuenientius huc poterat afferri, quam quod modo dicimus? quod quanuis pauperes tam parum

Gen. 18

22

Chryso. sup. Ge.

23

eleemosynis indigerent, quam Angeli, vt tamen amori nostro, ac charitati satisfaceremus, eos deberemus rogitare, & solicitare, vt nostra pietatis seruitia recipere dignarentur. O quot & quantum circa hoc est lachrymandum quam miserabile est uidere tot proximos, in tantis necessitatibus constitutos, & multorum diuitum abundantiam uane
24 consumptam: qui quia Dei amorem non habent non recordantur illis subuenire, & ex alia parte illam in rebus impertinentibus, & in secularibus vanitatibus consumunt. O diabolicam cæcitatē quod cum tot dies, menses, & annos, diuitias, atque ingenia immundi seruitute consumpseritis, conspicientesque quam parum vtilitatis, quantumque detrimenti ab eo acceperitis illum tamen tantopere diligatis, ut non sufficiat hoc, ad nos fatigandos, sed quod in dies magis, ac magis tanta voluptate consumatis, ac si in eo animæ salutem compararetis. Ad faciendum verò seruitium Deo statim existimatis uos esse pauperes, & magnis debitis alligatos, & non habere facultatem ad illud faciē-
Nu. 23. dum. Legitur de maledicto Balac. Rege Ma
25 dian, quod ut appetitui suo satisfaceret, atque vt Balaam Israeli malediceret, plurima altaria ædificauit, & plurima animalia in offerendis sacrificijs consumpsit. Et quanuis uidisset, quod nihil sibi prodesset, alia plurima altaria in alio monte reædificauit & animalia immolauit, ne hoc quidem illi profuit, sed non fatigatus est tam impertinentes illos sumptus facere, & iterum in alio monte alia plurima altaria erexit, & multa animalia mactauit, & absque ulla utilitate, cum semper illuderetur; & tamen nunquam à sua pertinacia recessit. Ecce quid ad
26 literam inter miseros filios huius sæculi agatur, quod neque laboribus, neque sumptib. defatigantur, nec sumptui, nec diligentiæ parcunt, quando mundo, & diabolo seruituti sunt, & cum uideant labores & sumptus præteritos nullam sibi utilitatem attulisse, non tamen deficiscuntur, sed pertinaces sunt in illius seruitute, qui nullas illis gratias refert. Dic infœlix homo, qui totam uitam tuam consumpsisti in erigendis aris diabolo, & mundo, quid commodi percepisti, ex tot diligentijs, & sumptibus, quos in seruitute seculi fecisti? quem fructum tibi attulerunt labores, quos in eius seruitio pertulisti? quare non uerecundaris, & confunderis, cum uideris, quoties ab illo illusus fueris, ab eius tamen seruitute non recedis, sed nunc promptiores ad illi seruiendum quam nunquam. Verùm non esset iam rationi consentaneum, ut iam fraudem hanc animaduerteres, & huic liberalissimo domino seruire inciperes, cui tantum debes, quinque tam liberaliter tibi persoluet quicquid in eius seruitio feceris? O
utinam diuina Maiestas te illuminet, ut sic facias. 27


Et dicebant ad inicem. *Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti?* Progrediebātur ancillæ Domini in uia sua, & maxima cura, & solicitudine augebantur dicentes: *Quis reuoluet nobis lapidē ab ostio monumēti?* quia maximus est? quando autem accesserunt, *uiderunt reuolutum lapidem.* Angelus enim de cælo descenderat, qui illum euoluerat. Quoties hoc contingit illis, qui constituunt Deum quærere, & in monumētum pergere, quæ est religio, hic enim est locus mortuorū, in quo docemur passiones mortificare, & mori mundo, & carni, solique uero Deo viuere. Quoties etiam hoc illis acci- 28
dit, qui Deo maxime volunt seruire, statim enim plurima in corde suo euoluunt, & quasi cogitationum mare efficitur, quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? quis religionis austeritatem ieiunia, uigilias, ac verbera tolerabit? O animi debiles, fœminei, ac diuino auxilio parum confidentes accedite, accedite, & uidebitis lapidem reuolutum. Angelus enim Domini descendit de cœlo, qui illum euoluit. O magni consilij Angele Iesu Christe, tu Domine de cælo descendisti, atque omnes difficultates abstulisti, asperitatesque uiæ mortificationis spiri-
tualis dulcissimas reddisti. O quam frequenter serui Dei hoc experiuntur, qui lapidem reuolutum cernunt, videntur enim nullam difficultatem inuenire in uirtutis operibus, quæ ex natura sua sunt grauia, & laboriosa, imo in eis voluptatem, & saporem inueniunt, vt inueniebat Sanctus Pau- 29
lus, cùm diceret; Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem. Con Rom. 7
delector, idest, vndique delectatur Spiritus meus lege Domini, & Dauid dicit: lux orta est iusto & rectis corde lætitia, quod
soli iusto, qui diuinam legem custodit, iure debetur bonus & lætus dies, ac cordis exultatio, & aliqui legunt hic vt ex Hebræo textu constat: lux sata est iusto, & rectis corde lætitia in sacris literis crebro per lucem Psal. 96

prosperitas, sicut per tenebras aduersitas designatur. Et ita hic Dauid uult dicere, ꝙ prosperitas, dulcedo, & consolatio fuit sata iusto & rectis corde lætitia. Solus enim iustus ad hæc ius habet, & ista meritò possidet: nam peccator cum lætitiam, & prosperitatem possidet, est iniustus illius possessor. Satis uerificatum est hoc in his sanctis mulieribus, quę non solum reuolutum lapidem inuenerunt, sed Angelum etiam pulcherrimum in forma iuuenis festiuis vestibus indutum uide-
30 runt, qui lætissimos nuntios sanctissimæ Resurrectionis Domini illis declarauit. Ecce finem, quem habent timores illorum, qui licet sibi difficultates obijciantur, ulteriùs progrediuntur, sicut fecerunt hæ benedictę mulieres, quamuis illis lapidis magnitudo obijciebatur, & quod illum non possent euoluere. Dominus clementissimus, qui eas confortauit, & consolatus est, nos etiam gratiæ suæ fortitudine fulciat, & corroboret, & postea gloriæ lætitia consoletur sempiterna. Amen.

Feria Secunda in Resurrectione Domini.

31

Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum quod erat spatio stadiorũ sexaginta ab Hierusalem nomine Emaus. *Luca* 24.



MAxima est obligatio, quã habemus in hac gloriosissima festiuitate diuinas misericor-
1 dias sentendi, quas in ea sancta Ecclesia nobis repræsentat. Hodie nobis cælestis medicina detegit, qua labores curemus. Hodie suauissimus finis, quem solicitudines, & labores propter Deum tolerati habent, nobis declaratur, hodie denique nobis demonstratur prosperitas, qua terminantur res iusti, qui in manus Domini commendatur. In admirabili enim
Mat. 25 Saluatoris nostri Iesu Christi resurrectione hæc omnia ostenduntur. Est hic articulus tam solemnis ac celeber, vt etiam insensibiles creaturæ illum sensisse uideantur, ut dicit S. Matthæus. Et ecce terræ motus factus est magnus. Hic est dies ex proposito institutus, in quo nobis diuitiæ, & magnitudo Dei ostenduntur. Dies in quo diuini pectoris nobilitas detegitur, diesque in quo confirmantur fiduciæ, & spes, quas iustus in Deo habere potest. Perspicuum est enim, quod qui pro nobis mortuus est, resurrexit, & ascendit in cœlum non nos odit. O quis haberet linguam ad explicandum, & spiritum ad sentiendum quomodo sanctorum atque Angelorum exercitus cum illa gloriosissima Dei anima exeunt ca-
nentes, & dicentes. Exurgat Deus, & dissipen- 2
tur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum Psal. 67.
à facie eius. Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei. Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia. Cantate Deo, Psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius, iter facite ei, qui ascendit super occasum. Dominus nomen illi. Exurgat Deus gloriosus, & significet inimicis suis, quod dissipandi sunt, & sicut cera in igne defluit, & puluis à uenti conspectu deficit, ita ipsi à diuino conspectu perituri sunt. Ita hodie debiles, & absque viribus remanent dæmones. Iusti
autem lætentur hodie in conspectu Dei. 3
Cantate Deo, iter facite ei. O gloria animæ meæ iter faciant tibi Angeli sedenti super mortem, & sepulchrum, qui ascendit super occasum. Et defers epithalamium & titulum, Dominus nomen illi. O quanta cum lætitia, & exultatione hodie ab illis infernalibus carceribus exibant Sanctus Pro-
pheta Isaias hoc prædixerat, dicens: Dabit Isa. 53.
impios pro sepultura, & diuites pro morte sua. Impij hic significant peccatores, etsi
hoc nomen plerumque significat pessimos, Rom. 15
& infames: hic tamen pro omnibus peccatoribus cuiuscunque generis sumitur. Vt etiam in hoc sensu sumpsit Sanctus Paulus,
dicens: cum adhuc infirmi essemus, secundũ 4
tempus pro impijs mortuus est. Per illud verbum: diuites, intelliguntur sancti Patres, nam scriptura diuina iustos, diuites appellat. Vt patet ex Psalmis, ubi dicitur: Vultum tuum deprecabuntur omnes diui-
tes plebis, & ex Paulo. Præcipe diuites fie- Psal. 44.
ri in bonis operibus: & Iacobo, diuites in 1. Ti. 6.
fide, & hæredes regni. Dicit igitur Esaias, Iaco. 2.
quod sanctissimus Redemptor morte, ac sepultura sua lucraturus erat peccatores, qui in peccatis suis commorabantur, & iustos etiam, qui carceribus uincti tenebantur.

Atque

Atque hi hodie exeunt diuites, non solū gra
tiæ & meritorum, quibus cum ex hac uita
transierunt, sed etiam gloriæ & exultationis
locupletes: Et exeuntes transeunt cūcti cum
sanctissima anima Iesu Christi filij Dei, &
transeuntes per Caluariæ locum maxima
reuerentia adorant crucem; quæ adhuc
illic erat immaculati agni sanguine cōsper
sa, quæ propter festum nondum ablata fue-
rat. O quam ineffabili suauitate, ac dulcedi-
ne illam salutarunt, dicentes: O crux pretio
sa, o salutis nostræ sacratissimum instrumē
tum. O benedictus locus ubi redempti su-
5 mus, o lapides sacrosancti diuino Dei san-
guine conspersi. Progrediuntur ulterius, &
ad sanctum sepulchrum accedūt in quo pre
tiosissimum corpus Domini iacebat, & il-
lud omnes illi exercitus Angelorum, & san-
ctorum circundant, & accedit illa gloriosis-
sima anima ad caput sepulchri, & incipit di
Psal. 56. cere. Exurge gloria mea, exurge psalterium
& cithara. Exurge corpus meum, & cōmuni
cabo tibi gloriam meam: siquidē tam fide-
lis socius meus fuisti: uocat corpus psal-
terium, & citharam. Psalterium enim instru-
mento tactum sonum immittit, cithara ue-
rò oportet, ut manibus attingatur, quo mu
6 sicam proferat: sic illud sanctissimum cor-
pus, clauis, spinis, uerberibusque pertactum
fuit, atque etiam hominum manibus, quæ
illud alapis, & colaphis percusserunt, & ideo
illud appellat psalterium, & citharam. Et in
eodem instanti anima in illud infusa est, &
illi gloriam & splendorem suum communi
cauit, & statim gloriosum, pulcherrimum-
Simile. que surrexit. Sicuti nubes nigra, & obscura,
ubi primum sol in eam reuerberat ita pul-
chra, & splendida efficitur, ut ipse sol esse ui
deatur: ita illud sanctissimum corpus, quod
tam obscurum, ac uerberibus, uulneribusq;
deformatum, & cruore infectum erat, simul
ut anima gloriosissima in illud infusa est,
pulchrum, & splendidum, ut sol remansit.
Luc. 21. Dixerat Dominus: Videte ficulneas, &
7 omnes arbores, cum producūt iam ex se fru
ctum, scitis quoniam propè est æstas: ita, &
uos cum uideritis hęc fieri, scitote q̄m propè
est regnū Dei. Videte (inq̄t) has arbores qua
les sint ī hyeme mortuæ, siccæ, & deformes,
ineunte autem uere non cernitis quomodo
reuiuiscant? Qui naturæ discursum ignora-
ret, & illas uidere folia amittere, & sic mor-
tuas remanere, arbitraretur quod nunquam
deberent reuiuiscere, & qui eas non uidisset
in principio hyemis, & illas ineūte uere ani-
maduerteret, quòd nouas frondes, ac flores
fructusque producerent, & tam uirides, &
decoræ efficerentur, diceret illas denuo re-
surrexisse. Sic (ait Dn̄s) cum uideritis signa
in sole, & luna credite iam prope esse corpo
rum uestrorum redemptionem. Vbi appa-
ret, q͂ corporū glorificationē arborū uiridi
tati comparauit. Et ita nō caret mysterio, q͂
Christ⁹ sapiētissimus Magister decreuerit, 8
ut sua gloriosa resurrectio eo tpe esset, ī quo
nobis ipsa natura resurrectionē persuadet.
Tunc.n. arbores reuiuiscunt, floresq; ac frō
des producūt. Et idcirco dr̄ a nobis Pascha
floridum. Exit igitur bonus Iesus ex morte
triumphum reportans, gloriosus, impassibi
lis, & immortalis, & cum illa gloriosa socie-
tate primam stationem facit ad sacratissi-
mā Virginē genitricē suam, quæ tunc ī ora
tione commorabatur, mœstissima, & lachry
mis perfusa cū maximo desiderio expectās,
qn̄ totum suum bonum aduentaret. Et ecce
Angelus Gabriel ingreditur ad illam, lætis-
simos illi afferens nūcios, sicut attulit olim
de primo ipsius aduentu ad mundum. Et in
gressus rutilanti uultu, ac corpore, flexis ge
nibus illam allocutus est, dicens: Regina cæli 9
lætare, Alleluia, quia quem meruisti portare
&c. Lætare Dn̄a: iam.n. lumen oculorū tuo
rum resurrexit, & uenit ut te consoletur. Sta
tim appropinquabit cum illa multitudine
sanctorum, quos ex infernali carcere abstra
xit. Adhuc eo loquente, ecce sanctus sancto
rum, cum omni illa gloriosa turba ad illam
ingreditur. Cum sacratissima Virgo sanctis
simum filium suum cum tanta pulchritudi
ne, gloria, ac maiestate perspexit, qua lingua
poterit explicari gaudium, & exultatio, qua
eius spiritus repletur est? ò Angeli pacis læ-
tamini cum hac sanctissima uirgine, o cę-
li, o terra, atque omnes creaturæ exultate
propter lætitiam genitricis Dei uestri. Per-
sonant Cherubim, & concinunt omnes il-
li beatorum spiritus dicentes etiam: Re-
gina cœli lætare, & cæt. Prosternit se pre- 10
tiosissima Mater ad sacratissimos pedes bea
tissimi filij sui, & tota exultatione perfusa
non cessat sacratissima illa uulnera maxi-
mo splendore, radiantia osculari dicens, ò
vulnera benedicta, ex uobis nuper tristitiā
accepi: & ex uobis nunc mihi exultatio di-
manat. O corpus sacratissimum, quod ego
tam uulneratum, totq; tormentis afflictum
uidi, tantum nunc mihi uoluptatis affers;

quantum tunc mæroris attulisti. Iam tristi-
tiam meam gloriosa saluatoris mei præsen
tia penitus ablatam uideo. O pater miseri-
cordiarum, & Deus totius consolationis im
mensas tibi gratias ago, quia sic mœstissi-
mum cor meum lætificare uoluisti.

Ipsa die duo ex discipulis eius ibant, &c.
Hæc dies est dies cõsolationis, & ideo affli-
ctorũ consolator sese offert tristib. Qđ.n.in
mundo afflictos, consolatur, est resurrectio,
11 q̃a credunt se cum illo consurrecturos esse.
Iob 19. Cum Iob tam obsessum mærore se uideret,
& à cælo, terra diabolis, & hominibus se per
secutũ animaduerteret: hac sola cõsolatione
subleuabatur dicens: Credo ꝙ redemptor
meus uiuit, & in nouissimo die de terra sur-
recturus sum. Credo (inquit) Redẽptorem
meũ uiuere, & uideor mihi iã nũc illũ susci-
Iob 14. tatum aspicere. Et singulis horis se hac cõsi
deratione muniebat, ut ipse significat dicẽs:
putas ne mortuus hõ rursum uiuet? rñdet
ipse dicens: cunctis dieb. quib. nunc milito,
expecto, donec ueniat immutatio mea. s. ad
resurrectionis gloriam oib. dieb. uitæ meæ
12 (qui oẽs sunt belli, & contradictionis) hac
Iob 11. spe munior, credens ꝙ aliqñ tãdem bellum
in pacẽ, & pœna in æternam gloriam cõuer
tetur, Et 11. c. eiusdem Iob dr̃ de iusto: mise
riæ quoq; obliuisceris, & quasi aquarum, q̃
præterierunt non recordaberis. O iuste ꝓpe
ra nunc, aliqua.n.dies adueniet, in qua labo
rum non recordaberis, & ꝙ bene uixeris, &
aliquid pp Deum passus fueris lætaberis, ti-
biq; oẽs præteriti labores quasi torrentis
diluuies in uere uidebuntur, quæ celerrimè
præterijt, & statim torrens exsiccatus man-
sit. O quanti nostra interest fratres mei ne
hic articulus a memoria nostra excidat, sed
crebro illum meditemur, hac uia ut nós ad
gloriosam resurrectionem præparemus, &
superuenientia infortunia patienter ferẽtes
13 nos consolemur. Atque hęc est una ex expo
Rom. 5. sitionib. q̃ optima quidem est, qua illa uer-
ba S Pauli declarantur, vbi dr̃: resurrexit pp
iustificationẽ nostram. Nam gloriosæ resur
rectionis dñi consideratione, aĩa fide adiuta
in amorem tam illustris status inflammat̃.
Et hinc ꝓuenit, ꝙ a uitijs recedat, peccato-
rumq; suorum pñiam agat, & hac uia ad iu
stificationẽ disponatur. Cũ igitur hic dies
tãtæ lætitiæ sit uoluit dñs his duob. discipu-
lis suis in itinere offerri, atque illis adiungi,
qui tristes erãt, ut merorẽ ab eorum cordib.
auferet, eoq; exultatione repleret. Notate, ꝙ
dicit. *Duo ex discipulis.* Nõ.n.erãt Apostoli:
nõ tm̃ personarum dignitatem, q̃tũ necessi-
tatem considerat: & idcirco magis indigen-
tib. remedio occurrit. Hoc docuit statim in
principio in mundi cõstructione, ꝙ signifi-
cat in illo verbo, ꝙ in Genesi dixit: germi- Gene. 1.
net terram herbã uirentẽ, & facientẽ semen,
& lignum pomiferũ faciens fructum iuxta
genus suum. Erat cælum, sed nondum erat
stellis ornatũ, erat aer, sed nondũ in eo erant
aues: erat ẽt & mare, nõdum tñ erat plenum
piscibus, erat etiam terra, sed nondum erat 14
plantis, nec arboribus exornata. Volensque
hæc oĩa exornare incepit à terra, quæ cælo,
aeri, & mari est inferior. Sic oportet esset fra
tres, ꝙ prius debetis debilioribus, & magis
indigẽtibus subuenire. Ea propter apparuit
dominus prius illis, qui remedio magis in-
digebant, sicut erant mulieres imbecilles, &
hi duo discipuli, q̃ iã fere a fide deficiebant.
Non intrat in hanc regulam sacratissima
Virgo Maria, ut enim supradiximus, ipsa
prima fuisse creditur, quam dñs noster Iesus
Christus post resurrectionem suam uisit.

Ibant ipsa die. Abibãt iã quasi discedẽtes 15
ab schola Iesu Christi sui sanctissimi Magi
stri, q̃a mulieres eos deterruerũt. O quot in
hac die discedẽt ex illis, q̃ dñi discipuli esse,
& in eius sancto seruitio cęperant ambula- Simile.
re. Iumenta, quæ alligata sunt, cũ sic uiolen
ter teneantur, ut primũ a uinculis dimittun
tur cursitãt calcitrãt, ac fugiunt, ita, ut a ne-
mine detineri possint. Sic aliqui ex vobis, cũ
in hac quadragesima alligati fueritis, & uti-
nam non ita sit, si enim uiolenter uincti fui
stis uinculũ illud non fuit amoris: nunc aũt
iã dimissi esse uidemini: reperitis libertatem
saliendi, calcitrãdi, & creatorẽ uestrũ offen-
dẽdi. Videbamini uobis in tempore sancto
alligati esse eo ꝙ tã impudicè, & liberè tur-
pitudinibus uestris uti non possetis, nũc ue-
rò iã arbitramini ꝙ ad oĩa facultatem habe 16
tis. Si fluuius ab alueo abstrahatur, cũ iã ex
lõgo tẽpore profundũ canalẽ aperuerit per Simile.
quem defleuit difficillime ab eo abstrahitur
ubi primũ aũt põt statim oĩa impedimenta
dirũpit, & in pristinũ alueum reuertitur Sic
plurimi ex uobis cũ consueueritis cũ maxi-
ma libertate, & dissolutione uiuere, & cor
vestrũ sinere, ut sensualiũ appetituũ decur-
sum sequatur: cum in quadragesima aliqua
uiolentia uobis facta fuisse videatur (sancti-
monia enim temporis, obligatio confessio
nis & bonũ exẽplum aliorum proximorum
omnia

omnia hæc erant impedimenta, & obstacula, quæ uos per allam partem defluere faciebant) nunc maiori impetu diruptus his obstaculis reuertetur fluuius per pristinum alueum. O fratres mei non ita fit per reuerentiam Dei, ne tanta ingratitudine cum diui-
Simile. na Maiestate utamini: ne uelitis modo recuperare tempus in quo uos à peccatis continuistis. Ecclesiastici in qudaragesima prætermittunt, Alleluia, in pascha te uero pro
17 uno, quod pretermiserunt cātant decem simul: sic uos in quadragesima prætermisistis aliquomodo lætitiam, uanitatemque secularem, conuiuia, & alias uoluptates, nunc uerò in tempore paschali pro una uoluptate vultis decem assumere, uidete qualis modus sit hic religionis Christianæ, & quanta incōstantia in uirtute. Pudeat uos fratres mei tā incōstantes esse: uerbum, quod Deo promisistis toties frāgētes Aduertite quia Sanctus Paulus dicit: Quomodo Christus surrexit à
Rom. 6 mortuis per gloriam patris. Ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Res est profectò terribilis consideratio perfectionis, quam à nobis hic petit Beatus Paulus: dicit ut nos mortales, peregrini, & miseri simus, sicut Christus suscitatus, & gloriosus. Quod imitentur sancti, qui in cælo commorantur bo-
18 nū Iesum gloriosum nō est mirandum, cum de illis cantet ecclesia dicens: qui sequuntur
Apo. 14. Agnū quocunque ierit. Quod autem nobis plenis tot passionibus, & miserijs dicat Sanctus Paulus: quomodo Christus surrexit, ita & nos: hoc est maximè mirandum. Dico quod si diuino fauore adiuti sumus, non petit a nobis rem nimis difficilē. Non enim petit, ut gloriosi simus, sicut saluator noster Iesus Christus, sed ut quemadmodum ille per suam sanctissimam resurrectionem de mortuorum societate exiuit, & ad uiuorum consortium uenit, & dispari ratione uixit, qua anteà uiuebat: ita & nos ad eius imitationem ex omni spiritus mortalitate exeamus, & omnem uirtutem amplecta-
19 mur, atque ad hoc faciendum nos ab omni mala societate separemus, ne iam cum hominibus, mortuis, idest, cum hominibus, qui deditti sunt uitijs conuersemur. Videte (ait Sāctus Paulus) quomodo Christus iam non moritur, & ob hanc causam cum surrexit māsit sindon, & sudarium in monumento: & nudus, gloriaque indutus, & immorta-
Ioan. 11. litate resurrexit. De Lazaro autem dicit San-
Luc. 7. ctum Euangelium quod sindone inuolutus resurrexit, & idem dicit de filio uiduæ. In
triremi quando qui inuiti remigant à remigio foras exeunt, exit semper unusquisque annulo ferreo, pede cōstricto. & partem catenæ baiulans, sicut homo qui iterum ad remigium reuersurus est. Illi resuscitati Lazarus, & alias adolescens cum sindone resurgunt sicut hoīes, qui iterum morituri sunt, qui q; ad sepulchri triremē redituri sunt: idcircò cum uinculis exierunt. Iesus Christus uero tanquā dux prçstantissimus, qui nullo unquā tēpore ad sepulchrum reuersurus est; exit absque sindone immortalitate plenus. Ad cuius imitationem cum a peccati morte resurrexerimus, ab omni mortali culpa, & mortuorum conuersatione oportet nos segregari. Quis uerbis satis dignè poterit explicare quantū sit malæ conuersationis incōmodū? In libris Esdræ dicitur, quod ædificationibus Hebrçis templū Domini post reditum a Babylone accesserunt ad eos gentiles finitimi offerentes se illis cum adiutorio: & dicentes: Aedificemus uobiscum, quia ita ut uos quærimus Deum uestrum. Quibus Zorobabel, & Iosue, & reliqui principes patrum Israel respondetur dicentes: Non est nobis, & uobis ut ædificemus domum Deo nostro, sed nos ipsi soli ædificabimus Domino Deo nostro Israël, & non acceperunt hoc auxilium, solum ut nociuam conuersationē conscientijs suis euitarent, tanquam homines Deum timētes. Heu, heu, quomodo hoc 21
dicam, quam pauci reperientur modo, qui propter timorem Domini, & ut conscientijs suis non noceant, ab illis recedant, à quibus utilitatem aliquā sperant impetrare: quamuis sentiant maximum incommodum spirituale, quod sibi ab eorum conuersatione dimanat: ò si Deus nobis oculos aperiret, ut intelligeremus, quod mala conuersa- Simile.
tio incipit bonos destruere, & malos penitus euertit. Quemadmodum manus quantumcūq; albæ sint, si carbones contrectant, ab illis coniquinantur, & quantumuis uiri- 22
dia sint ligna si multo tempore sunt in igne aliquando tādē inflāmantur, sic licet iustus quis sit, nimia mortuorum, & dissolutorum hominum conuersatione coinquinatur, & incēditur. Aduerte quod homines peccatores sunt carbones, & ignis, aduerte quod te contaminabunt, & comburent. Etiam nobis vult Sanctus Paulus in his uerbis significare nulla m esse uirtutem, quæ prætiosa sit, nisi sit cum perseuerantia, cum dixerit.

Quomodo Christus resurrexit, ita & nos &c. sicut Christus iam nõ moritur, ita oportet spiritualem mortem in nobis non amplius dominari.

Dicit ulterius S. Euãgeliũ, q̃ hi q̃ pficiscebantur erant duo. *Duo ex discipuli Iesu ibãt.*
Luc. 20. Ecce signa discipulorũ Dñi. In eo quod bini
Act. 13. uadãt cognoscetis cuius scholæ sint. Semel eos misit binos ante faciẽ suam. Dicitur, qđ Petrus, & Ioannes ascendebant in templum, Ad orandum, & prædicandum ibant bini: &
23 cũ irent ad adducendam asinam, & pullum eius misit duos ex discipulis suis. Atque hi
Luc. 19. nunc etsi proficiscebantur, quasi aberrantes, non tamen bonam illam mansuetudinẽ amiserant, bini enim ibant. Et hæc societas vltra id quod est solatium, & itineris sublenatio & remedium an puritatis custodiam personarumque cautionem: est etiam excellens medicina ad arrogantiam cõprimendã, quid etenim efficacius reperiri poterit ad curandum superbum, qui cupit esse singularis, & alijs excedere, quã dari huic socium in omnibus æqualem, ut uidens illum caput humiliet, & nõ se tanti æstimet? Hoc decreuit diuina prouidẽtia ad humilitatẽ causandam, ut nemo tã singularis in una uirtute esset quin alium tam perfectũ, aut perfectio-
24 rem ẽt haberet, in quem oculos conijceret. Sicut in lyra omnes chordæ habẽt sui æquales & sunt dispositæ binæ præter eã quę dicitur prima, quæ nullam habet ęqualem, ita in hac ecclesia militanti, quæ est optimè temperata Spiritus Sancti sapientia oẽs chordæ sunt binæ. Hoc est, nullus est quantumuis bonus, qui non habeat æqualem. Sola prima, q̃ est sacratissima uirgo Maria Dña nostra est singularis: quę neq; primam similem uisa est, nec habere sequentem.

Dicit ulterius Sanctum Euangelium, quod hi duo discipuli, *Ibant in castellum.* Proficiscuntur ex ciuitate regia, & pergunt in uillam nomine Emaus. Homines a quo-
25 rum cordibus recedebant Deus, quò uultis ut uadant, nisi ad castellum? Non meministis finem illius filij prodigi, qua patre suo recessit: tandem fuit porcarius, in uilla qua-
Luc. 1. dam, eo enim miseriarũ deuenit. O quam humiles & abiectas cogitationes habent, qui a Deo recedunt. Efficiuntur rustici, & agrestes sicut illi Hebræi, quos cum Deus plurimi æstimaret, & pane angelorum manibus pisto saturaret; non sapiebant rem tã delicatam, & dicebant flentes, in mentem nobis ueniunt cucumeres, & pepones, porrique, & cepe, & allia. Anima nostra arida Nu. 11.
est: nihil alius respiciunt oculi nostri, nisi Man. O rustici, qui cibum domini non sapitis, nisi alias res uiles, & nociuas homini. Tractatio iustorum, est nobilis & urbana. Dauid quærebat dicens, domine quis ha- Psal. 14.
bitabit in tabernaculo tuo? & respondet. Qui ingreditur sine macula, qui ne minima quidẽ macula contaminatus fuerit, sicut ru- 26
sticus, sed mundus fuerit anima: sicut nobilis, & urbanus est mundus uestibus. Qui operatur iustitiam, hoc est quod induat se uestibus iustitiæ: quod omnia eius opera debent esse secundum diuinam legem; ad similitudinem politissimi uiri urbani, opera enim peccatoris sunt sicut uestes rustici, absque forma, & moderamine omnia incompta, & inordinata. O fratres mei si frequenter in cælestis regis cura conuersaremur per affectum, amorem, assiduamque contemplationem, quantum hoc exteriori splendore appareret, quam mundi, & absq; culpæ macula quáque perpoliti, & sanctorum exercitationum uestibus exornati incederemus. Sed nos ut homines abiectorum intellectuum ab hac sancta urbanitate recedentes uilem, 27
& rusticam peccati consuetudinem amplectimur. Et uolumus esse quasi porcarij nostros brutos sensu pascentes.

Cum sic inuicem inter se loquentes in illud castellum pergerent. *Et ipse Iesus appropinquans ibat cum illis.* Ita ut ipsi illum non agnoscerent, & accedens ad eos interrogauit dicens: *Qui sunt hi sermones, quos confertis ad inuicem ambulantes, & estis tristes?* Ecce ingenium Christianorum hominum huius temporis, qui nescimus de Deo loqui nisi cum sumus tristes, cum infirmitate, cum infortunio, persecutione, ac laboribus fatigamur. Tunc agimus quam uanus sit hic mun- 28
dus, & quam prudenter faciant, qui eum relinquunt, & tunc suspiramus ad Deum, si- Osee. 6.
cut illi, de quibus ipse dominus loquitur per Oseam dicens: in tribulatione sua manè consurgunt ad me. Venite reuertamur ad dominum, quia ipse cepit, & sanabit nos; percutiet, & curabit nos. Et quamuis hoc non sit malum; uidemur tamen quasi inuiti hoc facere? & nihil aliud facere posse maximæ imperfectionis est, non agere, nec loqui de Deo nisi in tristitijs, & tribulatione; in uoluptate autem ita illius obliuisci, acsi homines rationales non essemus. Non sic facie- Psa. 136
bat

bat ille, q dicebat, si oblitus fuero tui Hierusalem obliuioni detur dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis si non meminero tui, si nõ proposuero Hierusalẽ in principio lætitiæ meę. Obliuiscar (inquit) ego mei ipsius & faucibus meis lingua adhæreat, si vllo unquam tpe oblitus fuero tui, ô ciuitas Dei. Et quando futura est hæc memoria? in princi-
29 pio lætitiæ meæ. Cum maiorem lętitiam habuero, atq; in principio illius: tunc recordabor, & dicã. Heu est Deus, est cælũ, & infernus: ne tm̃ bonũ amittã, ac tm̃ malũ acquirã pp hanc lætitiam transitoriã. O fratres, q̃ necessariũ est, vt de hoc agatis in medio lætitiarũ voluptatumq; uestrarũ, atq; ẽt in initijs illarum, ne forte mentes uestras præuertant, & illis amentes peccatum aliquod cõmittatis. Quando vaditis ad deambulandum, ad conuiuium, ac recreationem mementote prius, quòd est Deus, & cælum, est etiam infernus: vt ita moderatẽ istis utamini, ut propter illa diuinam Maiestatem non offendatis. Ibant hi tristes, & de Deo loquebantur, & interroganti domino, qui essent sermones illi? re-
30 spondit alter dicens: *Tu solus peregrinus es in Hierusalem?* Hæc eadem verba possumus oẽs illi dicere, q solus ille est in hoc sæculo peregrinus, nos enim oẽs sicut incolæ in eo commorantur, & ita hoc miserabile exilium diligimus, ut sola recordatione, quòd ab eo discessuri sumus mortis doloribus afficiamur. O incommutabilis Deus q̃ miserabile est nos tot, tamque altas radices in terra egisse, quæ quasi transitus ad æternam uitam nobis data fuit, omnia hæc ex eo proficiscũtur, q in aliqua suauia, & delectabilia oculos coniecerimus cum nimio affectu, q̃ quidem Deus nobis dedit, ut appetitus, & desideria Gen. 19.
31 nostra ad æternas delicias excitaret. Quanq̃ Loth iustus erat, dicit sacra scriptura, q cum esse mane rogebant eum Angeli dicentes, surge tolle vxorem tuam, & duas filias, quas habes, ne, & tu pariter pereas in scelere ciuitatis. Dissimulante illo apprehenderunt manum eius, & manum uxoris, ac duarum filiarum eius, eo, q parceret dñs illi, eduxerũt que eum, & posuerunt extra ciuitatẽ. Quid vobis hoc uidetur fratres mei? q cum Angeli ei dicerent, q volebat Deus ciuitatem illam concremare, & illum compellerent, ut exiret, ne ibi cum malis periret, tamẽ simulabat, nec exire uolebat, ita ut necesse esset, q Angeli illos manu apprehenderent, & extra ciuitatẽ educerent, quasi inuitos, mira profe-

ctò affectio, hoĩs, & hoĩs q̃dẽ iusti. Amor n. pulchritudinis, & amænitatis regionis illius illum sic ptinacem reddebat. Amœnitas, & fertilitas. Sodomæ eũ commouit, ut illam in habitationem eligeret, & eadem fertilitas eũ retinebat, quominus ab illa libenter exiret. Sed cum haberet optimus fautores, q̃uis ipse simularet, ipsi tñ illum compulerunt, & extra ciuitatem, quasi renuentẽ deduxerunt. 32
O si Deus Angelos mitteret, qui nos cõpellerent, ut hanc turpissimam Sodomam relinqueremus, ô si talia auxilia in nostris proximis haberemus, vt nobis essent quasi Angeli, q suis verbis, consilijs, ac bono exemplo nos monerent, atq; ẽt cõpellerent, vt ab his incendijs, abominationibus, ac uoluptatibus huius sæculi exiremus, atq; tanq̃ veri peregrini su p faciẽ terræ viueremus. Peregrinus Simile. ex itinere defatigatur pgredi cogitans qua exultatione ab uxore sua recipiendus, & qua alacritate à filijs amplectendus est, & quãtũ gauisuri sunt amici suo aduentu, & q̃uo cum oĩbus delectandus est, atque hac cogitatione, & recordatione itineris sui laborem mitigat ac subleuat, & maxima cum celeritate Heb. 13
33 progreditur desiderans iã domum suam propinquare. Nunc siqdem Christiani sumus, & non habemus hic ciuitatem permanentẽ, sed futurã inquirimus, ut ait S. Paulus; cum hac cõsideratione uiuamus cogitantes q̃uo amici, ac fratres nostri Angeli, pater noster Iesus Christus, Mater nostra sanctissima virgo Maria, ac filij nostri spũales, qui pp nr̃um exẽplũ, & ministerium conuersi sunt, nos sũma cũ alacritate recipiẽt. Hęc consideratio consolabatur S. Paulum in laboribus suis, & 2. Co. 4.
sic dicebat pp q non deficimus, sed licet is, qui foris est noster hõ corrumpatur, tamẽ is qui intus est renouat de die in diẽ, id. n. q in psenti est momentaneũ, & leue tribulationis 34
nostræ, supra modũ in sublimitatẽ ęternum gloriæ pondus operatur in nobis, nõ contẽplantibus nobis q̃ uidentur, sed q̃ non uidẽtur. Quę. n. uidentur tpalia sunt, quæ aũt non uidentur ęterna sunt. O admirabilia uerba, in quibus declarat S. Paulus, ad literam, hæc oĩa, quæ hic diximus quomodo, licet corpore fatigatus, spiritus tamen recreatus breuitatis uitæ, & ęternitatis gloriæ cõsideratione subleuatur, non contẽplans sicut Loth hæc Gen. 19.
visibilia, quæ oĩa cras finientur. Et quamuis Deus nobis præciperet, ut in accensis fornacibus arderemus, & in his ignibus mille annos uiueremus, quid sunt hæc omnia in cõ-

paratione æternitatis bonorum, q̃ spetamus.
Interroganti illos dño de qua loquerent̃ rñderunt: *De Iesu Nazareno, &c. Qũo tradiderunt eum summi sacerdotes, &c.* Nos autem sperabamus, &c. Videte quam plena sunt hæc verba infidelitate. Speramus (aiũt) acsi dicerent, iam nõ est quid, aut quare amplius speremus: Sperabamus in verbo eius, quòd redimendi essemus ab illo. *Tunc ait Ie*
35 *sus. O stulti, & tardi corde ad credendũ, &c.* Et postquam reprehendit eos, cœpit illis declarare sacra scripturas probans illarum testimonio Magistrum illorum uerum esse Messiam promissum in lege, & oportuisse eum pati omnia, quæ passus est, & ita intrare in gloriam suam, & incipiens à Moyse, id est, à libris Moysi. Quapropter notandum est, quod illa omnia precipuè de Saluatore nostro Iesu Christo scripta fuerunt. Sicut, qui facit exemplar, siue formam cymbali, facit illam propter cymbalum, quod secundum eam vult conficere, perfecto autẽ cym-
36 balo optimè potest forma confringi. Forma legis nouæ fuit lex uetus, ita ut nisi futura esset noua, minimè lex uetus scriberetur. Nã frustra fit forma, nisi cum ea aliquid faciendum sit. Nonne vobis uidentur sancti nouę legis perfectiores fuisse quam sancti ueteris testamenti? & tamen uitæ sanctorum nouæ legis, non sunt in sacris literis ascriptæ, licèt enim ipsi in sanctorum numerum relati sint eorum tamen gesta (quamuis uerissimi) nõ sunt in sanctarum literarum in canone scriptæ, uitæ autem, & facta illorum sanctorum veteris testamenti sacræ scripturæ commendata sunt. Et ratio huius rei est, quia illorum facta erant quasi forma futurorum, ita ut nisi futura essent, illa non scriberentur. Et sic non solum diuinæ scripturæ apertè loquebantur de uita, factis, morte, ac resurrectio
37 ne Iesu Christi Redemptoris nostri, sed etiã uitæ, & opera Sanctorum Patriarcharum, erant quasi formæ, & figuræ horum mysteriorum omnium. Et hoc est, quod illis declarauit iter faciens cum eis, quousque cum illis cænans ita sese reuelauit, ut manifestè eum cognoscerent. Hic ipse dominus, qui illos illuminauit, nos etiam per suam misericordiã illuminet, & corda nostra inflammet, ut illorum uiscera incendit, quò diuinę eius gratiæ repleti ei dignè seruiamus, & postea illum in sempiterna gloria uideamus. Amen.

Feria tertia post Dominicam Resurrectionis.

Stetit Iesus in medio discipulorum suorum, & dixit eis: Pax uobis, ego sum, nolite timere. Luc. 24.

POstquam inuentus est scyphus in sacro Beniamin priusquam S. Ioseph sese suis fratrib. reuelaret, introduxit eos in cubiculũ. Gen. 45.
Iam potestis cogitare, quid illic dicerent, & quomodo timerent, nè forte illos torqueret, aut interficeret, & dicerẽt, meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrẽ nostrum. Illis hoc timore perculsis reuelauit se sanctus vir dicens: Ego sum Ioseph frater vester, nolite pauere. Quid similius huic rei esse põt, q̃ q̃ hodie actum est? erant S. Apostoli in unu domo loquẽtes inter se, qũo dñs 2
apparuerat S. Petro, & fortè metu perculsi dicebant ad inuicem, si reprehensurus est nos propter peccatum, quod in eum commisimus deserentes, ut deseruimus illum? illis autem ita existentibus ingreditur dñs Iesus, & stans in medio illorũ dixit illis: *Pax uobis ego sum, nolite timere.* Ego sum frater uester Ioseph, frater uester Iesus Christus, nolite timere, non.n. uenio reprehensurus, sed cõsolaturus uos. O benedicta talis clementia tam benigni dñi, & fælices, qui ei seruiunt, ipsi.n. habebũt eius visitationes, & illius cõsolatione recreabuntur. *Conturbati uerò, &c.* Vsq; 3
ibi: *Palpate, & uidete, quia spiritus carnem, & ossa non hẽt.* Securè hæc vulnera palpare. Quare dñe præcipis eis, vt ista vulnera ptingant ad probãdũ, q̃ uerũ habes corpus? Nõ vides, q̃ renouabunt tibi dolorẽ? Non renouabunt, quia corpus gloriosum nullã iã pœnam, aut dolorem sentit, licet palpetur. Hoc significauit S. Dauid obscurissimis quibusdã uerbis, q̃ Saluatoris nostri noĩe propheta Psal. 21.
uit, dicens: Sicut aqua effusus sum, factum est cor meum tanquã cera liquescens, aruit tanquam testa uirtus mea. Declarat quid fecerit dñs in processu uitæ suæ. Effusus sum (inq̃t) sicut aqua, idest, dedi omnia, quæ habui. Qñ quis alium diligit, in hoc cognoscitur, quod omnia vellet illi dare, ita, ut nihil sibi remaneret. Ostendit Christus Redemptor noster suũ maximũ erga nos amorẽ, effundendo se

sicut

sicut aquam, totum se tradens propter nos. Corpus uerberibus, crucique tradidit, animum uero dedit Limbo, ut deduceret Sanctus Patrem diuinitatem autem in animarum nostrarum uitam dedit: licet enim eius anima gratiam nobis promerit, non tenet in animas nostras introire potest, nisi diuinitas. Vide ergo ò Christiane quomodo omnia, quæ habet tibi mitissimo, ac liberalissimo animo tradit. Considera quomodo
4 das tu quæ habes propter eum, quam moleste facis quicquid in eius seruitio facis. Si illi das opera, non das intentionem, si habes intentionem bonam, non habes opera. O quam pudendum est, quod auarus & illiberalis sis erga illum, qui in te tam liberalem, & munificum se præbet: Effunde, effunde ergo istam urnam, nihil tibi relinquas, trade illi opera, & intentionem, & totum quod es, siquidem ipse se tibi totum tradidit. Dicit ulterius, Factum est cor meum tanquam cera liquescens, idest, quod eius cor sicut cera liquefactū est. In cera quæcunq; lapidē quantūuis pretiosum potestis abscōdere. Da-
Simile. tur alicui aliqua massa ceræ, & dicitur illi:
5 Accipe, & libentissime illā recipe, maximū enim beneficiū tibi facimus, quia illam tibi damus. Dicit autē, qui ceram accipit. Quid mihi hæc cera prodest? scito, quod in ea abscōditus est adamas inæstimabiles. Vbi est, quia illum non uideo? liquefac ceram, & statim deteges adamantem. Natus est in stabu-
Esai. 9. lo Christus filius Dei pauper & egenus, de quo Esaias dicit. Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, Dic s tu: quid mihi prodest, hic puer, pauper, & effundēs lachrymas in præsepio reclinatus. Nescis quicquā. Hæc est cera, q intra se diuinitatis adamantem absconditum affert, uidebis illū cum ceta cœperit liquefieri. Incipit liquefieri in miracula, prædicationes diuinā, cælestemq;
6 doctrinā denique in cruce penitus liquefit, in quibus omnibus æstimabilis diuinitatis adamas demōstratur. O Christe uere hominū amator, cera liquefacta quātum in uita, ac in morte tua liquefactus es, & in miraculis uitæ, ac potentia mortis te uerum esse Deum, & diuinitatis adamānte in humanitatis cera absconditum, habere demonstrasti efficiens, ut terra contremisceret, sol obscuraretur, & lapides alij alios inuicem percuterent, in his te Deum ac uniuersalem rerum omniū dominum esse declarasti. Et sic
Marc. 5. exclamauit Centurio dicens, uere filius Dei erat iste. Addit amplius Dauid dicens, aruit tanquam testa uirtus mea, idest, substantia mea corporalis tanquam vas fictile cocta Simile.
est. Omnibus compertum est, quomodo fiat vrna, aut aliud uas fictile, fit enim sæpe uolutando, & quando fit est molle, & ita in illo quodcunque sigillum imprimeris, postquā autem fornacē missum, & ibi coctū est, iam nihil amplius in eo poteritis imprimere. O Iesu Christe fili Dei æterni, quot pro nobis 7
uolutiones, & reuolutiones fecisti cum ex Pilato ad Herodē, & ex Anna ad Caipham ires, & redires, tūc tener, ac mollis eras quasi testa, quæ fiebat in tua sanctissima carne impressa, sūt uerbera, alapæ, & colaphi, atq; alij plurimi labores, postquam uero in sepulchri fornacem immissus es, ibique animæ gloriæ ignē præfactus, & coctus tā nihil in te imprimitur. Aruit tāquam testa uirtus mea. Optime potestis palpare, & uidere, quia corpus uerū habeo, & non est res phantastica, & nolite timere quod mihi dolorem afferatis iam enim sanctissimum corpus meū est quasi testa fictilis arefacta.

Adhuc illis nō credentibus, & mirātibus præ gaudio, &c. Quo famosior res est, & quo 8
magis desideratur & expectatur eo difficillius credimus, qd illam habemus & circa illam duo pariter nobis contingunt, scilicet quod credamus, & miremur illam, ac si non crederemus. Habet Mater filium charissimū, Simile.
qui multi sunt dies ex quo profectus fuerat in longinquam regionem, nesciebatque vbi esset, quadam autem die improuisus uenit quando illū minus illum expectabat: qn eū uidet tanta est lætitia qua afficitur, ut extra se exire uideatur, & licet illum coram oculis habeat admirans dicit, est possibile quod ueneris fili mi? est ne uerum quod habeo te domi meæ? uix possum hoc credere. Ecce quō gaudiū illam dubitare facit de eo quod præsens habet. Ita S. Apostoli summa exultatio 9
ne admirati credebāt se illū uidere, & nihilominus dubitabant quasi dicentes: est possibile Dñe quod resurrexeris? uix hoc præ gaudio credere possumus. *Ait illis Dñs. Habetis hoc aliquid quod manducetur? & obtulerunt ei partem piscis, & fauum mellis.* Nō legitur Redēptorē mūdi in tota uita sua, nisi post sanctissimam resurrectionem mel manducauisse. In quo docemur quantum seculares dulcedines in hac mortali uita fugere debeamus, & quod omnes in futurum seculum reseruemus, ubi opportuniores erunt.

Quo-

Esa.7. Quomodo ergo Esaias de hoc diuino Dño loquēs dicit: Butyrum & mel comedet? ut intelligatis, quid in his uerbis significare voluerit, notandum est, quod Dauid dicit: de
Psal.80 petra melle saturauit eos. Profecto non legimus, quod Deus eduxerit mel de petra, ut
S. Greg. hom. sup eundem locum ꝑpendit B. Gregorius dicens, quod non legitur, ꝙ Moyses eduxerit mel de petra, sed aq̃: uerum tamen quia quando aquam de petra eduxit, ita sitiens erat populus, ut propter
10 nimia sit in aqua illis tanquam mel dulcis esse uideretur, ideo sacra scriptura respondet appetitui, quo ad bibendum accedebāt, non uero ad quod erat, aqua enim erat, non autem me. Et hoc est quod sapiens dicit, anima saturata calcabit fauū: & anima esuriēs etiam amarum pro dulci sumet. In hoc
Prou.27 sensu dico, ꝙ ita sitiebat Deus labores pro nouis pati, ut hoc esset eius mel, & butyrū, quo magnopere delectabatur, & famem, sitim, frigusque ac ignominias pro hominibus perpeti, illi quasi mel dulce esset. O benedictus talis Deus, benedictus talis Dominus, qui amaritudines, quas ꝓ nobis passus est dulcedines esse ducit. Apes ex genista & ex herbis gustui amaris mel, & dulcedinem elicit. Quid mirū si omnia amara in dulce-
Simile. dinem & suauitatē Dñs propter nos conuer
11 tat? & non solum diuina Maiestas hoc efficit, sed ēt seruorū eius hoc est ingeniū. Nunquid arbitramini labores, uerbera, ieiunia, & reliqua uirtutis, & mortificationis opera in se esse dulcia? non sunt nisi amarissima: sed cū iusti hæc omnia ardentissimo animo amplectātur statim in fauum mellis, & butyrum illis conuertuntur. Idem faciebant Apostoli. & Martyres, qui ibāt gaudentes
Acto.5. à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Postq̃ vapulabant, & lapidabantur, ita alacres, & hilari vultu exibant, acsi maxima benefic a accepissent. Et de glorioso protomartyre Stephano decātat ecclesia dicēs, lapides torrentis illi dulces fuerunt, O quā e-
12 contra nunc facimus quantum enim possumus labores recusamus, & seculares delitias, ac uoluptates inanes diligentissimè inuestigamus, quæ quidem cras finientur, & quibus fortasse æternę amaritudines succedent, sicut contigit illis, quos Esaias commi
Esa. 28. nabatur dicens, væ coronæ superbiæ, ebrijs Ephraim, & flori decidenti glorię exultationis eius, qui erant in uertice uallis pinguissimæ errantes à vino. Væ uobis (inquis) quorū superbia, gloria, & abūdātia est quasi folium decidens. Væ uobis, q meliorem & pinguiorē orbis partē habitabitis, humanarū uoluptatū uino inebriati, quā cito uniuersæ deliciæ nostræ perierunt. Ex hoc intelligi pōt
ratio quare præceperit Deus ut in nullo le- Leui. 2
gis ueteris sacrificio offerretur mel, quæ est dulcedo, quā apes ex herbis: & floribus abstraxerunt, ꝙ fuit ad significādum quod in illis quę Dño offerendæ sunt non oportet es
se gaudiū, aut dulcedinem abstractā à flori- 13
bus, q tā cito marcescunt, ut creaturæ Ne ergo simus quasi apes abstrahētes mel à flo
ribus cum tantum detrimentum animabus Esa.3
nostris afferat, ut illud S. Esaias appellet uinum inebrians quod homines peruertit, & eos insanire faciat. Nostrum cœlestē Magistrum imitemur laboriosas uirtutis exercitationes quasi butyrum, & mel amplectentes, expectantesque ꝙ post mortem melle ac dulcedine illa glorię in ęternum duraturę perfruemur.

Manducās supernus Redemptor inter discipulos suos, ait illis. Hęc sunt verba, &c. *Quoniam necesse est impleri oīa, quæ scripta sunt.* Et clarificauit mētes eorū, ut intelligerēt scripturas, & reperiuit dicens, quoniam
sic scriptū est. In Numeris dicitur. Non est Nu.23.
Deus quasi homo, ut mentiatur? Verbū dñi
non pōt deficere, ideo per semetipsum iurat 14
ut fecit loquens cum Abraham, & dicens, ꝑ Gen.22
memetipsum iuraui. Nulla enim est firmior subscriptio, quā uerbum Dñi. Et ita nomen de quo magis gloriatus est, & sanctū, atque ineffabile nuncupauit, quodque cum tantā ceremonia Moysi detexit, & quasi peculiare beneficium reuelauit, dicens. Ego Dominus, qui apparui Abrahā, Isaac, & Iacob, & nomen meum Adonai nō iudicaui eis, idest etsi erāt amici mei, nō tñ illis meum nomē ineffabile reuelaui, de hoc (inquam) nomine magis gloriatus fuit, qd' maximam eius fir
mitatē, & cōstantiā significat. Ego sum, qui 15
sum, dixit Moysi qui est, qui non mutatur
qui nequaquam retrocedet, nec à ueritate Exod.6
deficiet Maximi æstimat Deus verbū suum Chrysos.
siquidem tantopere amicorum suorum uerba æstimauit, ut, sicut dicit S. Chrysostomus, licet nulla alia esset causa, quare Deus in mundum ueniret, & omnia, quæ passus est, pateretur, nisi quod illud prophetis reuelāuerit, & prophetæ nominibus prædixerint hæc una sufficere, ut in mundum uenisset, & labores quos passus est, toleraue

tit. Et ita cũ de passione sua loqueretur sem-
Luc. 18. per meminerat de scripturis dicens, Consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per
Mat. 26 prophetas de filio hominis. Et sic cum reprehendit S. Petrum in horto, quia volebat suam sanctam Passionem impedire, dixit illi, quomodo implebuntur scripturæ? & hinc est, ꝙ cum mundus illum exoraret, vt humanitatem assumeret: dicebat, vt prophetæ tui fideles inueniantur. Tanti æstimat Deus verba prophetarum suorum. Atq. ideo nunc di-
14 cit: *Quia sic scriptum est, & sic oportebat pati Christum, & resurgere a mortuis.* Hoc verbum: sic oportebat: dicit multa, & significat, atque includit omnes dolores, quos Dominus passus est, qui non sunt uerba, quib.
Simile. explicari possint. Si vultis albedinem alicuius rei exaggerare, dicitis, quòd est quasi nix si vero vultis significare, quàm alba sit nix: non est cur illam comparetis, sed dicitis: est alba sicut tu vides. Ita, vt nobis ostendat, quot labores passus fuerit non habet rem cui eos compararet ipse qui passus est, sed dicit. Sic interrogatis uos: quomodo sic? non est possibile dici quomodo. Dicit ēt oportebat. Quem oportebat, vt sic pateretur? certam est, nos summopere, oportere, vt sic altissima Maiestas pro nobis pateretur, & sic nobis suum ineffabilem erga nos amorem declararet, nobisque patientiæ esset, ac totius virtutis exemplum. Verumtamen non
15 solum nos, verum ipsum etiam Dominum sic oportebat pati, & sic patiendo sanctissimi corporis sui gloriam promereri. Ex bonis enim, quæ possidemus, illa excellentiora iudicamus, & pluris æstimamus, quæ nostro labore ac quæsita sunt. Sic affirmat S.
D.Th.3 Thom. largitur Rex uiro nobili commenp.q. 19. datū duodecim millium aureorum, & ait
artic.3. illi: Hoc commendato te dono eo quòd in multis prælijs mihi fidelissimè seruieris, &
Simile. in illis te constantissimum præbueris. Alte-
16 rum hominem pari commendato afficit, cui dicit: Hoc tibi concedo, quia ita mihi placuit, in te autem nulla sunt merita, propter quæ hoc beneficio dignus sis. Certū est priorem multo maiore cum honore commendatum accipere, quam pôsteriorem. Ita gloriosissimum, atq; honestissimum fuit ꝙ bonus Iesus sui sacratissimi corporis gloriam suis laboribus compararet. Sed dicet aliquis, si ita est etiam oporteret, vt sacratissimæ animæ suæ gloriam acquireret, quæ illi data est in instanti conceptionis suæ.

Dico quod non esset, honor nec perfectio eius, quod illam mereretur, imo hoc dignitatem eius maxime comminueret. Ratio est, quia gloria animę conueniebat Christo redemptori nostro rōne unionis hypostaticę, qui vnita erat verbo, & propter hanc vnionem data est ei gloria, quam habet, & gratia abundantissima, quæ in instanti conceptionis, suæ illi tributa est. Quam si meritus esset aliquādiu sine illa futurus erat, meritū enim dicit respectum ad præmium, quod speratur necdum possidetur, & ita erat indignum animæ Christi, qđ esset unita uerbo, nec tñ gloriam haberet. Alias res exteriores 17
decuit illum mæreri, ut fuit corporis gloria, sui exaltatio, ac suis sanctissimi nominis celebratio. Et sic illud uerbum, oportebat, pōt referri ad nos, & ad supernam eius Maiestatem, quod illum oportebat prius tot labores pati, & sic peruenire ad ineffabilem gloriā, qua hodie resurrexit. De qua possumus dicere, quod Dauid ad aliud propositum dixit: sicut tenebræ eius, ita, & lumē eius. Quales fuerunt tenebræ crudelissimæ passionis, & nox angustiarum eius: talis fuit gloria resurrectionis eius. Qualia fuerūt opprobria, talis fuit glorificatio sanctissimi corporis eius, & triumphus, cum quo resurrexit. Et 18
ita quo magis quispiam coram hominibus propter Deum obscuratus fuerit, & sese humiliauerit, eo magis a Deo in gloria clarificabitur, & exaltabitur. O fratres mei, ne velimus meliores esse, Iesu Christo filio Dei, ut arbitremur, quod sine labore nobis concedenda est gloria: cum nostrum diuinum caput tantopere obscuratum fuerit, & per tot ignominiarum tenebris pertransierit, curemus illum in aliqua re imitari; quamcunque contradictionem patienter tolerantes, & cum nobis defuerit, qui nos crucifigat, sit vnusquisque suiipsius carnifex, corporis sui rebelliones mortificans. Ecce vos admoneo, ut diligenter caueatis ne de uobis conuerso dicatur, sicut lumen eius, ita & tenebræ eius, quod quanto magis hîc gloriamini, & vultis docti, nobiles, ac potentes existimari, tanto magis illic in tenebras hæc omnia uobis conuertentur. O sancte Deus in quantam obscuritatem deuenient illustres huius sæculi, qui tam pingues, perpoliti, & splendidi in hac vita incedunt quam confusos, & obscuros se in futuro sæculo videbunt, sicut lumen eius, ita, & tenebræ eius. Hoc est quod ad literam dicitur in Apoc.

Psal. 38.
Apoc. 28.

Apocalypsi, quantū glorificauit se, & in delicijs fuit, tm̄ date illi tormentum, & luctum. Heu, heu, heu, nō est prudētia in terra ad hęc intelligenda, sed quasi incantati, & amentes propter res caducas, & parui momenti volumus æterna bona amittere, & in perpetuā cōdēnationē incidere, si attente aduertistis fratres mei iam cognoscetis quā apertè Christus Red. N. se resurrexisse probauerit, cū. s. loqueretur, manducaret, & sineret se a discipulis suis palpari, & ostenderet illis vulnera
20 manuū, pedum, & sanctissimi lateris sui, S.
Colo. 3. Paulus dicit. Si consurrexistis, cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Si consurrexistis (inquit) cum Christo iam oportet sapientiam curamque vestram, in terrestribus præcipue, sed in cœlestibus rebus occupari. Et hæc vestra resurrectio ex culpa in gratiam eisdem medijs probari debet, quibus Dominus resurrectionem suam probauit. Primū est, si per veram, puramque peccatorum vestrorum confessionem locuti estis, cum firmissimo proposito iam amplius non peccandi. Hoc maximum est spiritualis re-
Simile. surrectionis argumentum. Canis quam-
21 uis plurima habeat vulnera, si illa potest linguam lambere, facile ab illis curatur, si vero illa non potest lingua pertingere, statim corrumpuntur, & moritur. Ita quamtumuis grauiter vulneratus sit peccator, si vulnera sua lingua attingit, hoc est, si purè cum vero dolore, & cordis amaritudine peccata sua confitetur, statim eius anima sanatur, & gratiæ vitam consequitur. Secundum medium est, si diuinum cibum, quod est ineffabile altaris sacramentum cum debita conscientiæ uestræ præparatione comedistis, Cibus cum proficit tendit in stomachum, & exinde in cæteras corporis partes diuiditur, vt alantur, & accrescant. Vultis
22 quodammodo scire utrum cœlestis hic cib. vobis profecerit, & vtrum dignè illum accepitis, videte an eius uirtus, & gratia per totum corpus diuisa sit? considerate, utrum in capite sit humilitas, in oculis modestia, in pedibus diligentia, in corde amor, in memoria gratitudo in toto denique corpore honestas, & puritas illucescat. Si hæc sunt in uobis, maximum argumentum est quod cibus uobis profecerit, & quod uiui estis, & cum Christo cōsurrexistis, qui est uera iustorum uita. Tertium medium fuit, quòd pedes, manus, ac latus cum pretiosis uulneribus ostendit. O si tam singulare beneficium in nos Deus conferret, ut manuum pedumque affectus uulneratos haberemus. Qui in manibus habet uulnera quantumcunq. minimo ictu aliquem percutiat, maiorem sibi infert dolorem quam alij, quem percutit. atque hæc est una ex præcipuis conditionibus seruorum Dei, quod si aliquando per inaduertentiam proximum suum tetigerint, aut in aliqua relæserint, tristitia, ac dolore conficiuntur. Et qui habet pedes uulneratos difficillimè eos in terra ponit. Tales sunt 23
iusti, qui cum pedes animæ, idest, eius affectiones diuino amore uulneratas habeant, difficulter eos in terra ponunt, & simul habent apertum latus, hoc est, habent aperta, charitatiua, & suauia uiscera erga omnes.

Etiam probauit Dominus resurrectionem, permittens, ut se tangerent, & ita dixit: *Palpate, & videte*. Mirabilis probatio, quòd anima resurrexerit, est tactus iniuriæ, & persecutionis patienter acceptus. Et ita dixit quædam mulier ad Dauid, quasi magnam exaggerationē sic est Dominus meus Rex sicut Angelus Dei, qui neque benedictione, neque maledictione mutatur, super omnia fratres mei uobis magnopere com- 24
mendo, ut hanc Domini sanctissimam Re- 2. Re. 14
surrectionem in perseuerantia imitemini. Iam (credo) audiuistis illa uerba Sancti Pauli, dicentis, quòd Christus iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur: sic Rom. 6.
oportet resurrectionem uestram esse, ut peccatum uobis ultra non dominetur. Maximæ enim confusionis est quòd cum hodie peccata uestra lamentemini, & proponatis nunquam amplius peccare, statim cras ita ex instituto ad ea reuertamini, acsi nunquam tale actum fuisset. In his Ecclesijs parochialibus solent esse duplicia sacraria ad custodiendum sanctissimum Sacramentū. Simile.
Alterum est sacrarium commune ubi solet 25
esse toto anno: Alterum uero est quasi sepulchrum, quod quotannis construitur, in quo Dominus seruatur tātummodo. Feria quinta in Cęna Dñi, & transacto illo paruo tempore illud dissoluitur, & pretiosa ornamenta auferuntur, et ponitur in angulo sacristię, ubi est toto anno plenum puluere, et aranearum telis. Ita experior ego in duplici differentia esse Christianos quidam sunt perpetua sacraria, in quibus toto anno Deus habitat, atq. ēt tota uita, ita sunt cōpositi, moderari

rati, mundi, & in diuinæ Maiestatis seruitio diligentes, ut magnæ cõsolationis sit eos ui dere: alij uero sunt quasi sepulchra. Feria quinta in Cęna Domini. Toto anno sunt in compti, dissoluti, pleni puluere & aranearũ telis, mille immunditijs onerati: adueniente autem hebdomada sancta curant se purgare, & peccata sua confiteri, atque aliquo bono opere sese exornare, eleemosynas largiũ
26 tur. Ecclesias uisitant, sanctissimum Sacramentum assumunt, transacta autem Feria sexta, omnia finiuntur, iam desiderant uidere Pascha, ut ad malum statum reuertantur. O miseri homines, diuinæ Maiestatis il lusores, hoc est, quod proposuistis? Non pudet uos, ita cum Deo infinitæ Maiestatis agere? tam grauis erat uobis uirtus? O capitales hostes uestri ipsorum quare non time tis, ne descendat super uos ira Dei propter tantam irreuerentiam, qua usi estis in Dnm, quem accepistis? qui nondum intrauerat, cũ iam illum a uobis expulistis. Dicit Sapiens:
Eccl. 3. Omnia tempus habent, & suis spatijs transeunt uniuersa sub cœlo. Tempus nascendi, & tempus moriendi. Tempus plantandi, & tempus euellendi, quod plantatum est. Ad omnia facienda tempus designauit, ad ferẽdum, & secundum, ad ridendum, & ploran-
27 dum. Et cum ad omnia tempus designauerit, non reperieris, quod ad peccandum tem pus constituerit. Ad solum peccatum deest tempus, & deesse oportet. Tu uero infælix homo sacratissimum Paschæ tempus ad peccandum designas. Adueniet (inquit) Pascha, & ibimus in domum meretricis, ad ludum reuertemur, sicut antea eramus, & peiores quidem efficiemur. O mendaces uos, & per-
Simile. fidos Deos? Aduertite quid in hoc triduo Paschæ feceritis, & uidebitis utrum ueritatem dicã, necne. O Christe uitæ reparator, mortis triũphator, miseriarumq; nostrarum subleuator, qui animas nostras tanto pretio
28 redemisti, hæc est Domine gratitudo nostra ita tuæ altissimæ Maiestati persoluimus beneficia, quæ in nos contulisti, & quotidie cõ fers? Quid erit nobis pro tanta irreuerentia? ò fratres mei, ne ultra huius clementissimi Domini furorem prouocetis, sed si forte in noua crimina reincidistis, reuertimini puro corde, & agite pœnitentiam, & sic dabit uobis Dominus suam gratiam, & postea sempiternam gloriam largietur. Amen.

Feria V. infra Octauam Resurrectionis.

Maria stabat ad monumentum foris plorans, &c. *Ioan.* 10.



NArrat Beatus Ioannes, quod in die sanctissimę Resurrectionis uenit Maria Magdalena diluculo ad sepulchrum, & ut ex 1
alijs Euãgelistis patet, uenit cũ alijs sanctis mulieribus, & ut accesserunt ad sepulchrum, uiderunt custodes humi prostratos semimortuos, & timore perculsos (uisio enim Angeli, & eius terribilis aspectus eos deterruit) atque ut sanctæ mulieres eodem timore non percuterentur, ipse Angelus in forma iuuenis pulcherrimi suauissi mis uerbis illas allocutus est, dicens. Nolite Mar. 16.
expauescere. Siquidem Dominum cum pietate quæritis, non oportet uos timere. Timeant sacrilegi custodes, illum cum infidelitate custodiunt. Iucundissimos illis nun cios refert, scilicet, quod Dominus resurre xerat, & præcipit eis, ut de hac re sanctos A- 2
postolos certiores faciant. Properant sanctę mulieres, & hæc illis nuncient, ipsi uero ar bitrabantur illas insanire. Properant Sanctus Petrus, & Sanctus Ioannes ad monumẽ tum, ut uiderent, utrum ita esset. Sepulchrũ uacuum conspiciunt, nec inuenerunt custodes, iam enim in ciuitatem abierant. Reuertuntur Sancti Apostoli ad suos, & eis nuncient, quomodo sanctissimum corpus iam non esset in sepulchro, Sanctæ uero mulieres, quæ post duos Apostolos iterum iuerãt ad monumentum, & si illi discesserunt, ipsæ tamen illic remanserunt. Quarum duæ in alias partes horti abierunt, sancta uero Magdalena illic ad ostium monumenti so- 3
la mansit amare plorans, quasi immemor omnium, quæ sibi comitibusque suis Angelus dixerat. Et hoc est, quod dicit hodierna lectio sancti Euangelij quod: *Maria stabat ad monumentum foris plorans*. Et si aliæ a monumento recesserunt illa non recessit, amor enim ardentissimus non permittebat eam illinc abire. Ita dicit Origenes super Origen. sup. Ioã.
hunc locum. Amor faciebat illã stare, & dolor cogebat illã plorare. Et dolor renouatus fuerat, q͞a quẽ antea mortuũ plorabat, nunc

mor-

mortuum, & sublatum lamentatur: & hic nouus dolor efficiebat, ut nouas & irremediabiles lachrymas profunderet, nullum enim consolationis genus habebat. Cum dilectissimum Magistrum suum in sepulchro mortuum haberet, aliquam consolationis causam habebat: cum autem illum nec uiuum, nec defunctum haberet, uidebatur sibi nihil amplius habere, quo se posset consolari. Nec timebat, nihil enim habe-
4 bat, quod timeret cum uitæ suæ uitam amisisset: & satius ducebat esse mori, quam uiuere, nam fortasse moriens illum inueniret, quem uiuens non poterat reperire. O quam merito dicit diuina scriptura, quod fortis est, ut mors dilecto? quid plus in hac sancta muliere mors posset efficere, quam
Cant. 8. amor effecerat? Tota enim erat exanimis, insensibilis, atque omnium rerum immemor, illius solum recordans, quem intimo cordis amore super omnia diligebat, nihil illi præter lachrymas remanserat, & sic mœstissimo planctu lachrymans dicebat. Heu me creaturarum omnium afflictissimam? Nescio utrum eligam: si iuxta monumentum mansero, non reperiam, Dominum
5 meum: Si recessero, nescio infœlix, quo pergam. Recedere ab hoc sepulchro est mihi mors intolerabilis, melius erit mihi hic manere nam si hinc abiero, forsitan cum rediero, illud euersum, & humi prostratum reperiam. Hic manebo, hic plorabo, hic moriar, ut saltem iuxta Redemptoris mei monumentum sepeliar. O quam fœlix, & beatum esset corpus meum, si iuxta diuini Magistri mei sepulchrum sepeliretur? & sic lamentans iterum, atque sanctum sepulchrum aspiciebat, & cum semel se inclinaret, uidit duos Angelos rutilantibus uestibus coopertos, sedentes in lapide, qui fuerat super monumentum, qui hilari aspectu, cum illa cœperunt iocari, & percontari: *Mu-*
6 *lier quid ploras*? quibus illa amaritudine plena respondit, dicens: *Tulerunt Dominum meum, & nescio ubi posuerunt eum.* Cum sic loqueretur uidit illos speciosos iuuenes surgere, ut loquerentur cum quodam homine superueniente. Et conuertens se, ut uideret quis nam esset, quem illi uenerabantur, uidit iuxta se hominem, & existimauit illũ esse hortulanum, qui dixit ei: *Mulier quid ploras*? O Christe uere afflictorum consolator tu, qui es infinita sapientia nescis quare hæc mulier ploret? quare illam interrogas, quid ploret? Optime sciebat Dominus cur ploraret: sed illam interrogauit, ut illa cum responsione haberet occasionem demonstrandi fortitudinem amoris sui, & inuictum animum, quo erat ad seruiendum Domino suo, quem uere ipsa declarauit, cum arbitrans illum esse hortulanum ei dixit: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi, ubi posuisti eum, & ego eum tollam. O quam generosum, & quam uirile mulieris
pectus? Nec illam in initio noctis tenebræ 7
terruerunt, quominus ad monumentum ueniret, nec timuit sciens monumentum a militibus diligentissime custodiri, qui illam possent apprehendere, & ad iudices uinctam deducere, nec uidens eos semimortuos, & humi prostratos, nec cognoscens lapidem grauissimũ esse, quem nec ipsa, nec eius comites possent euoluere: nihil horum illi impedimento fuit, quominus ad monumentum accederet. Nec modo illi graue uidetur onus cadaueris; sed dicit se solam illud sublaturam esse. O diuini amoris perfectio, quæ ueros amatores per omnes difficultates facis pertransire? Idcirco conuenienter B. Augustinus dixit: Amor meus, 8
pondus meum. Amor est pondus animę. Aug. lib. 13. cõfe. c. 9.
Sicut pondus attrahit post se lapidem, & illum in centrum deducit. Sic amor animam ad se attrahit, & mirifico quodam impetu Simile.
ad Deum, qui est eius centrum illam deducit. Considerate ingens saxum de montis cacumine excissum, qua uelocitate, & impetu præcipitatur, quem strepitum excitat, quomodo arbores confrigit, parietes euertit, atque omnia obstacula, quæ decursum illum sibi poterant impedire, dirumpens; & quæcunque sibi offeruntur, dissipans; non sistit quousque ad infimum locum peruenit; ubi tandem quiescit. Hæc profecto est una ex præclarioribus similitudinibus, quibus amor, & anima, quæ uere diligit, decla-
rari potest. Quod sicut saxum suomet pon- 9
dere attractum, sic anima amore attracta dissoluit omnes difficultates, quæ eam impedire possunt, quominus ad Deum accedat. Atque hac metaphora, & similitudine optime declaratur admirabilis illa exaggeratio Sancti Pauli dicentis: Quis nos separabit a Charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius: certus sum enim quia neque mors, neque uita, neque Angeli, neque principatus, neque uirtutes, &c.

neque

neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. O quam magnum, & quod pondus amoris hoc erat? O ingens saxum, quod onere suo omnes difficultates cõfringis? Considerate hunc diuinum Apostolum, & reliquos eius socios de quibus ipse loquitur quasi saxa, quæ per montem præcipitantur, quomodo omnia obstacula, & difficillimos labores amoris sui pondere dis-
11 sipabant. Attendite, quomodo per famem, carceres naufragia, & alios labores transierunt, & nihil horum eis impedimento fuit quominus ad Deum, quod est eorum centrum peruenirent. Videte quam merito dicat, quis nos separabit à charitate Christi? cum (inquit) habeamus amorem quasi animæ pondus, quis nos separabit ne ad hanc claram uisionem, & fruitionem Dei accedamus, quem tantopere diligimus? certus sum, quod nihil nos ab hoc poterit separare. Etiam hoc diuinum pondus Dauid sentiebat cum diceret, quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo transgredior murum. Negotia regni, uanitates, contentiones, uoluptates, & cætera huiusccemodi, quæ clari status secum afferunt, muri sunt, qui
12 hoc animæ iter impediunt. Veruntamen Dauid omnes hos muros diuini amoris
Psal. 17. feruore transgrediabatur. Saxum maximũ cum decidit, quis ualeat retinere? Animam sanctam, quid poterit impedire ne ad Deũ accedat? Nihil profecto illam poterit impedire. O vtinam diceremus cum Dauid? in te eripiar à tentatione. In te Domine tua ope adiutus, & tuis promissionibus confortatus, nullam fiduciam in viribus meis habens à tentationibus uictoriam reportabo, & oẽs laborum, & uoluptatum muros transgrediar, ut ad te perueniam. Animaduertite fratres mei res, quas diligitis, ludum, conuersationem fœminarum, &c. Hæc omnia sunt muri, qui uobis hunc cur-
13 sum ad Deum impediunt. Hos muros omnes Dei auxilio confortati transgredimini. Verum quid erit, si leuissima quaque re detinemini? signum est, quod amoris pondus non est in uobis. O anima Christiana erubesce, & confundere, quod lapides tibi excellat: illi enim non sistunt, quousque ad centrum suum deueniant, ut uero sistis, cum nondum ad Deum accesseris. Res, quæ ex cidens, quouis minimo flatu retrocedit, aut est pluma, aut stipula, aut aliquid aliud leuissimum. O miseram, & infœlicem animã, quæ minimo quoque flatu retineris, & quæcunque ueniæ te regredi faciunt, quia es stipula sicca, & parata ad ardendum in æternis inferni ignibus. Quomodo verbera, carceres, & mortem transgredieris (ut realiter facere teneris oblata necessitate) siquidem quolibet honoris puncto, aut belluarum uoluptate, aut minima quaque utilitate du- 14
ctus à virtutis via regredieris, & in peccatum præcipitaris? Dixit sanctus Paulus. Nõ- Heb. 12.
dum enim usque ad sanguinem restitistis, aduersum peccatum repugnantes. Nondum (inquit) ad sanguinem effusionem peruenistis, ut peccato resisteretis, & Deum non offenderetis. Et multis ex uobis dici potest, quod non modo, usque ad sanguinis effusionem peccato non restitistis, sed ne minimum quidem detrimentum ad euitandum peccatum perpessi fuistis: sed pro leuissimis quibusque rebus passim Deum ostenditis. Si uideretis plurima saxa in aere detenta, non miraremini? O quantum miraculum esset si res tam graues, ut saxa, suspensæ in aerem uiderentur. O animæ rationales animaduertite, quod propensio uitam ha- 15
betis ad beatitudinem, multo grauior est saxorum pondere. Quomodo ergo in aere detinemini. O rem stupendam ò mirationem Sathanæ industria exquisitam. Omnes. ut seculares honores, diuitiæ, uoluptates, & his similia sunt aer, & in hoc aere detinemini? Aduerte homo, quia omnes insulsitates, quas in creaturis reperis, sunt quasi alapæ, quibus ipsæ te percutiunt, ut ab illis recedas, & ad Deum confugias, & acsi unaquæque te reprehendens diceret: quid accedis ad me nuser? Non sum ego bonum tuũ, nõ sum ille, quo tu indiges. Progredere, & prosequere uiã tuam, ne sistas in me, hoc enim esset in aere sistere. O Deus æternæ Maie- 16
statis quomodo fieri potest, quod ad te omnis anima non cõfugiat? quomodo fieri potest, quod cum absque te in aere detineatur, rideat, & exultet? quomodo fieri potest, quod cum sit tanti boni capax ad illud nõ confugiat, sed in tanto malo remaneat? O centrum infinitum, & infinite bonum, atque ideo infinite attractiuum, quare omnes nos non trahis post te? Mirabilius est profecto intelligenti hoc animas ita uidere, quam saxa in aere suspensa conspi-

Aug. li. medit. cere. Idcirco Beatus Augustinus exclamabat, dicẽs. Quid per multa uagaris homuncio quærendo bona animæ & corporis tui? Quære unum bonum, in quo sunt omnia bona, & sufficit. Ibi enim est quicquid amas, & quicquid desideras. O homuncule, quare conturbaris, in creaturis tranquillitatem quærens? non enim illam reperies, in-
17 quire Deum, in quo sunt omnia, quibus indiges. Hæc est una ex rebus, de quibus
Hier. 2. Deus conqueritur grauioribus uerbis, quam sunt in sacris literis dicens per Hieremiam: Obstupescite cœli super hoc, & portæ eius desolamini uehementer, dicit Dominus, Duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderunt sibi cisternas: cisterna dissipatas, quæ continere non ualent aquas. Cœli, id est, omnes Angeli beati obstupescite, & portæ cœlis, qui estis sancti mei, qui adhuc in corporibus commoramini, per quos quasi per ianuas multi ingrediuntur in cœlum desolamini, id est, contristamini, usque ad mortem, propter tantam amentiam, & cęcitatem. Relinque ergo, relinque, quæso, ô anima Christiana has cisternas dissipatas, quas tanto cum labore fodisti, & accede ad
18 fontem infinitæ suauitatis.

Considera per quot difficultates transierit hæc beata Magdalena, ut reperiret illum quem uerè eius anima diligebat, & attende, quam inuincibili animo tota lachrymis perfusa, dicat: *Domine si tu sustulisti eum, dicit mihi, ubi posuisti eum, & ego eum tollam.* Non amplius contineri potuit fons misericordiæ Iesus Christus filius Dei, sed eius lachrymas, & afflictionem considerans mitissima uoce illam allocutus est suo nomine illam nuncupans, *Maria*, ita, ut statim in uoce cognouerit esse bonum Iesum. O quãtum ualent lachrimæ apud hunc altissimũ
19 Dominum, & quantum hæc beata mulier illis impetrauit. Videns clementissimus Dominus illam pro peccatis suis lamentantem statim illi pepercit, uidens illam pro fratre mortuo lachrymantem illico eũ suscitauit, Nunc autem audit eam in sepulchro plorantem eo quod arbitraretur aliquem sustulisse Redemptorem suum, & statim apparuit illi. O lachrimæ potentes, quæ in cœlo Angelos delectatis, & in terra peccatorum maculas lauatis, & diabolis iurisdictionem aufertis, atque etiam infinito Deo uim inferre uidemini? O fratres mei siquidem necessitatem habetis, & uos quotidie in plurima scelera lapsos uidetis, utimini his armis ad inuincibilem Deum superandum, illumque subiectum ad cor uestrum afferendum. Nam ipse Dominus declarauit lachrymas mirificam
quandam artem esse ad ipsum uincendum, Cant. 5.
cum dixit: Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quia
caput meum plenum est rore, & cincinni 20
mei guttis noctium. In his uerbis significat diuinus sponsus lachrymas quas propter illum sponsa effuderat, eam immaculatam, & columbam sine felle reddidisse: & illas lachrymas esse rores quos ipse in capite afferebat per diuinam acceptationem, à quibus attractus, & quasi compulsus ueniam rogans eam, quæ antea fuerat rogatrix. Ac si clarius diceret. Lachrymę tuæ me deuicerunt, ipse me tibi afferunt, quapropter rogo te, ut aperias mihi. O admirabilem Dei clementiam, qui duabus lachrymis puro corde, & cum uera contentione effusis se patitur superari, & uenit quasi deuinctus, ut animam, quæ antea peccatrix
erat, suauissime osculetur, & amplectatur
ut sancta mulier diuinum Redemptorem 21
suum agnouit, uoluit se ad sanctos pedes eius prostrare dicens: *O Magister*, Dominus autem cohibuit illam, & dixit. *Noli me tangere, nõdum enim ascendi ad Patrem meum.* Quare Domine non uis, ut hæc mulier pedes tuos attingat, cum illi sibi iure comprentant? Cum esset peccatrix permisisti, ut illos tangeret lachrymis suis lauaret, & capillis capitis sui tergeret, cum autem nunc sit sancta, non sinis, ut illos attingat? Multum interest (ait Dominus) inter tempus, & tempus. Quando illa pedes meos tetigit erant mortales, & perinde remedium peccatorum, mea enim mortalitate promerui ui-
tam peccatoribus mortuis in peccato. Et 22
tetigit peccatrix mortua pedes mortales, & in illis uitam inuenit: Nunc autem sunt iam pedes mei gloriosi, & quamuis hæc mulier sic sanctificata, est tamen mortalis, & in hac uita uiuit. Quapropter non licet illi glorioso, pedes attingere. Gloria enim non in hoc sæculo, sed in cœlo attingenda est. Ideo illi dicit: *Noli me tangere, nondum enim ascendit ad Patrem meũ.* Id est, nondum tu ascendisti ad Patrem meum.

meum. In nomine enim Christi Iesu, qui est caput, omnes iusti, qui sunt eius membra, intelliguntur; & ita intelliguntur obscura illa verba, quæ dixit Dominus: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit
Ioan. 3. de cœlo filius hominis, qui est in cœlo. Super quæ verba dicit B. Augustinus. Domine
Au. sup quomodo est istud? ergo nemo illuc præter
Ioann. te ascendet? Quod si ita est, uæ nobis. Respondet idem sanctus, dicens: Si quis de
23 monte nudus descendit, & iterum uestitus ascendit, idem est, qui ascendit, & qui descendit. Sic descendit filius Dei per humanitatis assumptionem, & postea pretiosis uestibus indutus ascendit, qui sunt electi eius,
Isa. 49. ut dixit Isaias. Omnibus his velut ornamento uestieris. Nullus enim perpolitus iuuenis uestimenta sua tanti æstimat, quantum Deus de suis iustis gloriatur. Ideo ornamenta sua illos uocat. Ergo idem est qui descendit, ac qui ascendit, & in omnibus iustis dicitur Christus ascendere, quia illi ascẽdunt quasi uestimenta, & quasi mẽbra eius. Quapropter dicens Magdalenæ. Nondum ascendi ad Patrem meum: uoluit dicere: Nondum tu ascendisti ad Patrem meum, & siquidem nondum ascendisti, noli quandiu
24 es in hac mortali uita gloriosum quicquam pertingere. Significans quod omnes res gloriosas, & honoratas in futuro seculo habere cupiamus: hic autem ne minimo quidem digito illas attingamus. Hic est vnus ex sensibus, qui his verbis assignantur, etsi ego illum moralem potius, quam literalem iudico. Sensus igitur magis literalis (meo
Sensus literalis. iudicio) qui illis assignari potest hic est scilicet, cum Dominus dixisset discipulis suis: uado ad Patrem: arbitrabatur Magdalena quòd statim esset profecturus post resurrectionem suam, & idcirco uellet statim illic eo frui, & familiarissimè cum eo agere, hoc
25 est enim uelle illum tangere. Ait illi Dominus: Noli me tangere nondũ enim ascendi ad Patrem. Acsi diceret: Nondum proficiscor, nõdum discessi, adhuc tecum sum. Vade ad fratres meos, & dic eis. Ascendo ad Patrem meum, & Patrem uestrum, Deum meum, & Deum vestrum. Fac hoc, quod tibi præcipio, ad istud enim adhuc tempus erit. Quemadmodum si tabellarium ad o-
Simile. stium stantem ostiarius rogitaret quos nuncios, aut quæ negotia afferret, & ipse diceret: ubi dicito Domino, ꝙ sum hic, quia ad istud adhuc tempus erit, nondum discessi, adhuc hic sum. Sic se habuit Christus Redemptor noster cum hac sancta muliere. Ex quo apparet ardentissimus amor, quo diuinus Magister discipulos suos diligebat, & desiderium, quod habebat citò eos consolandi. Siquidem non vult, ut hæc sancta mulier commoretur, ne minimo quidem tempore, quòd posset consumere in amplectendis, & deosculandis sitis diuinis pedibus.
Etiam eius amor ineffabilis ostenditur in il- 26
lis uerbis, quæ dicit. *Dic fratribus meis*, O quæ uerba tam suauia, quæ sagittæ tam acutę, tamque penetrabiles ad corda quantumcunque dura transfigenda. Ea propter vocatur Christus Redemptor noster in sacris literis arcus. Vt dicit S. Propheta Haba- Haba. 3.
cuc loquens cum ęterno Patre: suscitans suscitabis arcum tuum. Arcus, qui confractus est cum nimium clauis crucis reflecteretur, & hic arcus per admirabilem Patris sui potentiam resurrexit, & ideo dicit, suscitans suscitabis arcum tuum, & uocat illum arcum quia omnia eius uerbum fuerunt mitissimę sagittæ, ac tela suauissima ad corda transfigenda, eaque ad sui diuinam obedientiam redigenda. Verum quid erit fratres mei, si 27
audientes tam frequenter dulcissima huius diuini Domini uerba, quæ sunt quasi sagittæ emissæ a tam potenti arcu, uos tamen integri, sine vulnere, ac sensu in cordibus uestris remanseritis? ò uiscera adamantina, quibus nõ infixæ sunt tales sagittę? quid de tanta duritate sperari potest? contristamini, & pertimescite cum postquam plurima uerba Domini audieritis sine deuotione, & compunctione exitis. Multò magis uosmetipsos admiramini, quàm si videretis sagittam summa cum contentione, & impetu immissam ad humanum corpus peruenire, nec tamen aliquam in eo operationem facere. Dic fratribus meis: *Ascendo ad Pa-* 28
trem meum, & Patrem uestrum, vbi optimus Iesus fatetur suum, & nostrum unum esse Patrem ac Deum. O quam similem nobis se in omnibus voluit efficere? ut exaggerat S. Paulus, ò diuine Redẽptor pro utro istorum tibi prius gratias agam? Quia patrem Phil. 4.
tuum fecisti Patrem nostrum? An quia Deũ Heb. 4.
nostrum fecisti Deum tuum? in priori ita nos extulisti, ut nos quodammodo tui ęquales effeceris: in posteriori uerò te ita humiliasti, ut ęqualis nobis fueris effectus. Antequam

tanquam ô superne Domine humanitatem nostram assumeres Patrem habebas, sed nõ habebas Deum, nos verò habebamus Deũ, sed non noueramus Patrem. Veniens autẽ ad nos, & humanam assumens naturam, Deum accepisti; nobisque patrem præstiti-
Rom.8. sti. O quam clementem, & liberalem te in vtroq; præbuisti. Nunc tuo spiritu adiuti
Mat.27 audacter dicimus; Abba Pater, & tu nobi-
29 scum dicis; Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me? O rem admirabilem, ac dignam, quæ amoris uisceribus recipiatur? Deus habet Deum, & Deus vocat in auxilium Deum in agone suo, & factus est Deus seruus, vt seruus Dei filius efficeretur. Humiliauit semetipsum, ut homo illuc vsque ascenderet. Agimus tibi gratias Domine, quia ita te humiliasti, iterum tibi gratias agimus, quia nos ita sublimasti. Per uiscera misericordiæ tuæ te rogamus, vt nos doceas tibi per tot, tantisque beneficijs gratias agere, teque vt verum fratrem ac Patrem diligere. Vt sic disponamur ad participandum nunc gratiam tuam, & in futuro seculo gloria perfruendum. Ad quam nos perducas, Amen.


LAVS DEO.



SECVNDA PARS QVADRAGESIMALIS,
IN QVA CONTINENTVR OMNES DOMINICAE,
Quæ in sacrosancta Ecclesia solent decantari, a Dominica in Septuagesima usque ad Feriam secundam post Dominicam Resurrectionis inclusiue, & oẽs feriæ quartæ, quintæ, & sextę quadragesimæ, Sabbataque filii prodigi, & mulieris adulteræ.

Dominica in Septuagesima.

Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, &c. *Matth. 20.*

Chryso. 
BEATVS Chrysostomus exponens ista uer-
2 ba Matthæi dicit, unũ ex nominibus, quæ hõ post peccatum iure optimo cõparauit, fuit mercenariũ appellari. anteq̃ peccatores, dñs erat. Et sic dixit Deus
Gen. 1. primis parentibus. Dominamini piscib. maris, & uolatilib. cęli, & uniuersis animantib.
Iob. 14. quę mouentur super terrã. Post peccatum autem sicut mercenarij dies eius. Ante peccatum facile gloriã cõpararet: sed post peccatum ẽt diligẽtissime laborãdo in periculo illius consequendę, aut amittendę uersatur ut.n. dicit Apostolus: non sunt condignę pas
Rom. 8. siones huius tpis ad futuram gloriã. Anteq̃ homo in peccatum laberetur, suauissimis eum, ac maximi amoris uerbis alloquens
Gen. 1. Deus dixit ei: ecce dedi uobis omnem her-
3 bam afferentem semen super terram, & uni-
Gen. 3. uersa ligna, quę habent in semetipsis semen tem generis sui, ut sint uobis in escam, post lapsum autem peccati dixit ei. Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes eam cunctis diebus uitæ tuæ, in sudore vul-
Chryso. tus tui uesceris pane tuo. Hoc considerans B. Chrysostomus dixit: Omnes mercenarij sumus, & sine opere esse non possumus. Et sicuti ad corporalia alimenta acquirenda necesse est plurimum laborare, sic ẽt ad spiri-
tualem sustentationem consequendam ma- 2. Th. 3.
gno labore opus est; si.n. de jis, qui corporaliter uolebant laborare dixit Apostolus: Si 5
quis non vult operari, nec manducet: multomagis in perpetuum ieiunabit, qui in hoc sæculo noluerit laborare, seque in diuinæ legis executione, exercere neglexerit. Hoc Pro. 20.
aperte significauit sapiens dicens: pp frigus piger arare noluit: mendicabit ergo in æstate, & non dabitur illi. Nam qui in huius uitę hyeme non laborarit, uacuis manibus in alterius uitæ æstate in perpetuum remanebit. Luc. 11.
Itaque homo otiosus etiam pane, quo hic uescitur, est indignus, & illi in futuro sæculo gloria denegabitur. Et idcircò talis deberet erubescere, dicere. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et ita dicit B. Chryso- Chryso.
stomus ubi supra: si mercenarius ea die quã opus non fecit, erubescit intrare domum, & petere panem, quomodo tu non confunderis intrare Ecclesiam, & stare in conspectu 6
Dei, quando nihil boni egisti?

Ob hanc causam comparatus est dñs patrifamilias, qui exijt conducere operarios in uineam suam: quia oẽs Christiani sunt tanquam mercenarij a Deo conducti ad laborãdum, & labore suo denarium diurnum, quæ est celestis beatitudo, cõparandum. Et dr beatitudo denarius diurnus, quia est præmium, quod pp decem pręceptorum Dei obseruantiã redditur. Veruntamẽ offertur hic

Rom.3. maxima difficultas. Quia S. Paulus dixit:
oes peccauerunt, & egent gloria Dei iustifi-
cati gratis per gratiã ipsius, per redẽptionẽ,
quæ est in Christo Iesu. Hoc uerbum, gloria
Dei, duas habet expositiones, quarũ altera
est: siquidẽ oẽs peccauerunt, oẽs indigent ue-
nia peccatorũ. Et est ualde pẽsandum, q̃ pec-
catorum ueniã appellat Apostolus gloriam
Dei. Quia unum ex ijs, ex quibus, si Deus de-
nuo gloriam posset recipere, maiorẽ volupta-
tem, gloriamq; perciperet, est remissio pecca-
7 torum, hoc est peccata dimittere. Et sic ma-
nifestat ecclesia suis uocib. dicendo: Deus,
qui oĩpotentiam tuam parcendo maximẽ, &
miserando manifestas. Quid ad hoc respon-
debunt uani hoĩes, & superbi huius seculi, q.
si illatam sibi iniuriam dimittant, dedecora-
tos se remanere arbitrantur, & rñdent roganti-
bus se, ut iniuriã dimittant, neq; eam ulci-
scantur, sed persecutores suos ament: se ho-
norẽ, si hoc fecerint, esse amissuros, & femi-
neos esse iudicandos? O miser, atq; infelix,
non animaduertis, q̃ Deus parcendo suam
uel maximẽ potentiã manifestat, & peccata
dimittere, gloriã suam esse ducit? quo ergo
dicis tu tuũ esse dedecus iniuriam dimittere?
8 Exi frater charissime ab isto errore, & maxi-
mam mũdi totius gloriam esse crede, Deum
imitari, & ea, quæ diuina ipsius maiestas
præcipit, adimplere. Altera declaratio uer-
borum Apostoli est: siquidẽ oẽs peccauerũt,
oĩbus necesse erat Deũ hoĩem fieri, & mun-
di redemptionẽ operari. Et hoc redẽptionis
opus appellat Apostolus gloriam Dei. Diuer-
sis operib. oñdit Deus perfectionum suarum
diuitias. In creatione mundi oĩpotentiam
suam demonstrauit: in administratione, con-
seruatione, & moderatione ipsius sapiẽtiam
oñdit in peccatorib. tolerandis patientiam
manifestat in supplicio Angelorum aposta-
tarum iustitiã suam patefecit: in reparatio-
ne autem generis humani per unigenitum fi-
9 lium suũ incarnatum, ac mortuũ, gloriã suã
demonstrauit. Hic summã, ac pelagũ perfe-
ctionũ suarũ declarauit, hic suas ineffabiles
diuitias, potentiam, iustitiam, misericordiã,
sapientiam denique detexit. Quod autem in
his uerbis maxime notandum est, quodque
ad nostrũ propositum magis conducit, est q̃
dicit, iustificati gratis per gratiã ipsius. Ergo
si gratis, quare vult nos operarios esse, &
laborare, ut sudore vultuũ nostrorum merce-
dem, quam nobis daturus est, mereamur? &
anteq̃ ad hoc dubiũ respondeã, oportet uos
propositione catholicæ ueritatis optime co-
gnosceres. q̃ nullus, siue paruulus, siue adul-
tus iustificationis gratiam recipit, absq; ali-
quo dono pro iustificatione oblato. Pro par-
uulo datur fides patrũ nostrorum, & ecclesię
& merita Christi. Si est adultus, & vult ba-
ptizari, prius oportet eũ peccatorum suorũ
pænitere. Et sic dixit S. Petrus Hierosolymi- Act.2.
tanis, pænitemini, & baptizetur unusquisq;
uestrũ, q̃ si iã est baptizatus, & peccauit, pec-
catorumq; suorum ueniã vult cõsequi debet 10
agere pœnam, & firmissime proponere se po-
tius in uniuersa mundi infortunia esse incur-
surũ, q̃ q̃ Deũ mortaliter offendat. Et sic di-
xit Apostolus quosdam reprehendens. Non Heb.12.
dum.n. usq; ad sanginem restitistis aduersus
peccatũ repugnantes. Quasi dicat: quod fa-
cere deberetis. Etiam ad peccati remissionẽ
fides, spes, & fiducia in diuina misericordia,
amorq; requiritur. Etenim hæc omnia ma-
gnũ pretium sunt. Sic illud uocat Dauid ra-
tionem reddens condẽnationis malorum di- Psal.48.
cens, quia non dabit Deo placationem suã.
Idest, id, quo placatur Deus. s. pœnam, nec da-
bit pretiũ redemptionis aĩę suę, quæ est ob-
seruatio legis diuinę. Ideo laborabit in æter-
nũ, & uiuet adhuc in finẽ, i. habebit æternã 11
pœnã, nec ullo unquam tpe morietur. Erit.n.
mors uiua, quam damnati in inferno habe-
bũt. Et hoc, q.a in hoc sæculo redemptionis
suæ pretiũ non dederunt, & illud, quo Deus
placatur, non fecerunt, q̃ si in hac uita fecis-
sent, proculdubio in altera saluarentur.
Quod cũ ita sit, quare dicit hic B. Paulus,
q̃ saluantur gratis? Ad hoc respõdeo hęc oĩa,
quæ homo ad iustificationẽ adhibet, qualia
sunt fides, spes, & fiducia in diuina misericor-
dia, esse dona Dei, hõ uero ponit bonum v-
sum liberi arbitrij, & hoc cũ ijs omnibus, q̃
hõ ex se laborare põt, est tam modicum, tam
que parum ualet, ut, si cum minimo quoque
gradu gratię conferatur, meritò nihil possit
appellari. Minimus.n. gradus gratiæ tantæ,
est excellentiæ, ut recipientem illam, usq; ad 12
diuinæ naturæ participationem eleuet, sicut 1.Pet.1.
dixit B. Petrus, his uerbis: ut per hoc efficia-
mini consortes naturæ. Et ideo dr, nos gratis
iustificatos esse. Sicuti qñ aliquid nimis præ-
tiosum paruo pretio emistis, dicitis uos ea
gratis accepisse, quia modicum est, q̃ pro eo
dedistis, fm, quod ipsum ualebat. Et postq̃
B. Paulus æterni patris liberalitatem, ac gra-
tiam, tanquam uniuersi boni nostri fontem
posuerat, dicens: per gratiam ipsius, addidit
alia m

aliam causam iustificationis nostræ, dicēs: p redēptionem, quæ est in Christo Iesu. Qu a hoc medio vsus est pater ad remediū nobis adhibendum. Itaq; Deus nobis gratiam cōcedit, gloriamque promittit: q omnia nobis Iesus Christus filius eius promeruit, cū hoc tū, ꝙ nos ēt diuinæ voluntati obediē.es, cōcurrere debemus: & quatenus cum hac obedientia concurrimus, dicimur mercenarij,
13 & a Deo ad laborādum accersimur. Verum proh dolor, quā pauci his diuinis vocationibus rñdent, sed dicet quisquam: Pater non rñdemus, neq; venimus: quia maximis Christianæ vitæ laboribus deterrimur. Dicite nunc fratres, etsi istud, ad quod a Deo cōducimini, laboriosum sit, quādiu durare poterit? pōt ne vitā lōgitudine superare? Non. Vita aūt quandiu durabit? Nunquid sagitta velocius percutit? si ergo labor adeo breuis, præmiū vero æternū est: q a ꝙ in præsenti ē momentaneū, & leue (ait Apostolus) quare illū subterfugitis? uideamus nunc quis in vinea, & ministerio Dei non laboretis: nunquid uitā hanc laboribus ducetis immunē? Non equidē. Sin minus quærite hoc ex auaro, sensuali, ac deniq; seditioso hoīe. O maximā hoīum insaniā, ò cæcitatē sanguineis lachrymis lachrymandā, ꝙ cū labor sit gra-
14 uissimus, pmiū vero nullū, oēs tñ diligentissimè studēt cū diabolo conuenire, & mūdo, ac carni deseruire. Et quis Deus primo manē, hoc est vbi primū rōnis vsus illucescit, exurgit, vt uos diuinis inspirationibus vocet, vos vero eius vocibus obsurdescitis; Qd si hucusque vos Sathanas fefellit, vosque in ministerium suū fraudulēter cōduxit, intelligentes hoc, nō resipisceretis, & a via vestra pessima cōuerteremini? dissoluentes pactū, qd cū diabolo pepegistis? dixit Iacob auunculo suo Labā: Tu nosti seruitutē, qua serui-
Gen. 30. ui, & paulo post, iustū est igitur, vt aliqñ puideā domui meæ. Ac si diceret: sufficiat, qd tibi seruiui. Quare uos fratres mei non idē
15 cum mundi faceretis? Tot sunt anni, ex quo in diaboli, ac mundi ministerio defatigamini: iā igitur est tps operandæ saluationis vestræ. Et cū cæperitis Deo seruire, ne sitis sicut nōnulli, q nōdū tres dies in eius ministerio cōsumpserūt, uixq; in eius vinea fodere cæperunt, cū iā dñt se defatigari, & brachia sibi infringi, ac corpus sibi dolere, caputque declināt, dicētes se esse debiles. Sūt debiles ad seruiendū Deo, ad seruiendū āt mundo, sunt fortes, quasi gigātes. Si vnū diē ieiunāt, statim deficiunt, vt vero inimicum suū ulciscantur tribus diebus, ne micā quidē comedent, si dimidiū horæ in oratione cōsumāt, dñt sibi caput dolere, at vero tres noctes, & dies in somnes ludēdo ducēt. Hoc quotidie Exod. 1.
ad literā agitur. Opprimebat populus Israel sub illius tyrāni crudelissima seruitute, qui eos plusquam poterāt laborare cogebat; postea vero ducit eos. Deus quasi in palmis per desertū, terræq; vberrimæ fructū illis ostendit, dicitq; eis, hanc terrā uobis dabo. At illi
dñt: O domine sumus nimis imbecilles, & 16
in ea sunt gigātes, q nō patient uos in eā introire. Ego (inquit Deus) eos ante pedes vestros prosternā. Nō (aiunt illi) dñe, sumus nimis debiles. Sic qbus (ait Dñs) iuraui in ira mea si introibunt in requiē meā. Hoc idem nūc fit inter Christianos. Ad seruiendū mūdo in Ægypto magnas vires hēt peccator, si verò eis præcipiatur, vt bene operentur, sunt quasi muscæ. Ad malum quasi elephātes, ad bonū āt faciēdum, quasi formicæ, ò sunt gigātes, sunt pericula, ac difficultates. Ego eas auferā, ait dñs; Nolunt illi confidere. O infelix, & cū Deo cōtēdis? ꝗ nō igit in requiē eius Arist. 2.
introibis. Aristoteles affirmat peccatū cōtra Ethico.
hoīs rōne esse. Nā, hō est creatura rōnalis, &
peccatum est contra rōnem, ergo est contra 17
naturā hoīs. Et tñ ꝙ adeo hō puertat, ut ēt cū maximo labore peccatū velit cōmittere, atq; hoc tā crebo, vt nunq defatigetur male uiuere: nimis miserabile hoc est. In naturalibus Philosophis reperimus monstra rarissimè in natura oriri: Hoīem bicipitem, aut quadrupedē oriri rarissime contingit. Quia est præter naturæ intentionē, & cōtra indiuidui generantis inclinationē. Hoc aūt experior, ò miseri, atq; infælices hoīes, hāc regulā in Adæ massa deficere: quia, cum peccatum monstrum sit abominabile, uirtus āt nimis conformis rōni, atq; naturæ hoīs: peccatum sepissimè cōmittunt, virtutem aūt rarissimè
operantur: cum tñ Deus illud prohibeat, & 18
istud pręcipiat, illudque a se æternis tormentis puniendū cōminetur, istud autem sempiterna gloria remunerandum promittat. O maximam ignominiam filiorum Adę, &c.

Simile est regnum cælorum homini patrifamilias. Iste paterfamilias est Deus. Et valde notandū est illum prius hominē, q patrem familiās nuncupari. Tantus est.n. eius in homines amor, vt hoīs uocabulum pluris, quā se dñm esse, & familiā habere, uidetur æstimare. S. Propheta Esaias ad hoc propositum Esa. 51.

notabilia quædam uerba dicit: Dñs, cuius
ignis est in Sion, & caminus eius in Hierusa
lem. Est elegans metaphora sumpta ab eo,
qui eis: quos maxime diligit, uicinitate co-
pulatur. Et alludit ad ignẽ, qui de cęlo descẽ
dit, quẽ præcepit Deus semper in altari suo
conseruari, nec alio igne sibi ministrari nole
19 bat, ut significaret, se, q̃ in cœlo morabat', iã
in terra Ecclesiæ suæ uicinũ se fecisse, siquĩ
dem lar, ignẽq; suum illic habebat, ut signi-
ficemus in hoc oppido mille uicinos com-
morari; dicimus esse mille latria, aut mille
ignes. Vult igit' summatim dicere S. Esaias,
ideo Deus hoĩes diligit, ut sese illorum uici-
nũ faceret, qñquidem apud eos ignem, atq;
lar suum habet. Nec uero cõtentus est se ho-
minũ uicinũ facere, sed ut eos maiori hono-
re afficeret, suumq; erga illos ardentissimum
amorẽ clarius demõstraret, hõ uocatur. Nã
hic per hæc uerba: Hõ paterfamilias non in
telligitur quidẽ Christus in quãtum hõ, sed
quatenus Deus, & dr̃ homo pp amorẽ, quo
hoĩes diligit, atq; ẽt, quia est hoĩum condi-
20 tor. Sicuti ẽt qui fictiles ollas facit, dicit' figu
lus, & singuli artifices ab operibus, q̃ faciũt,
nomẽ sibi uendicant. Et cũ Deus sit hoĩum
creator, vult hõ nũcupari. Et Deũ tã crebrũ
exire ad homines conducẽdos, signãt singu
larem curã, quã de hominum salute habet.
Si.n. eos ad laborandũ in uinea sua cõducit,
non hoc facit pp utilitatem, quã ab eis sibi
prouenturam sperat, sed ut eis faueat, reme-
diumq; cõferat. Inter doctores diuersę sunt
snĩæ, quænam sit hęc uinea. Nonnulli.n. per
hanc uineã, Ecclesiam militantẽ uolunt in-
telligi, alij uero, particularius loquendo, di-
cunt, hãc uineã esse unius cuiusq; animã. Et
quãuis oẽs bene loquantur, uisum tñ mihi
Sentent. est in præsenti concione Origenis snĩam se-
Orige. qui dicentis: Per hanc uineã optime intelli-
ho. hui9 gi posse infinitam Dei essentiã, in qua uires
Euang. sunt tres diuinę personæ, & palmites infini-
Psal.35. tæ eius perfectiones. Vinũ aũt, qđ ex hac ui-
nea colligitur est gaudiũ illud, & gloria, qua
21 fruuntur, & inebriati sunt beati spũs. Sicut
dicit Dauid inebriabuntur ab ubertate do-
mus tuæ. Attamen, quõ est possibile in hac
vinea laborari? Rñdeo, q̃ si attente animad-
uerterimus, quõ Deus uineæ cõparat', hoc in
telligere poterimus. In uineis terrestribus
non sp laboratur: vno.n. tpe in eis laboratur
& alio tpe ex illis fructus percipitur. Vno tẽ
pore operant' mercenarij in uineis, & in alio
mercede fruuntur, & illarum fructibus utun
tur. Sic ẽt duplici tpe Deũ habemus, vno in
hac uita, altero uero in futura per gloriã. Et
qũandiu cum in hac uita per gratiam habe-
mus, oportet nos cum eo agere sicut merce-
narij se habent cum uinea, qñ in ea laborãt,
qñ autem illo in cęlo frui ti fuerimus, debe-
mus nos cũ illo habere sicuti se habet merce
narius, cum mercede, q̃ suo labore compara
uit. Quandiu operarij laborãt, quõ se haben 22
tem cum uinea? Amputant, excauant, & alijs
necessarijs laboribus eã colunt, quousq; ip-
sam uindemiãt. Sic igitur vult Deus, ut nos
cum sua diuina Maiestate habeamus, ut am
putemus. Amputãt operarij falce putatoria
palmites, qui psunt ad accendendũ ignẽ, &
calefaciendum se illis in tpe frigoris. Sic ẽt
nos facere oportet, nã falce putatoria, q̃ est,
linguã, debemus amputare, & cum affectu,
puritate orare, & postulare, ut ex hac uinea,
plurimos palmites auferamus, q̃ sunt singu-
laria dona, ac beneficia Dei. Quibus in diui
no eius amore oportet nos inflãmari. Olim
præcepit Deus: ignis in altari meo semper Leuit.6.
ardebit, quẽ nutriet sacerdos subijciẽs ligna.
Hoc oportet esse præcipuum munus seruo- 23
rum Dei, diligentissime curare, ne in cordi-
bus suis ignis deficiat. Atque ut hunc ignem
nutriant, debẽt in memoriã reuocare benefi
cia, q̃ a Dei manu acceperunt, hoc.n. est ei su
bijcere palmites, quos ab illa uinea amputa-
runt. Dignum est equidẽ consideratu, qua-
re insensibilibus creaturis oĩa Deus simul in
principio dederit, quare soli totum splendo-
rem, quem habet, & lunæ lumen, quo splen-
det, stellis, ac deniq; cælo oẽm, quã habent,
influentiã, cunctam tribuerit, homini uero
noluerit cuncta beneficia facere, q̃ ei diuisim
collaturus erat, sed ea suspenderit, ut hõ fre-
quenter peteret, & diuisim acciperet, & dicit
petite, & accipietis. In his omnib. manifesta
tur peculiaris uoluptas, qua Deus (si ita dici Matt.7.
põt) afficitur cũ hoĩb. cõuersans, & q̃topere
gaudet, vt crebrò se diuinis ipsius oculis of-
ferant, & idcirco nõ omnia simul, q̃ eis opus 24
erãt, illis concessit. Alia rõ est, ut accipientes
crebro beneficia occasionẽ haberẽt se in di-
uino ipsius amore inflammãdi. Nã si semel
cũcta perciperẽt, tãta in homines inuasit ob
liuio, ut illorũ penitus immemores, in diui-
no Dei amore refrigescerẽt. Et sic vbi nostra Psal.54.
lectio hẽt, in quacũq; die inuocauero te, ue-
lociter exaudi me, alij hoc mõ uerterunt: In
quacũq; die inuocaui te, exaudisti me multi
plicasti in aĩa mea fortitudinẽ. Nõ contẽtus

est Deus una die dare, sed in quacunque die
ab eo petieritis, ligna amputabitis, quib. in
eius amore inflammemini. Et sic in anima
uera fortitudo, quę est charitas multiplicat.
Etiam oportet nos in hac uinea excauare.
Excauare est fossam facere, & terrã detege-
re. Refert Dauid de quibusdã, qui dicebant:
Ps. 136. Exinanite, exinanite usq. ad fundamentum
in ea, loquentes de Hierusalem. Hoc igitur
uobis dico fratres charissimi, unam ex san-
25 ctis exercitationibus, quibus potestis occu
pari est in hac sancta uinea excauare, & pro
fundam fossam facere, quousque fundamē-
tum detegatis, ut cogitationib. atq; menti-
bus uestris curetis cōtemplari, quod funda-
mentum habet Deus, hoc est in quib. rebus
fundatur ad benefaciēdum hominib. ad eo
rum peccata dimittēda, ad eos sufferendos,
atq; ad pœnitentiã hodie, cras, & multo tpe
expectãdos. In hoc seculo, qñ quis in alium
beneficium aliquod cōfert, in aliqua re fun
datur ad illud faciendum, aut quia ab eo re
cōpensationem sperat, aut quia iam ab eo
beneficium aliquod accepit. Deus aũt quid
ab hoĩb. se percepturum sperat? aut quid ab
26 eis accepit? nihil profecto. Quod ergo fun-
damentum habet, ut eis benefaciat? Perfodi
te, & usque ad profundum excauate, & eum
omnia propter suam infinitam pietatem ac
bonitatē facere cognoscetis: & sic eius amo
re ardentius capiemini. O quot diuitiæ spi-
rituales hac sancta exercitatione acquirun-
tur. Hac.n. manifestatur, omnia quæcunq;
Deus ab origine mundi fecit, & usque ad se
culi consummationem faciet, solam suam
infinitam bonitatem pro fundamento ha-
bere: etiam, & se hominem facere, atq; pro
hominib. mori solam eius probitatem ha-
bet pro fundamento. Et ex eo quòd hæc ra
ro, aut nunquam cōsideramus, prouenit ꝙ
tam frigidi in eius amore incidamus, tãq;
ingratos nos eius beneficij præbeamus.

Quæsiuit quidam uir nobilis ex quodã
Philosopho, quam utilitatem percepturus
27 erat filius suus si Philosophiam addisceret,
cur Philosophus rñdit. Inter alia multa sal-
tem hoc percipiet, ꝙ qñ in theatro sederit,
nō sedebit lapis super alium lapidem: signi
ficans Philosophiam eius oculos esse aper-
turam, eumque prudentem esse affecturam,
ita ut ex rebus idoneum sibi fructum consi
deratione nosset elicere. Si igitur hos ocu-
los, & cognitionē præbet Philosophia Phi-
losopho, quales oculos, & cognitionem prę

bebit diuinarum rerũ cōsideratio homini
Christiano, ut in medio huius admirabilis
theatri. i. in medio tot mirabiliũ, & magni-
tudinumq; Deus pp illum operatus est, con
stitutus necessarium amorem, & gratitudi-
nem norit elicere? Verumtamē Dauid post- Psal. 91.
quàm mirificam illam exclamationem, ptu
lit, dicens: Quàm magnificata sunt opera
tua Dñe, nimis profundæ factę sunt cogita
tiones tuæ, statim subdidit, dicens; Vir insi-
piens non cognoscet, & stultus non intelli- 28
get hæc. Dicite quæso: vnde prouenit, quod
cum altissimum sit mysterium incarnatio-
nis, ac passionis Dei pp nos factæ, nō obstu
peamus, & attoniti maneamus hæc conside
rantes? Duplex est huius rei causa. Altera
est, quia hæc toties audimus. Nam sicut di-
cit Seneca: Naturale est hominibus magis Seneca.
noua, q̃ magna mirari. Atque hinc est ꝙ ma
gis admiramur, solē paulisper pp aliquam
eclipsin obscurari, quia hoc raro contingit:
q̃ admiramur, cælum, terram, stellas, mare,
ac deniq; totam orbis molem ab una crea-
tura, qui est sol, illuminari, & cùm sit tam
mirabile, nullam tñ nobis admirationē ad
fert, qnia hoc quotidie uidemus. Itaque qa 29
nihil est quod in sancta Ecclesia magis, &
crebriùs, quàm hoc diuinum mysterium ꝑ-
dicetur, ideo iam nobis non affert admira-
tionem. Altera tamen causa, & principalior
est, quia licèt hoc sæpenumero audiamus,
non tñ profunde cōsideramus, & sic tm̃ bo-
num non cognoscimus, illud auribus perci
pimus: sed hac ĩ greditur, & illac egreditur,
nec ultra est consideratio, atque ideo tam
frigidi, sicut antea remanemus. Aliquando
autem hanc tantam negligentiam persol-
uemus. Quę cum ita sint fratres charissimi,
intellectuum uestrorum ligonibus profun-
de perfodite, quousque ad fundamentum
perueniatis, ne uobis tanta beneficia in ter-
ribilia mala conuertantur. Et sic dixit Euse- Eusebio
bius emissenus: Qui tñ dedit, scit quãtum Emisse-
reposcat: uos autem arbitramini nihil esse nus.
plus, q̃ recipere, & obliuisci. Etiam est exer- 30
citatio magnopere necessaria in uinea pal-
mites (quæ Hispane dicuntur [*Bastigas.*])
erigere, ne in terra prostrati maneant. Se-
cundum Origenis expositionem, palmites Orig.
Dei uirtutes, & perfectiones esse diximus. s.
iustitiam, misericordiam, pietatem, ac de-
nique ueritatem: & munus optimi Chri-
stiani est, hos palmites erigere, misericor-
diæ, probitati, ac iustitiæ fauere. Verũ heu,

heu, q̃ uice uersa hodie hoc agitur? uix est
enim qui bono faueat, cum tñ multi repe-
riantur, qui malo auxilientur. De quo maxi
Oseæ 4. mo cum dolore Dei noïe quæritur Oseas,
dicens: Non est ueritas, & non est misericor
dia, & nõ est sciã Dei in terra. Maledictum,
& mendacium, & homicidium, & furtum,
& adulterium, inundauerunt, & sanguis san
guinem tetigit. Idest, unus peccator, alteri
peccatori opitulatur. Itaque uitia super ho-
minum capita efferuntur, & maximi æsti-
mantur: uirtutes autem sub ipsorum pedi-
31 bus humi prostratæ iacent. O dilectissimi
fratres, per charitatem Dei uos rogo, ut ani
maduertatis, uos ad laborãdum, & insudan-
dum in uinea Dñi, atque efficiẽdum, ut uir-
tutes nutriantur, & efferãtur, atq; ab oïbus
maximi ęstimentur, uitia uero ab omnibus
negligantur, atque extra hoïum cõsortium
expellantur, quasi operarios a Dño fuisse
conductos. Et quamuis hæc exercitatio nĩ-
mis laboriosa sit, Dñs, qui eam nobis præci
pit, satis superque remunerare sciet: circa
quod uellem magnopere perpendatis uerba
Ephe. 1. quædam S. Pauli, qui dicit: Non cesso gra-
tias agens pro uobis, memoriam uestri fa-
ciens in orationibus meis, ut Deus Pater
gloriæ det uobis spiritum sapientiæ illumi-
32 natos oculos cordis uestri, ut sciatis, quæ sit
spes uocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ
hæreditatis eius in sanctis. Diligenter per-
pendite verbum illud: nõ cesso memoriam
uestri faciens, quo significat, quam necessa-
rium erat negotiũ, quod postulabat. Et est
vt intelligatis in quantam spem uos Dei uo
catio inducit, & quantopere se Deus deuin-
xerit, & obligarit in modo, quo uos uoca-
uit, & rebus etiam, ad quas uocauit. Cum
enim videatis uos ab illo ad pœnitentem,
asperamque, ac sanctam uitam uocari, quõ
uobis persuadere poteritis parum esse præ-
mij, quod speratur, cum ad tot tantasq; cor
porales miserias vos conducat, vult dicere,
q̃ ex eo q̃ nos ad inferẽdum bellum uitiis,
efferendasque uirtutes uocauerit, nobis si-
gnificat quam maximum præmium nobis
33 seruauit, quo nos affecturus est ꝑpter tot, ac
tãtos labores. Ad hoc notate verba, quæ di-
Tob. 3. xit Sara filia Raguelis, quæ nupta est Tobię
iuniori: Non delectaris in perditionibus
nostris, quia potest tempestatem, tranquil-
lum facis, & post lachrymationem, & fletũ,
exultationem infundis: & licet laboribus
nostris, non delectetur, gaudet tamen nos
illos perpeti, quia sic nobis necessarium est.
Ergo sub hac uocatione occultata est miri-
fica quædam spes præstantissimorum præ-
miorum, & hoc est quod desiderabat San-
ctus Paulus, ut cognosceremus. Vt sciatis
(inquit) quæ sit spes uocationis eius.


Et ualde notandum est eos, qui hora un-
decima otiosi erant, peculiariter a Dño fuis
se reprehensos. *Quid hic statis* (ait) *tota die
otiosi?* In quo docuit, etsi otium in oïb. ma-
lum, & reprehẽsibile est: in illis tñ longè pes 34
simum, ac perniciosissimum esse, qui iam
sunt prope terminum uitæ. Et quãuis pecca
tores plurimis mundi negotijs occupẽtur,
otiosi tñ dñr, & uagi, frustra.n. opera fiunt,
quæ destruenda sunt, ea aũt, quæ peccatores
faciunt, oportet iterum eos destruere, si mo
do saluandi sunt. Auarus debet vsurarios cõ
tractus rescindere: sensualis debet dissolue-
re coniunctionem, quam habet cum concu
bina, ambitiosus debet dirimere conuentio
nes, quas super beneficium, aut canonicatũ
fecit: & sic de singulis. Atque idcirco dicun-
tur otiosi. Quod si antequã eos ad uineã cõ
duceret, ociositatis reprehendit, quid face-
ret si eos iam conductos dormientes in ui-
nea reperiret? O quantũ est hic lachryman-
dum? q̃ sint tot Christiani in Ecclesia Dei
cõducti operarij, qui tñ tam otiose uiuunt? 35
Fons ex quo hoc otium dimanat, est pigri-
tia, & ignauia. Quæ, ut dicit Altisiodorẽsis: Altisiodorensis
Accidia est quædam spiritualium ciborum li. 2. sen.
aïæ, & tędium quoddam sanctarum exercia trac. 26.
tationum atque amara, & tristis grauitas ad
res diuinas exequendas. Et sic de aïa, in qua Pro. 27.
hæc accidia dominatur; Anima saturata cal
cabit fauum. i. anima fastidiosa, & quæ den
tium stuporem habet, oïa bona a se expel-
lit. Dentium stupor prouenit ex comestio-
ne fructuum acrium, & immaturorum, uo-
luptates, honores, prosperitates, ac denique
gaudia huius seculi, oïa sunt fructus imma
turi, & intempestiui. Cælum.n. est locus, ubi
uoluptas, honor, fęlicitas, ac lætitia sunt fru
ctus maturi, & tempestiui. Et anima, quę in 36
hoc seculo hos intẽpestiuos fructus nimia
cupiditate manducat, corrumpitur, & den-
tium stuporẽ patitur, ne cum gustu, & sua-
uitate res uirtutis edat: & sic ad uniuersum
bonum pigra manet. Et hæc pigritia, quæ ẽ
otij fons efficit hoïes falsos prophetas & di-
uinos mendaces, sicuti Hispanum axioma
dicit. [*Escudero pobre, moço adeuino.*] Dicit
herus puero suo, puer, ito in forum, & affer

poma: statim respondit; Domine iu foro non sunt poma: ignauia facit illum diuinare. O peccator ignauia te diuinũ, & falsum Prophetam facis: dicit tibi Deus: Age pœnitentiam, recede ab ista mala familiaritate: attende mortem aduenturam esse, quæ si in isto malo statu te occupauerit, in perpetuũ comburendus in infernum detruderis. Tu uerò respondes, postea hoc fiet, tempus erit ad omnia, nondum venit finis. O infœlix
37 quis te ita prophetare fecit, vt diceres, tempus in posterum esse futurum? Certum est quod pigritia: mille Prophetas facit hæc perniciosa pestis. De his dici potest illud
Eze. 13. Ezechielis: Væ Prophetis insipientibus, q sequuntur spiritum suum, & nihil vident. Vna ex magnis sanctæ Ecclesiæ plagis, est hæc pigritia, quæ est quasi podagra, quæ in senectute venire consuescit. Hæc sancta Ecclesia cum sit vetus & lõgæua magna podagra laborat; nam in eius principijs aliter profectò per virtutem decurri consueuerat. Nunc ei gutta arthretica aduenit, q pedes, manus, ac maiorem corporis eius partem occupat. O Deus Maiestatis infinitæ, per clementiam tuam te deprecor, vt tanto malo medearis, nobisq; feruẽtissimum, totiusque
38 virtutis amantissimum spiritum concedas, q norit hos immaturos sæculi fructus odisse: vt expulsa ignauia, otium etiam expellamus, quod quidem est rerum omniũ euersio. Ignis nisi materiam habeat comburen-
Similia. dam, statim extingitur, aqua nisi defluat, corrumpitur, & venenosa animalia producit: terra nisi excolatur, spinas profert: aer detentus corrumpitur: domus non habitatæ corruunt: uiæ non tritæ, herbis operiunt, & excæcantur: ingenia non culpa torpescũt: equi otiosi claudi fiunt: instrumenta musica si non pulsentur, destruuntur & insonora fiunt. Si artifex instrumentis suis ferreis non laboret, ferrugine operiuntur. Nisi miles diu armis utatur, niucida redduntur. Mili-
39 tes otiosi efficiuntur pusillanimes, Quando aues quiescunt, tunc certius a sagittario feriuntur, quam cum uolant. Quantum igitur hoc malum animæ officiet, cùm rebus omnibus tantum afferat detrimentum? Di-
Exo. 23. xit Deus: Sex dies operaberis, septima die cessabis, vt requiescat bos, & asinus tuus, refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduena. O benedictus sit talis Deus, cui etiam & iumenta sunt curæ: & vult illa paululum requiescere. Sex dies præcepit laborari, vna autem solummodo requiescere, quia in hac vita multò maiorem oportet esse laborem re quie: nunc verò totum vitæ tempus in requie ducere, nec horam quidem laborare v lletis. Vt hi erant otiosi, & per consequens peccatores, statim se excusarunt, dicentes: Quia nemo nos conduxit: quæ quidem maxima est hominum miseria, non solùm esse malos, sed velle etiam malitiam suam excusare. Excusationes sunt quædam scuta, 40
quibus peccator se vult tueri. Loquens Iob Iob
de diabolo, dicit: Corpus illius quasi scuta fusilia compactum squamis: Corpus diaboli est congregatio malorum. Et hoc corpus dicit squamis esse coopertum, quæ sunt quasi scuta fabricata in forma & typo, quæ sunt excusationes, quæ a forma primi hominis exierunt, quem cùm Dominus reprehenderet, se excusauit, dicens: Mulier quam dedisti mihi, &c. De Beato Paulo di- Gene. 3
citur: Quòd in eius conuersione ceciderunt Act. 9.
ab oculis eius, tanquam scammæ, & visum recepit: in quo significatum est eum culpam suam cognouisse, nec mala sua vanis Simile.
excusationibus esse operturum. Vt pisces bene condiantur, priùs oportet scammis 41
mundari: sic oportet animas excusationum scammis mundari, quæ in pœnitentia condiendæ sunt. Eo quod hæ scammæ tam perniciosæ sint, rogabat Dauid instantissimè Psa. 140
Deum, dicens: Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. Ne declines, idest: Ne permittas cor meum declinare in uerba malitiæ: O quot rationes inquirit peccator (vt perpendit Beatus Bernardus) ad excusandum Bernar.
se? Primum dicit: Non feci, quod si se argutum, & conuictum animaduertit, dicit; feci, sed bene feci. Si verò male fecisse conuincitur, dicit: si male feci, non feci multum male: quod si magnum malum fecisse conuincitur, dicit: si multum male feci, non feci mala intentione Si tandem rem tam malam cum bona intentione fieri non potuisse 4.
comprobatur: excusat se, dicens, Diabolus me decepit: ille homo mihi hoc persuasit, semper scuta quærit, quibus se defendat. Seruus autem Dei planè culpam suam agnoscit. Et hoc oportet vos fratres charissimi Deum instantissimè postulare, ne vos in tantum malum deuenire patiatur: sicut rogabat Dauid, sed si aliquãdo per fragilitatem peccaueritis, nimis verè ac syncere vos peccati uestri accusetis.

Cũ sero autem factum esset, dicit Dominus vineæ procuratori suo. Voca operarios, & redde illis mercedem. In fine diei soluitur merces operarijs. Nam qui perseuerauerit usque in
Mat. 10. finem, hic saluus erit, dixit summa ueritas. Non prodest ad vitam æternam, quod in hac vinea aliquot horas laboretis, nisi labo rem vsque in finem perduxeritis. Pendenti Christo Redemptori nostro in cruce, dixit malus latro: Si tu es Christus, descende nũc
Mat. 27. 43 de cruce, & salua te ipsum, & nos. Attendite qua hora conabatur Sathanas efficere, vt Christus Redemptor noster ex cruce descẽ deret, in fine tandem laborem. Et sicut dicit
Bernar. B. Bernardus: Ideo quia sum Christus, idcirc ò non descendam de cruce: vt homines doceam: in fine debere firmiores, & constã tiores in sublimi perfectionis, quo ascenderunt, permanere: & in cruce, quam in toto vitæ suæ discursu susceperunt, perseuerare. O quam cœlestis est hęc doctrina? dominus illam in cordib. nostris imprimat, vt hic di uinæ gratiæ auxilio adiuti in uineæ labore perseuerantes, ad perfruendum pręmio cœlestis gloriæ perducamur. Amen.

Dominica in Sexagesima.

Cũ turba plurima conuenirent, & de ciuitatib. properarent ad Iesũ, dixit per similitudinem: Exiit qui seminat seminare semen suum. Luc. 8.



INTER sapientes Gręcos, maximè commẽdatus est Pythagoras, eo quod plurima mortalia per ænigmata erudierit, & per similitudines
2 docuerit. Atque hic docendi modus connaturalior est nobis, quam omnes alij, & idcirc ò iucundior omnibus. Connaturalior (inquam) quia quemadmodum anima nostra spiritualis carne cooperta est: sic etiam veritas per similitudinem prolata venit, sicuti spiritus corpore coopertus. Atque idcirc ò Christus æterna sapientia crebrò per similitudines docebat. Cùm vt futuris hominibus occasionem præberet sanctissimę huius exercitationis, quæ est occupari in eius similitudinibus intelligendis, & populo exponendis, tum etiam (& quæ principalior est ratio) quia prædicatio fit ad auditorum vtilitatem: & quærebat diuinus Magister modos, quibus sua diuina verba in auditorum animis meliùs possent imprimi, & radicari. Inuenietis hominem, qui vnius doctrinæ, quam viginti antea annis per simili tudinem audiuit, recordatur, quæ nisi ita p̃dicata fuisset, iam post dimidium horæ illius obliuisceretur. 3

Proposita hac parabola eleuauit diuinus mundi Redemptor suam sanctam vocem, vt efficacius, adiutorium animo commoueret, & clamans dicebat: *Qui habet aures audiendi, audiat.* Non dicit; qui habet aures, Simile. audiat: sed qui habet aures audiendi. Qui podagra laborat, pedes habet, sed non sunt pedes ad currendum, quia habent podagrã. Sic enim non omnes habent aures ad res spirituales, & animabus suis vtiles audiendas, quia habent aures corruptas. Plerunque molestia afficimur, cum de illis malè audimus, quos summopere diligimus, & cùm bene audimus, quos odio habemus. Cumq̃i peccatores vitia diligant, virtutesque odio habeant, & in prędicationibus virtutes commendentur, vitia vero maxime vituperentur, nolunt eas peccatores audire, non habent aures dispositas ad hæc audienda. Vn- 4 de de his dicit Dauid: Furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & uenefici Augus. incantantis sapienter. Beatus Augustinus super hoc dicit, verba esse, quibus serpentes domari consuescunt, vt eis homines ad aliquid vtuntur. Et sentientes serpentes incantatores in foraminibus speluncæ nolunt exire, sed in ipsis speluncis se glomerant, ne ab eis incantentur. Sic etiam sunt homines, qui vitijs suis ita delectantur, vt Dei incantatores nolint audire, qui sunt prędicatores verbi diuini, qui suis sanctis prædicationibus eos vtiles volunt efficere, ab eis- 5 que venenum auferre. Et idcirco in speluncis suis commorantur, nec ad prędicationem audiendam volunt accedere, timent enim ne diuinis verbis eorum corda reuoluantur, & sic ad peccata relinquenda moueantur. O serpentes infernales tanto istius veneni amore capti estis, vt illud dimittere nolitis? Hi aures habent, sed non ad audiendum. Quamobrem fratres mei Deũ exorare, vt bñ affectas aures uobis tribuat, & qñ ad prędicationem venitis, ipsum humiliter

liter deprecamini, ut pdicatoris linguã moueat, qua talẽ doctrinã prædicet, qualis uobis est necessaria, eiusque uerba in cordib. vestris imprimat. Dixit Deus Moysi. Præcide tibi duas tabulas instar priorũ Moysi pcipitur, vt tabulas scindat, dolet, & adaptet,
Exo.34 Deus aũt in illis scripsit. In hoc significatũ est prædicatores optimè posset hoĩem exemplis, ac verbis admonẽdo, ut rephẽdendo, ac rogando præparare, interius autem diuina
6 verba imprimere non valere. Si Deus es suo digito, idest, suo diuino spũ in cordibus nõ scripserit, ac impresserit, atq; ẽt illum debetis rogare, vt vobis spũm, & efficaciam largiatur, qua eius cõsilia opere cõpleatis. Per-
Grego. pendit D. Gregorius sanctum prophetam
Isai. 11. Isaiã: Spiritus sancti dona recensentẽ bina illa annumerasse, & sic dixisse. Spũs sapientię, & intellectus. Spiritus consilij, & fortitudinis. O admirabile mysteriũ? q donũ fortitudinis consilij dono cõiunxit, significauit in hoc Spũs sanctus bonum consilium & bonã doctrinã, sine fortitudine claudicare, hęc.n. oĩa exequtur. Quid prodest, q prędicator optima cõsilia prębeat, nisi in uobis sit fortitu
7 do, & efficacia ad illa complenda? De qbusdã dr: Venerunt filij, vsq; ad partũ, & virtus
Isa. 37. nõ est pariendi. Idẽ mihi vr̃ de ignauis, & remissis hominib. dici posse, q quidem bona proposita p diuinũ uerbum concepta ad voluntatẽ exequendi illa perducunt, eis tñ ad exequẽdum deficit fortitudo. Quocirca fratres mei, simul cũ dono consilij fortitudinis ẽt donũ à Dño postulate, ut uiriliter, ac fortiter malã societatem, illicitã negotiationem, ludum, ac deniq; omnia uitia relinquatis.

Postq̃ dñs hãc parabolam prædicauerat, interrogabat eũ discipuli eius significationẽ illius. Et est ualdè notandum discipulos hos interrogasse postq̃ omnis turba abierat. Sicut apertè significat Beatus Marcus, dicens:
Marc.4 Et cũ esset singularis, interrogauerunt eum
8 hi, q cum eo erant duodecim parabolã. Cõsiderate qũo tantummõ sancti Apostoli parabolã illã intelligere cupierunt. Cęteri q ppè oẽs ubi primum illam aurib. perceperũt, statim corde dimiserunt, atq; obliuione eã tradiderunt, & cũ nihil illius intellexerint, quasi banausi ignorantes abierunt. Hæc est vna ex differentijs, quæ sunt inter prædestinatum, & præscitum, scilicet, quod prædesti
Simile. natus curat peculiariter ea scire, quæ ad saluationem suam conducunt. Alter uerò contentus est illa cõmuniter audire. Vadit præco per uiam, & defert uestem uenalem, ac proclamans, dicit: Quis vult emere hanc uestem? quẽ quidem omnes auditis. uestemq; aspicitis, sed ut illam non vultis, nihil amplius facitis, sed dimittitis illud abire. Sed ille cui uestis placet, peculiariter considerat eam, & induit se illa, & tandem iusto pretio cum præcone conuenit, eam emit, quia sibi opus est. Sic etiam de ueste, quæ nobis hic uenditur, omnes pręconium auditis, & omnes illam dimittitis. Sed ille peculiariter at- 9
tentè eam considerat, & in illa instruitur, quia ea vult uti, & ex ipsa fructum percipere desiderat, & cum hoc disponitur, ut eam Deus illum interius doceat, & super eum benedictio illa cadat, quam dicit Dauid his
verbis: Beatus homo, quem tu erudieris do- Psal.93.
mine, & de lege tua docueris eum. Vt enim uerũ fatear, nisi Deus nos interius doceat, cordaque clarificet, ac mentes illuminet, parum prodest exteriores sermones audire. Et sic dixit Dominus discipulis suis: ***Vobis datum est nosse mysterium regni Dei; cæteris autem in parabolis.*** Mirabile fuit, quòd in illa mysteriosa uisione, quam uidit Sãctus Pro
pheta Ezechiel, cum quatuor illa animalia Ezec. 1.
perspexit? de quibus dicit, cum certum, ac determinatum membrorum numerum haberent, plena tamen oculis fuisse. Et totum 10
corpus (inquit) plenum oculis in circuitu. Vt significaretur quomodo Deus seruos illuminat, eorumq; mẽtes clarificat, malis au
tem in pęnã peccatorum suorum dicit: Per- Deu. 28
cutiat te Dñs cęcitate, & amentia, & palpes in meridie sicut palpare solet cæcus in tenebris, & non dirigas uias tuas. Liberet nos Deus a tam terribili supplicio, & ne simus ex illis, de quibus hic dicit dominus. Cæteris autem in parabolis, vt uidentes, non uideant, & audientes, non intelligant. O Christe uera lux animarum, nunquid tu
Domine non dixisti: Ad hoc ueni in mun- Io. 18.
dum, ut testimonium perhibeam ueritatis? quomodo nunc dicis te ea uerba loqui, vt intelligentes non intelligant? Ad hanc difficillimam quæstionem dupliciter respõdetur, primo, quod illa coniunctio, ut, non denotat illic causam finalem, sed consequutionem effectus, quasi dicas, in parabolis pdico, atque hinc prouenit, quod illi, qui ueritatis non sunt multùm cupidi, non ea intelligunt, quia illarum intelligentiam non inquirunt. Sicuti etiam in illis uerbis Psalmi quinquagesimi: Tibi soli peccaui, & ma

lum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis,& uincas cum iudicaris. Particula illa,ut,non denotat illic causam,sed consequutionẽ effectus. Non enim peccauit Dauid,ut Deus iustificaretur. Et si vult dicere: Domine peccaui, atque ex hoc iustitia tua cognoscetur. Punies Domine peccatum meum, & permittes, ut filius meus aduersum me consurgat,&c. Et tunc animaduertentes homines supplicium, quod tu de me
12 sumis,iustitiam tuam cognoscent. Sic etiam intelligendum est illud Pauli. Lex
Rom. 5. subintrauit,ut abundaret delictum. Non utique data est lex, ut maiora, & plura essent peccata. Et sic illud:ut,non significat illic causam, sed consequutionem effectus: quasi diceret: Ex eo,quod lex data est,consequutum est propter malitiam nostram,ut peccaremus: plerumque enim ea, quæ nobis prohibita sunt, summopere desideramus. Secundus modus soluendæ quæstionis est, quòd uerè coniunctio illa,ut,significat ibi causam. Atque, ut verba hæc sic intellecta sunt ex difficilioribus sacrarum
Aug. li. 2. cõtra Faustũ. ca.9. literarum consentaneum est nos hic plurimorum grauissimorum Doctorum resolutionem adducere. Beatus Augustinus,Beatus Chrysostomus,& Primasius,atq; etiam
13 Doctores Scholastici, Alexander de Ales,
Chryso. sup. epi. ad Ro. serm. 9. Diuus Thomas,Diuus Bonauẽtura,hi omnes concludunt peccatorẽ in pęnam grauissimorũ peccatorum a Deo excecari. Et hæc est durior pęna, qua Deus in hoc mũdo peccatorem punire consueuit, scilicet excęcari eius mentem,ut ea,quę audit,nec cognoscat,nec intelligat.
Primasius sup. epist. ad Ro. 11. ca. Alex. de Ales. 1.p.q.29 mẽbr.4. S.Th.2. 2.q.79. art.3. S.Bona. 2.sen. d. 36.q.2. Alexander de Ales,vbi supra asserit duplex esse genus pænarum,alteram pur m̃ ,quæ est mera pæna,qualis est psecutio,ignominia,morbus, & cætera huiuscemodi. Et de hac dixit,ꝓpheta Amos. Nõ est malum in ciuitate, quod dominus non fecerit. Et hac pęna dicit Beatus Augustinus vbi supra bonos in hoc seculo à Deo puniri consuescere,quo ad gloriam purgati ducantur,& sæpenumero etiam, & malos,ut hinc iam peccatorum suorum supplicium incipiant sustinere:de quibus dicitur. Duplici
14 contritione contere eos, & induantur quasi
Alexan. vbi sup. diploide confessione sua. Hęc nõ est oratio, sed prophetia,diploide,idest,duplici ueste.
Amos 3 Itaq. pæna huius seculi connectitur, & con-
Aug. vbi sup. suitur pænæ futuri seculi. Alia est poena culpæ commista, qualis est cordis durities, &
Ps. 108. mentis cæcitas. Et cum sit uerum, Deum nõ esse culpæ autorem,idcirco oportet nos declarere quo intelligitur illud, quod dicit sacra Scriptura Deum esse causam cæcitatis. Et dicũt hi Doctores cęcitatem esse effectũ diuinæ iustitiæ,quod homini auferãtur oculi in pænam delicti sui. Dedit tibi Dominus intellectum, vt eum cognosceres, eique seruires,tu verò Deo post terga relicto intellectum ad creaturam conuertis. In pęnam igitur istius delicti iustum est, ut tibi oculi auferantur, ut audiens non intelligas, ut prædicationes auribus percipias, & uniuersa, 15
quæ in eis dicuntur exaggerationes esse tibi uideantur,& nihil ad animæ tuæ salutem conducibile intelligas. Pæna est hæc, uerum tamen commista peccato. Quid? Deus ne est illius causa? Est utique permittens illud propter culpam tuam. Et sic non solum dicit sacra Scriptura; Malitia eorum excęcabit eos. Verum Beatus Paulus etiam dicit; Sap. 2. 2.Co.4.
Deus excęcabit mentes infidelium,quæ uerba dupliciter declarantur, vno modo a Beato Augustino,scilicet,Deus huius seculi, id est,dęmon,qui uocatur princeps huius mundi,& est Deus mundanorum, quia ei obediunt. Hic autem quod prius fecit, est peccatoris oculos confringere,eumq̃ue excęcare. Si enim cognosceretis ò peccatores eius August.
malitiam, ne minimum quidem temporis spaciũ ei seruiretis. Et excæcat uos diabolus, sicut uenator uisorum,qui ursum cæcat,ponens ei ante oculos candentem peluim orichalci,hoc modo uos diabolus Deo permittente excæcat. Ponens uobis coram mentis oculis temporalium rerum splendorem, ut eas magni æstimetis,ardentiq; illarum amore capiamini, & perinde Dei obliuiscamini. Altera expositio est glossæ dicentis; Deus uerus exæcabit mentes infidelium. Quem autem uocas infidelem? vniuersum peccatorem. Nam licet credat, eius tamen opera fidei non consonant, nec uirtutem fidelitatis habet, & propter hanc infidelitatem a dño peccator excæcatur. Quia quãuis Deus omnibus necessarium saluationi suæ auxilium 16 Simile. 17
offerat;alia autẽ peculiaria auxilia quæ animabus præstare consueuit, hęc propter peccata aufert. Et hoc est Deũ excæcare mentes infidelium. Atq; de his dicit Apostolus; Cæteri ex cæcati sunt,sicut scriptum est, Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos ut non uideant, & aures ut nõ audiant. Sed dic mihi,quidnam sit spiritus compunctionis. Nam secundũ quod hic Sanctus Aposto Ro. 11. Isai. 6. Psal. 29.

lus

lus significat, signum est hoc maximũ esse
malum. Et sic dicebat Dauid. Vt cantet tibi
gloria mea, & non compungar. O Deus &
gloria animæ meæ, semper te spiritus meus
laudet, meque tibi gratissimum præbeam,
ne in compunctionis spiritum deueniam, ut
Chryso. non compungar. Beatus Chrysostomus ubi
Cassianus. suprà, & Cassianus super hunc locum dicũt,
spiritum compunctionis esse deprauatum
quędam habitum, & culpam in anima in-
18 ueteratã, sicuti clauus, qui ita tenaciter du-
as tabulas defixas tenet ut priùs tabulę ipsę
confringantur, quàm clauus euellatur. Talis
est compunctio, quia adeo fixa est anima
tua isti malę consuetudine, ludo carnali con
cupiscentiæ, odio cupiditati, atque ambitio
ni, ut confringi, ac lacerari potiùs patiaris:
quam quod illam relinquas. O quam meri-
to de peccatis dicere possumus quod Deus
Nũ. 33. dixit Hebræis de Amorrhæi, & Iebusæis.
Sin autem (inquit Deus) nolueritis interfice
re habitatores terræ, q̃ remãserint, erunt uo-
bis quasi claui in oculis, & lanceæ in lateri-
bus: quas hæc peccata, tanquã gentes Barba
ræ corda uestra transfigent: & uos penitùs
19 destruent. Quæ cum ita sint dilectissimi fra
tres, quanta animi contentione possum uos
Dei nomine deprecor, ut peccata magnope
re timeatis: quæ si iam commisistis, ab eis
celerrimè exeatis, antequã in hunc compun
ctionis & transfixionis spiritum deueniatis:
& notate Apostolum dicere. Dedit illis spi-
ritum compunctionis, id est, propter eorum
scelera eos de manu sua Deus dimisit, ut
de malo in peius pergerent, quousque ob-
durati, cęcique remanerent, ut uidentes, non
uideant. Nunquam uidistis ebrium, qui cũ
una tantum sit lucerna in mensa, dicit esse
Simile. quatuor? Huius rei causa est, quia eum ui-
20 tium excæcauit, & fecit insanire: sic homi-
nibus peccatorum uoluptatibus excæcatis,
atque inebriatis, si dicatur, sic intelligunt,
non: si uero dicatur, non, intelligunt, sic. Et
sæpenumero in pœnam ipsorum scelerum,
quemadmodum permittit Deus o pecca-
tor, ut ea, quæ tibi dicuntur, non intelli-
gas, & si tibi ueritas dicitur: sic etiam aliquã
do permittit, ut non ueritas quidem, sed
mendacium tibi dicatur, quo decipiaris,
2. Tes. 2 sicut ad literam dicit Beatus Paulus his uer
bis: Eo quod ueritatem charitatis non rece-
perunt: ut salui fierent, ideò mittet illis
Deus operationem erroris, ut credant men-
dacia. O metuenda uerba? quis tam seue-
rum supplicium audiens nõ trepidat? Quid
domine? Cum tu summa sis ueritas, erroris,
spiritum immittis? Hoc est supplicium Dei,
quod p̃mittit, ut ueniat q̃ te decipiat, qui es
iniquus, & permittit etiam, ut in pęnam pec
cati tui errorem illum, & mendacium dili-
gas.

Ecce quid sub illo terribili uerbo subest.
Quo dicto, cœpit parabolam exponere, di-
cens. *Semen est uerbum Dei.* Nam quemad-
modum granum, secundum Philosophũ, in 21
uirtute, & potentia in se totum fructum, qui
creatus, continet, sic etiam uerbũ Dei est ini
tiũ boni animæ, & seminator huius seminis
est Christus Redemptor noster. Maxima cõ-
solatio est Christianis quod doctrinam ipsius
Dei ore doctam, & seminatam habeamus.
Quod merito quidem exaggerabat Beatus
Paulus dicens. Notum uobis facio Euange Gala. 1.
lium, quod Euangelizatum est à me, quia
non est secundum hominem, neq; ab homi-
ne accepi illud sed p̃ reuelationem Iesu Chri
sti. Ne arbitremini Euangelium esse homi-
num opiniones (ait Apostolus) quarum una 22
aut alias teneri potest, sed est una, simplex-
que ueritas, quam Deus ore proprio semina
uit, & ad hoc exiui in agrum huius mundi.
Et sic postquam Beatus Ioannes in Apoca- Apoc.
lipsi fidei nostrę mysteria reuelauerat, dixit. ultim.
Ego Iesus misi Angelum meum testificare
uobis hæc in Ecclesijs. Fuit illud nominis
sui subscriptione confirmare doctrinam il-
lam suam esse. Seminator prius apprehendit
granum, & postea illud serit, sic Christus Re
demptor noster omnia, quæ nobis præce-
pit, operatus est ipse. Ne afferas excusationẽ
in bene operando. Si enim ieiunas, aut oras,
aut aliquem laborem propter Deum pate-
ris, ille qui hoc tibi præcipit, prius idem pas-
sus est. Musicus discipulum docens, dicit il- 23
li, hic debes digitos collocare, has cordas dē Simile.
bes tangere, accipit discipulus instrumentũ,
& nihil scit facere, quia nunquam uidit ma-
gistrum idem facere. Domine nisi instru-
mentum tanges, nihil potest effici. Tangit
musicus digitis suis cordas, & sic discit di-
scipulus. Multa præcepit Deus, & dicebat
hominibus, ut digitis cordas attingerent,
& suæ diuinæ Maiestati musicam ederent,
sed homines uix bonum quicquam facere
sciebant. Et sic dicit Isaias, Quasi pannus Isai. 64.
menstruatæ uniuersæ iustitiæ nostræ. Fa-
cit se Deus hominem, & ponit digitos in
cordis, instrumentumque tangit, ieiunat,
laborat.

laborat,ac patitur,dicitque,sic uos facere oportet, quis habebit excusationem si nunc, quod debet,non fecerit? Antequam hic diuinus musicus instrumentum tangeret,possent homines dicere, quod dicebant captiui Babylonis. In salicibus suspendimus organa nostra,quia nõ tangebâtur instra,nec
Psal.136. Deo musica fiebat. Nam quõ cantabimus canticum Domini in terra aliena?Cum homines à peccatis captiui tenerentur,quid fa-
24 cere possent,quod Deo esset gratum?Maior utilitas, quã agricola sato agro potest afferre,est illum rigare ut quod in eo seminatum est accrescat.sicuti fit in Aragonia. Et Alber-
Albert. Magn. tus Magnus dicit terram anima'ium cruore rigatam uberrimam effici & multo quidem uberiorem,si humano sanguine irrigetur. Per charitatem Dei semel, & millies uos rogo fratres charissimi, ut hoc diligenter animaduertatis. Dicite quæso si humano cruore fertilis terra efficitur, quanto fertilior fieri deberet sanguine Iesu Christi filij Dei,sãguine diuino,sanguine,qui tanta charitate, ac liberalitate pro nobis effusus est:O supernæ Saluator Iesu Christe plurimæ diuinæ Maiestati tuæ gratiæ referantur,qui non cõtẽtus es tuum pretiosum sanguinem riuulis
25 effundere, sed illum etiam in diuino, atque ineffabili altáris sacramento reliquisti,ut eo animarum nostrarum terra frequẽter irrigetur. Quid ergo erit, si tam singulari beneficio animæ nostræ affectæ, steriles tñ remanserint?ò quanta confusio, & q̃ digni erimus condemnatione. Prædicens Sanctus Dauid tempus legis gratiæ dixit:Benedices coronę
Psal.64. anni benignitatis tuæ,& campi tui replebũtur ubertate. Pinguescent speciosa deserti, & exultatione colles accingentur. Induti sunt arietes ouium,& ualles abundabũt frumento: clamabũt etenim hymnum dicens: Corona anni,idest,circulus anni. Et annus benignitatis Dei est tps legis gratiæ totum
26 plenum misericordiarũ Dei. Nec uerò sanctissimus ille sanguis, cæteraq; omnia beneficia, quæ dicuntur benedictio Dei unum diẽ,aut unam hebdomadam remãserũt, sed in uniuersum tempus,quo mundus durarit. Et idcircò dicit:coronæ anni,idest, uniuerso discursui,& circulo legis gratiæ,& sic maximã oportet esse semper spiritualem vbertatem in campis,& desertis,hoc est in secularibus,religiosisq; hominibus. Et apertè patet prophetam hic de spirituali ubertate loqui per hanc metaphoram camporum, uallium,ac desertorum,cum ulterius dicat:arietes clamabunt,etenim hymnum dicẽt. Qui quidẽ sunt uiri, qui maximos in uirtute progressus faciunt. Verum est hoc in primitiuę Ecclesiæ tpibus fuisse adimpletum, in quib. maximum fructum Apostolorum sata produxerunt qñ urbes uirginibus,ac martyrib. plenæ erant:desertaque loca plurimis eremitis mundi contemptorib. repleta. Nunc aũt iam aliter fieri uidetur. Reuelauit Deus S.
Ioseph septem annos maximæ fertilitatis 27
esse uenturos, quos alij septem maximæ ste Gen.41.
rilitatis subsecuturi erant. Sic factum est in ecclesia catholica:priorbus enim annis maxima uiguit sanctorum ubertas. Tũc innumerabiles erant virgines duodecim, tredecimq.annorum,quæ ut integram incolumẽque uirginitatem seruarẽt,capita sua sęuissimorum carnificum manibus iugulanda tradebant:innumerabilesque uiri, atq.uxores, qui in magna fidelitate,rectitudine,uitęque integritate uiuebãt. Et sic de singulis. Nunc aũt apertè conspicitis quanta si virginitatis, martyrij, fidelitatis,ac demũ iustitiæ sterilitas,& inopia. Hæc miseria partim(credo)ex prædicatorũ defectu prouenit,qa non prius granum in manu accipiunt,quã illud in terra seminent. Non caret magno mysterio,q̃
cum Deus soli Moysi signum uirgæ dedisset, ut coram Pharaone in serpentem cõuer 28 Exod.4. Exod.7.
teretur. cùm postea Moyses in eius conspectu esset,noluit eam proijcere sed eam proijciendam Aaron fratri suo commisit, ut significaret, cuius esset dicere, & prædicare, eiusdem etiam esse opertere bene operari: plus enim uerba,operibus coniuncta,quam singula per se hominum animos commouent. Et qa Aaron prędicator,& orator mittebatur(Moyses enim balbus erat) visũ est Moysi miraculum illud facere proprius ad Aaron prædicatorem,quàm ad se pertinere. Dixit miseriam hanc partim ex prædicato-
rũm defectu dimanare. Nam uere maiorem 29
culpæ partem audientium esse arbitror. Si enim saluationis uestræ zelatores essetis, non tantum prædicatorum opera,licet pessima essent,deberetis attendere (qualia per misericordiam Dei plerumq. non sunt cum plurimi sint serui Dei,qui tam uitæ integritate,quam doctrina prædicant)ueruntamen quando ita non esset,non in uitam quidem, sed in illorum doctrinam uos oculo conijcere oportet. Deus per coruos panis, carnisque portionem Heliæ mittere consueuit,

nit,vt significaret Deum sæpe numerò per
rostra immunda,& p obscænas linguas tur-
pium, carnaliumq; hominũ animabus ser-
uorum suorum mundam,sanctamq; doctri
nam mittere,quę maximi æstimanda estseo
ꝙ.cum ipsi obscæni sint,mundum,ac synce
rum cibum vobis præbent, & potius suffert
Deus se in immũdorum hominum linguis
versari,quam uobis spũalem cibũ deesse. O
ineffabilem Dei pietatem,qũo ad vtilitatem
30 vestram prædicatorũ defectus supplere no-
uit. Bonum esset,quod diceret. Helias in illa
necessitate cõstitutus,quid Dñe? per coruos
mihi cibos mittis? nũqd alios famulos,aut
œconomos non habes? nihil horũ dicebat,
sed beneficium illud cum magna gratiarũ
actione recipiebat. Sic vos facere deberetis.
Idcircò dico ego præcipuã culpæ huius par
tem in vobis esse. Profectò idem nunc mihi
videtur agi, quod agebatur qñ dixit Deus
Ezechieli. Tu fili hominis,fili populi tui, q
Eze.33. loquuntur de te iuxta muros,& in ostijs do
morũ,& dicunt vnus ad alterũ,venite,& au
diamus, quis sit sermo egrediens a Dño, &
veniunt ad te, & sedent coram te populus
meus,& audiunt sermones tuos, & non fa-
31 ciunt eos,quia in canticum oris sui vertunt
illos,& auaritiam cordis sui sequitur cor eo
rum,& es eis quasi carmẽ musicũ,quod sua-
ui,dulciq; sono canitur. Et cum venerit qđ
prædictum est: (ecce enim venit) tunc sciet,
quia prophetas fuerit inter eos. O summam
Dei bonitatem: tps etenim illud huius tem-
poris esse mensura videbatur. Nunc quippe
dicitis,eamus ad audiendũ talẽ prædicato-
rem: ò quam mirificas res dicit,ò quam elo-
quenti sermone eloquitur,& sic ea, quæ vo-
bis Dei nomine dicuntur, in derisum con-
uertitis,verũtamen ita concubinarij,cupidi,
auariq; sicut anteà remanetis. Solummodo
vobis Hispani sermonis eloquentia rema-
32 net. Veruntamen, qñ in vobis comminatio
nes,quas Deus fecit,adimpletæ fuerint tunc
prædicatorem vera dixisse cognoscetis. Pla
ceat diuinæ Maiestati,ne sit sicut ego vobis
dico,sed vos hodie in hãc prædicationem
fuisse conuocatus sit ad utilitatẽ animarũ
vestrarum,atque vt hoc excitatore,quem vo
bis hodie præbet,concitemini,vt vos in hu
ius cælestis doctrinæ speculo contemplan
tes,diuinam seueritatem timeatis, probita-
tisque eius amore capiamini, vt, tanquam
vberrimi agri,maximos fructus feratis.

Hoc diuinũ semẽ supernos seminator in
quatuor partes diuisit,quarũ tres perierunt,
& vna tm̃ pfuit. Nũc aũt vtinã ex quinqua
ginta partibus vna proficeret,hac.n.contẽti
essemus, quæ qdẽ maxima est auditorũ cõ-
fusio,ꝙ desideret prædicator,vt ex quinqua
ginta animabus, quæ eũ audiunt,una saltẽ
ex eius sermonibus fructũ perciperet. Et sa-
tis magno mærori est hoc prædicatoribus,
nã qũis auditores ex eorũ pdicatione fructũ
non percipiãt, nõ ideò meritũ suũ amittũt. 33
Zelatores aũt, & cupidos boni animarũ nõ Simile
hoc consolať: quemadmodũ pia mr̃ nullam
in filij sui obitu consolationem recipit,qũis
ipsa oẽm ad eũ sisecandũ diligentiã adhibue
rit, & se oĩa possibilia remedia applicuisse
cognoscat. Si ẽt pius prædicator non põt lõ
gè maximo mærore non affici,tantã anima
rũ cædẽ, tantãq; morũ deprauationẽ aĩad-
uertens, quãuis ipse totã possibilẽ adhibeat
diligentiã. Vnã partẽ huius seminis dicit S.
Euangelista secùs viã cecidisse per viã distra
cti,atq; dissoluti hoĩes intelliguntur, qui tã
quã viæ oĩbus malis cogitationibus, patefa
cti sunt:& quanq̃ ex prædicatione,bonis co
gitationibus, sanctisque propositis pleni e-
xeũt,verùntñ habet se diabolus cũ illis qua
si pueri,qui annulo ferreo ludunt, quorũ al- 34 Simile.
ter cum globum suum iã intra annulũ fer-
reum incluserit, alter ita violenter globum
suum in alium immittit, vt illum foras ex-
pellat,& ipse in annulo maneat introductus.
Sic ẽt diabolus exeunti tibi ex pdicatione
forte imaginationẽ immittit, & adeo violẽ
ta venit hæc cogitatio, vt bonum desideriũ
furiosè pertingẽs illud foras eijciat,ipsa ve-
ro in corde tuo incluso remaneat. Vñ Dñs
de his dicit. *Venit diabolus & tollit verbũ de
corde eorum*. Idcirco efficacissime vniuersæ Simile
malæ cogitationi ianuas nos claudere opor-
tet. Qñ ciuitas à peste custodiť,vbi primum
custodes viatorẽ aliquẽ intuenť, statim pro-
clamãt & dicunt; Heus,heus, vñ venis? nec
eum ingredi patiunť,nisi prius iuramẽto af- 35
firmet,se nõ ex corrupto loco venire. Quæ
maior est pestilẽtia mortali peccato? vt ergò
te ab hoc malo custodias,vbi primum mala
cogitatio obrepserit, q est viator veniens ex
loco,vbi moriunť; statim ei resiste,nec eã in
gredi patiaris. Non cõfundeť,cum loquetur
inimicis suis in porta,dicebat Dauid, Allo-
quere tu cogitationes tuas, quæ sunt capita
les hostes tui ingressu, & nõ experieris te in
æternum cõfusum. *Aliud cecidit super petrã.*
Sunt aliqui, qui ad prædicationem audien-
dam

dam accedunt,& verbum Dei audientes suspirium unum proferũt; & sentiunt optimũ esse illud facere,quod prædicator admonet. Hoc autẽ suspitium fuit,quasi suspirium cucurbitæ,nullã enim operationem fecit propter duritiem cordis. Sicuti faciebat infœlix ille Pharao,qui Dei admonitionibus tactus omnia,quæ ab eo postulabantur, se facturũ
36 esse promittebat, nihil tamen eorum opere
Exod.8. complebat,pp duritatem suam. Et sic præcepit Deus Moysi, vt ei suo nomine diceret? Ad huc retines populum meũ? O nimis metuenda verba: videbatur utiq; Deus (in quẽ nulla prorsus cadit admiratio) illius iniqui hominis duritiem admirari? Quasi diceret: Quõ fieri potest hominem toties diuinis admonitionibus exhortatum, cælestibusque verberibus castigatum adeò rebellem esse? proh dolor, de quot hominibus idem hodie
Amos.4 dici potest sicut cõqueritur Deus per Amos prophetã dicens: percussi vos in vento vrente,
Exo. 10 & non redistis ad me. Deus vos liberet, quando quis in hanc pertinatiam deuenit. Animaduertite qualis manserit ille infœlix,cùm dixerit Moysi,recede a me,& caue, ne videas faciem meam. Hoc fuit uniuersarum infœlicitatem eius fastigium. Et attendite quid respõderit vir Dei. Ita fiet(inquit)
37 non videbo amplius faciem tuam. Timete fratres, ne pp peccata vestra vobis auferat illum,qui vobis sancta consilia præstat. Qđ grauissimum quidem est eius supplicium.

Aliud cecidit super spinas &c. Per has dicit Dñm nimias secularium rerum curas intelligi,diuitias,scilicet,& uoluptates, quæ, tanquam spinæ vniuersam animæ uirtutem sugunt: Posuit Deus has afflictiones in rebus huius sæculi,& uoluit, vt tanquã spinæ homines compungerent, vt ipsi eas dispicerent,& pro nihilo ducerent. Et sic dixit per
Oseç. 2. Oseam, sepiam viam tuam spinis. Sicut in
Simile. hortis tribulos, & spinas inseritis, ne qs ad
38 popa rapienda introeat. Aliqui tamen sunt pueri rapaces adeo gulosi,qui etsi vestimenta dirumpãt,carnesque à vepribus feriãtur, & sanguine perfusi egrediantur, in medios tribulos se immittunt, vt poma furentur. Tales profectò sunt homines, qui omnes afflictiones,& molestias tolerant, quò his secularibus rebus fruãtur,& sic sanguine cruẽtati egrediuntur,vt miserabiles sint visu. In his
Hier. 4. parum fructus fert verbum Dei. Ideo Hieremias dicit: Nouate vobis vouale, & nolite serere super spinas. Idcirco oportet vos eas prius euellere, sicut facit agricola, qui prius agrum collit & sentes, spinasque omnes euellit:vt,ita faciẽtes, ad cælestis gloriæ præmium peruenire mereamini. Amen.

Dominica in Quinquagesima.

Assũpsit Iesu duodecim discipulos suos secretò,& ait illis: Ecce ascendimus Hierosolymam. Luc. 18. 39

Maxime est considerandum, q̃ crebrò dñs cum discipulis suis de sãctissimę passionis suę mysterijs locutus est, vt hac lucem & p̃monitione exortati simul in illo rigoroso cõflictu psisterẽt, pcipue cũ recordarẽtur se toties a suo diuino magistro illud audiuisse, antequã ipse pateretur. Ideo ẽt plurima coram eis miracula,operatus est. Et ita,omnibus miraũbus,in omnibus,quę Luc. 9.
faciebat, dixit ad discipulos suos: Ponite vos in cordibus vestris sermones istos, filius enim hominis futurum est, vt tradatur in manus hominum,quasi diceret: Animaduertite hæc miracula, ne illorũ obliuiscamini:tpe enim passionis meæ oportebit vos illorũ meminisse. Et hac repetitione,qua dominus ad discipulos suos fulciendos vsus est,vtitur etiã nunc alma mater Ecclesia, vt nos huius ineffabilis beneficij recordemur, & præ eius recordatione,diuino ipsius amore inflãmemur: optimè enim nouit,quã facilè eius obliuiscimur. Discedit quis amicus Simile.
tuus in aliquam religionem,ad quẽ tu vadis, & dicis: Dñe, siquidem in illã regionem proficisceris, gratissimum mihi feceris, si hanc rẽ meam egeris,cui alter dicit: Faciã utique Dñe depone curã. Inceditis ambo per uiam, & postea ei iterum dicis:Domine,ne obliuiscaris rei meæ,at ille dicit: Ne verearis: non enim obliuiscar. Et deniq;,cũ ei vis iam dicere,vale: dicit:Abi fœlix,& ne rei meæ obliuiscaris. Quare vnã,& eandẽ rem illi toties cõmendas Domine? quia est homo ille tam paruæ recordationis,vt in instanti omnium quæ ei dicuntur, obliuiscatur. Et idcirco ei toties illud repetij,sic in proposito S. Ecclesia. Scitote vnũ ex fontibus malorũ nostrorum esse malis cogitationibus aditum patefacere, Vnde dicit Iob: Cogitationes meæ Iob.17
dissipatæ sunt torquentes cor meum. Huius causam assiguat Beatus Isidorus, dicẽns.

quia

quia cogitatio parit delectationē, delectatio
Isidor. cōsensum, cōsensus opus, opus cōsuetudinē.
Et sic reddens sacra Scriptura rationem, quare Deus uniuersam terram demerserit diluuio, dicit, uidens autē Deus, quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta
Gene.6. cogitatio cordis intenta esset ad malū omni tempore. Contra verò, unus ex fontibus, vnde bona oriuntur, est bonas cogitationes ha-
Psal.18. bere, quales habebat Dauid, cū diceret; Co-
3 gitatio cordis mei in conspectu tuo semper, idest, talis, quæ semper possit tibi præsentari. De Absalon refert sacra Scriptura, quòd pulcherrimos habuit crines, adeo, ut fœminæ Israel illos pari auri pondere appensos
2.Re.14 emerent. Et refert eadem sancta Scriptura nullum esse tam decorum iuuenem in Israel. Et à planta (inquit) pedis usque ad uerticem non erat in eo macula. Consentaneum erat, quòd qui tam decoros habebat crines, in reliquis corporis partibus esset elegantissimus. In quo significatū est, quòd animam habere pulchras, ac decoras, sanctasq; cogitationes, fundamentū habet, ut in reliquo sancta
4
Simile. sit. Et quēadmodum inter capillos flaui pulcherrimi sunt, sic ēt inter cogitationes ex pulcherrimis, sunt quę rubicundæ, & pretiosissimo Iesu Christi filij Dei sanguine persusæ sunt. Et sic reperietis mysteriū maximum in Canticis Canticorū, scilicet, quòd sigillatim cō memorās illic spōsus sponsæ perfectiones,
Cant.7. dicēsq; Quā pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia principis, uenter tuus sicut aceruus tritici uallatus lilijs, duo ubera tua sicut duo hinnuli gamelli capreæ, collū tuū, sicut Turris eburnea, oculi tui, sicut piscinæ in Esebō, nasus tuus, sicut turris Libani, caput tuū, ut Carmelus, tādē in fine addidit, dicens. Et comæ capitis tui sicut purpura regis iūcta canalibus. Vbi illa, & est causalis, qua si dicat, oēs has perfectiones habes, quia comæ capitis tui sicut purpura regis, &c. Laudatur hic sponsa de pulchris passibus, quæ
5 sunt bona opera, & dicitur habere uentrē, quę est animæ capacitas granis plurimorū meritorū refertū. Et ubera abundantissima habere dicitur, quæ est magna misericordia, & clemētia, laudatur ēt, quia firmissimam habet spē in optimæ uitæ moribus innixā, quæ per nasum significatur, rōnē ēt sublimem, & sensualitatis dominantē, quæ per caput significatur. Et cām oīum harum excellentiarum dicit spōsus est, quia habet comas, quæ sunt cogitationes rubras, quasi purpurā, & cana-

libus perfusas, quæ sunt sacratissima Redemptoris nostri vulnera. Quę cū ita sint, fratres charissimi, cūque ex bonis cogitationibus, præcipueq; ex meditatione sanctissimæ domini passionis tantū bonum, atque utilitas oriatur, uos iterum, atq; iterum, & quanta animi contentione possum, deprecor, ut profundissima cū consideratione illius frequentissime recordemini, siquidem, idcirco nobis illam toties sancta mater Ecclesia in memoriā reuocat. Septies aspersit Moyses alta- 6
re sanguine uituli, & toties oportet nos cordium nostrorū altaria quotidie diuini uituli Iesu Christi cruore perfundere. Veruntamen quęret quispiam, quare hodie potius, quā alia die nobis hoc Euangelium sancta Ecclesia proponit, præsertim cū magni gaudij, ac uoluptatis sit dies? nunquid hic dies est aptus uerberibus, & contumelijs? Dicō cōgruè profectò hoc nobis hodie Euangelium fuisse recitatum. Hic est mos filij Dei. quod idē quod uos in anima uestra interius Simile.
geritis, idem ipse in se exterius insculpit. Vir primarius alicuius dominæ amator, ubi pri-
mū uidet, eā uiridis, aut purpurei, aut alius 7
cuius coloris uestimētis uti, statim ipse eiusdem coloris uestib. induitur. Nec ipse solū, sed etiā seruos oēs eiusdē coloris uestiri iubet, ut amoris languor uisceribus inclusus cultu cōformi adamatæ fœminæ minimè delitescat. O Christe filij Dei æterni animarū nostrarū amator ardentissime, qualis in tua Matt. 8.
sanctissima humanitate colores depromis? Eosdē (inquit) quos tu in anima tua defers. Ingressus est dñs semel cum discipulis suis in nauē, & excitata tēpestate, cęperunt Apostoli deficere, & timere, tunc cœpit filius Dei dormire. O diligentissime peruigil animarum custos, nunquid de te non prophetauit Dauid. Non dormitabit, neque dormit, Ps. 120. Psal.43.
qui custodit Israel? Exurge, quare obdormis Domine, exurge, & ne repellas in finem, obliuisceris inopiæ nostræ, & tribulationis 8
nostræ? Videris enim charos discipulos in medijs fluctibus derelinquere, & eorum obliuisci. Verum, re uera, non obliuiscitur, qui Cant. 5.
& si dormiat, cor eius uigilat. Sed dormit, quia in eorum pectoribus fides dormiebat, quæ nisi dormiret, cum talem, ac tantum comitem haberent, nequaquam pertimescerent, eorum igitur colorem assumit Domine, quomodo hodie ab hominibus tractaris? Nunquid uos non uidetis quomodo ab eis tractor (ait dominus?) Oēs ascendunt ad

cruci-

crucifigendum me. Nonne meministis Apo
Hebr. 6. stolorum dixisse. Rursum crucifigentes sibi
metipsis filium Dei. Hoc profectò nunc homines sua maxima prophanitate, ac turpitudinibus faciunt. Et idcircò uolo hodie eundem colorē assumere, quo ipsi induuntur, & uolo etiā ac Ecclesia mea hodie flagellatus, spinis coronatus, ac deniq; crucifixus repræsentari. O maximā hominū confusionem, quo
24 eo quod sacrosanctum tēpus aduentat estrænatè sese uoluptatibus, ac sceleribus com-
leg. 1. c. quib. ut indign. Nota. mittunt. Referam uobis obstupendum casum. Fuit Romæ uir nobilis, & magna diuitiarū copia affluens, qui tres habuit liberos, quos etsi parens optimis magistris erudiendos tradidit, ipsi tñ eorū doctrina nō utētes, vt primū adulti sunt, singulas cōcubinas acceperunt, qbus Imperator iussit, vt eas relinquerēt, sin minus se ab eis supplicium sumpturū affirmauit, sed cōminatio illa cum nihil prodesset, uenerunt repente ministri Imperatoris, arbitrantesq; parentem, quē repererunt, aliquem esse liberorū, eū apprehendunt, & citò in patibulo suspendunt. Sequēti die uidēs eum uniuersa Roma pendentē cū clamoribus ad eius liberos perrexerunt,
25 dicentes: Venite, venite, & videbitis patrem vestrū, qui uenerunt, illumq; pendentē aspexerunt, qbus cum alij hoīes dicerent: Nunc quō ferri poterit uos iā amplius concubinas habere, siquidē pro peccatis uestris, pater uester ita mortuus est? illi dixerūt: Desinite illū: nō. n. deerit, qui eum sepeliat. Et, eo relicto, ad cōcubinas peius quā antea reuertuntur. Qđ cū Imperator cognoscere, dixit: O maledictos iuuenes? conijciātur in triremē, atq; ibi tota uita remigijs insudent, uiuantque morte prolixa morientes. O pater noster Iesu Christe, in quo durissima maximi cęlorū Imperatoris iustitia pęnas, qbus culpę nostrę dignissimę erāt, executa est permittens, ut in cruce suspendereris. Eia hoīes (ait sancta mater Ecclesia) Venite, & uidete uestrū
26 optimū Patrē suspensum pro adulterijs, impudicitijsq; uestris: quis ergo amodo peccare audebit? Verū. Proh dolor? auditis etenim hic clamoribus in Sancto Euāgelio, & in prędicatione, quamuis hoc ore non dicatis, malis tñ operibus idem dicere significatis, scilicet, quid ad me mors eius attinet? non illam doleo, siquidē hinc ad tātas prophanitates, ac scelera perpetranda exitis, ut dictu etiā, quanto magis uisu sit lachrymabile. Nunc ad literam adimpletur, quod Sanctus Iob lamentabatur, dicens. Noctē uerterūt in diē?
quia hoc tēpus, quod est lachrymis effundēdis, Iob. 17.
Iesu Christiq; filij Dei morti meditādæ constitutū, totū in risum, ludū, ac scelera peruersum est. Ideo iure optimo nobis dicere pōt
dñs. Lamentauimus uobis, & non plorastis, Luc. 7.
id est. Ego dico me pro uobis mori, uos autem ridetis. Etiam nobis hodie hoc mysterium sacræ passionis dñi proponitur, quia hoc tēpus est initiū pœnitentiæ: pœnitentia
autē a passione Iesu Christi Redemptoris 27
nostri originem ducit, cuius finem oportet esse, ut Iesum Christū imitemur. Qui coronā insculpit, ut illa est orbicularis, incipit in eodē puncto, in quo definit, sic alma mater
Ecclesia vult, vt in hac fabrica huius sanctæ Simile.
coronæ, quæ est pœnitentia (& potest dici corona ab effectu, quia per eā gloria coronabimur) a dñi passione, eiusq; consideratione exordiamur, & in eodē puncto finem faciamus, quæ est ipsa sacratissima passio, de qua hoc occasione in fine Quadragesimæ copiosè agetur. Itaque in passione quadragesimæ pœnitentiam exordimur, & passione ei finē imponemus.

Dicit igitur dñs discipulis suis. *Ecce ascen* 28
dimus Hierosolymam, &c. usq; ibi *De filio hominis.* Dicit hic filius Dei filius hominis, qa totus ministerio, atq. utilitati hominis dicatus est, sicuti in Hebræa phrasi filij sponsi dicuntur illis dediti, q̄ sunt spōsi. O q̄ dulce, ac moris maximi plenū uerbū est filiū Dei, filiū hominis nūcupari, & hæc omnia ad utilitatē nostrā. Hoc ꝓmisit æternus Pater per
Isaiā dicēs. Et figā illū paxillū in loco fideli. Isai. 22.
Propheta qdē elegāti quadā metaphora loquēs de Christo Redēptore nostro, dicit se illum positurū quasi paxillū in fideli, id est, firmo pariete, q omnia tutissimè sustinebit, ut in eo omnia uasa, quod instrumēta templi a maximo vsq; ad minimū suspēdātur. Vt æternus Pater nobis significaret, qđ unigenitus filius suus incarnatus nobis positurus es
set, dicit se in hac sua sācta Ecclesia tanq̄ fir- 29
missimū paxillū esse fixurū, ex quo oīa sacramēta, oīs potestas, & iurisdictio, oēs gratiæ, ac uirtutes, oīs diuina Scriptura, illiusq; intelligētia, oīa deniq; ministeria, ac ministri, atque fideles huius sanctæ Ecclesiæ pēdeāt. Itaq. omnia a maximo usque ad minimum ab eo dependent, quia ex pretio eius sacratissimi sanguinis, totum esse, pondus, & efficaciam suam habent. O diuine paxille eleua cor meum a terra, & illud a te suspende

omnes

Omnes vos dilectissimi fratres; hũc diuinũ Dñm suppliciter exorate, vt siquidẽ ab æterno patre in hac sancta Ecclesia, quasi paxillus affixus est sua virtute ac potentia vos à terra eleuatos, hoc est à terrestrium rerũ affectione, & amore abstractos, & erectos sustineat. Ecce quam meritò filius hominis nuncupatur, cum tantopere seruituti, vtilitatiq; nostræ fuerit dedicatus. Veruntamen væ nobis quantæ confusionis est, quòd cum Deus sese hominibus totum tradiderit, homines
30 se totos Deo nolint committere. Quare nõ erubescis ò peccator, quia cum totum vitæ tuæ tempus in mundi seruitute consumas, tamen ne dimidium quidẽ horæ noctis, aut diei in Dei ministerio, & in eius diuina probitate cõtemplanda traducis? Quid autẽ de illiberalitate tua dicã? qua in bonis tuis inter pauperes diuidendis vteris, præsertim cũ vanis, ac superfluis sumptibus præcipiam
Zac.11. substantiæ tuæ partem consumas? O infœlix quam manifestè te maledictio illa comprehendit, brachium eius ariditate siccabitur. Et hoc ex cordis siccitate dimanat, quia
Psal.101 es, vt dicit Dauid: Percussus sum sicut fœnũ:
31 & aruit cor meum. Tactus es a vento superbiæ, & ab igne luxuriæ, & sicut fœnũ emarcuisti, remansitque tibi cor siccum quasi lapis absque amore, & pietate, & ex cordis siccitate manus etiam processit ariditas.

Dicit vlterius Dominus: *Tradetur enim gentibus, &c.* Vnde pensare potestis Iudæos nõ proprijs quidẽ manibus Christo Redemptori nostro mortẽ intulisse: sed gentib. persuasisse, vt illũ interficerent: veruntñ maius
Ioan.19 fuit Iudæorum, q̃ Gentium peccatũ. Vnde Dñs dixit Pilato: Qui tradidit me tibi maius peccatum habet. Quã latus campus hic detegitur? ò quot abominationes in mũdo committuntur propter aliorũ persuasiones, in quib. denuo (sicut iam dictum est) Iesus
32 Christ⁹ crucifigitur, & occiditur. Tã graue peccatum est alios ad Deum offendendum inducere, vt ijs, qui hoc faciunt, factum ex proposito fuisse infernum, Dñs affirmet. Loquẽs enim de die iudicij, & de malorum condemnatione expressit, se eis dicturum esse:
Mat.25 Discedite à me maledicti in ignẽ æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Nota Dñm non eis dicere: qui paratus est vobis, sed qui paratus est diabolo, & angelis eius. Vbi significare videtur infernum non factum fuisse alijs peccatoribus, nisi ex accidenti, vel non ita primo. Angelis autem diaboli tam ex proposito factum fuisse, dicit, ũ cui ipsemet diabolo. Sed dicet aliquis. Nunq̃d diaboli nõ sunt angeli, q̃ crediderũt nũquid sunt angeli diaboli, q̃ natura non sint dæmones? ẽt, quia hoc nomẽ angelus, vt bene notat B. Greg. non est nomen naturę, sed Greg.
officij, & sic angelus idẽ est qđ nũcius, vnde q̃cunq; tibi aliquid de Deo dicit, est nunci⁹ Dei, & per consequens angelus Dei. Quam obrẽ dixit Malachias. Labia sacerdotis cu- Mala.2.
stodiunt scientiam, & rõnem reddens, dicit, 33
quia angelus Dñi exercituum est. Non vult dicere illum esse ex illis cælestib. spũalib. sed nuncium dñi esse significat, sic ẽt angeli Sathanæ, sunt nuncij Sathanæ, & ministri perditionis. Malum consilium est epistola Sathanæ, & per manus tuas ad alium infelicẽ defertur, ergo tu, qui ei male consulis nuncius es Sathanæ. Itaq; oẽs, qui siue uerbo, siue malo exemplo alijs persuadetis, vt creatorem suum offendant, estis angeli Sathanæ adeo infœlices, & maledicti, vt meritò dicere possimus vobis tã ex proposito, quã diabolo factũ fuisse infernum. O q̃ infœlices, 34
ac tristes nuncij sunt hi carnalib. hominib. qui ad peccatum unum committendum efficiunt, vt alij plurimi peccent, atque etiam lusorib. qui ad illicitos ludos alij inuicem inuitantur. Necnon usurarijs, qui sunt causa, vt oẽs eorum ministri Deum offendant. O fratres charissimi uosmetipsos miseremini, & ne vos proximosq; vestros hoc modo pdatis. Vos ẽt qui ad peccata malis persuasionib. inducimini; magnopere notate de illis Madianitis, q̃ Hebręos ad peccandum cum gentilib. mulierib. prouocauerunt, Dñm dixisse. Hostes vos sentiãt Madianitæ. In quibus uerbis admonemur, vt eos capitales Nu.25.
aduersarios iudicemus, qui nos ad peccãdum commouere conantur, & hos tanquam ipsum peccatum oportet nos fugere.

Conclusit autem dñs verbum quoddam consolatorium dicẽs. *Tertia die resurget.* O 35
bone Iesu, ò gloria animarum nostrarum, quã sapienter huius seculi afflictiones moderaris, nunquã etenim in hoc seculo unciã męroris hominib. immittis, post quem mille gaudij ac voluptatis põdera nõ infundas, Viceuersa facit mundus, nã ꝓ minima quadã uoluptate, maximã molestiam, ac plurima tormenta remittit, passionis pœnã gloria resurrectionis operis. Hunc stylum obseruat etiam hic clementissimus Dominus in Sanctis scripturis, sicut perpendit Beatus

Hie. sup 5. ca. Amos. Isa.1. Hieronymus, ubi postquā res tristes memo-
rat, Lętas adiūgit, ne hoīes desperent, sed ad
eū conuertantur. Postquā dixit per Isaiā: Vę
genti peccatrici populo graui iniquitate, su-
per quo percutiam uos ultra; terra uestra de-
serta, ciuitates uestræ succensæ igne; uerba
quædam magnæ consolationis addidit, di-
cēs; Lauamini, & mūdi estote, auferte malū
cogitationū uestrarū ab oculis meis, & ue-
36 nite, & arguite me, dicit Dn̄s. Si fuerint pec-
cata uṙa ut coccinū, quasi nix dealbabūtur.
Quasi dicat: Et si pessimi estis; si tñ ex toto
corde uestro ad me cōuersi fueritis; Ego uo-
bis facultatē cōcedo, ut me tanquā fallum,
ac mendacē Deum accusetis, si animabus
uestris remediū non adhibuero. Et postquā
Amos 5 per Amos prophetā dixerat: Audite uerbum
istud, ꝙ ego leuo super uos planctum, do-
mus Israel cecidit, & non adijciet, ut resur-
get. Addidit, dicens: Querite me, & uiuetis,
Hie.30. & nolite quærere Bethel. Et per Hieremiā;
postquā dixerat; Væ quia magna dies illa,
neque erit similis eius, tēpusque tribulatio-
nis est Iacob; Addidit, dicēs; Ex ipsa saluabi-
tur, & erit in die illa, ait Dn̄s exercituum,
cōteram iugum eius de collo tuo, & uincula
37 eius dirumpā, & non dominabuntur ei am-
plius alieni. In omnibus his locis ineffabilis
Dei misericordia reuelatur, & ostendit post
magnos labores, si peccatores ad eum con-
uertātur in illo refrigerium reperire. Verun
tamen animaduertendū est prophetas Naū
& Habacuc, postquam in suis propheciis res
tristes referunt, non lætas narrare, quia gen-
tilibus populis prophetabant, qui quidem
ab emenda, & conuersione longissime abe-
rant, & perditissimi, corruptissimique erant:
obduratis enim peccatoribus nullus hilaris
nuncius meritò reddi potest.
Et quanuis hæc illis Dn̄s clarissimis uer-
bis de passione sua locutus ē, dicit tñ S. Euā-
38 geliū: *Et ipsi nihil horū intellexerūt.* Tanta e-
rat sanctitas Iesu Christi Saluatoris nostri,
tātaq; æstimatio, q̄ discipuli de eo habebāt,
sicut cū ardentissimo amore, quo illū dilige
bāt, vt nequaquā cogitare possent, aliquem
adeò impium existere, qui ei nocere cogita-
ret. Imo arbitrati sunt, ubi primū Hieroso-
lymā aduenissent illum a Iudæis in regem
esse extollendum: & idcircò gemini fratres
Ioannes, scilicet, & Iacobus præcipuas se-
des a Dn̄o postularunt. Deniq; ut erant bo-
ni, bonorū ingeniū habebant, qui ne de ma-
lis quidem male suspicari uolūt. Vice uersa
est malus; qui ēt de optimis uiris male cogi-
tat. Et sic hæc est una ex excellētiis quas B.
Paulus de charitate assignat, uidelicet: Cha-
ritas non cogitat malum, id est, qui charita
te præditus est, de nemine male suspicatur.
Metallum liquefactū figurā sumit a forma, Simile.
in quā infunditur. Vnde ex forma cymbali
nō prodit pila, nec ex forma pilæ deducitur
cymbalum, sic ēt unusquisque iudicat, & sē
tit de rebus, quas uidet, & audit, s̄m formā
cordis sui. Cor sanctum, & charitate plenum
quicquid in se recipit, probitatis formam ei 39
tribuit, & æqui, bonique consulit. Cor uero
iniquum, & malitia plenum, quicquid in il-
lud ingreditur, malitia implet, ac uitio uer-
tit. Quæ est causa, quare si de aliquo benedi
citur, uix illud creditis, si uero male, statim
ei fidē adhibetis: quia malū cor habetis, qua
lē formā habetis, talē ei prębetis. Vel pos-
sumus ēt dicere, quod nihil eorum intellexe
rūt, quia non eis s̄m ipsorū desideria loque
batur. Si eis de principatibus, aut temporali
regno loqueretur, fortasse istud optime in-
telligerent. O quot sunt hodie, quibus si de
spūalibus, cælestibusq; rebus loquaris, pere-
grino sermone eis loqui uideberis, si uero
eis dicas, quō locupletabuntur, quomō æsti-
mabūtur, &c. Magnā ingenii aciē se habere 40
ostendūt. Non recipit stultus uerba pruden
tiæ, ait sapiēs; Saul intellexit Dauidē regna- Prou. 18
turū esse, nam Ionathas dixit Dauidi, Et pa 1.Re.20.
ter meus scit hoc. Atque etiā Saul dixit Da- 1.Re.24
uidi, scio qd̄ certissime regnaturus sis, & ha-
biturus in manu tua regnū Israel, & sciēs il-
lū ad hoc a Deo electū esse, cuius uoluntas
immutabilis est; nihilominus illum interficere
conabatur, nō enim penitus intelligebat, il-
lum esse regnaturū, & causa erat, quia hoc
magnopere oderat. Ideo eius intellectui nō
quadrabat; sic etiam dicere possumus, cum
mors Domini adeo discipulis esset odiosa,
eos non potuisse intelligere, quæ dominus
de ea cum illis loquebatur. Et q̄q̄ dominus
cognoscebat se ab eis non esse intelligendū, 41
sæpe tamen idem eis dicebat, ut eos paula-
tim ad hoc mysteriū intelligendū dispone-
ret. Sicuti q. uult uas angusti colli adimple-
re, nō simul quidē, sed paulatim liquorē in- Simile
fundit, alioquin. n. totum illum disperderet:
Sic ēt quia sancti discipuli angustos nimis
habebant intellectus, paulatim eis dn̄s my-
steria reuelabat; cuncta enim eis simul dice
re, esset omnia disperdere, vt sic aliquid in
dies magis, ac magis intelligerēt, & hoc mo

do disponerentur. Ideò eis dixit: faciam vos
Matt.4. fieri piscatores hominum. Nõ dixit, faciam
uos piscatores, sed faciam uos fieri piscatores hominum, idest, ut paulatim vos dispo
natis ad homines expicandos.

Factum est autem cum appropinquaret Hiericho, caecus quidam sedebat secus uiā mendicans. Et ut audiuit dominum illac praeterire, coepit ab eo misericordiam magnis uocibus implorare: & quanq; ab alijs increpa-
42 batur, ut taceret, ipse uerò multò magis clamabat. Sic oportet esse vero Dei seruos: Nõ destitit Abraam a sacrificio, q offerebat, etsi videbat aues descendentes, ut eū impedirent, sed eas expellabat, & in suo sancto opere, perseuerabat; affirmat.n. sacra scriptura, eum ab incepto sacrificio non destitisse, quousque
Gen.15. sol occidit: Quamuis Hebrei a gētibus in tē
1.Esd.4. pli reaedificatione impediebātur, nō ideò ab incepto ope desistebant, sed tanq magnanimi, & praestantis pectoris viri vlterius progrediebantur, & gentibus ēt resistebāt. O quot sunt hodie, q impedimento sunt illis, q Deo seruiunt, quominus vlterius pgrediantur; & eos ad amplectenda uitia, q ipsi sequūtur in
43 uitant. Virū āt fortem oportet dicere q dice
Psal.10. bat Dauid, In dño confido: quō dicitis ani-
Hie.51. mę meę trāsmigra in montē sicut passer? Hic est mōs, de quo Hier. ecce ego ad te mōs pestifer, q corrūpis uniuersam terrā: quiquidē mōs est superbia, & pōpa secularis. Et respon de persuadentibus tibi ut uitia sequaris, & ad offensionē Dei transmigres bonumq; q coepisti, relinquas. Quō istud mihi audes dicere, vt nidū, in quo tanta cum tranquilitate uiuo, tamq; securus requiesco; deseram: passer in nido a belluis securus, nec ei nocent sagittae: vbi primum aūt per montē incipit diuagari, in illum sagittę diriguntur, & perit. Qm ecce peccatores intenderūt arcū, parauerunt sagittas suas in pharetra vt sagittent in occulto rectos corde. Quocirca frater in
44 nido commorare, in uirtute psewerat, & consilia ministrorū Sathanae paruifacito, iniuriā tibi inferri ducito, quod quis tibi bonum audeat impedire. Hoc etenim significat: Quomodo dicitis animae meae: transmigra in montem &c. idest: Quid vidisti in me vt istud mihi dicere auderes? Disce ab hoc caeco, qui multò magis clamabat: uide quid dicat Salomon. Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipan-
Pro.18. tis. Turris fortissima nomen domini, ad ipsam currit iustus, & exaltabitur. Molle est, quod cedit omni duro, dissolutum est, quod nullo uinculo est alligatum, dissipatum uerò, quod penitus confractum. Dicit igitur Spiritus Sanctus, illos, qui leuissima quaque re deuincuntur, quique amoris, ac timoris uinculo alligati non sunt, similes esse rei cōfractę, quę liquorem sibi infusum retinere non ualet, qualis est bonorum animae suae dissipator. Deuincite igitur ò frater diuini amoris cingulo, & nesis mollis, ac facilis ad submittendum te cuicunque uerbo, ut te non perdas. 45

Stans aūt Iesus iussit illum adduci ad se. O admirabilē huius cęci potentiā, maxima
Ios. 10. & 11. qdem fuit potestas Iosue, qui fecit solem sistere, maxima etiam fuit uis huius caeci, qui ipsummet Deum stare fecit, ueruntamen o admirabiliorem huius potentissimi Domini clementiam, qui miserae cuiusdam creaturae uocibus commotus stetit, ac maxima cū pietate, cordisque teneritudine & *Interrogauit illū, dicens, quid tibi uis faciam?* Optimè narrat dominus quidnam caecus uellet, sed ut ipse pateret eum interrogat. Volebat dominus Hieremiam uinctum magnarum re- 46
rum reuelationibus consolari, & dicit ei: Hieremia clama ad me, ut ego exaudiam te Hie.33.
& annunciabo tibi grandia, & firma, quę nescis, Quid igitur? si Deus seruum suum uolebat consolari, nō poterat rei illa reuelare; eumque illis reuelationibus consolari, & laetificare absq; eo quod ipse prius prolaret, ac peteret? posset quidem. Veruntamen in hoc significare uolui quanti iustorum orationē faciat, & uoluit ostendere eos propter rationem plurima beneficia comparare. Id circo dicebat Dauid, Benedictus Deus, quia Psal.65.
non amouit orationem meam, & misericordiam suam à me. Si enim orationem meam amoueret, utiq; etiam misericordiam suam tollere, & q a nō amoui orationem meam. nec misericordiā suam etiam amoui. O sin- 47
gularem orationis praerogatiuam, quae tantum coram Deo ualet, & uos diuites ab hoc pijssimo domino discite non solum ut pauperum petitionibus aures non claudatis, nec illos fugiates, sed ut eos etiam uobis coniungatis ab beneficiendum eis: Hoc est enim ue re illos audire. Ne auertas faciem tuam ab Tob.4.
ullo paupere dicebat Sanctus Tobia, ita.n. fiet, ut non auertatur facies domini a te.

Respondit cęcus dño dicēs, *Domine ut uideam.* O prudentissimam petitionē. Hoc idē oportet uos fratres charissimi instant ssimè

postulare. Vna enim ex caussis nostræ perdi-
Psal.12. tionis est quia non uidemus. Ideo petebat
Dauid a dño dicens. Illumina oculos meos,
ne unquã obdormiam in morte, ne qñ dicat
inimicus meus præualui aduersus eũ. Ex eo
q̃ peccati pericula mẽtis oculis non ꝓspici-
mus, ꝓuenit, ut negligentes simus, & in pec-
cato dormiamus. Ex quo diabolus aduersus
multos præualet. Aggreditur nos hic hostis
in suggestione, luctatur in delectatione, per
currit in consensu, in publicũ nos profert in
48 opere, præcipiat in more, & consuetudine; &
deniq; penitus præualet in morte. O domi-
ne (ait Dauid) ne patiaris me hoc modo vllo
vnquam tempore excæcari, ne arrideat me
inimicus meus, & ꝑualeat aduersus me, sed
siquando forte per imbecilitatem in pecca-
tum cecidero, illumina oculos meos, ne un
quam obdormiam in illa morte.

*Et Iesus dixit illi: Respice, fides tua te sal-
uũ fecit.* Ex quo patet dispositionem nostra
4.Re.4. magna ex parte ꝓdesse ad bñficia a Deo cõ
sequenda. Singulis uasis infundebat mulier
oleum ſm ipsorum capacitatem, & diuersi
tas capacitatum uasorum fecit diuersas olei
quantitates: sic etiã magnæ, aut parua dispo-
sitio magni interest, & est una ex causis, qua
49 re nobis ex largissima Dei manu maiora,
aut minora beneficia cõicẽtur. Qđ cũ ita sit
fratres charissimi, corda uestra euacuate, illa
q̃ue omnibus vanis curis ac cogitationibus
expedite, ut sic dispositis uobis dñs gratiæ
suæ lucem communicet, posteà verò uos ad
suam sanctam gloriam perducat, Amen.

Feria quarta Cinerum.

Cum ieiunatis, nolite fieri sicuti hypocritæ tristes, &c. Matth. 6.

DE cursus dierũ nullo vnq̃ tẽpo
re ꝑsistens nos in huius sanctę
quadragesimę littus apulit, v-
bi cũ pnĩe animas nostras sal-
uemus, quia (vt Paulus ait:) si
nosmetipsos dijudicaremus, nõ utiq; iudica
1.Co.ii. mur. In cuius rei figurã dr. Transibit enim
dñs percutẽs Ægyptios, cũq; uiderit sangui-
Exo.12. nẽ in superliminari, & in utroq; poste, tran-
scendet ostiũ, & non sinet percussorẽ ingre-
di domus uestras. & lędere. Sic ẽt si corpo-
ra nostra, qui sunt animæ postes, sanguine ꝑ
fuderimus, ueraque pænitentia tinxerimus,
non percutiemur a ministris, q̃ ꝑcussoribus
Dei, dũmodo disciplinæ, ieiunia, cæteræque
pænales exercitationes ex intimo cordis do
lere dimanent. q̃ est uera radix pænitentiæ.
Quo circa dixit Dauid, q̃ dicitis in cordibus Psal.4.
vestris, & in cubilibus vestris compũgimini:
hoc est, erigatur furca ubi perpetra tũ est de
lictum. Et se ipsum magis declarãs addidit, Au. sup
sacrificate sacrificium iustitiæ. Super quo di Psal.4.
cit beatus Aug. sacrificium iustitiæ esse qđ
dixit arias, sacrificiũ Deo spiritus contribu- Psal.50.
latus, cor contritum, & humiliatũ, &c. Et in 1
principio huius sancti temporis hoc sacrũ
Euangeliũ nobis sancta mater Ecclesia pro
ponit, ut nouerimus, qua intentione pæna-
les exercitationes operari debeamus, & ꝑp
quem finẽ cætera oĩa uirtutis, opera facere
teneamur. Loquens sponsus cũ sponsa dicit
quã pulchra es amica mea, quam pulchra es.
Bis eã pulchrã appellat, significans illam in Cant.4.
terius, & exterius esse decorã. Et statim inci-
pit sigillatim annumerare partes, in quibus
habet pulchritudinẽ. Et quãquam eã de cri-
nium, labiorũ, dentiũq; pulchritudine com
mendat, priùs tñ oculorũ eius pulchritudi-
nũ, ac uenustatẽ laudat dicens; Oculi tui co- Simile.
lumbarũ. Quemadmodum enim in diebus, Gen. 1.
quos Deus in mundo creauit, lux fuit, quam 3
primum fecit: qua reliqua omnia illumina-
ta sunt, & ex qua omnia pulchritudinẽ acce
perunt, sic ẽt q̃ primum in spõsa sua laudat,
est corporis lux, qui sunt oculi, & admirabi
lẽ, extraneãq; laudẽ illis tribuit: Videtur.n.
nõ esse magnæ pulchritudinis oculos habe
re colũbarũ. Si diceret spõsus eius oculos es
se tanq̃ ardeæ, q̃ pulchriores oculos habet,
rõnabilib. esse uideret. Sed est notãda regula
quædã, qñ in sacris literis aliquid tanquã ꝑ Nota
fectũ ponitur, quod nullam cum re, de qua Regu.
agit, cõuenientia habere uidetur, tunc quæ-
rendũ est illic mysterium, quod latet. Vnde
notandũ est per oculos intentionẽ significa
ri. Et sic vult sponsus dicere, ò quã syncerã,
ac sine felle amaritudinis intentionẽ habes.
Et hoc est, quod Deus priùs in anima sancta 4
laudat, cũ omnia, quæ facit propter, purum
petram, & descendit pluuia, & uenerunt flu-
mina, & flauerunt uenti, & irruerunt in do-
mum illā, & non cecidit, fundata. n. erat su-
pra petram. Et omnis, qui audit uerba mea
hæc, & non facit ea, similis erit uiro stulto,
q ædificauit domū super arenam, & descen-
dit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt
uenti, & irruerunt in domū illā, & cecidit; &
Simile. fuit ruina eius magna. Petra est massa quæ
dam terræ calore solis coarctata, & ex illa
multa terra adunata. Arena autem, sunt gra
na quædam alia ab aliis segregata. Charitas
est tanquam petra, quæ homines unam rem
adunatam, & quasi petram coarctatā efficit.
Vnde Propheta de iustis loquens, dicit: Qui
statis in domo Dñi, benedicite Dñm. Et sta
tim addit dicens, Benedicat tibi dñe ex Siō. Ps. 143.
Quid est hoc Propheta? quia in uno loco cū
pluribus; in alio uero cū uno tm̄ loqueris,
dicens; Benedicat tibi? Hoc fecit, ut signifi-
caret, eos, qui se adinuicē diligunt, quamuis 30
numero sint plurimi, amore tñ unum esse.
Per arenā odiū, atq; inimicitia significat', q
unumquemq; in locū suum facit abire, & oīa
dispergit. Aedificatio, uita, atq; opera super
hanc amoris petram stabilita, quamuis uenit
imbres, tēpestatesque ingruant, non tñ pote
runt euerti, qui aūt diuisionis arenæ immit
titur, minimo quoq; uentorū flatu proster
nitur. Adeo sublimis, & excellens est hæc
uirtus, ut cum Dauid Deum rogaret ut eius
recordaret', hāc ei proponat, dicēs; Memen- Ps. 131.
to dñe Dauid, & oīs māsuetudinis eius. Nō
dicit memento dñe eleemosynarum, oratio
nisq; meæ, aut zeli mei erga diuinū cultum
sed memēto (inquit) oīs māsuetudinis meę.
Hæc. n. tibi multo gratiores sunt. Antequā 31
dñs hoc Euangelium prędicaret, iam bonus 4.Re.6.
Rex illud ad literā obseruauerat. Nec uero
ipse solus; sed alios ēt sacræ literæ illud ob-
seruasse affirmant. Ex quibus oīb: unum tm̄
uobis S. Elisæū referam: de quo dñt diuinæ
literę, q cum Rex Syriæ uellet nocere Re-
gi Israel, cumq; ad hoc ei in quodam loco in
sidias parasse; hoc, Elisæus Regi Israeli nun
ciauit, & huic periculo obuiauit. Nec uero
defuit, q Regi Siriæ diceret; Eliseus Prophe
ta, qui est in Israel, indicat Regi Israel oīa
uerba quęcūq; locutus fueris in conclaui tuo.
Misit ergo Rex equos, & currus, q eū ad se
uinctū adduceret. O quā modicā cognitio-
nis Dei habebat hic stultus? cū igitur Regis
exercitus ad uirū Dei apprehendendedū ue- 32
nirēt, deprecatus est uir sanctus Deū, ut eos
cæcitate percuteret, & statim oēs excæcati
sunt. O si nunc esset unus Eliseus, ut siqdem
hoīes amore ducti ad Deū conuerti, a uitijsq;
suis nolunt resipiscere, timore saltem per-
territi peccare cessarēt: q a dño peteret, di-
cēs: Feminā illā, q in ianua tandiu commo-
rans uiris officere nō cessat, excæca: excæca
ēt illam, quæ cum deprauato animo ad fe-
stiuitates, ludos, ac conuiuia proficiscitur il-
lum

lum etiam perditum, ac Reipublicæ destructorem grauissima infirmitate percute, ita, vt a lecto nō surgat: quo sic in tui cognitionem omnes isti deueniant, animabusq; suis medeantur. Cum illi serui regis cæci essent, perrexit ad eos Eliseus, & dixit illis: Sequimini me, & ostendam uobis uirum, quem quæritis: duxitq; eos ita cæcos in mediā Samariam. Cumque Rex uidisset eos, dixit ad
53 Eliseum: Nunquid percutiam eos pr̄ mi? Et ille ait. Non percutias; sed pone panem, & aquam coram eis, ut comedant, & bibant, & vadant ad dn̄m suum. Appositamque est eis ciborum magna præparatio. Cognoscatur in Syria hoīem esse in Israel, qui diligit inimicos suos, eisq; benefacit, cum posset eos oēs occidere. Maiorem honorē adeptus est Eliseus eo quod hoc insigne pietatis factum cum hostibus suis fuerit operatus, q̄ uos qui de die in diem ad iniurias ulciscendas odiū reseruatis. O quanta est nostra confusio, & ignominia, ꝙ in lege gratię, & amoris cum tanto odio, & inimicitia uiuamus, præcipue cum iam Deus nobis ore suo dixerit: Diligi
54 te inimicos uestros. Si.n. tantū diligitis eos, q̄ uos amant, nonne & Ethnici hoc faciunt si ēt gentes amicos suos diligunt, eisque benefaciunt, quō appellabimus eos, q̄ ne amicis quidem suis fidem seruant? Nunq̄d sunt uerba, quibus tanta iniquitas satis digne ualeat ampliari? O quantopere de hoc quęre-
Ps. 54. batur Dauid, dicens: Si inimicus meus male dixisset mihi sustinuissem utique &c. Tu uerò hō unanimis, q̄ simul mecū dulces capiebas cibos. Et statim addit. Veniat mors super illos, & descendant in infernum uiuentes. Non est hæc oratio, sed Prophetia. Amici persecutio magnopere sentitur, quia potētior est alijs ad officiendum uobis: q̄a multa pignora uestra possidet, multa arcana ei reuelastis: est testis cordis uestri, atq; etiā pp
55 ingratitudinem. Vnde Sathanas quod fortissimum iaculum in finem reseruauit, ut omnino muros, ac patientiam S. Iob humi prosterneret, fuit ipsosmet eius amicos ad illū adducere, qui eum asperrimis uerbis repre
Rom. 1. henderent. Et sic B. Paulus loquens de illis, quos Deus tradidit in desideria cordis eorum; & in reprobū sensum, inter mala, quæ de illis dicit, unum & nimis principale est, & essent sine affectione, & absque fide, ꝙ ne amicos quidē suos diligebāt, nec eis debitā fidem seruabant. Cauete fratres a tanta peruersitate. Et amicis uestris fidem seruantes, inimicos uestros patientes supportate. Attendite obsecro ad uerba, quibus diuinus Magister materiam hanc concludit, dicēs: *Estote ergo uos perfecti, sicut & Pater uester cælestis perfectus est.* Coniunctio illa sicut, nō dicit omnimodā similitudinē: q̄a impossibilis est, sed admonet nos dn̄s, ut quantumcunq; poterimus, eum curemus imitari. Vt aūt hoc optimè facere sciatis, oculos conijci
te in hunc ipsum dn̄m, qui cælestem hanc 56
doctrinā nos erudijt, & cōsiderate quam ad unguem (ut aiunt) atq; perfecte illam adimpleuit. Sic nobis commendat Apostolus di- Rom. 15
cens: Vnusquisq; uestrum proximo suo placeat in bonū, ad ædificationem. O q̄ salubre consilium? Ne in peccato proximo tuo placeas. Si aliquis tibi dixerit: Amice suffragare illi, quia est conterraneus meus, siue fac hoc, aut illud pp me, si est peccatum. ne quaq̄ facias. Et dicit inferius S. Apostolus. Deus aūt pacis, & spei det uobis idipsum sapere ī alterutrū, s̄m Iesum Christū, ut unanimes uno ore honorificetis Deum, & Patrem domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit uos
in honorē Dei. Diligentissimè animaduertē 57
dum est, quotiescunque B. Paulus aliq̄d Dei noīe præcipit, in exemplum ad nos confortandos Iesum Christū adhibere: & idcirco addit statim. Dico aūt Christū Iesum ministrū fuisse circuncisionis, pp ueritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrū: gētes, aūt super mīa honorare Deum. i. Attendite quō Iesus Christus, oēs tam Iudæos, q̄ gētes suscepit, circunsionique seruiuit; i. Iudæis ad confirmandas promissiones patrum, i. patribus a Deo factas. Et q̄q̄ in uita eos asperrimè reprehendit, ut illos ad ueritatis uiam adduceret, cum tn̄ iam in ultimo uitæ suæ transit in cruce penderet, tūc non eos quidē
reprehēdit? imò potius eos excusauit, pro eis 58
ęternū patrē exorans. Quod amici nostri in
hora mortis nobis commendant, illud nos Simile.
magis solet cōmouere. Nullum.n. est adeò, vel saxeū cor in orbe terrarū, ꝙ nō gaudeat illud adimplere, quod a se quisquam in mortis articulo cōmorās postularit. Sic ēt filius Dei hoīum remediū maxime desiderans, expectauit illud tp̄s mortis suæ, in quo beneficium singulare ab æterno patre postularet, cum etsi nō pater quidem, sed alienus esset, nequaquam illud negare auderet. Expectauit ut se in cruce suspensum uideret sanctissimo corpore suo uulneribus discruciato,

ac ex-

ac excoriato: illudque efficacissima oratione exposcit, dicēs: Pater ignosce illis, quia ne sciunt quid faciunt. O æterne Pater, nullus est in terra pater, qui cum filius eius in vltimo mortis articulo existit, aliquid ei a se petenti neget. Iam ego morior, & pro illis in hac cruce pendeo, per hæc vulnera, & mortē te rogo, vt eis velis ignoscere. Satis illic adimpletum est quod dicitur; Vox turturis
Cant. 1. audita est in terra nostra. Turtur solet se in
39 sicco ligno collocare, & illic canit: cuius cantus est tanquam modulatio matris blandiētis infanti, qui plorat, ac dicentis: Ru, Ru, Ru. O Christe dulcissime animarum nostrarum amator, tu in sicco ligno colloca-
Lucæ. 4. tus, illic æternum patrem tuum cum clamore valido, & lachrymis placasti, dicens: Pater ignosce illis. In Genesi legitur, duos fuisse fratres (quorum alter dicebatur Iubal; alter vero Tubalcain) filios Lamech: horum alter, scilicet Tubalcain inuenit artem ferrariæ, alter vero, scilicet Iubal, musicæ artis fuit inuentor, quia ad sonitum mallei fra-
40 tris sui creditur cecinisse. Duo fratres fuerūt Christus Redemptor noster, & populus Iudaicus. Et ille maledictus populus, crudelis frater, ferrariæ artem inuenit: nunquam enim ars tam dura, nec tam crudelis immanitatis modus repertus est antea, solus ille populus inuenit artem crucifigendi homines, prius enim funibus alligari cruribus homines consueuerant, & ipse inuenit malleum, quo crudelibus, ac crassis clauis affigerētur. Et ad sonitum mallei frater Iesus Christus orationis suæ melodiam concinebat, & magis uoces orationis sanctissimi Redemptoris, quam ictus mallei attrocissimorum hominum resonabant. O maxime Redemptor mundi, uere totius patientiæ Magister, quēadmodum frater tuus populus Iudaicus fer-
41 ro multo duriorem crudelitatem, & malleandi artem sanctissimique corporis tui crucifigēdi immanitatem inuenit, sic etiā tu primus fuisti, qui talem concinendi modum reperisti, quique primus ad huius instrumenti sonitum cecinisti. Tu primus fuisti, qui talem orationis modum inuenisti. Te ergo Domine per istum ineffabilem amorem, per istamque cœlestem patientiam exoramus, vt corda nostra mollifices, istamque admirabilem doctrinam in illis imprimas, quo te imitantes, gratiam tuam recipiamus, & postea te fruituri in cęlestem gloriam conscendamus. Amen.

Domin. I. in Quadragesima.

Tūc ductus est Iesus in desertum a spiritu, &c. Matth. 4.



Dictio illa, tunc; domini baptismum refert, idest, statim postq̄ baptizatus est, ductus est in desertum. Prius quam ieiunasset baptizatus est, cum ipse esset puritas, ad exēplum tn̄ nostrum hoc fecit, uidelicet, ut nos admoneret, anteq̄ ieiunia aggrediamur, operaque bona incipiamus, oporterre nos in sa- Simile.
crosancto confessionis, ac pœnitentiæ lauacro ablui. Prius agricola spinas ab agro euellit, quam in eo triticum serat. Sic etiam optimum ieiuniorum, orationum, eleemosynarum, ac denique prædicationum semen ne inter peccatorum spinas inseratis, aliter enim totum destruetur, sed spinas, ac tribulos prius auferte, & ager bene dispositus remanebit ad ferendum fructum. Et præsupposito quòd in initio quadragesimæ hoc facietis, optimum etiam, atque saluberrimum, erit, quod sacratissimum Eucharistiæ Sacra Simile.
mentum recipiatis, quando aliquod iter factum etsis, prius diluculo tentatis, quò maiores uires ad ambulandum habeatis. Sic etiā ad hoc sanctæ Quadragesimæ iter ualidissimè, ac feruentissime conficiendum, sacrosāctum hoc ferculum, quod in diuino altari datur, accipite.

Tunc ductus est Iesus in desertum. O admirabilē doctrinam, beatus, qui eam fuerit secutus. Post animę lauacrū confuge frater in solitudinē. Effuge occasiones ne iterum coinquineris. Cum vidisset Sara filiū Agar Gen. 21.
ludentem, &c. usque ibi. Ejice ancillam hāc, & filium eius. Hic ludus Ismaelis cum Isaac erat, q̄ eū docebat altaria cōstruere, & idola adorare. Sed dicet quispiam, hoc cum ita esset, sufficeret quod puer, non autem mater simul domo expelleretur; siquidem non erat in culpa. Dico, vtrunque fuisse necessarium, & ita ibidē Deus Abrahæ præcepit, si enim mater dominare maneret, aliquando puer Ismael ad eā uidendam domū reuerteretur. Idē hic dicimus, nō sufficit q̄ a peccatis laueris, illaque foras ejcias: si mater domi remanet, quæ est occasio; quæ si remanserit, aliquando filius, quod est peccatum, reuertetur. Nec uero solum debes foras ex-

pellere propinquas occasiones, qualis est mala societas, malus tractatus, &c. Sed rõni cõsentaneum est, vt et ab alijs remotioribus separeris, quæ licèt ex se non sint adeo malæ, aĩam tamen ad malum disponunt. Fasciculi palmitum ad solem, & aerem collocati, non illic quidem vtuntur, verumtamen adeo exsiccantur, humoremque illum, quo eorumet se conseruatur, amittunt: ut postea minima quaq. scintilla ignis attingant, statim inflãmentur, & in prunas conuertant. Aduerte fra-

Simile.

4 ter, ista dissolutio, & effusio per uias, ista visitatio cum bona intentione, ista ambulatio pp honestam recreationem, non te urit, nõ tibi adimit gratiam, his tñ rebus adeo virtutis humor exsiccatur, vt postea minima quaque scintilla, leuissima quaque occasione inflammeris, aliquoque mortali peccato miseras concrematus, Hoc significauit S. Isaias dicens. Concipietis ardorem & parietis stipulam, spũs uester, vt ignis vorabit vos, & erunt populi quasi de incendio cinis. In ista dissolutione concipitur calor, & ardor. Qđ autem inde proficiscitur, est, ut aĩa quasi stipula sicca remaneat: & statim sensualis appetitus his auxilijs confortatus oĩa comburit. Idcirco frater in solitudine cõfuge. O q̃tum bñficium Deus in eum confert, cui ad hoc faciendum spũm concedit. Sicuti ipse Deus

Isa.33.

5 p S. Iob. exaggerauit, dicens: Cui dedi in solitudine domum, & tabernacula eius in terra salsuginis, contemnit multitudinem ciuitatis, clamorem exactoris non audit: circumspicit montes pascuæ suæ, & ulrentia queq; pquirit. Hæc terra est uita pænitens, in qua plurimæ voluptates, ac suauitates spũales oriuntur. Et hic cum trãquillitate, & affectione habitat ille, de quo hic Deus loquitur. Et cõtemnit multitudinem ciuitatis. Vnus est

Iob.39.

6 usuratius, & pecuniam suam dat ad usuram alius est lusor, q noctu, di eq; superbiam suã ludendo cõsumit, vxoremq; suã inhumaniter tractat. Alius passione, atq; ira plenus, nimiũ solicitus est, ut iniuriam ulciscatur, alius deniq; ambitione sua mundum euoluit Qđ si eos rephẽdatis, ac dicatis, quare illud faciunt? rñdebũt, dicẽtes: uniuersi hoĩes hoc faciunt. Itaq; ciuitatis multitudinem sequeris pditioni es pxim⁹. Nunqd ignoras dñm dicere. Spatiosa uia, q̃ ducit ad perditionem & multi sunt q intrant per eam: Et arcta via est q̃ ducit ad uitã, & pauci sunt qui inueniũt eã. Nõ sequaris turbam ad faciendũ malũ, neq; in iudicio plurimorum acquiescas sen-

Matt.7.

tẽtiæ, vt a vero deuies. Ad benefaciendũ bonũ est turbã sequi, nõ aũt ad faciẽdum malum. Qui igitur in solitudine habitat, cõtẽnit multitudinẽ ciuitatis, & nõ audiet uocem exactoris. Adeo solicitum, & importunum exactorẽ in nobis hẽmus, ut nõ expectet petere ad festum sãcti Ioannis, aut Natiuitatis dñi, sed semper exigit. Hic exactor est sensualitas. O quot res a nobis exigit, voluptates, cibos, colloquia, ludos, &c. Si igit Deus tibi spiritum solitudinis tribuerit, non ei, q exigit, cõcedes. Petis ultionẽ? non possum tibi dare, aliter.n. mihi Deus præcipit, cui iustius est obedire, q̃ tibi; &c. Dicit ulterius, q hic talis circunspicit mõtes pascuæ suæ, id est, crebra animi contemplatione circuit, & perambulat mõtes illos cęli, diuinas psonas, angelicas creaturas, omnesq; sanctos, qui in eis commorantur, & gaudia, quib. depascuntur considerans, & illic ardentissimis desiderijs incenditur uidendi se iam inter illos. Et interea uirentia quæq; perquirit. Semper amęnissima, & viridissima prata, ubi pascatur, inquirit, hoc est semper nouos modos inuestigat, quib. melius ac melius Deo seruiat. Hęc oĩa consequitur ille, cui Deus hoc beneficiũ confert, s. cui solitudinis spiritum cõcedit. Idcirco beatus ille, qui ex mundo desertum nouit efficere, quiq; domi suæ in medio secularium curarum, ac negotiorum solitudinem, ac separationẽ q̃dam inquirit, ubi se totum Deo tradat. Dicit Deus aiæ dilectę suę. Obliuiscere populũ tuũ, & domũ patris tui. Non dicit, obliuiscere in honestarum rerum, sed ẽt obliuiscere (inqt) honestarum, licitarumque delectationũ. In solitudine eduxit Deus aquã de petra. Si in hac solitudine fueris, q̃ uis sit petra nihilominus tñ lamentaberis, & in hac lachrymarum riuulos conuerteris tuasq. atq; ẽt vniuersi mũdi miserias persentiẽs. Anteq̃ sponsus sponsam suauissimis, ac maximi amoris plenis uerbis inuitaret, dicẽs. Aperi mihi soror mea, amica mea, colũba mea, immaculata mea, prius ipsã spõsam accersiuit ut exiret de ciuitate rus, & statim eã rogat, ipsum domũ suam, id est, in pectus suum, & cor ingredi patiatur, vt significaret animam summopere oportere, prius se oĩb. secularibus implicationibus, ac negotijs expedire, vt getatã in corde suo habitationem Domino dare possit. Et illud quod sponsa ibidem respondit, dicens. Spoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quõ inquinabo illos? dicit B. Augustinus

7

8

Psal.44.

Exo.17.

Cant.5.

stinus hoc respondisse, non eo quod iustus dño nollet aperire, & melior esse, atq; tranquillus, ac cũ in timori cõuersatione spõsũ in se habere. Veruntamen positũ est hoc ad exprimendũ qualis sit carnis sensus, quæ ex leuissima quaq; re occasionẽ assumit, nõ proficiẽdi de die in diẽ virtutis executionem differẽs. Quid impertinẽtius, q̃ dicere se nõ posse tunicã induere, eo quod inquinabit pedes? uerũ tamen, q̃a Deus spiritui fauet, ad istas carnis imbecillitates superandas, dicit statim: Dilectus meus misit manum suam per foramen & uẽter meus intremuit ad tactũ eius. Hæc

Au. tra. 56. in Ioannem.

10 manus est Dei auxiliũ, quo venter aĩæ intremiscit, id est, corroboratur. Et hic vbi nos legimus: uenter meus intremuit, in Hebræo habetur: fremitũ ediderũt super me uiscera mea sup illũ. O rẽ mirabilem, quõ hic sacra Scriptura hominis miseriam, diuiniq; auxilij potẽtiã explicat. Et quõ Deus desinit omnia remedia intẽtare ad nos curãdos, spiritũque aduersus carnis contradictiones fulciẽdum, ut igitur hæc ei auxilia præberet, atq; in hos fauores deueniret, priùs ei dixit; Veni in hortũ meũ soror mea sponsa. Sic ẽt oportet frater te exire, cũ hoc diuino spõso ad ieiuniũ tuũ in solitudine celebrandũ, ne oculi

11 videãt vanitates, nec lingua illas loquatur. Nam B. Isidorus dicit. Qui a cibis abstinẽt, & mala agunt, dæmones imitantur, quibus culpa adest, & cibus deest. Ab oĩb. nos oportet abstinere, q̃n multi unum delictum commiserunt, & oẽs absque scandalo puniri possunt: maximæ iniustitiæ factum esset, si vno punito alij supplicij immunes relinquerent. Sic ẽt quandoquidem non solũ stomachus peccauit, nimis edẽdo, sed lingua etiam superflua loquendo, aures ẽt male audiendo, oculi denique turpia, atque inhonesta uidendo: iniustitia inferretur stomacho, si illi soli ieiunare iuberetur, deque illo uno suppliciũ

Isid. sup Amos ꝓpheta.

Simile.

12 sumeretur. Ieiunet ergo oculi etiam, & manus, lingua, & aures a malis operibus, ped es-que a malis passibus cohibeat, neque animę æquum est quod miser stomachus pro omnibus persoluat. Sanctus Iosue superauit, ꝑcussit, atque interfecit quinque reges, & suspendit eos super quinque stipites, fueruntque suspensi usque ad uesperum. O felicissimum illum, qui pugnat, ut talem a sensibus suis uictoriam consequatur, eosque suspensos, ac crucifixos tenet usque ad uesperum, quod est usque ad terminum diei uitæ, quæ est mors.

Ios. 10.

Ad hoc solitudinis ieiunium dicit S. Euãgelista dñm Iesum a spiritu fuisse deductũ. Hunc oportet esse ducem nostrum in omnibus uijs nostris, hunc semper sequi debemus. O quãtus defectus est circa inter Christianos, uerè non fere maior est inter barbaras nationes, quæ Deum penitus ignorant. Dat tibi quidam dñs munus aliqđ, quo Indias proficiscaris, & vbi primum animaduertis te in eo quatuor minuta posse acquirere, 13
nec cõsideras vtrum tibi liceat vxorem solã & absque uiro, filiosque absq; parente relinquere, te uerò in magno periculo millies offendẽdi Deũ non attẽdis, sed nihil aliud nisi utilitatẽ illã tibi ante oculos proponis. Vis filiam tuam in aliquo statu collocare. cuius spiritualis salus, in eo benè aut malè gerẽdo agitur, & ad illam viro copulandam, aut in monasterium includendam, nõ animaduertis utrum cõueniẽtius diuinæq. uoluntati cõformius sit, atq; ad eius saluationẽ securius, sed quõ pauciores pecunias cõsumes, tradendo ne illã viro, an includendo in monasterium? & postq̃ illam matrimonio tradere de- 14
creuisti, non consideras quo cum uiro illam meliùs coniunges, & conformiùs diuinæ voluntati, sed cũ quo magis honoraberis, aut qui illam pro minori pecuniæ numero ducat. Hoc nunc agit, & ulteriùs ꝓcedit, Dei ãt voluntatẽ cõsiderare nõ est hic in hoĩum vsu. Et dicitis, uellem vt filius meus esset ecclesiasticus, sic enim ditior esset, non dicitis, q̃a sic melius Deo seruiret. Tollite, tollite fratres abusionem istam, & cum magistro uestro Iesu Christo filio Dei conformamini, qui ductus est a spiritu in desertum.

Simile.

Maximè notãdum est sup hunc S. Euangelij locũ, quod quotiescunq. Christi Saluatoris nr̃i opa legimus, actiue illa facta, atq; relata reperimus. Ibat Iesus ĩ ciuitatẽ Naim, &c. Exiuit baiulãs sibi crucẽ. Egressus ibat inde sertum. Trãsibat ꝑ mediã Samariã. Hunc ãt discessũ in desertu in vniuersis Euãgelistis, qui de eo loquunt᷑, passiue tractatum reperimus: Etenim B. Marcus dicit. Spiritus expulit eum in desertum. Et S. Lucas. Agebat᷑ in spiritu in desertum. Et hic S. Matthæus. Ductus est Iesus in desertum. Cuius rei mysterium est, q̃a ibat in desertum, ut tentaret᷑. Idcircò dicunt Euangelista illum expulsum, & quasi coactum ductum fuisse à Spiritu sãcto, scilicet, vt nos doceat, nos non oportere tentationibus nosmetipsos offerre, imo vero illas quo ad poterimus euitare, & cum

Luc. 7.
Ioan. 19
Ioan. 11
Luc. 17.
Mar. 1
Luc. 4
15

magna humilitate dicere? & ne nos inducas
in tentationem. Qđ si Spiritus Sãctus voluit
Christũ dñm nostrũ quatenus hoĩem in de
sertũ tẽtandũ deducere, dico illũ hoc fecisse,
vt nos erudiret quõ tẽtationes debemus su-
perare. O benedictus, & glorificatus sit talis
Job.7. Deus q oĩa ad vtilitatẽ nostrã facit, ac dispo
nit. Nã cũ sit militia uita hoĩs sup terram, &
hostis diabolus qdã potẽtissimus, de quo dr:
Aduersarius uester diabolus tanq̃ leo rugiẽs
circuit quærens quem deuoret. Non suffice-
16 ret dicere, leo, sed addidit, rugiens, quiq; cir-
1. Pet. 5 cuit quærens quẽ deuoret. Quem hęc uerba
nõ obstupefaciunt? Si cũ in hac Ecclesia nũc
simus p ostium illud maxima quędã leonũ
caterua ingrederetur, quẽ tumultũ, & strepi-
Simile. tũ ederetis fratres mei? etiam & haec audire,
metum vr̃ inferre, quot saltus facerẽt hoĩes ?
quot clamores, ac uociferationes ederẽt mu
lieres? & quõ hac, & illac omnes aufugerent
vt uitas suas ab eorum dentib. liberarent ?
Credite ergò inter nos plurimos diabolos
ambulare, multò atrociores leonibus, quiq;
multò magis rugiunt, ac exoptant nos de-
Apoc. 12 uorare. Dicit B. Ioãnes, se uidisse mulierẽ il-
lã uolentẽ parere, & ecce (inquit) Draco ma-
gnus rufus, habẽs capita septẽ, & cornua de-
cẽ, & stetit ante mulierẽ, quæ erat paritura,
17 vt cum peperisset, filium eius deuoraret, &
peperit filium masculum. Cumque Draco
uidisset se nec matrem, nec filium, quem pe
perit, deuorare potuisse, iratus Draco in mu
lierem abijt facere prælium cum reliquis de
semine eius, q custodiunt mandata Dei. Dra
co septem capitum est diabolus, cum septẽ
peccatis mortalibus. Et decem cornua sunt
astutiæ, & inuentiones, ac tentationes qbus
efficit, vt hoĩes decẽ pcepta diuinæ legis uio
lent. Et voluit sacratissimã virginẽ Mariam
Dñam nostrã, ptiosissimũq; eius filiũ deuo-
rare verũtñ victus euasit, & sic aduersus reli
quos de semine Iesu Chri, & posteros eius q
Simile. sunt iusti, bellũ illaturus abijt, qbus qdem
atrocissimũ nunc bellũ infert. Sicuti q cũ al
18 tero digladiatur, aĩaduertens se eũ in capite
percutere non posse, in corpus illi ictus im-
mittit, sic ẽt diabolus cũ nõ valuisset caput,
q est Iesus Christus, superare mysticum eius
corpus (q sumus nos) pcutere, ac prosternere
conat. Diligẽter pẽsate Sãctũ Ioannẽ in hoc
loco dicere, bellũ q diabolus infert, aduer-
sus eos esse, q custodiũt mãda ta Dei, & hñt
testimoniũ Iesu Christi. Canis nõ domesti
Simile. cus, qdem, sed extraneos mordet: Auceps nõ
tẽdit laqueo pdicibus, quas in custodia de-
fert: imò eis utitur, ût ad eorũ cãtũ aliæ ap-
pinquẽt, & eas apphẽdat, & aucupetur. Nõ
tẽtat diabolus eos, q iã sunt in sua potestate
sicuti dicit B. Greg. Dæmon eos tentare ne- Greg. li.
gligit, quos iure perpetuo possidere sentit; 4. mor.
imò eis vtitur ad iustos aucupandos, & euer- c. 24. in
tendos Iudith dixit Holophernes, ego nun prin.
quã nocui uiro, qui uoluit seruire Nabucho Iudi. 11.
donosor Regi. Sic ẽt facit Sathanas, præci-
puum. n. bellum cum illis gerit, qui ei no-
lunt obedire. Cum igitur adeo potẽs ipse sit
hostis: cumq; adeo perditionẽ nostrã sitiat, 19
atq; tot habeat cornua, quib. nobis officiat,
cumq; nobis aere, igne calore, frigore bel-
lum inferat, teq; literis, ingenio, generis no-
bilitate, uestib. uniuersisq; peccatis tuis, atq;
ẽt diuina Dei misericordia oppugnet, ut in
ea extra modum confides, aliquando ẽt te
cum diuina iustitia expugnat, deterensq; te
tibi nihil confidendum esse persuadet, quid
remedij erit aduersus tã crudele plium. Qđ
armis virium imbecillitatẽ suppleas. Et sic Ephe. 6
Paulus postquam dixit. Nõ est nobis collu-
ctatio aduersus carnẽ, & sanguinẽ, sed aduer
sus principes, & potestates &c. addidit dicẽs.
propterea accipite armaturã Dei, ut possitis
resistere in die malo, & in omnibus perfecti
stare? Quid sunt ne arma Dei? Nunqd Deus
aliquando armis munitus est? vtique. Hodie 20
hoc uidebitis, Idcircò etenim ad præliandũ
exijt, vt sciatis quibus armis nos protegere
debeatis, quę sunt illa quibus Deus usus est,
scilicet humilitas, quam profundam nimis
ostendit uolens baptizari, & ieiunium ual-
de rigorosum & asperum: assiduaque oratio
cum diuina, nocturnaque lachrymarum ef
fusione, pro hominum peccatis. Hęc sunt ar
ma Dei, quibus si muniti fueritis, absq; du-
bio uictores euadetis. Idcircò. n. Deus pati-
tur uos tentari, quo locupletissimas gloriæ
coronas mereamini.

Etiam oportet uos cõsiderare, quod quo-
tiescunq; diabolus dominum tentabat, ei re
spondebat: Scriptum est. Sacris litteris eum
superabat, unde ostenditur quam singularis 21
armatura sit assidua sanctorum librorum le
ctio. Nam si Sathanas tanquam Laban no-
ctu decepit Iacob, eique deformẽ Liam pro
decora Rachaele dedit, sic ẽt Sathanas nos
cũ ignorãtię nocte decipit, ut res seculares
implectamur, spirituales q; pro eis commu-
temus. Idcircò dilectissimi fratres, lucẽ quę
rite, q quidem in sanctis libris inclusa est, si

cut

Psal.118. cut dicit. Dauid. Lucerna pedibus meis uer-
Simile. bū tuū,& lumen semitis meis. Generosus ac cipiter, dum est capitiatus quietus est, etsi ar dea trāseat: q̄ si ei capitiū tolleret, compedes cōfringeret, ut eā insectaretur. Sic ē hō nisi esset ignorātia quasi capitio coopert', Deū sequeret. Qn̄ uos ad alias uirtutum exercitationes inuitamus, sēper excusationes affertis. Ad eleemosynam, paupertate, ad ieiunia imbecillitate, ad orationem, siccitate, secula
22 riumq; negotiorū abundātia uos excusatis. Verūtamē a sanctorū librorū lectione qua excusatione uos eximere potestis ij, saltē qui scitis, nisi ignauia, & relaxatione ac dicendo uos nolle? Cum Rex Iosias legis librū legis-
4. Reg. set: tantā ex illius lectione lucē, pietatē, atq;
23. uirtutē abstraxit, ut de eo dicatur: similis illi nō fuit ante eū Rex, q̄ reuerteretur ad Deū in omni corde suo: neq; post eum surrexit similis illi. O dilectissimi fratres, si hodie uobis hoc persuadere possē ut summo cum studio sanctos libros legatis, qui singulis lineis faciant lachrymas ex oculis prosilire. Et faciant uos suspirare, & dolere eo q̄d Deo ex aīo nō seruieritis, desiderātes nunc Deo de
23 nuo seruire incipere: Istos uero libros, qui sunt ex impssione diaboli q̄ que uos in mille turpissima desideria inflāmant, dirumpite,
23 & cōburite. Nā ut dicit Beatus Paulus. Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Et
1.Cor.15 quandiu legis, tandiu cum isto maledicto libro colloqueris. Si mater filiā suā cū lena secretò loquentē uideret, quid ei faceret? quare ergo permittitis ei legere malos, ac turpes libros, qui sunt lenone Sathanæ, atque etiā lenonibus peiores, Ecquid diceretis de patre, qui pecuniis suis lenam conduceret: quę filiam suā peruerteret? O infelix hō, hoc efficis tu qn̄ pecunia tua prophanum librū emis, & ī cubiculo tuo habes, quem filij, filiæque tuę legunt, ac pp illū distrahuntur, atq; perduntur. Tolle, tolle frater isthæc omnia: non enim hæc prosunt, imò officiunt homi
24 ni credēti sempiternā esse gloriam, atque infernum. Refert Beatus Lucas plurimos ex
Act. 19. iis, qui fidē recipiebant, quique antea curiosa studia ac prophana fuerant secuti, illuc libros suos adduxisse, & corā oībus cōbussisse, ut enim illo feruenti spiritu flagrabant nullos alios libros uolebant, nisi eos, quibus maiori spiritu, ac deuotione incēderent. Et dicit ibidē B. Lucas, q̄ cōputatis preciis inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium, & huic rei addit. Ita fortiter crescebat uerbū Dei, & cōfirmabatur. Hæc sunt arma Dei, eia, eia fratres, ad hæc arma cōfugite: q̄bus tā forti hosti resistere ualeatis. ¶Notate dn̄m in triplici loco tentari uoluisse, scilicet, in deserto, in sūmitate tēpli, & in montis cacumine; id est, in populo, & in solitudine admisit dn̄s tētationē. Vt nos doceret nullum esse in toto terrarum orbe securum locum. Nec enim monachi, nec hoīes matrimonio alligati, securi sunt: omnes oportet summa cum cautione uiuere.

Et cū ieiunasset quadraginta diebus, &c. 25
Tot ieiunauit Moyses, totque Helias, totq; Dn̄s, & non plures ieiunauit, ut humanā sap biā cōprimeret, insipientemq; deuotionem multorū coerceret, q̄ spiritū uoluntatemq; suā sequentes, si alios seruos Dei exteriorum operum multitudine nō excedunt, non sunt cōtenti. Et sic in dimidio itineris regrediuntur uel saltē euanescunt. Frater mi, cum aliis sanctis ieiuna: q̄a in antiquis est sapiētia. Et
Cant.1. spōsus dixit sponsæ, si ignoras te, pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorū. Cōsidera antiquorum patrū exēplar, noli ex te nouos labores, & opa depromere. Nō te admoneo, ut remissis, ac ignauis huius temporis hominibus conformeris, q̄ cum minimā quę pænitentiam aliquē agere conspiciunt,
26 statim ei dicunt: aduerte quia te occidis, nō uult quippe Deus irrationabilia sacrificia: Si ieiunium, ac pænitentia tua est secundū antiquorum patrum austeritatē, nō est irrationabilis. Et idcirco Beatus Paulus postquā
Rom.12 dixerat: Obsecro uos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium uestrum; addidit, dicens: Et nolite conformari huic sæculo: (quod uult, uos esse remissos, & tepidos, sicut ipsum est) sed conformamini cum priscis patribus status uestri; hoc quippe est rationabile obsequium.

Cū ieiunasset quadraginta diebus, &c. Tā diu ieiunat pulcherrimus, & delicatissimus 27
inter natos mulierum in illa asperrima solitudine. Si tu, ò frater, times te ieiunio pulchritudinē tuā esse amissurū, cōsidera q̄ pallidus, debilis, & macilentus remansit pulcherrimus Iesus. Si corporis tui teneritudinem atq; imbecillitatem pertimescis, contemplare delicatissimum Dn̄m in medio hiemis ad frigus, pluuiam, ac gelu commorantem, absque lecto, nec domo, in nuda humo dormientem, supposito diuino capiti lapide. O

carnales homines huius sæculi, quique uos
delicatissime tractatis, q̃ aspere uos hic Do-
Ioan. 3. minus infinitæ maiestatis reprehendit. Ieiu-
nauit Rex Niniues, & opertus est cilicio, &
statim uniuersi eius subditi illũ imitati sũt.
Quin usque ẽt, & pueri ieiunarunt: & uos ô
Christiani, quare regẽ uestrũ nõ sic imitami
ni? O Christe cæli, ac terræ imperator potẽ-
tissime fragilitatem nostram tu Domine
cõforta, quo te in hac sancta quadragesima
feruentissime imitemur.
28 *Postea esuriit. Et accedẽs tentator, &c.* Vt
cũ esurientem uidit, statim occurrit tentatu
rus eũ. Ex quacunque minima re occasionẽ
sumit Sathana tentandi nos. Si te uidet sa-
turatum luxuria tentat, si uero famelicum,
gula te oppugnat: si laboribus oppressum
impatientia, si p̃sperum, superbia tẽtat. Nul
Simile. lã occasionẽ prætermittit, qua aduersus nos
non utatur. Vna aũt ex occasionibus, q̃bus
aduersus nos utitur, est quando nos secu-
larium rerũ esuriẽtes animaduertit. Præpa-
rat aucupator rete in tpe frigoris, quando non
est quid passeres comedant, & ponit in eo
cibum, tunc uolat passerculus, ac famelicus
descendit esurus, nec quid aliud curat, nisi
29 ingredi ad edendum, & q̃n minus arbitra-
tur cõprehẽsum se experitur, & sic moritur,
cũ suo uentriculo pleno. O passercule satius
esset tibi famem perpeti, q̃ cum tanto detri-
mento tuo saturari. O peccator præ nimia
fame, q̃ habes honoris, uoluptatis, atque uti-
litatis, nihil aliud animaduertis, nisi ut uo-
luptatem tuam impleas: cumq; diabolus te
adeo esurientem animaduertat, rete tibi ten
Prou. 6. dit, & sæpenumero tam famelicum te uidet,
ut nõ sit illi necesse laqueos abscondere. O
terribilem miseriam, q̄ ad aues aucupandas
abscondunt aucupes retia, frustra enim iaci
tur rete ante oculos pennatorũ. Nam si illud
aues inspicerent, absque dubio id fugerent,
quantumuis famelicæ essent. Tu uero bru-
tis animantibus irrationabilior, sciens, te a
Sathanæ laqueis pateris comprehendi.
30 *Dic ut lapides isti panes fiant.* Diceret illi
(credo) Aduerte Domine te nimis macilen
tum esse, pœnitet me, q̄ te ita debilitari si-
nas: præcipue cum reipublicæ doctrina tua
multum ualeas proficere. In tentatione ple
rũque fingit diabolus se amicum nostrum
Gene. 3. esse. Et ita sese ostendit, ac si homini magno
pere compateretur. Sicuti cum pietatis spe-
cie ad Euam accessit dicens ei: cur præcepit
uobis Deus ne comederitis ex omni ligno
paradisi? Acsi diceret: doleo q̄ tam bonum
quid uobis Deus uelit adimere: poteratis
namque dii esse, si ex illa arbore, quam uo-
bis prohibuit, comederetis. Talem pietatis
speciẽ p̄seferens accessit tentaturus dñm: si
quidem (inquit) necessitatẽ habes ne te ita
mori patiaris. Credite mihi fratres: una ex
tẽtationibus, q̃bus Sathanas plures animas
in ĩfernũ detrusit, est necessitas. O quot ma
la necessitatis titulo committũtur. Idcirco
mundus Tirannide oppressus est; quia dici
tis; opus est mihi familiã, statumq; meum su 31
stinere. Idcirco tanto animi affectu dicebat
Dauid: de necessitatibus meis erue me. Fra- Psal. 24.
tres mei hoc uos exortor; ne quis dicat; ne-
cessitas caret lege. Nulla necessitate coactus
debes tu Deum offendere, circuncide neces-
sitates tuas, si arietinas carnes edere non suf-
ficis, ede bubulam, sin, minus panẽ, & cepam
& ad Deũ clama: ego quippe sine pane, non
autem sine Deo ualeo sustineri. Itaque quan
do etiam pane indigueris spera in Deo, &
potius esuri quam Deum offendas, nec ti-
meas quod tibi desit.
Dic ut lapides isti panes fiant. Satis appa-
ret hoc argm̃ demolitionem diaboli esse. 32
Quid uni homini tẽperantissimo, sicut dñs
erat non sufficeret unũ lapidẽ in panem con
uertere? sed quod ex multis lapidibus panes
erat affecturus? Timete fratres uniuersum
genus abundantię terrestrium rerũ negotiũ
esse diaboli cõnatis efficere, ne paucis con- 3.Re.19.
tenti sim⁹. Vt hãc mihi ueritatem p̃suadeã
rem quandam in diuinis literis inuenio ad
mirabilem: uidit se Sãctus Helias maxima
quadã necessitate oppressum. Narra ut ibi.
Et attulit ei Angelus cibũ. Ecquid ei attulis
se putatis, respexit ad caput suum, & ecce
subcineritius panis, & uas aquæ, & non plus.
Ecce ad quid descẽdit Angelus de cælo. Tan
tummodo ei, & uix etiam necessarium attu 3.Re.17
lit: non carnes quidem, nec delicatissima cõ
dimenta, quibus filii huius sæculi uti con-
suescũt. Etiam legimus eidẽ Heliæ in neces-
sitate constituto descendere cõsueuisse cor- 33
uos afferẽtes mane, & uespeti parũ panis, &
carniũ, & bibebat ex torrente q̃ illic erat. O
incommutabilis Deus, ecquis est hic sermo?
aquã per mensuram, & moderate res tpales
sancto illi a Deo suppeditabantur? Hic est
diuinus sermo, quo dñs nos docet ex his
temporalibus rebus nos necessaria tantum-
modo sine excessu, & cũ maxima modera- 1.Cor.9.
tione sumere oportere. Ideo D. Paul⁹ dicit:
Omnis

Omnis, qui in agone cōtendit, ab omnibus ſe abſtinet, & illi quidā, ut corruptibilem cō ronā accipiant: nos autē incorruptā. O gens ſine conſideratione, ò homines, qui cælum parui æſtimant, illamq; immarceſſibilem, perpetuamq; atq; incorruptibilē coronam ꝓ nihilo habent: ſi illi omnibus rebus ſe ex pediebant, atq; ab oībus abſtinebant, ut qua tuor minuta cōſequerentur: quare tu opti-
34 mos cibos, melioresque potius ſequeris in his totū uitæ tuæ tēpus conſumens, & ſic re manes impotens ad reſiſtendum diabolo?

Dic ut lapides iſti panes fiant. Hoc expetit etiam hodie Sathanas, ſcilicet, ut lapides, qui ſunt pœnales, ac pœnitentiales exercitatio nes in panes uoluptatū conuertantur, & hoc plurimis quidē ſuaſit, dicēs: dñe ne ieiunes, nec tē affligas. nā Christus ꝓ oībus paſſus eſt. Attendite frater, ego nolo dicere Chriſtū redemptorem noſtrū ꝓ oībus mortuum non fuiſſe. imò uerò dico illū ꝓ nobis om nibus, ac pro peccatis noſtris mortum fuiſſe, ita tñ paſſus eſt ut nobis exemplū dederit, quo nos etiā pro illis aliquid patiamur.
1. Pet. 1. Ita dicit Beatus Petrus his uerbis: In hoc uo cati eſtis, quia, & Chriſtus paſſus eſt pro no-
35 bis, uobis relinquens exemplum, ut ſequa minis ueſtigia eius. Ecquid eſt illud hoc, ad ꝙ uocati ſumus? Ipſe ſuperius dixerat his uerbis: ſi benefacientes patienter ſuſtinetis; hæc eſt gratia apud Deum. Et ſtatim ſubdidit dicens: In hoc enim uocati eſtis. Itaque Chriſtiani ſumus ad patiendum mitantes Chriſtū Redemptorem noſtrū. Sathanas autem non uos ad hoc inuitat, quia lapides odit; & etiam prædicatio, quam duriſſimum lapidem, quo hominum corda conſtringeren tur, eſſe oporteret uellet Sathanas ut eſſet mollis panis, confeſſionē eſſe etiam molliſſimā, atq; mitiſſimam exoptat. Vnde dicit al ter: Dñe uade, & confitere peccata tua illi pa tri quia eſt mitiſſimus, & piiſſimus. Et ex cō
36 feſſione nimis conſolatus euades. Poſt tot ſcelera, quæris conſolationem? non deberes quærere niſi eum, qui te deterreret, atq; dolo re impleret. Non dico, ut te deſperare, ſed ut peccatum ſummopere timere faciat. Nō ad hoc profectò fuit aduentus filij Dei in mūdum, uidelicet, ut tu delecteris, & uoluptatibus indulgeas. Attende quid dicat Beatus
Tit. 2. Paulus. Apparuit (inquit) gratia Dei omnibus hominibus, ut abnegantes oēm impietatem, & ſecularia deſideria ſobriè, & iuſtè, & piè uiuamus in hoc ſeculo. Et denique lapide ſuperauit Dauid gigantem, & lapide 1. R. 17.
percuſſa cecidit ſtatua Nabuchodonoſor Dan. 2.
Regis, & lapidibus oportet Sathanam a te ſuperari.

Qui reſpondens dixit ei, ſcriptū eſt: non in ſolo pane uiuit homo, &c. Ideſt, quacumq; re me pōt Deus alere, & quanquam hæc erat parua tentatio, non tñ illam dñs parui æſtimauit, ſed ad Dęmonem ſuperandū ſacras li teras adduxit. Nonulli ſunt, qui de magnis 37
tentationibus dicunt, liberet me Deus ne ta le faciā, ne hominē occidā, neue alienas diuitias diripiā, utinā prius moriar, ꝙ tale faciam; in minores autē tentationes facilè ſe incidere patiuntur, in murmurationem, in mendaciū, &c. facilè labuntur. Nihil aliud uult Sathanas niſi te una ex parte debilē ex Gen. 4.
periri, ut te per illam ſequatur, quouſque te proſternat. Quando Euam tentauit, ut uidit eam cauſam fuiſſe uerbū illud addere ſcilicet, ne forte moreremur præcipuè cū Deus dixiſſet, morte moriemini, ideſt, abſque dubio moriemini (hoc ēn̄ ſignificat illa Phraſis Hebraica) cum (inquam) eam mentitam fuiſſe uidit, illic occaſionē aſſumpſit dicendi nequaquam moriemini. Quamobrem Eccl. 19.
frater caue ne minimum quidem illi aditum 38
patefacias. Idcircò dicitur, qui ſpernit modica paulatim decidet.


Tunc aſſumpſit eū diabolus in ſanctam ciuitatem, &c. O nequiſſime accipiter Ac- Simile.
cipiter uix poteſt auem in terra iacentem ad dilacerandam arripere, ſed curat eam erigere, & facere ut uolet, & ita eam faciliùs apprehendit. Hoc ipſum facit Sathanas, quem in terra humiliatum, atque animo ſubmiſſum perſpicit, ſentit ſe nullas aduerſus illum uires habere, atque ideircò curat eum in altum tollere, ut ille conſtitutum eum facilè ualeat ſuperare. Id- Pſal. 55.
circò dicebat Dauid: Ab altitudine diei timebo. *Et dicit ei, Mitte te deorſum.* Hic oſtendit diabolus imbecillitatem ſuam, ſigni 39
ficatque quod niſi tu temetipſum præcipitaueris, ipſe non poteſt te præcipitare. Ille tibi porrigit enſem, tu uerò te iugulaturus es, ſi uis, ipſe enim nequit te iugulare. Nemo ſuperatur, aut percutitur, niſi a ſe ipſo, & a ſuo proprio conſenſu, idcirco nē totam culpam in diabolum conferat. Ita Diuus Bernardus ſuper illa uerba Pſalmi Bernar.
ſeptuageſimi. Eripe me domine de manu peccatoris, & de manu contra legem agētis, & inqui. Ego (inquit) ſum ille pec-

tator, eripe me dñe de manibus mei. *Scriptum est, quia Angelis suis, &c.* Hęc tentatio replicatio tentationis præteritæ, responderat enim illi dñs: scriptum est, non in solo pane, &c. Arguit nunc sic diabolus; Tam necessariȩ sunt scalæ ad descendendum quam panis ad edendum, humanamque uitam sustentandã: & siquidem tu dicis Deũ nõ astrictum esse solo pane hominẽ alere, quod sacris literis uerum esse cõprobas: ergo mitte
40 te deorsum. Nam scriptum est, etiã Angelis suis, &c. Quemadmodũ speras te a Deo absque pane sustentari posse, spera etiam Deum ad hoc pinnaculo absque scalis te descendere facere posse. Notate, quomodo diabolus sacram scripturam conscissam citat. Nõ enim peruenit usque ibi: in omnibus uijs tuis. Posset enim Christus dñs noster ei respondere. Me hinc præcipitari non est uia, sed desperatio, Deus autem in uijs custodiam pollicetur. Adeò autem callidus, & sagax fuit tentator, ut ulterius non fuerit progressus, non enim quod sequebatur ad intentionem eius conducebat: imò uero illi repugnabat. Ita faciunt hæretici, qui diuinam scripturam abscindũt, citantes ꝙ ad eorum
41 ꝓpositum spectat ad hoĩes seducẽdos. Et uicta hac tẽtatione ait illi: *Non tentabis Dominum D:ũ tuũ.* Et statim hoc uerbo se uictum esse fassus est: Vt cognoscatis quam facilè (si uolumus) diabolum possumus superare.

Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum ualde. & ostẽdit ei omnia regna mũdi, & gloriam eorum: Bene ostendi diabolus, & depingit res mundi, & gloriam eis, non autem perturbationes, ac mala, quæ in eis insunt manifestat. Non ostendit malignus labores ambitioni, sed honorem: non luxuriæ inuersiones, ac molestias, sed uoluptates: hæc est enim eius ars, ac callida demolitio. O si hodie diabolus regna promitteret, quot homines eum adorarent. Nam si
42 quidem propter leuissimam quamq; utilitatem tot mala committuntur, quid fieret ꝓ regno? Deus nos ab hoc uitio liberet fratres, magnopere enim mentem excęcat, animamq; magnopere perturbat. Nihil est
Eccl.10. iniquius, quam amare pecuniam. Hic enim, & animam suam uenalem habet. Denotat hic Spiritus Sanctus pecuniæ amatorem omnia uenditurum esse, nec dubitaturum pro pecunia animam diabolo tradere. In hac tentatione iam ei non dixit: si filius Dei es, Iam enim illum purũ hominẽ esse credebat, uidens illũ sic passum fuisse se huc atq; illuc deduci. Cumque dixisset. *Si cadens in terram adoraueris me. Tũc dixit ei Iesus. Vade Sathana:* In hac impetuosa uoce duo nos dñs erudiuit: alterum est quam celeriter a nobis tentationes, atque etiam malas cogitationes expellere debeamus. Quam celeriter Simile.
a uobis ignis scintillas eijcitis: tam celeriter, & multo celeriùs etiã has res a uobis debetis eijcere; cum sint scintillæ infernalis
ignis. Alterũ est ꝙ si honorem tuum qs perstrinxerit, patiẽter feras, & dicas, plus etiam dicerent, si me cognoscerent. In honore autem Dei propugnando præstantissimum pectus, leoninamque animi magnitudinem Simile.
ostendas; Verum proh dolor, quam uice uersa hoc facis? Si comburitur uestis q̃ tecum geris, bene hoc sentis, sed sirca concrematur quæ in arca inclusa est, non hoc sentis. Cum adeo ꝓprio nostri amore induti simus, hinc prouenit, ꝙ cum perstringimur, magnopere illud sentimus. Cum uero honor Dei in obliuionis arca inclusus delitescat, licet concrematur, nequaquam hoc sentimus. Non ita opotet esse fratres charissimi, siquidem Deus tanto honore, ac gratitudine dignus est nos 44
que tot, tantisque beneficijs ei deuincti sumus. Tũc reliquit eũ diabolus. Victus scilicet, & pudore confusus. Parũ prodest nobis unam aut duas tentationes superare, nisi omnes ad dñi imitationem uicerimus. Et sicuti parta uictoria ad eum Angeli accesserunt qui ei in illa solicitudine ministrabant speremus nobis post huius mortalis uitæ cõsistũ diuinæ gratiæ auxilio uictoria reportata a Deo gloriam esse concedẽdam. Ad quã nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Feria IIII. post dominicam I. in quadragesima.

Accesserunt ad Iesum Scribæ ut Pharisæi dicentes: Magister uolumus à te signum uidere, &c. Matth.12.



Emor fui iudiciorum tuorum a sæculo domine, & consolatus sum. Mirabile est consideratu. ꝙ hic S. Propheta dicit. Non .n. uideo quare iudicia Dei, quæ in hoc sæculo contigerunt, eũ consolari possent; Psa.118.

Apoc.11 sent..nis.n.terribilia iudicia fuerunt. Peccarunt Angeli, & pp vnum voluntatis motũ, quo in superbiã elati sunt, eos perpetuis
Gene.3. inferni ignib. condemnauit. Peccauit hõ, & pp vnam buccellam pomi vniuersum gen⁹
Gene.7. humanum in miseriam, ac perditionem deuenit. Peccauit mundus per lasciuiã, & vniuersus diluuio submersus est. Peccarunt So-
Gen. 18 domitæ, & ignis de cœlo pluens deuorauit. Quæ cũ ita sint ô sancte Propheta qd in talib. & his similib. Dei iudicijs reperisti, q te non in timorem, atq; admirationem potius adduxerit, q̃ consolationem tibi attulerit? Meli⁹ diceret (humano iudicio) Memor fui iudiciorum tuorum a sæculo dñe, & contristatus, ac cõturbatus sum, q̃ consolatus sũ, qs aut optimè dictum dubitat, q a Spũ sancto dictum fuit. Exaggera tu quantumcũq; velis diuina iudicia, quo etenim maiora, & terribiliora sunt, eo maiorem aĩæ consolationem afferunt. Ex ipsis namq; patet nunq̃ Deum adeo iratum extitisse quin peccatorẽ contritum, & humiliatum ad se reciperet. Discurre o hõ p vniuersa Dei iudicia, & nõ reperies peccatorem contritum, fuisse repulsum, nec illius lachrymas cũ cordis dolore
2 profusas, a Deo fuisse neglectas. Magna est hæc peccatorib. consolatio. Quòd non violabit Deus legem, quã per sanctos suos san-
Esa. 30. xit. Esaias.n.dixit, si reuertamini, & quiesca-
Ezec.33 tis, salui eritis. Et per Ezechielem: ait, viuo ego, dicit dñs nolo mortem impij, sed vt cõuertatur impius a via sua, & viuat. Conuertimini a vijs vestris pessimis, & quare moriemini domus Israel? Hæc lex & pactum cum
Ps. 118. hominib. sancitum est. De hac dicit Dauid eodem Psalmo, hæc me consolata est in hu-
Heb. 12 militate mea, idest, in humiliatione mea, id est, cum peccaui. Quia eloquium tuum viui
3 ficauit me. Quod si quis dicat de Esau, de quo B. Paulus dicit, ne quis fornicator, aut profanus, vt Esau, &c. vsque ibi. Non enim inuenit pœnitentiæ locum, quamquã cum lachrymis inquisisset eam. Et de Saul dicitur, quòd dixit ad Samuelem, Peccaui: quia præuaricatus sum sermonem domini, sed nunc porta quæso peccatum meum. Et
1. Re.15 respondit Samuel dicens: Triumphator Israel non parcet, & pœnitudine non flecte-
1.Mac.9 tur. Et de maledicto Antiocho dicitur, orabat autem hic scelestus dominum, a quo nõ esset misericordiam cõsequuturus. O quam terribiles sunt tres hi casus, quos modo cõmemorauimus, ita vt vniuersum mundum faciant trepidare? quod dicit sacra scriptura horum lachrymas nihil apud Deum valuisse, verum autem est illas nihil valuisse, quia ex puro, & intrinseco dolore cordis profusæ non fuerunt. Nam Esau non plorabat propter peccata sua, sed propter damna, in quæ per amissionem paternæ benedictionis incurrerat, nec verò deposuit odium, quo habebat fratrem suum. Et idem dicendum est de Saule, & Antiocho sicut ibidẽ ex illis di- 4
uinis historijs apparet, & sic hęc veritas semper firma stat, quod spiritum contribulatũ, Psal.50.
& cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet. Quod illustrius fiduciæ exemplũ volumus, quam hoc S. Euãgelij, in quo agitur de Niuitarum conuersione, qui cum pessimi essent, post Dei sententiam contra eos prolatam per pęnitentiam eorum peccata dimissa sunt? quando negliget Deus fideles suos pęnitentiam agentes, si quidem idololatras ad veniam recepit? Innumeræ tibi clementissime domine gratiæ agãtur, qui tam facilè flecteris, ac leniris. Hæc profecto tam singularis, atque ineffabilis clementiam tuam altissimam Maiestatem decet. Itaque ex terribilibus Dei iudicijs apparet quàm fortis, ac seuerus est in proteruos, quámque 5
mitem atque benignum sese in pęnitentes ostendit, quo mali esse vereamur, atque ad eum reuertamur.

Dicit ergo S. Euangelium. *Tunc accesserunt ad eum scribæ, & pharisæi, &c.* Quando eum populus laudabat, quanto mysteria facientem exaltabant tunc cum tanta infidelitate accesserant: quanto magis corporibus accedebant, tanto magis animis recedębant. Melius propinquabat Sanctus Petrus Luc.5.
cum dicebat: exi a me Domine, quia homo peccator sum. Quo magis luna a sole rece- Simile.
dit, eo maior illi claritas aduenit a sole: & tunc est clarior, ac plenior, quando est in vltima distantia, qua esse potest, sic etiam quãto magis anima cum profunda humilitate, 6
vilitatisque suæ cognitione magis recedit, indignam se reputans ad diuinum solem accedendi, tanto magis cęlestibus eius radijs clarificatur, ipsiusque donis locupletatur. Et quo proprius solem luna propinquat eo obscurior, & tenebrosior redditur, taliter accidit animæ, quæ cum vana præsumptione se se dignam indicat ad Deum accedẽdi. Ita etiam hi pharisæi, quia cum superbia accedebant, quo magis propinquabant, eo magis excæcabantur, & obscuri reddebantur.

Di-

Dicunt ergo: *Magister volumus a te signum*
videre. Insipiens, & mala petitio seruos Dei
sic oportet postulare. Dñe ego volo quod tu
vis, quod si nolo, fac quæso, me velle, quod
tu me desiderare vis, & nihil aliud. Nã vt di-
B. Bern. cit Beatus Bernardus, quid ardet in inferno,
nisi propria voluntas? verbum infernale est
Deo dicere, volo. Et illa maledicta Hero-
dias hoc pessimo verbo vsa est in illa sacrile-
ga petitione dicens: volo vt dês mihi proti-
7 nus in disco caput Ioan. Baptistę. Notandũ
Mat. 6. est nihil esse, tam liberum in his inferiorib.
rebus, quam hominis voluntatem omnia
enim alia admirabili quadam subiectione
Deo, ac creatori suo obediunt, absque vlla
repugnantia; Optimi huius veritatis te-
stes sunt omnia eius opera, ac perseuerãtia,
quam in eorum motib. experimur. In solo
homine magnum quoddam dominium, li-
bertasque inuenitur, qua vult, quodcunque
libet, etiam si cælis, inferno, atque ipsi etiam
Deo repugnet. Hæc autem libertas tam na-
turalis est homini sicuti habere animam ra-
tionalem. Et quosque Deus illi esse homi-
nis adimat, cumque penitus annihilauerit,
impossibile est illum hanc libertatem amit
8 tere. Semper quotiescunq; ei libuerit, dicet,
non, et si sit cõtra Deum. Et hęc est peccato
rum omniũ causa, scilicet, dicente Deo: volo
vt hoc fiat, dicere hominẽ, nolo hoc facere,
aut volo cõtrarium facere, dicente Deo, hæc
est voluntas mea, dicere hominem: Non est
Hier. 2. hæc mea. De hoc maximè quærebat Deus:
a sęculo confregisti iugum meũ: rupisti vin
cula mea, & dixisti: Nõ seruiam. Hæc est ra
dix peccati, & nisi esset hoc volo cõtra Deũ
non esset vtiq; peccatum. Et medicina, quæ
morbũ curat, vt sit bona, debet illius radicẽ
destruere. Quia autẽ pęnitẽtia est medicina
salubris, prius rebellionem illã, & contradi-
ctionem destruit, voluntatẽq; omnino Deo
redigit. Et quia primus voluntatis actus est
9 diligere, sic vt auditus audire, & qui verè, &
ex animo aliquid diligit, totum ei cor suũ
tradit, voluntatemq; submittit, nihil est qđ
enim sufficiat impedire, nec labor, nec infa-
mia, nec ipsa quidẽ mors. Sic etiã voluntas,
q̃ vere in Deo assidet, omnia post ponit, tam
dulcia, quàm amara parui facit, vt diuinam
voluntatẽ adimpleat. Quod si ad hãc subie
ctionem, & amorẽ cõseruãdũ necessarij fue
rint labores ad sensualitatis rebellionẽ mor
tificandã defuerintque qui vobis labores affe-
rat, vosmetipsi vestri ipsorum debetis esse
carnifices, disciplinis, ieiunijs, ac denique vi-
gilijs vos mortificantes, quæ si nõ sunt opi-
nione fallimini arbitrantes in vobis esse a-
morem, diuinæq; voluntati conformitatẽ.
Itaq; sicuti malorum oĩum radix est ꝓpriã
voluntatem sequi, sic etiam radix bonorum
omnium est hanc propriam voluntatem ab
negare, soliq; diuino beneplacito cõforma-
ri. O quam conformis huic erat S. Prophe- Psal. 15.
10 ta Dauid, cùm dicebat. In me sunt Deꝰ vo-
ta tua, quæ reddam laudationes tibi? idest,
quas tibi dñe gratiarum referam actione, eo
ꝙ mihi auxiliatus es, quo hanc promptitu-
dinem haberem, vt in me vniuersa volũtas
tua compleatur? O quis ad tũ perfectionis
gradum deueniret, atq; adeo diuinæ volun-
tati esset subiectus. Voluntatem Christiani Simile.
oportet esse tanq̃ magni cuiusdam dñi cel-
larium, vbi vniuersa reperiuntur. Si dñs pe-
tit perdicem, perdix ei offert, si gallinam, sta
tim gallina adducitur, si caponẽ, ẽt in eius
cellario reperitur. Talem oportet esse volũ-
tatem nostram, vt quicquid Deus edere ve-
lit, in ea inueniatur. Si vult te esse infirmũ,
aut sanum, diuitem, siue pauperem, ad om-
nia te præparatissimum esse oportet. Hoc si
gnificat. In me sunt Deus vota tua. In no- 11
mine Christi R. N. dixit Dauid, In capite Psal. 39.
libri scriptum est de me, vt facerem volunta
tem tuam: Deus meus volui. Et legem tuam
in medio cordis mei. In capite libri idest,
vnum ex præcipuis, de quibus agit sancta
scriptura (ait Christus R. N.) est de obedien
tia, q̃ ego habui patri meo. Et qũo ei tanta
cordis submissione obediui. In hoc igitur
præcipue fratres dilectissimi diligentissimè
curare debemus, vt Iesum Christũ dñm no-
strum imitemur. Quòd diuina Dei præce-
pta non solum exterioribus auribus, sed cor
de etiam recipere debemus, peculiari quo-
dam affectu in medio uiscerum nostrorum
illa gestantes. Et hoc significat: legem tuam
in medio cordis mei. O Christe perfectissi-
me totius obedientiæ magister, quia cũ vo- 12
luntas tua adeo circũspecta esset, vt limites
rationis nescierit, nec potuerit præterire, ve
rum tñ contra eam, vocem assumpsisti, æter-
noq; patri dixisti. Non mea, sed tua volũtas
fiat. Nunquid ego volo, vt in omnibus fiat
voluntas mea, atque omnes mihi obediant?
per viscera misericordiæ tuæ Dñe te rogo,
vt tuum cœleste auxilium mihi impertiare,
ne vnquã dicã volo cõtra tuã diuinã volũta-
tẽ. Dicũt illi: *Volumus a te signũ videre.* Libe
ret

ret nos Deus a tali cæcitate. Postq̃ plurima ĩ eius cõspectu mirabilia facerat, cũ hac in falsa, atq. insipiẽti petitione accedunt. Adeo decepit, & extra se incedebãt, ut nihil eorum aiaduerterent. O fratres chariſſimi, ecquid erit ſi nos adeo amẽtes, & extra nos incedimus, ut ad diuina uerba, atq; mysteria, quæ nobis quotidie Dei nomine dicunt, nõ attẽdamus? Cum hoc tanquam terribili male-
13 dictione comminatus est Deus Hebræos,
Ezec. 14 & in illis nos etiam per Ezechielem, dicens: Conuertimini, & recedite ab idolis ueſtris, & ab uniuerſis contaminationibus ueſtris, auertite facies ueſtras. Quis homo, homo de domo Iſrael, ſi alienatus fuerit a me, & poſuerit Idola in corde ſuo, & ſcandalum iniquitatis ſuę ſtatuerit contra faciem ſuã & uenerit ad Prophetam, ut interroget p̃ eum me. Ego dominus reſpondebo ei per me, & ponam faciem meam ſuper hominem illum, & faciam eum in exemplum, & in prouerbium, & diſperdam eum de medio populi mei. Et ſcietis quia ego dominus. O metuẽdum Dei iudiciũ, o quam terribilia, atq; obſtupenda uerba. Ecquis eſt adamas, qui hæc audiens præ timore non confringatur?
14 Tu, o carnalis concubinarie, qui uoluptatẽ adoras; tu, o ſuperbe, qui honorem; tu o auare, qui pecuniã tanquã Deum ueneraris, &c. Omnes eſtis idololatræ, qui in corde ueſtro idola collocata defertis, ſiquidem ea tanto pere diligitis, & tã firma propoſita habetis, non dimittendi ea, & per cõplementũ ad audiendas prædicationes acceditis. Attendite quam acriter uos hic Deus comminatur, ſe non ſolum in futuro ſeculo, ſed in preſenti etiam de uobis ſuppliciũ eſſe ſumpturũ: atque ita, ut in exẽplum, & prouerbium aliis maneatis. O hoĩes a nobis metipſis alienatos. Redite ad cor, & hæc nimis neceſſaria intelligite, ne illa ſicut hi miſeri Phariſæi incognita p̃termittatis. Etiã hęc inſania efficit
15 ut diuerſa diuini furoris ſigna, q̃ diuina Maieſtas nobis quotidie ante oculos proponit nõ intelligamus, nec ad ea attẽdamus: qualia ſunt tot prælia, tot fames, peſtes, hæreſ, tot deniq; calamitates, ac miſeriæ: q̃bus uniuers⁹ terrarũ orbis repletus eſt. Sic nobis cũ
Simile. Deo nřo cõtingit, ut famulis cũ dño ſuo, q̃ arbitrãtes eũ dormire tota die in aula iocantur, & ſaliunt; cũ ãt dñs eorũ nõ dormiat audit illo oĩa, & ſemel tuſſit, ac bis; ut intelligãt illũ uigilare, & oĩa audire. Si famuli prudentes, ac urbani ſunt, ubi primũ illũ tuſſire audiũt, hac, & illac fugiũt, & illinc recedunt. Verũ q̃d diceretis, ſi famuli iterũ, atque iterũ Dño tuſſiente, cũ illũ audirẽt, nihil eum æſtimarẽt, ſed nihilominus ludos, hac malitiã ſuã ulterius p̃ducerẽt? o hoĩes impudici, & q̃to ſupplicio digni eſſent. Ergo, o fratres mei quid ſunt uniuerſa hæc infortunia. Attẽdite Deũ tuſſire, ut intelligatis illũ nõ dormire. Tuſſis Dei ſunt bella, hæreſes, cæteriq; labores oẽs, adeo ãt p̃uerſi, atque demẽtes ſumus ut tam manifeſta irę Dei ſigna nõ intelligamus, nec animaduertamus, nec emendemur, nec peccare deſinamus q̃tum-
16 cũq; Deus tuſſiat. O terribilẽ impudentiã, o p̃uerſitatẽ diabolicã, q̃ cũ labores efficaces ſint ad faciendũ, ut hoĩes nõ ſolũ ab illicitis rebus ſe cohibeant, ſed ẽt a licitis uoluptatibus ſe abſtineãt nullã tñ in nobis operationẽ faciãt. Videte q̃ ẽ effectũ operati ſunt labores in illis, q̃ ingreſſi ſunt in arcã Noe, li- Gen. 7.
cet quatuor uiri, ac tot dẽ fœminæ ingreſſi ſunt, illicq; annũ, ac mẽſẽ integrum incluſi ſunt, nõ tñ plures exierũt, q̃ fuẽ ãt ingreſſi. Labor quippe ac tribulatio diluuii eos ab honeſtis ẽt, ac licitis matrimonij uoluptatibus fecit abſtinere. Et ſic ne pepererunt, nec cõceperũt. Et hoc magis pẽſandũ eſt, q̃ nec agnus, nec aliq̃d aliud animal in arca natũ 17
fuit in toto illo tpe, ut cognoſcatis quantum animales appetitur, tribulatione fuerint cõpreſſi, & hoc ad ueſtrã cõfuſionem, q̃ ea uti neſcitis. Attẽdite hæc uerba, quæ dĩ pro magna exaggeratione dñr, q̃ ſunt hæc. In terra Eſa. 6.
Sãctorũ iniq̃ ẽ geſſit, & non uidebit gloriã dñi. In terra Sãctorũ. Ponitur adiectiuum p̃ ſubſtãtiuo, i. in terra ſanctitatũ. Vocat ãt terrã ſãctitatũ Babylonẽ, ubi erat popul⁹ Iſrael captiuus, & carcere recluſus, cateniſque uinct⁹. Nã a Deo hoĩem tribulari, ac laboribus opprimi, idẽ reputari oportebat, q̃d ab eo ſãctificari, cũ hæc ſit Dei intentio. Atque ideo magnopere cõqueriẽ, q̃ cũ illic in tãta diſpoſitione eſſent, ad efficiendos ſe ſãctos, 18
iniqui tñ eſſẽt. Nõ. n. eſt parua circũſtãtia uitii illud cõmittere, ubi nulla eſt occaſio, & ſic aggrauat peccatũ, illud inter uerbera, carceres, ac captiuitates cõmittere. Aliter q̃dem uſus eſt Dauid tribulatione, aliumque ſatis diſparem ex illa fructum percepit, qui dicebat. Tribulatio & anguſtia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea eſt. Miſiſti Pſ. 118.
(inquit) Deus meus labores mihi, quaſi tuæ diuinæ iuſtitię miniſtros, nec ceſſarũt quouſque me inuenerint; ego nãq; p̃ditus eram. Et

quid

quid inde subsecutum est S. Propheta? quid? Mandata tua, meditatio mea est. Statim cogitatione mea demoliri, atq; meditari cępi, quomodo mandata tua melius custodire, & quomodo tibi diligentius, ac gratius seruirem. O vtinam sic omnes faceremus fratres charissimi arbitramini vnumquemque laborem esse ministrum quendam iustitiæ veniente vos apprehendere ad ministeriũ Dei.

19 *Qui respondens, ait illis: Generatio mala, &c.* Dicunt ei. Magister. Et tam asperè illos tractat, qd est hoc bone Iesu, qñ te Samaritanum, ac dæmonia cũ appellabant, summa cũ mansuetudine respõdisti, dicens; Ego dæmonium non habeo: nunc autẽ, cum ab eis Magister nũcuparis, dicis eis. Generatio mala? Hoc fecit vt vos hortaretur, ne hilarem adulatorib. faciem prębeatis, magnopere.n. adulationes animæ officiunt. Et sic B. Hiero-

Hieron. rony. illas animæ scintillas appellauit, quia eam cõcremant, & in carbones cõuertũt. Et

Demos. Demosthenes dixit adulatorẽ esse peiorem coruo: nam coruus hoib. mortuis, adulator aũt viuis oculos euellit, illos adulatione ex-

20 cæcans. Tanta etenim vis est laudum, adeóque hoĩes illarum desiderio capiũtur, vt ab eis penitus excæcentur. Verum ò dñe siquidem eos reprehẽdis maiores eorum desine, quare dicis: *Generatio mala?* Hoc est seculari sermone vti, hoĩes.n. huius seculi pp vnũ furorem, statim mortuos in memoriam reuocant, & effodiũt. Et maiorum suorũ peccata reuelant. Ad hoc rñdeo, dñm sic illos reprehendisse, vt ostenderet eos à parentib. ac maiorib. suis iniquitatem didicisse, atq; vt in hoc parẽtes admoneret, ne liberis suis malum exemplum pbeant, ne peruertantur sicut illi, q in maiorem condemnationẽ eis redundabit. Attendite, vtrum hanc malitiã a maiorib. suis hęreditate acq̃sierint añ quo

21 rum conspectum cum dñs plurima mirabilia fuisset operat⁹, vt patet p totum Exodũ, illorum oĩum ita immemores, ac si nihil vn

Exo. 32 q̃ tale vidissent, in tantam ingratitudinem, ac malitiã deuenerũt, vt vitulũ tanq̃ Deum adorarent. Nunquid maior cæcitas esse poterat? Vnde hac cæcitate illos reprehendit

Deu. 29 S. Moyses, dicens; Vos vidistis vniuersa, q̃ fecit dñs corã vobis in terra Aegyptij Pharaoni, signa illa, portentaq; ingentia, & non dedit vobis dñs cor intelligens, & oculos vidẽtes vsq; ad pſentem diẽ. Ecce quales fuerint, postq̃ tot mirabilia a Deo facta perspexerant, & q̃ maior cæcitas esse poterat, q̃ quæ dr̃ de rege Ochozia, qui cum quinquagenarium principem, & quinquaginta, q cum eo erant ad Heliam apprehendẽdum misisset, ignisq; a cęlo descendẽs eos oẽs deuorasset, ꝙ sciens alium quinquagenarium cum totidem viris iterum misit, q b. similiter cœlesti igne concrematis, alios totidẽ tertio remisit. Nõ vtiq; eum deterruit ignem a cęlo descendisset, totq; hoĩes cõbussisset, ut videatis quem fructum mali ex mirabilib. Dei p-cipiunt. Ex his igitur pessimis patrib. originem ducebant hi filij, de quib. dñs loquitur. Atq; idcirco illos appellat. Gñatio mala. O q̃ aperte hic dñs ostendit, q̃ vanum sit quenquam de maiorum suorum nobilitate gloriari, si tñ in eis virtus non illuxit. Quandã excitat B. Paulus qõnem, utrum consentaneum esset Iudæos gentib. q̃ tunc conuertebãtur pferri? q a Iudæi anteq̃ Saluatoris nr̃i Iesu Chri fidem susciperent, a tam sublimi, ac illustri sanguine originem ducebant, sanctamq; prius legem habebãt? & tanq̃ index incorruptus, nullaq; passione conturbatus iudicauit ab Spũ sancto cõcitus Iudæos nõ pluris esse estimandos, quam gentes dicens. Quid ergo? pcellimus eos? nequaquam. Causati.n. sumus Iudæos & Græcos oẽs sub peccato esse. Sicuti scriptum est, q a non est iustus quisquã, non est intelligens, aut req̃rẽs Deum, oẽs declinauerunt, &c. Rñdet quod non, quia ante vtriusq; nationis conuersionem, malitia ac morum prauitate, utraque infecta erat. Et dicit. Causati.n. sumus. i. causam sufficientem intulimus, ꝙ psalmo decimotertio comprobãt, vbi dr̃. Non est iustus quisquam, & q̃ sequuntur. Quæ quidem oĩa generaliter de oĩb. tam de Iudæis, q̃ de gentib. intelliguntur. Si ob aliquam causam alijs præferendi erant, hæc esset, quia gentib. meliores fuerant, cum autem tales non fuerint, manifestè igitur sequitur illos licèt à nobiliore sanguine originem ducant, nequaquam tamen esse præferendos, neque enim alias nationes uirtutum splendore superabant. Quid ad hæc respondebunt qui de sanguinis, maiorumque suorum nobilitate gloriãtur, cum tamen ipsi sint peiores, ac corruptiores vniuerso populo? Etiã hinc elicimus fratres charissimi ad confusionem nostram, nos qui in spirituali regeneratione sanctos Apostolos pro patribus habemus, reliquosque omnes sanctos, qui nos in hac Catholica Ecclesia præcesserunt, quam obligati sumus eos imitari, & quantum ab eorum

Right margin: 4. Re. 1. · 22 · Rom. 3. · 23 · Psal. 13. · 24

corũ uestigijs abhorremus. Dicebat sanctũ
Tob. 2. Tobias, quibusdam non loquentibus qualiter oportebat. Nolite ita loqui, quoniam filij sanctorum sumus, & uitam illum expectamus, quam Deus daturus est his, q̃ fidem
Heb. 11. suam nunquã mutant ab eo. Et Beatus Paulus dicit de Sancto Noe. Et iustitiæ, quæ per fidem est, hæres institutus est. Non multum fuit, nec æstimat Sanctus Paulus. Noe uni-
25 uersi terrarum orbis hæredẽ, ac dominum fuisse constitutum. Sed maxime exaggerat illum uirtutum oĩum maiorum suorum hæredem fuisse factum. Oẽs uirtutes in eo adunatæ, ac cumulatæ sunt, ipsasq; ille tanq̃ patrum suorum hereditatem possedit. Innocẽtiã, uidelicet Abel, & deuotionẽ Enoch, &c. Nunc autem ualde gloriabimini maiorum uestrorũ primogenituras hæreditate, non uero illorum uirtutes imitari. Hãc igit̃ fratres mei oportet esse nostram præcipuã prætensionem, scilicet, ut sanctos omnes, ac Sanctum Sanctorum Iesum Christum filiũ Dei imitemur, idcircò enim ipse pater noster dicitur, & nos eius filij nominamur. Veruntamen iure optimo de nobis quæritur,
Psal. 17. dicẽs. Filij alieni mẽtiti sunt mihi, filij alie-
26 ni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Tria hic dicit de malis, uidelicet, illos in nulla alia re esse filios suos, nisi in nomine, & filios esse Sathanæ. Primum quæritur, quia cum emendam proponẽt, nõ stant promissis, sed mentiuntur. Secundo, quia in uitijs suis inueterati sunt. Tertio rationem reddit, vnde hoc malum procedit. Et claudicauerunt (inquit) id est, quia claudicauerunt a semitis suis, hoc est, à bono, q̃ facere cœperunt. Et hinc prouenit, ut mentirentur, & postea in malis inueterascerent. O beatos seruos Dei, qui aliter generationẽ suam sequuntur, & sp eis modicum apparet, q̃ fecerunt, q̃ in prẽstãtissima patrum suorũ opera, oculos deferunt constitutos. Et sic B. Ber
27 nar. in sermone quẽ habuit de B. Benedicto
Ber. ĩ ser. de D. Benedicto. dicit. Abbas fuit, & ego. Sed O Abbas, & abbas. Nomẽ vnũ, sed in altero sola magni nominis umbra. Ministeriũ, unũ, sed heu me, q̃ dissimiles ministri q̃tum ministratio, ipsa dissimiles. Væ mihi si tam longe à te fuero, ò B. Benedicte in futuro, quam à tuæ uestigiis sanctitatis me longe esse reperio in præsenti. O si hanc considerationẽ haberemus singuli cum unoquoq; in cælesti regno cõmorãtium. Si tñ a te in futuro absum, q̃tũ ò sanctæ Dei in p̃senti p imitationem distò, quid mihi erit? quo tandem deueniam?

Dicit ulterius, Et adultera. Siqdẽ uerum Deum suũ creaturarũ amore capti relinq̃bãt. Vñ infert nobis ẽt ignominiosum hoc uerbum quadrare, Et sic B. Iacob, dicit. A- Iaco. 4
dulteri, nescitis, quia amicitia huius mundi, inimica est Dei? ò q̃ apte nomen illud peccatoribus quadrat. Nã sicut adultera bona hẽt exterius uerba erga uirum suum, & ei dicit. Dñe mi, bonum meum est, &c. cur uero in amico collocatũ hẽt, sic ẽt plurimi pec 8
catores dicunt. O dñe mi Iesu Chr̃e, ò dulcis Redẽpt. meus, ò amator aĩæ meæ, cor uero in ijs cõstitutum hẽnt, q̃ ipsi sciunt. Hoc optimè adnotauit Dauid, quia p eo, q̃ nos legimus. Et dilexerunt eum in ore suo, lin- Psal. 77.
gua sua mentiti sunt ei B. Hieronymus ex Versio
Hebræo uertit. Et lactauerunt eum in ore Hieron.
suo, &c. In hoc significantur suauia, ac dulcia uerba, quib. Deum alloquimur, cum tñ amorem in secularib. immunditijs collocatum habeamus. Vnde p eo, q̃ nos legimus: Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt, alii uerterunt. Multiplicata sunt idola eorum, post alium accelerauerunt. Spẽ, obediẽtiã, atq; amorem, quam Deo debes præstas, ò auare pecunijs, amico Psal. 15.
uentri, &c. hanc Deum tuum constituis.

Signum non dabitur ei, nisi signũ Ionæ, Prophetæ. Mors, ac crux Iesu Christi S. N. est certissimum signum condemnationis, & pditionis malorum. Post tñ beneficiũ, ac tã copiosam redẽptionem, nullã prorsus malo remanet excusatio, si tamen in iniquitate sua perseuerat. Vultis hoc apertè cognoscere? Siquis magno quodã morbo in lecto teneretur, nec in tota Hispania esset, q̃ ei mederi sciret, q̃ nuncij ad max. mũ quendã medicũ in Indijs cõmorantẽ pueniunt, quibus Simile.
auditis statim nauim ascendit, & puenit in Hispaniã, acceditq; ad illius domũ, ut eũ curet, illumq; incipit cõsolari dicẽs. Ne timeas frater, medicamina. n. affero, q̃ morbũ tuũ curare sufficiunt, statimq; medicamenta incipit prẽparare, & ipse de suomet sãguine ef 30
fundit, ad saluberrimũ quodã unguentũ efficiendum, quib. omnib. pparatis, si ille nollet ex aliqua illarũ rerum fructum pcipere, sed diceret illi. Dñe vbi cũ Deo, nolo etenim te medijs tuis uti, nec quicquam æstimo, q̃ ex Indijs me curaturus ueneris, & illum, eiusq; medicamenta negligeret, qua pœna digna esset tanta ingratitudo? O Deus optime maxime, si tu nobis ignorantiæ uelũ adimeres,

reu-


oculosq; nostros aperies, optimè cognosceremus, nos in hanc ipsam ingratitudinē incidere: quia ex cęlo in terrā infirmitatem nostrā curaturus descendisti, medicaminaque, quę sūt sāctissima Sacraméta proprio sāguine cōfecisti, ꝙ aūt hæc saluberrima medicamina tātopere negligimus signū ꝓfectò est hoc condēnationis illorū, q tale facinus, tantamq; ingratitudinem cōmittāt. O quanto
Iob.16. cum affectu dicebat Sāctus Iob. Terra ne operias sāgninē meū. Tu, tu, ò terrene peccator,
31 Iesu Chri sāguinem operis ne appareat, quando ex illo fructum non percipis, ac si pro te mortuus nō fuisset. Fac igitur frater mi, ut in te pretiosissimus hic dñi nostri Iesu Christi sāguis appareat: Perspiciat frater sacratissima Saluatoris nri mors in eméda, humilitate, ac denique mortificatione tua.

Viri Niniuitæ surgent in iudicio, &c. Dicatur aliquid de Iona, & quomodo ad littus exiuit, & in ciuitatē ingressus est. Et clama-
Ionę.3. uit, & dixit: Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur. O quam elegans orator? ò quam eximia argumētorū cōpositio? ò quāta verborū ornatissimorū eloquentia? quid barbarius, aut rusticius dici poterat? Et tñ
32 tanta erat uerborū eius uirtus, & efficacia, ut omniū corda penetraret. Et crediderunt viri Niniuitæ in domino, & prædicauerunt ieiuniū, & uestiti sunt sacis à maiore usque ad minorem. O quā uerū est illud Apostoli
1.Co.4. dicentęs. Non in sermone est regnum Dei, sed in uirtute. Discant nūc prædicatores populorū uanas istas eloquentias deponere, & Dei spiritum quærere, qui dat uoci suæ uocem uirtutis, quiq; tanquā sagittis auditorū
Psal7.6. corda percutit, & planis, atq; incōptis seruorū suorum uerbis viscera transfigit. Frustra resonāt exteriorā uerba quantūq; ornata atque cōposita sint, nisi litus spūm dñi, & sāctā eius operationē deferāt. Et puenit uerbū ad
33 rege Niniuites, & surrexit d solio suo, & abiecit uestimētū suū à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere. O sapiētissime Rex, ecqs te docuit, cum Ethnicus sis Deum pęnitentia mitigari? vbi hoc legeras? audiuisti sententiam contra te prolatam, nec de uenia in Deo confidens, desperasti, qui quidem sententiam poterat commutare, etsi consilium non poterat derogare. Profectò si Prophetā audysses dicentē. Agit pęnitentiam, quā nisi egeritis, morte moriemini: non esset mirum si hac admonitione cōmotus pęnitentiā ageres. Verum illos omnes esse perituros absolute affirmauit, nec uero tā asperum verbum Regis spem abstulit. Et illic sperauit, ubi nulla spei occasio apparere uidebatur. Et sic dixit: Quis scit si conuertat, & ignoscas Deus? O quam gratissima fuit Deo hæc spes cū pęnitentia, quam egerunt. Ideò sequitur. Et uidit Deus opera eorum, quia cōuersi sūt de uia sua mala, & misertus est super malitia, quā locutus fuerat, ut faceret eis, & non fecit. O quāta cōfusio hæc est illi miseris iudæis, qui talē habuerūt pdicatorē, sicuti Iesū Christū filiū Dei cū talibus uerbis, ac promissionibus, atq; cōminationibus qbus illos cōminatus est: cūq; tam splēdidis miraculis, qualia nullo unquā tépore in orbe uisa fuerunt, quibus suā cælestē doctrinā satis superque eo cōprobabit: & illis, ac modo, quo ea faciebat, manifestè ostēdit se uerū esse Deū, cum ita efficaciter creaturis omnibus imperaret, eique omnia obedirét, & tamē ei credere noluerūt. Et q̄ta etiā nobis est cōfusio, qbus cū quotidie plurimi spirituales uiri Dei nomine prædicent, totque rationes adducant, quæ ad lapides ipsos confringendos sufficiāt: minimā tamē, aut quasi nullam in cordibus nostris 35
impressionē faciūt. Per Hieremiā dixit Des Hie.23
Nunquid nō uerba sūt quasi ignis, & quasi malleus conterens petrā? Et Beatus Paulus Ephe.6.
dicit. Assumite gladium spiritus, quod est Isai.55
verbū Dei. Et Isaias. Qūo descēdit imber, & nix de cælo, & illuc ultra nō reuertitur, sed inebriat terrā, & germinare eā facit, & dat semē serētī, & panē comedēti, sic inebriat verbum meum, ꝙ egredit de ore meo, & nō reuertet ad me uacuum, sed faciet q̄cunq; uolui, & ꝓsperabit in his, ad q̄ misi illum. Ecce fratres, qūo diuinę litteræ in oībus his locis tā diuersis nomiuib. verbum Dei appelant. Dicunt.n. illud ignē, malleum gladium, aq̄, ac deniq; niuem. Si ergo diuinum uerbum ꝓpter diuersos affectus, quos in hominum cordibus efficit, omnibus his nominibus 36
nuncupatur: si corda uestra illis nō cōmouētur, cuius metalli sunt? quod si carnea essent siquidē uerbum Dei gladius est, iam illa abscidissent, & percussisset, si ferrea essent, si qdē uerbum Dei est ignis, iā illa incendisset; si lapida esset cum diuinus sermo malleus nuncupetur, iam illa confregisset. Denique si terrea essent, siquidem uerbum diuinum est aqua, iam illa mollificasset, siquidem in quam est aqua, quæ terram mollit, & nix; quæ eam uberem reddet in illis hanc operationem

rationē feciſſet. Et quandoquidem nulla ha rū rerum molleſiunt cuius materiæ ſunt hęc corda?ò hoīum adeò dura corda, ut quo ea nomine nuncupemus, penitùs neſciamus, & cuius metalli ſint, ignoremus. Quatuor tm̄ uerba tantam ciuitatē barbaræ, atque in fidelis gentis conuerterunt, iā innumerabiles autē conciones uix unum conuertere ſufficiunt. O cęli, ò terra, tantam Christianorū
37 hominum duritiē admiramini, & ſuper illa obſtupeſcite. O fratres chariſſimi, per reuerentiā Dei uos rogo, vt hanc a vobis obſtinationem expellati. Quod nobis magis neceſſarium eſt, hoc abſq; dubio eſt Dei benignitas, atq; eius miſericordia. Hanc autem cordis duritia negligimus, ſicuti affirmat B.
Rom. 2. Paulus dicēs: An diuitias benignitatis eius, & patientiæ & longanimitatis cōtēnis, ignorans qm̄ benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? ſm autem duritiam tuā, & impœnitens cor tuum theſaurizas tibi irā in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei. Notate illum non dicere, ſm auaritiā cordis tui, vel luxuriā vel ſupbiam, ſed ſecundum duritiā cordis tui, ad ſignificandum hoc eſſe maximum iuſtorum malorum omnium. Nam ſi hæc duritia non eſſet, omnibus malis remedium poſſet adhiberi agendo pænitentiam.
38 Timete fratres mei, ne ad cor durum perueniatis. Quod ſi ad tantum malum deueniſtis, nunc tempus habetis eum vobis remedium poteſtis adhibere. Attendite Niniuitis
Ionę. 3. quadraginta dierum ſputium ad agendā pęnitentiam fuiſſe conceſſum, ipſos verò ſtatim illam agere incepiſſe. Vobis autem non datum eſt ſpatium quadraginta dierum, nec ſcitis, vtrùm hodie, an cras morituri ſitis, quapropter hoc occaſione utimini, & amodò incipite agere pœnitentiam, vobiſq; dominus hic gratiam ſuam concedet, & in futuro cęleſtem gloriam largietur, Amen.

39 Feria V. poſt Dominicam I. in Quadrageſima.

Egreſſus Ieſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis, &c. Matth. 15.



IN hac ſancti Euangelij, lectione, ſupernū quoddā nobis myſterium reuelatur q̄ qdem ante aduentum dn̄i nr̄i Ieſu Chr̄i in mūdū nō fuit intellectū. Eſt aūt myſterium, ſ. quod gentes ad Euangelij, gratiæ, meritorūq; Chriſti Saluatoris noſtri participationem erat admittendæ. Ita dicit Beatus Paulus: Alijs generationib. non eſt agnitum filijs hominum, ſicuti nunc reuelatum eſt ſanctis Apoſtolis eius, & Prophetis in ſpiritu eſſe gentes cohæredes, & concorporales & comparticipes promiſſionis in Chriſto Ieſu per Euangelium Concorporales, id eſt, partes corporis myſtici Ieſu Chriſti. Quando Nabuchodonoſor iuſſit tres illos pueros, ſ. Ananiam, Azariam, Miſaelem, in fornacem ignis ardentis immitti, quia eius ſtatuam noluerant adorare, dicit illic ſacratus Textus, quod uidens illos non comburi, ob ſtupuit Rex, & ſurrexit, & ait optimatibus ſuis: Ecce, ego uideo viros quatuor ſolutos & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis illis eſt, & ſpecies quarti ſimilis filio Dei. Hoc ſummopere admiratus eſt Beatus Hieronymus ſuper hunc locum, & dicit: Neſcio quomodo Rex impius uidere filiū Dei mereatur. An ne ipſe forſitan filium Dei uiderat, ut dicat illum quartum filium Dei ſimilem ſibi viſum fuiſſet? Ad hoc reſpondet, quod cor Regis in manu Domini, & in hoc voluit ſignificare maximas, ac præſtantiſſimas diuitias, quas gentibus communicaturus erat. Huic Regi oculos aperuit, vt ſimilitudinem filij Dei in humana forma perſpiceret. Hæc autem beneficia prædixit S. Iſaias, dicens: Deus ipſe ueniet, & ſaluabit vos. Tunc quæ erat arida, erit in ſtagnum, & ſitiens in fontes aquarum. In cubilibus, in q. bus prius dracones habitabant, orietur uiror calami, & iunci. Hæc terra, quę erat gentilitas, vbi tot abominationes graſſabantur, uitiaq; tam patentem aditum habebant, in ea amœnæ arundinas, & iunci orti ſunt q̄ ſunt prædicatores, & doctores Eccleſiæ, cæteriq; fideles, qui Ieſu Chriſti fidem ſuſceperunt, & in anima ſua ſolium conſtruunt, in quo Dn̄s requieſcat. Et hoc manifeſtat hodie in beneficijs, q̄ Deus in hāc mulierem confert.

Ephe. 3. t Dan. 3. Hieron. 2 Iſa. 35. 3

Egreſſus Ieſus. Q. mirabilis eſt fluuius quando ab alueo exit, quam abundans, atq; affluens decurrit, non ſolum uicinos agros irrigat, qbus antea aquam ſuam impertiri cōſueuerat, ſed etiam eos, qui ab eo procul diſtant, atque aridi ſunt. Exijt Chriſtus Redēptor noſter quaſi fluuius, q ab alueo exit, ex viſceribus puriſſimæ virginis Mariæ Dn̄æ noſtræ in præſepio Bethleē, eo adeò plenus ac abundās gratię, atq; miſericordię venit, vt Simile.

non

non solum uicinos agros, hoc est Iudæos, a quorũ sanguine, ſm carnem dimanauit, q b. pmissus fuerat, sed ẽt agros procul distãtes, atq; aridos, scilicet, gentes irrigarit, illisque suam diuinam gratiam communicarit.

Et ecce mulier Chananæa a finibus illis egressa, Clamauit. Exijt dñs, & ipsa ei obuiã exit. Dominica præterita nobis propositus fuit in sancto Euangelio conflictus, quẽ Sal
4 uator noster Iesus Christus habuit cũ Sathana, ex quo dñs uictor euasit, hodie verò nobis Sanctus Euangelista repræsentatur, quõ ipse dñs in alium cõflictũ cum mulier Chananæa ingressus est, ex quo mulier victoriã reportauit, & dñs uictus fuit. Arma quippè, quibus mulier hæc vicit, fuerunt magna fides, firma spes, ac pfunda humilitas. Per fidẽ etenim sãcti uicerũt, sicuti affirmat Apo
Heb. 11 stolus, dicens; Sancti, p fidẽ vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. Armaturam ẽt quandam nimis usitatam a mulieribus deferebat, quæ est nimis assidua, & prolixa rogitatio. Atq; hæc ei maximè profuit, nam licet prolixa, & crebra rogitatio hominibus odiosa sit: Deo tamen iucundissima est, & ad hunc spiritualem conflictum egressa est a finibus illis. In quo si-
5 gnificatum est, quod ad consequendam uictoriam a corde Dei (si ita dici põt) non sufficit à terra exire, sed etiam necesse est ex eius finibus egredi. Nam non solum nos a peccato exire oportet, sed etiam illius occasiones effugere. O fratres mei, si elata quadam cogitatione in altum nos extolleremus, & extra cœlum trãsiremus, cõsiderãtes Deum existere, quo in perpetuum sumus fruituri, quã libenter terrestria omnia relinqueremus. Di-
Psal. 6. cebat Dauid: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meũ rigabo, lectum, in quo anima recumbit, est peccatum, stratum verò quod iuxta lectum
6 positũ est, & per q ad lectum conscenditur, est occasio. Non solum igit Dauid lectum, hoc est, peccata sua, sed stratum ẽt, hoc est, occasiones, in quas sese immiserat, lachrymis irrigabat. Legitur de quodam duce no-
Iud. 4. mine Sisara, quod cum optimè armis munitus incideret, hostisque sui Barac manus effugisset, tandem in manus cuiusdam mulieris, quę dicebatur Iahel, deuenit, quę eum lacte potauit, & soporauit, ac clauo temporibus transfixis eum interfecit. O quot homines plurimis virtutibus armati, cum ex maximis periculis eu aserint, quia postea unius mulieris manibus se tradunt, q̃ eos quatuor suauibus verbis alloqtur, quæ sunt quasi lac suaue, ac dulce, soporantur, atq; sui ipsorum obliuiscuntur, & sic tandem spirituali morte intereunt. Caue frater mi ab oĩbus occasionibus, præsertimq; mulierum, eo q tam piceata res sit, hominemq; tantopere obcæcet. Dicit mulier pauper: ò Pater, ego habito in domo talis viri, qui me alit, quod si illinc exiero, qd faciã misera? Cõsidera (quæso) Sanctum Ioseph, cuius fortasse uniuersę 7
diuitiæ erant vnum palliũ, & hoc in manib. dñæ suæ reliqt, ne pudicitiã suã violaret. Et si tibi uidearis, in domo ista locupletãda esse, si ibi est occasio peccati, hęc oĩa desere, satius est.n. ista amittere, quã Deum perdere.

Cœpit igitur mulier ictus suos fidei plenos in dominũ immittere, dicens: *Miserere mei domine fili Dauid.* O quam acceptabilis est Deo misericordiæ postulatio? si quid aliud ab eo petieris, fortasse illud non impetrabis. Domine da mihi diuitias, fortè respõdebit, nolo. Da mihi fructum benedict onis nolo (inquiet). Da mihi honorem, ualetudinem, &c. nolo, quia te his rebus perdes. Verum dic: Domine sum peccator, & puro corde ad te volo conuerti, & siquidem non uis 8
mortem peccatoris, miserere mei. Nunquid Deus dicet: Nolo, quia te pdes? Non vuque nunquã.n. hoc fecit, nec ullo unquã tempore faciet. Vt enim Apostolus ait: Deus fidelis 2. Ti. 2.
est, & negare seipsum nõ põt. Notate Apostolum dicere: se ipsũ, diuitiæ etenim, honor valetudo, &c. non sunt, seipsum. Misericor- Psal. 58.
diã autem sic: quoniam misericordia mea tu es, dixit Dauid. Ipse Deus est misericordia, & negare seipsum non potest. Disce igitur frater charissime ab hac femina & exclusa omni occasione peccati ante Dei conspectũ pstratus, uide quẽ te oporteat inuocare. Nunqd Dei oĩpotẽtiam inuocabis? Nõ, qa sicuti te ex nihilo potuit creare, sic etiam te annihilare potest, ubi primũ peccaueris. Et 9
si petis, ut tecũ secundũ oĩpotentiam suã faciat, dignus es, qui ab eo destruaris, & perdis te. Nec eius sapientiam inuoces, si enim exposcis, ut te iudicet secundum quod de te scit, scit utique te mille infernis esse dignissimum. Ecqd erit tibi? nec eius iustitiã implores. Nam si iniqtates obseruaueris dñe, dñe Psa. 129
qs sustinebit? Imò potius ei dicito. Non intres in iudiciũ cum seruo tuo domine, qnia Psa. 142
non iustificabitur in cõspectu tuo omnis uiuens. Quẽ igitur inuocabis? Misericordiã.

Hanc

Hanc debemus oẽs inuocare, & ſic dicit B.
Ephe.2. Paulus: Deus autẽ q̃ diues eſt in miſericor-
dia pp nimiam charitatem ſuã, qua dilexit
uos, cum eſſemus mortui peccatis, conuiui-
ficauit nos in Chriſto. Nõ appellatur Deus
diues in cęlo, terra, atque angelis, quia alios
meliores poteſt efficere, ſed dr̃ diues in miſe
ricordia, q̃a habet mĩam infinitam, nec alia
melior eſſe poteſt. Hanc igitur mĩam debes
inuocare, ſiquidẽ Deus adeo paratus eſt ad
10 ignoſcendum tibi. Hoc ſignificauit hic cle-
Exo.25 mẽtiſſimus dñs, dicens Moyſi: Pones propi
ciatorium ſuper arcam. O q̃ optima coniun
ctio, & ſocietas eſt hæc? in arca quippe erat
lex, & ſuper illam iubet apponi propitiato-
rium, vt ſi contigerit cuipiã in legẽ peccare,
in promptu ſit propiciatorium. Quod ſi te
legis ſeueritas deterret, conſoletur, ac fulciat
te ſcire propitiatorum eſſe, & veniã illinc nõ
lõge abeſſe. Atq; ẽt, quia in arca, in qua erat
virga, iuſtitia repræſentabatur, & quia mĩa
eius ſuper oĩa opera eius, idcirco iuſſit propi
ciatorium ſuper arcam imponi. Tam deco-
Exo. 32 rũ aũt, atq; glorioſum eſt Deo, ignoſcere,
vt cũ Moyſes Deũ rogaret, vt peccatum ido
11 lolatriæ populo dimitteret, vna ex pręcipuis
cauſis, quas ei afferebat, eſſet, dicere. Ne quęſo dicant Ægyptij, callidè eduxit eos, vt in
terficeret in montibus, & deleret de terra:
quieſcat ira tua, & eſto placabilis ſuper ne-
quitiã populi tui. Et eandẽ rõnem adduxit,
dicẽs: Vt audiant Ægyptij, &c. Et habitato-
Nu. 14. res terræ huius, qui audierunt, q̃ tu dñe in
populo iſto ſis. Vt vir ſanctus ſolummodo
Dei gloriã, & honorem expetebat, dicit ei:
Dñe, attẽde Ægyptios magna, & mirabilia
de probitate tua audiſſe, teq; timere cæpiſ-
ſe. Hæc autẽ gloria tua, ſi iſtos enterficis, di-
minuetur. Scandalizabitur mundus, & iam
nõ uerus, ac miſericors Deus eſſe crederis.
Magnificetur ergo fortitudo dñi ſicut iura-
ſti, dicẽs: dñs patiens, & multæ mĩæ auferens
iniq̃tatẽ, & ſcelera. O mirifica, dulciſſimaq;
verba, q̃ quantumcunq; lapidea corda mol-
lificare ſufficiunt. Magnificet̃ fortitudo tua.
Dei fortitudo, nec augeri, nec minui poteſt:
12 eſt.n. infinita, & ſemper una & eadẽ exiſtit,
veruntamẽ nõ ſemper ab hoĩb. cognoſcit̃.
Et rogat Moyſes Deum, ut fortitudinẽ ſuã
nõ puniẽdo quidẽ, aut occidẽdo, ſed parcen
do, ac mĩam faciendo, manifeſtet: quo a gen
tibus, nõ vt tyrannus, ſed vt pius, ac miſeri-
cors cognoſcat̃. Ecce fratres quãtopere Dei
gloriæ cõpetit, ignoſcere. Qđ cũ ita ſit cõſi-

dẽter iam peccatores accedite, & cũ magno
ſpũs feruore, atque intrinſeco cordis dolore
dicite: Miſerere mei. Notate illã non dicere:
Miſerere filiæ meæ, ſed miſerere mei, etſi fi-
lia labore, ac neceſſitate premebatur; Acſi
diceret: forſitan ſunt peccata mea cauſa, ob
quam filia mea detrimẽtum iſtud patiatur.
Quamobrẽ ſi ego huius mali cauſa ſum, mi
ſerere mei. Quia proſtrato fundamento, &
ablato, ſtatim ędificatio, quę ſuper illud inni 13
titur, illabatur, ac procidet. O quantũ opor-
tet patres timere, q̃n uident filios in labori-
bus cõſtitutos, atque infirmitatibus laborã-
tes, ne fortè pp ſua peccata, Deus liberis ſuis Ezec.18
labores illos immiſerit. Nam licet uerum
ſit, Deum dixiſſe: Aĩa, quæ peccauerit, ipſa
morietur. Filius non portabit iniquitatem
patris, & pr̃ non portabit iniquitatẽ filij: im
pietas impij erit ſuper eum. Hæc oĩa de ęter
nis inferni pęnis intelliguntur. ſ. q̃ filius nõ
detrudet̃ in infernũ pp peccata parentis, q̃n
nullã in eis culpã habuerit, nec ẽ contra. At-
tamen de pœnis tp̃alibus dicit Deus: Ego
ſum Dñs Deus tuus fortis, zelotes, uiſitans Exo.20
iniquitatẽ patrum in filios, vſq; ad tertiã, &
quartam generationem, eorum, qui oderunt
me. Et cõſiderate infinitam Dei mĩam, qui 14
in ſupplicijs taxim conſtituens, videlicet vſ
que ad quartã generationẽ: ſtatim addit di-
cens, ſe pp parẽtum uirtutes in longiſſimas
generationes liberis beneficia conferre. Et
ſic dicit: Et faciẽs mĩam in millia his, qui di
ligunt me, & cuſtodiunt pręcepta mea. Vñ
infertur, q̃ ſi filios ueſtros diligitis, ſaltem
pp hoc deberetis curare boni eſſe, ut Deus
pp uos eis benefaceret, & ne illos propter ſce
lera ueſtra puniret, ſi uos mali eſſetis.

Qui non reſpondit ei verbum. O fons vber
rime infinitæ miſericordiæ, q̃s te erga pau-
perem mulierẽ exhauſit? Tu Dñe piiſſimis,
ac ſuauiſſimis uerbis nobis dicis; Deus iu-
ſtus, & ſaluans non eſt præter me. Conuertĩ Iſa.45.
mini ad me, & ſalui eritis oẽs fines terræ. Si
tu Dñe nos acceſſis, & iubes ad te uenire,
quare huic pauperculæ mulieri ad te uenien
ti, tibiq; ſeſe offerenti, atq; auxilium tuũ in 15
implorantı, ne uerbum quidem r̃ndes? Vi-
deris Dñe obſurdeſcere, quid hoc eſſe dicã?
B. Dionyſius dicit: Deus paterna cura, atq; Dion.li.
prouidentia ſe hominib. apte pro illorum cá de Eccl.
ptu inſinuat. Alijs uidelicet ſe ſe aſperũ, Hierat.
alijs autem ſemitem, atq; lenem oſtendens.
Alijs pecuniarum copiam largitur, q̃a cum
paupertate illũ ſæpiſſime offenderent; alios

verò pauperes efficit, quia si haberent diuitias plurima peccata cõmitterēt: sicut prudens medicus alios [dieta] alios uerò cordialibus curat, quia vtrunq; ita necessariũ est.

Simile. Cum adolescens quidā vellet Dñm sequi, eum à dño fuisse dimissum. Alterum aũt volentem ire sepelitum, parentes suos dñm di-
Matt. 8. mittere noluisse, sed dixisse ei: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Illum reiecit, hũc uerò dimittere noluit, q a sic utriq; necessarium erat ad eorum saluationē. Vt notat B. Gregorius: quē dimisit, sciebat, pp
Gregor. dilationē illi desiderium seruiendi Deo esse adaugēdum: alium uerò retinendo eius im
16 becillitati consuluit, q fortasse non esset reuersurus, sed pro paternę senectutis zelo secularibus negotijs se implicaret. Atque ēt nõ rñdit ei uerbum: quia suis non solum Dñs oĩa, quæ postulant, concedit: sed simul ēt illos magnificare, gloriososq; conatur efficere. Qñ Deus statim petētibus concedit, liberalitatem suam magnificat, hoc est, declarat: sed petētis fides, atq; spes nõ manifestatur. Qñ aũt petitionis indulgētiam differt, hoc facit, ut petētis ualor, atq; excellētia cognoscatur. Atq; ēt ad hunc finem promissa beneficia differt. Qñ Abrahā ingressus est in
17 terram Chanaā, non solum semel, sed bis ēt illi dñs supernum, atq; sublime beneficium pollicitus est. s. q in semine eius oēs gentes benedicendæ essent: eius aũt promissionis adimpletio cœpit esse multis post annis: adeo ut dicatur, q tulit Sarai Agar ancillā suam post annos decem, q̃ habitare cœperat terram Chanaan, & dedit eã uiro suo uxorem. Et hoc ut ibidem dr, quia ipsa Sara nõ genuerat sibi liberos. Quare igitur dñs tam sero quod multo tpe antea pmiserat, adimpleuit? ut non solum Abraham beneficia accipiat, se seque in eum Deus liberalem ostendat, sed etiam, ut honorificetur, & eius nomen in mille generationes permaneat, propter fidem, firmissimamq; spem, quam in promissionibus Dei habuit, licet illorum executio multo tempore illi dilata est.

18 *Et accedētes discipuli rogabāt eũ.* Magnates, & qui apud reges, ac principes plurimũ ualent, oportet pro pauperibus, & paruulis loqui, eosque suis patrocinijs adiuuare, ad Sanctorum Apostolorũ imitationem. Nix, quę decidit in montes, qñ solis radij ad eam perueniunt, liquefit, & in ualles descendit, &
Simile. eas reddit uberrimas, si aũt non tangit niuē calor solis, illic manet nix gelida, nec liquefit: sic ēt uos, qui in domibus principũ montes estis; si iam diuini amoris sol illuxit, charitatisq; radij in cordibus uestris reuerberarũt: necessario debet fieri, ut nix ualoris potentiæque uestræ uiscera liquefiat, quo uniuersum remediũ in inferiores ualles, qui sunt pauperes, excidat. Est aũt ingenuum argumētum nõdum ad uos solē peruenisse, siquidē tota nix in uobis cumulata manet, totus fauor est uobis, totũ lucrum, emolumentum, ac denique ęstimatio est uobis, malum signum. O q̃ miserabilis est uisu duritas, ac crudelitas plurimorum optimatum, eorumq; qui apud reges plurimum 19
ualēt, & corũ, qui sunt ducũ, prælatorumq; familiares, qui ēt uolentes eos esse pios, ac misericordes impediunt, atq; ēt incitant, & modos inquirunt, quibus paruulos, ac subditos suos grauius opprimant. Liberet me Deus à talibus hoĩbus. Prima ostensio, quā Exo. 2.
Moyses de se prębuit. Fuit pauperibus, ac læsis auxiliari. Et notate, q qñ Moyses in sublimi dignitatis, ac dominationis gradu ĩ domo regia constitutus erat, tunc pauperi læso subuenit, eique auxilium suum præstitit.

Rñdit dñs mulieri: *Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel.* Q̃uo ergo dixit Apostolus. Expoliantes uos ueterē 20
hoĩem, & induentes nouum in agnitionem Colo. 3.
Dei, s̃m imaginem eius, qui creauit eũ: ubi non est gentilis, & Iudæus, circuncisio, & pputiũ, &c. Sed oĩa, & in oĩbus Christus? Ad Simile.
hoc respõdeo per similitudinē. Habet mercator sericum, atque aurũ contextile, plurimas gemmas, &c. quē tu interrogas, dicens: Dñe cui hæc attulisti? at ille rñdet: Considera tu cui, tā locuples, atq; pretiosum mercimonium potest esse dñis, uirisq; primarijs. Et si fortasse artifex, aut agricola aliquid istorum uoluerit emere, nunqd uendes hæc eis? At ille dicit: Et quare nõ? Mea præcipua intentio fuit hæc uiris nobilibus afferre: si aũt quisquis alius illa uoluerit emere, ēt ei uendam. O infælices Iudęi, quāto nos Deus honore affecit, & quā ingratos uos illi præbuistis. Diuitias etenim Euangelij sui uo- 21
bis diuinus mercator Iesus Christus afferebat, ut eas suo proprio ore prædicaret, suoque exēplo uos ad eas inuitaret, atq; ēt illas gentibus afferebat, ueruntñ non fuit missus a patre, ut ipsemet gentib. prædicaret, sed ex Apostolorum suorum manibus eas accepturæ erant, Tunc accessit illa dicens: *Domine adiuua me.* O mirificā perseuerantiam

tiam

tiam:ò præſtantiſſimum mulieris aīum, qñ (humano uideri) ſe magis reiectā uidebat, tūc ſe magis cōfortabat. Ita de iuſto ſcriptū
Iob 10. eſt ubi dr: cū te cōſumptum putaueris, orieris, ut Lucifer. Cuius exēplū oſtēditur in Iacob, qui cū tota nocte cū Angelo fuiſſet colluctatus, poſt longā contentionē exoptatiſſimam benedictionē adeptus eſt. Verū qñ eā comparauit: qñ remanſit claudicās ex ictu, quem illi Angelus inflixit in fœmore, & ſic
22 quē ſanus, atq; integer tota nocte nō potuit ſuperare, claudicās, & infirmus deuicit. Sic ēt repulſi, fatigati, atq; humiliati, ſi inſtanter p ſeuerauerimus, qđ petimus, conſequemur. Ecce mirificum quoddam huius rei habetur
Iob. 10. exemplum, Venientib. Iudæis vt peterent a dño auxilium cum ipſi eſſent idololatræ: rñ dit dñs dicens: Non addā, vt vltra vos liberē Ite, & inuocate Deos, quos elegiſt s: ipſi vos liberent in tpe anguſtiæ veſtræ. Ipſi autem nō hac duriſſima rñſione cōfracti ſunt, ſed nouo quodā feruore cōcitati: iterum a dño mīam poſtulauerunt dicentes: Peccauimus: redde tu nobis quicquid nūc tibi placet, tñ nūc libera nos: quæ dicentes oīa de finibus
23 ſuis alienorū Deorū idola proiecerūt, & ſeruierūt domino Deo; q eorum precibus uictus eis auxiliatus eſt, & dolens ſup miſerijs eorum eis dedit ducem Iephte. Quod illuſtrius exemplum reperiri poteſt huius rei, quam agimus? O vtinam nunc nos ita facceremus, totq; idola atq; iniquitates, quot inter nos ſunt, a nobis expelleremus: & cum perſeuerantia coufracti, atque humiliati ad hunc liberaliſſimum dominum conuerteremur.


Attendite mulieris huius pſeuerantiam; q rñſionis dñi ſiccitatem cernens, non ideo defecit. *Qui reſpondens ait: Nō eſt bonū ſumere pane filiorū, &c.* Tam aſpero aūt uerbo reſpōdet mulier benedicta dicens: *Etiam Domine, nam & catelli, &c.* O domine benedi
24 ctus ſis, qui etſi me canem uocas, loquēdi tñ facultatem mihi cōcedis. Nā canis uenatrix
Simile. qñ prædam inuenit, q̄diu illam intuetur, nūquam conticeſcit: quo ergò ego tacebo, cū ante oculos meos uniuerſum bonum, remediumque meum aſpiciam? ēt dñe proprium eſt canum, q ſi percutiuntur, & reijciuntur, cum hac expellantur, illac reuertuntur. O Deus meus, ſi a iuſtitia tua propter peccata mea reijcior, & condemnor, per aliam partē volo reuerti, quæ eſt infinita mīa tua, diuinā que iuſtitiam tuam fugere. Etiam dñe innumeras tibi gratias ago, quia canem me appellas, modū mihi oſtendis, quo malis meis remedium adhibendum eſt. Nā canis quot vulnera lingua ſua pertingere poteſt, tot ſanat. Sic etiam ego ſcelerum meorū plagis vulnerata, lingua mea illas attingam, ex toto corde meo diuinæ maieſtati tuæ eas confitendo. O beatam mulierem, quæ ex oībus vtilitatē nouit haurire? Nō potuit amplius Ieſus Chriſtus filius Dei infinitæ mīæ pelagus contineri; ſed exclamans dicit: O mu- 25
lier, magna eſt fides tua, &c. acſi diceret. Nō ita contendamus, tua ſit uictoria. O benedictus ſit talis Deus, ò glorificatus ſit talis dominus, qui oēs repulſas & aſperitates, quas q̄rit, eas q̄rit, vt maiora in nos conferat beneficia. Cogitate quendam pulcherrimū pomum in manu habuiſſe, & acceſſiſſe vnum ex domeſticis ſuis familiariſſimum, illudq; pomum ab eo petijſſe: ipſum vero rñdiſſe, pomum non tibi dabo, ſed accipe hanc ueſtem ex ſerico, & auro contextam: q̄ accipiēs iterum dicit ei domine nihilominus pomū vellem; cui rex, nolo (inquit) tibi dare illud: ſed ego te dono tali caſtello. At ille; o domine (ait) & pomum? Accipe igit (inquit rex) & pomum. Itaque donat eum veſte, caſtello, & pomo, cum tamen ille pomum ſolummo- Simile.
do poſtulaſſet. Dicit ſeruus Dei, o dñe da mi- 26
hi caſtitatem, nolo (ait dominus) niſi vt in carne tua tribulationes ſentias? Verùm accipe hanc pretioſam ueſtem patientiæ, quamoleſtias iſtas perferas. Iterum petit dicens: o domine caſtitatem vellem. Nolo illam tibi dare (dicit Deus) ſed accipe arcem firmiſſimam fortitudinis, & perſeuerantiæ in iſta tribulatione. Iterum efflagitat dicens: Domine caſtitatem vellem; nimis enim me ſenſualitatis rebellionibus tribulatum animaduerto. Nolo (inquit) illam tibi concedere, veruntamen accipe pretioſam ciuitatem, quæ eſt humilitas, quam ex iſta tribulatione, ac tentatione elicies. Iterum autem perſeueranter inſiſtit dicens, o Domine, 27
da mihi caſtitatem. Accipe igitur & caſtitatem, ait dominus. Itaque illi patientiam, humilitatem, fortitudinem, ac denique caſtitatem illi tribuit, cum tamen ipſe ſolam caſtitatem poſceret. Quod ſi Deus eius conceſſionem ei differebat, hoc faciebat, vt plures virtutes acquireret, atque maiora ei faceret beneficia. Sic fecit cum hac bona muliere: cui fidem, perſeuerantiam, humilitatem, ac tandem filiæ ſuæ reme-

dium cōceſſit. Et hoc verbum tam humile: ēt Dñe: fuit vltimus ictus huius pugnę, quo hæc bona mulier victoriam penitus compa-
Mar. 7. rauit. Et ſic B. Marcus dicit, ꝙ cum mulier uerbum hoc dixiſſet, rñdit dñs dicēs: vade, ꝑp hūc ſermonem exijt Dæmonium a filia tua. Hoc verbum fidei, atq; humilitatis plenum diuinæ miſericordiæ viſcera aperuit, quæ quodammodo clauſa eſſe uidebantur. Vt cognoſcatis q̄ neceſſaria ſit humilitas, nō ſolum ad diuinam miſericordiam incli-
28 nandam, ſed ēt (ſi ita dici poteſt) ad infinitā Dei oīpotentiā ſuperandam, atq; ad petitiones nōſtras redigendam. Nihil prorſus adeò forte, atque potens eſt, quod non alicui rei ſubigatur. Leo fortiſſimus beſtiarum trepidat in conſpectu muris. Elephas terreſtrium aīalium maximus dr̄ magnopere muſtelam pertimeſcere. Et neq̄ adeò magnum eſſet, quod non ab aliqua re ſuperaretur: quodāmodo ēt infinita illa, ac tremēda Dei Maieſtas hēt ēt rem cui flectatur, & a qua uincatur. Hæc aūt eſt fidelium humilitas, quæ inuincibilem Deum ſuperat. Etſi hoc propriè loquendo non eſt diuinam maieſtatem ſuperari, ſed potius ſuperare, & corda ex natura ſua
29 ſuperba, atque elata redigere. O fratres mei ſi cum talem, ac tantam humilitatis excellētiam audiatis, illam non dilexeritis, nimisq; humiliari curaueritis, quam excuſationem Deo reddetis: præcipuè cū ſinguli tot intra ſe miſerias habeamus quæ maximæ sūt occaſiones ad nos humiliandos?

Vnum vltimò vellē vos magnopere notare. ſ. ꝙ cū hæc mulier libēter ferret dñm, vociferationibus ſuis ne verbum quidem rn̄deret, ei q; dicere, ſe non generi eius, ſed filijs Abrahæ miſſum fuiſſe; cumq; ſe ab eo ca-
30 nem appellari æquo aīo toleraret: unum n̄ tñ ferre non poterat: quod erat diabolū domi habere. O miſeri peccatores quam uice uerſa uos facitis, nihil patienter toleratis, nec minimum quodq; odium, nec ignominioſum verbum, & ſolūmodo ad diabolum in ſinu, ore, oculis, ac denīq; in corde, & animo per effectū aſportādum habetis patientiam. Quid aliud eſſe arbitramini odium, affectionem, ac demum cupiditatem, quę aīas uřas cōtorquet, niſi diabolum in corde portare? & tñ ò q̄ pacifici eſtis, nō perſpicio in uobis diligentiam, quam hæc ſancta mulier in eo expellendo adhibuit. O per charitatem Dei uos rogo, ne adeò amēte ſitis, ut tm̄ tamq; graue onus humeris ueſtris impoſitū ferre uelitis. Zacharias dicit ſe uidiſſe impietatē.
Et ecce (inquit) talentum plūbi portabatur. Zach. 5.
Et maſſa illi plumbi ſuper iniquitatē iniecta eſt. Et B. Ioannes audiuit uocē dicentē:
Nec habēt requiem die, ac nocte qui adora Apo. 14
uerunt beſtiam. Et pauló ſuperius dixerat, illos eſſe bibituros de uino iræ Dei. Et ita eſt ꝙ unuſquiſq; peccatorum ſuper humeros ſuos plumbis talētum aſportat, nec die, nec noctu requieſcit, magnamq; ſinguli peccatoribus anxietatem, ac moleſtiā affert, nec
umquam illos deſerit miniſter ille, & execu- 31
tor Dei, quæ eſt ſynderesis conſciētiæ. Et habent infœlices patientiam ad tot, tantaque onera patienda: ad diuinæ aūt legis ſuauitatem perferēdā patiētiam non habēt. Erubeſcite igitur, ò fratres, & pudore confundimini, ꝙ talis amētia in uobis reperiatur. Accelerate tam iniquū, ac nociuū hoſpitem domibus ueſtris expellere, & Chriſtum Ieſum in hoc ſæculo per gratiā excipite, vt poſteà illo in cœleſti gloria perfruamini. Amen.

Feria VI. poſt Dominicam I. in Quadrageſima. 32

Erat dies feſtus Iudæorum, & aſcēdit Ieſus Hieroſolymam. Ioan. 5.



A Scendit Chriſtus Redemptor noſter ad celebrationem feſti Hieroſolymam, & per quam æterno patri debitum honorē in templo exhibuit, iuit ad uiſendos infirmos, atque ad conſolandos eos, q in circuitu piſcinę in porticis cōmorabātur. O quā decorum eſt prælatis hoſpitalia uiſere, & ſaltem uerbo infirmos conſolari: unum. n. prælatorum verbum magnopere ad patientiam infirmorum aīos cōfortat. In hoc nos cæleſtis Magiſter docuit, in quo uera feſtorum celebratio conſiſtit: inſtituta. n. fuerūt, vt in eis animæ noſtræ ruinas reſtauremus, & peccata, quæ in tota hebdomadæ commiſimus expurgemus. Hoc ſignificat quod dominus dixit per Prophetam, uacate, & uidete, quoniam ego ſum Deus. Deponat ſartor
acum ſuum, agricola a labore deſiſtat, & ar- Pſal. 55.
tifex ab officio ſuo vacet. Et hoc eſt, vacate. Hoc autem non vt in uanitatibus, ac uoluptatibus occupemini: ſed vt ſanctis animæ conſiderationibus, ac monibus me Deū om

ni-

nipotentem, atq; infinitæ probitatis,& pfe-ctionis esse uideatis. Et postquam diuinum cultum expleueritis, & rem sacram audieritis, oportet uos facere, quod Dñs fecit: uidelicet uos in operibus mīæ, in curandis ægrotis, pauperibusq; adiuuandis exercere, nam etiā in hoc festorum celebratio magna
Psal. 75 ex parte consistit. Et sic dicit Dauid, cogitatio hoīs confitebitur tibi,& reliquiæ cogita
2 tionum diem festum agent tibi. In quo nos docet S. propheta quō festiuitates celebrare debeamus. Primò sanctis cōsiderationibus, postea uero reliquijs illarum sanctarum cogitationum, ac considerationum, nam postquam Dei probitatem infinitamque eius sapientiam, atq; potentiā, cęterasque eius perfectiones aīa considerauerit, hisq; considerationibus in diuinæ maiestatis eius amorem rapta fuerit, statim in homine efficacissima quædam desideria adimplendi diuina præcepta eius generantur, quorum executione festiuitates magnopere celebantur. O Deus infinitæ maiestatis, quantum circa hoc est lachrymandum, vñr.n. festiuitates in Ecclesia
3 tua institutæ, nō quidem ad tibi seruiendum sed ad tuam diuinam maiestatem offendendam, nouasq; rationes inuestigandas ad te iterum crucifigendum, ut fœminę per uias ambulent factæ hami Sathanæ, ad ludendū deambulandum, ac denique conuiuia celebranda, adhæc (inquam) vñr festiuitates institutæ fuisse. Itaq; minus inconueniens esset à mane, usq; ad uesperum in triremi die festo remigare, q̄ tm̄, ac tam bonum Deum offendere. O quā miserabile est uidere Christianos diluculo exurgere ad audiendā missam, ut postea in residuo diei expediti maneant ad uanitates, turpitudinesq; suas exercendas. Non ita sic fratres per reuerentiam Dei, sed totū mane in solenni missa, ac concione audienda (si poteritis) occupate, uesperum autem in uisendis carceribus, hospi-
4 talibus, alijsque pauperibus subueniendo consumite, quod si eis operibus auxiliari nequibitis, saltem uerbo illos consolamini.

Erat aūt quidam hō triginta, & octo annos habes ī infirmitate sua. O q̄ euidēs signū est hoc modicę charitatis, quę in illis tpibus uigebat: q.a ex quotquot illuc ingrediebantur, nullus esset, qui homini illi tandiu illuc cōmoranti compateretur, eumq; adiuuaret, ut in piscina ualetudinem impetraret; Hoc admiramini. Attēdite q̄d nunc agatur, quia cum plurimi ex uobis uicinos pauperes, & infirmos in uicis uestris habentis, atque etiā iuxta domos uestras claudi, atque in lectis diu cōmorentur, nec tñ eis necessaria suppeditatis, nec saltem eos uisere, ac consolari uultis,& quanquam uobis sæpenumero prædicamus, Deiq; noīe, ut id faciatis, rogitamus, adeo cæci estis, ut uix illos uidere possitis. Vna ex magnis plagis, quibus Deus pcussit Aegyptū fuit, q̄ factæ sunt tenebræ Exo. 10
horribiles,& tribus diebus nemo uidit fratrem suū. In hoc sicuti interpres quidā per- 5
pēdit, vr̄ Spiritus Sanctus significare ne accensis quidem facib. tenebras illas expelli posse, adeo obscuræ, atq; horribiles erāt. Sic ēt uos adeo obscuras, atq; tenebrosas habetis aīas, ut quanuis dn̄s multa uobis mittat luminaria, nihil horū sufficiat, ut fratres uestros aspiciatis, eisq; in necessitatibus faueatis. Ego aūt uos exhortor, ut caueatis, has.n. crudelitates magna cū seueritate Deus punite consuesc it. Per Amos prophetam dicit Amos 6
hic potentissimus dn̄s, væ qui opulenti estis in Sion,& confiditis in monte Samariæ: capita populorum ingrediētes pompatice domū Israel. Qui dormitis in lectis eburneis, 6
& lasciuitis in stratis uestris, qui comeditis agnum de grege,& uitulos de medio armenti. Qui canitis ad uocē Psalterii, & bibitis uinū in phialis, optimo unguento delibuti: & nihil patiebantur super contritione Ioseph. Quapropter nūc migrabunt in capite transmigrantium,& auferetur fractio lasciuientium. Iurauit Dn̄s Deus, in anima sua, dicit Dn̄s Deus exercituum. O quam terribilia uerba, Dn̄s Deus nos illuminet, ut ea intelligatis, atq; in cordibus uestris imprimatur, siquidē in eisdem miseriis immersi estis, in quibus illi uersabantur, quid aliud speratis, nisi uos, sicut,& illos esse puniendos? vę uobis (inquit)& hoc væ uobis (sicuti declarat B. Hieronymus) denotat æternam Hieron.
condēnationem. Attendite igitur ad cibos, uoluptates, pompas, uanitates, denique ue- 7
stras,& super oīa, q̄ cum ita delicate uos tractetis, cōfractos, atq; egeno non cōpatimini pp hæc oīa uobis æterna condēnatio, ac pęna superueniet, nisi uos emēdaueritis, atque ad pœnitentiæ, pietatisque uiam receperitis. B. Augustinus dicit nomine Ioseph quē August.
cunque pauperem, & derelictum hic intelligi, sicut Ioseph in carcere derelictus erat. Non solum autem dominus hic ęterna condemnatione futuri seculi comminatur, sed etiam laboribus, ac captiuitatibus huius sæ-

culi: iustissima est.n. Dei iustitia, q̄ siquidē hoīes illi sicut oportet, seruire uolūt, in seruitutem regum tyrannorum, siue fidelium, siue infidelium deueniant, à quibus terribiliter opprimantur, & affligantur. Attendite
2.Par.12 q̄ ad literam hoc dixit Deus, seruient ei (.s. regi Sesac Aegyptio) ut sciāt distantiam seruitutis meç, & seruitutis regni terrarum. Et
8 notandum, q̄ cum S. Propheta Amos oīa illa mala dixisset, in fine tandem posuit, & nihil patiebantur super contritione Ioseph, quasi significans oībus aliis malis remediū fuisse adhibendum, si pauperum, atque afflictorum compassionem haberent. Et illa cōpassione disponendos fuisse, ut ab aliis malis exirent. Et statim addit dicens, quapropter nunc migrabunt in capite, &c. considerate hic duo, alterum illud nunc, acsi diceret, citissimè supplicium uobis aduenient, alterum uero illud, in capite, idest, quod principaliores, & potentiores grauius punientur, atq; in crudeliores captiuitates deducētur. Atq; ut huius supplicii infallibilitatem denotet, hoc ipse dn̄s in anima sua iurat, i. in
9 sua essentia. Hoc intelligit, nisi uelitis emendari. Quæ cum ita sint fratres dilectissimi, uobis cōsulite, & estote misericordes, & sic a domino misericordiam consequemini.

Hunc: *Ergo cum uidisset Iesus iacentem.* Primus, in quem dn̄s misericordiæ suæ oculos coniecit, fuit infirmus hic tot annos in infirmitate detentus. O beata patientia, tu etenim es causa, ut in locum ubi tu es oculi Dn̄i dirigantur. O quantum ualet patientia erga Deū. Frater si laboribus opprimeris, esto patiens, & æquo animo illos patere, & statim domum tuam remedium ingredietur, & oculi misericordiæ erunt super te. Si moram fecerit, expecta eum: quia ueniēs
Haba.2. ueniet, & non tardabit. Considera quō hic triginta, & octo annos patiēter expectauit; nec defecit, ut ualetudinem consequeretur.
10 Quod vere exoptatur nō fatigat aīum, nec facit, ut pp labores deficiat. Quādo aliquid optanter inquirens mare prætérieris, terramq̄; in circuitu peragraueris, uitamque in eo quærendo consumpseris, non defatigaberis, neq; deficies, quod labor, & dilatione defatigat, signum est, te illud nō maximè
Simile. exoptare. Hinc colligo multos Christianos temere, ac periculosè decipi arbitrantes se saluationē desiderare, cum tam cito in spiritualibus rebus deficiant. Quādo munus aliquod a rege expeteres, nec te patroni consiliariiq; regii grauitas, & authoritas defatigaret, nec acris ostiarii insulsa r̄nsio deterreret; præcipuè si rex per signa tibi unū [*Vnsi*] sic annuisset. Quō tibi persuades, te saluationem tuam desiderare, siquidem ubi primum incipis ieiunare, statim te ieiunii tædet, statim oratio defatigat, prædicatioque, atque quæuis alia uirtutis exercitatio molesta tibi est? præsertim cum cęlestem gloriam 11
tibi Deus in suo Euangelio sæpenumerò promiserit? Ideircò B. Paulus dicit: patientia uobis necessaria est, ut uoluntatem Dei Heb.10
facientes reportetis repromissionem. Idest, rem uobis sæpe promissam à Deo. Quapropter, uno, & altero anno expecta, nec in laboribus tuis deficias, si enim Deus statim tibi non subuenit, pp utilitatem tuam hoc facit. Quando ad supplicium iniuste ductus fueris, tanquam S. Susanna spera in Deo, & ipse tibi succurret. Quando eo, q̄ Christianam religionem sequeris, in faucibus tuis gladium districtum uideris, sicut Isaac, patienter suffer, sicut, & ipse. Quando te in uētre ceti, sicut Ionas, inclusum animaduerteris, ora sicut ille. Quando te dolores perstrinxerint, & te laceratum aspexeris, sicut 12
Iob in sterquilinio, dic sic ille: etiam si occiderit me, sperabo in eum. Quando triginta octo annos labores pertuleris, sicut hic infirmus, spera in Dn̄o, & per uiam, qua tu minus arbitratus fueris, tibi subueniet. Si enim hic infirmus in patientia defecisset, absque ualetudine, atque Deo remaneret: & utrunque adeptus est. Siquidem triginta & octo annos fuerat paralyticus, aliquos fortasse habuit ante infirmitatem illam, & idcirco credibile est hunc hoīem iam senio confectum esse, & idcircò ei melius patientia quadrabat, quę uirtus peculiarius magis necessaria est senibus. Vnde B. Paulus erudiens discipulum suum Titum, quō vniuersos status deberet instruere, incipit à seni- Tit.2.
bus dicens. Tu autem loquere, quæ decēt sa 13
nam doctrinam: senes, ut sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia. Sex uirtutes petit hic S. Apostolus, quas habere oportet homines lōgæuos. Primum, ut sint temperati, quia plerunque senes prę nimio desiderio, quo uiuēdi flagrāt immodicis cibis potibusq; utuntur, ut naturā suam adiuuent, idcirco primum dicit, ut sobrii sint, ne iudicium, prudentiamque amittant. Secundò dicit ut sint pudici. O q̄ in decorum est senibus barbam colere, &

iterum adolescere; & amatores esse; efficiunt
enim, ut in oĩum ore uersentur. Nec uerò
uidet miser senex, se nepotes habere, den-
tesq; eius iam prope excidere, illosque quasi
clauiculas monachordij reditos esse; vul
tumque rugarum sulcis aratum habere, & tñ
in iuuenili amentia, ac uanitate perseuerat.
O miserum te, quẽ arbitraris futurum esse
finem tuum? & postquã hic talis senex obijt,
scribunt liberi eius ad alios amicos suos di-
14 centes; placuit diuinæ Maiestati patrem no-
strum ad cælum perducere. Ad cælum? istud
ego non credo, nec uiæ illius illuc dirige-
bantur, uerum, ut eius uiæ demonstrabant
sempiternis inferni ignibus comburetur:
uidete quẽ modum sequebatur eundi in cæ-
lum. Sunt ẽt in hoc loco senes, qui iam pro-
pe sepulturam sunt, quorum totum officiũ
est chartas euoluere. Videbitis eos suspi-
cientes in cęlum, & blasphemiam detinẽtes,
ne foras erumpat, sed eam in faucibus suffo-
cant. Ecce quale exemplum senes adolescen-
tibus præbent. Dic ergo illis (ait Apostulus)
ut sobrij sint, pudici, prudẽtes. Nam quãuis
in undecima hora sint, Deum tñ placare, ad
misericordiamq; flectere pñt, atque cælum
15 comparare queunt. Dicit ulterius, sint fa-
sani in fide, in dilectione. Vt sint solidi Chri
stiani, charitas, atque amoris pleni: ne sint
acerbi, amari, iracundi, ne familiam suam
quasi leones tractent. Quod autem ultimò
eis commendare debes, hoc est, ut patientissi
mi sint: quo laboribus senectutis cum patiẽ
tia toleratis, quod in adolescentia perdide-
runt; recuperare queant. Admonet autem S.
Apostolus, ut primum senes admoneantur,
quia ex eorum uirtute uniuersæ republicæ
salus, iuuenumque modestia, & uirtus ma-
Apo. 5. gna ex parte dependet. Dicit D. Ioannes se
uidisse (qñ Agnus misteriosum illum librũ
adaperuit) primos oĩum Deo gratias egisse
uigintiquatuor seniores: qui ceciderunt co
16 ram agno habentes singulis citharas, & can
tabant canticum nouum dicentes: dignus es
Domine aperire librum, & soluere signacula
eius: qm̃ occisus es. Postea autem uidit quõ
omnia millia Angelorum, cælestium, terre-
striumq; creaturarum consternati eum ado
rabant. Et vltimò ipsi senes laudibus finem
imposuerunt. Et sic dicit: & uigintiquatuor
seniores ceciderunt in facies suas, & ado-
rauerunt uiuentem in sæcula sęculorum. In
quo significatur, senes oportere Dei mini
sterium exordiri, & ipsos cum sua perseue-
rantia debere etiam uniuersæ uirtutis exer
citationi finem, & sigillum imponere. Hæc
igitur patiẽtia fuit, quæ dominum attraxit,
ut oculos clementiæ suæ in hunc donum se-
nem conijceret.

Ad eum accedens dixit ei. *Vis sanus fieri?*
Et pauper arbitrans se a domino reprehen-
di quasi diceret. Non est possibile quia si
uelles sanari post tot annos piscinæ reme-
dio non usus fuisses, sed signum est hoc, te
infirmitate gaudere, ut eleemosynis susten- 17
teris, sicútu plurimi pauperes faciunt, qui
cum minimo morbo laborent, maximum
illud esse simulant. Et ideò respondit excu-
sans se, & dicens, *Domine hominem non ha-
beo, &c.* Vsque ibi, *Alius ante me descen-
dit.* Maximum mysterium erat huius pi-
scinę. Non etenim sanabatur qui plures
annos illic fuerat commoratus, nec nobi
lior, sed qui prius de eam accedebat. In quo
nos dominus docuit quantopere diligentia
delectatur, & significauit illam esse totius
fælicitatis originem. Maximè perpendi B. Chrys.
Chrysostomus, quod cum tot excellentię in
angelicis spiritibus reperiantur, de quibus
laudari possent, multasque profectiones ha
beant, quibus cæteras omnes creaturas lon- 18
ge maximè excellunt, quando tamen sacra
scriptura eos vult depingere, quod plus de
illis dicit, & uelocitas, ac feruor, quo Deo
obediunt. Et sic in Psal. dicitur, potentes uir Psa.103.
tute, facientes uerbum illius, ad audiendam
uocem sermonum eius. Idest, potentissima
sunt, & uix penitus diuinam uoluntatem
cognoscunt, cum iam illam opere exequun
tur. Et alibi, qui facit Angelos suos spiritus,
& ministros suos ignem urentem. Vbi se Psal.33.
cundum Hebraicæ linguæ proprietatem spi
ritus uelocitatem significat, ignis autem
uim, & efficaciam in operando designat.
Benedic igitur anima mea domino (inquit
Dauid) qui creauit uelocissimos quosdam
spiritus in faciendo uoluntatem eius, & ef- 19
ficacissimos in præceptis eius exequendis.
Et ratio, quare propter hanc uelocitatem
potiusquam propter alias perfectiones com
mendatur est, quia in hac Dei obedientia,
& in hoc feruore adimplendæ uoluntatis
eius includitur certitudo amoris, quo Deus
eos diligit, & assistentiæ potentiæ ipsius
qua Angeli operantur. Ex quo intelligitur
ubi diuinæ uoluntatis obedientia præser-
tim cum diligentia, ac sedulitate domina
tur non posse deficere assistentiam, atque

auxilium potentiæ, ac probitatis ipsius. Ita
dona Spiritus Sancti unum commemorat
Ro.12. Beatus Paulus esse solicitudine non pigri.
Idest homines non esse ignauos, sed solici
tos in spiritualibus rebus. Nam in rebus eò
maior diligentia adhibenda est, quo maio-
ris sunt necessitatis, & utilitatis. Et siquidem
rem, quā præ manibus gerimus, est saluatio
nr̄a, si iuxta rei qualitatem solicitudo adhi-
benda est, qualem nos adhibere oportebit in
20 re adeò graui, sicut Deo in perpetuum frui?
siquidē igitur hæc diligentia donū est Spūs
Sancti, plurimis lachrymis instātissimè illā
ab eo postulare debemus: ut illam impetrare
mereamur. Vnū.n. ex ijs, q̄ in hoc mūdo mi
serabiliora sunt, est pigritia, & tepiditas,
quā nimis necessaria aīæ nostræ negotia tra
Psal.38. ctamus. Quocirca ad hoc propositū dicere
possumus quod Dauid dixit: ueruntamē in
imagine pertransit hō. Sicuti res quædam pi
cta, quæ aliquid se facere repræsentat, quod
Simile. tñ nunquā facit. Sicuti nauis in mūdi descri
ptione depicta, quæ oīa uela ad austrum ex
tensa habet, & longū iter vr̄ conficere; cum
reuera nullo unq̄ tpe moueatur. Sic ēt plu-
rimi ex nobis uidemur per uirtutis uiam de
currere aquam dissecantes, & in nulla re ue-
stigium relinquentes apparentiarū, uelis ni
21 mis extensis, & tñ ne passum qdem moue-
mur, sed semp in uno loco manemus. Atq;
hoc ēt tolerabile esse uideretur, nisi retror-
sum regrederemur: ꝙ quidem certissimum
est si non curauerimus ulterius progredi.

Diligenter ēt hic notādū est hunc paupe-
rē in rōne sua non medicinæ qdē, nec pi
scinæ defectū tribuere; sed in hoc, ꝙ sibi hō
desit. O æterne Deus quot peccatores in pec
cati infirmitate commorantur, propterea ꝙ
eis hō deest. Idcircò Dauid affectuosè dice-
Psal.11. bat saluū me fac dñe, qm̄ defecit sanctus. O
quot peccatores sanarentur, siquidem me-
dicinæ, ac sacra sunt, si essent hoīes diuini
22 ministerij zelatores. Nusquā reperi seruum
Dei, qui proximis suis magnopere non pro-
fecisset: quanto magis proficerent, si multi
essent? O patres prædicatores si uiri essetis,
quales uos esse oportet, debitumque præbe
retis pietatis exemplum, quot peccatores in
firmitatibus suis sanarentur? uerū proh do-
Apo.10. lor, sola quippe locutione multi contenti su
mus. B. Ioannes dicit, Accepi librum de ma
nu Angeli, & deuoraui illum, & erat in ore
meo tanquam mel dulce, & cum deuoras-
sem illum, amaricatus est uenter meus. Le-
gem dñi, eloquenti & uano dulce est prædi-
care. Illam aūt deuorare, diligerere, & opere
complere, plurimis amarum est: atque ideò Apoc.14.
pauci eam deuorant. Idcircò in Apocalypsi
dicitur: Beatus qui legit, & audit uerba pro-
phetiæ huius. Verum non ibi sistendum est,
& ideò addidit B. Ioannes dicens: & seruat
ea, quæ in ea scripta sūt, ut autem nos ad id
faciendum concitaret, dixit ulterius: Tps.n. Simile.
breue est, quod uos summopere commo 23
re deberet, ut non contenti essemus uerbis
Sartor pauper qui per oppida incedit de do-
mo in domum, & alijs uestes consuit, ipse
ferè nudus incedit, sed alios indutos relin-
quit, aliquamque sibi defert utilitatem. Sed
pauper prædicator in moribus, ac uiuendi
ratione diruptus, ac dissolutus, nec alijs ue-
stes efficit, nec sibi utilitatem, sed condem-
nationem potius elicit. Qui facit conuiuiū, Simile.
nihil aliud curat, nisi quomodo lautius, ac
suauius conuiuæ eius comedent, quale uinū
eis afferet, quos eis cibos apponet, & qūo
illos ordinabit, ut palato dulciores sint.
Nec uero curat utrùm corporali ualetudi-
ne possint proficere, aut officeret. Sic etiam
plurimi prędicatores curant dicere, quæ au-
ditorum palato tantummodo placeant, nec
animarum eorum utilitati consulunt. Qua 24
propter peccatores dicere possunt: Hoīem
non habeo. Inueteraui inter oēs inimicos
meos, dicebat Dauid: quid quereris bone Psal. 6.
rex? quia (inquit) postquam in peccatum la
psus sum, in eo inueteraui: eo ꝙ non habue-
rim amicos, qui mihi ueritatem dicerent,
meque uitiorum meorum reprehenderent,
quamobrem amicos meos inimicos appel-
lo, siquidem tāta crudelitate usi sunt in me.
Hoc nomen, homo, ab hoc noīe, humani-
tas, deriuatur. Humanitas autem in sua sub Simile.
stantiali significatione uniuersalitatem quā
dam uirtutum oīum significat. Considerate
imaginem quandam, cuius caput est ma
gnanimitas, oculorum alter prudentia cir- 25
ca res præsentes, alter uerò prouidentia cir-
ca futuras, aures, fides & consilium: ra axil-
læ, gratia, ac lætitia spiritualis, nare saga-
citas quædam, & cautio, qua malum olere
sciat, & illud euitet: os, affabilitas: lingua
ueritas: labia decorum, & urbanitas: bar-
ba, uerecundia, collum, clementia, qua fle-
ctitur ad egenorū necessitatibus compatien
dum, easq; subleuandas: humeris, obedientia
circa Deū, & prælatos, pectora, pietas, ac mi-
sericordia. Brachia, fortitudo, ac dexteritas,
qua

qua se a uitiorum conflictibus tueatur, manus, liberalitas, atque magnificentia: corpus directum, iustitiæ rectitudo, venter, temperantia, cinctura est castitas: crura, constātia, ac sapiētia, pedes denique, in quibus totum corpus innititur, sūt amor Dei, & proximi. O quam pulchra imago? Hæc autē est imago tua, ò homo, si tu esses qualē te esse opor
26 tebat. Et si plurimi essent homine huiusce-
Simile. modi, profecto non essent tot mala, quot uniuersus mundus repletus est. Et quod ij non sunt, idcirco respublicæ paralysi sunt plenę. Paralysis est dissolutio membrorum. Hoc corpus neruis contextum, compositū, atq; alligatum est. Quando aliquis nimius calor corpori aduenit relaxantur nerui, & sic dissoluuntur membra, quæ neruis astricta tenebantur, & sic non possunt membra, munera sua exercere, nec manus, aut pedes, aut aliæ corporis partes moueri queunt. Et hæc est paralysis. Vnaquæque respublica est unum corpus, quod plurimis membris constat. Quæ sunt diuersa officia, diuersæq; hominum cōditiones, quæ in ea sunt: nerui autem, quibus membra gubernantur, sunt mi
27 nistri iustitiæ, quibus membra in suis debitis operationibus conseruantur. Hi efficiūt, vt uir nobilis uiuat tanquam uir nobilis, & mercator tanquam mercator, & artifex tanquam artifex, ac denique unusquisque secūdum status sui conditionem uitam ducat. Aduenit autem nimius calor cupiditatis, & efficit, ut nerui, hoc est ministri iustitiæ relaxentur, & sic relinquunt membra dissoluta, & perinde vniuersale hoc reipublicæ corpus dissolutum etiam, atque disiunctum remanet. Itaq; per nimium cupiditatis calorem, qui introducitur in gubernatoribus, prouenit, ut respublica dilabatur, atque perdatur, ita, ut nemo iam secūdum statum suum velit uiuere, propter cupiditatem, quæ omnia
28 peruertit atque conturbat. Sic exaggerat
Nahū 2 propheta Nahum dicens: Diripite argentū, diripite aurum, & non est finis diuitiarum ex omnibus uasis desiderabilibus, dissipata est, & scissa, & dilacerata, & cor tabescens, & dissolutio geniculorum, & defectio in cunctis renibus, & faces eorum omnium sicut nigredo ollæ. O miseriam atque infœlicem rempublicam, cupiditas etenim diripiendi pretiosiora uasa perdidit, quæ in te erāt, qui sunt meliores uiri, quia eorum cupiditas, & acquisitio prope infinita est.

Et sic in corporalibus dissipata es, & in spiritualibus reb. è Deo conscissa, & cor habes putrefactum. Cor ciuitatis est consistorium, capitulū clericorū, literatorum cōgregatio. Et quando hi omnes passione, ac cupiditate ducunt, tunc est cor ciuitatis tabescens, atque putrefactum. Et idcirco si malū est in te, ò infęlix ciuitas ex corde tibi totū prouenit. Et cor tabescens, dicit ulterius Sāctus Propheta: & dissolutio geniculorum. Hinc ēt genuum dissolutio dimanat. Geniculi sunt pars, qua totum reipublicæ corpus
mouetur, hi sunt executores, scribæ, curso- 29
res, notarii, ostiarii, & reliqui huiusce modi. Et quia vir potens est plenus cupiditate, iō pecuniis munus illi uendit, qui nullam habet intentionē nisi furandi. Ego autem tibi dico, o uir primarie, qui manus famulo tuo ignaro, & inepto, cuique nequaquam credi debet, committis, te mortaliter peccare, & ad restitutionem teneri omnium malorum ac direptionem, quas ipse commiserit. Dicit ulterius, & defectio in cūctis renibus. Renes sunt partes corporis, in quib. uniuersa eius alimenta recipiunt: sicque renes reipublicæ sunt mercatores, negotiatores, atque reuenditores. Et in his maximus inest defectus, quia rem, q̄ tribus nummis emunt, decem
uendunt. Et nemo illis obstat, quia ipsi pri- 30
muneribus, ac largitionibus corrumpunt Simile.
eos, a quib. puniendi erant. Qui renibus laborat nō potest ambulare nisi recuruus in terram, quod si cū interroges: Domine quare ita recuruus incedis? Domine (inquit) tenū dolore laboro, sic ēt hi mercatores quasi renibus laborantes semper in terrā uersus inclinantur, nihil aliud, q̄ temporalem utilitatē suā expetētes. Dicit ultimo, facies eorū sicut nigredo ollæ. Hæc est illa, olla q̄
uidit Hieremias cum dixit: ollam succensam ego uideo. Hier. 1.
Videbat illā inferni ignib. succensam. Hoc est cor, quod tanquam olla cupiditatis igne inflammata feruent, q quidem conscientiam, & animam denigrat, at-
queetiam exteriorem cupidi hominis fa- 31
mam obscurat. Ecce reipublicæ paralysin. Hæ autem si uiget, est per defectum hominis: O utinam Deus nobis det hominem, atque homines uirtutibus, ac sanctitate plenos, ut suo exemplo uerbis, & orationibus nos ad ueræ pœnitentiæ piscinam deducant nostræque salutis sint instrumenta.

Surge tolle grabatum tuum. Statim illic in conspectu domini uult ipse dominus, ut sanitatem suam aperte manifestet. Sic etiā opor-

oportet esse frater in tua spirituali sanctitate, statim quippe ubi primũ sana fuerit anima tua, debes sanitatis tuę signa demonstrare. Statim famæ, honoris diuitiarumque restitutionem a te fieri oportet. Statim ante confessarij oculos, si possibile fuerit, hæc facienda sunt, ne in posterum hæc differas. Ideo enim tam paucæ restitutiones fiunt, & tam modicis animabus remedium adhibetur, quia restitutiones in posterum differun
32 tur. Eadem die, qua ingressus est Dominus in domum Zachæi, statim ubi primum bonus uir conuersus est, dixit coram diuino medico, ecce dimidium bonorum meorũ
Luc. 19. Domine do pauperibus. Et siquid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Non dicit: reddam: sed reddo. Et cum tanta abundantia, ac largitate quadruplum, nec dicit, dabo, sed: do. Et rex Abimelech, qui sanctam Saram inscienter in potestate sua habebat, arbitrans illam non esse uxorem Abrahæ, ubi primum illam, alienam esse cognouit: statim de nocte uocauit seruos suos, &c. uo-
Gen. 20 cauit etiam Abraham, & dixit ei, qui fecisti nobis? &c. ecce quam citò vult facere restitutionem. Statimque de nocte consurgens, neque enim crastinum expectauit. O quantæ confusionis est uidere tepiditatẽ, & igna-
33 uiam, qua nunc hæc fiunt. Satis apertè declaratis quam parum spiritualis feruoris in uobis uigeat, & quam frigidæ saluationem uestram desideretis.

Vt eum lectum suum asportantem perspexerunt dicebant illi Iudæi: *Sabbathum est, non licet tibi tollere grabatum tuum.* Quando in lecto, & triginta, & octo annos infirmus iacuit, nullus fortasse fuit, qui ei diceret; Homo quid facis? quomodo vales? nunc autem, cum sanus est, & Dei præceptũ facit, inuenit sibi impedimento sit. O maximam mundi calamitatem, & miseriam, nullus est, qui peccatori obuiet, iusto autẽ mul-
34 ti resistunt. Quanto cum dolore dicebat
Psal. 9. Dauid, quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur. Et ex eo, quod tot auxilia in malis peccator inuenit, procedit, quod adeo deprauetur, ut sequatur, quod statim ipse Dauid addit dicẽs: exacerbauit Dominum peccator, secũdum multitudinem iræ suæ non quæret. Idest, ita ergo eum Deus irascitur, ut illum tanquam rem perditam derelinquat in pœnam suorum grauium peccatorum.

Paralyticus autem r̃ndit. *Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, tolle grabatum tuum.* Interrogauerũt eũ, q̃s dixit tibi, tolle grabatũ tuũ? Duo dixit paralyticus, ipsi uero posterioris meminerunt. Scilicet, q̃s tibi dixit, tolle grabatũ tuũ? q̃d in superficie homini nõ intelligẽti mysteriũ aliq̃ imperfectionis apparentiam habere uideret, nec uerò q̃sierunt quis te sanum fecit? Hoc est malorum hominum ingenium, q̃a non in melius quidem, sed in peius oculos conijciũt. Sicuti Michol uxor Dauid, q̃ murmurãs, q̃ sanctus rex corã arca dñi psalleret, dixit, q̃ gloriosus fuit 2. Re. 6. 35
hodie rex Israel discooperiens se ante ancillas seruorũ suorũ. Quare ò regina hoc poti' apprehẽdisti, q̃ aũt Dauidi coniugi tuo gloriosum erat, siluisti? quare nõ dixisti, q̃ gloriosus fuit hodie rex Israel discooperiens se ante arcam dñi Dei sui? nescit malus in melius oculos conijcere. Sic etiam hi inuidi, & scelerati siluerunt prius illud, quis te saluum fecit, quo iustificabatur grabati asportatio, ut miraculum pluribus innotesceret: Deusque a pluribus glorificaretur.


Postea inuenit eum Iesus in templo, &c. Vsque ibi: *Iam noli peccare.* O q̃ singulares instructio medicinæ, ut in accepta sp̃uali ualetudine conseruetur hõ. Considerare quanta ingratitudo est tm̃, tamq; bonũ Deũ iterũ offendere, qui tã liberaliter nobis ignoscit. 36
Et q̃to iure nostrã modicam pseuerantiam puniet. Per Hieremiam conquerit' maximè Hie. 34.
Deus de quibusdã peccatorib. qui sibi promissis non steterunt, dicẽs, ego pcussi fœdus cum patrib. uestris dicẽs, cũ cõpleti fuerint septẽ anni, dimittat unusquisq; fratrẽ suum Hebræum, q̃ uẽditus est ei. Et nõ audierunt patres uestri me. Et cõuersi estis uos hodie, & fecisti q̃d rectum est in oculis meis, ut pdicaretis libertatem unusquisque ad amicum suum. Reuersi estis, & cõmaculastis nomen meum, & reduxistis unusq.sq. seruum suum, quos dimiseratis, vt essent liberi. Propterea hæc dicit Dñs: uos nõ audistis me, ut pdica- 37
retis libertatẽ unusquisq. fratri suo; ecce ego pdico libertatẽ, ait dñs, ad gladium, ad pestem, & ad famem, & dabo uos in cõmotionem cunctis regnis terræ. O terribilem Dei comminationẽ: per charitatem Dei uos rogo fratres, ut hæc uerba attentè cõsideretis, quia.n. illi semel a peccato exierunt seruis suis libertatẽ donãtes, & iterum eos seruitute reuinxerunt, & sic idẽ pctm̃ reuersi sunt, eos Deus tã seuero supplicio etiã in hac vita punit. Et nisi fortasse se emẽdarunt, & a pec

cato

cato exierunt, æternis afflictionibus, ac tormentis contorsit. Quid igitur erit uobis miseris, qui toties hunc ipsum Dominum iterũ, atque iterum offendistis? si pro unã uice sic punit, quid erit pro tot uicibus, quot uos idem facitis? Quod cum ita sit, dilectissimi fratres, caueamus, ne deterius nobis contingat, ad Deum reuertamur, & misericordia a diuina eius manus percepta, in eius gratia perseueremus, quousque nos ad cœlestem
38 gloriam perducat, Amen.

Domin. II. in Quadragesima.

Assumpsit Iesus Petrũ, et Iacobũ et Ioannem fratrem eius, et duxit illos in montem excelsum seorsum, & trãsfiguratus est ante eos. Matt. 17.



N hac admirabili trãsfiguratione quę minimo illo tẽporis spacio facta est, maximũ quoddã miraculũ pro tũc cessauit, ꝙ ab instanti sacratissi-
1 mę Cõceptionis dñi, diuina Maiestas in illa sãctissima humanitate operabatur, q̃ erat suspensio gloriæ illius benedictæ animæ, ne in
Prou. 6. corpus deflueret. Sapiens quærit, (tanquam impossibile humanæ potentiæ.) Nũquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut uestimenta illius non ardeant? Hoc igitur operabatur hic diuina potentia, scilicet, ut ignis illius inflammatissimæ glorię, quæ in sinu animæ inclusa morabatur, non combureret exteriores uestes, qui sunt sensus, ac mẽbra corporalia, & hodie pro illo modico temporis spacio miraculum illud cessauit, desinendo diuinum illum igem, ut operationem suam faceret, illudque sanctissimum corpus inflammaret, atque glorificaret.
Simile. Quando fenestra est clausa, radij solis in
2 cubiculũ nequeunt introire, si autẽ fenestra aperiatˊ ingrediuntur radij, illudq; totũ clarificant. Erat uoluntas diuina Christi Redẽptoris nostri, tanquam fenestra clausa, non patiebatur radios gloriæ animæ in cubiculum sui sacratissimi corporis introire: hodie autem diuina eius uoluntas aperta est, consentiendo, & ut consensit, ac uoluit, statum radij ingressi sunt, qui totum eius corpus clarificarunt, pulcherrimumque reddiderunt. *Et resplenduit facies eius sicut sol.* Super hoc uerbum, uellem vos mysteriosam quandam rem notare. s. quod unum ex malis, quæ habet homo, est, figuram, sine figura esse. i. figurare, & significare unam rem & habere contrarium illius rei, quam figurat, ac significat. Solent q̃rere Theologi, quare Deus ita hominem creauit, ut ad hoc quod esset homo animam coniunctã corpori haberet, pręsertim cum tam dispares sint natura, videlicet anima spiritualis, ac nobilissima, corpus autem grauissimũ, & corrupti- 3
bile, præcipuè cum anima creata fuerit ad diuinam probitatem contemplandam, atq. illa perfruendum? quare ergo illã tanto impedimento coniunxit, quale est corpus, de quo dicitur; Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam? Sap. 9.
Et insuper hæc omnia maximam gignit admirationem, quod cum adeo dispares res sint anima, & corpus, adeo tamen coniunctæ sunt, ut nequaquam una ab alia vellet segregari, sicut adnotat Beatus 2. Co. 5.
Paulus, dicens: Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati, eo quod nolumus spoliari, sed superuestiri, ut absorbeatur quod mortale est a vita. Si anima interrogetur, utrum uellet ire in gloriam, re- 4
sponderet secundum Apostolum, quod sic, sed ne separer (diceret) ab hoc corpore, uerũ sicut sum corpori cõiuncta perducar in glo- Simile.
riam. Sicut si quis rudis, ac uilis panni ueste indutus esset, eique diceretis, uis hoc pallium ex serico, & auro contextum? ipse diceret, uolo: sed ne me hac ueste exuatis, sed superimponit mihi pallium istud. Sic etiam diceret anima, si mihi gloriam vultis concedere, ne me hac rudi tunica, hoc est, corpore, exuatis. Quare igitur, cum corpus, & anima tam disparis naturæ sint, tam arcta ac singulari unione illa Deus coniunxit. Ad hoc quod principaliter respondetur, est, Deum ita uoluisse. Si uero causa aliqua signari potest, hæc est, scilicet, ut in
hac humana unione ostenderet Deus figu- 5
ram quandam illius beatæ unionis, quæ est inter Deum, & humanum spiritum, in qua diligitur ex toto corde, & uidetur facie ad faciem. Putaret enim creatura se non posse uniri creatori suo tanta propinquitate, ut eum tota mente diligeret. Cognoscens autem quòd quum anima sit tam nobilis, ac perfecta creatura, tamen uilissimo corpori tam intrinsecè copulatur, ex hac cognitione deueniret in intelligentiam illius admirabilis unionis, cum spiritu rationali. Itaq;

Deus

Deus animam corpori coniunxit, ut hinc intelligeret homo, illum, qui ex rebus adeo disparibus hanc coniunctionem nouit, ac potuit efficere, aliam etiam facere posset (etsi multo quidem mirabiliorem) scilicet, animæ secum. Et si hæc unio est figura vnionis spiritus cum Deo.

Nunc autem malum quoddã habet, scilicet, quod est figura cum dissimilitudine. Nã in eodem instãti, quo anima creatur, ac corpori unitur, cũ incipit esse figura illius bea
6 tæ unionis, originale peccatum contrahit, quo defigurata, ac corrupta manet. Et sic eam facit figuram. s. unio cum corpore, id ipsum illã defigurat, ac deformat, quia tunc incipit homo esse filius Adæ, originalisque iustitiæ uinculo, atque obligatione teneri, illa carens, quod est formale malum originalis culpæ. Et quanq̃ hoc peccatũ per baptismum tollitur, aliquæ tamen illius reliquiæ remanent, quæ efficiunt hominem facile in vitæ discursu alijs culpis defigurari. Et sic impeditur unio animæ cum Deo, figurata per unionem animæ cum corpore. Quod ergo remedium habebimus? quod ad imi-
7 tationem Christi Redemptoris nostri ascẽdat anima in montem, & iterum transfiguretur, quo uere in se habeat quod figurat: & siquidem unionem Dei figurat, curet illam semper habere. Vnus autem ex modis conuenientioribus ad hoc, est solitudo, recollectio, sancta oratio, diuinarumque rerum as-
Exo. 3. sidua contemplatio. In Exodo dicitur, Deũ apparuisse sancto Moysi in rubo, ubi ei mysteria maxima reuelauit, & antea dicitur ibidem. Cum minasset gregem. s. Moyses, ad interiora deserti, uenit ad montem Dei Oreb. Vnum ex ijs, quibus terra magis indiget, sunt homines, qui ad interiora ingrediantur, homines spirituales, orationesque deditissimi, Nam licet sint aliq̃ serui Dei in mundo, solent tñ cum freno (hoc est cũ ter-
8 restrium rerum solicitudinibus) gramen cęleste carpere, pauci uero gregem ad interiora deserti deferunt. Idcirco dñs ut se trãsfiguraret, ascẽdit in montẽ excelsum seorsũ.
Oseæ 2. Quãdo Deus per Oseam suauissima illa verba dixit. Ecce, ego lactabo eam animã, s. quæ puro corde ad me accesserit: etiam illic locum expressit, in quo singulare hoc beneficium erat facturus, dicens: Et ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Omnia hæc uerba habent emphasin. Primũ; Ecce acsi diceret. Aduerte te quã magnam, atq; admirabilem rem uolo dicere. Verbũ illud secundum. s. Ego etiã habet emphasin: Ego, ego (ait dñs) ego Deus lactabo eam. Quod verbum maioris teneritudinis, atque dulcedinis uiris cęlesti contemplationi deditis dici poterat? Ego illos de manu meã pascam, sicuti mater quæ ad ubera sua infantẽ alit, eique lac dulcissimum impartitur, ô quot indulgentijs illum permulcet, quoties illum osculatur tota eius uiscera cum illo esse ui-
dentur. O anima ne post homines abeas, ni 9
hil enim aliud habent, quod tibi dare possint, præter amaritudinem, & afflictionem. Effuge uniuersa, quæ sunt in mundo. Attende Deum maxima tibi beneficia uelle conferre. Vbi Domine, nunquid in plateis, aut in uijs? Non (inquit) sed ducam eam in solitudinem, extra omnem ciuitatis tumultũ: ibi loquar ad cor eius, ut illud confortem, quo vlterius in bono progrediatur, nec se malo contaminari patiatur. De his dicit Ec
clesiasticus: Qui timent dominum, præpara Eccl. 2.
bunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Hi sunt, qui potentias suas ad interiora deserti norunt dirigere, seq; in altissimo Dei sui conspectu omni
bus secularib. rebus expeditos offerre. Hoc 10
est enim præparare corda. Cumque Deus sit speculum, in quo se iusti aspiciunt & respiciunt, ad animas suas purificandas, ut eum semper ante oculos suos habẽt, semp inueniunt, quia mũdare debeant. Tantã in Deo puritatem contẽplant, ut se cõfundant, seq; iterũ, atq; iterũ emundent, & hoc est in conspectu illius sanctificare aĩas suas. Mali defectus suos non animaduertunt, quia hoc speculum ante oculos suos nõ proponunt. Aliqui sunt peccatores, qui semel tantũ quotannis peccata sua cõfitentur, cum quot die innumerabilia peccata cõmittant, postea uix reperiunt quid confiteantur. Huc ẽt spectat
quod dicit Dauid. Sicut oculi ancillę in ma Psal. 122.
nibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad dñm 11
Deum nostrũ, donec misereatur nostri. Ancilla semper in dominæ suæ manus aspicit ut uideat, utrũ ei aliquid porrigat, quia non comedit ex manu alterius, nisi dominę suę, & sic in illis oculos positos habet. Hoc est officium animæ solitariæ, a secularibus enim rebus oculos remouens illos in manu Dei conijcit, quibus sic statutis dicit. O utinam domine aliquid mihi spiritus tui impertires? si mihi aliquas lachrymas, aliquem cælestem rorem, aliquam denique cordis teneri-

aeritudinem concederes. Non aspicio Dñe in manus hominum, neq; in eis spero, nimis enim arctæ sunt: sed in tuis liberalissimis manibus confido, vt defectibus meis subueniās. Cũ Rex Sodomæ plurima munera A-
Gen. 14. brahæ offerret, respondit ei: Leuo manum meã ad Dñm Deum excelsum possessorem cœli, & terræ, quod à filo subtegminis usq; ad corrigiam calligæ, non accipiam ex omnibus q̃ tua sunt, ne dicas. Ego ditaui Abra
12 hã. Solum Deum dicit Sãctus Patriarcha se uelle in adiutorem. Ita oportet te facere, ò anima Christiana, nolite seculares fauores, qui te defigurabũt, sed exopta Dei auxilia, quibus transfiguraberis, pulchraq; ac decora redderis. Propterea et dicit Esaia de iu-
Esa. 40. stis. Qui sperant in Dño assument pennas si cut aquilæ, ambulabunt, & nõ deficient. Aq-
Simile. la, si quando in terram descẽdit, aliquid ad u ctũ suũ collectura, statim in sublime iterũ aduolat, illic quasi semper est eius cõuersatio. Locustę aũt uix violatam unũ faciũt, & statim in terrã incidunt. Hæc est differentia inter iustos, & terrenos peccatores, q̃ iusti plerunque in sublimi cœlestia contemplantes cõmorãtur. Et quamuis aliquando
13 necessitatibus corporalib. occurrat statim iterum in sublime contẽplationis efferuntur. Peccatores aũt, tanquã locustę, si aliquãdo spiritum ad aliquam cælestem considerationẽ erigunt, statim iterum in terram exci dunt. O utinã nobis Dñs illum spiritũ con-
Esa. 26. cederet, quo uigebat Sanctus Esaias, qñ dicebat. Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritu meo in pręcordiis meis de mane uigilabo ad te. Id est, adeo Dñe tecũ conuersari concupisco, ut anima mea exoptet nocte iam obrepere: quo negotijs expedita tua diuina conuersatione fruat. In die enim nõ est tãta aptitudo, nec otiũ; quia opus est
14 multis rebus occurrere, ueruntamen noctu ego me illis oĩbus explicabo, & mane uigilabo ad te. s. antea quã alijs rebus intendã, ut illic Dñs me doceas qũo me in diurnis actionibus gerere debeam. Non est fatres cur vos excusetis dicentes: sumus matrimonio alligati, habemus familias, non possumus solitudinẽ istam quærere, quam dicis. Nunquã audistis Dauid regẽ fuisse? uerum tñ etsi rex erat, tot tantique secularibus negotijs implicatus, quot magni cuiusdam re-
Ps. 118. gni gubernatio secũ affert, dicebat: Septies in die laudem dixit tibi. Et paulo antea. Media nocte surgebã ad confitendũ tibi. Et ibidẽ. Præuenerũt oculi mei ad te diluculo. Et alibi: Mane astabo tibi, & uidebo, qm̃ non Deus uolẽs iniq tatẽ tu es. O q̃ feruẽs spũs, Psal. 5.
quãtaq; tranquillitas aĩ inter tot molestias, ac labores, etsi Rex erat, quia Rex sanctus erat, sciebat ita se in secularibus negotijs prudẽter gerere, ne deuotionis atq; affectus sui spũm extinguerent. O quãta est hæc cõfusio nobis fratres mei, quos minima queq; atq; leuissima nænia impedit, ne in re tã necessaria nos occupemus. Et quamuis hic sã- 15
ctus Rex tãto cũ studio, ac diligentia in his sanctis exercitationibus incũberet, dicebat tñ suspirans, quis mihi dabit pẽnas sicut co Psal. 54.
lũbæ, & uolabo, & requiescã? Notate p charitatẽ Dei sanctũ Regẽ, nõ corui quidã, nisi aut cygni, aquilę, aut struthionis, sed columbæ pennas exposcere. Qđ profecto nõ sine magno mysterio factũ est. Nõ petijt pẽnas corui, qui est niger, & eius cantus est, cras, cras, cras. Per hunc significatur peccator niger, famæ, uitæ, conscientiæ, & semper dicit, cras, cras emendabor, confidens in posterũ ad omnia tps esse futurum, cũ tamẽ iure optimo eum timere oporteat, ne forte ante crastinum moriatur. Nã si dñs famulo suo Simile.
magnã pecuniæ multitudinẽ traderet, ut cũ 16
illa alia lucraretur, lucrumq; sibi redderet. ille uerò uniuersam pecuniã ludẽdo consumeret, atq; dissiparet, & tñ aliã se à domino suo esse percepturũ speraret: nõne ab oĩbus stultus iudicaret? sic. Nã imo oporteret eum timere, ne fortè, si qua ei remanserat, eã sibi tolleret, quã sperare se aliã denuo esse pcepturũ. Cũ igitur hoc ita sit, nescis tu, ò infęlix peccator, uitã q̃ tibi dñs hucusque cõcessit pecuniam esse pretiosissimã, ut cũ ea plurimos gratiæ, ac gloriæ gradus mereris, & eius largitori amorem, atque gratitudinẽ maximã referres? tu verò ò perditè, atq; flagitiosè uiginti, aut triginta annos, quos 17
uixisti, in peccatis, atq; Dei offensionibus cõsumpsisti. Qũo igitur te ab eo lõgiorem uitã esse percepturũ, speras? Imò uero oportet te magnopere timere, ne uitã tibi abbreuiet, cũ illam tã turpiter, ac flagitiosè contriueris. Nunquid ignoras Spiritum sanctũ dixisse. Viri sanguinũ, & dolosi non dimidiabunt dies suos. Si igitur tu ex ijs es, & Deo Psal. 54.
præstitã fidelitatẽ uiolasti, ac passim uiolas, qũo speras in futuro aptius fore pęnitẽtię tẽpus? O demens, te te passio excæcat, ne insanias tuas cognoscas. Etiam uobis, dico non esse nimis mirãdum, quod sint corui nigri esse

esse autẽ coruos albos, hoc est maximè admirandum, hoc est iuuenem, qui uicesimũ quintum annum agit, dicere quasi coruum: cras, cras: magnum malum cũ, uerum non tantam affert admirationem: ꝙ autẽ senex canis onustus quid iam iam prope sepulturam est, dicat quasi coruus albus, cras, cras, hoc me summopere obstupefacit. O corue albe canis onerate, senioq; confecte, candide tanquã nix, & adhuc non uis emendari: sed pœnitentiam in posterũ differt? O Deus
18 tibi prudentiam concedat, oculosque tuos aperiat, vt in quanto periculo verseris, per te cognoscas. Nec verò idcircò uolo dicere, vt iuuenis negligens sit in agenda pœnitentia, siquidem experientia cõperimus tam iuuenum, quã senũ incertam esse uitam. Nec etiam Sanctus propheta pẽnas, nisi postulauit, (De Milano) per quẽ piger significatur, qui ꝓ modico labore multum prẽmii vult,
Simile. & habet malum, nisi, scilicet, pennas contritas, guttur autem sanum. Nisus est auis nimis vilis, & pusillanimis in aucupando, qui quidẽ ad arripiendos pullos descendit, non uero ad ardeam cupiendã conscendit: sic ẽt
19 peccator pusillanimis, & piger, cum sagax, & sedulus in secularibus nænijs acquirendis sit, ad cælestẽ ardeam (q est Deus) aucupandam, nimis piger, ac remissus est. Et hic est ex illis, de quibus dixit Dauid: Oculos
Psal. 16. suos statuerũt declinare in terram. Perpẽdite uerbũ, statuerunt. In quo notatur quã cõsulto peccatores se se rebus secularibus cõmittunt. Nec uero cygni pennas poposcit, qui plurimas candidas, carnẽ uero habet nigra, & qñ vult mori suauissimè concinit. Atque ẽt hæc auis reprobata erat, & habebat inmunda in veteri lege, per quã denotatur hypochrita. O q̃ pulcras pennas quamq; decoram virtutis speciẽ præsefert hypocrita. Et cum plumas habeat albas, nigram tamẽ habet carnẽ, atq. duram, quę est conscientia immunda, atq; abdurata, & suauiter canit, quando moritur, q a loquens hypocrita dul
20 cia, ac sancta uerba, præ inani gloria interius moritur, & sic canendo, moritur, & moriendo canit. Nec pennas uulturis postulauit, q cadaueribus depascitur, atq; etiam in lege reprobus habebatur, per quem murmurator denotatur, cuius rostrum, & lingua in corrupto semper versatur, quod est in defectibus, ac negligentijs proximorum suorũ.
Simile. Habes pomum sanum, quod tamen modicum, quid putredinis habet, accedit musca, & nõ sanũ quidẽ, sed illud putrefactũ mordebit. Sic ẽt murmurator licet in proximo suo plurimas uirtutes videat, illumq; tanq̃ pulcherrimũ pomũ esse sciat: si tamẽ minimũ quemq; defectum in eo animaduertit illũ rostro suo cõpũgit. In illa statua, q̃ vidit Nabuchodonosor, erat aurũ, argẽtũ, & ęs; Dan. 2.
in pedibus uero partẽ habebat fictilẽ, & excidens lapis, non aurũ quidẽ, neque argentum, aut æs percussit, sed ad fictilẽ partem 21
accedens, illam contriuit, & ita tota statua cõminuta est. Est quispiam diuersis uirtutũ mætallis exornatus, habet aurum charitatis, argentum sapientiæ, æx optimæ famæ, & tñ cũ hõ sit, minimam aliq̃ partem habet fictilem, aliquem, s. defectum, ac imperfectionem, & cadit murmurator quasi lapis, nec vero virtutes attingit, sed parum illud luti, illud cõfringit, de illo, loq tur ac murmurat, ut pulcherrimã illã imaginẽ deijciat, ac prosternat. Hic merito quidẽ per vulturẽ significatur, qui nullis alijs rebus, nisi cadauerib. ac rebus mortuis rostrum apponit. Nec denique alas Aquilæ petit, quæ quidem est tyranna, cum enim Deus illam cæteris auibus præfecisset, illa tñ non coronã considerat, q̃ habet, sed uidet se optimos ungues hẽre, & 22
sic alias aues audet lacerare, & se illis alere. Hæc significat tyrannũ, q non cõsiderat se à Deo eleuatũ fuisse, ut paruulis faueat, illorumque necessitatibus occurat, sed animaduertit se optimas vires, atque ungues habere, & neminem sibi esse restiturum, atque ideo paruulos affligit, lacerat, ac denique sicut escam panis deuorat. Nullas autẽ alias Simile.
pẽnas petit nisi colũbę, immaculatę, non habẽtis felq; ut se se à nisis defendat, diligẽter uolat, & in foraminibus petræ se includere consuescit: sic ẽt aĩa timẽs Deũ, eiusque ministerij cupida, ut se ab infernalibus nisis defendat, consideratione peruolat, quousq; se in foraminibus petræ abscondat: quæ sunt Saluatoris nostri Iesu Christi, uulnera, ad q̃ Cant. 2.
ipsemet eam inuitat, dicens: Surge, propera 23
amica mea, columba mea, in foraminib. petræ, in cauerna maceriæ: Hę sunt pẽnæ, quas petit Dauid ad faciendos hos uolatus, tã.n. tunc diuinis cõtẽplationibus sacratissimorum Redemptoris uulnerum tradebatur. Deum exorate fratres, ut hæc uobis desideria, largiatur, quibus Sanctus hic rex ardebat, illumque imitari curate, siquidem tot negotia non habetis, quot ille habebat, quę uobis impedimento esse possunt.

Valde

Valdè notandum est, dominum, ad hunc montē excelsum, atq; ad hoc opus admirabile non omnes discipulos suos deduxisse; sed tantū modo: *Assumpsit Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius.* Qđ si qs quærat, quare cæteros alios nō deduxerit? Dico hoc fecisse pp Iudam, qui tā sancta uisione erat indignus, quē si solum relinqueret, scandalizaretur, ne igitur talem illi scandali occasionem præberet, reliquos cum eo in ualle
24 reliquit. Hinc intelligetis quantum detrimē tū aduenit bonis ex cōuersatione malorum. Tantam fęlicitatē Sancti illi dicto Apostoli amiserunt, sicut erat dñm gloriosum intueri, pp vnum malum, quē secum afferebāt. In quo significatum est multos remāsuros esse
Prou.18 nę Dei faciem in cælesti gloria uideant, eo quod cum malis hominib. cōuersantur. Nā ut Salomon ait: Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit, amicus stultorum similis efficiet. Hic per nomen sapientiæ, intelligitur practica quædam, ac sapida Dei cognitio, quæ plurimarū virtutum exercitatione, sanctorumque uirorum assidua conuersatione cōparatur. Et per hoc nomen stultitia, signi
25 ficatur peccatum, & p stultos, peccatores designantur. Et qui cum eis cōuersatur, similis
Simile. illis efficietur. Quid durius ferro quod vniuersa metallorum genera domat, ac flectit? quod si diu in terra inclusum esse patiamini, consumpta duritia sua? in molem terram cōuertitur: Si igitur durissimum ferrum in illud cōuertitur, cui cōiungitur, quid faciet carneum cor, si toto vitæ suæ tempore cum carnalibus hominibus conuersetur, nisi q oculi, os, aures, cor, atq; anima, omnes denique eius partes sint carnales? Idcircò Beatus Pater noster Franciscus in montibus commorari gaudebat, & cū timore maximo populos docturus ab illis descendebat. Dice-
Dñm, & ipſe exaudiebat eos, in colũna nu-
bis loquebať ad eos. Nõ legimus in ſacris li 19
teris Moyſen fuiſſe ſacerdotem: & ita hic ſi
gnificat: ſacerdotes eius, i. amici eius fami-
liariſſimi, & omnis æſtimati, & de oĩbus his,
in quos Deus tot beneficia conferebat, tan-
quam vnũ illorum beneficiorum dicit: & vl
ciſcens in oẽs adinuentiones eorum. Ete-
nim licet eſſent ſãcti, cum tñ hoĩes eſſent, ſe
cũdum humanam fragilitatem in aliquos de
fectus incidebãt, & quãuis apud Deum plu-
rimum ualerent; in nullum peccatum inci-
debant, quod ſtatum non perſoluerent. Quod
cum ita ſit fratres chariſſimi, quando vos a

Deo

Deo (uideri vestro) derelicto experti fueritis, ne contristemini: ipse.n.scit quid nobis magis conueniat. Dicit Deus. Angelo Smymæ
Apoc. 2 Ecclesiæ scribe. Hæc dicit primus, & nouissimus, qui fuit mortuus, & uiuit, scio tribulationē tuam, & paupertatē tuam, sed diues es. Angelo.i.prælato. Notate p charitatē, qño ad illū confortandū dicit, q fuit mortuus, & uiuit. Quasi dicat, quis tu patiaris, non est mirū, qñquidē ego pro te mortuus sum. Et
20 secundo fulcit eū, dicens, diues eis.i.q̄quam labores pateris, gratiā atq; auxiliū diuinum habes, ad oēs illos perferrendos, vt nō cadas.

Et nemo illi dabat. Nec herus, nec famuli diuitis pietate mouebant. Aduertite fratres in quib.domib. liberos uestros collocatis, ne crudeles sicut heri eorum efficiantur, nimis enim usitatum est, q minores imitentur ma
1. Reg. vlt. iores suos. Infelix Saul, cū prelio quodā superaretur, ne ab infidelib. irrideretur, & iniuriis afficeretur, arripuit gladium suū, & irruit sup eū. (Talis etenim mors post talē uitā sperabatur.) Qđ cum uidisset armiger eius, irruit ēt ipso sup gladiū suū, & mortuus est cū eo. Ecce qũo illū in tā terribili peccato imitatus est. O quot famuli quotidie animas suas peccatis occidunt, quia heros suos ita facere in-
21 tuentur. Tales erant serui huius infælicis diuitis, q dñi sui immanitatē didicerant. Siqs nūc casum hunc uobis hucusq; proponeret, & hos duos hoīes uobis dipingeret sicuti S. Euangeliū depingit illos (inquā) quandiu in hac uita uiuebāt, repræsentaret, nec ulterius pgrederetur, uobisq; diceret, uter illorū esse malletis? nunqd diues ille, quē in uia ambulantē tot famuli comitabant, quique in pulcherrimis equis equitabat, & qñ pransurus erat, ei plurimi serui summa cum uelocitate ministrabāt, an pauperculus ille Lazarus ulcerib. coopertus ad eius ostium cōmorans? ò insensatū hoīum iudiciū, nullus utiq; esset, q diceret, ego diues esse malo, uidete āt utrū hoc diceretis, siqdē per fas, aut nefas totis ui
22 rib. totoque conatu diuites esse curatis. Ego autem dñe malo infirmitatē Lazari eiusque mendicitatem, quā diuitis salutē, atque prosperitatē. Et sic tuā diuinā Maiestatē suppliciter exoro, ut si ad saluationē meam conducibile est, in hospitalibus prostratus, atq; ab oībus derelictus moriar. Qñ quis donum
Simile. ædificat, & sex, aut septem annos in ea construenda consumit, postquā illam confecit, dicit; Benedictus sit Deus, quia iam penitus cōstructa est domus, etsi magno cū labore. Totā uitam consumpsit pauper hic Lazar saluationis suæ ædificationem cōstruens, & confecta est ædificatio in eius morte, atque ideo dicit; *Factus est.* Benedictus Deus, quia iam pauperis huius ædificatio confecta est. Notate qũo dr̄. *Vt moreretur mendic⁹.* Quia illic mortua est eius mēdicitas, fames, atque paupertas, oīa in morte finita sunt. O fœlices labores, qui in morte finiūtur? Ideo non dicit, mortuus est Lazarus, q̄a tunc cepit il 23
le uiuere. Hoc est quod dicit B. Paulus de iustis. Mortui.n.estis, & uita uestra abscōdita est cum Christo, cum autem Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cū illo in gloria. Hēs pallium optimū in arca custoditū, post diuturnū tp̄s illud sanū, & nouū reperis. Si aūt illo uti cœperis, nec in arca custodis, post paucos dies inueterascit, ac rumpitur. Iustus habet uitā suā in Christo cōseruatam, nō vult illa uti, & qñ peruenit ad horā mortis, repetit uitā integram, atque sanā, eaq; in æternū incipit frui. Tūc.n. securiorē habemus uitam nostram, cum minus illam possidemus. Peccator vult hic uita sua frui, nō illam abscōdit, neq; seruat in Christo Iesu, & sic qñ ad horam mortis accedit totā uitam consumptam, dirutamq; habet, & in perpetuū incipit mori. Et hoc est, 24
quod hic ad literam dicit B. Apost. Vita uestra abscōdita est cum Chr̄o. Qui in hoc sæculo uiuitis, in futuro moriemini, & qui in hoc sæculo mortui estis, in futuro uiuetis. Mortuus est pauper, & mortuus est diues, oīa finiuntur: labores bonorum aliquandò tandem finiuntur, prosperitatib. etiā malorum, diuitum ēt imponitur finis, de paupere non dicit S. Euangelista, q fuerit sepultus; sed *Factum est, ut moreretur, & portaretur ab Angelis.* O quam suaue requiescat in pace, illi concinunt Angelorum chori, & gaudētē illum non unus quidem, sed plurimi in sinū Abrahæ deducunt. De diuite aūt non dicit: factum est, quia in nullo unquam tpe uitæ 25
suæ curauit domū in cælo extruere, sed semper diuina Dei bñficia cōminuit, ac destruxit. Non dicit ultra, nisi: mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Non fuit illi decantatum, requiescat in pace. De quodam peccatore dicit Hieremias: Sepultura asini Hie. 22.
sepelietur. Hac sepultura sepultus fuit hic diues. Qñ moritur asinus, in primis ueniūt corbulones, & illum excoriāt, ut ex cute cribra conficiant, postea illum in campum deferunt, & carnes comedūtur a canibus, ossa

Colos. 3 — Simile. — Simile.


uerò remanẽt illic in campo ad aerẽ, aquam
grandinem, & pruinam, ac tempestates. Hæ
igit exequiæ fiũt in funere peccatoris. Cu-
tem namque diuitiarum hæredes eius aufe-
runt, carnes eduntur a uermibus, ossa ue-
rò, quæ sunt anima & eius potentię, quę sunt
quasi ossa fortissima, quæ nullo unquam
Eccle.10 tpe cõsumuntur, remanent ad tempestates,
Simile. ac tormenta inferni. Huic congruit: Cum
25 moritur hõ, hæreditabit serpentes, & be-
stias, & uermes. Homo, idest, malus, & pec-
cator, Serpentes, i. dæmones. Bestiæ, i. hære-
des tam bestiales, sicut illę.
Et sepultus est. Quis eum sepeliuit? cõfra
tres confraternitatis suę. Inter uos, qui est
cõfrater trium, aut quatuor confraternitatũ
& moritur, oẽs cõfratres ad eius funera con
ueniunt. Sic ẽt sunt nonnulli dæmones, qui
tentant hoĩem superbiã, alij gula, &c. Et si
tu uixisti in confraternitate gulæ, aut luxu-
riæ, &c. illi te comitabuntur, qñ in inferno
sepeliendus eris. Si uerò pluribus uitiorum
generibus deditus fuisti, oẽs illi diaboli te
sociabunt. Et quia hic diues pluribus uitijs
deditus fuit: erat n. superbus, auar⁹, epulo,
26 qui ne de ijs quidem, quæ ei supererat, pau-
peri quicquam erogabat: siquidem igit plu
rium confraternitatum cõfrater fuit, oẽs hi
diaboli illum in infernum deduxerunt. Eia
infœlices diuites, superbi, uoraces, attendite
uobis. Optime nostis, quid cum hoc diuite
actũ fuerit. Quis est igitur qui hæc audiens
non trepidet terribilia Dei iudicia animad
uertens? Quid igitur erit uobis, nisi ad me-
liorem uiuendi rõnem uos receperitis? Vi-
Iaco.5. dete quid dicat B. Iacobus: Diuitiæ uestræ
pu[illegible]trefactę sunt, & uestimẽta uestra a tineis
c[illegible]esta sunt. Aurum, & argentum uestrum
[illegible]inauit, & ęrugo eorum in testimonium
u[illegible]s erit. Thesaurizãtis uobis iram in no-
u[illegible]nis diebus. O infœlices uos; etenim di
27 [illegible]s, & ciborum, uestiumq; copiam uobis
[illegible]esse, domique putrefieri, nec aliquid
[illegible]r oĩum dare pauperibus, est euidens,
[illegible]ribile testimoniũ aduersum uos. Eia
Psal.9. [illegible]rculi patienter inopiã tolerate, uosque
[illegible]mini, non. n. in æternum labore ue-
[illegible]raturi sunt. Non in finem obliuio erit
[illegible]ris, patientia pauperum nõ peribit in
[illegible] Ait Dauid. Venient utiq; Angeli, qui
[illegible]ino Dei conspectui offerent. O æter-
ne Deus, quis hęc attente considerans huius
seculi prosperitates æstimabit? aut qs ipsius
labores contemnet, & non eos amplectetur;

Gedeon in area posuit uellus iussu Angeli,
quia uolebat ei Dñs signum ostendere polli Iud. 6.
citationis, quã ei fecerat. Et cecidit ros de
cęlo super uellus, area aũt sicca remãsit, ac
si ros non cecidisset. Si uellus, & area rõnis
essent participes, quã hilare maneret uellus,
quia cœlestis ros super illud cecidit, & quam
tristis area, q̃ sicca remansit. Venit autẽ se-
quens nox, & cecidit maximus ros super uni
uersam aream, uellus autẽ siccum remansit.
Quam mirabilis esset uisu diues ille tot uo 28
luptatibus perfusus, tot diuitiis onustus, tot
cibis satiatus, ita ut uniuersum rorem absor
bere uideret. Pauper uerò Lazarus erat qua
si area sicca, oĩsque consolationis, ac tpalis
uoluptatis immunis. Veruntamen post istã
noctẽ uenit altera, quę fuit mors, & miser di
ues situs inferno remãsit, cui una etiã conso
lationis gutta denegatur; area aũt sicca tota
mãsit irrigata, i. aĩa illa Lazari tota gaudio,
ac spirituali consolatione rorata fuit. Quis
igitur nõ fulcietur, ut quicquam pp Deum
proferat; siquidem labores, quos eius causa
serui sui patiuntur, abundãtissime persoluit.
Eleuans autem oculos suos, &c. O miser quã
sero oculos eleuasti. Si in uita ad Deum ocu
lo eleuasses, quicumcunq; grauissimus pec- 29
cator esses, in diuino eius cõspectu mĩam re
perisses. Verum heu, heu miseros nos; nõ. n.
bonũ cognoscimus, nec illud perquirimus,
nisi cũ iam nihil prodest; cum non est merẽ Psal. 12.
di locus. Habebat hic diues pauperem ad
ostium suum, nec tñ in illũ unquam aspexit,
qñ pauper magnæ utilitati illi esse poterat,
nunc autẽ cum nihil prodest ab eo postulat
auxilium. Aduertite hoc fratres charissimi,
& assiduo diuinam Maiestatẽ exorate, ut uo
bis lucẽ concedat, oculosq; uestros adaperi
at, quò q̃ uræ saluationi conducũt, uideatis
nũc cũ tps habetis. Hoc summa animæ cõtẽ
tione postulabat Dauid, dicens; Illumina
oculos meos, ne unquã obdormiam in mor 30
te, ne quando dicat inimic⁹ meus; Præualui
aduers⁹ eum. O Domine (ait Propheta) ne
in tantum malum ego deueniam, ne tanta
sit cæcitas, ac caligo mea, ut peccata mea
non cognoscam; sed in eis soporatus sim;
Ne quando dicat, &c. idest; ne se iactet
diabolus, quod omnino præualuerit aduer-
sus me. Aggreditur nos hic teterrimus ho-
stis in suggestione, colluctatur nobiscum
in delectatione, ferit nos in consensu, pro-
sternit nos in opere, præcipitãt in consuetu-
dine, ac demique præualet in morte. O Dñe
ne ita

ne ita cæcum me ego experiar. Hoc oportet
vos crebrò Deum exorare.
Vt refrigeret linguã meam. Non habebat
illic linguã,cũ sola eius aĩa sine corpore pa-
teretur,sed fortasse hoc dixit,ut significaret
peccata,ex quib. maiorẽ pęnã eliciebat,esse,
quæ per linguam commisit. Et iõ disposuit
Deus, ut ita loqueretur ad utilitatem no-
stram, atq. ad monitionem futurorum ho-
31 minũ. Nam sicut iam supra dictũ est,ex ni-
mia voracitate crudelitas proficiscitur, car-
nis concupiscentia fulcitur,& hõ ad nume-
randũ dissoluitur,ad contendendum,iuran
dũ, ac deniq. ad rixandũ cum aliis concita-
tur. Oĩa hæc mala ex ore, & lingua oriũtur.
Simile. *Fili recordare, quia recepisti bona.* Hoc si-
milem mihi vr̃, sicuti uos facere consuesci-
tis. Hẽt dñs quidam in æde sua duas portas,
quarũ altera est in uia, & per alteram exitur
ad aliam uiã,a tergo domus,accedit pauper
ad unam portã illarũ,& petit eleemosynã,&
conceditur ei, si postea ad alterum ostium
eleemosynã petiturus accedit, dñt ei, igno-
sce frater, iam.n.in altero ostio eleemosy-
nam accepisti,quæ nisi tibi data fuisse,nunc
32 tibi ad hoc ostiũ erogaretur. Vna porta Dei
est hoc seculum,& altera est futurum. Si hic
bona accipis,& diuitiis replet' es(nec tamẽ
eis bene uteris) qñ ad aliud ostium,hoc est,
ad futurum seculum accesseris,dicetur tibi,
sicut dixit Abraham huic infœlici diuiti. Fi
li recordare,quia accepisti bona in uita tua.
Iam in altera porta eleemosynam accepi-
sti; Lazaro autem,qui in altero ostio non ac
ceperat bona, nunc eleemosyna erogatur.
Nunc autẽ hic consolatur,tu vero cruciaris:
*Et ait: Rogo ergo te Pater,ut mittas eum,
&c.* Hæc petitio in charitate videtur inniti,
quia fratrum suorũ saluationi consulit, ue-
runtñ non ex charitate quidem, sed ex pro-
33 prio amore dimanabat. Etenim in inferno
non est charitas, & quod dicebat, erat:quia
queadmodum in cęlo accidẽtalis beatorum
gloria augetur,qñ quis in hoc seculo eorum
bono exẽplo,aut doctrina concitatus bonũ
aliquod opus operatur, sic ẽt in inferno ac-
crescit pœna illius, qui fuit occasioni alicu-
ius peccati, quod in hoc seculo cõmittitur.
Et ita hic diues, qa intelligebat pp malum
exemplum,qđ ipse suis fratrib.perhibuerat,
ipsos aliqđ peccata esse commissuros, seque
propterea maiorib. tormentis esse crucian-
dum, ut huic suomet damno obuiaret, ro-
gabat, ut mitteretur Lazarus, qui eos con-
uerteretur. O quam metuenda res est hæc,&
quantum cauere deberemus, ne cui malum
exemplum perhiberemus.
Et concludit Abraham post eius replica-
tionem,dicens: *Si Moysen,& Prophetas non
audierũt, neq; si quis ex mortui resurrexerit,
credent.* Liberet uos De' ab homine,qui ex
sancta doctrina, & concionib. fructum non
percipit, hic.n.licet mortuos resurrexisse vi
deat,nõ conuertetur. Vultis hoc uidere? Di- Ioã. 11.
cite: Lazarus frater Marthæ non resurrexit? 34
Sic. Nunquid eius resurrectio Iudæos con-
uertit? Non,imo plurimi illorũ magis indu
rati sunt. Nõ igitur dicas,o si illinc uenirẽt
mortui,nosque quid illic agatur commone
facerent, quantam nobis utilitatem affer-
rent. Iam scis frater,quid illic geratur,iam
nihil est amplius. Age pęnitentiam,& crede
S. Euangelio te admonenti,gratiamq;suam
tibi Deus in hoc seculo, atque in futuro cę-
lestem gloriam largietur, ad quam nos per-
ducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Feria VI. post Dominicam II. in quadragesima.

Homo quidam erat paterfamilias,qui plantauit uineam,&c. Mat. 21. 1



Rædicans Christus R.N. Hebræis,paucis dieb. ante sanctissimam passionem suam, tandem quo supplicio obstinata eorũ malitia digna esset,eis significauit, suaq; admirabili sapientia rem, ita disposuit, vt ipsimet supplicij, quod merebantur sententiam proprio ore proferret. Atque ideo eis parabolam hanc uineæ proposuit. Dicatur tota parabola ad literam,usque ibi: Malos malẽ perdet,&c.

Experientia compertum est, ut sensus rẽ Simile.
aliquam percipiant, distantiã ꝓportionatã 2
inter rem perceptibilem, & potentiam esse
oportere. Sicuti,siquid uidere uolumus,non
adeo remotum esse debet,ut uisus illud per-
spicere nõ consequatur,nec tam cõiunctum
oculis,ut nullũ intercedat spatium. Nã sen- Arist. 2.
sibile supra sensum non facit sensationẽ,& de ani.
hoc idem est in reliquis potentijs. Hoĩes no
bismetipsis ꝑ amorẽ sumus cõiunctissimi,
& idcirco de nostrismet rebus, nõ recte iudi
camus, sicuti non discerneretis cuius colo-
ris sit pãnus, si super oculos vestros positus
esset.

esset. Sicq; vos in causa vestra nō estis iusti iudices, propinquitas.n. efficit, ne possitis bene perspicere quod in vobis est. Quocirca malum optimū esse iudicatis. Semouete à vobis istud,qđ vultis iudicare, & in alio collocare, & statim de illo rectè iudicabitis.
Exod.4. Cum Moyses virgam à se eijciebat,videbatur coluber, & erat coluber:qñ aūt illam manu apprehendebat virga rectissima & cū oī rectitudine uidebatur. Et sic est,quod res
3 quædam à vobis segregata serpens,atque uenenum vobis apparet. Et hæc ipsa in manibus vestris,quatenus est opus vestrum virga
2. Reg. 12. rectissima vobis vř. Qñ Nathan proposuit Dauid parabolam illam hoīs diuitis, qui ouem à paupere acceperat, qui unam illam habebat,& eā interfecit,dicit sacratus Textus,ꝙ iratus est indignatione Dauid aduersus hoīem illum nimis,& dixit ad Nathan: Viuit Dñs,qnoniā filius mortis est vir, qui fecit hoc. Ira cōcitatus est,q̃a alter alienam ouem acceperat ad occidēdam,nec vero malū suum cognouit,ꝙ cum potens Rex esset alienàm uxorem surripuerat a milite suo, non habente aliam,nisi illam. Mirabile est
4 visu, qūo cognoscūt hoīes peccata,quę alii faciunt,& quam mala illis esse vñr, & q̃ temere iudicant peccata illa, hoc, & illo supplicio esse digna:cum autē ipsi in ijsdem, & grauioribus ēt sceleribus immersi commorentur,illa eñ non animaduertunt. Quapropter si causarum nostrarū recti iudices esse uolumus, opera nostra aspiciamus quasi in alijs posita,utqualia reuera sunt talia nobis esse uideātur. Hæc.n.fuit causa, ob quā dñs hāc parabolam proposuit, vt illi mali hoīes oribus suis, absq; eo quod quid facerent, intelligerent contra semetipsos sententiam proferrent,dicentes. Malos male perdet,&c.

Incipit ergo parabola. *Homo quidā erat paterfamilias*. Hic paterfamilias est Deus, qui est omnium Pater,oēsq; tanquam liberos charissimos tractat. In mundo sunt dñs & serui, in domo autem Dei nō est hęc distinctio,oēs quippe sunt filij. B. Paulus in
5 Epistola ad Philemonē agit qūo Philemonem fugit quoddam eius mancipium, &
Paul. ad Philem. abijt Romā ad carcerem; vbi S.Apostolus uinctus tenebatur: quem cum ipse conuertissent,atq; baptizasset,ad dñm suum remisit,& ita ad eū scripsit; Nunc aūt & uinctus Iesu Christi, obsecro te pro meo filio, quē genui in uinculis Onesimo, qui tibi aliqñ inutilis fuit:nunc aūt & mihi,& tibi utilis, quem remisi tibi. Tu autē illum,vt mea uiscera suscipe. Forsitan n.Ideò discessit ad horam à te,vt in æternum illum recipias: iam non ut seruum, sed pro seruo charissimum fratrem. Attendite q̃ suauibus uerbis deprecatur S.Apostolus Philemonem,ut seruum suum denuo ad Iesu Christi fidem conuersum iam non seruum quidem,sed fratrem charissimum dicat, & sicut talem ilūm tractet: iam.n.filius Dei erat, & cum ita esset, nihil intereat inter ipsum, & eius seruum. 6
Nimis consolatoria est profecto hęc doctrina seruis,& captiuis:maximeque reprehensioni est Pharaonibus, qui fratres suos tanquam canes tractāt,ut Moyses atrocissimā captiuitatē, qua Deus populum suum liberauerat, educens eos ex Aegypto, exaggeraret,dixit eis. Vos aūt talis dñs, & eduxit de fornace ferrea Aegypti. Tales estis uos in Deut.4.
seruos uestros,sicuti.n.cū canib.uos cū illis geritis,eosq; canes apellatis. O infernalem crudelitatem? ò q̃ terribili supplicio à Patre misericordiarum punienda est? Mementote fratres uos oēs unius patris filios,atque eiusdē hęreditatis,uidelicet,cæli, esse cohæredes.

Dicit vlterius. *Homo quidam erat paterfamilias.* Hoc verbum,erat,est,verbum maximæ amaritudinis. Acsi diceret: Erat aliqñ 7
pater huius populi,& familiæ,ueruntamen iam nō est eius pater,& tanto patre est orbata. O miseros Hebræos? Hoc etenim fuit summū supplicium. qūo Deus in hoc seculo illos puniuit,s. ꝙ eos tanquam reprobos dereliquit. Hoc est præcipuum supplicium, ac tormentū damnatorū. s.illos à Deo derelinqui, & expelli. O miserū te peccatorem? erat quippe Deus pater tuus?& iam non est; quia tu per peccatum tuum effectus es indignus tam superna filiatione. O fratres dilectissimi,ne amittamus sicut hi miseri tm̄ patrem,qui nos ineffabili quodam amore cōplectitur. Tanta est vis paternitatis, ut ēt in 8
brutis animantibus magnam efficiat operationem. Quid efficit passerculus pro pullis suis?quantam in eis nutriendis diligentiam adhibet? quanta solicitudine angitur, quousque illos docet euollare? Hō quidam fide dignus mihi affirmauit,passerculos quosdā 84.millia passuū secutos fuisse pullos suos, quos ipse secum deferebat, quos etiam in illa regiōne, quam hō ille eos detulit, educarunt, cum ipse in fenestra sub pullos collocaret,ut parentes eis alimenta portarent. Asina,adeo pullum suum diligit,ut si nō est

alius

alius transitus ad illũ nisi per ignẽ, per eum se mittat, ut ad illum uadat. Videte aũt gallinam, experientia cõperitur, licet sit auis debilissima, in leænam tñ sæuissimã conuerti, ut pullos suos a niso tueatur. Qđ si paternitas in brutis animantibus tantam hẽt uim, multo quidẽ maiorem hẽt in hoĩbus rõni capacib. Vniuersi labores faciles apparent patri, ut filio suo subueniat. Quid igitur erit
9 hæc paternitas in Deo, qui infinitam habet probitatẽ, & amorem? Et sic dixit dñs per
Mat.23 B. Matthæum. Patrem nolite uocare uobis sup terrã, vnius est.n. pater uester, qui in cœlis est. O admirabilẽ exaggerationẽ. Quid dñe? nunquid non habeo ego patrem? non est pater meus, ille qui genuit me? Et utiq;
Simile. ueruntamen, si amor iste, quo pater tuus te ꝓsequitur, cũ Dei erga te amore cõferatur, non põt dici amor. Aqua tepida si frigidæ cõparetur, calida iridet, & est, cõparata uero aquæ feruenti frigida est. Sic ẽt amor terreni patris, si cum extraneorum amore confe ratur, amor quidem est: si tamen Dei amori comparetur, non est amor. Hunc ergo patrem amiserunt Hebræi, & nos etiam quotidie perdimus ꝑꝑ peccata nostra maxima.

Hic diuinus Pater plantauit uineã, q̃ est
10 hæc respublica, & status, quem Deus hẽt in terra, quæ olim Synagoga, nunc ãt Ecclesia nominatur. Illamq; vineam appellauit ꝑꝑ fructũ, quem vult, ut ferant, qui in ea plãtati sunt, quod est uinum amoris. Et sic dicebat sponsa, diuino sponso: Dabo tibi poculum ex uino cõdito, & mustũ malorũ granatorũ hoc vinum est charitas, quod est uinũ conditum. In vino condito sunt multa aromata. vnde dixit Apostolus: Charitas patiens est benigna est, omnia suffert, omnia credit, (.s. quæ credenda sunt) omnia sperat, omnia sustinet, &c. O q̃ ꝓclara cõdimenta hẽt hoc uinum amoris. Idcircò meritò dixit spõsa:
11 D. bo tibi poculũ ex vino cõdito: Dicit vlte
Can. 8. rius. Et mustũ malorum granatorũ. Malum granatum est unaquęq; rerum publicarum Christianarum, grana sunt iusti, qui in eis sunt, maxima cũ moderatione, & ordine dispositi. Et offerre mustũ malorũ granatorũ, est horũ omniũ amorẽ offerre. Circa quod notandũ est, unã ex sanctis exercitationib. seruorũ Dei esse, q. q̃ quotidie mane bona opera considerare, quæ iusti ... ... publices operantur, tã opera misericordiæ corporalia q̃ spiritualia, & efficacissimẽ desiderare omnia facere, q̃ iusti faciunt. Et hoc mõ peculiariter participes erunt illorum bonorum operum omnium. Qđ figuratum est in eo, quod dominus dixit per Moysen: Om-
Deu.11. nis locus, quem calcauerit pes uester, vester erit. Hoc, q dñs dixit Hebræis, in uiris etiã iustis adimpletur, q̃a omnia, q̃ pedes conculcant, eorum sunt. Pes iustorum est affectio ipsorum. Et omnes virtutes, quas affectione cõplectuntur, sunt ipsorum, quia suas illas efficiunt, & fortasse cum maiori securitate, 12 quam illi, qui ipsas uirtutes in actu exercẽt. Potest.n. contingere, vt ij, qui eas operantur, per aliquod inconueniens illas perdant, qui verò ex animo illas cupit exercere, easq; peculiari quodã amore diligit, securior est a vanitate, ac præsumptione, qua inflari possunt illi, qui eas operantur. Nec verò cuiquam hoc difficilè creditu esse uideatur, nã siquidem hõ aliena peccata perpetrare concupiscens illa sua efficit, & Deus liberalior, ac pro pensior est ad remunerandum, quam ad puniẽdum, quare homo aliorum bona opa diligens, efficaciterq; desiderans illa facere, si posset, quare (inq̃) illa sua nõ efficiet? Et profectò Deum illum infiniti amoris credo rõ- 13 nem hanc merendi in terra constituisse, ad consolationem pauperum, & debilium, atq. infirmorum, vt quo eis potentia denegat, amore ualeant restaurare. Et hoc est offerre mustum malorum granatorum.

Et sepe circũdedit eã. Hæc seps uineæ est timor Dei. Iã scitis qualis manet vinea sine sepe, ingrediuntur.n. pecora in eã, illamq; de- Psal.15. struunt. Dauid ait: Dñs prospexit super filios hominũ, & vidit, q oẽs declinauerũt. Et quæ pctã commiserunt, quælibet uolueritis. Quorum os (inquit) maledictione plenum est, & amaritudine, contritio, & infœlicitas in vijs eorum, & uiam pacis non cognouerunt. Et tanquam horum malorum omniũ rõnem reddens, addidit. dicẽs. Nõ est timor Dei ante oculos eorum. Quasi diceret: Ideò tot feræ in uineam ingressæ sunt, quia non 14 erat circundata sepe. Hoc est, q diaboli magis expetunt, s. diuinũ timorem ab animab. auferre, quod significatur per illud, quod di- Psa.136 cit Propheta, q dicebãt filij Edom uiris Babylonijs de Hierusalem: Exinanite, exinanite vsq; ad fundamentum in ea. Sic etiam dæmones alij alios inuicem cõfortantes dñt, ut curent fundamentum totius boni ab ani- Psa.110 ma euellere, quod est, (sicut dixit ipse Dauid:) Initium sapientię timor dñi, qui timor Dei non solum est fundamentum boni, sed

est etiam spes qua aīa custoditur, ne pereat.
O q̄ procul timore n hūc a multis Christia
nis abesse suspicor, siquidem cum in pecca-
to commorentur, maxima cum securitate
uiuunt? Accedit hō ad battuarium, & perue
Simile. niens ad aquæ ductum, ingentem ictuū sen
tit strepitum, qui caput eius cōtorquet, iam
citò illinc exoptat abire: Cui dicit Battua-
rius: Dñe, mane hic nocte ista. At ille dicit:
Ecquis hic cum tanto strepitu dormire po-
15 terit? Quis? (ait alter) profectò hic ego dor-
mio, & ictus isti sunt mihi tanquam suauis-
simus cōcentus: quia iam longo ex tp̄e illis
assuefactus sum. O fratres quantoperè ue-
reor ne sint hic multi battuarij. Percutit vos
conscientia vestra, strido res facit Spūs San-
ctus, quorum nec minimum quidem uir iu
Psal.54. stus perferre potest; sicut dicebat Dauid; Ti
mor, & tremor uenerunt super me, & conte-
xerunt me tenebræ. Tu uerò ò Batturie nul
lum tormentum sentis, cum sæuissimis con
scientię morsibus laceretis? Signum est ual-
lum diuini timoris esse euersum, siquidem
Thre.2. peccata in te, (cum illa non sentias) ingre-
Simile. diuntur. Non destruxit Nabuchodonosor
16 Hierosolymā, quousq; eius muros euertit.
Et hoc lamentabatur Hieremias Propheta:
Luxitq; ante murale, & murus pariter dissi-
patus est. Et quemadmodum solet agricola
putare uineam suam quo meliorem fructū
ferat: sic putat Deus fideles suos, diuitias il-
lis auferens, & liberos interficiens; quo me-
liorem fructum ferant; qui est, præstantior
amor. Aliqn̄ nos Deus manu propria, aliqn̄
vero aliena manu putat. Sic putabat Heliā
per manum Iezabel, & Iacob per manum
Esau, & Ioseph per manus fratrū suorum, &
Dauidē per manum Absalō filij eius. Quod
cum ita sit fratres charissimi, cum uos tribu
lationibus afflictos uideretis, consolamini:
quia pp vtilitatem uestram Deus hoc facit.
Tunc vocauit Christus Redemptor noster
amicos discipulos suos, quando eis dicebat
17 labores maximos, quos passuri erant. Dico
Luc.12. uobis amicis meis, ne terreamini ab ijs, qui
Ezec.7. occidunt corpus. Et ubi nos legimus in Eze
chie: Angustia superueniente requirant pa-
cem, & non erit, Septuaginta interpretes ver
terunt: propitiatio veniet, molestias, ac labo
res appellant propitiationem, quia uerè est
Dei misericordia, & ijs, quibus labores im-
mittit, beneuolum se ōndit, atq; vt sui eos
patienter tolerare ualeant; solet dñs in me-
Exod.6. dio illorum auxilia immittere. Dixit dñs

Moy.: Nūc uidebis quæ facturus sum Pha
raoni: Ego dñs, qui apparui Abrahā, Isaac,
& Iacob, & nomen meum Adonai, non in-
dicaui eis. Hoc ei dixit: quia fortasse posses
Moyses dicere: domine si tāta uirtute p̄diti
essemus, sicuti maiores illi nostri, possemus
utiq; sperare auxilium tuum nobis non esse
de futurum. Nos autem cum miseri pecca-
tores simus, ope & auxilio tuo sumus indi-
gni. Ad q̄ respondit dñs, dicens. Imo si hoc
attentè cōsideraueris, inuenies te plus iam, 18
q̄ patres illos priscos recepisse; quanquam
sancti fuerunt. Tibi nomen essentię meæ re
uelaui, quod nulli eorum patefeci. Optimè
norant illi probitatem, sapientiam, poten-
tiamq; meam: ueruntamen nomen essentiæ
meæ non cognouerunt. Tibi hunc fauorē,
& indulgentiam præstiti, ut in laboribus cō
forteris. Aut voluit in hoc dicere. Etsi non
estis tam boni, sicut illi, eis tn̄ nomen meum
hoc est, noīs mei fortitudinē non reuelaui,
uos aūt illam uidebitis. Illis non ostendi mi
racula, uobis āt ostendam; illis quidem non
concessi gratiam, neq; potestatem faciendi
miracula, vobis āt sic, q.a non tam merita,
q̄ necessitatem consideraui. Quamuis simus 19
peccatores, in laboribus constituti ne diffi-
damus, sed credamus Deus nō tam imperfe
ctiones nostras, q̄ necessitatē esse considera-
turū, licèt auxilium nō penitus mereamur.
Hanc uineā Hebræis tradidit dominus,
ut sibi debitum amoris fructum referrent,
& peregrè profectus est. In hoc liberi arbi-
trij libertas designatur. Ita enim liberè sinit
Deus homines operari, ac si ab eis longissi-
mè distaret, cum tamen intimius in eis, quā
illi in semetipsis commorentur. Hanc liber
tatem significauit Dauid, dicens: Si mei non Psal.18.
fuerint dominati, tunc immaculatus ero, &
emundabor a delicto maximo. Hoc est, si ca
ro, & sanguis, sensualitas, & dæmon non fue-
rint mei dominati. Cuius mei? Arbitrii. Si
mei arbitrij peccata non dominentur, tunc
immaculatus ero, &c. Attendite quō ponit 20
contingentiam in peccato. Omnia peccata
ac virtutes tanquam cōtrarij exercitus cum
libero arbitrio præliantur, ut illis domi-
nentur, ipsum vero libertatem habet, ut cui
libet parti se tradat, ut, aut uitijs, aut uirtuti
bus subigatur. Et quia hæc nobis est liber-
tas, dicit B. Paulus: Humanum dico pp infir Rom.6.
mitatem carnis uestræ. Sicut enim exhibui
stis membra uestra seruire immunditiæ, &
iniquitati ad iniquitatē, ita nunc exhibete
mem-

membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem Humanum dicit, quia multo intensius ad seruiendum iustitiæ confortari deberemus, quam studueramus peccato seruire. Veruntamen propter fragilitatem carnis nostræ, dicit Apostolus se contentum esse, si pari studio, ac sedalitate iustitiæ seruierimus, qua nos vitijs tradidimus.

Cũ aũt tẽpus fructuũ appropinquasset, &c. O Deus optime maxime, qũo est hoc dñe?
21 Nos dicimus hoĩem crudelem, qui a nobis debitum eodẽ die, quo constitutum est, exigit, nec nos patit respirare. Atq; ẽt qñ unus est sterilis, solẽt creditores præcipuam reddituum partẽ remittere. Tu vero antequã tp̃s adimpleatur, iam mittis exactores, qui fructuum redditus percipiãt? De iusto dixit David. Et erit tanq̃ lignum, quod plãtatum est secus decursus aquarum, q̃ fructum suum dabit in tp̃e suo. Qũo ergo tu dñe ante tp̃s fructus exigis? In hoc voluit dominus significare, fructus quẽ aĩa Deo reddit ura est, eius tp̃s & maturitatem nõ esse qñ arbor voluerit, sed qñ dñs illum exegerit, tunc est eius tp̃s, & maturitas. Aĩæ vero nullus est annus sterilis, qui impedimento esse possit, quominus fructum suum ferat, nam gratia dñi,
22 qua mediante anima fructificant, semper in promptu est, neq; ex parte sui nobis unquã deest. Et propterea maledixit Deus ficulnea, & exsiccata est, quamuis tunc non esset tp̃s ficorum. Quare dñe illi maledicis, quia non habet ficus, siquidem nondum tp̃s illorum est? Sic (ait dñs) quia tp̃s in quo hoĩes, (qui per hanc ficulneam significantur) fructũ ferre debẽt, est, cum ego uoluero, & sic in supplicium, & commonefactionem hoĩum exsiccata est ficulnea, quæ nullum supplicium merebat, sicuti quãdo Patres sancti officij statuam delinquentis concremãt. Quod cum ita sit fratres charissimi vnusquisq; diligentissimè curet fructum ferre, qũo, & quo tpe Deus illum exegerit. Quãdo psecutionẽ, ac
23 laborem tibi immittit, tunc a te fructũ exigit patientię, & cum carnis tentationem permittit, tunc castitatis fructum petit, & cum pauperẽ, atq; egenum ad ostium tuum mittit, tunc fructum misericordiæ, & charitatis efflagitat, & sic de singulis. Prophetas, ac viros sanctos, quos Deus in populum illum misit, per eos ad illis amoris, atq; obedientiæ fructum exigẽs, inhumaniter tractarũt, a q; interfecerunt. Semper Hebræi diuinis Dei beneficijs ingratos sese præbuerunt, illaq; neglexerunt. O quoties contra Moysen in deserto consurrexerunt, & qũo tãtũ illud beneficium Manna contempserunt. Locutusq; est populus, cõtra dominũ, & Moysẽ, dicens. Cur eduxisti nos de Ægypto: &c. aĩa nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo. Attendite, qũo illum despiciunt. Quã obrẽ misit dominus in populũ illũ ignitos serpentes. Dicuntur igniti, quia hoĩes concremabant tanquam ingratos, ut siquidem dulcedinem Manna gustare, illaque perfrui noluerunt, serpentium uenenum sentirent. 24
Atq; ut quales fuerint uobis apertius innotescat, notate quod eis Amos propheta Dei noĩe dicit. Nunq̃d hostias, & sacrificia obtulistis mihi in deserto quadraginta annis domus Israel? & portastis tabernaculum Moloch vestro, & imaginẽ Idolorum uestrorũ sydus Dei uestri quæ fecistis uobis? Aperte dicit hic S. Propheta illos in deserto, qñ tot a Deo beneficia accipiebant: Idola adorasse, & quãquam adeò ingrati fuerunt acceptis beneficijs, Deus tñ addidit plura, in eos beneficia conferre, mittens ad eos plures Prophetas, ac seruos suos, qui eos commonerent, & fecerunt illis similiter. Liberet nos Deus a tãta ingratitudine. Etsi suspicor non 25
deesse modo ingratos in Christiana religione, & adeo quidẽ dissolutos, diuinorumque beneficiorum immemores, malisque moribus corruptos, vt ingratitudinem peccatum esse non iudicent. Etiam pincerna Pharaonis siquidem ingratus fuerat in Ioseph, cognouit se male fecisse, dixitq; Regi. Confiteor peccatum meum, &c. Nunc aũt multi Christiani sunt, qui ingratitudinem peccatum esse non ducunt, nec illud confitentur. Seneca etsi Ethnicus dixit. Cum ingratũ dicis oĩa mala dicis. Sicuti mare dulces aquas recipit, & salsas reddit, sic ẽt ingratus refert malum pro bono, est mare amarum, oẽm dulcedinem in amaritudinẽ conuertit. Sunt herbæ syluestres, quæ in hortis satæ, ac diligenter cultæ domesticæ efficiuntur, naturamq; suam uidentur amittere. Genista ex 26
agro deducta, & in horto insita, ita melior efficitur, & suauiorem odorem immittit, ut visu sit mirabilis. Tales oporteret esse homines quantumuis enim rudis, agrestis, asperique essent ingenij, & indolis, beneficijs exculti emolliri, melioresque effici deberent, ipsi autem uiceuersa faciunt, quia quo plura beneficia percipiunt, eo peiores efficiuntur, sunt hi infælices Hebræi.

Psalm. 1
Mat. 21
Simile.
Nu. 21.
Amos 5.
Gen. 41.
Seneca.
Simile.
Simile.

Nec verò eo quod illi tam ingrati, atque ini-
qui fuerint Deus illis beneficia tunc confer-
re cessauit, sed nouissime misit ad eos filium
suum dicens. Verebuntur filium meũ. O be-
nedictus, ac glorificatus sit talis Deus, qui
tam maledictis hoĩbus tam singulare contu
lit beneficium. Illi aũt, nec respectum, nec
pudorem habuerunt. O fratres dilectissimi
deprecor uos, ne apud Deum uerecundiam
amittatis. Vbi primum Sanson capillos per
27 didit, statim hostes eius ei fecerunt quæ-
Iud. 16. cunque uoluerunt, sic ubi primum hõ uere-
cundiam amittit, faciunt ei diaboli, quæ-
cunque credunt. Vt primum Christum redẽ
ptor noster in cruce expirauit, uelum templi
scissum est in duas partes. In quo significa-
tum est, simul accidere, uelum uerecundiæ
Mat. 27 uobis abscindi, & Christum R. N. in cor-
de uestro mori. Videte quomodo eum ue-
riti sunt, siquidem uidentes eum, dixerunt;
*Hic est hæres, uenite occidamus eũ, & habe-
bimus hæreditatem eius.* Et tanquam homi-
nes impudentes, quod ore dixerunt, opere
compleuerunt, & eiecerunt eum extra ui-
neam, & occiderunt. Dicit ergo Dñs. Quid
28 vobis supplicij mereri uñr hi iniqui agrico-
Esai. 37. læ? Aiunt illi. *Malos malè perdet, &c.* usque
ibi. *Cognouerunt quod de ipsis diceret.* O quã
meritò de his dixit S. Esaias. Venerunt filij
usque ad partum, & uirtus non est pariendi.
Peruenerunt hi, ut cognoscerent, hoc de
seipsis dici, nec tñ virtutem habuerunt, vt à
peccatis suis resipiscerent. Hoc est maximũ
malum peccatoris, qd' cognoscit peccatum
suum, & malum statum, in quo uiuit, nec
tñ ad pariendum uires habet, nec ad hoc fa
ciendum diuinis auxilijs vti vult. Adeo con
iunctum Deus intellectum uoluntati dispo-
suit, ut alter ab altera nihil distet, si quidem
utriusque una, & eadem est essentia. Et cum
29 adeò cõiuncti sint, illos passim diuidimus:
peruenimus.n. ad res intellectu cognoscen-
das, & illinc quousque eas uelimus, sunt mul
ta millia passuum: Ne hi uineam relinque
rent, ne ve dominationem, qua præualebant
in Synagoga, amitterent: Iesum Christum
occiderunt. O maledicta terrestrium rerum
affectio, quot per te peccata committun-
Gene. 4. tur? O quot in perpetuum condemnantur
ne hæc temporalia bona derelinquant. Pri
mus filius, quem peperit Eua, fuit Cain. Et
est ualde notandum, primum hominem præ
scitum in mundo nomen auaritiæ & cupidi
tatis habuisse. Nàm Cain idem est, quod ac-
quisitio, uel possessio, quod fuit prognosti-
cum, quo prædictum est cupiditatem in ma
lis hoĩbus esse regnaturã. Et ita (secundũ Io- Ioseph.
sephũ & alios.) Hic primus pondera & men l. 1. anti
suras inuenit, atque terras diuisit limites, ac qui. c. 4.
terminos eis ponens: & hac cupiditate ex- Supple.
cæcatus est, unde postea fratrem suum occi- Chrõ. l.
dit. Hæc eadem cupiditas Aegyptios obcæ- 1.
cauit, illosque arma suscipere, Hebræosque
persequi coegit, ne illos amitterent, quos in ser
uos illos habebant. Et illa cupiditate com- 30
pulsi ausi sunt, in metuendas illas maris ru-
bri aquas se inmittere, quibus absorpti sũt. Exo. 15
Cumq; infœlices illi in mari submergeren-
tur, dicit diuina Scriptura. Extẽdit manum
suam, & deuorauit eos terra. Qũo cum mari
absorpti fuerint, dicit sacra Scriptura, illos
à terra fuisse deuoratos? Quæ terra est hæc,
deuorati sunt, nisi terrenarum rerum amor? Origen.
Sic exponit Origenes hunc locum, dicens,
Amorem terræ, bonorumq; terrestrium cu- 2. Pet. 2.
piditatem perditionis illorũ causam fuisse.
Et sic B. Petrus de perditissimis quibusdam
hoĩbus loquens, dicit. Cor exercitatum in
auaritia habentes maledictionis filij, dere- 31
linquentes viam rectam, errauerunt, secuti
viam Balaam ex Basor qui mercedem ini-
quitatis amauit. Correptionẽ uero habuit Nu. 22.
suæ uæsaniæ. Subiugale mutum animal in
hoĩs uoce loquens prohibuit Prophetæ insi-
pientiam. O rem admirabilem? quod uideret
Balaam loquentem asinam (rem tam obstu-
pendam, atque in oĩbus seculis inauditam)
nec tñ a sua cupiditate desisteret, adeo illa
excæcatus erat. Et asinæ suæ rñdit, dicens:
Quia commeruisti, & illusisti mihi, ità pas-
sione sua cæcus pergebat, ut fortasse tñ mi-
raculum non aduerteret, sicut erat asinã lo-
qui, vt videatis qũo hoĩes cupiditate excæ-
cantur. His igitur qui tot medicamentis no
luerunt emendari, dicit Dñs: Auferetur in 32
vobis regnum Dei. Ingenium Dei est, res in
esse suo desinere, & conseruare qñ diu sunt
bonæ debitumq; reddunt fructum: cũ autẽ
ex hoc deficiunt, eas adimere, & euertere
consueuit. Et sic qñ Christus R. N. popu-
lum hunc succidit aduentu suo, de nouum
populum construeret, qui tantos, tamque
pingues fructus laturus erat, hoc fecit, cum
iam nihil boni erat sperandum ex tam
malis, ac infructiferis palmitibus quales in
illo populo erant. Et ad hoc propositum Luc. 3.
dicebat gloriosus Baptista. Iam.n. securis
ad radicem arboris posita. Et ad hoc ipsum

propositum. dicebat Dñs. Lex, & Propheta
Mat. 11 vsq. ad Ioannem. Tolerabat eos Deus quan
Luc. 16. diu aliquis fructus ab illis poterat sperari,
cum aũt uideret, iam nihil sperandum esse:
oĩaq; corrupta, tam ecclesiasticum, quam se
cularem statũ esse sterilem, quasi aridos pal
mites illos euertit, & tanquã agrũ sterilem
agricola combu rit, quia impedimento est,
quominus alij fructus ferantur. Etiam cum
33 Amorrhæis, & Chananæis hac mĩa vsus est.
Expectauit.n. quousq; penitus corrupti, ac
deprauati essent, vt eis terrã auferret. Et sic
Gen. 15. dixit Abrahæ. G ñatione quarta reuertentur
huc, s. filij tui, nec dum.n. completæ sunt ini
quitates Amorrhæorum. Nondum peccata
Amorrhęorum in illum punctum peruene
runt, ad quẽ peruentura sunt, vt euertantur.
Et cum hoc tps aduenit, euertit eos Deus,
populoq; suo terræ illius possessionem tradi
dit, quam postea propter ipsorum iniqtates
ab eis abstulit: Et diligẽter nos animaduer-
tere oportet Deum nondũ hunc morẽ mu-
tasse, sed eodẽ cum regnis ẽt nunc uti, dños
suos pp ipsorum peccata illis priuans. Abstu
lit Ecclesiam suam sanctam à Iudæis, & de-
34 dit illam gentibus multo quidẽ meliorem
cælestibusq; sacris illustratam, vt multo me
liorem fructum redderent, sin minus, nõ mi
rum erit, q eam nobis auferat, alijq; genti
eã tradat, quæ ipsi melius, ac studiosius ser-
Simile. uiat. Magnoperè nos Christianos huius rei
intelligentia ad Dei ministerium deuincit.
In domo cuiusdam dñi, maximè obligat fa
mulum ad fungendum fidelissimam ac dili
gentissimè munere suo, dñiq; sui ministe-
rium studiosissimè exequẽdum, uidere mu-
. Reg. nus illud alteri sublatum fuisse, vt sibi dare-
tur. Cum hoc reprehendit Natham Prophe-
ta Dauid Regẽ, dicens: Hæc dicit Dñs Deus
Israel. Ego unxi te in Regem super Israel, &
35 ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domũ
dñi tui, & vxore dñi tui in sinu tuo, dedique
tibi domum Israel, & Iudam et si parua sunt
ista, adijciam tibi multo maiora. Quare er
go contempsisti uerbum Dñi, ut faceres ma
Esa. 5. lum in conspectu meo? Quid ergo erit no-
bis, nisi ei diligentius, ac melius seruiamus.
Dicebat S. Esaias, Cãtabo dilecto meo Can
ticum patruelis mei vineæ suæ. Vinea facta
est dilecto meo in cornu filio olei. Et sepi-
uit eam, &c. & expectaui, vt faceret vuas &
fecit labruscas. Nunc ergo habitatores Hie-
rusalem, & viri Iuda iudicate inter me, & ui-
neam meam. Quid est, quod debui vltra
facere vineæ meæ, & nõ feci? Canticum pa-
truelis sui, s. Iesu Christi. Etenim Esaias fuit
de tribu Iuda, & secundum nonnullorũ snĩa
frater fuit Regis Amasiæ. Verum quis un-
quam vidit vineam plantari in cornu filio
olei? O maximum mysterium, an singulare
Dei beneficium? Cornu significat fortitu-
dinem. Et vult dicere, fortitudinem in qua
hanc vineam suam posuit, fuisse illam in
misericordijs plantare. Et satis aperte signi 36
ficatur, hanc querelam, quam hic dicit pa-
truelis Esaiæ, Iesus Christus ad nos potius,
q̃ ad Hebręos dirigi. Dicit.n. Quid amplius
debui facere, & non feci? Cum Iudęis autem
nondum fecerat oĩa, quæ poterat, & debe-
bat facere, sm quod pro sua infinita charita
te promiserat, s. se humanam naturam esse
sumpturum, pro vinea sua moriturum.
Nunc igitur cum iam pro ea mortuus est,
dicit nobis: Quid amplius debui facere? Et
si qđ ẽ oĩbus his affecti beneficijs non vinũ
quidẽ, sed labruscas, peccatorumq; amaritu
dines fertimus, iudicate ergo inter me, &
vineam meã. Et nunc ostendam uobis quid
ego faciam vineę meæ. Auferam sepẽ eius, 37
& erit in direptionem, &c. Ecce quõ vineam
hanc ex Palæstina abstulit, illamq; ad Ægy
ptum detulit, vbi tot, ac tam S. Eremitæ,
alijque quamplurimi viri eximia sanctitate
floruerunt. Aegyptijs autem in ministerio
Dei deficientibus, eam in Græciam transtu
lit. Quis vidisset Græciam tpe, quo Orige-
nes, B. Basilius, B. Chrysostomus, ac B. Epi-
phanius viguerunt? Quis leget spiritus affe-
ctum, ac deuotionem Christianorum An-
tiochiæ, & Constantinopolis, quõ ei non cõ
fringetur cor præ dolore, cum hæc oĩa in il-
lis regionibus amissa fuisse perspiciat? Qui-
bus etiam in pietate deficientibus, transtu-
lit illam in Germaniam, & Galliam, videte
autem, q̃ profligata sit nunc in illis regioni
bus. Quid ergo nos speramus, cum tã cor-
ruptis moribus simus, nisi vt ẽt nos Deus 38
manu sua dimittat, fidesque in nostris re-
gnis etiam amittatur? Captus est Rex Sede
chias ab hostibus suis, eiusque liberi in ip-
sius conspectu interfecti sunt, & postea ipsi
hostes ei oculos euellerunt. Itaque prius li-
beros, q oculos amisit. Fratres mei, sic plu-
rimis vestrum contigit, adimit diabolus
vobis filios, bonorum operum, vt sine cha-
ritate, misericordia, castitate, ac denique
sine pœnitentia viuatis, & postquam uos
laqueis vitiorum tenet apprehensos, ocu-
los

les fidei uobis curat euellere. Ecce hi infœli ces pro temporalibus bonis spiritualia reliquerunt: postea vero abstulit ab eis dñs temporalia: & sine vtriusque remanserunt. Vendit Iudas Iesum Christum triginta argenteis, & posteà sine Christo, & sine argenteis remansit. O infælices hoĩes, qui pro temporali utilitate Deum relinquunt: etenim in pœnam huius culpæ sine vtroque remane-
39 bunt. Ne simus tam supernis beneficijs ingrati, aliena pericula nos cãutos faciant: animaduertatus infidelitatis mala iam prope ad ostia nostra obrepentia propinquare: mores curemus reformare, vt nos Deus in fide conseruet, nobisque gratiam suam hic communicet, ac in futuro sæculo cęlestis gloriæ faciat esse consortes. Amen.

Sabbatho post Dominicam II. in Quadragesima.

Homo quidã habuit duos filios, & dixit adolescẽtior ex illis patri: pater da mihi portionem substantiæ quæ me contigit. Luc. 15.

1 REfert B. Lucas, ꝙ erant appropinquantes ad Iesũ publicani, & peccatores, ut audirent illũ, & murmurabant Pharisæi, & Scribę dicẽtes, q̃a hic peccatores recipit, & mãducat cũ illis. Liberet nos Deus ab hoĩb. deprauatorum uiscerũ, malitiaq; repletis: q oĩa quæcumq; uident, uitio uertũt bonorumq; hoĩum famã suis uenenosis linguis obscurãt. S. Ioannes dicit: uide
Apoc. 9. equos in uisione, & q̃ sedebãt sup eos, habebant loricas igneas, & sulphureas, & de ore ipsorũ. s. equorũ ꝓcedebat ignis, & fumus, & sulphur, & illis tribus plagis occisa est tertia pars hoĩum. Hi equi sunt homines ma-
2 læ conscientiæ, ac dissolutæ, effrænateq; linguæ, qui se malis Angelis gubernari patiuntur: quĩ, ut igne malitiæ candẽtes incedunt, sic & equos suos inflammant. Atq: hi equi Sathanæ siquidem non semper ꝓximorum
1. Co. 12. suorum famam possunt comburere, ab eorum tamen ore fumus quidam teterrimus prodit, quo illam inficiunt, & denigrant. Tales erant hi infęlices, a quorum oribus fumus, & ignis exibat, quo purissimam Saluatoris nostri Iesu Christi uitã, cœlestemque doctrinam concremare, aut saltem obscurare conabantur. Diuinus autem Magister, qui est ille, de quo Moyses dixit illum face- Deu. 32.
re potuisse, vt mel de petra, oleumque de saxo durissimo populus sugeret; ex horum malis bona modò nouit elicere. Et sic ex eorũ malitia, quasi ex saxo durissimo diuinum hoc mel, suauissimumque oleum abstraxit; quæ sunt tres parabolæ ex dulcioribus, ac suauioribus totius S. Euangelij. s. parabolã pastoris perditam ouem magno cum labore requęrentis: & mulieris euertentis totam 3
domum quousque amissam drachmam reperit: & hanc filii prodigi, de quo nunc diuina aspirante Spiritu Sancti gratia sermonẽ faciemus: quæ quidem adeò fœcunda est: tantumque peccatoribus animum addit, ut sola eius litera posset pro integra concione sufficere. Peccatoribus (inquam) animũ addit, illis uidelicet qui efficaciter a peccatis suis exire concupiscunt. Quem enim animum, aut consolationem possunt recipere, uidentes quam facile peccator hic veniam consecutus est, qui peccatis suis delectãtur, & in illis commorari volunt? Hos uocat B. Paulus, inimicos crucis Christi: quia sunt inimici misericordiæ, & iustitiæ, inquam ręsoluitur crux Christi. Et si mihi liceret dice- 4
rem illos magis, quam diabolos Christi Iesu Crucem odisse: nam diaboli eo quod admirabilem eius uirtutem, & efficaciam cognoscunt, illam execrantur. Hi verò eo qđ illam parui æstimant, eam contemnunt, & rejciunt, & idcircò omnes animę affectus, quales sunt timor, amor, spes, & reuerentia &c. qui huic pretiosæ cruci debentur, tribuunt uitijs. quæ ipsa conatur euertere. Et ideo B. Apostolus hæc vitia, horum hominum Deos appellat dicens ibidem; quorum finis interitus, quorum Deus uenter est, & gloria in confusione ipsorum. Notate uerbum illud: quorum finis interitus. Hoc est, quod lapsum, & peccatum habẽt pro fine, & hoc est quod expetunt, s. peccare & peccatum hẽnt tanq̃ Deum. Et gloria in confusio 5
ne ipsorum. Idest, honorantur, & gloriantur in rebus: de quibus eos confundi, & erubescere oporteret. Et ideo uia ad æstimandam hanc dñi misericordiam, qua hoc S. Euangelium plenum est; est cognoscere infœlicem peccati statum, a quo nos hæc diuina mĩa Simile.
liberat. Vniuersa huius parabolę mysteria explicare longum quidem esset, & malè mãdaretur, & sic non afferret tantam utilitatẽ.

Phili. 5.

Aliquot tamen principales locos illius tra-
ctabimus, qui nobis conducibiliores sunt.
Primùm igitur uideamus ex quib. radici
bus, & principijs huius adolescentis malum
dimanauit, & per quos passus in tantã pdi-
tionem deuenit. Per hunc.n. adolescentem
vnusquisq; peccatorũ significatur. In sacris
literis qui facit pueritias, & dissolutè atque
inordinatè viuit, licet diebus sit longæuus,
iuuenis tamẽ, ac puer appellatur: & sic dixit
6 Deus p Esaiã, puer centũ annorũ morietur,
Esai. 65. & maledictus erit. Qui ãt virtutes operatur
prudenterque, ac sapienter uiuunt, quamuis
sint iuuenes, dñr senes. Ita Sapiens dicit: se-
nectus.n. venerabilis est nõ diuturna, neque
annorum numero computata. Cani ãt sunt
Sap. 4. sensus hoĩum, & ætas senectutis uita imma
culata. Et prima radix, ex qua plurimi ado-
lescentes perduntur, est quam assignat hic
6. Euangelium dicens: *Pater da mihi portio-
nem substantiæ quæ me contingit.* Ac si dice-
ret adolescẽs ille: pr iã ẽ tps ĩ quo ego mei ip
sius dñs sim, & ab oĩ subiectione liberum,
& immunem me vidẽam. Ego portionẽ sub
stantiæ, quæ me contigit, liberè, & ad libitũ
volo consumere. Hoc significant uerba illa:
7 Da mihi portionem. Daniel Propheta uidit
Dan. 7. furentem leænam exeuntem a mari, quæ nul
li parcebat: & alas habebat aqlæ. Et obstu-
pẽda q̃dam res inde secuta est. s. Aspiciebam
(inqt) donec euulsæ sunt alæ eius. Et sublata
est de terra, & super pedes quasi hõ stetit: &
cor hoĩs datum est ei. Quæ est hæc ferocissi-
ma leæna, q̃ nemini parcit, nisi iuuẽtus? Alæ
ãt huius leænæ sunt libertas. Quandiu hẽt
alas ad neminem respicit; nihil in eius con-
spectu permanens consistit. Adolescentes si
sunt liberi, & absq; subiectione, Deus me li-
beret ab eis. Vis o pr ut adolescens filius tu9
in se reuertatur, & existens homo desinat es-
se leo immanis, ac furiosus? Adime eius alas
& libertatem, tuo, & non suo consilio gu-
Hie. 34. bernetur. Hier. Propheta comminationem
8 quandam dicit, quæ etsi ad aliud propositũ
posita fuit, eius tamen uerba hic optimè
congruũt. Ecce (inquit) prædico uobis liber-
tatem, ait dñs; ad gladium, ad pestem, & ad
famem. Idest, ecce ego uos moneo uiam, per
quam tanta pestis, ac malorum multitudo
venit, esse libertatem. Habes passerculum in
custodia, cuius cum naturæ proprium sit vo
lare, instantissimè innititur illinc exire, fran
git unam uirgam, & erit ualde lætus, con-
scendit in arborem, ibique garrulans com-
moratur. Qñ autem minus arbitratur, venit
aquila, aut ardea, siue alia auis rapax, & inci
dit in eum, illumq; apprehendens, percutit
& occidit. O passercule, passercule q̃ melius
ibi erat in custodia. Etenim licet uinctus, &
sine libertate, cibum tñ habebas cum securi
tate, nunc aũt nec cibum, nec uitam habes.
O adolescentes quam ad simile repræsentat
hoc quod vobis quotidie accidit, in domi-
bus parentum uestrorum. Habetis cibos, &
occasionem seruiendi Deo, & vr̃ uobis eius
domus custodia, & carcer, magnopere desi-
deratis, ac dicitis: qñ o ab hac seruitute exi- Psal. 80.
bo? & tandem abitis. Venit postea auis quæ
dã rapax: uenit occasio, & perdimini. O fra-
ter, aut soror q̃ cõducibilior tibi esset liberta
te subiectio, ne totum uitæ tuæ tps cũ igno-
minia traduceres. Terribile, ac formidolosũ
Dei supplicium est, quod dicit per Prophe- 3. Re. 12.
tam his uerbis: dimisi eos s̃m desideria cor
dis eorum: Ibũt in adinuentionibus suis. Ma
ximũ supplicium est q̃ te sinat Deus abire
quò uolueris, s̃m desiderium uolũtatis tuæ.
O fratres charissimi, per reuerentiam Dei
uos rogo, ne libertatem expetatis, est enim
radix ex qua plurima mala proueniunt.
Et dimisit illis substantiam. Et hoc signi- 10
ficat, Deũ cũ vniuscuiusq; uolũtate concur-
rere, non ãt illam ad malum inclinat. Largit̃
pecuniam, nõ vero consilium. Ad bonũ aũt
largitur uires, & voluntatẽ inclinat, dat pe-
cuniam, & consiliũ. Et sic filio prodigo quũ D. Th. 1
uellet abire, dedit pecuniã non vero consu- pa. q. 19.
luit, ut abiret. De hoc vide D. Thom. Cum ar. 9.
hac libertate, & pecunia profectus est in re- Iosue 2.
gionem longinquã. Dixerunt duo explora-
tores, quos misit Iosue ad Raab. Qui ostiũ
domus tuæ egressus fuerit, sanguis ipsius e-
rit in caput eius. Hoc possumus dicere filio
abeunti a cõspectu patris sui, & illius a quo
reprehendi, & admoneri poterit, quod si ma 11
lum ei contigerit, satis illo dignus erit. O in-
quot, ac q̃ta infortunia incidit adolescens
hic, qui a domo patris sui egressus est, nec
vero in illis suis remediũ inuenit, quousque
ad illam reuersus est. Figuræ, quas faciebat
Dædalus, adeo pulchræ, ac perfectæ erãt, ut
mouerent, ambularent, ac uiuæ esse videren
tur. Huius tñ motionis causa erat, q̃a funi-
bus quibusdã alligatæ erant, quibus moue- Simile.
bantur, quib. deficientibus non mouebaǹ-
tur amplius. Sic plurimi pp̃ bonorũ homi-
num consilia, & societates boni sunt, defi-
ciente autem sancta conuersatione, statim
exci-

excidunt, nec amplius commouentur. Quapropter fratres curate ne ab illis recedatis, ne sicut figuræ Dedali sine funibus maneatis. Attendite seruos Dei, suis sanctis exemplis, atque admonitionibus imbecillos hoĩes quasi funibus apprehendere, illosq; in Dei ministerio incedere facere, qui quidẽ absque hoc auxilio ne passum quidem in uia uirtutis ambularent. Hõ quidam cupiebat inimicum suum occidere, quod ut melius simu-
12 laret, ingressus est in quandam religionem, cumq; illa mala intentione introisset, bona religiosorũ familiaritate, & exẽplo concitatus, odium, quo inimicum suũ prosequebať, amisit, atque in monasterio perseuerauit, & optimus religiosus fuit. Postquam aũt hõ à viris probis recedit magis audent diaboli eum concutere, & euertere. Quod significa-
Psal. 37. uit Dauid dicẽs. Amici mei, & proximi mei delõge steterunt, & uim faciebant, qui quærebant aĩam meam. Postq̃ (inquit) iusti, quibus cum ego cõuersari consueueram, à me recesserunt, maiorem audaciam receperunt inimici mei diaboli aduersum me. Contra vero vnus hõ ab altero malo magnopere so-
Nu. 33. let peruerti. Idcirco dixit Deus Moysi, præ-
15 cipe filijs Israel, & dic ad eos. Qñ transieritis Iordanem intrantes terram Chanaan, disperdite cũctos habitatores terræ illius, &c. Sin autem nolueritis interficere habitatores terræ, q remanserint, erunt uobis quasi claui in oculis, & lanceæ in lateribus. Idest, illi uos peruertent, aĩasq; vestras excæcabunt, efficientq; ut sitis idololatræ, sicut, & ipsi. O q̃ diuina exaggeratio, & quã ad literam hoc quotidie experiuntur, qui malis conuersationibus utuntur. O quam acriter reprehendit
2. Part. 19. Iehu regem Iosaphat, eo quod iniquo regi Achab coniunctus fuerit dicens. Impio præbes auxiliũ, & his, qui oderũt dñm amicitia iungeris, & idcirco iram quidẽ Dñi mœrebaris, & Esaias aspere reprehẽdit Hebræos,
Esa. 1. 14 q cũ gentib. cõuersabantur, dicẽs, vinũ tuũ mistũ est aqua. Sicuti vinũ aquæ cõmistum uirtutem perdit, sic ẽt bonus malo coniunctus rectitudinẽ amittit. Talis fuit hic adolescens cum malorũ hoĩum conuersatione. *Et dissipauit substãtiã suã uiuẽdo luxuriosè.* Hoc aduerbiũ luxuriosè, maximã quãdam morũ deprauationẽ dissolutione, atque impudicitiã denotat. Hõ huic uitio deditus tã modicam uerecundiam, & sensum habet, quasi immanis bellua. Præcepit Deus Moysi dicens. Tolle cunctos principes populi, & suspẽde eos contra solem, in patibulis, vt auertatur furor meus àb Israel. Cõtra solem (inq t) vt siq dem publice peccarẽt, eorũ supliciũ oĩb. innotesceret, q a cũ Moabitidib. fuerant fornicati. Cumque vniuersus populus deploraret, atque a Deo mĩam postularet, tñq; de carnalib. hoĩbus supplicium sumeret, tũc, dicit ibidẽ sanctuus Textus, & ecce unus de filijs Israel intrauit corã fratrib. suis ad scortũ Madianitidẽ uidente Moyse, & oĩ turba filiorum Israel, q̃ flebant ante fores tabernaculi. Videte quæ bestia plus facere, q̃ tantam turpitudinẽ, tali tpe, & corã talibus ac tantis uiris. Credite mihi, nimia dissolutio, ac deprauatio in hoc peccato, est aliorũ peccatorũ pœna. Sic dicit Spiritus sanctus his verbis. Iuueni amariorẽ morte mulierẽ, quæ laqueus uenatorum est, & sagena cor eius, vincula sunt manus illius, qui placeat Deo, effugiet illam, qui aũt peccator est capieť ab illa. Ecce quot noĩbus illam appellat. O miserũ illum, qui in tales laqueos, & retia incidit, diligẽter notate qũo hic uocat Spiritus sanctus dæmones venatores, ut significet quãtopere pditionem nostrã, quasi venatores uenationis cupidi, concupiscunt: quorum laqueos dicit esse mulieres. Et sup oĩa animaduertite qũo dicit, qui aũt peccator est, capietur ab illa. Carnifex quo Deus vtitur ad peccata tua puniẽda est, permittere, vt in muliercułæ cuiusdam uanæ manus incidas, vt quæcunq; voluerit tibi faciat, & vix possis ab illa euadere, cumq; grauitatẽ, atq; honorẽ tuum illius cã perditum videas, nec tñ illã effugias. Cumque mille amarissimas potiones ab ea accipias, & reprehendaris, atq; admonearis, nihil tñ istorũ prodest. O miserum te? q̃ meritò potes dicere. Hæc sunt peccata mea, quæ me in hanc tyrannidẽ induxerũt: meq; in tam crudelẽ carcerẽ, sicut vnius mulieris manus incluserũt, atq; in hanc asperrimam seruitutem adduxerũt. Signum est maximã esse tyrannidem mulieris super hoĩem, siquidẽ Spiritus sanctus illam in peccatorũ eius pœnam maximã assignat. Quando in sacris literis uerba duplicantur, maxima fit exaggeratio. Et siquidẽ hoc dr, laqueus, sagena, & uincula, maximã denotat exaggerationem, ingentemque esse mulieris tyrannidẽ significat. Videte quantopere hoc uerum sit, siqdẽ cum possit hõ Sathanam effugere, Christianus quidam dicit, non possum me ab hac muliere liberare; intelligo quippe illam esse diabolum.

Marginal notes (right column): 15 (beside "res tabernaculi"); Eccl. 7. (beside "ctus his verbis"); 16 (beside "tor est, capietur"); 17 (beside "Signum est").

Facta est fames ualida in regione illa, & ipse capit egere. Hoc significat maximā esse famē ubi est peccatum. Patet. Detē regio, in qua non seratur, nec pluat, nec in ea sol oriatur, nec aliūde ad eam alimenta ferātur, quo fieri potest qui in ea maxima uigeat fames; uniuersa aīa cōmorās in peccato est huiuscemodi. Primū in ea nō seritur. Quid est serere; uirtutes opere exercere, ieiunare, orare, eleemosynā erogaret. Sic serebāt sancti:
18 Euntes ibāt, & flebant mittētes semina sua:
Psa.142. q sic serit fœlicē habebit Augustū. Sic dicit Oseas, seminate uobis in iustitia, & metite
Oseę.10 in ore miæ. Mia Deus est, sic dixit Dauid: Deus meus miam mea. Colligemus ergo,
Psal.58. & metemus in ore Dei: cum dixerit, uenite benedicti Patris mei, percipite regnū, &c.
Ma.25. quia esuriui & dedistis mihi manducare. Ecce quō, quia opera iustitiæ seminamus, metemus in ore miæ. Cum autem peccatores
Simile. nō serant, ergo nō metet. Si quenq̄ uentum serere uideretis nonne illi diceretis? O miser uentum seris? qd ergo metes nisi turbinem atq; tēpestantes? seris honores, gaudia, ac uo
Oseæ.8. luptates? uide igiur q̄ dicat S. Oseas. Quia
Oseę.10. uentum seminabunt, & turbinem metēt. Et
19 alibi arastis impietatē, iniq tatē messuistis, comedistis frugem mendacij, quia quidcūq; ex peccato elicitur, est fraus, & mendacium. Præterea nō oritur sol, nec pluit in conscientiam peccatoris. O Deus æterne quam arida est anima in peccato? Amouet Deus radios
Psa.142. suos ab illa, non pluit in illam gratia, qualis
Psal.76. remanebit? Talis erat aīa Dauidis cum dicebat: anima mea sicut terra sine aqua tibi. Quia pluuiam uoluntariā segregabis Deus hæreditati tuæ. Aīa uero cōmorans in peccato mortali est hęreditas Sathanæ. Videbi-
Psal.67. tis aīam, quæ prætermittens unū diē, in quo nō audiat missam, pditā se, atq; peccatricem iudicat, & alia eris, q̄ si semel missam audit,
Esai.5. in totū annū illā sibi satis esse dicit. Hoc cō-
20 minatus est Deus p Esaiam prophetam malam illam hæreditatem dicens: mandabo nubibus ne pluant sup eam imbrem. Sic ēt his nec concio, nec bonus sermo, nec bonū consilium, nec bona familiaritas, nec denique quidam bonum assidet. Oīa illis prætereunt quasi nubes imbrib. onustæ, quæ in aliam regionē exorādę uadunt. Vbi ergo hæc sunt omnia, merito dici pōt, famen, sterilitatem, atq; uniuersam esse necessitatem. Nonne me
Gen.41. ministis quod dicit in lib. Genesis, facta est fames in uniuersa terra, nisi in Aegypto, ubi erat S. Ioseph. sic est uerum, q̄ in omni loco est fames, nisi ubi est Iesus Chrs filius Dei. Vbi hic habitat, illic est quies, saturitas, ac uera uoluptas. Vbi autē non est, nihil aliud Chryso.
esse pōt, nisi egestas, & inopia, atque idcirco adolescens iste cępit egere. B. Chrysostomus super hunc locum uerba quædam notatu dignissima dicit. Filium data fecit egere substantia, q̄ diuitem seruabat negata, ut penes se deficeret habendo, qui penes patrem abundauerat non habendo. Maximū, atq; uerissi 21
mum mysterium est hoīem reb. illis esse diuitem, q̄ sibi denegantur, pauperē uero illis q̄ conceduntur. Ecce hunc iuuenem, qui qa segregatus a patre in sua libertate uoluit uiuere, in tātam necessitate deuenit. B. Aug. di- August.
cit arborem a Deo Adę uetitā, uocatā fuisse arborē sciæ boni, & mali. Nō qa fructꝰ illiꝰ arboris proprietatem aliquā hr̄t ad docendū sed qa cū Deus eā obediētiæ suæ materiā fecisse, & legis, necessum erat, q̄ qui nollet bonum a malo discernere, p pręceptū descriptu rus erat experimentum, ut tangendo uetitū inueniret supplicium, & ubi primū ab illius superni patris obedientia recederet, suis pro prijs malis intelligerȩt quod ipsius patris indulgentijs, atque auxilijs noluit intelligere, 22
& hoc est, cæpit egere. Ad quod etiam pensandum est, quod commendans Deus legis suę obseruantiam, addit dicens, ut bene sit tibi, potest.n. uobis mundus extra Deum mō- Deu.5. & 12.
tes aureos polliceri; rerum tn̄ uicissitudo ita circunferetur, ut tandem cognoscatis, extra Deum nihil esse preter famem tantāq; penuriam ut porcarij esse cōpellamini. Hic ēt per- Chrys.
pendit Chrysostomus, cari stetisse huic adolescenti porcarij munus; siquidem illud uniuersis diuitijs suis cōparauit. Et idem nunc nobis passim accidit, quia dato, & non accepto pretio, misere se homo uendit seruituti

In se autem reuersus &c. Super hoc notādum est ī sacris literis duas res reperiri, quæ cōtrariæ esse uñr. Altera est, hoīem bonorū, conuersionisque suę causam esse. Altera est, 23
sine Dei uolūtate, nec arboris, quidem foliū commoueri. Patet hoc, quia fides est donum Dei sicuti docuit B. Paulus dicens gratia. n. Eph. 2.
estis saluati per fidem, & hoc non ex uobis: Dei.n. donum est. Nō ex operibus, ut ne qs glorietur. Et ualde notandum est per magnam exaggerationem in sacris literis iustificationem fidei attribui, non uero amori, aut operibus, quasi significando q̄ deberet esse impossibile, quin Deum tanquam

Deum,ac dñm,ineffabiliaq; beneficia, quæ
ab illo accepistis , credentes , hunc bonum
Deum non amaretis , iudicãdo ubi est fides
ibi etiam & amorem esse oportere. Et tñ sæ
penumero dicebat Christus Redemptor no
ster in S. Euangelijs: fides tua te saluam fe-
cit,& hæc est victoria,quæ uincit mundum,
fides nostra. Ecce quõ fides iam nostra,& do-
1.Ioa.5. num Dei dicitur. Præterea quid magis pro-
24 prium est Deo, q̃ peccata dimittere,peccato
res que ad se conuertere,atque illum a quodã
luxuriæ,cupiditatisq; igne abstrahere? Non
minorem in hoc potentiam , quam in Iesu
Ephe.1. Christo filio suo suscitando Deus ostendit.
Et sic dicit B. Paulus. Nõ cesso gratias agens
pro uobis memoriam vestri faciens in ora-
tionibus meis,ut Deus Domini nostri Iesu
Christi pater gloriæ, det uobis spiritum sa-
pientiæ,& reuelationis,in agnitionem eius,
illuminatos oculos cordis uestri, ut sciatis
quæ sit spes uocationis eius & quæ diuitiæ
gloriæ hæreditatis eius in sanctis, & quæ sit
supereminens magnitudo uirtutis eius in
nos,qui credimus ſm operationem poten-
25 tiæ virtutis eius,quam operatus est in Chri-
sto,suscitans illum a mortuis. Attẽdite quõ
dicit se Deum exorare, ut illis spiritum sa-
pientiæ, & huius rei cognitionem cõcedat,
& eorũ oculos illuminet,vt vocationis suæ
magnitudinem sciant,diuitiasq; probitatis,
hæreditatisq; promissæ & magnitudinẽ po
tentiæ Dei in adducendo nos ad cognitionẽ
sui,quæ quidem nõ minor est, quam ea qua
vsus est cum Iesu Christo filio suo,suscitans
eũ a mortuis. Et licet hoc tam sublime, diui
Zach.1. næque omnipotentiæ proprium sit opus; p
Zachariam tamen dicit:cõuertimini ad me:
ait dñs exercituum,& conuertar ad vos: di-
cit dñs exercituum. In quo vr̃ conuersionẽ
hoĩs opus appellare. O ineffabilem Dei pro
bitatem? ecquis huius tanti, tamque boni
Domini amore nõ capitur? Scitote fratres
quod attribui peccatoris conuersionem ali-
qñ homini,aliquando Deo, est vrbanum se
26 Deum erga hoĩem ostendere sicuti cum duo
viri paris conditionis consuescunt: Tu hanc
rem præclaram fecisti: dicit alter, non feci,
sed tu fecisti: tanti Deus hoĩem æstimat, ut
ei dicat; Tua est fides:tua est cõuersio. Qđ
est plusquam cœlum terramq; creare. Non
est mea fides , neq; conuersio Dñe; sed tuæ
diuinæ potentiæ. O mirificam consideratio
nem,ꝙ attribuit sacra scriptura Dei poten-
tiam homini,ut illum honestet. Atq; etiam
dicitur homo se conuertere, quia ipse cum
liberi arbitrij libertate concurrit: quamuis
Deus ilum ad hoc cõmouet, sicut usus est
cum hoc peccatore mittẽs famem, qua tor-
queretur,eiusq; mentẽ illuminans,quo pec-
catum suum cognosceret,patrisq; sui boni-
tatis recordaretur, & sic ad conuertendum
se ad illum animaretur: O fratres charissimi
siqs hic adest sicut hic iuuenis, qui sit extra
domũ patris sui porcos depascẽs: erubesci-
te passionum , sensuumq; uestrorum seruos 27
esse,& perinde Sathanæ obedire. Attendite Psal.9.
quantum tpis sit: ex quo vos Deus per pro-
phetam Dauidem inuitat cum dicit:conuer Psal.6.
tantur peccatores in infernum,& alibi,con-
uertantur,& erubescant ualdẽ uelociter. O
admirabilem exaggerationem,ꝙ uocat Spi
ritus sanctus statum peccati mortalis infer-
num. Et sic dicit;erubescãt iam peccatores,
qui in isto inferno commorantur, & cõuer-
tantur valde velociter,quia mox etiam,sero
est: ò ineffabilem Dei probitatem? quam sin
gulare est hoc exemplum hominib. cupidis
vltionis,etenim cum Deus sit in omnib. of-
fensus,ipse tamen ad ostia nostra uenit,nos- 28
que ut pacem amplectamur,in eiusq; amici
tiã redeamus,deprecatur. Si qui alium læsit,
aut seruus,qui dñm suum offendit, veniam
petiturus accederet, intercessoresque ad illã
impetrandam adhiberet, iustitia, & ordo
seruari videretur. Læsum autem, & dominũ
infinitæ maiestatis ab offensore suo pacem
exposcere,atque vt faciem suam ad eum cõ-
uertat,hoc humanum iudicium a suis ter-
minis abstrahit. Hoc igitur significat, con-
uertatur peccator,&c. Non obliuiscebatur
bonus pater laboris filij sui; & ideò illum
fame, atque inspiratione iussit accersiri. Hier.3.
Hoc significauit Deus per Hieremiam Pro
phetam dicens,recordatus sum tui miserans
adolescentiæ tuæ. Multum prodest quenquã
aliquando bonum fuisse,in altiori n. peccaa-
toris somno,ac maioribus peccatis recorda
tur Deus illum aliquando bonum fuisse, & 29
in via eius ambulasse. Idcircò(ait dominus)
uolo tibi auxiliari saltem quia aliqñ fuisti
meus,& domi meæ uixisti, atque aliquid in
te habui.

Et surgẽs uenit ad patrem suum. Iam co-
gitare potestis quam horridus, immundus,
ac desiguratus ueniret. Bonus aũt pater illi
apertis brachijs obuiam exijt, & cecidit su- Simile
per collum eius. Habet dominus auiculam
in manu, si forte ab eo fugit, quã solicitè il-

lam perquirit,& insequitur, ut eam recupe-
ret,quæ si ad eius manus reuertitur,non illã
exasperat, nec cædit, sed illam optimè tra-
ctat,ac cibat,vt si aliqñ iterum ab eo reces-
serit,indulgentijs, ac beneficijs attracta, ad
eius manus redire meminerit. O fratres quã
solicitus incedit Deus peccatorem quęrens,
qui eius manus aufugit: & cum venit, non
eum exasperat,sed mitissimè, atq; suauissi-
30 mè recipit, delicateque tractat meliores illi
cibos,quos habet prębens:siqdem semetip-
sum ei p̃bet. Ecce quõ huic indulget. Quõ
enim indui iubet,illiq; conuiuium facit. Ci
i.Re.18 tò proferte stolam primam. Cùm Dauid ui
ctoriam a Philistęo reportauit, ut rusticis,
& agrestibus pastoris uestibus ueniebat in-
dutus, vestijt illum Ionathas uestibus suis
regijs,quib. ipse erat ornatus. Et ita dr̃ ibi-
dem. Conglutinata est anima Ionathę, aĩæ
Dauid,& dilexit eum Ionathas quasi aĩam
suã. Nam expoliauit se Ionatha tunica sua,
qua erat indutus,& dedit eam Dauid;& reli-
31 qua uestimenta sua, usq; ad gladium,& ar-
cum suum,& usq; ad blatheum,quo erat p̃-
cinctus. Hoc facit quotidie Iesus Christus
cum uerè pœnitentibus,qui lapidibus dolo-
ris ex cordis sui pera detractis,dæmonẽ uin
cunt,peccatumq; occidunt:etenim sordidis
uitiorum vestibus illos exuit, pretiosisque
indumẽtis,quæ sunt diuina eius dona,exor
nat,atq; ad mensam suam inuitat. Sic polli-
Esa.58. cetur per Esaiam prophetam dicẽs:sustollã
te super altitudines terræ,& cibabo te hære-
ditate Iacob patris tui. Hæc eleuatio non est
corporalis, sed spiritualis. Sicuti hõ a Deo
diuinis donis locupletatus super oĩa terre-
Simile. stria subleuat̃. Qui reperit pretiosos cibos
statim glandes,quæ sunt porcorum escæ, à
manibus dimittit. Ita ẽt q a Deo inuitat̃ ad
pretiosos eius cibos,cum dulcedine, ac sua-
uitate cœlesti,quæ est hæreditas Iacob, per
Luc.1. quem vniuersi iusti intelliguntur. Et sic di-
32 xit Angelus: regnabit in domo Iacob in ę-
ternum,ideſt;in iustis. Hæc igitur hæreditas
Iacob,qui sunt iusti,est cælum. Et his cœle-
stibus saporibus,atq; suauitatibus depascit
Deus conuiuas suos.

Filius autem maior,qui semper in patris
sui obedientia perseuerauerat,uidens quan-
to cum gaudio,atq; festiuitate pr̃ suus perdi
tum filium exceperat, indignatus est. Sed
pater piissimus suauibus, ac mollibus uer-
bis eum mitigare curauit. Vt.n.dr̃:respõsio
Pro.25. mollis frangit iram,sermo durus suscitat fu
rorem. Et quanuis eum pater placabat: ipse
tñ conqueri non cessabat dicens. *Ecce tot an
nis seruitio tibi, &c. Sed postq̃ filius tuus hic.*
Perpendite qũo dedignatus est dicere:frater
meus;sed dixit:filius tuus. Pater verò ut fi-
lium ad fratris sui amorem inclinaret, non
dixit ei,filius meus: sed frater tuus quo illũ
alliceret,ut eius bono, & redditu gauderet.
Filius vt patris sui in fratrem furorem con
citaret, dicebat ei: *Deuorauit substantiam
suam.* Sed pater, ut filium ad fratrem suum 33
diligendũ concitaret,dicit illi: *Frater tuus
hic mortuus erat.* Non uidebatur hic frater Exo.32
per uiam Moysi ambulare:cui cum Deus di
ceret: descende peccauit populus tuus &c.
respondit dicens: cur Domine irascitur fu-
ror tuus contra populum tuum? Deus illũ
vocat populum Moysi,vt nequaquam eius
curam deponeret:Moyses verò populũ Dei
illum appellat,ut eum ad populi compassio
nem,atque amorem alliceret. Tales oportet
esse orationes nostras,quibus Deum ad mi-
sericordiam,non verò ad iracundiam popu
li prouocemus: exorantes vt illius curam ge
rat: siquidem suus est. Aduertamus ergò fra
tres charissimi hanc parabolam directam es 34
se ad hoc,ut maximam Dei misericordiam
cognoscamus; atque ex illa fructum perci-
piamus,omnesque peccatoris ad hunc diui
num patrem conuerti cupiamus: & non so
lum non indignemur,sicuti faciebant pha-
risæi propter remedium peccatorũ,sed nos-
metipsi diligentissimi ministri huius pij o-
peris simus,non cessantes die, noctuq; illos
docere,& admonere,vt a peccatis suis exeãt,
atque ad cœlestem patrem suum conuertan Ezec.4.
tur: Ezechieli dixit Deus: & tu fili hominis
sume tibi laterem,& pones eum coram te, &
describes in eo ciuitatem Hierusalem. Res
mysteriosa fuit Deum S. Prophetæ præcipe
re,ut in terreo latere ciuitatem describeret.
Hoc fecit ad significandum,licèt proximus
tuus sit later,& terra: te tamen in eo imagi
nem quandam illius cœlestis Hierosolymæ 35
posse depingere. Quod cũ ita sit frater cha-
rissime,ne defatigeris in hoc sancto opere;
admirabile namq; lucrum est in perdita ani
ma curanda,& adiuuãda,ut a peccato exeat
Dominus,ac Deus pater luminum nos illu-
minet. Vt omnes efficacissimè hoc facere
sciamus,siquidem est opus tam meritorium
gratiæ,atque gloriæ,ad quam nos perducat
Iesus Mariæ filius. Amen.

Domi-

Dominica III. In quadragesima.

Erat Iesus eiiciens dæmonium, & illud erat mutum. Lucæ. 11.

1 IN hoc primo verbo detegitur error maximus, q uersatur in mundo. venit pdicator quidã in hunc populum uitiaq; euellere, diabolosq; , q peccatoribus dominãtur, conatur expellere, & ad hoc uidebitis eum libros euoluere & uidere quid dicat talis doctor, aut talis, &c. Et uidebitis eum in pulpito proclamãtẽ, & quasi effundẽtẽ uiscera, totumq; munus suum iam confecisse existimat, cum tamen præcipuum prætermiserit; etenim antequam librum aperiret, nec litteram legeret, oporteret eum ante Iesum Christum uerũ animarum medicum se prosternere, humillimèque ac confidentissimè illum exorare & dicere: Domine tu, qui me in hunc populum uenire decreuisti, atque hoc manus exercere uoluisti, per labores, & amorem, quo horum, qui me audituri sunt, aĩas redemisti, te suppliciter de
2 precor, ut mentem meam illuminet, quo intelligam quid spirituali eorum saluti conducibilius sit. Dirige linguam meã, efficaciaq; mihi uerba concede, ut quod illis magis profuturum est dicam, eorũ corda mollifica, ut in eis tua cælestis doctrina imprimatur. Dr̃ cuidam prælato: Aduerte illum hominem turpiter, ac flagitiosè uiuere, cuius tu rationem redditurus es? attende tibi de cœlo pro-
Ezec. 33 clamari dicendo illud Ezechielis. Tu fili hominis speculatorem dedi te domui Israel. Si eo q illum nõ admonueris in iniquitate sua morietur sanguinem eius de manu tua requiram. Videbitis quomodo prælatus statim diligentiam adhibet, considerans, quomodo eius uitia probabuntur, & alios huc, alios il-
3 luc mittit ministros, ut puniatur delinquẽs, pcipuum uerò prætermittit, quod est ad uerum pastorem confugere, cui æternus pater virgam, & potestatem tradidit sup cœlum, & terram, & dicere illi, tu dñe Deus meus es omnipotens, nisi tu ouem hanc, quem per distani credo incedere illuminaueris, & in uiã tuam direxeris, quid ego facere potero? venit confessarius, & sedens, hunc, & illum audit, ac reprehendit, &c. Et omnia, quę debuit se fecisse arbitratur, & tamẽ præcipuum reliquit, q est antequam auditurus accederet, se corã Iesu Christo prosternere & dicere. Domine Deus meus, qui ut Sanctos Apostolos tuos auditores pœnitentiarios instituere Spũm sanctum tuo diuino flatuin illos infudisti, ut ego cognoscerẽ, nisi tu hos flatus nobis immiseris, nec illos animarum suarũ uulnera esse detecturos, sicut oportet, nec me præbiturum esse necessaria medicaméta, p tua diuina uulnera te deprecor, ut tuis cęlestibus auxiliis nobis spires, ut hanc rem optimæ perficere ualeamus. Es tu paterfamilias, 4
& uides in liberis tuis quoddã malũ: statim uociferaris, statim rixaris: nec scis prius in angulum domus tuæ te recipere, dicens pater æternæ, tu, qui es uerus pater horũ liberorum, quos mihi dedisti tu, qui per tuum unigenitum filium nos docuisti, ut te patrẽ pleno ore uocaremus, dicentes, pater noster; occurrere Domine malis initijs, quæ in his pueris animaduerto. Hic sequitur q cum prædicatores prædicemus, & proclamemus, parum tñ aut nihil proficiamus: & cũ prælati, atque gubernatores magnam diligentiam adhibeãt, paucis tamen, aut nullis uitijs obuient. Et cũ auditores pænitentiarii sæpenumero, & multis annis unos, & eosdem homines audiant, nec tamen illos meliores efficiant. Et sic de singulis. Venite igitur fratres 5
& hanc admonitionem audire.

Erat Iesus eijciẽs dæmoniũ. Nec uero qsq̃ discipulorũ eius, sed ipsemet illum expellebat. Qui diabolum eiecturus est, animæq; remediũ adhibere potest est Iesus Christus, q nisi huic operi manus applicuerit, incassum sunt labores, diligentiæque uestræ. Qñ ergo aliquẽ peccatorem dęmoniacũ curare uolueritis, prius ad Iesum Christũ crucifixũ cõfugite. Veni mecũ (dicite) Dñe potestatum, cordiũ deprædator, atq; uoluntatũ strenuus excitator, sine te enim labor & diligentia nr̃a erit quasi aerẽ uerberare. Ideo B. Paulus dicit: sic pugno, nõ quasi aerẽ uerberãs. Sẽper 1. Co. 9.
.n. diuinum auxiliũ secũ deferre curabat, & 6
S. Iob. Quis põt facere mundum de immundo conceptũ semine? nõne tu, qui solus es? Iob. 14.
Qũo igitur tu hoc opus sine diuino auxilio conaris efficere? O patres mei si ita animarũ correctio ageretur, quot aĩæ a peccato exirẽt? Quũ Deus uniuersam terrã diluuio purificare uoluit, rupti sunt oẽs fontes abyssi, & cataractæ cœli apertæ sunt. Itaque cęlestibus, terrestribusque aquis facta est purificatio. Sic etiã ad purificandas animas cælestia Gene. 7.
auxilia oportet inuocari, quibus terrestres dili-

diligentiæ debent commisceri. Sic faciebat
Psal. 50. Sanctus Dauid, qui dicebat: spiritu principa
li confirma me. Docebo iniquos uias tuas,
Simile. & impij ad te cōuertentur. Exit agricola in
areā, vt triticum uentilet, granumq. in unā,
& paleam in aliam partem inijciat, sed cum
uideat uentū nō flare, reuertitur domū suā.
Ecquid reuerteris? ait ille, quia cū tanto ca-
lore sine venti flatu, frustra erit triticū uēti-
7 lare. O diuine flatus, ô vēt⁹ Spūs sācti, nisi tu
spiraueris, frustra sunt diligētiæ nostrę, nec
granū a palea sufficiēt segregaē. Hoc est pec
catorē a peccatis suis nō poterunt reuocare.

Et cū eiecisset dæmonium &c. Sciendū est
uobis, neq; Angelum, neque diabolum aīæ
substantiā, & essentiā posse introire: hoc.n.
soli Deo competit. Pro quo est notandum,
quod quemadmodum in rebus corporalib.
videamus vnum corpus non posse aliud pe-
netrare, nec in illud infundi, idest, unus la-
pis non pōt in alium lapidem introire, nec
lignum in alterius ligni substantiā pōt in-
fundi, sic ēt res spirituales non possunt una
in alterius essentiā infundi nisi solus Deus:
Simile. Etenim quemadmodū lux & solis radius in
crystallo, vt in clarissima aqua illam pene-
trat, ac clarificat, sic ēt Deus in aīæ, siue An
8 geli essentiam indicibili quodam modo in-
funditur & illam illuminat, atque clarificat.
Itaq; vnus Angelus non in alium quidem
Angelum, neq; in animam ualet introire. Et
Psal. 33. sic Dauid dicit: immittit Angelus Domini
in circuitu timentium eum. Et textus He-
bræus dicit: Angelus Domini ponit castra
sua in circuitu timentium eū, quod est idē,
quod immittit. Idest, operationes suas, atq;
diligentias in circuitu animæ facit, verunta
men illā nequit introire. Et idem necessario
de diabolis dicendum est, qui licet in ani-
mam ingredi nequeant, possunt tamen in
ea multas operationes causare. Et sic Dauid
dicit; intrauit sicut aqua in interiora eius.
Psa. 108. Accidit uobis in hieme aqua frigida manus
Simile. abluere, & dicius: proh Deum immortalem
9 quō hæc aqua me penetrauit. Quo fieri po-
test te ab aqua fuisse penetratum, siquidem
extra palmam remansit? uolo dicere. Humi
ditatē, & frigiditatem aquæ me penetrasse,
& intra uenas ingressam fuisse, sic dæmō di
citur in animam introire, quia eius frigidi-
tas, malitia, superbia, ac denique turpitudo
in illam ingreditur. Hæc est pura ueritas. In
trauit sicut aqua in interiora eius. Interius
hominis est anima, quæ quidē diaboli qua-
litatés in se recipit, & dæmoniaca remanet,
atque quodammodo effecta diabolus. O pec
catum quot mala gignis in anima, & quam
parum sentiūtur. Dixit Christus redemptor
noster. Videbam Sathanam sicut fulgur de Luc. 10.
cœlo cadentem. Non solum voluit in hoc si
gnificare Dominus impetum, quo præcipi-
tatus cecidit, sed perditionem etiam, ac de-
trimentum, quod in anima operatur. Sicuti Simile.
si fulgor in gladium incidit, ferrum in cine 10
rem conuertit: vaginam indemnem relin-
quens, ac si nihil unquam tale contigisset.
Sic cadens dæmō cum sua malitiā animam
per peccatum occidit, nec uerò hæc mors ex
terius apparet in carne, quia tam pinguis,
ac decorus sicut anteà remanet. Et ex omni-
bus malis, ac incommodis, quæ diabolus in
hoc homine fuerat operatus, quæque in om-
nibus corporibus, quibus potest, efficit, præ-
cipuè animabus intendit efficere, illasque
perdere conatur, sicuti uiceuersa quæcunque
Deus corpori beneficia confert, sunt pro-
ptèr animam: diabolus autem corpora con-
torquet: ut patientiam, atq; virtutem animę
amittāt. Quot mala fecit corpori S. Iob, fue Iob. 2.
runt, ut inde in animam defluerent. Permi-
sit illa Deus, ut ex hoc intellegeremus tot 11
mala diabolum in anima operari, quot nul
la hominum lingua poterunt explicari. De
nique ita desolata, atque diruta remanet hu- Esai. 1.
iuscemodi anima, sicuti dixit Esaias, reman-
suram esse Hierosolymā in his uerbis: relin-
quetur filia Sion, sicut umbraculū in uinea:
& sicut tuguriū in cucumerario: & sicut ci-
uitas, quæ uastatur, qualè remanet tuguriū
uindemiata uinea, aut cucumerario, totum
dissipatum, & effectum serpentium, atque
immundorum animalium domicilium, &
qualis remanet ciuitas cū plurimum hostes
illam dissiparunt, omnes muri eius euersi,
turres combustæ, domus deprædatæ, inco-
læ interfecti, uiæ denique cruore perfusæ,
quam miserabilis esset uisu celebris quæ- 12
dam, atque opulenta ciuitas postquam ita
diruta, atque dissipata esset. Cum enim
etiam dictu sit miserabilis, quid esset &
uisu? ô si Deus nobis permitteret, ut ani-
mam uideremus postquam Sathanas illius
dominatus est, eiusque uirtutem, ac gra-
tiam diripuit. Proculdubio peccator a semet
ipso fugeret, & in quem locum se reciperet,
penitus ignoraret. Qui ergò omnibus his
malis eam liberaturus est, hic est Christus Je
sus dissolutor, atque euersor operum diaboli

Quam-

Quamobrem ad ipsum oportet uos confu-
gere,atq; instantissimè exorare,ut in anima
bus uestris operetur, quod in hoc corpore
operatus est,& dicatur.
Erat Iesus eijciēs dæmonium, & illud erat
mutū. Res vtiq; mirabilis,q̄ sit diabolus, &
sit mutus,q̄a vnq̄ tale pspexit? Dicitur mu-
tus ab effectu,sicuti Spūs Sāctus nomē assu-
mit a bono,q̄ in aīa operatur (vt Esai.ait:)
Requiescet sup eū spūs sapientiæ, & intelle-
ctus spūs consilij, & fortitudinis, spūs scien-
13 tiæ,& pietatis,& replebit eum spiritus timo-
Esa. 11. ris dñi. Oīa hæc noīa sibi uendicat Spiritus
sanctus, quia oēs has uirtutes in aīa opera-
tur. Spiritus fortitudinis,q̄a fortificat, & ui-
res tribuit, spiritus consilij, q̄a consiliū præ
bet, spiritus timoris, q̄a sanctū quendā Dei
timorē in aīa gignit,& sic de alijs. Sic dęmō
nomē assumit a malo,q̄ efficit in homine.
Dicitur mutus, quia quosdā facit obmute-
scere. Alteri dixit Christus R. N. Obmute-
Marc.1. sce,& exi de homine. Quia erat loquax, &
hominem loquacem reddebat, in quo mo-
rabatur. Valde notandū est hunc homi
nem fuisse cæcum, surdum, ac mutum, &
contentus est S. Euāgelista dicere illum esse
mutum. Hoc autem fecit ad significandum
14 quod diabolus præcipue intendit,esse nobis
ora concludere, ne peccata nostra confitea-
Simile. mur. Quando quis ludit folijs pictis, nihil
est molestius, neque intolerabilius aduersa-
tio eius,quā quenquam nutu, siue expressis
uerbis illum admonere, quot puncta alter
habet,aut quot chartas bonas, ne sic quæ iā
fuerat lucratus,amittat. Sic etiam diabolus,
qui in huius vitæ ludo animam tuam lucra-
tus est, magno dolore,ac molestia afficitur;
uidens te cum confessore tuo tanquam cum
spirituali patre, & socio loqui, & contritio-
nis signa ostendere,& puncta, id est peccata
quæ habes, illi demonstrare. Sic enim lu-
dum iterum lucraberis,& animam recupera
bis: ipse uerò quòd fuerat lucratus,amittet,
15 atq; idcircò aduersus hoc sanctū sacramētū
Simile. tantopere laborat, Custos carceris non mul-
ta molestia afficitur, licet qui in carcere deti
nentur, intra carcerem solutis pedibus ac
manibus incedant, hoc autem diligentissi-
me curat, scilicet, ostium semper esse con-
clusum, ne abire possint. Sic etiam diabo
lus non multum æstimat, quod peccatores
solutas habeant manus,eleemosynasque lar
giantur, aut pedes liberos habeant, & sta-
tiones ambulent, & templa uisitent. Hoc
uero maxime curat, ut semper ostiū sit clau-
sum,id est,ne os ad puram, integramq; con- Esai.52.
fessionem faciendā aperiatur. Solue uincu-
la colli tui captiua filia Sion, quia hæc dicit
dñs: Gratis uenundati estis, & sine argento
redimemini. Notanter dicit Propheta, Col
li tui, quia inter omnia uincula uinculum
colli est periculosius: licet.n.latro ligatos ha
beat pedes, manibusque sit uinctus adhuc Simile.
spem habet euadēdi mortem. Cum uero col
lū eius fune alligatur; statim se mortuū esse
ducit. Sic etiā etsi peccator manibus, ac pe-
dibus esset deuinctus,non tñ p ei officeret, 16
q̄tum officit diabolus collū eius retinens al
ligatū, ne peccata sua confiteatur, q̄ si pure
ac integre confiteretur, cęteris malis reme- Psal.98.
dium adhiberetur. Idcirco affectuosè depre
cabatur Dauid Deū,dicēs: Non me demer-
gat tēpestas aquę,neq; absorbeat me profun
dū;neq; vrgeat sup me puteus os suum. De
sine(inqt Propheta) mihi dñs aliqd respira-
culum,ne me peccatorū meorum aqua peni Marc.7.
tus cooperiat,sit locus mihi,per q̄ respirē,&
suspirem misericordiam a te implorans. O
quā miserabilis est uisu anima dæmoniaca,
& muta. Refertur hominem quendā mutū
ac surdum dño fuisse oblatum. Et apprehen
dens eū(ait Sanctus Euangelista.)De turba 17
seorsum.&c. Suspiciens in cęlum ingemuit.
Ex intimo viscerum suorū suspiriū protulit.
Obstupenda res est,q̄ cum Iesus Christus fi
lius Dei ad columnam uinctus fuerit, uerbe
rumque diluuio coopertus, quousque per
sanctissimum eius corpus riui sanguinis de
fluxerunt, nec tamen legitur illum suspiras-
se,aut conquestum fuisse. Videns autē hunc
miserum hominem suspirat tantique dolo-
ris signa manifestat. O Christe uere homi-
num amator,dic nobis domine, quodnā sit
hoc mysterium. Dico quod miseriæ nostræ
considerationem, quæ per illum mutum re-
presentabatur,& uidere quam debiles,atque
impotentes ad remedium nostrum quæren-
dum manemus,& quā parui hanc miseriam 18
æstimamus, hoc dolebat filius Dei, & ob
hoc suspirabat,ac flebat,animaduertens pec
catum tanto ob stupore animam adimple-
re,ut eam torpescere, atque obmutescere fa
ciat. O fratres dilectissimi,p charitatem Dei
uos rogo,ut desinatis tam esse muti, & sum
ma animi contentione Iesum Christum e-
xoretis,ut a uobis Sathanā expellat, hic e.t
enim,qui uos mutos reddit. Dicit enim Spi- Eccl.4.
ritus sanctus. Non confundaris confiteri

peccata

peccata tua. Peccata facere, non vero confite ri debes erubescere. Necessarium est enim vulnus ostendi, vt curetur. Vatablus addit
Vatabl' hic dicens: Nec aduersus cursus fluminis cõtendas. Sunt peccata iã in ore, & uolunt exire, ac defluere, uerecundia verò opponitur quasi obstaculum, ne defluant. Dirumpe igi
Exod. 9. tur istud retinaculum, & desine illa ita defluere, ut ne quod remaneat. Ne sis similis infœlici illi Pharaoni, qui cum se plurimis uer
19 beribus cerneret afflictum, dixit: Peccaui, dominus iustus, & ego, & populus meus impij. Hebræi legunt hic; Peccaui hac uice, vel peccaui nunc. Non vult infœlix aliud peccatum, præter præsens cognoscere. Sic sunt plurimi peccatores, qui nulla alia peccata volunt cognoscere, nisi ea in quibus actualiter comprehenduntur. Et quando peccata confitentur, de ijs tantummodo mentionẽ faciunt, quæ paucis ante diebus commiserunt. Cætera namque, quæ in toto anno perpetrarunt per negligentiam suam obliuioni tradita relinquunt, acsi hoc parui interesset. Ne sis tu ita frater, sed omnia illa in memoriam reuocata, & cum dolore, ac confusione
20 animæ tuæ pronũcia. Secundum optimè dixit Pharao si illud corde diceret: scilicet, dominus iustus, &c. Ita dixit Daniel prophe-
Dan. 9. ta. Tibi domine iustitia, nobis autem confusio faciei. Alij peccatores sunt, qui siquidẽ peccata sua confitentur, habent auditores pœnitentiarios, quasi stipendio conductosq́, qui per omnia prætereunt, nec eos alicuius sceleris reprehendunt. Etenim quõ fieri posset, quòd cum tot sint homines mali, omnes absoluerentur, nullus tamen à uia sua mala resipisceret? aut illi auditoribus pænitentiarijs mentiti sunt, aut auditores dissimula-
Iud. 17. runt; Michas sacerdotem quendam conductum habuit, qui pro stipendio, quod ei præbebat, oĩa eius peccata simulabat, etsi Idolum Michas habebat, quod adorabat. Et cũ
21 hoc se nimis sanctificatum esse iudicabat, & dicebat: Nunc scio, quod benefaciet mihi Deus habenti Leuitici generis sacerdotem. In illa idololatria quiescebat, dicens sacerdotem esse bonum, ac sapientẽ, quia dissimulabat peccatũ illud, fieriq; licere innuebat.
Ezech. 13. O quantopere quærebatur Deus de malis sacerdotibus per Ezechielẽ Prophetam, dicẽs: Ecce ego ad uos, dicit Dominus, & erit manus mea super prophetas, qui uident vana, & diuinant mendacium, eo q̄ deceperunt populum meũ, dicentes: Pax, & non est pax, & ipsæ ædificabat parietem: illi autem liniebãt eũ luto absq; paleis. O patres sacerdotes per zelum illum, & amorem, quo Christus Iesus filius Dei hoc diuinũ sacramentũ instituit, vos iterum, atq; iterum ante singulorum pedes consternatus exoro, vt fidelissimè ac purissimè hoc sacrosancto munere fungamini aĩarum remedium maximè exoptantes: qđ si peccatores mutos uideritis, charitatiue, & mitissimè illos interrogate, ut ueritatẽ reuelent. Vt Achan filius Carmi peccatum 22
Iosue 7. suum reuelaret, ei dixit S. Iosue suauissimis uerbis: Fili mi, da gloriam Dño Deo Israelq́, & confitere, atq; indica mihi, quid feceris, ne abscondas: Et statim delinquens respõdit dicens: Verè ego peccaui domino Deo Israel, & sic feci, &c. Ecce quõ delinquens mansuetudine sancti Iosue cõmotus fuit, sic uos facere oportet, ò patres mei. Et postquam ista mansuetudine effeceritis, vt peccata sua manifestent, pęnitentes docere debetis, ut peculiariter peccatum hoc doleant, scilicet quod peccata sua operire uoluerunt. O placeat altissimæ Dei Maiestati, ut siquidem aliqui vestrum hucusque obmutuistis, non sitis etiã & nunc surdi, ac cæci, ut non audiatis, nec animaduertatis hæc nimis essentialia, atque 23
necessaria, quæ hic uobis Dei nomine dixi. Etenim hæc esset adhuc maior infœlicitas.
Nu. 22. Eunti malo prophetæ Balaam, ut malediceret populo Dei obstitit Angelus in medio uiæ habens euaginatũ gladium, nec eum vlterius progredi patiebatur, & asina nolebat ambulare, etsi multis fustib. ab iniquo propheta cędebatur, quousque ad dñm suum cõuersa dixit ei: Quid feci tibi? cur pcutis me? Et ante dixerat bis sacratus textus, cernens asina Angelum in via, &c. Et inferius, cumq́; uidisset asina stantem Angelum. O rem stupendã? quod uidit asina, non autẽ peccator. In quo significatum est hominem malũ magis cęcum, atque insensatum esse quam bestias, quia superuacaneum esse uidetur cum illo loqui de rebus, quæ ad animæ eius salu- 24
tem spectant. Sin minus uidete fratres quoties uobis prædicamus, quanta cum cura, ac diligentia Deus saluationis uestræ negotiũ suscipit, & quanti uestra interest de illa summa animi contentione agere. Quid ergo p̃fecimus? qualem in re tam graui, atque necessaria diligentiam adhiberis? Maximum utique mihi timorem infert negligentia, qua res ad aĩæ salutem attinentes agimus, quasi essent accessoriæ, & parui interessent.

Pro-

Profectò ſi vitæ veſtræ rationem à vobiſmet ipſis exegeritis,& intentiones veſtras exami naueritis, plures ueſtrum fatebimini) ſi modò verũ fateri uelitis) aliquorum ueſtrũ præcipua negotia eſſe diuitias acquirere. aliquorũ,honores adipiſci,aliorum,erudítiſſimos eſſe,aliorũ deniq; uoluptatib. perfrui, &c.& plurimos dies præterire, in quib. non recordamini,vtrũ animas habeatis. Gauderem utique hunc diſcurſum faceretis, Deiq; præcepta cũm inclinationibus ueſtris con-
25 ferretis,videlicet,vtrum Deus vobis in honeſtos,an cupidos,an ambitioſus eſſe ꝑcipiat. Et ꝑpenderetis, utrũ horũ duorũ apud uos plus ualeat,ſ.qđ Deus vobis pręcipiat, an ꝗ prohibet. Et quando inueneritis quantum plus ualeat apud uos ueſtramet inclinatio, quã quod Deus tanto cum rigore, ac ſeueritate vobis prohibet: tunc cognoſcetis in quanto periculo uerſetur ſaluatio illius, qui de ea,tanq̃ de re acceſſoria, & parum neceſſaria agit; ſiquidem ẽt, ſi ſumma animi contentione ſaluationẽ ueſtrã curaretis, adhuc difficillime illã conſequeremini. Et idcircò exiſtimo maiorem quodammõ timorẽ nobis dente inferre modum, quo Deum quærimus,q̃ quo illum amittimus. Nam diſſo-
26 lutio in eo offendendo maximos nos peccatores,ut nimis debiles eſſe manifeſtat? frigiditas ãt, qua illũ quærimus, & negligentia, quam in cõfeſſionibus noſtris habemus, & relaxatio,atque pigritia, qua accedimus ad percipiẽda remedia nobis à Deo relicta, ad delictorũ noſtrorum uulnera curanda oſtendit,quã parui eum æſtimamus,& quam paruipendimus, qđ in ipſius gratia, ſiue odio commoremur. Cõſideras exercitationes, q̃ præcedunt, quæque ſequuntur confeſſiones ueſtras. Et cognoſcetis,utrum uideamini recordari uos in iudicium cũ Deo conuenire, & ire ad ueniam ab eo expoſcendã, peccatorumq́; ueſtrorum indulgentiã implorãdam
27 accedere, quorũ nulla alia erat ſatisfactio, niſi ſempiterna in ferni tormenta, quare ergo quaſi per ridiculum & ceremoniam animarum ueſtrarum remedium inquiritis? Vt ergo pudore confundamini,prima S. Euangelij verba notate,quæ dicunt.

Erat Ieſus eijciens damonium. Nam illud verbum,erat,denotat dñm maxima animi contentione hanc rem eijciendi dæmonis ſuſcepiſſe. Atque omnia opera, quæ ad ſalutem noſtram operatus eſt, cum maxima efficacia facta fuiſſe, ac ſi lucrum ſuum eẽt,& non noſtrũ. O ineffabilẽ Dei pietatẽ! ò maximã hominũ miſeriã, qui ne talibus quidẽ exemplis ad ea, q̃ ſibi tantopere neceſſaria ſunt diligenter operãda mouentur? Hoc miraculum, qđ dñs operatus eſt, alij admirati ſunt,alii ãt dixerunt: *In Beelzebub Principe Dæmoniorum eijciat dæmonia.* O q̃ uſitatum eſt unũquemq; ſecundum id qđ eſt,loqui,& metalliũ ſecũdũ qualitatẽ ualoris ſui tinnire. aliter qppe tinnit plũbũ, aliter uero argen-
tũ,& aliter aurũ. Aliter ãt ſonat uas plenum, 28
& aliter uacuum. Vultis paulo magis,minuſve qualis ſit unuſqſq; cognoſcere? attendite Iob.41
qđ loquatur. Loquens Iob de dæmone, licit. De ore eius lãpades procedũt. Cũ uerba tua fuerint ignita proximiq; tui famã cõburẽtia exiſtimat,iã tibi dictũ eſſe,te diabolũ os hẽre: ſiquidẽ ex eius ore accẽſæ faces exeunt.
Vt S. Dauid malorũ hominũ deprauationẽ Pſal.58.
exaggeret,dicit; Ecce loquẽtur in ore ſuo,& lingua eorũ gladius acutus. Nõ dicit,nec aſſigna S. Propheta qđ nã loquerẽt qui ẽ quicqđ eis in cogitationẽ uenit,de proximo ſuo loquũtur. Et ſi eis libebit,dicent te eſſe peſſimũ,atq; flagitioſiſſimũ hominẽ: hoc ãt ob nullã aliã cãm, niſi, quia ſic eis libuit, & in imaginationem uenit. Oĩa aĩalia illis rebus magis utuntur,quæ ſibi magis in promptu
ſunt. Catus vnguibus vbi primũ ab aliquo 29
tangitur, ſtatim illis utitur: bos cornibus, canis verò dentibus vtitur: elephas ꝓboſcide,baſiliſcus uiſu: ſic hõ plenus malitiæ,magis in prõptu hẽt malitiam,& ideò cũ occaſionem,& ſine occaſione malitia utitur. O crudelis inuidia, quantopere excrucias illum qui te poſſidet, ſiue(ut melius dicã) illũ, qui à te poſſidetur. Quis diceret illud tam odoriferum unguentũ,quod S. Magdalena ad pedes dñi effudit, alicui eſſe male oliturum? Verumtamen cum illic eſſet malitioſus atq; inuidus quidã Iudas, ſanctũ illud opus ſibi
male oluit,& dixit. Vt qđ pditio hæc? o- Ioan.12.
pus tanti lucri rem perditam appellauit. Vn- Eccl.10.
de cor ſapientis in dextera eius, & cor ſtulti 30
in ſiniſtra illius. Vult dicere,utrum bonum omnia in bonam partem conijcere, malum autem omnia uitio uertere. Sicuti in hodierna Sancti Euangelij lectione apparet: cùm enim omnes illi miraculum inſigne conſpexiſſent,quidam illorum dicunt.. *In Beelzebub eijcit Dæmonia.* Alia ãt bona mulier dixit: *Beatus venter qui te portauit.* Siquidẽ hi pueriſi atque ſcelerati hoĩes opus, quod manifeſtè bonum erat,uitio euertere,

nequiq;

nequierunt, potentiam saltem, atque intentionem, qua factum, fuit calumniarunt, dicentes: Illum adipiscendi honoris causa fœdus cũ diabolo pepigisse. O quam meritò dixit Dauid, Redime me à calumniis hominum. Liberet nos Dominus ab hominibus
Ps. 118. interpretantibus cogitationes. Iter facitis p
Simile. viride, atq; amænum pratum, & uidetis plurima pecora, oues, scilicet, boues, & sues, in
31 eo depasci, & uidebitis oues, atque alia huiuscemodi animalia herbis tantum, quæ in terræ superficie apparent, esse contentas, uidebitis autem sues, qui non his quidẽ cõtenti sunt: sed rostris suis terram effudiunt, quo usque ad radices perueniunt, herbasque euellunt, atque omnia dissipant. O homines inuidi quantopere proximorum uestrorum famam destruitis: Seruos Dei contentus est exteriora opera bona uidere, atque ex illis fructum exemplumque percipiens eis depascitur. Mali aũt quasi sues, linguis suis interiores intentionum radices tangunt, atq; euellunt: dicentes omnia cum mala intentione fieri. O Christe reparator uitæ, quare Domi
32 ne tantã iniquitatem nõ punis? quia Maria
Nu. 12. de fratre suo Moyse murmurauit, statim il-
Nu. 16. lam lepra operuisti. Et quia Dathan & Abi-
& Deut. ron de prelato suo murmurarunt: iussisti ter
11. ræ, ut apperiretur, quæ deuorauit, uiuosque
Ps. 105. in infernum præcipitauit. Quare igitur sup
Eccl. 45. hos iniquos homines, qui tuæ diuinæ Maiestati detrahunt, non descendit ignis de cælo qui eos deuoret, atque consumat? O benedictus sis Domine, benedictaque clementia tua: quia tã diligenter seruorum tuorũ honorem propugnas, & tam patienter iniurias, tibimet illatas nostri perferre. Noluit Dominus in eis potentiam suam exequi: sed mitissimæ illos alloquens, eos deceptos incedere, & à ueritate longissime aberrare efficacissimis rationibus comprobauit. Discite ex hoc fratres charissimi, & quamuis aduersarios uestros destruere ualeatis, non ideò potẽtia
33 uestra uti debetis, sed tanquam optimi Christiani, uerique Iesu Christi imitatores, omnia ratione, ac iustitia curate perficere.

Prima ratio hæc est. *Omne regnũ in se diuisum, &c.* Ex his uerbis possumus elicere, quã diligẽter pacẽ perquirere, quãque efficaciter illam à Deo postulare debeamus, siquidẽ ipsius donũ est. Dicit B. Paulus. Pax Dei, quæ
ad Ph. 4. ve perat omnem sensum, custodiat corda uestra in Christo Iesu, idest, per merita eius. Perpendite diligenter uerbum illud, exuperat. Nullus quippè est hominũ intellectus, qui satis possit comprehendere quantum bonum sit pax. Et alibi dicit: Pacem habere, & Deus pacis erit vobiscum. Est hæc conuer- 1 Co. 13
sio, quam facit B. Paulus, dicens aliquando: Pax Dei, aliquando aũt Deus pacis, ut significet, vbi est Deus, esse pacẽ, & ubi est pax, esse Deũ. Et Respublica in pacis unitate nõ confundetur. Etiam & Ethnici hoc intellexerunt, siquidẽ Deę pacis iuxta Capitolium ædem erexerunt, quasi significantes guber- 34
nationem, imperiumque suum à pace esse sustinendum. O quantũ est circa hoc lachrymandum, & quam miserabiles sunt uisu simultates, ac diuisiones, quæ in rebus publicis Christianis uersantur? Atque idcirco tã perditi, atque destructi incedimus.


Factum est cum autem hæc diceret, quadã mulier. &c. Vnde homines non arbitrantur mittit Deus auxilium, ac fauorem seruis suis. Quis arbitraretur Ionatham Dauidi esse fauturum, patrique suo aduersaturũ, cum mors Dauidis adeò Ionathæ conduci- 1. Reg.
bilis esset, ut propter eius uitam regnũ Israel 20.
Ionathas amitteret: hic autẽ contra parentẽ
suum insurgit, dicens. Quid fecit, quare mo 35
rietur Dauid? Et Christus Iesus in cruce suspensus, ac cõtumeliis affectus, & lapides alij ab alijs inuicẽ confracti, p eius honore dimicant, & terra motibus suis illius dignitatẽ, amplitudinẽque defendunt. Ecquis arbitraretur lapides eius honorẽ esse propugnaturos? Consurrexerunt Principes Hiero Hie. 38
solymæ aduersus Hieremiã, illũque in lacũ coniecerũt, ut illic fame periret, ueruntamẽ non defuit ibi uiro Dei auxiliũ, atque protectio, ibi enim dicitur? Audiuit autem Abdemelech Aethiops vir Eunuchus, qui erat in domo Regis, quod misissent Hieremiã in lacum, & locutus est ad Regem, dicens. Domine mi Rex mala fecerunt uiri isti oĩa quęcunque perpetrarunt contra Hieremiã Prophetam. Attendite quis in eius auxilium
surrexit homo, scilicet, cui nihil cum illo 36
erat, nec ex Hebræo genere erat, sed ex Aethiopia oriundus. Cum iam benedicta illa Susanna ad supplicium lapidanda duceretur, suscitauit Dominus spiritum pueri iu- Dan. 13
nioris, cuius nomen Daniel, & exclamauit voce magna, dicens: Mundus ego sum à sanguine huius. Puer quidam illam ptexit, atque iudices Israelis confudit. Sic hodie cũ Dominus à Pharisæis blasphemaretur. Spiritus sanctus hanc mulierem suscitauit,

quę

quæ pro illius honore responderet, dicens: *Beatus venter, qui te portauit, &c.* Seruite fratres charissimi fidelissimè Deo, nec malignas iniquorum hoīum linguas æstimetis: Deus enim suscitabit aliquē, qui vos defendat, & cum honore, ac merito remanebitis, & patientiæ fructum, diuinamq; simul gratiam recipietis, posteaque cœlestem gloriam
17 Deo fruituri conscendetis, Amen.

Feria IIII. post dominicam III. in quadragesima.

Accesserunt ad Iesum ab Hierosolymis Scribæ, & Pharisæi, dicentes, &c. Matth. 15.



ACCESSERVNT hi viri primarij ad Christum R.N. in falsam quandam, atq; ineptā querelam deferentes, videlicet quia discipuli eius cum comedebant, non abluebant manus. Maximam de corporalibus, minimā verò de spirituali-
1 bus lauacris rōnem habebant. Cū tamen eorum manus essent sanguine coinquinatæ, sicut de ipsis dixerat Deus per Esaiā prophetā Manus uestræ, sanguine plenæ sunt. Idem ꝑ
Esai. 1. fectò nunc agitur ad literā. Etenim videbitis complures, q vbi primū a lecto surgunt, aquā abluendis manib. sibi afferri iubent, & precipiunt sibi uestimenta mundari, & cū ad mēsam sedēt, iterū abluuntur, ac deniq; cū ab ea surgunt, iterum aquā manib. exposcūt. Itaq; ter, aut quater quotidie manus abluunt vix tñ est, qui aīam suam semel saltem in die lauare meminerit, cū illam plerunque sterquilinio immundiorem ferāt. Præpone animā tuam caligæ tuæ, dicebat B. Augusti-
August. nus. Qñ caligam exuis, statim illā excutis, vt decidat puluis, quare ergo aīam tuam, q̄
2 quidē multo ptiosior est, pluris nō æstimas? quare nō curas illā auaritiæ, uanitatis malarum deniq; cogitationū puluere excutere, & emūdare: & si caliga tua dirupta est, eā consui iubes. quare ego aīam tuam diruptam atque dilaceratā, & in terram, carnem, mundumq; diuisam non sarcis, eiq; remedium adhibes? O quā miserabile est hoīem, tā diligēter exteriora, tamq; negligenter interior curare. Aliter quidē faciebat Dauid, qui di-
Simile. cit: Laboraui in gemitu meo, lauabo ꝑ sin-
Psal. 6. gulas noctes lectū meū, lachrymis meis stratum meū rigabo. Etsi chyrographū sanctus hic à Deo hēat remissionis peccati sui. Vt primum enim ipse dixit: Peccaui Domino: dixit ei Nathan propheta: Dominus trāstu- 2. Reg.
lit peccatum tuum, nō tamē cessabat deplo- 12.
rare, maximamq; singulis noctib. lachrymarum copiam effundebat. Tu autem cum in profundo culparum pelago submersus sis, ne vnam quidem nosti profundere.

Non enim lauant manus. O quā dispares sunt cogitationes seruorū Dei ab illis, in q- 3
bus mundani hoīes occupantur, qui quidē res ad aīam magnopere spectantes cum diligenter curent, atque in ijs intenti sint, illarū, quæ non sunt tā vtiles, quæq; parui sunt momenti, obliuiscuntur, & spiritualibus rebus occupati corporaliū sunt immemores. Mali autem viceuersa faciunt, &c. Nostri primi parentes in statu innocentiæ, in spirituali, Dei consideratione occupati, adeo cor- Gen. 3.
porum obliti sunt, vt se nudos incedere non aduerterent. Sic etiam Sācti Apostoli adeò intenti erant spiritualibus rebus, ut corporalium non meminerint. Hæc autem obliuio est sancta quædam solertia. Atque etiam maximis epulonibus necesse est passim ab- 4
lui, & singulis catinis, singula mantilia permutare, nam alioquin cum nimios deuorēt cibos, iam obscœnas facies, quasi lubricam fornacis scopam haberent. Pauperes autem & egeni, quicquid edant, non habent, quorsum abluentur? Pauperrimis discipulis Domini, qui præ nimia ciborum inopia peragros ibant, & spicas ad comedendum manibus confricabant, quid opus erat lauacris? Et horum Pharisæorum malitiā adnotate; quando etenim de Christo Redemptore nostro murmurabant, ad eius discipulos acce- Luc. 5.
debāt, dicentes. Quare cum Publicanis mādicat Magister vester? Quādo autem de discipulis detrahebant, ad sanctissimum Magistrum sese conferebant, dicentes: Quare 5
discipuli tui non lauant manus? Hoc est of- Simile.
ficium seminatorum zizaniæ, nuncios, perniciosos hinc illuc deferre. Nonnullæ sunt ciuitates, ex quibus non licet mulionibus onerata iumenta deducere, nisi ipsa onerata alijs reb. in vrbem prius introduxerint. qualis est Hispalis. Sic ēt nonnulli sunt muliones Sathanæ, qui ad uos accedunt, murmurationumque suarum pondera in vobis exonerant, dicentes: Hoc dixit de te ille homo, &c. Et ex uobis ad alterū onusti proficiscuntur, vobis dicunt, quod alter dixit, alte-

ri auté dicunt, quod uos dixisti. Liberet nos Deus à tanto malo. Nescio quid dicã (inqt B. Augustinus) de hac murmuratione, nisi, ꝙ oĩbus, ac singulis quibusque optime consideratis minus malũ esse ducerẽ, si te adulterum, quã si murmuratorem esse perspicerem. Ab adulterio.n. citò te cohiberes, culpamq; tuam cognosceres, sed ab hoc malo difficillimè poteris resipiscere. Vix.n. quisquã reperitur, qui se murmuratorem esse cognoscat; Etenim si qs se murmuratorẽ esse cognoscet, vix põt debitã satisfactionẽ reddere, nec intelligere, quantum alterius famam læserit, auditoribusque offecerit, qui postea malum multiplicant, quod ipse seminauit, cuiusque causa ipse fuit reuelans, addens, condescendens, siue approbant, aut quocunque alio modo honori, ac famæ proximi sui officiens. De his dici potest, quod dicitur in Deuteronomio: Deuorabunt eos aues morsu amarissimo. O quã amarus morsus est murmuratio, miseræ præsertim animæ hominis murmurantis, atque etiam audientis, necnon, & murmurati, ac infamati. O aues immundæ, & obscœnæ, quæ proximorum vestrorum carnibus depascimini, ò quam crudeliter æternis tormentis cruciati, hoc penitus persoluetis. Miseramini fratres vosmetipsos, Beati Augustini exaggerationem de hoc uitio considerantes. Postulãti Dauid: O Domine libera animam meam a labijs iniqs, & à lingua dolosa, dicitur statim: Quid detur tibi, aut qd apponat tibi ad linguam dolosam? At ipse respondit, dicens: Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs. Sunt (inquit) sagittę acutæ iactæ uiri cuiusdam fortissimi manu ardẽtes, quę quę omnia consumunt. Vna sagitta optimi cuiusq; sagittarij arcu dimissa, non peruenit vsque ad mille passus. Vna autem iniqui hominis lingua Romam, vsq; & ad Indias, atq; in vltimas orbis regiones puenit. Et statim incipit Dauid suspirare dicens: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cũ habitãtib. Cedar, multum incola fuit aĩa mea. Cedar filius fuit Ismaelis, per quẽ gñatio quædã hoĩum intelligit, q dicuntur Alarabes, qui ab Ismaele proficiscuntur. Dicit igitur S. propheta: O exilium, ac vita infelix quam longa mihi esse videris, breuis aũt ad lamentandum. O quantus labor, atq; ærũna est, me inter Alarabes commorari, atque inter homines, quibus nulla Dei cura est. (*Alarabes*) qui linguæ suæ curam nõ

August. tom. 10. Ser. 46. ad fratres in Erem.

6

Dut. 32.

7

Psal. 119

habet, neq; illam coercet. O quot Alarabes sunt huiuscemodi in orbe terrarum. Sicuti adnotat B. Hierony. dicens; Detractionis uitium multos lædit: pauci sunt admodum, q huic vitio renuncient, raroq; inuenies, qui ita vitam suam irreprehensibilem exhibere velit, ut non libenter reprehendat alienam. Tantaq; huius mali libido mentes hominũ inuasit, vt etiam, qui procul ab alijs vitijs recesserunt, in istud tamen tanquam in extremum diaboli laqueum incidãt. O quam terribilia verba? diligenter ea perpendite per charitatem Dei. Et siquidẽ hoc vitium adeo cõmuue est, saltem si leue esset, non tantum malum esset. Quod quidẽ nõ est dicẽdum, cum Deus inter horrenda populi illius peccata hoc commemoret, dicens: Viri detractores fuerunt in te. Atq; vt apertius quam graue sit hoc vitium, quotq; mala secum afferat, cognoscatis, illudq; summo odio habeatis, notate quod dicit Spũs sanctus: Lingua tertia multos cõmouit, & dispersit illos de gente in gentẽ, ciuitates muratas diuitũ destruxit, & domos Magnatum effodit, uirtutes populorum conscidit, & gentes fortes dissoluit. O crudelissimum instrumentum lingua, quæ tantam stragem in hominibus edit: quid amplius ad huius grauissimi mali detestationem superaddi potest.

Hier. in epist. ad Celãtiã.

9

Eze. 22.

Eccl. 28

10

Respondet eis Dñs per aliud, quare, difficillimũ, dicẽs: *Quare & vos transgredimini mandatum Dei?* Et post responsionẽ illos appellat hypocritas. Hic multa, & nimis utilia deteguntur. Primum videre est qũo mansuetissimus Dñs discipulos suos defendens, tanta cum acrimonia respõdit. O Christe uerũ confugientium ad te refugium, quando Domine apud Pilatum falsis chriminibus accusabaris, ne verbum quidem ore proferebas, ita ut miraretur præses, nunc autem cum de discipulis tuis detrahatur, acriter respondes? In quo nos docuisti proximos nostros constantissimè defendere, eorũq; honorẽ feruentissimè ꝓpugnare, in iniurijs aũt nobis illatis cõticescere oporteret. O Pastor optimè, quã diligenter obuiã exis lupis, & quã constãter oues tuas defendis. Qui suis viribus a ministris iustitiæ nequeunt se defendere, ꝙ nequidem fieri fas est: in Ecclesiam confugiunt, & ipsa quasi mater pijssima eis ualet, illosque defendit. Ministri, qui proximorum suorum famam contorquent, sunt murmuratores, a quibus si vultis vos tutari, ne linguarum suarum gladijs uos perstringãt.

Mat. 27 Mar. 15 Luc. 23. & Ioan. 18.

11

Simile.

con-

confugite ad locum sacrum, ne aduersus eos gladium euaginetis, sin minus circuibũt, & apprehendent uos, submittite aures, & cõfugite ad Deum, qui est optimus locus sacer, & ibi protegemini. Quando Aaron, & Maria detraxerunt de Moyse, tacuit uir sanct⁹, Num.12 & dominus eius causam suscepit, eumq; defendit. Admonet nos B. Paulus, dicens: Nõ Rom.12 uosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ: scriptum est. n. mihi uindictã,
12 & ego retribuam. Non dicit, ut a Deo uindictam postuletis. Nam hoc esset peccatum, sed ut Deum quod facit, facere desinatis, ipse enim quod vobis est utilius, faciet.

Murmurabãt pharisęi de discipulis Dñi, & quia ipsi tacuerunt, nec se tutati sunt, suscipit dñs eorum uices, dicens: *Quare & uos transgredimini, &c.* Illos dedecorans, sicut ipsi merebantur. Audis tu o frater murmuratorem de te detrahentem, quiesce, ne perturberis, eo ꝙ merito aut ĩmeritò de te murmurat. Qd si feceris, in tutissimũ locũ sacrũ cõfugis: satis bonum patronum habebis. Et plus tibi dico, si peccasti, & infamiam uereris, siq; uis, ut Deus maledicẽtiũ, atque murmuratorũ ora obtrudat eosq; cõcludat, nec
13 te ab illis infamari patiat, confitere peccata tua, & age pęnitẽtiã, reuela te Deo: hæc etenim est uia præstantissima, nõ solũ ad ueniã consequendam, sed etiam, ut diuina Maiestas te ab infamia liberet. Tunc. n. habet se Deus tanq̃ uir nobilis, ac generosus, cui si te comedẽs, peccatumque tuum reueles, illum ad tegendum secretum deuincis. Dic ergo, 1. Pet. 4. o frater Deo: dñe tibi detego peccatũ meũ, protege me in hac necessitate. Et sic uerba illa B. Petri Apostoli ubi dr: Charitas operit multitudinem peccatorum: etiam de hac ꝓtectione Dei in infamiis intelligi possunt. O ineffabilem Dei charitatem, quot peccatores tegis, nec eorum uitia in publicum ꝓ Gen.31. dire pateris, quia ueram pęnitentiã egerunt.
14 Cum uenit Laban cum famulis, & familiaribus suis aduersus Iacob, & filios suos, quia Rachel Idola eius surripuerat cũ Labã oĩa q̃ Iacob secũ deferebat scrutatus fuisset, oĩa queeius supellectilia euoluisset, Idola tamẽ reperire nequit, quia Rachel sup ea insede- Gloss. super. c. 13 rat: etsi realiter illa surripuerat. Idola sedendo operimus, si culpas pęnitendo damnamus, ait glossa super hunc locum: Rachelẽ super Idola sedere, est peccatorẽ peccata sua confiteri, ueramque illorũ pęnitentiã egere. Esa. 40 Et [illegible] dicit Esaias de Deo loquens. Qui dat secretorũ scrutatores, quasi nõ sint, iudices terræ uelut inanes fecit. Eqdẽ neq. radicato in terra trunco eorum repẽte flauit in eos, & aruerunt, & turbo quasi stipulã auferret eos. Adeo reprobũ est hoc officiũ alienorũ morũ iudicãdi ut sæpenumero mẽdax, & irritũ faciat Deus temerariũ hoĩum iudicium res aliter disponẽs, q̃ ipsi iudicabãt: ut eos mendaces, uanósque reddat in iudiciis suis, miæ suæ pallio cõuersorũ peccatorũ mala coope riẽs. Aliter ẽt peccata nr̃a dñs opit, murmuratorũq. ora concludit, uidelicet, multis uerè pęnitentib. peccatiq. sua humiliter confitentib. tantã grãm cõcedẽs ut uirtutib. suis 15 atq. assidua bonorũ operũ exercitatione hominũ murmurationẽ auferant, turpeq. atq. ignominiosum sceleris uestigiũ, ꝙ retinuerãt, euellãt. Et his duobus modis intelligunt uerba Esaiæ, quæ supra citauimus. Nã remanẽtes scrutatores facti mendaces, cum mendaciũ hominẽ annihilet, remanent quasi nõ sint. Nec radicato in terra trunco. Eorum trũcus est eorum malitia, neque uero Deus permittit, hæc, quæ cum malitia dicunt in auditorum animos radices immittere.

Dicit ulterius S. Propheta: Flauit in eos, & aruerũt, & turbo quasi stipulam auferet 16 eos. Flauit Christus R. N. in Apostolos suos suam diuinam gratiam eis impertiens & per illã gratiã, q̃ receperunt, arefacta sunt peccata eorum, & sic nõ habebant murmuratores qd in eis apprehenderent. Et spiritus sancti turbo illos, in altũ extulit, perq; uniuersum mundũ dispersit. Hãc similitudinẽ adhibuit ꝓpheta, ut nobis innotescat q̃ facile peccatorũ suorũ ueniã, famæquè suæ restaurationẽ inuenient illi, q̃ se Deo reuelauerint, facilius etenim culpas nostras dissoluit, quantũ parũ pulueris sufflas, illudq; spargis, ac dissoluis, ne ullo unquam tpe amplius uideatur q̃s igitur fratres charissimi tã bono, dño se se reuelare recusabit, q̃ tam fideliter seruos suos ꝓtegit, ac defendit? Alterum quod elici 17 mus ex asperitate respõsionis dñi, est scire q̃ acerbũ uultũ debemus ostẽdere illis, qui coram nobis de proximis nostris detrahũt, & Eccl. 28 quãta cum acrimonia & acerbitate nos eis respondere oportet. Hoc significat Spiritus sanctus, dicens: Sepi aures tuas spinis, & linguã nequã noli audire. O admirabilẽ metaphoram, quam nobis hic proponit Spiritus sanctus, qui in auribus spinas haberet, necessario compunctus erat illum, qui cũ aliqua murmuratione ad eas accederet:

sic igitur te habere debes cū murmuratoribus, ut a te sancta reprehēsione compuncti, & pcussi proficiscātur. Quod si ij sint hoīes, quos tu non sufficis rephendere, saltem acerbum eis ostende uultum, sermonemq; alio diuerte. Satis digni fuerant hi miseri dñica reprehensione, siqdem sua grauissima peccata, cum non animaduerterēt, nequecognoscerent, in illud oculos conijciebāt, quod ne uenialis quidem culpæ in alijs erat reputan-
18 dum. O quā usitatum est hoc ī uniuerso terrarum orbe. Si utique; tātam de nobis rōnē habere haberemus, q̄tam de alijs habemus,
Simile. profecto iam sancti forte essemus. Experientia.n. cōperimus qñ præceptrix est cum puellis discipulis suis, oēs quietas submissis capitibus laborare, ita ut uisu sint delectabiles, uerūtñ ubi primum pceptrix foras, exit, aut ab eis recedit, statim puellæ consurgunt, saliū, atq; alię ab alijs inuicē conturbant. Si.n. q̄diu homo intra se ipsum commoratur uitæ suæ rōnē habens singulæ puellæ (hoc est, potentiæ aīę, corporalesq; sensus) tranquillæ ac sedatæ munera sua exequunt, & iuxta pręceptricis (hoc est rōnis) consilum operantur. Sed ubi primum homo a semetipso exit alienasq; uitas ac mores scrutatur, statim potentiæ ita perturbant, ut nulla illarum suum
19 munus exequatur. Liberet uos Deus a flu-
Simile. uio, quando extra alueum exit tunc.n. oēs ripas expurgatas, fœcundasq; relinquit, atque oēm in se infert immūditiā, & sic turbidus, ac obscœnus remanet. Talis ē hō, q extra se exit, ut alios scrutetur, aliorumque uiuendi rōnem iudicet, illi.n. de qbus loquitur, detrahit, ac maledicit, si iniuriam illam ęquo aīo patiantur, p uirtutem patientiæ fœcundati: mundiq; remanent, infœlix āt murmurator efficitur quasi cœnosus, atque turbidus fluuius, pp peccatorum suorum diluuies. Illa
Ezec. 1. aīalia, q̄ uidit Ezechiel Propheta: Vnumqđque; corā facie sua ambulabat, id est unum
20 quodq. semetipsum præseferebat: q Spiritu sancto dicuntur semper uitam suā ante oculos habent, ut cum primum minimā q̄que imperfectionis maculam perspexerint, ilicò eam auferant. Liberet nos Deus ab hominibus, qui se post semetipsos fuerunt, hi enim non suos quidem, sed alienos defectus per-
Psal. 49. scrutātur. Atq. idcirco dixit Deus p Prophetam: Existimasti inique q ero tui similis, arguam te, & statuam contra faciem tuam. Existimasti (inquit) me similem tui futurū, & quemadmodum tu post tergum tuum pctā tua ponis, sic ēt me illorum esse oblitum? Non sic erit utiq; sed arguam te. Arguere illic nō significat reprehēdere, sed cū probatione culpā ostendere. Et sic intelligitur illud q dixit dñs: Quis ex uobis arguet
me de peccato? Ego (ait dominus) statuā pec Ioan. 8.
cata tua, contra faciem tuam, ut illa manifeste perspicere possis, pœnamque grauissimam, quam pp illa mereris, aperte cognoscas. Hoc faciet Deus quando te iudicauerit. Etenim uniuersum uitæ tuæ discursum 21
ante oculos tuos proponet, quam noluisti perspicere, nec considerare, quando tibi remedium poteras adhibere. O dilectissimi fratres diuinā Maiestatem suppliciter exorate, ut hoc nunc uobis conferat beneficiū, & unumquemque uestrum coram facie sua statuat, quo peccata uestra cognoscatis, uerāmque illorum pęnitentiam agatis.

Dicit ulterius S. Euāgelium: *Num Deus dicit; Honora patrem tuū?* Magnoperè notādum est, cū hi Pharisæi maxima alia peccata haberent, erāt enim superbi, inuidi, murmuratores, alienorumq; morū scrutatores, nec uerò quicquā illorū eis obiecisse, nisi parū honoris, quē parentib. suis exhibeant, ut cognoscas tu, ò uirgo, & tu adolescens quā graue peccatū cōmittis, cum parentibus tui debitum adimis honorem. Inter oīa pcepta Decalogi, huic uno statuit dñs illic pmium 22
dicēs: Honora patrē tuū, & matrē tuā, ut sis lōgæuus sup terrā. Et rō est, qa multis uide Exo. 20
retamor filii erga patrem, adeò cōformis esse naturæ, & carni, ut nō esse meritū, nec uirtutis opus: q̄ qdē rō in aliis pręceptis nō militat, qa nō sunt tam conformia humanitati, & sensualitati. Vt igitur hoc pceptum meritorium esse doceret, pmium illud statuit, qa præmium soli operi meritorio tribuitur. In aliis āt, quia manifestum est illa esse meritoria, non statim illic pmium subiunxit. Et si (ut uera loquar) tēporale illud præmium:
quod illic dominus pp huius præcepti ob- 23
seruantiā pollicetur, licet illud signū sit hoc opus Deo gratū esse: nō tamen est principale pręmium, quod Deus pro illo largietur, si in gratia & charitate factū fuerit: opa enim tantæ qualitatis ac meriti nō solet dñs persoluere, nisi semetipsum per clarā uisionem in gloria communicās, æternamque uobis sui fruitionem cōcedēs. Hoc q dixit; Vt sis longæuus super terram: attendite quam ad literā adimpletum est in Sem illo optimo filio: qui patris sui uerenda cooperuit, quā quidem

Ge. 11. quidē ſexcētos annos uixit. Hic aūt honor,
quē parentibus debemus, nō ſolū cōſiſtit in
eis honorandis, atq; reuerenter tractādis, ſed
etiā in eis à ſuis neceſſitatibus ſubleuandis.
Filij.n.eſſe corporale, ꝙ habēt, a parentibus
acceperunt. Et ſi quidē ei pſoluere non poſſunt
aliud illis eſſe reddentes, deuincti ſaltem re-
manēt illud eſſe cōſeruare, ꝙ ipſorum paren
tes habēt. Et hoc licet ſit neceſſariū liberos
ꝓ parētibus uitā ſuam in diſcrimen offerre.
24 Verūtn̄ o Deus æternæ, q̄ pauci hoc faciunt
liberi ſunt quaſi rami, q̄ eſſe, ꝙ habent, & ui
Simile. tā, qua uiuunt, a radice accipiūt, nūq̄ tamen
ipſi uirtutē aliquā reddūt, ſic ēt filiorū pau-
ciſſimi redeunt, ut faciāt, ꝙ debēt, nec paren
tū ſuorū neceſſitatib. occurrant, imò potius
eorū obitū citius obrepere cōcupiſcunt, ut
2.Re.17 citius eorū bona hæreditent, illoſque pluri-
mis litibus, ac moleſtijs affligunt. Abſalon,
cū tā bonū patrē ſicuti Dauidē haberet, eius
regnū cōturbauit; cumq; iniquus q̄dem hō
ei diceret. Percutiā regem deſolatum. Vnum
2.Re.18. .n. uirū tu quæris, & oīs populus erit in pa-
ce, dicit illic ſacratus textus, placuit ſermo
eius Abſalon. Attendite qualis filius erat hic
cui cum diceretur, ꝙ occidendus eſſet pa-
ter ſuus magnopere ſermo ille complacuit.
25 Et ſequenti capite dicitur, ꝙ exeunte exerci
tu Dauidis aduerſus Abſalonem, ſtetit rex
iuxta portam, & ꝑcepit Ioab, & Abiſai, & E-
thai dicēs ſeruate mihi puerū Abſalō. Impe-
rabat utiq; Dauid ducib. ſuis, ut quamuis ad
uerſus eū, eiuſq; copias dimicarent, nequaq̄
tn̄ illum interficerent, neque percuterent. O
maximā patris pietatē & diabolicam ſcele-
ſtiſſimi filij iniquitatē, ò quot liberis ſūt ho-
die in orbe terrarū imitatores Abſalonis, q̄
ꝓ minori quidē utilitate, q̄ regni, parentes
ſuos in afflictiones inducunt. Et liberi q̄dem
q̄ te ſe Chriſtianos eſſe gloriantur, ſi ethni
ci eſſent, tolerabilius malum eſſe uideretur.
26 Gloſſa ordinaria ſuper illud Eſaiæ, ubi dici-
tur. Tu aūt proiectus es de ſepulchro tuo: di
Gloſſa cit Hebræos aſſerere conſueuiſſe. Euilmero
ſu. cap. dach filium Nabucodonoſor regis poſt obi
14. tū patris ſui regnū gubernādum ſuſcepiſſe:
Eſai. 1. cūq; uereretur ne forte regnum iterū recepiſ
ſet, queādmodum fecerat poſt illā inſaniam,
qn̄ ſeptenniū tanq̄ immanis bellua herbas in
agri fuerat dapaſſus, iuſſiſſe illius cadauer
exhumari, & in fruſtra minutiſſima diſſeca-
ri, atq: tricētis auibus comedēdum tradidiſ-
ſe, quæ poſtq̄ illud comederunt, in diuerſas
partes illas dimiſit ſibi perſuadens cum il-
lud feciſſet, fieri non poſſe, ꝙ pater eius re-
ſurgens regnū, iterū ſibi ſuſtuliſſet. Fidite pa
rentes liberis, O q̄ ignominioſum eſt libe-
ris ingratos eſſe patrib. ſuis. Vnde dicit Ec-
cleſiaſticus: Quam malæ famæ eſt q̄ derelin Eccle. 3.
quit patrem, & eſt maledictus a Deo qui exa
ſperat matrem. Nullā habet excuſationē ille
qui parentis ſui filium ſe eſſe negligit: & ne-
gantem parentes ſuos nemo cognoſcit, qui
illi in faciem non conſpuat. In alijs pecca-
tis aliquod excuſationis genus reperire poſ- 27
ſe uidetur: non autē in hoc parentum deſpe
ctu. Et ideo cum magna exaggeratione dicit
Spiritus ſanctus: Quam malæ famæ eſt qui
derelinquit patrem B. Ambroſius notabi- Ambro.
lem quādam rem de ciconijs refert, uidelicet li.5.He-
ꝙ quando ciconiæ ſunt adeo ſenio confectæ xame.
ut præ nimia ſenectute illis plumæ decidūt cap. 16.
neque uolare poſſint, earum filij maximam
habent diligentiam in eis ſuſtentandis, &
huc, atque illuc diſcurrentes cibos afferunt
quibus earum ſenectutem alunt. Et quia
nimis iucundum, atq; delectabile eſt auibus
uolare, aeremque percurrere, dicit filios in
ſimul conuenire unum ad dexterum, & 28
alium ad ſiniſtrum patris ſui latus alamq;
illius alis utrumque ſupponere, & hoc mo-
do illum ad uolandum deducere: ita tamen
ut eum cadere minime patiantur. Ecce ꝙ
faciant, ut genitorem ſuum illa uoluptate,
ad recreationē afficiant. Ecquis eſſe filius
quæ parentem ſuum humeris aportaret, ſolū
modo ut eum recrearet, ſicuti faciunt iſtæ
aues irrationales? Quænā igitur maior ignō
minia nobis eſſe pōt, quam quod aues nos
doceant patres honorare? & eos quidem qui
ſunt uiri probi, ac iuſti adhuc magis debe-
mus honorare, quia illorum cauſa pluri-
ma uobis Deus confert beneficia. Vna ex rō
nibus, quare mittens dominus Moyſen in Exo. 3.
Aegyptum, ut Hebræos a ſeruitute lib ra-
ret, dixit ei: Hæc dices filijs Iſrael: domi-
nus Deus patrum ueſtrorum, Deus Abra 29
ham, Deus Iſaac, & Deus Iacob miſit me
ad uos: patres illos tali tempore eis in me-
moriam reuocare, fuit ſignificare illorum
ſanctorum patrum bona opera, in diuino Ge. 49.
ipſius conſpectu nimis recentia eſſe, ut pro
pter ipſorum reſpectum eos ab illo labo-
re, ac ſeruitute liberaret. Ideo dixit Iacob fi-
lio ſuo Ioſeph benedicens ei cum iam obi
re uellet: Benedictiones patris tui conforta
tæ ſunt benedictionibus patrum eius in
quo manifeſte ſignificauit Sanctus Iacob ſi

benedictiones, quas intulit filio suo Ioseph adeò apud Diuinũ Dei cõspectũ ualuerunt, ut ꝑp. eas ei beneficia cõferrentur, hoc fuisse ꝑp maiorũ suorũ merita. Quid igitur erit, si ne optimos q de parentes, quorũ causa Deus in uos beneficia cõfert, honoratis, nec eis benefacitis, sed passim mille amaritudinibus impletis? Et si Cain tã malus erat, noluit tñ
Gen.4. fratri suo Abel in conspectu patris sui mortẽ
30 inferre, ne illum molestia afficere: sed dixit ei, egrediamur foras, cumq; essent in agro interfecit eũ. Et Esau & si præscitus, & neq̃ cũ se maxima a fratre suo affectum iniuria iudi
Gen. 27. caret, dixit in corde suo. Venient dies luctus patris mei, ut occidã Iacob fratrẽ meum. Ne patrẽ suũ cõtristaret. Tu aũt, q te Christianũ dicis cũ frater tuus non tibi primogenituram sustulerit, si minimum quodq; molestiæ aut cõtumeliæ uerbũ tibi dicit, statim corã oculis patris tui uiuũ illũ conaris absorbere. Durissimis & succo carẽtibus lapidibus ꝑcipie-
Deu.21. bat Deus in ueteri lege filios contumaces lapidari. Significans pietatis, ac miæ esse indignos liberos, q cũ parẽtibus suis mĩa nõ utebantur. O q̃ efficacia sunt hæc oĩa ad quod
31 cũq; uel saxeũ cor mollificãdum, atq; efficiẽdũ, ut firmissimũ quoddã ꝑpositũ concipiat adimplendi in hoc diuinã Dei uoluntatem. Dñs uobis ea det sẽtire, ut sanctã in uobis faciant operationẽ. Qđ si carnalibus patribus hãc reuerẽtiã atq; respectũ debemus, illosq; honorare, atq; alere tenemur, ẽt spiritualib⁹ patribus, qui aĩas nostras erudiunt, & informãt hoc duplex honoris genus debemus exhibere: uidelicet, reuerẽtiam, & alimoniã: sic
1. Ti.5. nos admonet B. Paulus, dicens: Qui bene præsunt, presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè q laborant in uerbo, & doctrina. Vbi manifeste ostendit Apostolus illos alere esse, illos honorare. Tantum aũt est
32 peccatũ, debitũ spiritualibus patribus honorẽ denegare, ut cũ Deus ꝑditissimam Iudaici populi dissolutionẽ, & iniquitatẽ exaggerare
Ose.4. uellet, postq̃ dixerat ꝑ Oseã ꝓphetam, Audite uerbũ dñi filij Israel, qa iudiciũ dño cum habitatoribus terræ. Non est n. ueritas, & non est mĩa, & non est scientia Dei in terra male dictũ, & mendaciũ, & homicidiũ, & furtũ, & adulteriũ inundauerunt, & sanguis sanguinẽ tetigit, addidit tñ in fine dicens, populus enim tuus sicut hi q cõtradicunt sacerdoti. Vt cognoscatis dilectissimi quam graue sit hoc malum, quandoquidẽ in resolutione illud assigna causã suppliciorũ, q̃ de illis erat

sumpturus. Qđ cũ ita sit fratres charissimi, deprecor uos ut rẽ tã odibilẽ Deo diligentissimè fugiatis. Atq; etiam spectat ad honorẽ parentibus debitum ꝓ animabus eorũ bene facere postq̃ defuncti sunt, ac proinde dicitur, eleemosyna enĩ patris nõ erit in obliuione. Nã ꝓ peccato matris restituetur tibi bo- Eccl.3.
num. Et in iustitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis cõmemorabitur tui, & sicut in sereno glacies soluentur peccata tua. Ecce quã bona, & sacrificia quæ pro defunctis parentibus offeruntur, sibi dñs grata esse affirmat, eumq; solutionem in filiorum obitum reseruat. Itaq; quicqd boni ꝓ parentum suorũ defunctorum aĩabus filius facit, illud idẽ sibi facit. Eleemosynã illam appellat, ut inopiã maximã, q̃ aĩæ in purgatorio patiuntur, 33
ostendat, clamoresq; significat quibus ad liberos suos auxilium postulantes proclamãt, ardentissimamq; uoluntatem, qua sibi auxilium aliq̃ ferenti, aliquibusque bonis operibus suffraganti dexteram porrigunt, sicuti pauper mendicus quando extrema necessitate opprimitur, fragmentum panis ardentissime desiderat. Notandum est etiam solutionem, quam Dominus pollicetur restitutionem appellari in iustitia ædificatam, propter maximam eius firmitatem facienti bona pro defunctis non reddenda mercedes in re mobili, quæ potest deficere, se in fortissima ædificatione, & redditibus certissimis re- 34
seruatur. Verũ proh dolor, q̃ pauci reperiuntur, qui hac mĩa utantur. O quam miserabile, ac sanguineis lachrymis lachrymandum est liberos tanta eum trãquilitate parentum suorum diuitias deuorare, nec tamen recordari eis fortasse in necessitate maxima esse constitutos. Ne confidatis fratres in heredibus uestris, etsi filij uestri sint, sed quicquid ante obitum uobiscum deferre poteritis deferte, hoc est quicquid boni ante obitum facere poteritis, diligentissime facite.


Vir quidam nobilis habebat duos accipitres magni pretij eosque filio suo moriens 35
reliq̃t, dixitque illi: Fili mi alterum horũ accipitrum tibi sumes, alterum uero uẽdes, & offeres sacrificia ꝓ aĩa mea. Defunctõ igitur patre abijt filius in uenationẽ, dimisitq; alterum accipitrum post perdicem qui abiens non iterum reuersus est, quia fortassè ab aquilis fuit apprehensus. Quod cum uideret adolescens dextera sinistram palmã percutiens dixit: sit ille accipiter pro anima parentis mei. Ecce quales sunt filij huius tempestatis.

Non solum ĩt in liberis, uerum & in testamentarijs ẽt sunt hodie maximæ negligentię. De B. Thoma Aquinate legit̃ cum nocte quadã a matutinis horis exiret in claustro Parisiensem Priorẽ inuenisse, qui iam dieb. elapsis defunctus fuerat, à quo cum in capitulum introdoctus fuisset, dixit ei uolẽti ad eum accedere: Prior Ne ad me accedas q̃a uiuis comburor flammis; duodecim.n. sũt dies, ex quo ĩ purgatorij pœnis cõmoror: cu-
56 ius rei tota causa fuit, q̃a non executus sum testũ episcopi Parisiensis, cuius testamentarius eram. O quam lachrymanda res est hęc: ꝙ sint, qui faciant testamenta, nec tamen q̃ea faciant adimpleri. Hoc ãt iustissimũ meit iudicium Dei, ꝙ siquidem tu erga temetipsum crudelis, & impius fuisti, testamentarius etiam in animã tuã crudelẽ se præbeat, illius obliuiscens. Sanctissimæ Trinitatis nomine uos adiuro fratres mei, vt ad hæc diligentissimè aduertatis, cum Deus hunc defectum tam graui supplicio puniat.

Hoc tam sublime præceptum ꝑuaricatũ fuerat a Pharisæis & legis peritis pp ipsorũ cupiditatem, dicebant.n. melius esse sacrifi-
57 cia in templo offerre, q̃ parentum necessitatibus subuenire. Idcirco nũc a dño tã aspere reprehenduntur dicẽte: *Irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem uestram, hypocrita, bene prophetauit de uobis Esaias &cat.* Habebãt hi infœlices sanctitatem in lingua tãtũmodo cum Deo, cor aũt cum diabolo.
Iob.39. Idcircò loquens Iob de hypocritis dicit: pęna struthionis similis est pennis Herodij, & accipitris. Herodius, & accipiter altissime ꝑuolant; Struthio autem etsi herodij, atq; accipitris colorem habet, alasque quasi uolaturus in aerã extendit, corpus tamẽ a terra nõ
Simile. eleuat. Sic ẽt hypocrita uidetur iustus, cum non sit, uidetur uolare velle, nec tamen uolat, nihil ampliùs, nisi exteriorem speciem & apparentiam habet. Idem ꝙ inter naturam, & artem, idem inter veram falsamq; iustitiã
58 interest. Natura quippè in hominis generatione ac orde fabricari incipit, postea verò alia exteriora membra fabricantur. Sic etiã vera iustitia prius cordis interiora curat exornare, & perficere, posteà uero exteriora cõponit. Ars non interiora quidem, sed exteriora curat, Pictores etenim, & sculptores, & imaginarij non cor quidem, aut intestina ho-
Ecc.11. minis, sed exteriora membra, uidelicet vultũ manus, oculos, atq; hora depingũt, & insculpunt. Talis est falsa iustitia. Idcircò dicitur, non laudes uirum in specie sua, nec spernas hominem in visu suo. Breuis in uolatilib. est apis, & initium dulcoris habet fructus illius. Nimis usitatur est defectus hic in orbe terrarum. Omnes.n. secundum exteriora iudicamus. Non consistit uis domus in exteriori superficie dep cta, sed in interiori, in optimis. s. fundamentis, fortissimisq; parietibus fortitudo sita est. Homines sunt bonæ super- 39
ficiei, nec quicquam amplius in eis inest boni; sicuti hi, de quibus Dominus ait, cor eorum longe est a me, quod vtique instantius Deus petit, hoc illi minus tradũt, dicit Deus
Fili præbe mihi cor tuum. Non petit Deus Pro.23.
præcipuè ab hõie, caput, oculos, manus, aut pedes, sed minutissimum, atque leuissimum cor postulat. Quod si verè illi tradiderimus cætera omnis facillimè largiemur. Idcirco diligentissimè conabatur Dauid hominib. persuadere, vt corda sua in domino collocaret, dicens: ponite corda vestra in virtute eius. Ne tam pretiosum quid in secularibus Psal.42.
immunditijs collocetis. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Quò lapillus pretiosior est eo in meliori atque pretiosiori metallo ponere curatis, sicut in auro, ex omnibus huius mundi pretiosius nihil est corde. Quapropter illud in diuinitatis Dei auro includere curate. Non hic obiurgat Dominus hos 40
Pharisæos, quia illum ore laudabant, sed q̃a cordis intentio uerbis non consonabat. Dilectissimi fratres hunc optimum dominum oris laudibus ex intimo cordis affectu deductis collaudemus, & sic laudes nostræ diuinæ maiestati complacebunt, & illis diuinam ipsius gratiam promerebimur ut Deũ in æternum laudaturi in gloriam conscendamus. Amen.

Feria VI. post Dominicam III. in Quadragesima.

Venit Iesus in ciuitatem Samariæ quæ dicitur Sichar. &c. Ioan. 4.



1 TÆDIO affectus dominus ꝓpter pharisæorum malitiam atq; duritatẽ animaduertens q̃ parum in eis cęlestis ipsius doctrina ꝓficeret, decreuit illos derelinquere, & in Galilæã proficisci. Quo vt ꝑueniret, dicit S. Euãgelista oportebat eũ

transire per mediā Samariā. Et venit in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar. Hæc est ciuitas, quæ Sichem priscis olim temporib. dicebatur, uidelicet quando eius filia Dina illac pertransijt, ubi pudicitiam virginitatis
Gen. 34. amisit. Et ob hanc causam euersa est hæc terra. Attendite autem maximam Dei misericordiam, nam potest tot millia annorum, ex quo ciuitas illa vnius fœminæ causa perdita, atq; in perniciem tradita fuerat, hodie
2 dominus per alteram mulierem omnes illius ciues saluos facit, atq; ad se conuertit. In quo significatum est, si per unam mulierem, videlicet Euam, tantum detrimentum mūdo aduenit, per aliam mulierem longè dissimilimam, s. per virginem sacratissimam dominam nostram Mariam eidem remedium, totiusque salutis initium aduenturum. Acces-
Gen. 33. & 48. & Iosu. 24 sit igitur dominus iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Super hanc antiquam melioritatem hæreditatis, quam S.
Gen. 37. Patriarcha Iacob filio suo Ioseph reliquit notabile quoddam animaduertere operæpretium erit. Omnibus (credo) compertum est (sicuti refert sacra scriptura in libro Ge-
3 nesi) Ioseph a fratribus suis uenditum fuisse, & de manu in manum in eum statum peruenisse, ut totius Aegypti gubernator esset, adeoque æstimatum fuisse, ut Saluator mundi diceretur. Cumque primus esset a rege nō reperietis in sacris literis eum liberis suis in illa terra hæreditatem aliquam reliquisse. Sic utique (nihil minus) faciunt hodie magnates, qui; aliquid apud regem ualent, sed ipsi vniuersa cupiunt deglutire. Dic mihi uir sancte, quare liberis tuis in Aegypto primogenituram, aut hæreditatem aliquam non relinquis? libera me Deus (ait vir sanctus) ne tale faciam. Primogenituram oportet esse
4 virtutum. Quod autem melius, atq; beatius liberi mei habent, est nihil in Aegypto habere, sic enim patefactum habebunt aditum ad proficiscendam in terram promissionis, expeditamque inuenit uiam, primogenituræ, namq; atq; diuitiæ compedes essent, quibus detinerentur ne ab Ægypto exirent. Ex alia autem parte reperimus Patriarcham Iacob hanc hæreditatē filio suo Ioseph reliquisse; Quid igitur hoc significare dicemus? Dico in hoc demonstrari diuitias ex se, nec malas, neque bonas, esse, sed tales esse, qualiter vnusq; illis vsus fuerit. Imo verò bonæ. & non malæ sunt ex natura sua, siquidem Dei creaturæ sunt. Pulsatur hic fistula q̄ cū audis summopere delectaris, tam dulci, atq; suaui modulatione, q̄ fistulā alius accepit, & ita rude, itaque inepte illā tangit, vt illā nolles audire. Quid est hoc? nūq̄d fistula nō est eadē? sic. Sed q̄ eā tangunt dispares sunt in tangendo. Alter diuinitur illā tangit, atq; optimū edit sonū, alter vero tā malè illam pulsat, vt neq; eam velit audire. Sic est in diuitijs, sunt duo viri quorū vnusquisque habet quatuor
5 millia talentorum. Vnus plurima cū illis misericordiæ opa exercet, alter utro in ludis, ac profanitatibus illa consumit. De priore uniuersi bene dicūt, omnesq; illum laudant Deo, Angelus & hominib. placet. Et sic dicit Dauid de diuite bono, dominus conseruet eum & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, &c. de malis autem diuitib. dicit. Ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate, & impietate sua, prodijt quasi ex adipe iniquitas eorū. Ex diuitijs. n. tanquam ex adipe, & pinguedine cōpressa nimiā gulā, sensualem turpitudinē, aliasq; q̄ plurimas iniquitates elegerunt. Idcirco S. Ioseph diuini spiritus lumine illustratus, liberis suis in Aegypto primogenituram, neq; hæreditatem aliquā reliquit ne illis mali occasionis esset. Sāctus
Psal. 40
Psal. 72.
6 autem Iacob filio suo Ioseph hæreditarium prædium reliquit, cognoscens illum bene eo esse vsurum, videlicet ad gloriam Dei, atque ad proximorum utilitatem.

In hac ergo hereditatem, in qua erat fons Iacob, accessit diuinus dn̄s *Fatigatus ex itinere.* Non. n. equitabat dominus, neq; in curribus incedebat, sicuti nunc fieri solet. Quæ q̄dē satis magna abusio, atq; profanitas est, multæque res ad Dei ministeriū, spectantes ppea desinunt fieri, multæ missæ, ac conciones non audiūtur, siue q̄a currus non est adaptatus, siue q̄a nō est domi, siue, q̄a equus nō habet soleas ferreas, &c. Ecquid opus est, si ueniretis in missam, aut cōcionem a Deo peccatorū vestrorū ueniā petituræ, siue ad pec-
7 cata uestra confitēdū accedetis, cū nudis pedibus incedere deberetis, in curru uenire, & in honestas quidem? currus enim, (*Es un mirador,*) quem ex eo facitis, ad uniuersas vias pspiciendas, & liberius ex illo aspicitis, quā si edites incederetis. Si enim pedites uenire tis, oculos in terram conijceretis, conspicientes vbi pedes ponēdi essent ne caderetis, nec verò adeò diffusos, ac dissolutos oculos huc atque illuc immitteretis, sicut in curru facitis, vbi cadere nō timetis. O maximā Christianorū confusionē, q̄ humillimi Iesu sectatores

tores se esse ꝓfitentur;q cū potētissimus esset Deus, vniuersalisq; rerū oīum dñs pro salute nostra hō factus pedes, ac nudis pedibus per uias ambulabat. O fratres mei quare nō fatigamini, ut hunc optimū Deū, ac dñm quæratis; siquidem vt uos ipse quærat tanto perè fatigatur? o ineffabilem Deū, qui non
8 contentus est ꝙ oīa pp hoīem quasi fatigata reuoluantur, cęlū gyris suis: terra postquam plurimos, atq; vberrimos protulit fructus, tandē quasi defessa infructifera remanet, & sterilis: apes aerē tractantes p prata dispersæ ad mella fabricanda, quibus fętida hominū ora delectentur floret ingrunt; atque omnes denique creaturæ in nostri ministerio occupantur, & tñ hæc oīa parum Deo uisa sūt, nisi ipse etiam pro nobis fatigaretur. O benedictus, & glorificatus sit talis Deus. O miserum, atq; infœlicem hoīem, qui ne duob⁹
1. Th: 2 quidem passibus pro eius amore vult pedem moueri, O gloriose Apostole Paule quam diligenter tu, socijq; tui cęlesti Magistro ī hoc respondere curabatis, siquidem dicebas, Me
9 mores enim facti estis fratres laboris nostri & fatigationis nocte & die operātes, ne quēquam vestrum grauaremus, prædicauimus in uobis Euangelium Dei, uos testes estis, & Deus. Vos ergo fratres mei pp quem uos fatigatis? O miseri hoīes quot defatigationes p fertis pro uoluptatibus, honoribus, ac cupiditatib. uerumtñ nunc errorem istum nō cognoscitis, fationesq. ac labores istos, ut passiones cæci estis: optimè toleratos esse ducitis. Maledicti autem, atq; infęlices, qui ęternis cruciatib. in impiorum sedibus contorquentur, cum pœna eorū oculos aperuerit, qui culpæ voluptate clausi tenebantur, dicūt modo lassati sumus in uia iniquitatis, & pditionis, & ambulauimus uias difficiles, uiā autem Domini ignorauimus. Ne passum q dem in uia domini ambulare norunt. Atten
10 dite igitur uos fratres mei vtrum sic facia-
Sap. 5. tis, & opportunum uobis remedium adhibite. Hoc vos charitatem Dei instantissimæ deprecor.

Sedebat sic supra fontē. Sic, idest, qūo fatigati hoīes sedere cōsuescūt. Hō mirificæ cōplexionis saguineis, ubi primū defatigatur, pulcher ut rosa efficit, mirabiliter ꝗppe pulchritudo cu calore accrescit. Etiā sedebat sic
Chryso. (ſm Chrysost.) vt pauper quidam, & infimę conditionis hō. O quam mirabilis uisu esset rex sine sella, & conopæo, qūocunq. sedens quasi dicat; Regē atq; Deum illū a cælestib. spiritib. adoratū, uideretis, absq; throno, & maiestate sedetē quasi medicū, sic quasi nō esset Deus sedebat sic, sicuti nobis op⁹ erat. Necesse nobis erat De⁹ quidā fatigatus. Ec- Heb. 4.
ce ig: ē Deum, qualis vobis op⁹ erat. Hac cōsideratione nos magnopere cōsolatur B. Paulus dicēs: Teneam⁹ spei nr̄ę cōfessionē. Non .n. habemus pōtificē, qui nō possit cōpati infirmitatib. nostris, tētatū at p oīa ꝓ similitu 15.
dine absq; peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum grāæ eius, &c. *Sedebat sic.* Sic ut suū erga nos amorē ardētissimū patefaceret. Infirmatur uxor cuiusdā uiri nobilis, q Simile.
vt eam sūmopere diligit, fatigatus, nec edit, nec bibit, quoadusq. valetudinē ipsa recuperet. O maximā cōsiderationē Chr̄i Iesu filij Dei cōtēplamini, nullū in toto terrarū orbe virū unq̄ extitisse, qui uxorē suā tā ardenti amore diligeret, sicuti Xp̄s redēptor nr̄ Ecclesiā suā dilexit. Hūc amorē apte significauit omnib. illis dulcissimi uocabulus, quib. illā in cāticis alloquutus est dicēs. Amica mea, Cant. 2.
speciosa mea, colūba mea, formosa mea. At que ēt cū dixit: Ne euigilare faciatis dilectā. 12
Qđ uerbū cū illa singularitate maximā hēt emphasim. Et quia hæc sponsa infirmabatur idcirco eius sponsus non quiescebat: sed fatigatus huc atq. illuc incedebat. Postquam autem illam redemit, gloriosus in sua sācta resurrectione apparuit.

Fatigatus ex itinere sedebat sic. Solent reges & magnates etsi delicatissimus, atq. optimè cōditis cibis referti sūt, uenationis cibo, sicuti ceruo, aut apro, aut alio syluestrum ferarū genere delectari. Et sic in his feris uenādis mōtes, ac ualles currētes illas insectāndo fatigātur. Sic ē: unigenitus filius Dei delicatissimis auib. assuefactus (q sūt innumerabiles Angeli, in cælo cōmorātes) in hūc mūdū uenit, atq; in peccatorib. uenādis fatigatus 13
est: qui tanq̄ feræ in peccatorū suorū nemorib. inclusi latebāt, & quasi aues agrestes ac indomitæ extra ipsius amorē uolabāt. Et sic hodie sedit iuxta fontē; quia ad fontes, & riuulos solent aues bibituræ accedere; & ars est aucupū ad eas aucupandas, illic laqueos suos tēdere. O Christe, suauissime aīarum nostrarū amor, quid facis hic dñe sedēs super hunc fontē? sedeo (inquit) hic tanq̄ laqueus, uentura est. n. huc quædam passercula, quam meo amore uolo apprehendere.

Sic sedēte dño; *Venit mulier de Samaria haurire aquā.* O admirabile mysteriū cu filii⁹ Dei solicitior eēt, ardētiusq; sitiret aīarū

 salu-

salutē, q̄ materialē aquā in meridie, in ardentiori solis calore in deserto, accedit hæc mulier ad hauriendam aquā. Super hoc aduerti te, habentibus bona desideria nunquam deesse, in quibus rebus ea exerceant. Sicuti hic apparet, in hac enim solitudine ubi nulla opportunitas faciendi boni esse uidebatur, hic

Gen. 18. conuertēdam mulierem reperit. Patriarcha

14 Abrahā qñ peregrinabatur; in casula quadā morabatur, peregrinosque secum excipere solebat. Cūque uesperi quodā maxima cum anxietate ad ostium tabernaculi sui exiret, accesserunt tres Angeli peregrinorū speciē ferentes. Ecce qūo deficiētibus pauperibus, quibuscum bonam uolūtatem suam adimpleret, uenerunt Angeli. Qñ autē Angeli deessent, Deus se pauperem faceret, ut cum eo

Simile. tuum sanctum propositum exerceres. Idē et faciunt mali, ueluti siquis est lusor, nec tamē quo cum ludat, inuenit: cu lapidibus ludet, ipsasque chartas solus manibus euoluet. Cū

Ioan. 8. Christus Redemptor noster esset in templo,

& 10 quia Pharisæos cum seueritate reprehendit, seque uerū Dei filium esse apertissimē cōpro

15 bauit: dicunt: Blasphemauit lapidesque in tēplo arripiunt, ad eum lapidandum. Et diligentes pensandum est, eos in templo (quod quidem auro mundius erat) lapides reperisse omnia dñm, omnia .n. malignum peruersique animi hominē uidentur adiuuare ad operandum malum. Et ubique ad illud exercendam occasionem inuenit. Quapropter fratres optimas intentiones, ac desideria habere curate. Deus enim plenas manus uobis largietur ad ea exequenda, sicut in meridiē, & in solitudine occasionem dominus inuenit, ut sanctum propositum suum adimpleret. Quando autem pp aliquod impedimentum illa sancta desideria opere non potueritis exequi, hoc tantum nobis Deus remunerabit. Voluit Dauid templum dñi cōstruere, quod ei prohibitum fuit, quia vir sanguinum fuerat: illam autem uoluntatem

16 ei Dominus acceptauit, & sic dixit Salomō:

2. Par. 6. Cum fuisset uoluntas Dauid patres mei, ut ædificaret domum nomini dñi Dei Israel dixit dominus ad eum. Quia hæc fuit uoluntas tua, ut ædificares domum nomini meo: bene quidem fecisti huiuscemodi habere uoluntatem: sed non tu ædificabis mihi domum.

Venit mulier de Samaria. Mulier quò tendit? eo (inquit) ad hauriendam aquam. Nullius alterius rei meministi? Nunquid peccatorum tuorū recordaris? Non utique. Anne meministi Messiæ? nō. Nullam aliam cogitationē deferebat hæc mulier, nisi hauriendæ aquæ. Cumque absque Messiæ cogitatione graderetur, Messiā inuenit, & cum peccatorū suorū contritionem non deferret, illam reperit. O ineffabilem Dei misericordiam, quum eum homines de utilitatibus suis, secularibusque rebus agendo magnopere delectentur, in his ipsis negotiis inspirationem quandam eorum animis excitat, saluationesque suæ patefacit uiam. Cū nullā 17

aliam cogitationem deferret Saul, nisi perquirendi asinos patris sui, regnum inuenit; sic sæpenumero cū hoīes Dei sunt immemores, in illis rebus, quibus occupantur uult 1. Re. 9. & 10.

Deus illis apparere. Attendite quibus negotiationibus intendebat Beatus Paulus quando illi Deus apparuit eumque ad se conuertit. O quam merito dixit ipse S. Apostolus Acto. 9.

Deus est enim qui operatur in nobis, & uelle, & perficere, pro bona uolūtate. Ipse nobis Phili. 2.

infert desideriū, & ipsemet illud exequitur, sicut apparet in hac muliere, & in B. Paulo, 18

Ex his uerbis occasionē acceperunt hæretici huius tempestatis affirmādi nos nullū opus bonum facere posse, sed omnia a Deo fieri. Vnde & liberum arbitrium negant. His respondet Beatus Augustinus dicens, initium salutis nostræ Deo inspirante fit. Deus enim mentem illuminat, uoluntatemque excitat, ac commouet, ueruntamen postquam hoc modo animam excitat, non cogit uoluntatem, ut bona faciat, sed in suo libero arbitrio illam relinquit, & sic in eius potestate est eum Deum in ijs, ad quæ ab ipso incitata est, conformari, an non. Quod si Deo conformari uelit, ipse in promptu est, vt ei auxilietur. Atque ideo dixit Beatus Paulus, Dei enim coadiutores sumus. non dicit Deum solum hoc facere, sed Deum, & nós simul cum ipso. Et alibi abundantius illis, omnibus laboraui. Non ego autem, sed gratia Dei mecum. Vterque hoc fecimus, non autem ego solus. Quadam similitudine hoc intelliges. Est hic homo dormiens, qui longum iter facturus est, sic dormiens, non posset iter facere. Ad quem alter accedit dicens, eia homo surge, magnum enim tibi iter faciendum restat. Hic non eum cogit ad ambulandum, quod si eum deficere uidet, pane suo illum cibat, uinoque potat, & commeatu suo illum alit, quem si defatigari animaduertit secū in equum facit ascen

Aug. li. de Eccl. Dogma tib. Lege F. Alph. à Castro de hær. li. 9 verbo libertas. 1. Co. 3 1. Cor. 15 Simile. 19

dere. Sic utique facit Deus nobiscum longum, uidelicet usque ad cælum iter facturis. Voluntas nostras quasi soporata nisi à Deo excitetur, nequaquam ad bonum commouebitur. Illam igitur Deus ecitat, & ne deficiat sacris cibis illam alit: quæ sunt diuino sacramenta, & gratiæ, & super merita suæ sanctissimę humanitatis illam collocat. Ecce quam alto sopore dormiebat hæc pec-
20 catrix, siquidem saluationis suæ immemor existebat. Accedenti aũt illi ad puteum cœpit dominus, ut illam excitaret, & commoueret dicere. *Da mihi bibere*. Q̃uo domine aquam petis cum tanto calore exardescas, nec tamen quicquam hodie manducaueris? Expecta paulisper quousque ueniant discipuli tui, qui cibos empturi in ciuitatem abierunt, & postquam uenerint, buccellam comedes, & postea bibes. O parum scitis: bibere est cibus meus. Exorsus est dominus hunc sermonem; si. n. ipse non incepisset, mulier non ei loqueretur, & ita peccatrix abiret, sicuti ueniebat. Sed alloquutus est eam, ut occasionem sumeret illuminãdi eam, & ad bonum concitandi. Dixit autem, da mihi bibere. vt quã ardentissimam sitim haberet illius conuertendæ patefaceret. Magis nanq; sitis, quã
21 fames fatigat. Et sic pendens in cruce dixit,
Iob.19. sitio: cum non tam corporalis sitis, quamque saluationis nostræ auidissimus erat eũ, fatigaret. Tanta erat sitis qua in cruce æstuabat, ut integrum latronem uno sorbitu biberit. O quantopere bonus Iesus salutem no-
Luc.10. stram sitiebat: quis ei aquam dabit, sicuti
Gene.2. Rebecca illam dedit seruo Abrahæ dicens: Bibe Domine mi? nunquid est aliqua anima, quæ ei aquam porrigat, eiusque sponsa fiat? est ne aliquis diues, aliquis vir nobilis, iuuenis, virgo, aut denique aliqua matrona, quæ uero Eliæ fatigato, longoque itine-
3. Reg. re lassato obuiam exeat, atque aquam præ-
17. beat? videamus nunc quispiam exurgit ad eum hodie sitientem potandum. O quanta confusio, quod cum tot animæ hinc sint
22 nulla sit quæ huic necessitati subueniat, & sic bonus Iesus sitiens maneat. O domine cum tu sis fons aquæ uiuę, ex quo flumini erumpunt, quibus paradisi arbores irrigantur: quomodo hodie ex alieno puteo aquam exposcis? Habeo enim (ait dominus) talem sitim quam nemo nisi peccator poterit extinguere. Consideret igitur unusquisque Deum aquam ab ipso postulare. Verũ proh dolor? Nimis utique miserabile est nos tota die aquam diabolo haurire. Haurit iuuenis, virgo, vir primarios, &c. a mane usque ad uesperum aquam, ut bibat Sathanas, nec uero minima quædam gutta Iesu Christo hauritur. O animæ ingratę date bibere huic optimo domino, qui in meridie nec buccellam quidem panis comedit, & uase aquæ uestræ uult se tam sero refocillare. Quid domine, uis tu per urnam istam bibere, cũ per ipsam diabolum bibisse cognoscas? in vase, 23
per quod toties bibit Sathanas, atq; idcircò ore confacto, hoc est in tam immunda anima, os tuum his ponere. Nullum est genus immunditiæ, quod in cor meũ nõ fuerit ingressum, & tñ per illud uult Deus bibere. O b
benedictus, & glorificatus sit talis dominus.

Etiam ab hac muliere aquam exposcit, vt significare uelocitatem, qua eius aĩa peccatrix erat conuertenda. Pro quo nota Deũ qñ peccatores uult conuertere, alios comedere, alios bibere. Quod bibit, celeriter deglutitur, & transit in stomachũ quod autẽ edit, necesse est nimium mundi, atq; inter dentes reuolui. Nonnulli sunt peccatores, adeo duri, atque obstinati, quos ut Deus ad se attra- 24
hat, atque per gratiam in se incorporet necesse est illos manducare plurimisque morsibus illos demollire, hoc est, plurimos illis labores immittere, morbisq; atq; afflictionibus conterere, priusquam illos in se incor- Iob.33.
poret, atque iustificet. Hoc significauit Sanctus Iob dicens, increpat quoque per dolorem lecto, & omnia ossa eius marcescere facit. Abominabilis ei fit in uita sua panis, & animæ illius cibus ante desiderabilis. Tanta est Dei reprehensio, ut peccatoris ossa faciat stridere, hoc est, (*Cruxit*.) Per ossa significantur hic bona tpalia, diuitiæ, pecuniæque, dicuntur autem ossa, quia illis mollis caro sustinetur, sine quibus persistere, atque ordinate sustentari minime posset. Vitia, quæ carnis nomen sibi uẽdicarunt, non pñt absque 25
pecunijs sustentari, hæc etenim sunt eorum ossa. Ad gulam ludũ, sensuales turpitudines, ac denique honores sustentandos necessariæ sunt pecuniæ, sine quibus parum profecto fieri potest. Tollit: hæc ossa, & uniuersa ista caro in terram procidet. Morbis igitur (ait Sanctus Iob) efficit Deus, ut diuinæ consumantur, detinens diu peccatorem grauissimis morbis laborantem in lecto plurimisque illum doloribus conterens, & sic eius ossa marcescunt. Et statim ei panis est amarus, & omnia, quæ ipsi antea dulcia uidebantur.

bantur. Hac enim infirmitate contritus conuersus est, omniaq; quæ sibi antea uoluptatem afferebant, execratus est. Alij sunt peccatores molliores, qui primo ictu conuertuntur, & hoc quidem bibit Deus, absque .n. eo, quod eos dentibus conterat, in stomachum includi, atque in corde charitateq; sua collocat. Talis fuit hæc peccatrix: & ideo ei dicit, da mihi bibere. Hoc est uelociter ad me conuertere sicuti reuera factum est.

26 At ille respondit: *Quomodo tu Iudæus cū sis, &c.* In quo illū Iudæum esse cognouit? in vestibus, ac sermone. Rex Ochozias famulos suos misit, ut Deum Accaron con-
4. Re. 1. sulerent; vtrum ex morbo, quo grauabitur esset sanandus: quibus, descēdens Elias Dei imperio de monte, obuians dixit: Nunquid non est Deus Israel, ut eatis ad consulēdum Beelzebub? quamobrē hæc dicit dñs: morte morieris. Reuersi sunt igitur nuntij ad regem, qui euentum ei recitarunt: eosq; rex interrogauit dicens: cuius figuræ, & habitus est uir ille, qui occurrit uobis, & locutus est verba hæc? at illi dixerunt: vir pilosus, & Zona pellicea accinctus renibus. Et statim
27 per signa cognouit rex illum esset Eliam, dixitque ad eos: Elias Thesbites est: in uestitu, & aspectu cognitus fuit seruus Dei. O bone Deus, nescio utiq; quomodo hoc dicam. Dicite fratres mei, quomodo cognoscentur Christiani in uestibus? siquidem unquam Ethnicis quantumuis diuites atque potentes essent, tam prophanis uestibus usi sunt, qualibus utuntur modo ij, qui Dei Euangelium profitentur? tot etenim uestibus utuntur, tamque perpolitorum uestituum inuentiones exquirunt: ij præsertim, qui in sacro sancto baptismatis sacramento diabolo pompisq; eius renunciauerunt: ita ut & Turcæ
3. Re, 2. etiam de Christianorum prophanitate detrahunt. Cum Dauid iam in mortis articu-
28 lo esset, dixit filio suo Salomoni. Tu nosti, q̄ fecerit mihi Ioab, qui effudit sanguinem belli in pace, & posuit in cruorē prælij in bultheo suo, q erat circa lūbos eius, & in calciamēto suo, qđ erat in pedib. eius. Facies ergo iuxta sapientiā tuā, & nō deduces canitiē e-
2. Reg. 20. ius pacifice ad inferos. Hic dux Ioab dolosè aliu ducem interfecit. Et sicuti dicit hic Dauid, sāguine ducis interfecti balteū suū intinxit; quasi diceret: hic q̄ feci, pspicite, cruorē in signum victoriæ accepit glorias se de malo, q̄ fecerat. Veruntamen licet Dauid fraudulētum hoc homicidium maxime doluit.

quia illo, propter superuenientia hostiū prælia: sibi opus erat, aliquandiu hoc dissimulauit: quando autem obire uoluit, iussit illum interfici quia homicidiū ppetrarat, & de peccato suo fuerat gloriatur. Maximū malū est uos in uestibus uestris homicidium, superbiamq; uestram scriptam deferre. Non sufficit uos esse peccatores, sed de peccato uestro gloriamini? Maxima puersitas. Ecquid aliud nimia ornamenta uestra esse arbitramini, nisi titulos peccati Adę? uestes. n. necessarias esse in peccati pœna datum est. Vos igitur de 29
pœna peccato iniuncta gloriari, illaq; tanq̄ elegantia, ui, quodāmodo nihil aliud esse videtur, nisi peccatum optime factū fuisse affirmare. Cauete igit ne faxit Deus, ut siquidem de malo gloriamini, æternis illud pęnis psoluatis. Dicit dūs: si habes brachiū sicut Deus Iob. 40.
circunda tibi decorem, & in sublime erigere: & esto gloriosus & speciosis induere uestib. Quasi diceret: sed siquidē debilis, atq; imbecillis es quasi formica, aut aranea, & es homuncio, uilisq; terræ uermiculus, quare tam pōpaticis, ac sumptuosis uestib. te uis induere? O fratres charissimi per charitatē Dei vos rogo, ut consideretis uos cras, aut citò esse morituros, atq; in cinerē conuertendos. Vt 30
q̄d tam delicatè, sumptuosè, atq; pfanè corpora ista tractatis, cum idcircò tantis malis occasionem? beatus prę loqui autem hic qūo Christiani sermone cognoscerentur, oblongum utiq; foret. Iā. n. verba nostra non sunt tanquā eorum qui aīæ immortalitatem credunt, præmiaq; atq; æterna supplicia hoib. præparata esse cōfitentur. Non etenim mihi psuadere possum Ethnicos turpius, atq; obscœnius loqui, q̄ plurimi Christiani loquuntur: modicam autem animaduersionem, qua ēt de proximis nostris loquimur, quia satis Simile.
digne poterit explicare? Id demū ore ostendimus, q̄ ī corde habemus. Medici bonū, ac Socrat.
malum, morbi, uidelicet utrum sit periculosus nec ne, per linguam dignoscere consuescunt. Si ēt in uerbis corruptio, aut integritas conscientiæ magna ex parte reuelatur. 31
Vñ īterrogatus maximus ille Philosophus Socrates quid sibi de cuiusdam adolescenti? physionimia uideret, dixit iuueni, loqre, vt te cognoscam: significās q̄ppe certiorē hoīs 1. Reg. 16
cognitionem in līgua sitā esse. Dixit famulus q̄dam Saulis de Sancto Dauid: uidi uirū prudētē in verbis. Nō dixit prudētē in negotijs, nam licet omnib. reb. agēdis necessaria sit prudentia, multo tñ magis loquendo necessariā

cessari est, qui sic prudens fuerit, nõ nociua quidem, sed potius exemplaria, ac pietatis plena uerba loquetur.

Respõdit Iesus: *Si scires donum Dei.* idest, ò si scires tempus, in quo viuimus, beneficiumque quod Deus in mundum contulit,
Simile. & quam liberalis sit, cognoscere, & quis est qui dicit tibi: Da mihi bibere. Hoc est, sicuti alicui in necessitate maxima constituto diceret alter, scito talem hominem liberalissimum esse, qui mille, ac duo millia nummo-
32 rum in eleemosynam largiri consueuit, & ego sum eleemosynarius, per quem has eleemosynas erogat. Videte quomodo ad petendam eleemosynam pauperem inuitaret. Sic etiam in hodierna Sancti Euangelij lectione, ait dñs huic mulieri: O si cognosceres q̃ liberalis, ac munificus est Deus: Et ego sum eleemosynarius, per quem omnia distribuit. Si hoc bene intelligeres, tu a me peteres, & ego tibi aquam uiuam largirer.

Dicit ei mulier: *Domine. &c. Vnde ergo habes aquam uiuã?* Respõdit Iesus: *Omnis, qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum,* Hic declarat Dominus quantũ inter tẽporalia, & spiri-
33 tualia bona intersit. Hæc quippe terrestria
Psa.106 non animæ sitim extinguũt, imò potius illã adauget. Et de quærentib. in eis felicitatẽ in-
Psal.67. telligitur illud Psalmi. Errauerunt in solitudine, & inaquoso esuriẽtes, & sitiẽtes, anima eorũ in ipsis defecit. Hic adnotatur mũdi sterilitas, & anxietas, ac sitis hoĩum quærentiũ seculares nænias. Ideò B. Hieron. pro eo ꝙ nos legimus. Similiter eos, q exasperant, qui habitãt in sepulchris: uertit increduli aũt habitauerunt in siccitatibus. Et si plurima habeant, magis earũ rerũ, quæ non habẽt, cupi-
34 ditate fatigãtur, quã earũ, quas habẽt possessione delectãtur. Quod si mihi non creditis, cõsideret unusq; quã voluptatem reportauit ex illis, quæ sũmopere desiderauit, si igitur hucusq; nihil ex ijs, quæ desiderasti, post quã illud impetrasti, ò peccator tibi satisfecit; quare ea, quæ nondũ adeptus es tibi satisfactura, teque cõsolatura esse arbitraris? quare ex præteritis ad futura experiẽtiã non assumis? Nunqd ignoras ꝙ dicit Ecclesiastes:
Eccle.4. Quid est ꝙ fuit ipsũ, ꝙ futurũ est. Qđ si hęc te delectare dicas, non potes tñ negare, uniuersa, quæ sunt in mundo, non posse tibi in maiori necessitate fauere. Et hoc vnum sufficeret tibi ad omnia relinquẽda persuadere.
Exo.32 Qñ Moyses populũ Israel ad pœnitentiam maximi illius peccati idololatriæ, ꝙ commiserat, permouere uoluit, videlicet, qñ uitulũ aureum tãquã Deum adorarunt: Deũ illũ in eius conspectu confregit, cumque in puluerem redactũ populo bibendum tradidit. In quo uanã populi fiduciam, vnamq; Deũ, quæ sibi fabricati fuerant, uoluit demonstrare. Quasi diceret illis, Deum petijstis, q uos securos duceret, ac cuius auxilio terrã Chanaan possidendã caperetis, uidete igitur qualem Deum elegeratis, qualemq; potestatem, ac ualorem habet, siquidem illum bibistis. 35
Hæc ergo cognoscentes ad verum Deum conuertimini. B. Chrysostomus super hoc Chryso.
verbum, sitiet iterum, mirificam adducit similitudinẽ. Si quis iter faciens siti maxima Simile.
æstuaret, & amœnissimum, atque uberrimũ inueniret fontẽ pulcherrimũ habentẽ canalẽ, & præ nimia siti adeo cæcus accederet, ut arbitrans se ueram aquam bibere, de umbra aquæ per canalẽ exiliẽtis bibere conaretur, & cũ iterum, atque iterũ deglutiret, nihil tamen biberet, si hic diceret, qũo hac aquã non possum saturari, ecquis ei non responderet, dicens? Qũo saturari potes, si nõ verã quidẽ aquã, sed eius umbrã bibis? Applica os cana- Sapi.5.
li ueræ aquæ, & consolationẽ percipies. Nescis in libro Sapientiæ dici. Transierunt oĩa 36
tanquã umbra; Si igitur omnia sunt umbra quõ sitim tuam poterunt extinguere? Accede accede frater charissime ad canalem, qui est Iesus Christus, per quem aqua ex diuinitatis fonte, quæ est diuina eius gratia, prosilit. Hæc enim sitim, secularium que rerum desiderium tibi extinguet, sic etenim dicit Dominus: *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet iterum in æternum.*

Audiẽs mulier huius aquæ excellẽtias, dixit. *Domine da mihi hãc aquam.* Hæc adhuc res materialiter intelligebat, nos aũt Christiani, qui mirificas huius aquæ operationes credimus instantius illã oportet exposcere. 37
Iob dicit. Nũquid uirere potest scirpus absque humore, aut crescere carectũ sine aqua? Iob.8.
Sic impossibile est animæ bene esse absq; diuina gratia. Hanc autem diuina Maiestas pe- Esai.41.
tẽtibus, sicut oportet ꝑ Esaiã Prophetã pollicetur, dicẽs; Egeni, & pauperes q̃rũt aquas, & non sunt, lingua eorũ siti aruit. Ego dñs exaudiã eos, Deus Israel nõ derelinquã eos. Aperiam in supremis collibus flumina, & in medio cãporũ fontes. Quibus uerbis apertè significat, ad spiritualia dona cõsequẽda necesse esse maximã illorum sitim habere, illã que instantissime, atque ardentissime exũptare.

p...re. Hic etiam detegit, hæc dona tam par uis, quam magnis, dummodo conuenienter cum dispositione, & sicut oportet, accedant, a se esse communicanda. Et idcirco dicit se in supremis montibus, & in humilib. vallibus fontes esse aperturum egenis, & pau paribus. Et hæc duo nomina sic coniuncta collocare, significat maxime necessariam esse quandam propriæ paupertatis, atque utilitatis cognitionem. Non meministis quam
38 instanter assiduis processionibus aquam postulamus? Sic igitur & instantius quidẽ spiritualem aquã nos oportet exposcere. Væ non mendicanti, & qui sibi diues esse uidetur, nec a Deo eleemosynam efflagitat, nec illum rogitat, ut suæ diuinæ gratiæ super ipsum immittat.

Dicit ei Iesus: *Vade, uoca uirum tuum.* Hoc dixit ei, ut occasionem haberet dicendi ei. *Quinque enim uiros habuisti & nunc, quẽ habes non est tuus uir.* Quomodo dñe cũ tu tota mundi urbanitas, ac modestia sis, illam tam ignominiosè uituperas? Hoc facit ad eius utilitatem, ut ad culpæ suæ cognitionẽ deueniat. Quando agricola agrum suum
39 vult serere, prius illam aratro dissecat, ac disrumpit, pedibusque conculcat, ita, ut illum
Simile. asperrimè tractare videatur. Postquam autem semen suũ in eum seruit, nec eũ conculcat, nec animal aliquod in illum ingredi patitur. Sic se habet Deus cum peccatore, qui est quasi ager incultus, vult.n. illum reprehẽdi, & tanquam sanctæ admonitionis. & correctionis uomere exarari. Et sic hanc mulierem seuero hoc sermone alloquitur, dicens illam esse concubinã, ueruntamen postquã in ea sui ipsius cognitionem seruit, dicens illi, Ego sũ qui loquor tecum, non eam hoc modo iam reprehendit, neque conculcauit.

Cum autem mulier se hoc modo iam reprehendi perspiceret, alio sermone diuertit, dicẽs: *Domine ut uideo Prophetas es tu. Pa-*
40 *tres nostri, &c.* Hoc est peccatorum ingeniũ, vbi primũ eis dicunt quæ eos perstringunt, sermone alio diuertunt. O quã amara potio est veritas peccatori. Hoc significauit Beatus Paulus, dicẽs: Corã Deo in Christo loquimur.
1.Co.12 Omnia autẽ charissimi propter ædificationem uestrã. Timeo enim ne forte cum uenero, non quale uolo inueniam uos, & ego inueniar a vobis qualem nõ vultis. Quia illi a Sancto Apostolo nolebant reprẽhẽdi, idcirco dicit, qualẽ non vultis. Et paulo post: Ne iterũ: cum venero, humiliet me Deus apud uos.

Super quo notãdum primò est S. Apostolũ de se fateri, oĩa, quæcunque prædicabat, atque scribebat, esse ad laudem, & gloriã Dei, animarumq; ædificationem. Et dicit se timere ne illos dissolutos, atque peruersos inueniret, ne occasionem haberet reprehẽdendi illos, eisque molestiam afferendi, nouerat enim quam amara, atque insipida illis reprehensio uidebatur, Atque hinc est quod cũ plurimi proximos suos salubriter corrigere, atq; admonere teneantur, non tñ audẽt, ne illos, 41
molestia afficiant, cõmouentur etenim crudeli quadam pietate: Attendamus igitur fratres, quod singulis uobis dicit Spiritus sanctus: Nec retineas uerbum in tẽpore salutis. Eccle. 4
Non abscondas sapientiam tuam in decore suo. O immense Deus quã negligentes sumus in adiuuandis fratribus nostris, qa cum passim eos incidere, animamque suam interficere uideamus, ne minimo quidẽ uerbo illos adiuuamus. O quam difficilis est motu lingua ad consulendum proximo, ad dicendũ illi: Dñe ne iures, ne detrahas, attende creatorem tuum a te offendi. Ne sitis fratres pusillanimes in re tam necessaria. Quod si tibi dixerit alter, quem corrigis. Discede hic stulte, 42
scito te nunquam tam sapientem fuisse, nec talem unquam sapientiæ tuæ ostensionem præbuisse, quia non abscondisti sapientiam tuam in decore suo.


Deniq; vtroque iã uicẽ inter se sermonem prosequente. Dñs huic mulieri se se reuelauit, dixitq; *Ego sum qui loquor tecum.* Hoc est, ego sũ Messias mũdo promissus, Quę cũ hoc audisset, reliqt hydriã suã, & abijt in ciuitatẽ, uniuersumq; populũ ad uidẽdũ, atq; excipiendũ Messiam accersiuit, qui cũ uenissent, ad Dñm cõuersi sunt. O quãta est hæc nobis confusio, quod mulier cõcubina uniuersam ciuitatẽ suã ad Dei cognitionem adducit tot, autẽ prædicatores uix vnũ peccatorẽ alliciunt, & post tot conciones, ferè oẽs ita proterui, atque obstinati, sicut antea remanetis. Per charitatẽ Dei uos rogo fratres, ut 43
tãtæ obstinationis vos pudeat, huiusq; peccatricis exemplum sufficiat, ut non solum uos a peccatis uestris conuertamini, sed ẽt ut alios conuertere faciatis. Attendite optimi domini artificium, quod quasi uenator iuxta fontem suorum cœlestium uerborum laqueis, hanc passerculam uenatus est, & quasi lignum attractiuum illam constituit, qua reliquos peccatores apprehendat. Sit igitur unusquisque fratris sui exemplar, ut hoc Simile.

modo

modo alij alijs inui cem fauẽtes ad diuinam gratiam disponamur, qua cœlestis gloria comparatur, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Sabbatho post Dominicam III. in Quadragesima.

1 *Perrexit Iesus in montem Oliueti, & diluculo iterum venit in templum. Ioan. 8.*



PRædicanti dñõ in templo, adducũt Scribę & Pharisæi mulierem deprehensam in adulterio. Fortasse constituerant hi scelerati hoĩes inter se, dicentes: Si nobis dixerit, ne illam occidamus lapidib. quos ad eã pcutiẽdam adducimus, illum lapidabimus. Diligebat utiq. populus Saluatorẽ, quia misericors erat in peccatores. Horum aũt calumnia erat credere Christum Redemptorem nostrum, ut opinionẽ, q̃ de se hoĩes habebant, sustineret, pceptur ũ esse, ut adultera illa impunis dimitteretur.

2 Vna ex maiorib. tentationib. quib. diabol⁹ plurimos superat, est opinionem sustinere, q̃ hoĩes de unoquoque conceperunt. Imponit familiaris seru⁹ Principis cuiusdam falsum testimonium proximo suo, & intelligens se se debere retractari, ne æstimationem apud Dñm suum amittat, toto ferè uitæ suæ tempore in peccato commoratur. Et quot etiã homines plurimas diuitias non restituunt, ne æstimationem amittant? Hac hasta, quæ quidem uelocissimè decurrit, prostrauit Sathanas Pilatum, quando per os horum ministrorum suorum dixit: Si hunc dimittis,

Ioã. 19. non es amicus Cæsaris. Contendebat utiq.

3 Pilatus dñm dimittere, hoc autem telum adeo forte fuit, ut illum persistere, uolũtatem que suam comprimere compulerit. Maluit etenim iniquus ille iudex æstimationem q̃ habebat apud Cæsarem, integram inuiolatamq; sustinere, quam animam suam a peccato immunem, ac liberam conseruare.

Hac igitur tentatione uoluerunt pharisæi dominum tentare, arbitrantes illum sui æstimationem, quam apud homines de clementia, ac misericordia habebat, conseruaret, legem Moysi uiolaturum esse, quæ qui-

Leu. 20. dem adulteros lapidari præcipiebat. Et sic dicunt ei. *Magister, hæc mulier modo deprehẽsa est in adulterio.* Aĩaduertite quantum malum sit adulterium, si quidem tam graui supplicio illud ẽt in hoc seculo Deus puniri pręcipiebat. Fons & origo huius uitij, uniuersæque sensualis turpitudinis est affectio. Quæ secundum Theologos est uoluntate adeo se se alicui rei applicare, ut vix illam rem a phãtasia deponere ualeatis, uixq. de alia re loqui possitis. Est sicuti qui in unum colorẽ totos oculos coniicit, ita ut alios uix possit aspicere, oĩa. n. q̃cunq; aspicit, illius coloris ei esse videnť. Si oculos in uitrum quoddam fenestræ rubicundũ infixeritis, oĩa postea illiusmet coloris uobis videbuntur, sic ẽt qui uoluntatem suam nimia affectione, & amore rem aliquam amare consentit, uigilans semper de illa cogitat: dormiensq; de illa somniat. Hæc affectio est uenenũ quoddam, q̃d oculis deuorať. Hęc affectio est (*un reialgar*) honoris diuitiarũ, personæ, & (q̃d peius est) cõscientiæ. Hæc hoĩem magis rõne priuat, mentemq; tenebrosius obcęcat, q̃ uniuersæ nebulæ. Idcirco affectuosè Deum precabať Dauid, dicẽs: Auerte oculos meos ne uideãt uanitatem, Et referens Salomon: sex uitia, q̃ Deo nimis odibilia sunt, primũ posuit, non habere oculorum obseruantiam, neq; custodiam. Et ita dicit; Sex sunt quæ odit dñs, & septimum detestatur anima eius, oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxiũ sanguinem. Primum dixit oculos sublimes, & erectos deferre, quia hi sunt totius perditionis animæ initium, quocirca maximam illorum curam oportet haberi. Admirabilis est diligentia, quam habemus in oculis custodiendis, ne ad eos parum pulueris accedat, ne nobis officiat, atque excæcemur, nec uero illos custodim⁹ qñ quicquã offertur, quod spiritualis mortis nobis occasion esse potest. Sed omnia summa animaduersione uolumus perspicere, ac si essemus pictores, qui omnia quęcunque uidemus, de picturi essemus. Ioseph cum in Aegypto uenundatus esset, in domo uiri cuiusdam nobilis morabatur, & bonus adolescens erat pulchra facie, & decorus aspectu. Post multos dies iniecit domina sua oculos in Ioseph, & ait. Dormi mecum. Perpendite singula hæc uerba, ut ei rem tam turpem suaderet, prius oculos in illũ affectuosè iniecit, qui bene ei uisus fuit. Siquis diceret huic mulieri, quomodo in seruum tuum oculos iniicis? statim illa responderet: Num quid

Simile.

4

Ps. 118.

5

Prou. 6.

6

Gen. 39

quid non potest domina in uniuersam domum suam oculos conijcere, & quælibet in in illa perspicere? O quam subdola fraus? Attendite uiā ad uniuersum malū esse, oculos effundere. Si hæc mulier demisso ī terrā oculos haberet, non utique in tantum malū deueniret. Et si qn̄ primo in illum oculos coniecit, & cor solito de more illum concupisceret, ipsa diceret: Væ mihi Deus est in cęlo. Et si quidem hunc respectum non habe-
7 bat, saltem diceret: Heu nupta sum: hæc supscriptio non conuenit mihi: nō utique adiecisset, ut diceret impudenter; Dormi mecū. Optime nostis, tales esse seruos, ac mācipia, ut absque occasione peccata perpetrare conentur, quid igitur oblata occasione faciēt? Hæc infelix non animaduertit se esse uiro subiectam, & Ioseph esse mācipiū suum, & seruum omnipotētis Dei, nec ad honorem, nec ad hominum dicta respexit. Sanctus autem iuuenis attentius quam illa singula q̄q; pensauit. Qui nequaquam æcquiescens operi nefario, dixit ad eam. Ecce dn̄s meus omnibus mihi traditis, &c. Quō ergo possum
8 hoc malum facere? quomodo, dicis? Si hui⁹ tempestatis adolescētes interrogares, ipsi tibi dicerēt, quomodo? Vix etenim adhuc loqui sciunt quando iam adeo corrupti, ac libidinosi sunt, ut dictu sint mirabiles, seu potius miserabiles, atque obstupendi. Perpendite exaggerationem, qua dicit. Hoc malum, Nunc autem non dicunt, hoc malum: sed est fragilitas quædam. Et quamuis ibidem dicitur, quod mulier molesta erat adolescenti, ille recusabat stuprum, nūquam illum potuit superare, & omnia mundi mala, atque calamitates, carceres, atque catenas maluit tolerare, quam Deum offendens, tam horrēdum facinus perpetrare. Quando Abraham præ mortis timore simulauit Rebeccā non uxorem quidem, sed sororem suā esse, post-
9 quam Rex Abimelech illam non sororem, sed uxorem esse cognouit, illum reprehendit, dicens. Quare imposuisti nobis? Potuit coire quispiam de populo cum uxore tua, & induxeras super nos grande peccatum. Nimis notabile est hoc profecto, quod cum ēt infideles maximum esse peccatum adulterium iudicauerint. Christiani tamen rem facilem esse ducant, humanamque fragilitatem appellent. Nunquid arbitramini fratres Iesum Christum filium Dei in mundū uenisse, ut nobis peccandi concederet facultatem; quia tam liberè, ac dissolutè per hæc peccata uos diffunditis, & tam parui illa æstimaris? O per reuerentiam Dei uos rogo, vt oculos uestros claudatis, neque ea perspiciatis, quæ uobis animam occidant.

Primum templum, quod Deo in toto terrarum orbe cōstructū fuit, illud construxit Salomon. Vt autem diabolus ardentissimis 10
inuidiæ semper ignib. exardescit, diligentissime curauit, ut ipse Salomon illi ēt templa dicaret, eiusque ministerio erigeret, & omni sua diabolica astutia, fraudulentaq; calliditate se hoc Salomoni persuadere, atq; in ei⁹ animum inducere non posse, cognouit. Et sic medium quod ad hoc conficiendum assumpsit, fuerunt mulieres. Hæ illum prostrarunt, in tantamq; miseriam adduxerunt, ut illum ad templa diabolo ædificanda cōmouerint, ut patet tertio Regum, ubi dicitur. Aedificauit Salomō phanum Chamos Idolo Moab. Atque in hunc modum fecit uni- 3. Re. 11
uersis uxoribus suis alienigenis quæ adolebant thura, & immolabant dijs suis. Res profecto dictu, atque auditu metuenda, quod tale tantumq. peccatum possent mulieres homini tantæ qualitatis, tamque sapienti persuadere. Timeamus igitur fratres mei, & nemo suis bonis propositis confidat: quantuncunque enim efficaciæ illa habeatis, nō tam 11
firma erunt, sicut erant proposita Dauid's, qui in tantam illorum abundantiam deuenit, ut dixerit. Ego dixi, in abundantia mea, Psal. 29.
non mouebor in æternū. Oblata aūt postea parua quadam occasione, qualis fuit mulierem non in domicilio quidem secum, sed uisum è solari diffundendo è conspectu perspicere, satis fuit, ut illum ab omnibus sanctis propositis deijceret. Attendite, utrum sit vitium, quod tam facile confringatur, an stuppa adeo exsiccata, quæ in conspectu lōginquo ignis, cum ei non applicetur, exardescat. Quis erit, qui hæc attentè considerans, nec serio nec per iocum ad prunas audeat accedere? In prælijs, quę commisit Dauid cum 12
hostibus suis manu & ense cum illis confligebat, & sic eos superabat. Quando autem cum illo horribili gigante Goliath dimica- 1. Re. 17
uit, a longinquo & lapidibus illum deuicit. Sic nos facere oportet: nam aduersus cætera omnia uitia, pari Marte possumus dimicare, & cum eis colluctari, quousq. uictoriā reportemus. Hoc autē uitium carnis, qui est horribilis gigas, a lōginquo, lapidib. hoc est, ieiuniis ciliciis, & disciplinis superare debemus, & fugientes omnem occasionē, diuino fauore

fauore adiuti ab eo uictoriã reportabimus.

Etiã grauitas huius peccati adulterij maxime ex illis uerbis Oſeæ Prophetæ apparet ubi dicitur. Omnes adulterãtes quaſi clibanus ſuccẽſus a coquente. Ad quorum uerborũ intelligẽtiã notandũ eſt diabolũ maximo artificio uti, ad efficiendæ, ut in grauiſſima quæque peccata dilabamur. Et hanc certiſſimam regulam habete, ſ. quo grauiora ſunt peccata, eo lõgius, ſynderesin rõnis,
13 & conſciam, ac timorem domini ab eis recedere, & efficere, ut ea maiori odio habeamus, quia rõni, ac fidei magis repugnant. Ars autem diaboli ea eſt, quæ, ut hæc grauiſſima peccata committãtur, magis ſenſuales appetitus hominis adauget, amoremque ardentius inflammat, vt amor, & concupiſcentia rationem, atq. timorem hæc grauia peccata renuentem ſuperent, memoriamque ac recordationem diuinæ legis, Deique, & æternorum inferni cruciatuum adimit, uel ſaltẽ facit diuertere hominem ab horum oĩum recordatione, quo ſic clauſis ad hæc ſpiritualibus oculis, facillimè grauiſſima peccata cõmittantur. Et hoc eſt, quod hic dicit S. Propheta, uidelicet, ꝙ cum diabolus intelligat
14 q̃d ſit adulterare & q̃ graue peccatum adulterãdo ꝑpetretur: adulteros inflammat quaſi furnarius, qui clibano ligna applicat, illumque inflammat, ut tanquam clibani incenſi tam graue facinus cõmittant, & hoc q̃dem tanta cum ſecuritate, ac tranquillitate conſcientiæ, acſi nihil facerent. De ijs autem qui in hoc ſæculo ſunt, quaſi clibanus: dicit Dauid; Pones eos ut clibanum ignis in tempore uultus tui. In hoc ſeculo fuerunt clibani culparum, in futuro autem erunt fornaces pœnarum. Ideò B. Paulus bonos coniuges alloquens, dicit: Honorabile connubium thorus immaculatus. Et addidit ſtatim, dicens. Sed fornicatores, & adulteros iudicabit Deus.

Oſe. 7.

Pſal. 20.

Hebr. 9.

In hoc igitur grauiſſimum peccatum inciderat hæc mulier; in quo comprehenſa
15 cum illo tumultuoſo ſtrepitu, atque leonino furore ab illis impijs hominibus ferebatur. Hoc utique reperietis nullum eſſe, qui acrius, neque crudelius puniat, ac reprehendat, quam illum qui eſt maximus peccator. Huius rei mirificum habemus exemplum in hodierna Epiſtola, in qua agitur de illa Sancta Suſanna, quam turpiſſimi illi ſenes uiolare uoluerunt; Quorum appetitui cum ſancta matrona ſatisfacere renuiſſet, uociferari cœperunt illamq; adulterii, quod ipſi committere uoluerant, accuſarunt: pœnam q̃; qua ipſi dignisſimi erant ſanctæ fœminæ imponi curarunt. Sic etiam hi, ut erant peſſimi, atq; crudeliſſimi miſerã adulteram crudeliter deferebãt, nõ ãt adulterum, q̃ fortaſſe maiore habebat culpã, q̃ illã nimijs, aſſiduisq; rogitationib⁹, ac pollicitationibus ſolicitauit. Dicite, maledicti accuſatores, lex non ꝑcipit, adulterum ſimul & adulterã lapidari? quomodo ergo ſolam hanc mulierem defertis, ut in ea ſupplicium exerceatur? Hoc (credo) fecerant, q̃a fortaſ-
16 ſe adulter erat uir potens, ac locuples, & magnis illos largitionibus corruperat: mulier aũt fortasſis nõ habuit quid eis daret, Et iõ relicto adultero illa in iudicium ducebatur, quia, ut vulgo dr̃, ſemp debiliori, & tenuiori parte conſtringitur funis. Fratres dilectiſſimi, ij, qui eſtis iudices, aut gubernatores, ſiue munus hoc curatis adipiſci, aduertite rationem, qua illo uos fungi oportet. Dauid. n. uos illam docet. Tam ſolicitus quippe erat bonus Rex in iudicibus ſuis admonendis, tribunalibusq; ſuis asſiduo viſendus 17
quo unuſquiſq; munere ſuo fideliter fungeretur, ut modum, quo iudicaturi erant, carminib. inſcripſerit, eaq; illis memorię mandanda tradiderit, ne unq̃ illorum obliuiſcentur. Et ita dicit, De⁹ ſtetit in Synagoga Deorum, in medio ãt Deos diiudicat, &c. Hoc primum in his carminib. notandum eſt, ſanctum Prophetam ſpiritu diuino ductum, iudices Deos appellare, ut eis ſignificet quã iuſte illos munera ſua oportet exercere? Dicitq; eis, Aĩaduertite uos non hoĩes q̃dem, ſed Deos eſſe, Contemplamini igitur quid faceret Deus ſi in iſto tribunali iudicaturus ſederet, hoc ipſum, & eadem cum rectitudine vos facere oportet, eoſq; commonefacit ut aĩaduertant Deum eorũ iudiciis, ac ſententiis adeſſe. Et dicit, ſtetit, ꝓ ſtat, Hebræi nãq. hoc preterito pro ꝑſenti tpe ſæpe utuntur. O quã efficax rõ ad illos ad bonum indu- 18
cendos; quaſi dicat, Dicite iudices, ſi ego tribunalib. ueſtris prçeſſem, quãta cum rectitudine iudicatis? q̃to ãt preſtãtior, atque potentior eſt Deus me: q̃ quidem tribunali ueſtro præeſt, & diligenter conſiderat quomodo te ſtẽ interrogatis, intentionẽmq; ueſtrã in illo examinando ſcrutatur. Et optime ꝑſpicit q̃do pp largitiones a bono propoſito diuertimini, & quando libro ſtudioſe reuoluitis, ut reum liberetis, quis illum ſoluere teneri, cogno-

Dan. 13

Pſ. 81.

gnoscatis. Diiudicat, id est, oĩa pẽsat, oĩa, quę cumq; facitis metitur. Atq; ad hoc, ut iudices sitis non cõtẽtus ẽ, ꝙ hoĩes, aut Angeli sitis, sed uult etiam uos esse Deos. Quapp idẽ facite ꝙ Deus in ista sede cõstitutus faceret. Quid faceret Deꝰ? Primũ, bonorũ meorũ nõ indiges, Deã nõ sunt necessaria bona mea. Idcirco Romani diuites, & opulentos iudices statuebant, q̃ nullius bonorũ egerẽt.
19 Et sic refert. Valerius Maximus, ꝙ Tiberius Cæsar raro mutabat iudices prouinciarum. Noui.n. semp auditores furãdi ingrediebantur; & afferebat exẽplum hominis uulnerati & muscis cooperti, q̃ homini illas expellẽti dixit. Male fecisti, q̃a hæ muscæ iã erãt saturatæ, nec tñ comedebant: nunc ãt uenient aliæ famelicæ, quæ me denuo compungent. Et ipsemet refert, cum Romani in Hispaniã missuri eẽnt. Cõsules, duos in senatu pręsentatos fuisse, & tũc Scipionem rñdisse: Neuter mihi placet, quia alter nihil habet: alteri nihil satis est. Tã inconuenietem, atque ineptã ducebat in iudice paupertatem, q̃ auaritiam. Ita iudicare debetis, ac si nullius rei indigeretis. Quando litigator ad aliquẽ vestrũ
20 accesserit, dicens: dñe iudex accipe hos hœdos, & has gallinas, & memẽto negotij mei, debetis ei rñdere: Attendite me esse Deum, nec hœdorũ, neq. gallinarũ uestrarũ indigere; iustitiamq; a me esse iudicandam, neque uirgã ullo unq̃ tpe flectẽdam. Dicit ulterius S. Propheta: Vsquequo iudicatis iniquitatẽ & facies peccatorũ sumitis. Doctor quidam istorũ uerborũ sensum assignãs dicit eẽ intelligẽda. Quousq; tãdẽ mali, & peccatores eritis, atq; inique iudicabitis? ut significet iudicẽ, qui malũ condẽnaturus est, non dẽre esse malũ. Cum uos peccatorum facies habeatis, hoc est, cum peccatorum opera faciatis; qũo alios benè gubernabitis; eorumq; supplicia recte punietis. Qui aliorũ uitia puniũt dẽnt
21 esse, sicuti qui theriacã uẽdũt, ut eã emptores emãt, in semetipsis illã experiuntur ueneñũ comedẽtes: & sic emptores illũ emũt, ꝙ minime facerẽt, nisi proprijs oculis experiẽtiam cernerẽt. Sic ẽt vos, qui aliorũ peccata reprehẽditis, si vultis vt correctio, supplicium que vestrum ꝓximis ꝓficiat: priꝰ i vobis experientiam facite. Si aũt est iudex latro, aut carnalis, quomodo fures, ac libidinosos homines puniet? Bonus sensus est hic horum uerborum Psalmi: ueruntamẽ nõ est cõformis literæ. Ideò sensus est, Iudicate iniquitatem, est pro iniquitate iudicare: iniustitiæ fauere: iniuste, & iniq; iudicare. Facies peccatorũ sumere, est accipere ꝑsonas, iniquas; iniquis hominibus auxiliari. Accedunt bini litigatores ad iudicem: tunc non dẽt iudex cogitare contentionem inter hunc & illum, sed inter ęquitatẽ, & iniquitatẽ uersari. Nã si litẽ inter hoĩes esse cogitatis, si alter esset sutor, alter uerò Dux illustrissimus, statim in fauorem ducis inclinaremini: etsi ille, nec iure, nec rõne polleret. Quocirca oportet uos arbitrari inter æquitatẽ & iniquitatem 22
iudicare: inter illos namque inest cõtẽtio; & sic rectius iudicabitis. Atque idcirco, subdit, dicens: Iudicate egeno, & pupillo, humilem, & pauperem iustificate, eripite pauperem; & egenũ de manu peccatoris liberate. Hoc est semper tyrannidem oppugnate, & pauperes iniurijs, ac persecutionibus attritos ab affligentibus eos liberate. Dicit ulterius; Nescierunt; neque intellexerunt: in tenebris ambulabant, mouebuntur oĩa fundamẽta terræ. In his uerbis iudices deterret, significans eis quãtum damnum prouenit ex illo, quod iustitiã, sicut oportet, non iudicant. Et dicit; 23
O si cognosceretis, quantũ depẽdet ex benè an male iudicando, & ex a qua, aut iniqua sñia proferenda. Nescierunt (ait) id est, nescitis non hoc intelligitis; & ideò inique iudicatis. Scitis quid nã sit inique iudicare? est effundere regnũ. Mouebũtur oĩa fundamẽta terræ. Est mũdum euertere, illũq; a summo usq; deorsum reuoluere, atque perturbare: ec quid regna stare facit? Nisi esset iustitia, eẽt regnũ? o iustitia vbi es? nã quia tu dees, ideò mũdus tot, tãtisq; calamitatib. opprimitur, tãq; assiduis tumultib. cõturbatur. Dicunt hoĩes, dñe Toletũ, Cæsaraugusta, Hispalis, & Valentia sunt meliores atque ditiores Hispanię ciuitate; omnia quippè abũdũtissime hẽnt, nimijsq. delectationibus abundant. Et dñe est in eis recta gubernatorum moderatio? est iustitia? dñe (ait alter) hic est maior defectus, quẽ habet. Liberet igitur me Deus 24
a talib. populis, si in eis iustitia non floret. Quam miserabile est hoc, qđ uix in toto terrarũ orbe ciuitas repit, de qua nõ dicat, maiorẽ defectũ quem hẽt, esse defectũ iustitiæ. Et iõ oĩa cõfusione cõturbant. Mouebũtur oĩa fundamenta terræ. Dicit ulterius. Ego dixi: Dij estis, & filij excelsi omnes. Vos autẽ sicut hoĩes moriemini. O q̃ terribilia uerba eis dicit, ut eos deterreat, quò nisi profuerit illis, aĩaduertere se Deos eẽ, bonũque aũt dãnũ, qđ ex eorum ęquitate, aut iniq tate dimanat.

Valeriꝰ Max.

nat,conſiderare,& cognoſcere Deũ ipſorum
ſnīa,atque opera perſcrutari, ſaltem mortis
recordatione terreātur. Hic hoīes ſignificāt
plebeios hoīes,id eſt, attendite rerum oīum
eſſe finē, nec uos in iſto mortali corpore in
perpetuum eſſe uicturos. Attendite uos quā-
tuncunq; potentes ſitis, quaſi hoīes in ſimæ
25 conditionis,& plebeios eſſe morituros,& in
conſpectum illius ſupremi, atq; uniuerſalis
omnium iudicis eſſe deducendos, vbi æter-
nis tormentis pro iniquitatibus, quas nunc
facitis(niſi uos in meliorem frugem recepe-
ritis)cōdēnabimini. O faxit Deus, vt hæc ſa
luberrima Spiritus ſancti cōſilia, in cordib.
ueſtris imprimantur, atque in memorijs ve-
ſtris fixa remaneant,& in omnibus ſecundũ
illa gubernemini. O quātum uobiſmetipſis,
ac rebus publicis proficietis?

*Ieſus autē inclinans ſe deorſum, digito ſcri
bebat in terra.* Hic ineſt alia admirabilis do
ctrina, uidelicet, ꝙ quātumuis partes vos ſti-
mulent & exagitent, ut citò ſnīam proferա-
tis; prius attentiſſimè conſideretis qualiter
26 iudicare debeatis. Attendite quam inſtanter
exagitabant hi flagitioſi bonũ Ieſum,& quā
ta cũ tranquillitate, cordiſq; ſerenitate, ſe ſe
in terrā uerſus inclinat,& moratur, antequā
eis quicquam reſpondeat. Quod ut melius
intelligatis notate mirificum quoddam exē
Ioan. 1. plum, quod eſt in libro Ionæ; Vbi perpendi-
tur quāta cum prudentia, & conſilio nautæ
in mare Ionā immiſerunt, mare illos ſtimu-
labat, fluctus tumidiſſimi tps abbreuiabant
tēpeſtas magis, ac magis accreſcebat: ij autē,
qui in naui morabantur, attendite quanta
cũ conſideratione ſeſe habebant: ſortes nan
que miſerunt, ſors verò longæ contigit, quæ
illũ in mare demergendum eſſe demonſtra
bat, neque erat quid amplius ſperarent. Et tñ
eum interrogant, quid feciſti?& peculiariter
eius uerba inquirũt, qui culpam ſuā cōfeſſus
eſt. Nunqd igitur illũ protinus demerſerũt?
27 non utique, ſed timuerunt uiri illi, eumque
iterum iterrogauerunt, cur hoc feciſti? eius
inobedientiam aperte cognoſcunt, diuinam
que iuſtitiam eſſe intelligunt, ut illum præci
pitent. An ne illum ſtatim in mare deijciũt?
Nō, ſed illum iterũ rogarunt, dicētes: Quid
faciemus tibi, & ceſſabit mare a nobis, qui
aduerſus ſemetipſum ſententiam ꝓtulit, di-
cens: Tollite me, & mittite in mare,& ceſſa
bit mare a uobis. Scio enim ego ꝙ propter
me tempeſtas hæc grandis uenit ſuper vos.
Eia ergo quid amplius expectandum eſt?

ſorte illum detexerunt, mare turbulentum
rugitibus ſuis eum efflagitat, ipſe culpā ſuā
confeſſus eſt, proprioque ore ſententiam
protulit, uoſque meritò conijcere poteſtis
Deum uelle vos eſſe huius ſententiæ execu-
tores, quid igitur ſperatis, ò maximam ho-
rum nautarum prudentiam, atque probita-
tem,& tamen nondum illum proijciunt, ſed
quoad poterant, portum aliquem tenere cu-
rabant, vt illo indemni à maris tempeſtate ſe
ſe liberarent. Remigabant viri, ut reuerte- 28
rentur ad aridam,& non ualebant, cumque
iam nullum aliud ſibi remedium adhibere
poſſent, diuinamque uoluntatem apertè co
gnoſcerent, ſicut homines qui non ſponte
quidam ſua illum occidebant, niſi tantum-
modo, ut illi obedirent, qui voluntatem ſuā
eis tam manifeſte reuelauit, oculos in cælum
erexerunt,& clamauerunt ad Dominum, &
dixerunt: Quæſumus Domine ne pereamus
in anima uiri iſtius, & ne des ſuper nos ſan-
guinem innocentem, quia tu Domine ſicut
uoluiſti, feciſti. Qua oratione facta tulerunt
Ionā, & miſerunt in mare. Animaduertite
prudentiam, conſilium, atque animaduerſio
nem nautarum, etſi erant homines Barbari,
& Ethnici. Hiſtoria eſt hæc, quam aureis cha 29
racteribus in oſtijs, ac parietibus tribunaliũ
ad Chriſtianorum iudicum confeſſionem,
atque ad neceſſarium doctrinam, qua ducе-
rentur, oportet inſcribi. Nonnulli enim iu-
dices ſunt, qui humanum ſanguinem effun-
dentes, delectari videntur, cùm tamen maxi
mæ dolendum, atque miſerandum ſit, quod
offeratur caſus, in quo neceſſario ſit effun-
dendus, vt iuſtitiæ rectitudini ſatisfiat. Attē-
dant igitur iudices, ſiquidem iuriſperiti ſunt
quibus medijs vſi ſunt hi nautæ in executio
ne iuſtitiæ, quam exercuerunt, cum tamen
ne minimis quidem labris literas deguſtaſ-
ſent, ſed naturali tantum lumine gubernati.

Cùm ergo perſeuerarent interrogantes
eum, erexit ſe,& dixit eis. *Qui ſine peccato eſt
ueſtrum, primus in illam lapidem mittat.* Illu 30
cuſque fortaſſe nō intuiti fuerant, quid Do-
minus in terra ſcriberet. *Et tunc, iterum ſe
inclinans, ſcribebat in terra.* Iam tunc ſecun
do poſtquam Dominus hæc illis dixerat, ad
uerterũt quidnam dominus ſcriberet in ter-
ra. Et Gloſſa ordinaria dicit, Dominum cha Glo. or-
racteres quoſdam ſcripſiſſe, ex quibus accu- dina. ſu-
ſatores uniuerſa peccata ſua cognoſcebant: per Ioā.
Adeo quippè uolunt homines aliorum mo-
rès, uiuendique rationem ſcrutari, ut ma-

lum sibi inde elic'ant. Sicuti canis tantope-
Simile. re vult os rodere, vt dentes confringat, & la-
bia sãguine perfundat. De quodã murmurã
tes, in hoc tandem deuenimus, vt maiores
nostros iam mortuos in memoriam reuoce
mus, qui forsitan peiores fuerunt illis, de qui
bus detrahimus, auditores enim dicunt, Il-
le agit de talibus hominibus, nec tamen ani
maduertit se esse perditissimum, atque in ge
31 nere suo tales ac tales homines extitisse. A-
deo uoluerunt hi Pharisæi adulteræ peccatũ
scrutari, & malitiæ suæ ligonibus excauare,
vt eos Dominus confuderit, ostendens illis
se eorum peccata cognoscere, & ita confusi,
& erubescẽtes. *Vnus post unum exibant.* Ma-
xime autem notandum est, quare siquidem
Dominus illis characteribus eorum peccata
illis noluit demonstrare, illos in terra scri-
psit. Ad hoc respondetur Dominum eorum
culpas in terra scripsisse, ut significaret, quã
facile illarum remedium possent adipisci, si
veram pœnitentiam agere voluissent, dixit
Hier. 7. Deus Peccatum Iuda scriptum est stylo fer-
reo in ungue adamantino, quæ verba a non
nullis declarantur, de Iudæis iam damnatis
32 intelligi. Et significant, Scriptũ est indebili-
ter, & irremediabiliter, quia nullo unquam
tempore illinc illorum peccata delebuntur.
Peccata vero peccatorũ q̃diu in hoc seculo
viuunt, sunt quasi characteres in terra de-
scripti. Et sicut scriptura in terra existens fa-
Simile cillime oblinitur, minimo quoq; ventorum
flatu, statim operitur, & iam non est, sic etiã
illorum peccata uno contritionis actu, uno
cordis motu qualificato, ac feruido oblinun
tur, & euanescant, neq; vltra in anima com
morantur. Et hoc est mysterium, cur Domi
nus in terra scribebat. O fratres charissimi,
si hæc omnia recta animi statera penderetis,
quam diligenter scripturas istas, quibus ani
mæ vestræ signatæ sunt, delere curaretis. A-
nimaduertite tps aliquando aduenturum,
in quo peccata uestra indelebilia, & irremis-
33 sibilia sint, quamobrem occasione vtimini,
neque eam incassum præterire patiamini. O
Psal. 50. quam efficaciter deprecabatur Dauid Domi
num, dicens. Secundum multitudinem mise
rationũ tuarum dele iniquitatẽ meam. Non
dixit, obline, sed dele nã illius, quod oblini-
tur, semp remanet signum, illius verò quod
deletur, non. Aliqui peccatum oblinũt ab il
lo, videlicet, recedentes, & malam, turpem-
que viuendi rationem relinquunt, remanet
tamen signum, hoc est, affectio, aut occasio,

siue deprauatio quædã, pp q̃ ad peccatũ fa-
cile reuertuntur. Deum igitur exorare fra-
tres, vt vobis auxilietur, quo peccata peni-
tus deleatis, ne illorũ vestigiũ, aut signũ ali-
quod appareat. Denuoq; nouos mores scri-
bite, ut quos malo exẽplũ in peccatum proie
cistis, pœnitẽtia vestra ad bonũ animetis. Su
per illud, q oblinitur, nõ pt quicquam scri-
bi, super id aũt, q deletur, & abraditur, sic. 34
Ita etiã nisi penitus mali vestigia abraseri-
tis, non poterit in aĩa uestra bona scriptura
fieri. O Christe uitæ reparator, totiusq; san-
ctitatis, & uirtutis vero Magister, tu Dñe po
tẽtiæ tuæ dextra uoluntatis nostræ manũ de
duc. & cõforta quo tuã diuinã legem in suo
papyro inscribat illam toto affectu diligen-
do. Attende Deus meus miserum hominem
esse tanquam puerum, qui nec potest, nec no
uit scribere, nisi magister eius manum dexte
ra sua dirigat, atque deducat.

Denique intelligentes characteres, quos
dominus scripserat, & uerba audientes, quæ
dixit eis, uidelicet, *Qui sine peccato est ue-
strum, &c.* Oẽs a templo exierunt. O q̃ iusta
sententia sicut talis iudicis. Vult Dominus
dicere, ut peccatores puniantur, & lex adim-
pleatur, non autem per alios maiores pecca-
tores puniãtur. Ex his uerbis Domini, intelli
gi potest causa maximarum calamitatum 35
populi Chistiani. Quia cum infideles tam
Africani, quam Europæ iniustè sanctæ Ec-
clesiæ terras possideãt cumq; toties aduersus
eos copiæ fuerint conflatæ, resque tam iu-
sta sit, atque illi tanto supplicio digni, &
omnibus, quæ possident; spoliari mereãn-
tur, plerunque tamen Christianos uictos,
illos autem uictoriam a nobis reportare per
spicimus. Huius rei (meo quidem iudicio)
causa est, quia non vult Deus vnos pecca-
tores ab alijs supplicium sumere, quousque
mundentur, & ueram peccatorum suorum
pœnitentiam agant, sicut contigit filijs Is-
rael. Cum enim Dei imperio aduersus tri-
bum Beniamin dimicare uellent propter 36
grauissimam quoddam peccatum, quod in Iud. 20.
ea perpetratum fuerat, nequaquam illos su-
perare potuerũt: immò ab eis deuicti sunt,
quousque pœnitentiam egerunt, peccataq;
sua lamentati fuerunt. Si hoc nos facere-
mus, etiã si tãti non essent exercitus nostri,
cũ causa tam recta sit, nõ dubito quin Chri-
stianus populus maximas ab hostibus uicto
rias reportaret. Præcepit Deus Moysi, di-
cẽs. Vlciscere filios Isral de Madianitis. Sta- Nu. 31.
timq;

timq; Moyses, armate(inquit(uiros ex uo-
bis ad pugnam. Nec verò plus q̃ duodecim
millia hoĩum misit, cum multo plures mit-
tere posset, siquidem coniunctos illos habe-
bat. Cumq; hostium innumera esset multi-
tudo, ipsi ab illis prædã, atque spolia reporta
runt. Victoria etenim populi Dei non in ho
Leu.16. minum multitudine consistit. Quãdoquidẽ
sic scriptum est, obseruantibus diuina præce
37 pta, vnus ex vobis percutiet mille ex hosti-
bus: si amore Dei inflammati essemus, pau
ci plurimos superarent. Et animaduertitẽ,
huic exercitui duodecim millum virorũ nul
lum alium ducem p̃fectum fuisse a Moyse,
nisi Phineem sacerdotẽ diuino zelo repletũ.
Nec vero illum corporalibus armis muni-
uit: sed in manu eius dedit vasa sancta, & tu-
bas. O mirificum armorum genus aduersus
hostes, o quãtum oportet, ut in Christiano-
rũ exercitibus plurimi sãcti sacerdotem irẽt
qui sacrosancta vasa, hoc est diuina sacramẽ
Deu.32. ta diuinique verbi tubam deferrent. Quod
si fieret alium p̃fecto prælia nostra exitũ ha
berent. Dixit Moyses quasi obstupefactus
38 quõ persequebatur vnus mille? & tantas, tã-
que præstantes uictorias perspexisti, nec ta-
men Dei omnipotentiam cognouisti? Dic
mihi unde uenit hic uictoria? Nonne, quia
Deus conclusit eos? o nimis notabilia uer-
ba: Hic ostenditur vnde p̃uenit quod mul-
ti a paucis superentur.. Deus(inquit) uendi-
dit eos, & conclusit illos. Hoc est voluit pro
pter eorum peccata cum eis concludere, at
que rationes finire. Si ergo nunc qui a uin-
dictam a hostibus Dei sumendam pergunt,
tã inimici Dei sicut alii, & fortasse magis sũ
quomodo ab illis uictoriam consequentur:
Non vult Deus tales iustitiæ suæ exequuto
39 res. *Qui sine peccato est, primus in illam lapi-
dem mittat.* O quis posset hæc Chrianæ reli-
gionis ducib. atq; exercitib. p̃dicare, illosq;
ijs hæc admonere, ut q̃tũ Dei ecclesiæ, disso-
lutione conscientiæ suæ officiẽt, intelligerẽt

*Et remansit Iesus solus, & mulier in medio
stans.* Tunc cõuertit clementissimus domi-
nus faciem suam sanctissimã ad mulierem,
& quia in ea necessariam reperit dispositio-
nem peccatum illi dimittens dixit ei. *Vade,
iam amplius noli peccare.* O benedictus, ac
glorificatus sit talis dñs. Benedicta sit lin-
gua, & os tuum, qui tam sanctum, piumque
verbum locutus es. Ecquid de tanti Domi-
ni misericordia desperabit? Accedite fra-
tres, & quantumcunque peccatores sitis, ac-
cedere ne timeatis, maioribus namque ne-
cessitatibus clementissimus hic Dominus Iosue.2.
occurrere consueuit. Deus speculatores Io-
sue, dux sanctissimus in ciuitatem Hierico
misit, qui per gentes ingressi sunt domum
mulieres meretricis nomine Raab, & quie-
uerunt apud eã. In hoc ineffabilia Dei arca-
na considerate, cum enim in ciuitate illa tot
hominum millia morarentur, ad illam unã
meretricem dominus respexit. Hanc ete- 40
nim Deus cognoscit, ad hanc nuncios mit-
tit, etsi maxima peccatrix tunc erat. Hæc ad
æternam uiam prædestinata erat. Quocirca
frater quantumcunque peccatorem proxi-
mum tuum esse cognoscas, noli tamen illũ
condemnare. Attende quomodo huic pecca
trici timorem suum Deus infundit, illãque
cum suis liberauit, populoq; suo coniunxit,
atque in eo illam exaltauit. Nupsit enim prĩ
cipi cuidã de tribu Iuda, & in genealogia
Christi redemptoris nostri posita fuit, Quis Matt.1.
de domini gratia desperabit? quis sicut do-
minus Deus noster, suscitans a terra inopẽ,
& de stercore erigens pauperem, vt collocet
eum cum principibus? Quod obscænius Psal.112
stercus, quam miser, & infœlix huius adulte 41
ræ status? & ab hoc infimo, & infœlici statu
illam Deus suscitat. Et animaduertite quo-
modo ei dicit, *Iam amplius noli peccare.* Qui-
bus verbis ei perseuerantiam commendat.
Multi enim sunt qui ardentissimo spiritus
feruore pœnitentiam agere incipiunt, pluri
maque uirtutes opera exequuntur, sed post
duos dies omnia deperdunt, & quæ non con
ueniunt, inquirunt. Quos lamẽtabatur Hie Tren.4.
remias dicens. Et qui nutriebantur in cro-
ceis, amplexati sunt stercora. O quanta cum
suauitate, & amore hæc sæcularia, quæ om-
nia sunt stercora, complectitur ille, qui an-
tea uirtuti tradebatur. Attendite exaggera- 42
tionem. Amplexati sunt(inq̃t) stercora. Am
plexus affectionem denotat, & amorem, &
ij, qui stercora amplectuntur, necessario co-
inquinandi sunt, & tales reddendi, vt sint ui
su miserabiles. Seruate igitur fratres charissi
mi hanc domini regulam, & singulis pecca
tis, quæ sese vobis obtulerint, obijcite quõd
dam non, dicentes, nolo. Lude, nolo. Ito in
domum talis fœminæ, nolo. Et ne deficiatis
in bono, quod cœperitis. Nam qui perseuera Matt.6.
uerit usq. in finem, hic saluus erit. O quot
quibus accidit tutas ex Indijs venire, & in
littore Olyssiponis, aut in littore Indiarum
perire. O quot homines cum in iuuentu-


te sanctè uixerunt in fine tādē animas suas perdunt sicut accidit Iudę: & in senectute turpissimè peccant, quemadmodum contigit Salomoni. Quamobrem fratres charissimi in hoc optimo itinere, quod aggressi estis instantissime perseuerate, atq; spiritum sanctū vt vobis suæ diuinæ gratiæ flatu aspiret, supplicitér exorate, ut ad securum gloriæ portū peruenire ualeatis. Amen.

Mat.26
3.Re.11

Domin. IIII. in Quadragesima.

43

Abiit Iesus trans mare Galilęæ, quod est Tyberialis, &c. *Ioan.6.*



Sententia Aristotelis est, quod obiectū præsens, fortius mouet, quam absens, sicuti in sole, & in igne apparet. Et sic inimici magis offenduntur, peioresq; redduntur præsentia illius, quem odio habent. Ideo dicit B. Paulus, date locū iræ. Vnus autem ex potiorib. modis ad implendi hoc est hominem ab inimicorū suorum conspectu recedere. Animaduertens Christus Redemptor noster nequissima scelestissimorum Iudæorum corda pręsentia, miraculisque suis magis, ac magis in dies obdureri, & peiora effici, ab eis recessit, illorūque iræ locum dedit.

Arist.
1
Rom.12

Et sequebatur eum multitudo magna. Ex quo feruentissimus illius gentis affectus, atque deuoto colligitur. Nunc āt si templum a domo uestra procul abest, aut frigus uiget, siue nimius calor, siue uiæ luto infectæ sunt, hoc uobis impedimento est quominus ad prædicationē audiendā ueniatis. Qūo ergo mare transiretis? si ad festiuitates, aut ad uoluptates iretis, tūc in remotiorē locū pergeretis, nē tā cito domū reuertemini. Hi per desertum dominum sequebantur. Si autem vos domini conuiuæ esse vultis, diuinorum que eius beneficiorum participes fieri: in desertum, & solitudinem uos conferre debetis, & quò ab his secularib. in tumultib. ac perturbacionibus longius recesseritis, eo ad ea percipienda aptiores eritis. Refert sacra scriptura Hæbræos in terram promissionis properantes urbem inuenisse nomine Hai: Tunc Iosue cum suis se fugere simulauit, vt incolæ illius ciuitatis arbitrarentur hostes præ nimia pusillanimitate aufugere, & ad eos insectandos exirent, & sic eos facilius superare possent. Ciuitas.n. fortissima, atq; expugnatu difficillima erat. Qđ ita factū est. Hai in Hebræo s̄m Hieronimū significat idem quod confusio. Necesse est aūt, ad ingrediendum gloriæ promissionem, huius seculi confusionem expugnare. Et quemadmodum illi fugientes uicerunt. sic etiam nos si volumus mundum vincere, illū fugiamus. Ita B. Hieronym. In hac parte fugere, est vincere. Psalmus tertius, qui exorditur dn̄e q̄d multiplicati sunt, qui tribulant me? cōpositus fuit a Dauid cum filium suum. Absalonem fugeret: in quo uictoriam, quam sibi Deus concessit, refert dicens: Tu aūt domine susceptor meus es: gloria mea, & exaltās caput meum. Qm̄ tu percussisti oēs aduersantes mihi sine causa: dentas peccatorū cōtriuisti. Quid hoc est vir sancte? effugis per montes filij tui afflictione, ac persecutione contritus, & pro uictoria gratias agis? dico illum gratias agere pro uictoria, quam a semetipso comparauit, quæ fuit iræ locum cedere, nec se vlcisci, nec hostis sui Semei caput amputari iubere, qui eum plurimis maledictis, atq: iniurijs insectatus est. Et quia patiētia seipsum superauit fugiens pro uictoria gratias age. Frater charissime si hostiū tuorum conspectum opportunè fugerescis, cū ab eis uindictam possis sumere, cęterasq; occasiones quæ sunt in mundo euitare nosti, tunc pro istis uictorijs Deo gratias potes agere, quæ magnæ quidem fuerunt, cum te ipsum uiceris, passionesque tuas rationi subieceris. Quod siquis dicat, qūo mihi p̄cipis ò pater cum ego debilis quasi formica sim, tantum gigantem sicuti Iesum Christum filium Dei sequi? Ad hoc respondeo, vt consideres quomodo parua cymba ingentem nauem per medios fluctus maris sequitur; quod facit quia illi alligata est. Alliga te igitur frater mi amoris fune Iesu Christo, ipse.n. te deducet. Voluntatem tuam illius uoluntati in vincito illam ei conformans, & q̄tuis turbulētæ tempestates sint mari, ipse te in securum portum perducet.

2
Iosue.8.
de Hier. de min. Hebr.
Psalm.3
3
2.Re.15
2.Re.16
4
5

Cū subleuasset ergo oculos Iesus. O mirificū exēplum, cū discipulis suis sanctissimis Iesus in mōtis cacumine morabat̄, & in illa solitudine dimissos oculos habebat. Vos aūt in uiis, & plateis, ūn uobis tantum malum oriri pōt, sublimes, & apertos illos habetis. Quid ex tanta sensuum dissolutione nisi magna cordis subuersio dimanare pōt? sicuti in sermone, quem heri habuimus la-

te tractauimus? ut clementissimus Iesus uniuersam turbā in necessitate constitutam perspexit, statim ei subuenire curauit. Hic maxime pēsanda est oblitio tēporaliū rerum, quæ ab amore Dei gignitur. Hi cœlesti illo cōspectu saginati properabāt, utiq; cęlestem illius doctrinā audire cupiebant, corporalis cōmeatus obliti sunt. Dixit Christus Redēptor noster ægro cuidam, quē sanauit: Tolle grabatū tuū, & ambula. Vt qd ei dicit ut tollat grabatū suū? Nunquid ille asportandi lectulū curā non haberet? præcipit hoc illi; q tanta erat lætitia, quā ex sanitate perceperat, ut nisi Dñs hoc ei in memoriā reuocasset, non dubitē, quin rei tā necessariæ; sicuti grabati obliuisceretur. Postq̄ Deus creauit Adā præcepit ei dicēs; ex omni ligno paradisi comede. Adeo quippe pater Adam in diuinarū rerū cōtēplatione eleuatus erat, ut uix recordaretur cibi; nisi ei Deus comedere prę cepisset. Res diuinæ efficiunt, ut hoīes terrestrium rerum obliniscantur. Sunt hic aliqui viri orationi dediti? hi in quo cognoscent? eo, q terrestria parū curāt. cum B. Paulus dixisset omnia detrimentū feci, & arbitror ut stercora: dixit postea: conuersatio nostra in cœlis est. Optime unū infertur ex altero, uidelicet si est cælestis cōuersatio, terrestrium rerū futurum esse cōtemptū, dixit Propheta suo, ac sanctorū oīum nomine, stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalē. Pedes, q bus aīa cōmouetur, sunt affectiones, & Hierusalem est cęlestis gloria, & pedes alicuius illic stantes esse, est ipsius affectiones ibidem sitas esse. Transitis noctu iuxta fluuium, & in illū aspicientes cælum stellis splendidissimis exornatū, mirifice depictū uidetis. Conferte igitur uiros iustos stellis. Etenim quemadmodū in aqua stellę esse apparent, cum tñ cęlo affixæ persistant, si etiā iusti cū in terra corporib. commorentur, cordibus tñ cęlo infixi sunt. Hi aūt (quę nostra est miseria) rarissimi sunt, reliqua. n. hoīum multitudo cęlestium rerū immemor sęcularibus negotijs implicata uersatur. O quam inutiles curæ, quid comedemus? quid bibemus? &c. Non opus est ut illis Deus Angelum mittat sicut Eliæ, qui eos comedere præcipiat, imò viceuersa considerate ēt qūo consuluit dñs illis, qui nullam de se solicitudinem habebant, sed oēm fiduciā suā in eo cōstituerant, præcipuè cum nullū humanū remediū, quo eorū necessitati subueniri posset, occurrere videretur. Vt intelligamus, quod qñ res nostræ ī

Mar. 23

6

1

Gene. 2.

Philip. 3

7

Ps. 121.

Simile.

8

3. Re. 19

vltimo laboris esse apparent, si uere & sicut oportet sperauimus, tunc dñs auxilium feret. Atq; ideircò ēt Christus Redemptor noster, miracula in solitudine faciebat, vbi fere nunq̄ sunt humanæ sustentationes, q a illic diuina prouisiō subuenire cōsueuit, & ut homo nō habeat quare hominibus [illegible] agat. Si pincerna Pharaonis præstitā fidē Ioseph persoluisset; quodq; ei promiserat, fecisset, sicut ipse Ioseph ab eo postulauit dicēs: Mementō mei, cū tibi bene fuerit, ille autē, at ibidē dr, succedentib. prosperis præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui, si (inquam) pincernā promissis stetisset, pincernæ quidē Ioseph deuinctus maneret, ut autē uniuers mundus cognoscat Deum nolle, ut Ioseph, hoc est ius hoīb. deuinctus sit, sed uni creatori suo totas grātarum referat actiones; permittit, ut oēs illius obliuiscantur, & tunc diuina ipsius Maiestas opem, & auxilium fert. Hoc ēt contigit Abrahæ cūm pda reuerteti, cū dixit rex Sodomorum, da mihi aīas, cætera tolle tibi. Qui rndit ei dicēs, leuo manum meam ad dñm Deum excelsum possessorē cęli, & terræ. Quod a filo subtegminis; vsq; ad corrigiā caligæ nō accipiā ex oībus, q̄ tua sūt, ne dicas, ego ditaui Abrahā. Si domū, familiā, atque diuitias spero, a dño Deo hæc spero, nō aūt a fauoribus tuis. Itaq; nec Deus vult iustos mundo bñficiis esse deuinctos, nec ipsimet uolūt, huic sęculo alligari. Qđ cū ita sit fratres charissimi, in præterita Dei beneficia oculos conijcite, ipsa n. erunt quasi scuta aduersus diffidentiam in præsentib. calamitatib. In nocte sanctissimæ passionis suæ dixit Christus Redemptor noster discipulis suis, qñ misi uos sine sacculo, & sine pera, nunquid aliquid defuit uobis? quasi diceret: Aduertite pignora, quæ iam a me ea dinnia prudentia percepistis, & scitote quod sicut uobis non defuit, qñ mittebam uos sine sacco, & pera, sic ēt me in posterum uobis non esse defuturum. De hoc quærebatur Deus per Hieremiam Prophetam in eo quod in tpe necessitatis Iudæi ad eum non confugerent considerantes, quot, quantaque patribus suis fecerat beneficia. Et non dixerunt (inquit) vbi est dominus, qui ascendere nos fecit de terra Aegypti, qui traduxit nos per desertum, per terram inhabitabilem, & inuiam per terram sitis, & imaginem mortis, per terram, in quā non ambulauit uir, neque habitauit homo? & induxi uos in terram Carmeli, vt comederetis fructus eius,

Gen. 40

9

11

Gen. 14.

10

Luc. 22.

11

Hier. 2.

& bona illius. O quam admirabilis exaggeratio? quod transeunti tãtæ, tãq; innumerabili hominum multitudini p inhabitabilẽ atque sterilẽ solitudinem nihil necessarium rerũ deesset: ecquã maiorẽ spei, atq; fiduciæ cõmotionẽ habere poterant? De quibus etiã
Psal. 77. Sanctus Dauid quæritur dicens: & male locuti sunt de Deo: Dixerunt, nunquid poterit Deus parare mensam in deserto? In quo autẽ nequitia hæc consistat, sequenti uersu exponit dicens, qñ percussit petrã, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Qñ Hebræi murmurarunt, & in hanc diffidentiam incederunt, iã dñs pp eos ingens illud
12 miraculũ fecerat, cũ rupẽ in fontẽ aquarũ cõuertit: uoluit igit' Dauid dicere: Hoĩes, quos cum siti perirent tã miraculose, atque abundanter Deus aqua ex rupe defluẽte in deserto saturauit, nunc murmurant, atq; diffidũt de Deo dicentes quod eos in fame sua cibis abũdantissime replere nõ ualeat, gens maledicta fuit profecto, & iure optimo uenit ira Dei sup filio tãtæ diffidẽtiæ. Ob hanc causã quotiescunq; serui Dei in maximis periculis se constitutos animaduertebãt: sic Dñm exorabant: dñe, qui maxima, quondã in nos beneficia cõtulisti, nunc ẽt nobis in hac ne-
Gen. 32. cessitate succurre. Sic dicebat Iacob, dñe qui dixisti mihi, reuertere in terrã tuam, minor
13 sum cũctis miserationibus tuis, & ueritate tua, quam explesti seruo tuo. In baculo meo trãsiui Iordanẽ istũ, & nunc cũ duab. turmis regredior. Erue me de manu fratris mei Esau dñe (inquit uir sanctus) tu, qui me de paupere diuitẽ fecisti, cũ nihil ego tale pro
Iudit. 9. mererer, nunc mihi auxiliare. Et Sancta Iudith dicebat, domine Deus patris mei Simeon, qui dedisti illi gladiũ in defensionẽ alienigenarum, &c. subueni quæso te domine Deus meus mihi uiduæ. Tu. n. fecisti priora & similia post illa cogitasti. Respice castra Assyriorũ nunc, sicut tunc castra Aegyptiorũ uidere dignatus es. Qñ post seruos tuos armati currebant, &c. sic fiant & isti dñe, qui
14 cõfidunt in multitudine sua, & in curribus suis, & nesciũt, qa tu ipse es Deus noster. Et S. Iudas Machabæus intelligens in quãta necessitate populus suos constitutus esset, ut
1. Mac. 4 illũ confortaret, dixit ei. Ne timueritis multitudinẽ eorũ, mementote qualiter salui facti sunt patres nostri in mari rubro, & nunc clamemus in cælũ, & miserebitur nostri Dominus. Et Christus Redẽptor noster cũ apostoli aliquantulũ diffiderent, & cogitarent ad alterũ dicentes; quia panes non habemus dixit eis, quid cogitatis, qa panes non habetis? Nõdũ cognoscitis, neq. intelligitis? Nec Mar. 8.
recordamini quando quinque panes fregi in quinq. millia, &c. Idest: non intelligitis miracula quæ feci non solum ad subueniendum necessitati illi a me fuisse directa: uerum etiã ut qñ ĩ posterum aliæ uobis aduenerint præteritorum bñficiorum memores in præsentib' maximam remedij fiduciam habeatis?

Volens igitur dominus huic ingẽti homi 15
nũ multitudini subuenire. *Dixit ad Philippum; unde ememus panes ut manducent hi?*
B. Remigius dicit hominũ hoc quæsijsse, ut Remig.
nobis exemplũ præberet, quo in iis, q̃ facturi sumus, alios cõsulamus. Ne innitaris pru- Prou. 3.
dentiæ tuæ, inquit Salomon. Quãdo domi- Act. 9.
nus B. Paulo apparuit, & illũ cõuertit, dixit ei domine qd me uis facere? cui respondit dominus. Ingredere ciuitatẽ, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere. Quid hoc est domine? quare tumetipse eum non erudis, tuamq; diuinam uoluntatẽ ei demonstras? absq; eo q illũ ad Ananiã mittas? Huius rei causam assignãs Beatus Bernardus dicit: ui- Bernar.
delicet nequis inde occasionem acciperet non consulendi alterum hominem, nec diceret: in oratione hoc mihi dominus reuelabit: & ne quis erubeat alium hominem per
contari. Idcirco uoluit Deus beatum Pau 16
lum ab altero homine erudiri. Certum est ideò lunam splendidam, ac decoram esse, quia sol ei lucem, pulchritudinemque communicat. Optime posset Deus: sicuti perpendit Beatus Ioannes Damascenus lu- Ioã. Da-
cem suam lunæ impartiri. Non autem il- masc. li. 2
lam lunæ impartitus est ob triplicem causam, uidelicet pp pulchritudinẽ ordinis, pp mutuã subministrationẽ lucis, & pp humilẽ subiectionẽ. Sic ẽt unos alijs sapientiores esse uoluit, & quemadmodũ planetæ a sole lucẽ mẽdicãtur, sic oportet nos humiliari, illumq; cõsulere, cui plus sapiẽtiæ Deus communicare uoluit. Quando aũt aliũ sapiẽtiorẽ nobis reperire nequibimus saltem illic, &
unusquisq; nostrum simul melius iudicabi- 17
mus, q̃ unusquisq; solus. Et sæpenumero per diuinam prouidẽtiam imperitus quidam literarũ plus sapientiæ, quã doctissimus quisque adipiscitur. Vt oĩbus innotescat unum Deũ omnia scire, & nullus alium interrogare, & consulere negligat. Huius rei mirificũ
queddam in Exodo habemus exemplum: Exo. 18.
uidelicet Moysis, qui naturalium scientiarũ

Aegyptiorũ, diuinarumq; rerũ paruissimus extitit: adeò ut cõiter doctores cum Diuo Thoma teneant illũ prophetarũ maximum fuisse: & tñ dicit sacratus textus ꝙ cum socer eius Iethro ad eũ uisendum ueniret, eumque unum tot hominum causas iudicare perspiceret, dixit ei: stulto labore consumetis &c. Videamus nunc an, ne Sanctus Moyses iratus
18 est hoc aspero uerbo, in quo illum Iethro socer eius corã uniuerso populo stultum, atque dementẽ appellare uidebatur? Non utiq; etsi, ut diximus sapientissimus erat, & quanq̃ socer eius rusticus q dã, & agrestis erat, q nunq̃ de iudicijs norat, quiq; totius urbanitatis erat ignarus: imo potius eius consilium oĩno suscepit, in quo eũ admonebat, ut grauia negotia sibi reseruaret, prudentesq; hoĩes assignaret: qui de cæteris causis leuioribus iudicarẽt. Hinc igit literarũ peritissimi discãt, q se oĩa sci re arbitrant, & cõsiderẽt q dñ sciãt si cũ Moysis sapientia cõferãtur, & aliqñ ad minores cõsulẽdos humilientur. Nonnunq̃ enim ea, quæ Deus a sapientibus abscondit,
Luc.10. paruulis reuelat, ut eorum, qui se sapientissimos arbitrantur, elationem comprimat.

Sanctũ Euãgeliũ dicit ꝙ dominus hoc in
Simile. terrogauit a S. Philippo tentas eũ. Postq̃ ma
19 gister lectionẽ perlegit, pcipit uni discipulorum suorũ, ut illã reperat, qui si nescit, præcipit alteri, & si ille et ã ignorat, interrogat alium. Quod si nullus eã tenet, dicit, eia ergo attendite, ego illã iterum perlegã. Perlegerat Christus Redẽptor noster omnipotẽtiæ suæ lectionẽ, illãq; plurimis miraculis declarauerat, in eis se uerum Deũ esse demonstrans. Et præcipit hodie Beato Philippo, ut illam repetat. Videamus (inquit) quid de me, deque
Simile. potentia mea sentit? *At ille respondet dicens: Ducentorũ denariorum. &c.* O quã male potentiã meã intelligis, & quam male lectionẽ meam refers. Siquis horrea tritico. Plenã arcasque fermento repletas haberet, famulumque suum interrogaret dicens, undẽ manducabimus? at ille responderet, non sunt pecuniæ, nunq d non stultus haberetur, q d opus
20 est pecunijs ad uescẽdum, pcipue cum panis suppetit? pete clauim ad aperiendam thecam, & hoc sufficit. Est theca infinitæ prouidentiæ, & potẽtię pane, & reb⁹ omnib. uniuerso mũdo necessarijs repleta: in quo omnia, p quem omnia. Huius autem thecæ clauis est diuina uoluntas. Omnia etenim quæcunque uoluit, fecit: Quærit Dominus, unde ememus
Psal.113. panes. Tu uerò respondes, Non sunt pecuniæ. Non benè respondes. Pete clauim, & dic ei, Domine tu dicis, unde ememus panes? ex tua benedicta manu. Si tu uis, nihil amplius necesse est cum sit tuæ diuinæ uoluntatis clauis. Siquidẽ hic discipulus lectionẽ non nouit repetere, repete tu illam o beatè Andręa. Quid de domini potentia sentis? Dicit unus ex discipulis eius Andręas: *Est puer* 21
unus hic, &c. Sed quid hæc inter tantos? Etiam hic lectionẽ ignorauit: Siquidẽ igitur nescitis illã, attẽdite (ait diuinus Magister) & ego illam iterum legam. *Facite homines discumbere.* Et sic miraculum hoc operatus est, ut eius omnipotentia illis innotesceret. Etiam hoc interrogauit, istudq; miraculum operatus est, non solum ad omnipotentiam, uerũ ad misericordiam etiam manifestandam, q̃ do quidem non dicit, unde ememus panes, ut manducemus nos, sed ut manducent hi. Alijs alimoniã, curat, ut nos doceat nõ oportere esse uniuersam curã uigilantiamq; nostram in rebus necessarijs nobis inquirendis. O diuites huius sæculi, quantum apud Eccle.
Deũ mereremini si hæc cum famulis, ac domesticis urĩs diligentissimè ageretis. Nã siq; 22
dẽ quotidie peccatis, quotidie scelerum urorũ remediũ perquirere deberetis. Dicit autẽ Ecclesiasticus. Ignẽ ardentẽ extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis; & Deus protector est eius, q reddit gratiam. In hoc fm nomen suũ operatur, Eleemosyna enim componitur ex eli, & mois. Eli in Hebræo idem est ꝙ Deus meus, & mois, idest aqua itaque fm hanc compositionẽ eleemosyna, idẽ est quod aqua Dei mei. Et idcirco nõ est mirum si iuxta nomen suum operetur contraria existens, atq; aduersans, quasi aqua peccatorum igni. Audite me diuites, & potentes huius sęculi, nunquid uos cogitatis in cælũ ingredi: Dicetis, sic utiq; perq̃ ergo uiam ingredi cogitatis? uos optimis cibis potibusq; utimini, in mollilecto recumbitis, ptiosis uestibus induimini, pulcherrimã habentes uxorẽ, q 23
bus plurimi adstãt famuli, quorũ omnis uigilantia ut uobis placeant, quibus nemo contradicit, sed in omnib. uoluntatem uestram exequimini. Per quã igitur uiã in cęlum estis ingressuri? o maximã, amentiam, homines sibi persuadere se ad cælũ esse peruenturos, cum tamẽ ne passum quidẽ in cæli uia ambulent. Vtrum aũt hoc uerũ sit uos uidete. Dicite mihi, nunquid per pęnitẽtiæ, & asperitatis uiã iter facitis: uniuersa, quæ diximus id negant. At ne igitur per orationis aut cæ-

leſtbũ rerũ cõtẽplationis uiã ambulatis? Per-
ſpicuum eſt ẽt ꝙ non: præcipue cum uſq; ad
oculos ſecularibus negotijs implecari, im-
merſiq; ſitis, ita ut licet dies eſſent centũ ho-
rarum, ac hoc tamẽ nunq̃ una ſupereſſet. Per
humilitatis ne uiã ꝑgitis? Faſtus, põpa, ambi
tio, expetitionesq; uræ ingenue teſtantur ꝙ
24 nõ. Dicite ergo, per quã uiã illuc introire co
gitatis. O cæci, quã deceptos, atq; a ueritate
aberrantes uos habet Sathanas. O utinã fra
tres chariſſimi, non meũ quidẽ, ſed dñi con-
ſiliũ ſeq uelletis: qui ẽt nobis cæli uiam ape-
Luc.11. ruit dicẽs: Qđ ſupereſt date eleemoſynam, &
oĩa mũda ſunt uobis. Hæc eſt uia ueſtra, hãc
ſequimini, nulla uia eſt ueſtræ uiuendi ratio
ni planior, neq; aptior, q̃ niſi ſecuti fueritis
(credite mihi) uix unquã in cælum ingredie
Iaco.2. mini. Scriptũ eſt.n. Iudiciũ ſine mĩa illi, qui
non facit mĩam. Hæc eſt aqua, quæ corda ue
ſtra molificatura eſt. Per hoc iter diſponemi
ni ad ueram pænitentiam agendã, quo pecca
ta ueſtra uobis dimittãtur. Quæ cum ita ſint
interrogate: *Vnde ememus panes, ut mandu-
cent hi?* Qũo quicquã ex ſumptibus noſtris
pauperib. erogandum ſeruaremus? uerũ ꝓh
25 dolor: iam.n. diuites non interrogant: vnde
ememus panes? ſed: vnde ememus ſericas ue-
ſtes, auroq; contextiles, purpuram, ac pretio
ſiſſima quæque ornamenta; quibus adapte-
mus, & poliamur, & cũ de cibis agitis, nõ di-
citis: vnde ememus panes: ſed: vnde ememus
gallinas, perdices, delicatosque cibos? & ſic
nihil pauperib. erogandum ſupereſt. Conui
uiaq; non illis quidem, ſed alijs tã diuitibus
aut ditioribus uobis celebratis: ad quæ præ-
paranda huc, atq; illuc famulos mittitis, &
uarijs curis fatigamini: cũ nullã mercedẽ ſi-
tis recepturi. O Chriſte reparator mũdi: ſpi-
ritualisque uite Magiſter, atque reformator,
etenim cũ tu laſſis, & genis cõuiuiũ præpa-
rare uelis, dicis, vnde ememus panes? Non
q̃rit piiſſimus dñs ea, quæ guſtum oblectent,
26 ſed moderatã quandam ſuſtentatione curat.
Eius.n. ſectatores nõ uaria delicatorum cibo
rũ genera oportet q̃rere. Et in uerbi, q̃ rñdit
B. Andreas dicens; *Eſt puer unus hic, qui ha-
bet quinque panes ordeaceos, & duos piſces:*
Quos S. Apoſtoli ad ſuam diuiniq. Magiſtri
ſui ſuſtentationẽ deferebãt, detegitur quã pa
rũ curarẽt corporib. ſuis indulgere; atq; illa
delicate tractare: ſiquidẽ ad comedẽdum or
deaceos tñmodo panes cum paucis piſcib9
deferebat. O maximã epulonum confuſionẽ
Cõſiderate quid Deus ueſter in terra in ſuis
defatigationib. comedat. O quantum eſt cir
ca hoc deplorandum. In initio mundi nihil
aliud hoĩes ꝑ herbas, & arborum fructus
comedebãt: ſtatim dixit eis dñs, ecce dedi uo- Gen.1.
bis oẽm herbã afferẽtẽ ſemen ſuper terram,
& uniuerſa ligna, ut ſint uobis in eſcam. Hos
cibos facillimę digeſtionis eis aſſignauit, ut
ad diuinarum rerum cõtẽplationẽ aptiſſimi
eſsẽt. Poſt diluuium ãt permiſit hominibus, Gen.9.
ut carnes ſine ſanguine, comederẽt. Vt patet 27
etenim vſq; illud tps non ueſcebantur hoĩes Iſidorus
carnib. Et tunc ei facultatem illas comeden
di cõceſſit, (ut ait B. Iſidorus:) eo ꝙ terra poſt
diluuium perdita: & tenuis remãſit: nec fru-
ctus tã fertiles, ac pingues, ſicut antea, ꝓfere
bat. Theodoretus ait dominum ob hãc cãm Theod.
ẽt illis comedendi carne licentiam conceſſiſ
ſe; uidelicet quia notat dominus plurimas
gentes eſſe futuras, q̃ tanq̃ Deo aĩalia adora-
turæ erat. Et ideo eis facultatẽ cõcedit, ut ea
interficiãt, & comedant, uidelicet, ut intelli-
gãt, ſiquidẽ ea occidunt & mãducãt nullã in
illis eſſe diuinitatẽ. Nunc ãt iam nõ cõtenti
ſunt homines carnib. ueſci, ſed iam perſpici-
tis diuerſa cõdimẽtorum genera, q̃ hodie in 28
ſatiabilis miſerorum hoĩum gula, & uoraci-
tas adinuenit: ex qua tanta peccatorum mul
titudo ꝓficiſcitur. Et ad huius uitijs execra-
tionẽ ſufficiebat noſſe unã ex uijs, per quas
maldicta Sodoma in tantã corruptionẽ, &
abominationem deuenit, fuiſſe (ut ait Eze- Eze.16.
chiel) ſaturitatem panis. Et ſub hoc nomine Beda li.
panis diuerſorum ciborum, ſaturitas intelli 5. de ge-
gitur. Beda refert artificem quendam, qñdo ſtis ange
alij ſeſe ad rẽ diuinã audiendam in templum lorum.
conferebant, domi ſuæ edendo, & bibendo, Nota.
alijsq; uoluptatib. perfruendo remanere con
ſueuiſſe. Qui cum grauiſſimum morbum in
cidiſſet, atq; a familiaribus ſuis admonere-
tur, ut peccatorum ſuorum penitẽtiã ageret,
& illa confiteretur: infelix homo de diuina 29
Dei mĩa deſperans dixit: Non poſſum agerę
pænitentiã: quia ſicuti B. Stephanus uidit cę
los apertos, ſic etiam ego infernum apertum Acto.7.
perſpicio, locumq; mihi ꝑparatum intueor
iuxta Iudam, & Pilatum, & illos, q Ieſu Xpo
filio Dei mortem intulerunt. Et poſtea dixit
ſe propter ſuas maximas, aſſiduasque uora-
citates, atque ebrietates nullum remedium
habere. Atque hæc infeliciſſimus homo di-
cens interijt. Proh Deum immortalem quã
metuendum eſt hoc dictum, atq; etiam au-
ditu. Vt cognoſcatis q̃tũ malum facitis, cũ
uos effrænate cibis, potionibusque traditis:

Phil. 3. Quod est sicuti dixit Apostolus effici inimicos crucis Christi. Quæ cum ita sint dilectissimi fratres, per charitatem Dei uos rogo, vt ab hoc abominabili vitio uos cohibeatis, diuinumque Magistrum, & sanctos eius Apostolos cunctis imitari. Et plurima hoc modo peccata deuitabitis.

Dicit ergo Iesus, facite homines discumbere, &c. Et sicut in sancta dñi nostri Iesu societate nihil aliud erat ad edendum, nisi pa-
30 rum hordeacei panis modicique pisces: ita etiam non erant pretiosæ sellæ, neque perpolitæ mensæ, aut serica, neque aurea stragula. Vnde oportuit conuiuas humi super fœnũ sedere. O secularem vanitatem? in quam profanum statum hoĩes induxisti, ut ad sellarũ, sediumq; perpolitiones, atq; ad mensarũ ornamenta plus pecuniarum iam sit necesse, q̃ olim ad tres familias alendas requirebatur.

Diogen. Later. de vita phi. Refert Diogenes Laertius philosophũ quendam in urbe ingressum fuisse, ubi tunc nundinæ celebrabantur: in quib. cum plurima hominum, domorumq; ornamenta perspiceret: illa omnia deridens in hanc sententiã tali quidem uiro, tãtoq; philosopho dignis-
31 simam prorupit: Quam multis non egeo. O mirificam sentẽtiam? o Christiani quam multis non egemus. Aduertite quid dixerit Ethnicus quidam, qui in inferno perpetuis ignib. cruciatur: uos autem Christiani, quique sacrosanctum Iesu Christi Euangelium profitemini plurimis uos indigere arbitramini, & mille solicitudinibus uos affligitis, animasq; uestras inferni periculo offertis, vt ea comparetis. O Deus infinitæ maiestatis, per misericordiam tuam te deprecor, ut tantæ profanitati, quãta inter eos, qui sese tuos esse ꝓfitentur, uersatur, remediũ adhibeas.


Accepit ergo Iesus panes & cũ gratias egisset, &c. Aeterno patri quatenus hõ gratias egit pro illo beneficio, qđ in hoĩes illos con
32 ferre conabatur. Videlicet, ut nos doceret, non solum pro collatis in nos beneficiis, sed pro ijs ẽt, quæ in proximos nostros conferuntur nos diuinæ Maiestati gratias agere oportere. Sic nos admonet B. Paulus dicens gratias agentes semper pro oĩbus. Pro omnibus, hoc est, non solum pro omnibus beneficijs, sed etiam pro omnibus proximis. Et sic ipse Apostolus, ut ex eius epistolis apparet, sæpenumero pro beneficiis, quæ Deus alijs proximis faciebat, ei gratias agebat. Peculiariter autem dicebat. Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro uobis fratres dilecti a Deo. Etiam rationi consentaneũ est, ut qñ ad mensam sederimus, non solum pro illis, quæ manducaturi sumus, Deo gratias agamus, uerum ut illa etiam benedicamus. Beatus. n. Gregorius refert mulierem quãdam, lactucam comedisse, in qua diabol⁹ morabatur, quam cum comedisset, diabolus in eius corpus introiuit, interrogatus autem diabolus, quare in mulierem illã 33 Greg. in Dialog.
fuisset ingressus, dixit se illud fecisse, q̃a mulier lactucam, priusquam illam comederet, non benedixerat? nam ego (inqt) in ea intrã & mulier illa me quæsiuit, quapp cauete fratres ne uobis simile accidat. Quoties pacifici ad mensam sedetis, & pro leuissima quaq; re in rixas deuenitis, aliasque stultitias facitis, unde plurima infortunia oriũtur. Et fortasse hoc contigit, quia permisit dñs ut diabolus in uos ingrederetur, eo ꝙ quemadmodum iumenta ad præsepia accedunt: sic uos ad mensam absque ulla gratitudine, & Dei recordatione, & absque ciborũ benedictione sedetis. Frangente igitur dño panem in sanctissimis eius manib. augebatur. Quãdo modicum panis, parumq; diuitiarũ habueritis, ad familiam uestrã alendã: mementote horum panum, qui etsi pauci erant: eo ꝙ 34
eos Iesus Christus filius Dei tetigit, tantam hominum multitudinem alere suffecerunt. Et modicum, quod uos habueritis in benedictis eius manib. collocate dicentes singuli: dñe hæc mea paupertas nõ sufficit integrã familiam meam alere: uerum illos, & me, atque uniuersa, quæ possideo in sanctissimas manus tuas commendo, ut sicuti potes, nobis subuenias. Dñs panem frangebat. discipulisque suis illum tradebat: illi autem eum inter conuiuas diuidebant. O quam admibilis esset uisu diuini Chironominis (vulgo trinchante) diligentia: sedulitas discipulorũ in porrigendo pane, hospitum præparatio ad illum cum alacritate, ac cõsolatione maxima ea capiendum. Eia patres sacerdotes 35
uobis hæc superscriptio loquitur. Deum, diuinaque eius sacramenta, atque doctrinam per manibus habetis. Ne illis diuidendis fatigemini, ne prædicantes, neve illos in confessiones audientes, diuina sacramenta administrantes, optimumque pietatis exemplum hominibus præstantes deficiatis, neq; hæc omnia facere cessetis, quousque populo satisfeceritis. Quando episcopus clericum ordinibus initiat, dicit. Dominus pars hæreditatis meæ, tu es qui restitues hæreditatem

meam

meã mihi. Vbi significari vr̃, q̃ si sacerdos hereditatem aliam ęternam, q̃ est Deus, vult adipisci munere suo, curare dẽt, ut Deo hæreditatem suam restituat, hoc est, aĩas, quas Sathanas iniusta possidet. Ipse vero religiosis uerbis, sancta doctrina, diuinorumq; sacramentorum assidua, diligentique administratione, ac deniq; pio sanctitatis exemplo, a diaboli potestate illas abstrahere, Dñoque suo, videlicet Deo restituere tenet̃. Et sic eius
36 noĩe illi dr̃. Tu es qui restitues hæreditatem meam mihi. O utinam non sit sacerdos, q̃ Deo hæreditatem suam adimat: aĩasq; suo malo exemplo peccare faciat, & in Sathanæ ptãte reponat. Aĩaduertite patres sacerdotes q̃d fecerint hodie S. Apostoli. In primi eteñ hoĩes discumbere fecerunt: quia dñs eis dixit: *Facite homines discumbere.* Postea uero eis alimoniã diuiserunt. Hoc quippe est munus uestrum, eorum p̃sertim quib. aĩarũ cura incumbit. s. efficere, ut unusquisq; in loco suo sedeat, ut uir matrimonio alligat⁹, sicut statum suum decet, uiuat, & uirgo uiuat, ut uirgo. &c. Non. n. Ecclesiastico uiro quotannis mille aureorum redditus tribuuntur, ut per uias in exornata mula deambulet, sed ut
37 in aĩarum utilitate se exerceat: subditosque suos corporali sustẽtatione quo meliori mõ
Rom. 1. poteris, adiuuet. D. Paulus q̃ñ ad cæteras or-
1. Cor. 1 bis gentes scribebat, dicebat eis: gr̃a uobis,
2. Tim. 1 & pax: q̃ñ aũt Timotheo epõ scripsit, dixit ei gr̃a, pax, & misericordia, denotans. s. ĩ hoc quantopere super cæteros fideles misericors esse teneretur. Facite igitur patres mei Ecclesiastici, quemadmodum & Apostoli faciebant: qui panem a Dño sibi commissum in egenos hoĩes diuidebant: ne igitur panes uobis a dño traditos, manuum tenacitate retineatis. Comederunt turbæ ex panib. & piscibus quantum uoluerunt. Et quanq̃ panis ordeaceus asperrimus erat, iõ tñ illis suauis uisus est, ut delicatissimos cibos sibi comede-
38 re viderentur. Iesu bone quãtam interest inter ea, q̃ ex manu creaturæ, & ea, q̃ ex creatoris manu comeduntur. Manus Christi Saluatoris nostris oĩa dulcissima reddunt: labores, asperitas, pnĩa, oẽs deniq. calamitates, in dulcedinem conuertuntur, si ab eius manu prouenire considerentur. Potus non fuit necessarius. Dñs. n. prouidit, ut cibus cibi potusque munera exerceret, integramque stomachis satisfactionẽ redderet. *Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant.* Præcepit eis, ut fragmenta colligerent, quo nos doceret, q̃ si hæc modica hordeacei panis fragmenta colligi præcipit, ne pereant, quid faciet de decem millib. aureorum episcopatus & etiam de sex millibus, & duobus millibus aureorum, quos paterna hæreditate comparasti? Concludit tandem S. Euangelium dicens, uniuersam turbam tãtum miraculum admirantem dicere incepisse. *Quia hic est vere Propheta qui venturus est in mundũ.* Hic est fructus miraculi, omniumq; mirabiliũ, 39
quæ operatus est Christus Redemptor noster, & eorum, quæ nobiscũ quotidie facit, videlicet, ut illum Deũ ac dñm esse cognoscamus, illumq; ut talem glorificemus. Verum est hunc populum in alijs miraculis eũ cognoscere, & tanquam Messiam laudare debuisse. Sed ut homines utilitatis suæ cupidi nõ q̃ñ mortuos suscitabat, nec q̃ñ alia miracula operatus est, hæc uerba dixerunt, nisi q̃ñ optimo cibo illos saturauit: eorumque stomachos refecit. Tales sunt plurimi Christianorum. Confitebitur tibi, cum benefeceris ei; dixit Dauid. Tu autem o S. Propheta Psal. 48.
qũo facis? Benedicam (ait) dñm in omni tpe: Psal. 33.
semper laus eius in ore meo. Tam in aduersis, quam in prosperis euentibus Deum laudabo. Sic faciunt ueri Dei serui, & ita uos fa- 40
cere oportet fratres, sic enim ad maiora beneficia, atque ad diuinam gratiam percipiẽdam disponemini, & in posterum cœlestem gloriam comparabitis. Amen.

Feria IIII. post Dominicam IIII. in Quadragesima.

Præteriens Iesus vidit hominem cæcum a natiuitate. Ioan. 9.



Nitium huius Euangelij est initium capitis noni: Euãgelij quod scripsit B. Ioãnes. Incipit aũt p̃ dictionẽ. &. Quæ 1
est cõiũctio antecedentia cũ subsequentib. connectens, quæ quidem duo adeo sunt disparia, ut sola uirtus Dei illa sicut oportet, connectere sufficiat. Nã antea narrauerat Iudæos dñm lapidare in templo conatos fuisse, quod aũt sequitur est dñm a templo exeuntem in ostio ipsius templi stetisse, ut cæco uisum concederet. Hoc uero ille solus potest coniungere, qui coniunctionem illam: Verbum caro factum est, nouit efficere. Iniurias enim accipere, & pro eis bene-

beneficia conferre cum puro, & intrinſeco amore, ſolus Deus pōt, aut ille; qui peculiari gratia, & auxilio a dño fuerit adiutus. Non inficior Iulium Cęſarem maxime commendari, eo ꝙ de illo legitur, miniſteriorũ, quæ ſibi exhibita fuerint, nullo unquã tpe fuiſſe oblitum, nec ullam unquam iniuriam accepiſſe, qnam non liberaliſſime dimiſiſſet.. Itaque tam liberalis erat in iniuriis dimittendis, quam in miniſteriis perſoluẽdis magnificus, de quo etiam legitur, quod cum Gneij
2 Pompeij caput aſpiceret, doluit occaſionem glorię quam ignoſcendo hoſte poterat adipiſci, a fortuna ſibi fuiſſe ſublatã. Atq; etiam Alexander Magnus cum Regem Dariũ hoſtem ſuum lethali uulnera percuſſum reperiret, magno dolore affectus eſt, eo ꝙ non poſſet ei parcendo ſuã clementiam oſtentare, & huiuſcemodi exempla eximæ miſericordiæ, qua ſingularis clementiæ uiri cum reis uſi ſunt, plurima extiterũt. Oẽs aũt hi ad hanc clementiam exercendã humanę glorię cupiditate mouebantur, ut miſericordes ab hominibus haberentur. Verum hoc ꝑꝑ vnum Deũ, eiuſq; amorem fieri abſq; eius gratia, peculiarique auxilio non pōt. Tñ, tamque
3 gratum eſt hoc Deo, ut uolẽs ipſe dñs cum exaggeratione maxima iram ſuam aduerſus
Hier. 15 Hebræos ſignificare, per Hieremiã Prophetam dixerit. Si ſteterint Moyſes, & Samuel coram me non eſt aĩa mea ad populũ iſtum.
August. Eijce illos a facie mea, & egrediantur. B. Auguſtinus ſuper hæc uerba dicit. Quid eſt ꝙ Moyſes, & Samuel cæteris patrib. in poſtulatione præferuntur? Cuius q̃ſtionis rñſio eſt, ꝙ iſti duo tñ in ueteri teſtõ pro inimicis oraſſe leguntur. Vnus, uidelicet, Moyſes a populo lapidandus impetitur. Et tñ pro la-
Exo. 17 pidatoribus ille præcatur. Alter a principato eijciunt, & ait: Abſit a me hoc peccatum in dño, ut ceſſem orare pro uobis, & docebo uos uiam bonam, & rectam. Propter hãc
4 uirtutem, uidelicet, quia inimicis ſuis bene
1. Re. 12 fecerunt, adeo grati ſunt Deo hi duo ſancti, ut licet nihil eis domin⁹ denegare cõſueſceret, per exaggerationem hãc petitionem ſeſe illis denegaturum affirmet, ſi ipſe eã facerent. Ex quo quanta ſit hæc uirtus, quã q; excellens, optimè perſpici poteſt, & quia ta-
2. Re. 9. lis ſit, in ſacris literis mĩa Dei nuncupatur. Dixit Dauid poſtquam regni poſſeſſionem ſuſceperat. Nunquid ſupereſt aliquis de domo Saul, ut faciam cum illo miſericordia Dei? Quemadmodum eſt peccatum hoĩs, & peccatum diaboli, ſic ẽt eſt mĩa hoĩs, & miſericordia Dei. Peccatũ hominis eſt, malefactori tuo malefacere. Peccatum diaboli eſt, benefactori tuo malefacere. Sicuti fecerunt diaboli, quos cum Deus magnopere ſublimaſſet, & in tam excelſo nobilitatis gradu collocaſſet, inde illum offendendi occaſionẽ acceperunt. Atq; ideò de Iuda dixit dñs: Vnus ex uobis diabolus eſt. Miſericordia hoĩs eſt benefacienti tibi, atq; ẽt non malefaciẽti benefacere. Miſericordia autem Dei 5
eſt, malefacienti tibi benefacere. Qñ inimico tuo benefacis Dei miſericordiam operaris, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos. Atque ideo dicebamus, particulã, &, per quam caput illi S. Euangelii exorditur, Dei eſſe coniunctionem: quia id, quod ipſa coniungit mĩa eſt Dei. O fratres mei, Mat. 5.
ſi ab hoc diuino Magiſtro cæleſtem hanc doctrinam perdiſceretis, quãtum apud Deũ mereremini; & quanta etiam peccata euitaretis. Hiſtoriographus quidam grauiſſimus refert, cum homo nimis proteru⁹ eſſet Nota.
ſummaque animi contemptione de altero homine, qui eum iniuria affecerat ulciſci conaretur, cumque a multis rogitaretur, ut ei 6
ignoſceret, nec tñ illorum quiſquam ſufficeret, duos monachos ad eius oſtiũ acceſſiſſe, dicentes ſe illum alloqui uelle: qui arbitrans eos uenire, ut pro iniuriæ uenia eũ rogitarent, recuſabat illos ingredi, qui dixerũt oſtiario: Dic ei nos illud ab eo nolle deprecari, & ideo dic ut nos ingredi patiatur, quia rem aliã cum eo agere uolumus: qui ingreſſi ſunt, & poſtq̃ aliquantulũ familiariter locuti ſunt, dixit alter: Tu Dñe arbitrabaris nos uelle te rogare, ut inimico tuo ignoſceres: nihil profecto tale uolebamus. Optime quippe nouimus hominem iſtum uenia eſſe indignum. Tibi autem uolebamus dicere, ut tibimetipſi parceres: quia cum tanto labore uerſaris, nec publice in hoĩum conſpectu au- 7
des apparere, timens ne alter, eo quod ei non uis ignoſcere, tibi mortem inferat, nec diuina ſacra recipis in peccato, & Dei indignatione perſeuerans: nec tñ tui ipſius miſereris Compatere tibimetipſi, & optime facies. Adeo hõ ille hac rõne confractus eſt, ut ſibi pſuaſerit alteri ignoſcere, intelligens quanti illud ſua ipſius intereſſet. Idem igitur nunc Dei nomine uos omnes admoneo, eos præſertim, qui proximos ueſtros odio habetis, uobiſmetipſis parcite, animaſque ueſtras miſeramini; conſiderate diuinũ Magiſtrum

strum uestrum quem impij Iudæi lapidare conabantur, & illinc exiens tantę iniuriæ, quantam ei homines intulerunt, immemor fistit, ut cum hoībus misericordia faceret.

Et præteriens uidit hominem cæcum. O q̃
Psal.59. merito dicit Dauid. Tu solus laborē,& dolorem consideras; quia eum qui te non aspicit, intueris. Vidit.i.diligēter inspexit. Quid facis Deus meus? aspicio q̃ modicum pietatis,& cōpassionis est in orbe terrarum,& uo
8 lo homines erudire, ut in egenos oculos conijciant & non postulantibus ēt eleemosynam largiantur. O q̃ sterilis siccitas est in mundo nam si unam eleemosynam erogaturi estis: prius uenturum est pauper ad ostium ulceribus coopertus, aut confractis brachijs, pedibusque laceratis: q̃ si nimis extraneas, & insolitas necessitates non cernitis, uix ad proximis uestris subueniendū commoueremini. Nec hoc quidem sufficit, sed necesse est miseris studere, rationesque addiscere, quibus eleemosynam a nobis efflagitent, uosq; ad compassionem excitent. Et prius eleemosynā assiduis uocibus sanctissimumque Dei nomen, diuinumq; eius amorem in pignus tradentes empturi sunt. Quid? cum in hac
9 urbe, tot diuites, totq; pauperes commorentur, in domo alicuius egeni non pannus, quo induatur, aut triticum, quo uescatur incognito dante reperiretur. Inusitatum utique est hoc in ista regione: ēt uidētes pauperis oculos a uobis integram horā pedentes, auxiliumq; uestrum expectātes, quasi nihil esset, nec sic, nec nō ei respondetis, quō igitur in domū pauperis ēt non petentis, eleemosynā mitteretis? Ad cōfusionē ergo uestram hoc uobis uolo dicere: persuadere alicui, ut misericordiam faciat, est ei dicere, ut sit homo. Si quis tibi diceret: frater esto hō, nunquid non erubescere? Quid igitur (diceres tu) in ne hucusque non me hoīem esse reputares? nisi mīam, atq; benignitatem habeas, nō es
10 humanus: & quemadmodum erubesceres, si tibi diceretur, ut esses hō, sic oportet te pudore confundi, cum quis te ad humanitatē, ac mīam exhortatur, quod si debet facere hō, quatenus hō est, quāto magis idē facere tenetur Christianus, q̃ homini Ethnico mazime excellit. Ne aūt huius præstantissimæ uirtutis obliuisceremur, in membris nostris
1.Cor.12 illam Deus scripsit. Etenim (ut ait D. Paulus:) sit non etiā experientia comperimus: si quid patitur unum membrum, compatiuntur oīa membra, siue gloriatur unum membrum congaudent oīa membra. Vos autem estis corpus Christi. Et siquidē fratri tuo in eius necessitate non compateris, nec eius bonis delectaris, signum est hoc te eē membrū Sathanæ, non aūt Iesu Christi. Manus, quæ pedis dolori nō occurrit, & oculos, qui torū corpus non aspicit, eiusq; bonū animaduertit, digna utiq; sunt hæc mēbra, quæ ab illo corpore conscindantur. Et ita dicit S. Iob: Si despexi prætereuntem, eo q̄ nō habuerit indumentum, & absq; operimento pauperem, &c. Humerus meus a iunctura sua cadat, & brachiū meū cū suis ossibus confringatur. Attendite quam terribilē maledictionē sibi inijcit S. Iob, satis namq; securus erat 11
se ab ea non esse cōprehendendum. O crudelissimi diuites, quō non timetis ne confracti, atque lacerati moriamini pp immanitatem, qua cum mēbris corporis mystici dñi nři Iesu Christi utimini? Per reuerentiam, quam huic diuino capiti uestro exhibere debetis, uos deprecor fratres, ut in eius mēbra tāta afflictione, & necessitate oppressa oculos coniiciatis, illisq; benignissime compatiamini. Vt Sancti discipuli diuinum magistrū suū ad pauperē respexisse, aduerterunt. 12
in illum ēt & ipsi oculos conjecerunt. Et interrogauerunt eū. *Quis peccauit, hic, aut parentes eius?* Iam fortasse audierant uerba illa Exodi; Ego sum dñs Deus tuus zelotes, Exo. 24
uisitans iniquitatem patrū in filios, in tertiā,& quartā gñationē eorū, q. oderunt me. Quod de corporalibus quidem pœnis intelligendū est. Et sic S. Patriarcha Noe, etiā nō maledixit filio suo Chā, qui eum illusit, eo q̄ exiens ab arca benedictus fuerat a Deo. Sicut ibidē dicitur. Benedixit Deus Noe, & Gene.9.
filijs eius, ueruntamen filio eius Chanaam, & in eo uniuersæ illius generationi maledixit, dicēs. Maledictus puer Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis. Ecce, quo hæc pœna corporalis pp peccatum patris liberis aduenit. Et ualde notandum est hoc, qđ 13
dicit in libro Exodi, usq; ad tertiam,& quartā generationem, ideo dici, quia usque illud tps uiuere potest pater, sicut uixit Iob, uidelicet; ut dolore, ac molestia afficiatur per Iob. 42.
spiciens diuinam iram pp ipsius peccata in progenie sua ante suosmet oculos exequutam. Itaq; supplicium de liberis sumi, est ipsum parentē puniri. Quod cum ita sint fratres charissimi, uestrosmet liberos miseramini, & saltem hæc considerantes uos a sceleribus cohibete, etsi non hoc solum, sed di

uinæ

uinæ etiam Maiestatis amor, præcipuè vos ad bonū cōcitare debet. Quod cum S. Apostoli intelligerent, & ex alia parte perspexissent, cu Dominus aliquos infirmos sanaret, eis dicere consueuisse: noli amplius peccare arbitrabātur omnes corporales labores, aut pp parentum, aut pp ipsorummet peccata hoībus euenire. Atque idcirco hoc interrogarunt. A quo errore illos dñs abstulit dicen. *Neque hic peccauit, neque parentes eius.*
14 Hoc interrogare quādo proximos vestros laboribus oppressos cernitis, temeritas est, & iniquum iudicium, arbitrari Deus propter eorum peccata labores illis immittere. Sicuti barbari illi habitatores Insulę Mithilenes de quibus dr̃, quod cum B. Paulus tumulenta quadam maris tempestate depulsus In-
Act. 28. sulam illam peruenisset, cumque à barbaris illis exceptus sarmentorum aliquantam multitudinem congregasset, & imposuisset super ignem: uipera à calore cum processisset, inuasit manum eius. Vt uero uiderūt barbari pendentem bestia de manu eius: ad inuicem dicebāt, Homicida est hō hic, qui cum euaserit de mari, vltio nō sinit eum uiuere.
15 Propter hunc laborem homicidā illum esse iudicatis, temerarium iudicium, & iniquum est illud. Veruntamē cum barbari essent, nō mirum erat illos in hunc errorem incidisse: si aūt vir Christianus Catholicæ fidei lumine illustratus, hoc de proximo suo suspicaretur, multo grauior in eum culpa conferretur. Hoc autem sapientissimum erit, q̄ cum uos laboribus oppressos uideritis, illos pp peccata uestra nobis euenire suspicemini, conscientiamque uestram diligenter scrutemini, ut ab eis exeatis. Quando noctu in le-
Simile. cto recumbitis, & aliquem strepitum, aut canis latratum auditis, statim in lecto consurgitis, & domum uestram speculamini: si for
16 te sunt in ea latrones. Sic fecit Iob, qui sentiens domi suæ strepitum uerberum, quib.
Iob. 17. illum Deus puniebat, statim in domum conscientiæ suæ ingressus illam scrutatus est, vtrum in ea aliqui latrones essent: si forte peccatū aliquod illorum laborum causa erat, cūque optimè circunspecta domo nihil mali reperisset, dixit. Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Sic ēt tuo frater, qn̄ te laboribus fatigatum perspexeris, conscientiā tuam scrutare, teq; ipsum interroga, si fortè pp peccata tua illos tibi Deus immittit. Hoc.n. oportet esse laborum munus, videlicet, efficere, ut conscientia examinetur, & peccata, quæ obliuioni tradita fuerant, in memoriam reuocentur illorumque 2. Reg. 21.
pnīa fiat. Facta est fames ualida in diebus Dauid tribus annis iugiter, & consuluit Dauid oraculum domini. Dixitque Dñs. Propter Saul, & domū eius sanguinem, quia occidit Gabaonitas. Aduertite Dauidis prudentiā, cum.n. Dei suppliciū cerneret, examinauit, propter quod peccatum esset, cognoscensq; illud pp Saulis domum sumi, pro peccato satisfacit tradens septē viros de domo Saulis 17
in manus Gabaonitarum, qui crucifixerunt eos in monte coram domino. Sic te facere oportet frater, delinquētes pnīæ cruci affige. Sic fecit ipse Dauid cum filius eius Absalō 2. Re. 15.
aduersus eum insurrexit: qui ex ciuitate fugiens, ascendebat cliuum oliuarum, scandēs & flens nudis pedibus incedens, & operto capite. Non nuque deerant Dauid equi, neque calcei, quibus incederet, ueruntamen, per montem nudis pedibus incedebat, quia supplicium illud pp ipsius peccata à Deo sibi missum fuisse cognouit. Et sic deplorās, corpusq; suum affligens illorum pœnitentiam agebat. Ita solent nunc iusti facere, non.n. contenti sunt pęna, qua illos Deus punit, sed 18
ipsimet corpora sua pro suis peccatis, durius affligunt, penalibusque exercitationibus cō 1. Co. 3.
torquent. Nam (vt dixit B. Paulus.) Adiutores Dei sumus. Et in hoc etiam iusti coadiutores Dei esse uolunt. Si Deus (inquiunt) me 2. Reg. 16.
verberat, ego pluribus disciplinis, ac suppliciis illum adiuuans, me punire, & affligere volo. Et inferius cum vir ex equitibus suis ei diceret. Vadam, & amputabo caput eius. s. Semei, pro iniurijs, quibus sanctam Regem affecerat, respondit vir Dei: Dimitte eum, vt maledicat iuxta præceptum domini, si fortè respiciat dñs afflictionem meam, & recedat mihi dominus bonum pro maledictione hac die hodierna. Hęc erat optima cognitio huius boni Regis, etenim filij persequutiones, subditorumq; contumelias, uniuer- 19
sa hæc, peccatorum suorum pœnas esse iudicabat, seque illis esse dignissimum affirmabat. Talem nobis in infortuniis, calamitatibusq; nostris cognitionem Dominus præbeat. Hæc enim ad illos patientissimè perferendos, atque etiam ad desiderandum plura perpeti, multum conducit.

Aliquando uero labores Deus hoībus immittit, non propter peccata quidē. *Sed ut manifestentur opera Dei in illis.* Ecquid sibi persuaderet Deum ex malefaciendo iustis, hoc

est,

eſt ex mala pœnæ inferendo, gloriā eſſe ele-
ctorum? Deum malis benefacere, rationabi-
le eſt, ut illos beneficijs ad ſe alliciat. Nā poſt
quem iam non abuſſetis, ſi in uos, ea, quæ
Deus facit, beneficia contuliſſet? Accedit a-
uis ad aucupis manum pp illas duas buccel
las carnis, quæ illi oſtenſę ſunt, uos autē non
poſt Deum abibitis, a quo tot, tantaque be-
neficia percepiſtis, paſſumque percipitis? Sin
20 gulis etenim beneficijs, ſingulas facit uoca-
tiones, & bona ſunt quaſi hami ad nos expi
ſcandos. Bono autem cur malefacis domi-
ne, vt manifeſtentur opera Dei in illo, quæ
ſunt patientia, & laus, q̄ tribulatus Deo red-
dit. O maledicte peccator, cui Deus cum plu
rima faciat beneficia, nec tñ illū laudas, nec
vero aīaduertis alium miſerum in lecto mul
tos annos iacētem, aſſiduiſq; doloribus affli
ctum non ceſſare Deum extollere, & hoc ad
confuſionem tui. Animaduerte quid dixerit
Iob, tot, tantiſque uerberibus onuſtos, ſicut
dño placuit, ita factum eſt, ſic nomen dñi be
nedictum. O quanta confuſio tibi eſt, ꝙ tibi
Deū beneficia facientem maledicis, alter ve-
ro laboribus oppreſſus, eum laudib. extollit.
21 Ecquid fecerunt uermes in te ò benedictæ
Iob. 1. Iob, quum in ſterquilinio ulceribus cooper
tus ſedebas? Quid? hoc utique effecerunt, ꝙ
cum antea unum tm̄ os ad Deum laudandū
haberem. nunc oībus forminibus, & oribus
quæ à vermibus aperta ſunt, nomen dñi be-
dico. Quam ſingulare autē exemplum no-
Tob. 2 bis fuit Tobias, qui poſtquam ſepeliendis,
mortuis, alijſq; virtutis exercitationib. fati-
gatus erat, arundinis ſtercore fuit excęcatus.
De quo & dicit S. Textus: Non eſt contri-
ſtatus contra Deum, qd' plaga cæcitatis eue-
nerit ei, ſed immobilis in Dei timore per
manſit agens gratias Deo oībus diebus uitę
ſuæ. Ecce qūo manifeſtantur opera Dei in il
lo. Opus Dei eſt ēt perſeuerantia, ut aūt iu-
22 ſti in bono perſeuerēt, hoc modo à Deo tra-
Simile. ctantur. O quantopere cupit iumentū ſe ad
præſepium confricare, & ubi primum ſe fri-
cat, uenuſtatē amittit, totumq; ſe excortat.
Quod ergo remedium quæritur, ne iumen-
tum hoc modo ſibi officiat. Duobus illud
capiſtris alligari, quo in nullam partem ſe
poſſit conuertere. O quam maximam pro-
penſionem habet homo (etſi iuſtus) ad pec-
catum. Illum autem Deus duobus capiſtris
deuincit. ſ. corporalibus morbis inimico-
rumq; perſecutionibus, quo uix peccare, re-
cordetur. Attēdite qualibus capiſtris B. Pau-
lus a Deo deuinctus fuit: nam ex una parte:
ter (inquit) uirgis cæſus ſum, ſemel lapida- 2. Cor.
tus ſum: ter naufragium feci. Ex alia uero 12.
parte, ne magnitudo (ait) reuelationum ex
tollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis
meæ Angelus Sathanæ, qui me colaphi- Iud. 11.
zet, uidelicet, ut ſic in humilitate, atque ani-
mi ſubmiſſione teneretur. O quot homines
corrumperentur, atque etiam perirent, ſi ma
nus, pedes, atque ualetudinem haberent, &
quot fęminæ perderentur, ſi diuitijs, ac pul- 23
chritudine pollerent. O domine infinitę Ma
ieſtatis, innumeras tibi gratiarum referimus
actiones, quia tam diligenter nobis occaſio-
nes adimis, ne in infernum prolabamur. Si
qñ dñs dixit, ut manifeſtentur opera Dei in
illo: cęcus hic diceret: Quid domine ad hoc
homines in laboribus conſtituis, ut alienis
ſumptibus, atque laboribus gloria tua mani
feſtetur: O cęce quā maxima Dei miſericor-
dia, atque indulgentia eſt, uiliſſimum terræ
vermiculum in inſtrumentum gloriæ ſuæ
aſſumere. Virga Aaron baculus erat, ſicut, &
aliorum paſtorum: ueruntamen eo ꝙ à Deo
aſſumpta fuit in mirabilium ſuorum inſtru
mētum, in arca teſtamenti reconditur, ibiq; Hebr. 9
tanti æſtimabatur, tantaque religione cole- 24
batur, ut ne quis præter ſummum ſacerdo-
tem illam ſemel in anno perſpiceret. Quæ
cum ita ſint, conſolare, & lætare frater, ma-
gno enim honore te Deus afficit, aſſumens
te in inſtrumentum gloriæ ſuæ, ut in te eius
omnipotentia patefieret.

Dicit inferius: *Me oportet operari opera
eius, qui miſit me, donec dies eſt*. Hoc fuit no
ſtræ redemptionis opus, quod uſque ad ulti-
mum uitę ſuæ terminum operatus eſt. Atq;
ut ſe uerum mundi Redemptorem eſſe, om-
nibus innoteſceret, hæc mirabilia operatus
eſt: uidelicet, cæcos illuminare, infirmos cu-
rare, mortuos deniq; ad uitam reuocare. Ne
āt arbitraremur ſibi ſoli conuenire operari, 25
donec dies eſt, uniuerſale quandam ſnīam
ſubdidit, dicens: *Venit nox, quando nemo po-
teſt operari*. O q̄ cœleſtis exhortatio? Atten-
dite fratres uos in hoc ſeculo à Deo fuiſſe
collocatos, ut ſalutem ueſtram ſpiritualem Mat. 10
operamini. Vbi primum autem mortis nox
aduenerit, nemo poterit quicquam merito
rium operari. Illum paterfamilias, qui opera
rios conduxit. a ſolis ortu, uſque ad occaſū,
illos conduxit, non autē noctu. Dies namq;
ad laborandum, nox uero ad quieſcendum Simile.
fuit inſtituta. Quando Rex urbem aliquam
obſi-

obsidione premit, & præconio declarari iubet, illum, qui intra tot horas ad ostium ciuitatis accesserit, aut in illius mænijs uexillum erexerit, mille aureis esse donandum. Si transacto illo temporis spacio, rebusq; iam aliter dispositis quisquam vexillum in muro collocaret, posteaquam premium percepturus accederet, merito ei diceret Rex: Hō, nihil tibi debeo, edictum.n.non positum fuit ad lōgum tps, q̄ ad alium diem. Sic in nego-
26 tio saluationis nostræ tantummodo die ui- Iud. 1.
tæ nostræ nobis Deus statuit ad merēdum, quo peracto nullum est remedium. Nō sine mysterio notant diuinæ literæ, de quodam tyranno noīe Adonibezech, qui septuaginta Reges confractis manibus, ac pedib. tenebat, illosq; micis, quæ supererāt ex mensa eius alebat. Huic bellum intulerunt filij Israel, illumq; captiuum duxerunt. Et quanquam tam immanem se se in reges illos præbuerat, dicit illic sacratus Textus, illum nulla alia pœna ab Hebræis affectū nisi extremitates pedum, manuumq; ei fuisse conscissas. Itaq; ei pedes, non aūt ad ambulandum, manusq; sed non ad operandum, remanserunt. O æterne Deus, quā terribile tps illud
27 erit, qn̄ impius se peccatis onustum, tormentisq; oppressum perspexerit, & se intellectū atq; uoluntatē viderit habere, non autē ad pniam agendam, peccatiq; suis remedium adhibendum. Quid daret unus ex dānatis, ut nunc mereri posset, quo se ab illis perpetuis ignibus liberaret? Ideo ad uos clamat
Esa. 55. S. Esaias, dicens. Quærite dn̄m, dum inueniri potest. Nunc diligentissimè nos oportet laborare ob duplicem rationem. Prima est,
Psa. 102 quia breuissimum nobis tēpus conceditur. Dauid illud diei comparat, dicens: Dies eius tanquam flos agri, sic efflorebit. Flos cam-
1. Io. 2. pi mane virescit, uesperi autem marcescit, & arescit, talis est hominis uita B. Ioannes ad-
28 huc breuiorem eam depinxit, dicens. Filioli nouissima hora est. Et hoc dixit, cum iam dixisset: Mundus transit, & concupiscentia eius, qui autē facit voluntatem Dei, manet in æternum, quasi diceret; Adeo velociter transit mundus, vt nemo dicere possit, ego securam habeo unā horam vitæ. Ecquis est in toto terrarum orbe, qui certo possit affirmare, se integram horam esse uicturū? Nullus vtique. Quare ergo ò miseri filij Adæ, in re tam graui, quæq; vobis tanti interest, tā negligentes uos p̄betis, tamque alto sopore dormitis: p̄sertum cum ad eam tractandā,

ne ad horam quidem vnam, certam uitam habeatis? Vt aut maiori timore terreamini, Iob. 20.
videte quanto magis rem hanc S. Iob abbreuiarit, dicens. Gaudium hypocritæ ad instar puncti. Vnum instans habet peccator ad delectandum se, & tu ad merendū aliud tantummodo instans habes, & tñ miserabilis est visu tepiditas, pigritiaq; nostra. O quā vice uersa facit diabolus, uidens.n.tempus breue, esse diligētissimè accelerat nobis bellum inferre. Et sic dicit B. Ioannes. Audiui 29
uocem magnā in cęlo, dicentē. Væ terrę, & Apo. 12.
mari, quia descendit diabolus ad uos habēs iram magnam, sciens, q͞ modicū tēpus hēt. Væ ecclesiasticis, secularibusq; hominibus: væ terræ, & mari, quia.n.uidet diabolus se breue tempus ad nos persequendos habere, diligentissimè nos insectari accelerat, Sicuti faciūt. Accipitres Irlādiæ, qui (ut in illa regione breuissimi sunt dies) talem habent instinctum, vt diligentissimè properent aucupari, q͞ si non fecerint, in nocte famelici remanebunt. Diabolus in hac uita aīas aucupatur, postea vero securi erimus. Et quando quidem ille pp tēporis breuitatem nobis officere accelerat, quare nos summa animi cō- Simile.
tentione non laborabimus, vt ab eius fraudibus liberemur? Ecquis nos detinet? quòd si quis dicat; Pater, nunc quibusdam negotijs sum implicatus, quibus confectis saluationis meæ, negotium me studiosissimè suscepturum esse promitto. O stulte, q̄ longè opinione falleris, his fraudibus te te diabolus excęcat. Quid diceretis de hoīe stante iuxta 30
fluuium, qui optimè posset pertransiri, si ipsolentissimè in ripa maneret? Quid istic facis frater? ipse uerò diceret, expecto donec hæ aquæ prætereant, nunquid maior amentia videri pōt; frater præterita illas, nam illę nunquam defluere cessabunt. Post alias.n. aliæ, & aliæ subsequuntur Negotijs detineris, & dicis, tradam nuptui filiam meam, recipiā hoc vectigal, &c. Postea uero de rebus Simile
ad conscientiam meam spectantibus agam, meq; verè & ex animo Deo tradam? Attende frater post unum negotium aliud obrepere, & post illud aliud, etenim negotiationes huius seculi, sunt veluti aquæ fluminum quę delucadi nunquam faciunt finem. Animaduerte, quò magis negotia tractare studueris, eò plura tibi à diaboli esse offerenda. Præteri tu aquas istas, succide negotia tua, quæ nisi præterieris. atque deposueris, nunquam penitus finientur, sed 31
vsque

vsque ad mortem tibi suppetent. Dispari quidem feruore, atq; diligentia iusti aiæ suæ negotia pertractant. Idcirco in sacris literis diuersis nominib. diligentiam significantib.
Esai. 65. nuncupantur. Esaias etenim dicit: Qui sunt isti, qui vt nubes uolant? O quam celeriter decurrunt nubes aquam deferentes ad irrigandã terram. Dauid eos appellat sagittas, maximo impetu dimissas, quę non sistunt
32 quousq; ad scopum perueniunt. Sic etiam hi
Psa. 126 quousq; Deo fruituri in cœlum cõscendat,
Cant. 2. nõ sistunt. Sicut sagittæ (inquit) in manu potentis, ita filij excussorũ. Hos accersit sponsus, dicens: Surge propera amica mea, quia
Cant. 2. cum hac celeritate uenit ipse in animã iusti. Ideo ibidem dr̃: Ecce iste uenit saltẽs in mõtibus transiliens colles, nihil etenim illi impedimento est, quominus in aĩam iusti descendat. Et sic passionis suæ tpe dixit Iudæ.
Ioan. 13 Quod facis, fac citius; admonebat eum, ut agilem se in ipsius morte tractanda præberet. Vt quid tanta festinatione opus est, o diuine hoĩum amator? videlicet, vt vos cõmonefaciam, siquidem ego pp utilitatem vr̃am tanta cum festinatione ad uos; sic etiam uos ad me uenire oportere.

33 Secunda ratio, quare in spũalibus reb. tractandis diligentes nos præbere deberemus est, quia licet uitam nostram sexaginta, aut septuaginta annos duraturam esse certò sciremus; stultum est in defessam senectutem, in qua ad labores perferẽdos non sunt uires, pœnitentiam differre. Quod si quis dicat: ó pater impossibile mihi vr̃ ab hac mala uiuẽdi rõne me posse recedere, sed in posterũ melius me posse recedere arbitror. O miserum te? si nunc istud tibi difficile vr̃, quãto difficilius tibi erit, postquam uitium incaluerit, atque inueteratum fuerit, & altiores in te radices egerit, naturaque corruptior extiterit? stultissimum esset quenquam dicere: facilius esse Romam ex mille itineribus quam ex de
34 cem redire. Vnumquodque peccatum est u-
Simile. num iter, quod te a uirtute, atque a Deo separat, quò igitur facilius tibi erit ad Deum redire, postquam mille peccata commisisti, q̃
Hier. 22 cum decem tantummodo perpetratas? Ea ꝓpter dicit Hieremias: Nolite flere mortuũ, neque lugeatis super eum fletu: Plangite eũ, qui egreditur (.s. ad peccandum) non reuertetur ultra (.s. ad Deum per pœnitentiam.) Etenim qui peccat, & se corrigit, seque in meliorem frugem recipit (ait Beatus Hieronymus) non est deplorandus; quia (ut dicit Eccles.) Non est homo iustus in terra,
Eccle. 7. qui faciat bonum, & non peccet. Illi autem, qui in malo perseuerant, sanguineis lachrymis lachrymandi sunt. Væ illis, qui in uia Cain abierũt (ait S. Iudas in sua Canonica)
Iudas via Cain fuit impœnitẽtia. Obstupendum vtique fuit, hominem in cæteris rebus prudẽtem tot annos (septem enim progenies suas uidit) in peccati pertinacia perstitisse, nec vnquam ad Deum conuerti uoluisse. Liberet uos Deus, ne in peccatis callum faciatis, 35
Psal. 48. hoc verebatur Dauid, cum diceret. Cur timebo in die mala? & respondet, & dicens. Iniquitas calcanei mei circundabit me, idest: Peccata usque ad mortem producta, me in infernum detrudent. Ne autem in hanc miseriam deuenias, amodo tuę malę uiuendi rationis filium abscinde. Tu autem frater, qui nondum contaminatus es peccato, caue ne illi aditum patefacias. Dicit enim B.
Am. li. 2 de pœn. Ambrosius. Facilius inueni qui innocentiam seruauerit, quam qui congruè egerit pœnitentiam, quot homines reperietis, qui totum uitæ suæ tempus in puritate, & innocentia facilè traduxerunt, per paucos autẽ, qui postquam animam suam peccatorum 36
maculis infecerunt, congruè, & sicut oportet conuerterentur. Ad secundæ igitur rationis initium rediens, concludo, dicens. Licet a Deo syngrapham haberes te plurimos annos esse uicturam, nequaquam tamen pœnitentiam in posterum a te differri oportere. Nam sicut insanum crederemus mulio-
Simile. nem, qui cum plurima iumenta deferret, in quę onus posset diuidere; in iumentum tamen deterius, atque imbecillius illud totum inijceret, sic etiam, & multò quidẽm dignior est reprehensione, quique vt irrationalis habeatur, qui uniuersum pœnitentię pondus defessę, ac debili vult imponere senectuti, præsertim cum per totum vitę tempus onus istud posset diuidere, cum plures uires, atque possibilitas suppetunt. Cui uestrum fratres charissimi, hęc ratio non quadrat? O Deus 37
infinitę Maiestatis, horum Domine cœcorum oculos illumina, quo hęc, quę nunc eis tuo nomine intimo cognoscant, atque intelligant.

Hæc cũ dixisset, expuit in terrã. Quis adeò insipiens erit, q̃ hęc omnia mysterijs carere arbitretur. Etenim, qui solo uerbo illum curare poterat, lutum, rem (humano iudicio) adeo cõtrarium cõficit, & super eius oculos illud imponit. Siquidem autẽ qui hoc fecit

Deus

Deus est maximum aliqd in hoc significare
Simile. voluit. Nonne aliqñ audistis, nullam esse a-
ptiorem cõmissurã, q̃ ex ipso panno? Quip-
pe si uestis saccea, & rudis est, rudi ẽt cõmis-
sura resarcietur, si verò purpurea, purpureo
pãno repetietur, Si e igitur fecit hic dñs, ter-
reum.n.hoĩem terra curat. Tu ò peccator, q̃
cõscissus es, vis resarciri? volo. Siqdẽ ergo lu
38 tũ, & terra es, luto, q̃ terra te resarciri. Et tu
supbe, sensualis, auare. &c. vis has scissuras re
ficere, istisq; cæcitatib. ac morbis mederi? lu
to igit̃ te resarci, hoc est, reminiscere te lutũ
esse, & hodie, aut cras in puluerem esse con-
uertendum, & hac commissura tibi reme-
dium poteris adhibere. Per hoc ẽt vnguentũ
ex terra, & saliua confectum Christus Iesus
Deus, & hõ designatur. Vt igitur ex infirmi
tate tua saneris, efficacissimũ remedium est
hunc clementissimũ dñm sup oculos collo-
care, cõsiderando mysteria, quæ p̃ te opera-
Nu. 21. tus est, & quæ pp te, tantoq; cũ amore tormẽ
ta tolerauit. Aspicientes in serpentẽ, q̃ Moy
ses exaltauit in deserto, ij, qui ab ignitis ser-
pentib. morsi fuerant, sanabant̃. Quanto igi
39 tur melius ab spiritualibus plagis sanabunt̃,
qui attentè, atq; affectuosè Christum Iesum
super oculos collocarint? Ideo pro eo, q̃ nos
Psal.90. legimus: Qm̃ in me sperauit liberabo eum;
Hiero. B. Hierony. vertit ex Hebreo: Qm̃ mihi ad
hæsit, liberabo eum. O fratres mei si ex om-
nib. horis, quas in diu consumitis, unam sal
tem quotidie uelletis consumere in hoc sa-
cro unguento uobis super oculos collocan-
do, ad hunc diuinum dominum cum chari-
tate, atque affectu accedẽtes: o q̃tum anima
bus vestris remedium hinc eliceretis.

Vt eum sanũ Iudæi perspexerunt: *Addu-
cunt eum ad Pharisæos.* Quandiu hic hõ cæ-
cus existebat, nemo cum eo contendit: vt au
tem eius oculi aperti sunt, omnes eum per-
Ioã.14. sequuntur, oẽs eũ supplantare conantur. Si
de mũdo fuissetis (dicebat dominus) mũdus
Simile. qd suũ erat, diligeret, q̃a uero de mũdo non
estis, ppterea odit uos mũdus. Corui pullos
suos, cum eos albos uideant, reijciunt, ut aũt
pennæ eorũ accrescũt, & sicut parẽtes sui ni-
40 grescũt, statim eos recipiũt, & fouẽt. O mun
de immũde, etenim pullos alios uis nisi cor
uos nigros qualis tu es. Hi igitur corui cum
cæcũ hũc uirtute. ueritatisq; confessione cã-
d dum p̃spicerẽt: *Eiecerunt eum foras. Quod
audiet Dominus cum venisset eum, &c.* Si eũ
inuenit, ergo q̃siuit. O bñdictus talis Deus,
& glorificatus talis dñs. Animaduertite fra-
tres qũo illum Deus q̃rit, quem mundus ip-
sius cã p̃sequitur. Quo tẽdis Rex cęlestis? ad
q̃rendum hoĩem, qui mea cã ex Synagoga
relegatus eijcitur. O fratres charissimi, quis
adeo fœlix esset, q̃ pp Iesum Christum rele-
gari mereretur, atq. hoc exiliũ æquo aĩo pa-
teretur. Relegemus igitur nos ex nobis me-
tipsis, & ex securitate nostra, atq; ad cęlestẽ
lucem confugiamus, ut nos gratiæ suę lumi
ne clarificet, posteaq; ad cælestem gloriam 41
perducat. Amen.

Feria VI. post Dom. IIII. In quad.

Erat quidam lãguens Lazarus a Bethania, de castello Mariæ, & Marthæ sororum eius. Ioan. 11.



Efert S. Euang. duas fuisse soro- 1
res, & has infirmum fratrẽ suũ
secũ habuisse, ex quo apparet,
eos inuicem se mutuo amore
dilexisse. Vna ex maximis mi
serijs mundi hæc est uidelicet, q̃ cũ parẽtes Simile.
moriuntur, filijque ad hæreditatis diuisionẽ
perueniunt, rarissimè bonos, ac pacificos fra
tres se præbent. Hi autem defunctis parenti
bus ita pacifici, atque adunati, sicut antea re
manserunt Catulis pacificis, si os immittas,
statim inter se cõtendunt, inuicemq; se mor
sibus consumere conantur. Atq. hos inter se
de osse contendere, & rixari, non est mirũ,
q̃a bruta animantia sunt. Fratres uero ex u-
no uentre productos, in una domo educatos
atq; una mensa alitos, pro minima quaque
utilitate lites statuere, & quasi catulos se vel-
le mordere, hoc est ualdè miserandũ. Præci-
pua rõ, q̃ reddidit S. Patriarcha Abrahã fra- Gen.13.
tri suo Loth, ne inter contentiones haberẽt,
fuit, q̃a erãt fratres. Et sic dixit ei: Ne q̃so sit
iurgium inter me, & te, fratres.n. sumus, Ec-
ce uniuersa terra coram te est, recede a me ob
secro, si ad sinistram ieris, ego dexteram te-
nebo, si tu dexterã elegeris, ego ad sinistram 2
pgã. Attendite vrbanitatem uiri sancti, uult
.n. aliqd de iure suo amittere, ne cũ frẽ suo
pacem amittat, eiq; facultatem concedit, ut
meliorem sibi partem eligeret, ne contẽden-
di, aut rixadi offeretur occasio. Etiã lites, &
cõtẽtiones cum extraneis oderat B. Paulus:
& sic dicebat: Iam quidem omnino deli-
ctum est in nobis, quia iudicia habetis in-
ter uos. Quare non magis iniuriam accipi
tis? quare non magis fraudem patimini? sed

uos iniuriam facitis,& fraudatis,& hoc fratribus. O q̃ diuina verba & q̃ maxima exaggeratio Christiano,qui cum altero Christiano litigat. Siquidē dicit B.Paulus. Oĩno delictum est in vobis,etenim difficillimum , ac penè impossibile est quemquã absque odio ac passione cũ aliquo litigare. Quamobrem
3 dicit,quare nõ magis fraudē patimini? hoc est,u?t,ut pacem non amittatis? Vos autem non solum iniurias non patimini,sed etiam defraudatis. Hoc autem facitis fratribus,s. ĩ Christo. Quanto igitur minus hoc faciendum est cum carnalib.fratribus,cũ bis fratres sint,uidelicet,per Christianam religionem,& per naturam? Quæ cum ita sint fratres charissimi,uos deprecor,ut ad hæc diligentissimè aduertatis,nec tam malum exēplum proximis præbeatis ; qui cum uestrismet fratribus uos litigare perspiciunt.

Ex his duabus sororibus una erat. *Maria,quæ unxit Dominum unguento.* Attēdite qũo recensuit S. Euangelista,non peccata q. dem,sed uirtutem Mariç Magdalenæ. Hæc etenim erat Maria,q̃ dñs conuertit. Nec uero S. Ioannes de eius turpi uiuēdi rõne meminit,sed opus illud piũ refert ꝙ erga dñm
4 operata est. Vt nos in hoc doceat,quum de absentibus loquimur,non eorum quidē uitia,sed uirtutes nos dicere oportere, atq; ut a nobis pessimã quandam,atq. nimis usitatã consuetudinē relegemus. Si de aliquo interrogamini,statim dicitis; Ecquis est?ille ne q in tali oppido publicè uapulauit? ille cuius parens concrematus fuit?O diabolicam per
Simile. uersitatē,qđ statim proximi uestri defectum in publicũ prolaturi estis. Humanç historiæ referunt in Græcia,insignē pictorē extitisse Apellē noĩe,q Regē Antigonũ faciē pulcherrimum cum vellet depingere,qualis ille erat (erat āt cocles,) ꝙ eum deformē reddebat. Verumtñ pictor prudentissimus semiuersũ
5 illum depinxit,ita ut defectus eius non appareret. Quem cum nonnulli interrogarēt,cur Regē cũ defectu,quē habebat,non depingeret,ille rñdit,dicens: Si ego absq; eo illũ possum depingere,quare cum defectu eum depingam?sic uos facere oporteret ò fratres. Si linguis uestris proximos uestros vultis depingere,bona eorũ opa,mores,atq; virtutes depingite,non autem partem detegatis,quæ uidetur informis. Verũ proh dolor quã uice uersa hoc facitis,prætermittentes enim bonũ,mala detegitis proximosque uestros infamatis,& hoc pp istã malitiam vestrã cum nullũ utilitatis genus,inde capiatis. Ex quo hoĩs murmuratores, atq; effrēnatę linguæ peculiarius,q̃ alij peccatores diabolis similes esse dicuntur. Diaboli nãq; ideo nocent, vt noceãt nullo proposito emolumento. Ex damnis.n.quæ nobis dęmones inferunt,quē fructum eliciunt?nullum vtique. Sic ēt murmurator nullũ alium ex detractione fructũ 6
percipit,q̃ se in infernum pcipitare,proximisque suis famam adimere. Vnde Spiritus sanctus dicit; Abominatio ē hoĩum detractor. Nõ cõtētus est illũ abominabilē vocare,s.. ipsam etiam abominationem eum appellat.

Miserunt ergo sorores eius,&c. In necessitate sua ad spũalem medicum confugerãt. Durissimus est uisu Christianus infirmus , qui si de confessione loquaris,statim trepidat,atque deterretur. Deus āt,non est Deus occisio Psal. 87.
nis,dñe Deus salutis meæ,illum uocabat Dauid. Quid igitur times?corporalem medicum tota die tecum habes,ppterea nummis eius manus adimples, uidens aũt domi tuæ religiosum,patrem spiritualem,statim toto corpore contremiscis,nec in eũ potes aspicere. O intolerabilem cæcitatem. Attēdite fratres uniuersam salutē uestram in Deo, tanq̃ Ecc. 10.
in prima cã si tam esse, & ad eum uos prius 7
confugere oportere. In manu Dei potestas terræ,ait Sapiens:& inferius. In manu Dei potestas hoĩs. Omnem fęlicem successum, & salutē in ptãte Dei esse asserit, uos autem illam alibi quęritis: fęlicem fortunam,& valetudinem perquiritis ubi nõ est?in Deo prę cipuè illam debetis inquirere. Et ideo Deum fugientes, salutem fugitis.

Et valde notãdũ est,q̃ breui sermone necessitatē suã retulerũt,dicētes, ***Domine ecce q̃ amas infirmatur.*** Ergã Deum magis necessaria est maxima affectio,cordisq; puritas,q̃ verborum multitudo. Videns Dauid animã Psal. 87.
suam egenam dixit. Repleta est malis anima mea,sed tu dñe usquequo? Optime posset sermonem extendere,nec in his uerbis (more hoĩum) tã parcus remanere. Verumtñ apud 8
Deũ breuis ille sermo ex inflammatissimo corde prolatus plus ualuit,q̃ affluentissima uerborum copia ex tepid s,ac remissis uisceribus educta. Vnde improbans Dominus Matt. 6.
eos, qui orantes in nimia uerborum multitudine omnē fiduciã suam statuunt, dixit: Orantes autem nolite multum loqui , sicut Etnici faciunt: Putant enim, ꝙ in multiloquio exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis , scit enim Pater uester quid opus sit uobis,

bis,antequã pietatis. Multi et sunt,qui in o-
ratione totum studium,diligentiamq. suam
in uerbis optime componendis adhibent,lo
quentes.s.cum Deo, quasi cum Laurentio
Valla, aut cũ alio grammatico loquerent,q
statim inepti sermonis,& solœcismi eos ac-
cusaturus esset. Frater solida verba ex corde
producta,quæ tanq̃ acutissimæ sagittę Dei
viscera trãsignant,hæc sunt maximè condu
cibilia,præsertimq; si ex munda,atque syn-
cera aĩa proficiscantur. Ecce(aiunt)quem a-
mas infirmatur: Non Dño ꝓponũt amorẽ
quo Lazarus illũ diligebat,sed è contra. Nã
amor Dei erga nos est immẽsurabilis. Et ꝑ
hũc beneficia nos cõfert. Quod si ad amorẽ
Esai.43. nostrum esset respecturus,modica,aut nulla
nobis faceret beneficia. Et sic dicit per Esaiã
ego sum ipse,qui deleo iniquitates tuas pro
pter me,& peccatorum tuorum non recor-
dabor. Reduc me in memoriam. Et iudice-
mur simul,narra siquid habes,vt iustificeris,
quasi dicat. Ex te quid habes o homo,quare
ego tibi benefaciam?nisi bonitas,ac pietas
10 mea intercederet,nullum tibi bonum fecis-
sem. Quocirca non debemus amorem no-
strum proponere,nec si qua Deo ministeria
exhibuimus qñ ab eo aliquid petere voluerí
mus;imo potius quæ ab eo iam accepimus
beneficia,ipsi proponere,atque(vt ita dicã)
in eius memoriã debemus reuocare. O dñe
qui ad me imaginẽ,& similitudinẽ tuã crea
sti,o dñe,q mihi fidem dedisti; atque in tua
sancta Ecclesia collocasti,&c. per amorem,
quo hæc in me beneficia contulisti, te depre
cor,vt,& nũc mihi subuenias. Attendite q̃d
sancta mater Ecclesia in precibus suis Deo
proponit,per mysterium(inquit)incarnatio
nis tuæ,per crucem,& passionem tuam, per
mortem,& sepulturã tuã. Per beneficia acce-
pta alia denuo ab sponso suo efflagitat.

Respondit dñs dicens: *Infirmitas hæc nõ*
11 *est ad mortem.* Quid domine?iam,iam ani-
mam exhalat,& tu dicis,infirmitas hæc non
est ad mortẽ? Pro quo aĩaduertendũ est, qñ
hæc nobis corpora donantur,censum qꝫ est
mors sup illa nobis imponi. Et hoc est,quod
Heb.11 dicit B.Paulus,statutum est hominib. semel
mori. Infirmitas uero est huius census exa-
ctor. Quapp fratres mei uos rogo,ut siquidẽ
valetudine fruentes,pigri,atq; negligẽtes e-
stis,saltem cũ aliquo morbo laboratis,con
sideretis exactorẽ ad ostium stare,qui hunc
mortis censum a uobis exigat, maximaque
efficacia ad rõnem reddendam uos præpare-
tis,neque expectetis quousque infirmitas in
grauescat,cum.n.præ doloribus insani,atq;
extra vosmetipsos sitis,q̃d recte, ordinateq;
dispositum facere poteritis? Idcirco dicit B. Gala.6.
Paulus, bonum ãt facientes nõ deficiamus,
tempore enim suo metemus nõ deficientes.
Ergo dum tp̃s habemus,operemur bonum.
Venit Esau ad patrẽ suum, vt ab eo benedi-
ctionẽ acciperet,& dixit ei,surge pater mi,
& comede de venatione filij tui,ut benedicat
mihi anima tua. Venit ãũt sero,nec eius ad- 12
uentus ei profuit,qꝫ si paulò antea venisset, Gen.27.
benedictionem vtiq; accepisset. Sicuti uirgi
nes illæ fatuę,quę sero,atq; importunè vene
runt dicentes:dñe,domine aperi nobis. Quę
si citiùs accessissent,apertas ianuas reperis-
sent,& cum sponso introissent. O quam ad Mat.25
literam hic repręsentatur maledicta pluri-
morum negligentia,qui si paulò antea pec-
cata sua confiterentur,animasque suas in sa-
lutis uia disponerent,quando pleno iudicio
& consilio uigebant, remedium in diuina
misericordia reperirent,& expectant tunc di
ligentiam adhibere, quando ita adhibetur
vt nihil prosit. Loquẽs Dauid de malitia pec 13
cati dicit,pro hac orabit ad te omnis sãctus Psal.31.
in tempore opportuno. O quam merito il-
lud opportunũ appellauit, siquidem una la-
chryma ex intimo cordis dolore ꝓfusa uni
uersæ uitæ peccata,& maculas potest ablue-
re,animãque sideribus,ac sole puriorem,at-
que speciosiorem reddere. Qua opportuni-
tate prætermissa licet damnatus quisquam
tãtam lachrymarum copiam effunderet, ut
mare ex illis conficeret,qꝫ Oceanũ magnitu D.Tho.
dine superaret,nihil ei proficeret, nec quidẽ 4.Sen.d.
(ut ait D.Thomas)ad peccatum veniale tol 21.q.1.
lendum sufficeret. Quis igitur nunc negligẽ ar.2.q.3
tem se præbet, tantamque opportunitatem 14
prætermittit?O infęlices uos,qui hoc facitis
quam miserè lamentantur,& præ nimio do-
lore,ac pęnitudine compungendi estis:cum
tamen nihil uobis profuturum sit.

Nunc intelligitis quare dixerit dominus
Infirmitas hęc non est ad mortem. Videli-
cet, quia illa morte non erat soluturus La
zarus vniuersale tributum, ad hoc enim
persoluendum,iterum ei erat moriendum.
Et sic hæc mors non fuit, nisi pro gloria
Dei: *Vt glorificetur filius Dei per eam, &c.*
Quare domine,cùm ille obiturus sit, hanc
illis responsionem reddis? nam cum soro-
res eius hoc a te audierint,illumque postea
mortuum perspexerint, confusæ; ac per-

turbatæ remanebunt, earũque fidẽ in maximũ discrimen adducis, siquidẽ eis dicis, infirmitas hæc nõ est ad mortem, arbitrabuntur etenim, te quæ futura erant, ignorare.
Gen. 21 Hi hoc utiq; fidei meritũ perspiciendũ est,
&22. ubi tanta fidei difficultas sese offert Abraham dicitur pater fidei, q͂a cũ Deus illi promiserit Redemptorẽ mũdi ex filio eius Isaac
15 esse nasciturum, postea tñ illũ propriis manibus uoluit immolare, obediens in hoc, cum
Heb. 11 de illo nullatenus dubitare. Et sic dicit B. Paulus, fide obtulit Abraham Isaac cum tentaretur, & unigenitũ offerebat, in quo susceperat repromissiones. Voluit Christus Redẽptor noster gloriã suã resuscitando Lazarũ demonstrare potius, q̃ in alio ad uitam reuocando, q͂a cũ esset vir nobilis, eius mors latius diuulgaretur, & sic eius resurrectio pluribus manifestaretur, & perinde ipsius saluatoris oĩpotentia. Siquidem uno verbo
Arist. in quatriduanũ, ac fœtidũ mortuus imperando
pdicat. ad uitã reuocauit. Nã philosophi ingenuè
c.10. fassi sunt a priuatione ad habitũ impossibi-
16 lem esse regressum. In morte aũt plurimæ sunt priuationes, mors enim est quoddam non uidere, non audire, non gustare, nõ sentire. Denique omne non, & undique non, & tale, ut ex omni parte non dici, non possit quod si humanæ potentiæ uni priuationi mederi est impossibile, sicuti cętero uisũ, surdoq; auditum præstare, quanto impossibilius erit tot priuationes, quot in morte reperiuntur, restituere? siquidem autem Dominus cunctas illas restituit, illumq; a mortuis suscitauit, infallibile argumentum est ipsum Deum esse uerum.

Dicenti domino discipulis suis. *Eamus in Iudæam iterũ.* Dicunt ei: *Rabbi nũc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc?*
17 Quale est cor tuũ, siq̃dem hoc uis facere? O infinitã Dei pietatem. Maxima certè nobis esset infœlicitas, si uiscera Dei, nostris uisceribus essent similia. Etenim si uobis infertur iniuria, uix vobis potestis persuadere, ut illam dimittatis, cum aũt uos Deũ lapidaueritis, ipse cum serenitate maxima illuc reuertitur, ubi iniuria fuit affectus, si per unum ostium illũ excluditis per aliud reuertitur. Seu (ut melius dicã) si illum expellitis, non penitus recedit. Sed illic in ostio uestibus inhærens remanet ad cor pulsans, ut ei iterum ianuas uoluntatis aperiatis. Hoc significauit in illis uerbis, quæ ipse dicit: ego sto
Apo. 3. ad ostium, & pulso, siq̃s aperuerit mihi introibo ad illũ. Ecce q̃uo expulsus, ad ostium tñ remanet pulsans. Nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterũ vadis illuc? Idcirco ẽt illuc reuerti uolo, ut magna in eos cõferam beneficia. Hoc est. n. ingeniũ meũ in eos, q̃ me offendunt bñficia conferre, ut illos hac ratio-
ne ad me conuertã. Hoc ad literã optimè ex Oseæ. 2.
plicitum est apud Oseã, ubi cõstituens Synagoga Deum relinquere, & creaturas amplecti in tota creatoris sui offensione, sicut apparet ex uerbis, quæ ipsa dixit, uadam, & ad amatores meos, qui dant panes mihi: cum iudicio hominum Deus illis dicturus esse uideretur, siquidem vos mihi terga uertitis, 18
ego ẽt a uobis recedã, & tanquam ingratos & reprobos derelinquam, dicit eis, propter hoc ecce ego sepiã uiã tuam spinis, & sepiã eam maceria, & sequetur amatores suos, & non apprehendet eos. Et dicet, uadam, & reuertar ad uirũ meũ priorẽ, q͂a bene mihi erat tũc, magis quã nũc. O uerbum dulcius atque suauius melle, & locupletius cœlo, quod quia homines Deo terga uertunt, dicit se uelle rationes inuestigare, quibus eos ad se
conuertat, & ex ipsorum peccatis occasio- 19
nẽ sumit ad benefaciẽdum eis. Propter hoc (ait) causa ob quam uobis benefacio malorumq; occasiones adimo, atque uos a peccatis abstraho, est uos peccasse, meamque diuinam maiestatẽ offendisse. Propter hoc sepiã uiã uestram spinis. O maximum Dei beneficium est, me ab eo ita circundari, ut nihil habeam præter ipsum Deum, in quẽ oculos conuertam, nec q̃ uoluero conficiam, sed in nulla creatura thesaurum esse cognoscã, nisi in ipso rerum omniũ creatore, cæteraq; om
nia tormentum, & dolorẽ esse intelligã. Hoc Esai. 40.
ipsum mysteriũ manifestat ẽt Esaias ipsius Dei noĩe dicens consolamini, consolamini populus meus, dicit Deus noster, loquimini
ad cor Hierusalẽ, quoniã completa est mali- 20
tia eius, dimissa est iniquitas illius suscepit de manu dñi duplicia pro omnibus peccatis suis. Loqui ad cor idem est quod blandiri. O quantum blandimentum, & permulsio est, completa est malitia eius, &c. quod propter eorum peccata magna illis dominus beneficia conferat. Suscepit de manu dñi duplicia pro omnibus peccatis suis. Cõsidera quomõ punit Deus, siquidẽ tot beneficia pro peccatis suis tibi fecit Deus factus homo; Deus in cruce suspensus, Deus tot instituit sacramenta, &c. occasione unius mali, mille bona Deus nouit efficere. Quod cum ita sit, ne miremini quod

ni quod cũ illum Iudæi lapidare uoluissent
statim ad eos reuertatur, præstantissimum
illud miraculũ facturus: ut eos illuminaret,
& a cæcitate, obstinationeq; ipsorum abstra
here. Per reuerentiã huius clementissimi do-
mini uos deprecor fratres mei hanc lectio-
nem studiosissimè adiscatis, atque ad eius
imitationem doceamini, nunquam malum
pro malo, sed bonum pro malo referre.

Respondit Iesus: Nonne duodecim sunt ho-
21 *ræ diei?* Quasi dicant: tẽpus extitit postea, in
quo se emendare potuerunt. Et hic est sen-
sus horũ verborũ. Ac si diceret, ꝙ scitis utrũ
huius iniuriæ q̃ mihi inferre conabantur, iã
illos pœniteat? q̃a ãt dñs illos adhuc in mali-
tia sua pseuerare cognoscebat, alia huius lo-
Ps.103. ci expositio aptior, & comodior mihi uide-
tur. Scilicet, sol cognouit occasum suũ. Quẽ
admodum hic sol materialis in oriente ori-
tur, & in occidente occidit, & hoc in duode
cim horis, nec est in alicuius hoĩs potestate
facere illũ anteà occidere, sic erit de me. Ete
nim non moriar quousq; mea sit uoluntas.
Qua pp ne timeatis: cũ sole .n. estis q̃ sum e-
22 go, q̃ uos illumino, ne in ꝙ offendiculũ inci
diatis. Cũ ãt uenerit nox mortis meæ, tũ si-
Ma.26. cut hoĩes in tenebris ambulãtes offendiculũ
reperietis: q̃a oẽs uos scãdalũ patiemini in il
la nocte. Vnde legitimus sensus horum uer
borũ est: ego statui tempus, in quo mihi mo
riendum est quo circa (licet Iudæis omnib⁹
inuitis) ad illam horam peruenturus sum.

Lazarus amicus noster dormit. In his uer-
bis significauit dñs ꝙ intersit inter obitum
Ps.120. iusti, & peccatoris. Si enim eius amicus est,
Simile. & moritur, de illo dici põt: Amicus noster
dormit. Et ita dixit Dauid cum dederit dile
ctis suis somnũ, ecce hæreditas domini &c.
Dicitur aũt mors iusti somnus, q̃a queãdmo
dum hõ magno quodam itinere defessus in
molli lecto recumbere desiderat, sic etiam iu
23 sti mortis somnum dormire concupiscunt.
Nec uerò hoc desiderant, ut corporales hui⁹
sæculi labores effugiãt (hæc enim esset im-
perfectio) sed ut Deum uisuri, illumque pu-
rius, atq; ardentius amaturi in cælũ conscen
Iob.3. dant, quo est sanctissimum desiderium. At
que ideo de iustis dici potest, quod dixit San
ctus Iob. licet ad aliud propositum: Quasi
effodientes thesaurum, gaudentq; uehemen-
ter cum inuenerint sepulchrum. Quia profe
cto ita morte delectantur, sicut qui locuple
tissimos thesauros reperiunt, intelligunt .n.
illã esse ianuam, per quam ad cælestes gloriæ
thesauros introitur: Veruntamen animad-
uertite ipsum Iob de singulis iustis dixisse: Iob.5.
ingredieris in abundantia sepulchrum; sicut
infertur aceruus tritici in tempore suo. Si
uultis mortem uobis dulcem, atque suauem
somnum uidere, oportet uos in sepulchrum
puluere, & palea excussos: & cũ meritorum
abũdantia introire, sicuti tricũ fertili anno
mundum, & in maxima abundãtia in hor-
reũ deferri consuescit. Finis malorũ dicitur 24
mors; q̃a renuentes, & inuiti ad eã deferũtur.
Atq; hinc infertur, quã parũ Deũ diligamus,
qñ quidem nõ solum non exoptamus iam
in eius societate commorari, uerum contem
plantes etiam nobis moriendum esse toto
corpore contremiscimus. O quam pessimũ
signum, nec uero istud animaduertimus.

Quia autem discipuli subobscurum hũc
sermonem non intellexerunt, manifeste di-
xit eis. *Lazarus mortuus est: & gaudeo propter* Simile.
uos, ut credatis. Prudens chirurgus non per
ipsum quidem vultus facit cauterium ad
petridum auferendum, corruptionemque
euellendam; sed partem uiuam, sanam
perurit, ut per eam putredo erumpat. Itaq;
ad vulnera curanda opus est sanem partem
torqueri. Quæro a te diues auare, nunquid
non reperis in uia famelicum aliquem, & nu 25
dum paupereculum? Vt quid hi tot labores
patiuntur? vult utique Deus ut hi patian-
tur, quo putredo, & corruptio diuitum, eo-
rumque auaritia sanetur. Quid est infantem
vbi primum baptizatur, obire, eiusque pa-
rentem solum, ac tristem remanere? illum
profecto Deus occidit, ut te sanet. Quod si
cum liberos non habeas fraudulentus fœne-
ratores, & tam ardenti diuitiarum deside-
rio inflammaris, ut uniuersum orbem am-
plecti uelle uidearis, quid faceres, si filius
ille tuus uiueret? & quare adolescentulus
tener, & honestus quasi Angelus moritur?
ut tu o carnalis homo saneris: qui mortem
esse non recordaris, atque ut cognoscas, si-
cut ille mortuus est, tibi aliam esse mori n- 26
dum. Et ut contempleris: quid tibi fo-
ret, si te in isto turpissimo, atque infœlicissi-
mo statu mors occuparet. Quare permisit
Deus S. Agathæ ubera auelli, atque S. Lau-
rentium in candenti craticula concremari,
siquidem tam sancti erant, uidelicet, ut nos
pusillanimes sanaret, atque ut considere-
mus, siquidem Deus ita uiros iustos tra
ctat, quid nobis facturus sit, nisi ad eũ con-
uersi fuerimus. Hoc est quod ipse dicit

Hie.25. per Hieremiam, ecce ego in ciuitate, in qua
inuocatũ est nomen meũ, incipio affligere,
Pro.11. & uos immunes eritis? Nõ eritis immunes,
dicit Dñs. Et in prouer. Si iustus in terra re-
cipit, quãto magis impius, & peccator? Hoc
est, si iustus recipit in hoc sæculo flagella
Dei, quanto magis illa recipiet impius, &
peccator, si non in hoc sęculo, saltem in futu
ro? O quã metuendum est hoc peccatoribus, si
27 noluerint agere pænitentiã. Discipuli vulne
rati erant spiritualibus vulneribus; quia Ie-
su Christi diuinitatem ex animo, penitus-
que credere nolebant, uoluit diuinus chirur
gus Lazarum contorquere ut per mortem
transiret; cũ fidelis Dei amicus esset, ut mor
te illa discipulorum suorum infidelitati me
deretur, Atque idcirco dicit illis, gaudeo pp
uos, ut credatis. O quot iustos, & innocentes
Deus percutit, ut peccatores confundantur
& considerent, si iustus tam difficulter salua
Luc.23. tur, quid illismet futurum sit. Hoc significa
uit Dñs noster Iesus Christus, cum baiulans
sibi crucem ad filias Hierusalem conuersus
dixit, quia si uiridi ligno hæc fiunt, in ari-
do quid fiet? O Christe fili Dei uiui, arbor ui
ridis, & decora, in qua nihil unquã aridum,
28 aut sterile extitit: qui nec peccatum habui-
sti, nec illud habere potuisti, si cum tam san
ctus esses, tot pro peccatis nostris labores,
ac totmẽta pertulisti, quid nos perpeti opor
tet, cũ ligna arida simus nec uiriditatẽ uirtu
tus habeamus: sed apti atque dispositi simus
ut perpetuis inferni ignibus comburamur?
Lazarus perpessus est mortem, ut Apostoli
illuminati remanerent, acerbissimamque
Iesus Christus mortem tolerauit, ut nos il-
luminaremur, atq; curaremur. Quid igitur
rõni cõsentaneũ est ut uos postquã tãto eius
labore sumus eruditi: pro eius amore facia-
Eph.4. mus? Hanc rationem adducebat B. Paulus
ut Ephesijs uirtutem persuaderet, & ad bo-
nũ operandum cõmoueret, dicens: Hoc igit
dicõ fratres, atque testificor in Dño, ut iam
non ambuletis sicut gentes ambulant in ua
29 nitate sensus sui tenebris obscuratum habẽ
tes intellectum, pp ignorantiam, quæ est in
ipsis, propter cæcitatẽ cordis ipsorum, qui
desperantes semetipsos tradiderunt impu-
dicitiæ, in operationem immunditiæ om-
nis, in auaritia, &c. Idest quia fidem non ha-
bebant, nec quid plusquam nasci, & mori
esse credebant, nec aliquid post huius uitæ
terminum sperandum, timendum ue esse du
cebant, omnes se turpitudinibus, atque cu-
piditatis tradidebant, ut pecuniis abunda-
tius delectari possent, ad nihill enim aliud
se natos fuisse iudicabant. Et sic tantum ex
hac uita se deperdere credebant, quantum uo
luptatibus non indulgebant, uos autem (ait
Apostolus) nõ ita didicistis Christum. Idest,
uos aliam longè dissimilem philosophiam
professi estis: in alius populum suscipitis, &
sic multo aliter uos oportet nauigare. O quã
efficax ratio si homo rõne præditus esset, nec 30
quasi brutũ quoddam animal se gereret. Si-
cut terra diligenter exculta, & in qua bonũ Simile.
semen est satum: quæque crebro rigatur, ra-
tioni consentaneum est, ut pinguiores fru-
ctus ferat, quam desertum aridũ & incultum
atq; in eo nihil unquam satum est, sic etiam
Christianum, in quo Deus tale semen seruit,
quemque suomet sanguine irrigauerit, aliũ Simile.
disparem fructũ ferre oportet, quam Ethnici
faciũt. Et quemadmodũ adolescens, qui mul
tos annos in florentissima academia erudi-
tissimos quousq; magistros audiuit doctior
esse dẽt, quam pastor, qui ne primis quidem
labijs literas degustauit, sic Christiani, &c.
& nihilominus ea passim perspicimus, quæ
sine maximo dolore non licet intueri, uide-
licet: innumeros Christianos Ethnicis ipsis
esse deteriores. Etenim ita ludunt, iuranti 31
mentu untur, diuinaque pręcepta cõculcant,
ita delicijs, & cupiditatibus se tradunt: ita in
lectis suis lasciuiunt, acsi non esset Deus qui
illos uideret. Et ita pauperes affligunt, atque
excoriant, denique ita uiuunt, acsi oĩa, quæ
prædicat fides essent in somnium, aut fabu-
la. Eorum autem ratio, & scientia ad nihil
aliud eis deseruiunt, nisi ad nouos modos re
periendos, quib. delectentur, quasi irrationa-
les essent. Hoc aũt supplicium est Dei, qđ si-
quidẽ fide, supernaturalibusque donis abu- Matth.
si sunt, iustum, ut ne bonis quidem naturali
bus benè uti sciant. Dicente Dño qui habet,
dabitur ei, & adundabit, ab eo aũt, qui non
habet, & quod uidetur habere, auferetur ab 32
eo. Idest, qui frustra percepit donna gratiæ,
iusto Deo iudicio bonis etiam naturalibus
denudatur. Et sic licet Christiani sint, ne illæ
quidem uirtutes in eis, quæ in Ethnicis repe
riuntur. O cælum, o terra, atque insensibiles
creaturæ obstupescite super hoc.

Venit Dominus Bethaniam quatuor dies
post obitum Lazari, cui Martha obuiam e-
xijt, statimque sororem suam Mariam ad-
monuit silentio dicens: *Magister adest, &
uocat te.* Quod cum audisset, consolantibus
illam

illa uiris primarijs Hierosolymæ confestim surrexit, omnesque seculares consolationes neglexit. O quam certum est, si Deus ad nos cōsolandos efficaciter accederet, statim hæc omnia sæcularia, citoq; peritura a nobis esse despicienda, atque relinquenda. Nos autē tam diligenter carnis consolationes perquirere, signum est, Deum ad nos non ita uenisse.

33 O quantum apud Deum cōsequeremur, si hæc omnia despiceremus. Etenim sicut hæ sorores fratris sua resurrectionem ꝯ domino consequutæ sunt: sic & nos etiam spirit⁹ nostri resurrectionem: qui quidem nimis remissus, & ferè mortuus est, adipisceremur. Et quandiu hoc non fecerimus, semper spiritus demissus, atque ad cælestia mortuus incedet.

Exo. 8. Dixit Pharao Moysi, sacrificate Deo uestro in terra hac. In Aegypto uolebat tyrannus Deo sacrificium offerri. Et ait Moyses: Non potest ita fieri. Abominationes enim Aegyptiorum immolabimus domino Deo nostro? Quod si mactauerimus ea, quæ colunt Aegypti coram eis, lapidibus nos obruent. Id est non pōt in Aegypto Deo sicut oportet sacrificium offerri. Abominationes vocāt Hebræi ea, quæ coluntur, ab Idololatris.

34 Aegyptij uero taurum, atq; arietē adorabant: Hæc igitur animalia oblaturi erant Hebræi, q̄ Agyptij nequaquā fieri permitterent, quia illa pro dijs habebant. Est igitur sensus uerborum Moysi: Hic non possum⁹ Deo seruire, quomodocunque enim hoc fecerimus, abominabiles erimus. Si secūdum ritum uestrum immolauerimus, Deo quidē odibiles erimus, si verò iuxta ritum nostrū sacrificauerim⁹ uobis abominabiles efficiemur. Sic ēt iustus, si huic sæculo conformatur, eiusq; cōsolationes admittit, fit abominabilis Deo, si vero Deum quærit, illiq; conformatur, mundo redditur odibilis. Quapp ei conuenit ab illo exire, illumq; relinquere. Vtrumque uolebat homo habere, Deum videlicet,

35 & mūdum. Veruntamen unum cor non potest utrumque possidere. Est enim parum panni ad tot vestes efficiendas. Palliū

Esa. 28. breue est (dicit Esaias) utrumque operire nō potest. Quod cum ita sit fratres charissimi hæc omnia sæcularia vere & ex animo dispicite, siquidem tantum animabus vestris detrimentum afferunt. Quæ nisi opportunè relinqueritis, ipsa uos deserent, & absq; mundo, & Deo remanebitis. Animaduertit quā velociter omnia prætereunt, sicuti uos ad-

Esa. 51. monet ipse Esaias dicens, leuate in cœlum oculos uestros & uidete sub terra deorsum, qa cæli sicut fumus liquescent, & terra sicut vestimētū atteretur. Et habitatores ei⁹ sicut hæc interibunt, hoc est in omnes creaturas oculos coniicite, & cognoscetis oīa ī meliori tpe dissolui, atq; finiri. O beatum illum, q̄ oīa relinquit, ad Iesum Chr̄m uerum consolatorem confugiat, sicuti hæ duæ sorores fecerūt.

O admirabilē sanctarū mulierū amo- 36
rē, etenim cum in maxima necessitate illius auxiliū inuocassent, nec tñ uenisset, sed uerbum quoddam rñdisset, qd̄ scd̄m illarū ītelligētiā falsum fuit, uidelicet: Infirmitas hæc non est ad mortē, nūc aūt illum uidens non scādalizantur, nec se offensas fuisse iudicāt, sed ubi primū illum aduenire audiūt, protinus magna cum charitate, ac reuerentia illi obuiā exeunt, quasi nihil unquam tale contigisset. Nec verò dicunt, ecce nunc uenit, noluit uenire quando nobis opus erat, satis nobis in necessitate nostra hospitia, quæ illi exhibuimus, persoluit, nihil minus. Non videtis quomodo eius uerba inuenta sunt uera: cum dixit fratrem nostrum non esse moriturum? nunquid nō mortuus est? Non solum autem sanctæ illæ fœminæ hoc non dixerunt, sed nihil istorum corde cogitarunt,
earum.n. ardētissimus amor erga dominū, 37
ipsarū uiscera penitus occupabat. O potens amor, ecquid non superat? O quàm merito
dixit B. Paulus, charitas non irritatur: non 1. Cor
cogitat malum: omnia suffert, omnia cre- 13.
dit, omnia sperat, omnia sustinet. O Domine quam sapienter seruos tuos probas, vt q̄d in eis habeas apertè cognoscatur. Sic fratres dilectissimi in hoc optimo Deo sperare debetis aliquando enim minus uobis remedium habere videbimini, tunc ipse subuenire consuescit. In hac fiducia situm est signū
amoris, quod plenus erat sanctus Iob cū di- Iob. 13.
xit, etiam si occiderit me, in ipso sperabo.

Et est ualde notandū, quod pergens Do-
minus in sepulchrum, in quo conditus erat 38
Lazarus; *Lachrymatus est, & fremens in semetipso venit ad monumentum*, Etenim in illo defuncto spiritalis miseri peccatoris interitus illi repræsentatus est. O quanta est hæc cōfusio infelici homini in mortali peccato commoranti. Animaduerte o peccator, Iesum Christum tua causa lachrymari, tu uero ne minimam quidem lachrymam, nec modicum quicquam doloris habere nosti, cum te in tam infœlicia, atque maledicto statu perspicias. Aliter profectò facie-


bat Dauid postquã peccaui, siquidem dicit: Tribulationẽ,& dolorem inueni, & nomen Dñi inuocaui,i. Non expectaui vt me dolor inueniret, sed ego illum quęsiui, atq; inueni, & cum eo nomen tuum inuocaui, atque a te
Psal.39. misericordiam postulaui. Et alibi dicit: Tota die cõtristatus ingrediebar. Afflictus sũ, & humiliatus sum nimis, rugiebam a gemitu cordis mei. O admirabilem contriti cor-
39 dis efficaciam, quot uerbis animæ suæ amaritudinem exaggerat, dicente Dño: Tollite lapidem, dixit Martha; Dñe iam fętet. Sororibus suis fœtebat Lazarus, non aũt Christo Redemptori nostro. Homini fœtet peccatũ proximi sui, non aũt Deo, cum de illo peccator pœnitentiam agit. Qñ aliquis in errorẽ incidit, licet miser maximam faciat pœnitẽtiam, semper tñ quidam illius fętor ꝓximis remanet, & dicunt, ille est talis, & qualis, atq; illius fragilitatis recordantur. Deus aũt horum nihil exhorret, sed quantumcunq; fœtidus,& corruptus peccator existat, si ad Deũ conuertatur, benignissime illum complecti-
Esai.40. tur. Hoc significauit Esaias prophetæ dicẽs, sicut pastor, gregem suũ pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leua-
40 bit, fœtas ipse portabit. O dulcissima uerba, & super gladios acutissimos penetratiua, q̃ durissima quæque corda discindere sufficiunt. Contemplamini probitatem Dei. Per hanc etenim metaphoram nos docet, sicuti pastor non deserit, neque despicit fœtam ouem,& suo sanguine cruentatam: imo potius absque ullo honore humeris suis illam imponit, sic etiam,& multo quidem maiori charitate peccatorem conuersum, & pęnitentem a Deo complecti quantumcunque obscænus, atque cruentatus accedat.

Exclamauit Dñs uoce magna dicens: *Lazare veni foras, & statim prodijt qui fuerat mortuus.* Hoc significat unam ex præcipuis partibus ueræ pęnitẽtiæ. Nõ sufficit te pec-
Ionæ.3. catum lamentari, nisi ab illo, atque ab omni
41 eius occasione recesseris. Quãdo Ionas Dei nomine Niniuitas cõminatus est, illi lachrymati, saccisq; induti sunt. Veruntamen dicit sacra scriptura, vidit Deus opera eorũ, quod conuersi sunt de uia sua mala, & misertus est super malitia, quam locutus fuerat, ut faceret eis, & non fecit. Non dicit, vidit lachrymas, suspiria, aut saccos eorum, quid igitur videt? Opera eorum, quod conuersi sunt a uia sua mala. Nisi peccata,& occasiones relinquantur, incassum lachrymæ profundũtur,& a Deo misericordia imploratur. O peccator si uere ploras, veni foras. Effuge occasionem, a mala societate recede, illi citam negotiationem relinque,& ista catena te solue. Sin minus nullam uerbis, lachrymisque tuis fidem adhibebo.

Lazare veni foras. O diuinũ uerbũ quãtã habuit efficaciam, ita ut quatriduanus mortuus illi audierit, illiq; obedierit. Nec tamẽ huius potentissimi Dñi clamores ad nos suscitandos sufficiunt. O miseros nos, q̃a cum 42
mortui Deũ audiant, nos eius præceptis nolumus obedire suscitatũ Lazarum tradidit dominus discipulis suis dicens: *Soluite eum, & sinite abire.* O Patres sacerdotes cauete ne peccatorẽ in sepulchro cõmorantẽ soluatis, ne illum in malo statu absoluatis: exeat prius a peccato,& postea dicite, ego te absol
uo. Nunquid narrabit aliquis in sepulchro Psal.87.
misericordiam tuam? Abeat peccator, & prius concubinam derelinquat, male partas pecunias, proximiq. sui quoad poterit ablatam famam restituat, usurarios contractus dissoluat,& cum inimico suo reconcilietur, & postea reuertatur, ut absoluatur, quo diuinam in præsenti gratiam, atque in futuro sęculo cælestem gloriam percipiat. Amen.

Dominica in Passione. 43

Dicebat Iesus turbis Iudæorũ & principibus sacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato? Ioan. 8.


Atholica veritate tenemus Christum Redemptorem nostrum peccatum non habuisse. Sicut affirmat B. Petrus dicens; qui 1.Pet.2.
peccatum non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius. Quod siquis dixerit hæc uerba de actuali peccato intelligi, dicit.n. non fecit: ideo. Huius ueritatis ipsemet Dñs testimonium perhibet, qui mentiri 1
nõ potest. Quum uolumus exaggerare nos alicuius rei penitus oblimisci, dicimus. Non plus huius rei memini, quam primæ subuculæ, quam indui. Quia absque rationis usu nascimur. Sed Christus Redemptor noster ab instanti incarnationis suę perfectissimus uir fuit. Atque idcirco merito illum interrogare possumus quomodo se habuit cũ prima subucula, quã induit, quæ quidem fuit humanitas nostra. Et utrum quãdo illam in

duit

duit cum originalis culpæ macula illam assumpserit. Ad q rñdet verbum diuinum, qđ hanc subuculam induit: dicẽs: sortitus sum
Sap. 8. animã bonã, & ueni ad corpus ĩ coinquinatũ. Eo q hæc ueritas satis superq; manifesta
In 3.d. 12. sit, transeunt Doctores scholastici ad aliã quæstionem disceptandam. Vidulicet, siquidem de facto non peccauit, utrũ peccare potuerit? & rñdent, q non. Et quanquã oẽs in hac ueritate conueniũt, non tamen omnes in illius ratione cõcordant. Doctor Seraphicus
2 Bonau. D. Bonauentura dicit, q hoc fecit efficacissima unio illa diuinitatis cum humanitate, q unio adeo efficax fuit, ut proprietates Dei quodãmodo humanæ naturæ tribuerentur. Vna autẽ ex ppriet atib. Dei est, esse impeccabilẽ, quæ sanctissimæ animæ Iesu Christi
Dionys. cõicata est. Et ita dicit B. Dionysius, quod ĩ naturalib. nñs supra naturã erat: Particeps enim facta est conditionum diuinæ naturæ admirabili, quam deiformitate quantũ vni creaturæ possibile est. Veluti ferrũ in fornace diuinitatis accẽsum. Eratq; tãquã lignũ,
Psal. 1. q plãtatu in est secus decursus aquarũ: Hoc est super diuinitatis pelagũs insertũ, sic nullo peccati genere potuit exsiccari. Scot⁹ aũt
3 Scotus ibidem. dicit Dñm peccare nõ potuisse, quia in gratia, & in gloria fuit confirmatus. Itaq; quanuis humanitas per hypostaticam, & personalem unionem diuinitati coniuncta non esset: eo q anima illa gloriosa esset, peccare
Simile. non poterat. Etenim quemadmodũ in chrystallo ad solis radios existẽte nequeunt esse tenebræ: sic etiã anima illa sãctissima in qua diuinitas reuerberabat, illã q ppe uidebat, atque ea fruebať nullã culpæ tenebrã hẽre poterat. Quæ cũ ita sint dilectissimi fratres nõ sine maxima admiratione quæri potes quare Christus Redẽptor noster interrogat dicens: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Idest, meã uiuẽdi rõnem examinate, doctrinã
4 meã cõsiderate, atq; opera mea diligẽter pẽsate, ego vobis facultatem concedo: super illa legis uestræ modellum collocate, & experiemini, quã ad lineã omnia coaptentur. Vt quid hoc dicis dñe? Homines uitæ suæ innocentiam demonstrare, & cum publicis muneribus funguntur, iustitiam, rectitudinisq; suæ integritatem in examen adducere, iustũ est: quia licet sint sancti, sunt tamen puri homines, & de illis, ac de ipsorum innocentia quicquam mali possunt alij suspicari. Sic fe
Nu. 16. cit Moyses, qui ait ad Dominum: Tu scis, q nec ascellum quidem unquam acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum. Sic etiam fecit Samuel dicens: conuersatus corã vobis ab adolescentia mea, usque ad hanc diem, ecce præsto sum. Loquimini de me coram Domino, & coram Christo eius, idest coram rege, utrum bouem cuiusquam tulerim aut asinum: si oppressis aliquem: si de manu cuiusquam munus accepi, &c. Et dixerunt: non es calumniatus nos, neque oppressisti, neq; tulisti de manu alicuius quidpiam. Quid uobis de illis gubernatorib. uidetur o fratres? quam sine temporalis utilitatis cupiditate gubernationis onera, & molestias perferebãt, solummodo propter unum Deum. Vtrum ita nunc Christiani gubernatores efficiãt, iam apertè perspicitis: etenim propter peccata nostra, omnia ferè nunc in temporali utilitate nituntur. Atque hos etsi sanctos innocentiam, vitæque integritatem demonstrare, non miror siquidem tanquam de hominib. quicquam mali poterãt homines suspicari: Christus autem summa innocẽtia quorsum hoc facit? Dico ita fieri oportuisse, ut omnib. ijs, quæ in mundo peregit ualorem, autoritatemque præberet. Si rex tibi beneficium aliquod cõtulit, non sufficit eius chirographum ad suscipiendam possessionem oppidi, quo te donauit, sed opus est etiam, ut regio sigillo, & subscriptione muniatur. Hæc enim illi chirographo fidẽ, autoritatemque tribuunt. Ea, quæ filius Dei in mũdo egit ex una parte adeo necessaria fuerunt, ut ex illis uniuersorum hominum salus, ac uita penderet. Sicut ipse dixit: ego (inquit) ueni, ut uitam habeant, & abundãtius habeant. Ex alia parte, adeo noua, atque superna doctrina fuit, ut ipsius etiã aduersarij fateantur, q nũquam sic locutus est homo. 5 Simile. 6 Ioan. 8. Ioan. 7.

Præterea tanti ponderis, ac momenti res erat a Iesu Christo, eiusque doctrina dilabi, ut ab eo dilabi esset, & nunc fit, ab ipsa uita dilabi. Præterea etiam adeo incognitus, pauper, & humilis, tamque abiecta societate, videlicet pauperculis piscatoribus comitatus Deus uenit in mundum, propter salutem redemptionemque nostram, ut Deus esse non dignosceretur. Denique talis uenit diuinus sol iustitiæ, sicut dicit Beatus August. adeo eclipsatus, & obscurat⁹ humanitate nostra, ut oporteret ei lucernam testimonij perhibere. Res obstupenda esset siquis solem in tali dispositione perspiceret, ut necesse esset, illum lucernæ lumine demonstrari? si Deus in celsitudinis suæ maiestate ueniret, hoc 7 Aug. super Ioã. trac. 35.

suffi-

sufficeret ad doctrinæ suæ cōprobationem, quāuis altissima mysteria prædicaret. Quia verò in tā humili, ac submissa forma uenit, & in ea res altissimas, & cœlestes pdicauit, necesse fuit, ut illa, q̄ prædicauit, ita cōprobata, eoq; sigillo munita nobis relinqueret, ut defraudari nequaquam posset. Hoc autē sigillum, & subscriptio est ipsius innocētia. Esse namq; illū impeccabilem, & innocentem, sicut iam supra dictū est, ex diuinitatis
8 vnione illi aduenit. Et innocentiā suā manifestè demonstrare, est omnia, quęcunque docuerat firmissimo sigillo munire. Loquens Beatus Paulus de hac veritate, rationemque assignans, quare summus sacerdos Christus nos a peccato potuit liberare cū non suffecerint legis ueteris sacerdotes hoc efficere: sufficientem & peremptoriā rationē assignat, maximum discrimen, quod erat inter illos,
Hebr. 7. & Iesum Christum. Nā illi erāt peccatores: Christus aūt Redēptor noster erat innocēs. Et postquā plurima ad hoc propositū dixerat, concludit dicens: Talis enim decebat, vt nobis esset pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior cœlis factus. Qui non habet necessitatē
9 quotidie quemadmodum sacerdotes, prius pro sui delictis hostias offerre, deinde pro populi. Ex hac conclusione Beati Pauli infertur comprobationem huius ueritatis, uidelicet, quod Christus fuit Redēptor noster in eo cōsistere, quod fuerit innocētissimus, & ideo opus fuit ut innocentiam suam ipse demōstraret. Etiam tam solicitus fuit in innocentia sua ostendenda, quia fuit perfectissimus Magister, & sicut talis necesse habuit docere non solum quomodo homines debeant operari, uerum etiam quomodo alios docturi sunt. Hoc autem docuit innocentiā suam patefaciens: si.n. in Magistro est morum corruptio, multo plus officit, quam pficit. Et in mysterio, ac significatione, quod in magistro non sufficiunt sola uerba. Præce
Leuit. 5. pit Deus sibi turturē immolari, eiusq. caput ad pennulas retorqueri. Quid ergo hoc referebat? uoluit dominus in hoc significare illū, qui se Deo sacrificat in officio magisterij rostrum simul & alam illi esse oblaturū. Id est, manu simul & lingua esse operaturum, ita ut eius uerba sanctis operibus comitata
Num. 11 procedant, dixit dominus ad Moysen. Congrega mihi septuaginta uiros de senioribus Israel, quos tu nosti, quòd senes populi sunt, ac magistri, & auferā de spirito tuo, tradāq; eis. Vt sustentent tecum onus populi. Duo hic singularia notanda sunt, alterū est, quos tu nosti, quos senes populi sint. Ex quo apparet illū non de senectute annorū numero cōputata, neq; de exterioribus canis, sed de vitæ sanctitate, atq; integritate fuisse loquutum, si.n. de illis loqueretur non erat opus dicere, quos tu nosti. Alterū est, Auferam de spiritu tuo, & tradā eis. Moyses elegit septuaginta uiros, sicut sibi a domino præceptū fuerat, Deus autē eis spiritū tribui. Nam ad 11
sancta ministeria exercenda uirtute, atque spiritu, opus est. Et nominatim dicit, de spiritu tuo, quia non quicunq; spiritus sufficit, nisi spiritus Moysi. Quod nō pueriliter quidem oportet intelligi, scilicet Deū spiritum Moysi diuisisse, hoc est aliquid de illius gratia detraxisse, sed sic intelligitur, eūdem spiritum dabo illis, quem dedit tibi. Eundem feruorem, diligentiam, atq; zelum in eis cōstituam, ut sustentent tecū onus populi. In quo detegitur ad quid gratia, & spiritus hominibus concedatur (vt Paulus ait.) Ad ædi Ephe. 4.
ficationē corporis Christi, non ad otiū sunt vocati ministri Ecclesiæ, sed ut sustentent onus populi. Quærit Deus, nunquid partu- Iob. 39.
rientes ceruas obseruasti? Incuruantur ad fętum, & pariunt, & rugitus emittunt. Ceruas 12
vt ceruulos parturiat, maximū peperitur dolorē, & in tpe partus vsq; ad terrā declinat. Dicebat B. Paulus, filioli, quos ego iterū par Phil. 4.
turio, donec formet Chrs in uobis: Prædicatorē antequā prædicet, parturientis dolores perpeti oportet, plorando, & ingemiscendo, totaq; pcedenti nocte in oratione pnoctando, atq; usq; ad terræ puluerē sese humiliare, & incuruari debet, sicuti faciunt ceruæ, populoq; planas, ac manuales res prædicare debet. Et sic plurimos ceruulos, spiritualesq; filios Deo parturiet, q. per uirtutē uelociter decurrant, nec pedibus in terra (instar ceruorum) nimis insistāt. Omnia hæc in cōciona 13
toribus esse debent, ut munus suū bene exequantur. Quando fœminæ facies fucant, so Simile.
lēt in prōptu habere uas aquæ, ut quādiu fucū in uultu apponūt buccas plenas habeant aquæ, ne medicamina dentibus officiāt. Sic igitur in re, de qua loquimur, esse oportet. Etenim Ecclesiæ dētes sūt pdicatores, q. cibos, hoc est sanctā doctrinā cōterunt, & mādūt, ut illā aīabus ministrent. Dicitur.n. dentes tui sicut greges tonsarū, quæ ascenderunt de Cant. 4.
lauacro. Sup quo dicit B. Gregorius per hos Gre. su.
dentes prædicatores designari. Fuci autem, Cant.
qui-

quibus Ecclesia exornatur, sunt conciones
& confessiones. Ne uero quando hi fauci ap
plicantur, dentes, hoc est prædicatores, ina-
ni gloria, siue malo aliquo exemplo putre-
fiant, semper pænitentiæ, atque orationis
aqua illos perfusos oportet incedere; assi-
duisque lachrymarũ imbribus irrigari. Sicu
1. Cor. 9 ti faciebat B. Paulus: Castigo corpus meum,
& in seruitutem redigo; ne cum alijs prædi
cauerim, ipse reprobus afficiar.

14 Veruntamen animaduertendũ est Dñm
hanc innocẽtissimæ uitę suę rationem red-
dere uoluisse, qñ iam ad æternum Patrẽ pro
ficisci uolebat. Quo nos doceret, ut hoc iter
ꝑ oĩbus conficiẽdum est, a nobismetipsis ui
tæ nostrę rationem exigentes pręueniamus.
Et q̃a ipse quã hora discessurus erat, optime
notat, idcirco illud tẽpus expectauit. Nobis
aũt ignorantibus, utrũ hodie, an cras disces-
suri simus, optimũ atque saluberrimum con
silũ est, hanc a nobis rationẽ quotidie, atq.
ẽt singulis horis exposcere. Et unumquem-
que a diuitijs, munere, sensibus, ac demum a
potentijs suis quærere, quis ex uobis arguet
me de peccato? Et quicunq. horum o fratres
uos arguerit, talem satisfactionem facite, ut
15 innocentes, atq. ad iter faciendum paratissi
mi maneatis. Si uos male partæ diuitiæ, si
ablata proximi fama, si status in quo uiuitis
arguerit, cũ emẽda illis satisfacite, quia cum
ista præparatione securum, planumque tran
situm reperietis, quando ad patrem uobis
eundum erit. Hoc allegabat Sanctus Dauid
Ps. 118. Deũ exorans, ut ex hoc in alterũ seculũ cum
publica fide, transferret, dicens: Ne tradas
me calũniantibus me. Et quare? quia feci (in
quit) iudiciũ, & iustitiam. Qui sani uolunt
uiuere, prima nocte super latus dexterum in
quo est iecur recumbere cõsuescunt, ut ieco-
ris calor accrescat, cibumque uelociter cõsu
mat & sic stomachus manet expeditus. Si. n.
super sinistrum latus recumbent, refrigerabi
tur iecur, & sic cibus non bene degeritur, q̃a
16 obtusus, atque induratus remanet in stoma
cho. Quod si ad corporalem ualetudinem
conseruandam hæc diligentia adhibetur,
quãto maiorẽ ad spiritualem salutem cõser-
uandam oportet adhiberi? Ad quam fratres
charissimi conseruandam diligentissime cu
rate quotidie super dexterum latus recum-
bere rigorose conscientiam uestram exa-
minantes, maximaque cordis amaritudi-
ne, & contritione peccatorum omnium, &
eorum præcipue, quæ in illa die commisisti-
a domino ueniam deprecantes, nouamque
emẽdã firmissime proponentes. Sic. n. chari
tatis calor accrescit, atq. isti defectus, & mi-
seriæ digeruntur. Si uerò super sinistrũ latus
recubueritis, hoc est, cum mala aliqua inten
tione peccatum ista nocte, aut sequenti die
cõmittendi: cordis frigiditas augebitur, con
scientię peccata indurantur, & periculosa
quædam in anima gignitur opilatio, & indi
gestio. O quis nunc uerbis satis exaggerare
possent, quã necessaria sit hæc res, quantum-
que hæ sanctæ exercitationes animę possũt. 17
Deus per misericordiã suã uobis in animũ
inducat, ut hæc faciatis, & statim ad oculũ
(ut aiũt) spiritalem prouẽtum experiemini.
Hoc nos admonet Ecclesiasticus, dicens:
Eccl. 18 Ante iudicium, para iustitiam tibi, ante lan
guorem, adhibe medicinã, & ante iudicium
interroga te ipsum, & in conspectu Dei, in-
uenies ꝓpitiationẽ. O saluberrima consilia!
Beatus uir, qui illa custodierit.

Etiã est hic maxime notãda audacia, qua
Christus Redemptor noster aduersarijs suis
dicebat: *Quis ex uobis arguet me de peccato?*
O Christe reparator uitę, quomodo dñe tan
ta cũ fiducia te in inimicorũ tuorum manus 18
cõmitti? Nunquid ignorans illos semper te
calũniari, & semper laqueos suos paratis-
simos habere, ut te in sermone comprehen-
dant? quomodo non times ne forte aliquam
tibi inferant iniuriã? Quia non habet pecca
tum, quia eius conscientia totius culpæ im-
munis existit. Hoc etenim est optimæ con-
scientiæ priuilegiũ: quod ubi ipsa est, nullus
timor, neq. pusillanimitas cõmoratur. Si vul
tis non timere, habete bonam conscientiam
quam si habueritis, tutissimas protectionis
literas deferetis, quibus securi mundum præ
tereatis. Cũ hac nec riuulos, nec infortunia,
nec fulgura, nec tonitrua timebitis. Talem
certe illã habebat Dauid, cũ diceret: Si am-
bulauero in medio umbrę mortis, non time
bo mala, quoniã tu mecum es. Contrà uero
cum mala conscientia nullæ sunt literæ pro 19
tectionis. Homini in peccato mortali exi-
stenti, etiam cardui lictores esse uidentur: si
fulgurat, statim arbitratur se a fulmine esse
cõfundendum. Nunquid arbitramini hoĩes
mũdanos, qui perpoliti & alacri uultu ince
dunt, nullis afflictionibus cõtorqueri, sed to
tũ esse aurũ quod relucet, & nihil aliud inte
rius esse quã quod exterius apparet? Ne tale
cogitetis fratres, nam interius in anima ue-
nenosam lethalis culpæ sagittam inclusam

habent

habent, eosque conscientia ita remordet, ut
illos faciat trepidare etiam si hoc dissimulēt.
Sicut hō, q nimis uerbosā, & rixatricē uxo-
Simile. rem duxit, & perinde plurimas cum ea mole
stias, & afflictiones patitur, q aūt illum in fo
ro perspexerint, q a hilari uultu, & lęta facie
incedit, non dicent illū, uel minimam mole
stiam pati. Veruntamen domi suæ cū vxore
uitā miserrimā, atque mæstissimā ducit. Sic
etiam hos peccatores, licet ridere uideatis,
20 ne illis credatis, nam si eorum corda cerne-
retis, atramento nigriora, timoreque maxi-
mo repleta uideretis. Etenim hæc est pœna
quæ in hoc seculo peccatū consequitur. Et
sic dixit Deus Hebręos cōminans. Quod si
non feceritis oīa mandata mea, sed spreueri
Leu.26. tis leges meas, &c. Ponā faciem meam cōtra
uos, & fugietis nemine persequente. Et de
ipsis dixit inferius. Dabo pauorem in cordi
bus eorum, terrebit eos sonitus folij uolan-
tis: quo amplius peccatorum pusillanimitas
atque timor exaggerari poterat? ô terribilē
comminationē? Ecquis est adeo insensibilis
ut illam non sentiat, & magnopere pertime-
scat? Hæc pœna exercita est in misero Cain.
Et sic dixit Deo. Ecce, eijcis me hodie à fa-
Gene.4. cie terræ. Omnis igitur, qui inuenerit me,
occidet me. Quis te ô miser occisurus est? si
quidē nemo præter te, & parentem tuū erat
21 in mundo? Pater autē tuus nō te necabit. In
hoc utique detegitur quem timidum, at-
que pusillanime remanet cor peccatoris, si
quidem cum non esset, qui hunc interfice-
ret, dicebat, omnes me occident.
Atqui q a Christ⁹ Redēptor noster inno-
cens, & immaculatus erat, nullū habebat ti-
morē, & ideò audacter dicebat: *Quis ex uo-
bis arguet me de peccato, si ueritatem dico no-
bis, quare non creditis mihi?* Idest, si qdē abs
que peccato sum, ergo doctrina mea opti-
ma atq; uerissima est, q̄ si uera est, quare non
creditis mihi? In hac miseria ferè oēs uersa
mur, q ueritatem, quæ nobis dicitur, nolu-
mus credere. Dicit tibi pdicator: Aīaduer
te uitam tibi finiri, morteq; uelociter pro-
22 pinquare, q̄ si te in isto malo statu occupaue
rit, infernum detruderis. Nec uero ei credis,
sed arbitraris fortasse nō ita futurū esse. Pri-
mū mendaciū, q dictū fuit in orbe terrarū,
fuit illud, q dixit Eua: Ne forte moriamur,
Gene.3. respōdēs diabolo percōtāti eam. Cur pcepit
uobis Dñs, ne comederetis ex oī ligno pa-
radisi? Hoc forte q illa addidit, fuit ianua
casus eius, hoc enim forte apprehendit Sa-
thanas, & illo eam decepit, & sic in pecca-
tum lapsa est. Et cum hoc forte nos omnes
modo decipit. Est mala mulier Deum offen
dens, uiroque suo iniuriam inferrens, cui
cōscientia dicit: Ne hoc facias, quia maximū
est peccatum, & si uir tuus hoc intelliget, oc
cidet te. At illa conscientiæ suæ respondet.
Forte nesciet hoc, & sic ad malū perpetran- 23
dum audaciā percipit. Vadit latro ad furan-
dum, dicit ei consciētia; Ne hoc facias, quia
est patibulum, at ille decipitur, dicens, for-
te non sentiat. Proh dolor? qđ propter, hoc,
forte multa, atq; horribilia peccata commit
tunt, fortè, aiunt, hoc anno non moriar, for-
te in posterū agendæ pęnitentiæ tempus ha
beo. O infelix in forte rem tanti ponderis,
ac momenti statuit, sicut est Deū amittere,
perpetuisque inferni ignibus cruciari.
*Si ueritatem dico uobis, quare non creditis
mihi?* Misit Deus Angelos ad Loth, qui eum
commonefacerent, se ciuitates illas euertere Gene.19
uelle, atque ut diceret generis suis, ut à ciui-
tate exirēt, seq; in securum locū reciperent.
Pergit illico bonus senex, & dixit eis. Surgi
te, egredimini de loco isto, quia delebit Do
minus ciuitatē hanc. Et uisus est eis quasi lu
dens loqui. Nolunt ei credere, mittit igitur
Dñs ignē, q oēs deuorauit. Dicit Deus præ
dicatoribus; Admonete homines, ut à pec- 24
catis exeant, sin minus oēs æternis ignibus
comburentur. Non uultis ei credere, uel sal
tē ita uiuitis, quasi illi non crederetis, nec pe
nitus creditis hoc uobis esse euenturū? Ali-
quādo igitur uos pænitebit: nec tamē quicq̄
proderit. Hæc omnia (ait Dominus) ex pessi
mo quodam principio dimanant, uidelicet.
*Qui ex Deo est, uerba Dei audit, propterea uos
non auditis, quia ex Deo non estis.* Notādum
est unū ex desiderijs, quæ in hoc seculo Chri
stiani habere consueuerunt, esse, scire utrū ex
numero delictorū sint, uel saltē, utrum ī gra
tia cōmorētur. Hoc āt desideriū ex eo profi
ciscitur, q sit anima bene ordinata, & ita de
saluatione sua solicita, ut curet Deum non
amittere. Nec uero arbitremini bonū esse si
gnū, huius rei nunquā homini in mentem 25
uenire. Nūquid uos bonū signum esse duce
retis uirū matrimonio alligatū in hoc oppi
do habentē uxorem, ac liberos, si in India,
aut Flandria moraretur, nunquā sui oppidi
recordari? nec familiæ suæ meminisse, nec
solicitudine angi, ac dicere? O si ullo unquā
tempore domi meę mę uisurus sum, ubi tan Simile.
dem cum vxore, ac liberis requiescā: signum
est

est hoc illum, ubi commoratur, cōcubinam habere, nec ad patriā suā reuerti uellet. Idem utique dici potest de Christiano, qui nunquā recordatur, nec cogitat utrum Deū aliquando tandem uisurus sit, an si in eius gratia existat? signum est hoc illum in terra affectionem suam collocasse altasque radices in illa egisse. Ij enim, qui non sunt in terra radicati magnopere cognoscere cupiunt, utrum ex Deo sint; & pro patria illa suspirant, in quam
26 perpetuum se victuros esse sperant. Hoc desiderabant Hebræi in Babylone captiui, de
Ps. 136. quibus dixit Dauid. Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Sic etiam iusti in huius mūdi Babylone commorantes cum assidua gloriæ recordatione sustinentur, & pro illa suspirant, & plorant, & quodammodo cognoscere desiderant, vtrum ad illam peruēturi sint. Dic ergo nobis, ô maxime animarū nostrarum Redemptor, nunquid nō est aliquod signum ex quo probabiliter coniici possit, vtrum tui simus? O pastor optime nunquid oues tuas aliquo signo munitas non habes? Grex tuus, & grex dæmonis uterque simul depascitur, & cōuersatur? Nonne habes ru-
27 bricā, qua tuas ab alienis ouibus distinguas Habeo (ait Dominus) *Qui ex Deo est, verba audit.* Mea cœlesti doctrina delectari, & ea, quæ ad unamquamq; earum spectant, opere compleri: hoc est unum ex signis ouiū mearum. Cum moratur vir Hispanus in Italia & de patria sua nūcios audire desiderat, si in
Simile. uenit conterraneum suum, illum amplectitur, & de patria sua minutissima quęq; ab eo exquirit. Sic uidebitis nonnullos homines, qui in hoc seculo cū Deo conuersatur, & ubi primum concionum audiunt, cor eorum pręnimia lætitia pullulat. O quā optimū signū, signū utique est istud te patriā illā tuā reputare: hoc autem seculum, ut exilium iudicare. O pater (dicet quispiam) bonos: atque fœ-
28 lices nuncios tibi Deus: concedat, qui a tanto pere nos consolatus es. Nam ex ijs, quæ modo dixisti, nos omnes ex Deo esse cognoscimus siquidem libentissimē, & cū suauitate maxima Dei verbum audimus. Bonū est hoc fratres mei, veruntamen animaduertite hoc non sufficere. Hic.n. audire, significat obedire sicuti maledicens Deus Adę, dixit ei. Quia audisti uocem uxoris tuę: maledicta terra in opere tuo, id est, q̄ obedisti uoci uxoris tuæ, & comedisti de ligno, ex quo præceperā tibi
Gen. 3. ne comederes. Quod cum ita sit dilectissimi diuinis verbis in omnibus, quæ uobis præcipiunt obedientes benefacere curate. Hoc
est.n. prędestinationis signum probabile, ex Act. 13.
quo vos in uia cœli ambulare conijcietis. Et si B. Paulus vir erat mansuetissimus asperrime tamen Simonē Magum reprehēdit, illūque cæcitate percussit, dicens, O plene omni fallacia, & nequitia fili diaboli; non desinis subuertere uias domini rectas: Vbi uerbum domini, uias domini nuncupauit, quia per illud disponit anima, ut ad ipsam Dominus 29
ueniat, atq; ut suo tēpore ipso Deo fruitura anima ad cælum perducat. Veruntamē si cū plurimas conciones audiatis, non uno die, plus quā altera disponimini, & in uitijs pristinis permaneris, manifestē ostenditur, uos non ex Deo esse. O quā miserabile est uisu, quā assiduō prædicatur, & quā parum sāctus ex tot prædicationibus comparat? Cœpit Mat. 11
Iesus exprobare ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ uirtutes eius, quia nō egissent pœnitentiā, & dicebat, Vę tibi Corozain, vę tibi Bethsalda, q̄a si in Tyro, & Sidone factę essent virtutes, quę factę sunt in uobis, olim in cilicio, & cinere pænitentiam egissent. Et tu Capharnaum, nunquid usque in cęlū exal- 30
taberis? usque in infernū descendes; Quia si in Sodomis factæ fuissent uirtutes, quę factę sunt in te, fortè mansissent, vsq; in hāc diem. O quā merito nūc super hanc duram, atque obstinatā ciuitatē exclamare, atque lamentari possumus, dicentes, Væ tibi N. q̄ si conciones, quæ in te prædicatæ sunt, in Indijs Ethnicis prædicatæ fuisset, fortasse iā cōuersi fuissent. In te autē non magis, quā in lapide durissimo impressæ sunt. Vę tibi, uę tibi. Veruntamē dico tibi, quia terræ Sodomorū remissus erit in die iudicij, quam tibi. O fratres mei, ne patiamini uerba mea in atrocissima uerbera uobis conuerti, & quanto plus eorum audieritis, tanto maioribus tormētis
in inferno torqueamini. Seneca etsi Ethni- 31
cus dixit: Doctrinā esse oportere, sicuti cum Sen. li. de
quis pecunia congregat, etenim non illas uita bea
accumulat solummodo, ut in arca commo- ta.
rentur, neq; enim hic est finis thesaurizantis, nisi forte ille sit aliquis miser, & auarus, q̄ in arca uult habere pecunias, ita, ut neque uiuis, neq; mortuis p̄fuit. Pecuniæ q̄ppe sinē esse oportet domui prouidere cibos, atque uestes emere &c. Sic est ergo Sancti Euangelij doctrina, quæ quidem est inæstimabilis, Et ad hoc in cordibus uestris illam custodire debetis, sicuti faciebat Dauid, qui dicebat,

bat. In corde meo abscondi eloquia tua. Et
quare? vt non peccé tibi. Et sic dicit de hoc
Ps. 118. diuino uerbo, & sapientia: Infinitus enim
Sap. 7. thesaurus est hominibus, vt autem significe
tur hunc thesaurum non esse, vt abscondatur, additur vlterius: quo qui vsi sunt participas facti sunt amicitiæ Dei. Quod si miser, auarus, atque maledictus est, qui pecunias thesaurizat, Et in theca inclusas detinet:
32 multo infælicior, atque maledictior erit qui
erit qui multa audit, multa legit, multa discit, nec tamen quicquam eorum in lucem profert, nec eius utitur. De his dicit B. Pau-
Rom. 1. lus. Reuelatur.n. ira Dei de cælo super omnem impietatem & iniustitiã hominum, eorum, qui ueritatem. De in iniustitia detinẽt. Ex cælo, vnde misericordiæ, ac dona diuina descendere consuescunt, dicit B. Paulus iram & condemnationem illis esse descensuram; qui ex ueritate, quam dominus eos docuit, fructum non percipiunt. Idcirco de uero sa-
Mat. 15 piente dixit dominus. Omnis Scriba doctus in regno cælorum similis est patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua, & uetera. Ad hoc oportet uos diuini uerbi thesaurũ in cordibus uestris abscõdere, vt quando uobis illata fuerit iniuria, de istis thesauris, ea,
33 quæ Sancti Veteres ab origine mundi, & no
ui, huiusce tempestatis passi sunt, depromatis & in singulis tentationibus de hoc thesauro proferre, & considerate quõ illi Sacti carnis illecebras contempserunt, cuiusque ardẽtissimos igniculos extinxerunt. O summe Deus, quam miserabiles sunt uisu homines hodie sapientia pleni, & tamen disrupti, atq; dissoluti incedunt, nec miseræ animæ uestes, neque cibos ex sapientiæ ipsorum thesauro præbere uolunt. Quid diceretis de homine, quem sciretis cẽtum millia aureorum accumulata habere, quem tamen nudum, at que nudis etiam pedibus, incedere cernere-
34 tis? multo igitur mirabiliores, seu potius mi
serabiliores sunt homines sapientes, qui sapientia sua uti nesciunt.

Responderunt ergo Iudæ, Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmoniũ habes. In quo illum dæmoniacũ esse perspicitis? Nos dicimus. O quam insipiens, & inepta ratio? Plurimi detrahunt de proximis suis, & dicunt quod insomniant, ille homo (aiunt) fecit hoc malum. Proba illud: non sunt testes neque comprobatio, neque vlla alia ratio, nisi eos hoc ita dixisse. De his dicit Dauid. Cogitauerunt, & locuti sũt, nequitiã iniquitatẽ in excelso locuti sunt.
Posuerunt in cælum os suum, & lingua eorũ Psal. 72.
transiuit in terra: hoc est, de cœlo, terra Deo & hominibus maledixerunt, non ob aliam causam, nisi quia sic cogitauerunt, & eis libuit. O quanta miseria, & deprauatio, quod quia sic cogitasti, & in mentem tibi aliquid uenit, statim dicas: sic feres habet. Nonne bene dicimus nos? Idest, stabilimus, & rectè dictum affirmamus, quod antea sæpe dixe- 35
ramus. Neque enim reprobi, malum facere contenti sunt, sed illud etiam rectè factum esse affirmant. Accedit ad te proximus tuus & dicit. Dictum est mihi, & hæc, & hæc de me dixisse, uolo nunc cognoscere vtrũ hoc uerum sit. Tu uero tanquam homo non timens Deum, dicis, Dico ita à me dictũ fuisse, & nunc iterũ hoc sic esse cõfirmo. O diabolicam peruersitatem? nũquid non sufficit peccasse, sed peccatum etiam vis tutari, & confirmare? In ijs, quæ dixisti, pessimè fecisti, nunc autem illa bene, rectèque dicta confirmas? nescio quid tibi dicam, nisi te esse Pharisæum, & Pharisæo quidem multo peiorem. Per reuerentiã Dei vos rogo fratres, me ita faciatis, sed cũ hoc forte cõtigerit, dicite, Ego hoc dixi, sed pessimè feci dicendo, 36
neque dixisse maximè pœnitet, vide qualem de me vis satisfactionem, & ego libentissimè tibi satisfaciam. Respondit Iesus, Ego dæmonium non habeo. O benedictus, & glorificatus talis dominus. Benedictum domine os tuum, quo verbum tuę admirabilis patientiæ significatiuum protulisti. O quã aliẽ nũ est a Christiano timente Deum dicere, Nemo mihi iniuriam fecit quam non fuerim ultus. Nã Iesu Christo filio Dei in hoc seculo commoranti, nullus unquam iniuriam intulit, de quo uindictam sumpserit, cuique non pepercerit, dummodo peccator ad ueniam recipiendam se se disponeret. Optime atque verissimè posset dicere. Imò
uos dæmonium habetis. Verũ non malũ pro 37
malo reddidit, nec secundũ ꝙ illi locuti sũt, ipse respondet. Sed absque eo quod iniuriam eis pro iniuria reddat, innocẽtiam suã defendit. Maxima miseria est filiorũ huius seculi ꝙ ad rem defendendã, quę non ualet viginti aureos, proximos suos infamabunt, eisq; ferè inęstimabilem auferent honorem. Contemplamini fratres charissimi, diuinum Magistrum vestrum, quanta cum mansuetudine absque ullius detrimento respondet dicens. Ego dæmonium non habeo. O si ad

hoc

hoc attendere uellemus, quanta cum tran-
Luc.21. quilitate in hoc seculo uiueremus. Idcirco dixit dominus: In patientia uestra possidebitis animas uestras. Domini eritis uitarum vestrarum, idest tranquillam, ac pene cœlestem vitã ducetis. Nam qui malum pro malo vult reddere, cum mille inuersionibus, ac solicitudinibus inquietus uiuit, nec habet vi
Ro. 12. tam sine morte, semper fatigatus incedit.
38 Ideo dicit Beatus Paulus. Noli vincia malo, sed uincem in bono malum, idest, ne ab ira tua supereris. Malum vtique uocat iram sed uince (inquit) in bono malum. Faciens bonum, & alteri cum mansuetudine respondens malum, iramque tuam superabis, & tui ipsius dominaberis, atque cum tranquilitate in corde tuo remanebis.

Sed honorifico (ait dñs) *Patrem meum, sed uos inhonorastis me.* Omnes pctõres inhonorant, & uituperãt Deũ. Et hoc est quòd cum maxima exaggeratione Deus dicit p Hieremiã Prophetam his uerbis: Obstupescite cæ
Hier. 2. li sup hoc, dicit dominus: Duo.n. mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas. Quæ maior ignominia, quam Deum pro inmunditia huius seculi commutare?
39 Animaduertite autem quibus uerbis hoc dicit: Obstupescite (inquit) cœli, idest, siquidem homines tantum malum non sentiat, sentite uos illud ò cœli. Quid domine? propter duo mala cœli debent obstupescere? sic. Non cernitis me dicere, populus meus? quòd si Ethnicus quidam hoc faceret, non esset tam obstupendum. Quod autem populus meus, meo sanguine redemptus in hãc vilitatem, & ingratitudinem uicidat. Quod si unus homo tantummodo hoc faceret, tolerabilius malum esse uideretur, sed populus meus, quod maior pars populi me ita despiciat, hoc est maxime sentiendum, & sanguineis lachrymis lachrymandum. Et quãquam, ut supra diximus, omnes peccatores in hoc Deum dedecorant, multo autem ma
40 gis blasphemi, sicut hi Pharisæi, qui eum Samaritanum uocauerunt, & dæmonium habentem dixerunt. Et ij, qui nunc suis maledictis oribus, aliquam diuinæ Maiestati blasphemiam dicunt, quinque passim sanctam ac uenerabile ipsius nomen, hinc illuc, quasi per humum trahunt, hi (inquam) maxima contumelia Deum afficiunt. In alijs etenim peccatis aliquam excusationem peccator habere videtur. In die iudicij dicet homo sensualis; Domine, tu me ex debili carne fecisti, & ideo peccaui. Dicet epulo: Domine, cibo maximo mihi erant appetitui. Dicet superbus, & ultionis auidus; Domine, in tali mundo viuebamus, vt is, qui sibi iniuriam inferenti dimitteret gallina diceretur. Omnes denique excusationem aliquam adducent, qua culpas, pœnasque suas aliqua ex parte comminuent. Tu autem ò blaspheme, qui sacrosanctum Dei nomen passim uituperas, qualem excusationem adduces? Dicet 41
dominus. Vt quid me uituperasti? nec quid respondeas habebis. Vt autem quanta sit huius sceleris grauitas vobis apertius innotescat uerba illa considerate, quæ Sanctus Isaias, singulari quodam cum dolore dixit: Væ (inquit) genti peccatrici populo graui Isai.1.
iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis. Summe Deus? & de quibus hæc omnia dicit? Aduertite quid dicat ulterius, Blasphemauerunt Sanctum Israel. Nec Deum, nec sanctissimam Mariam, nec Sanctos, nec corpora, nec eorum capita reliquerunt, quæ humi deiecta non trahant, ita vt de sanctissimo Redẽptoris nostri Iesu Christi corpore anatomiam facere uideantur. O terribile, atq; execrabile peccatum, quandoquidem illud perpetrantes a Spiritu sancto tam ignominiosis nominibus obiurgantur. Deus uos il 42
luminet fratres mei, ut ij, qui huic uitio dediti estis, ab eo resipiscatis. Saluatoremque nostrum Iesum Christum totis uiribus, totoque conatu honoretis sanctissimum eius nomen semper vitæ puritate, atque integritate laudantes.

Ego autem (ait dñs) *non quæro gloriã meã, Est qui quærat, & iudicet.* O quanta est hæc cõfusio uobis, dicentes.n. Christiani sumus, contenti estis, & tamen cęlum, terram, & mare quærentes hominem ambitis. Christus Saluator noster non quęrit honorem suum, sed ad cõsistoriũ sanctissimæ Trinitatis processum remittit, dicẽs, *Est qui quærat, & iudicet.* Et si hæ omnes blasphemiæ mihi dicuntur non tñ de illis supplicium ego sumptu 43
rus sum. Pater meus illas puniet, ego.n. non ad puniendum quidẽ, sed ad ignoscendum veni in hunc mũdum. Et quamuis ego sim læsus, & iniurijs affectus, ego pro illis patrẽ meum exorabo. Quod cum ita sit fratres charissimi, discamus non nostrum quidem, sed ęterni Patris honorem exquirere, & nũc gratiam suam nobis, in posterum autem cęlestem gloriam largietur, Amen.

FERIA

Feria IIII. Post Dominicam in Passione.

Facta sunt encænia Hierosolymis, & hyems erat. *Ioannis* 10.

1 
Efert B. Ioannes quod celebrabatur Hierosolymæ festum dedicationis templi, & ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis, quòd etiam si fuerat euersum, secundum tamen priorem formam, & magnitudinem, quamuis non tam locuples, ac sumptuosum, reædificatum fuit. Et sic etiam porticus Salomonis reædificata est, in qua dicit hic S. Euangelista, quod ambulat Iesus. Super quo magnopere notandum est, quando Salomon hoc templum erexit, septennium in illius ędificatione consumpsisse, postea verò quadraginta sex annos in eius reædificatione consumptos fuisse. Et sic dixerunt Iudæi domino: Quadra- Ioan. 2.
2 ginta, & sex annis ædificatum est templum hoc. Et quamuis tantum temporis in illius constructione contritum fuerit, non prodijt tale, quale in initio fuerat, erectum. In hoc significauit spiritus sanctus, quantum hominis intersit in virtutis exercitatione, quam ab ineunte ætate suscepit, perseuerare. Nam semel hac spiritali ædificatione prostrata, atq; dissipata, difficillimè recuperat homo virtutis habitus, quos antea acquisierat, & uix cum illa facilitate, & gustu iterum operabitur, qua antea operabatur, nec spiritualem illum splendorem, ac pulchritudinem, qua prius rutilabat, recuperabit. O quam diligenter vos hæc oportet animaduertere fratres mei. Attendite, si in peccata prolabimini, priusquam ad præteritos feruores redeatis,
3 malosque habitus a vobis euellatis, plurimũ tẽporis esse transiturũ. Animaduerte frater, nisi in uirtute perseueraueris, tẽpus esse aduenturũ, in quo te inconstantiæ tuæ magnopere pœniteat, & cũ dolore cordis tui meritò dicere possis illud Iob. Etsi ad aliud propositũ dictum fuit. Quis mihi tribuat, ut sim iuxta menses pristinos, &c. Sicut fui in dieb. adolescentiæ meæ. Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei. Quãdo habebam diuinos sapores, maximoque affectu, & Dei amore exardebam. Quando ad diuina sacramenta assiduo accedebam. Quando me in domum meam recipiebam. Quando pauperes consolans carceres, ac hospitalia visitabam, &c. Quę quidem omnia mea culpa deperditi. Perseuera igitur o frater in uirtute, & nunquam his dolorib. cruciaberis. Vide totam illam sententiam Iob, & ad hoc propositum redigere. Iob 29.

Et hyems erat. Quamuis sapientiã historiographorũ sit tps, in quo contigerunt ea, quæ scribuntur, assignare. Hoc aũt inter cæ- 4
teros omnes Sanctos Euangelistas peculiarius gloriosus Ioannes effecit, & temporis assignatio aliqñ ad rei, quæ agitur, exaggerationem multum conducit. Voluit hic S. Euangelista de illo nunquam satis commẽdato opere loqui, quod dominus operatus est, discipulorum suorum pedes abluens, suumque sanctissimum corpus in diuino Sacramento, quod instituit, eis præbens, quod ut amplius exaggeraret, dixit: Ante diem festum Paschæ sciens Iesus, quia uenit hora eius, ut Ioã. 13.
transeat ex hoc mundo ad Patrem. Hoc tempus, videlicet, vnum diem ante pretiosissimã eius mortem assignauit, ut significaret, quando homines suorum familiarum obliuiscuntur, vt sui recordentur, tũc Christum 5
R.N. sui ipsius obliuisci (si ita dici potest) ut suorum meminerit. Sic etiam hic assignãdo nobis tempus, quando dominus deambulabat in porticu Salomonis, quæ hyems erat nobis significatur ardentissimum desiderium, quo hic diuinus Redemptor hominum salutem exoptat, quia in medio hyemis quando homines frigore coarctati in domibus suis commorantur, tunc ipse in templum uadit expectaturus homines, quibus prædicet. Benedicta sit domine tua diuina Maiestàs; quia nec solis calore a nostra salute prosequenda reuocaris? siquidem in ardentissimo veris æstu Samaritanã mu- Ioan. 4.
lierem quæsijsti, nec hyemis frigoribus à saluatione nostra operanda semoueris. Quod etiam vt Beatus Ioannes significaret tem- 6
pus illic assignauit, in quo peccatricem illam mulierem conuertisti, dicens: Hora erat quasi sexta, ut fatigationem tuam Saluatur mi melius denotaret. O quantopere solicitudo hæc, & diligentia domini pigritiam nostrem confundit. Quæcunque etenim minima occasio nobis impedimento est, quominus ad eum accedamus. Hæc duo ad literã repræsentantur, in illis uerbis, quæ dicit spõsa: Ego dormio, & cor meũ vigilat. Cor meum idest, Deus meus. Et subdit statim, dicens: Cant. 5.

Vox dilecti mei pulsantis, aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea. Oĩa hæc uerba dixit sponsus, vt eã ad amorem sui commoueret, atq; ut illam ab alto illo sopore, ac negligentia excitaret. Et dicit ulterius sponsus. Caput meum plenũ est rore, & cincinni mei guttis noctium. Ecce hyeme, & primã, quam cœlestis sponsus pro aĩæ salute perpetitur, atq; hoc ꝙ vrgẽtissima ratione subdidit qua illã ad sibi aperiendũ cõmoueret. Omnibus aũt his amoribus, ac diligentijs rñdet
7 sponsa, dicens. Spoliaui me tunica mea, qũo induar illa? laui pedes meos, qũo inquinabo illos? Quid? nunquid tu ò anima sponso tuo delicatior es? qũia nec à lectulo uis surgere, ne parum frigoris patiaris? O quanta impudentia, & indecorũ esset hoc, si fœmina quædam illo cum sponso suo uteretur? quanto igitur maius erit, ꝙ hęc oĩa Deo rñdeat? Aiẽ amanti Deum nullum oportet esse inconueniens, quod ei impedimento sit, quominus dilecto suo deseruiat. Nec diuinis inspirationibus respondere debetis, dicendo. O si ad uisenda hospitalia me contulero, fœtor ille, atque corruptio infirmorum mihi nocebit. Si ieiunauero, si cilicium induero, si corpus meum uerberib. afflixero, in morbum incidam, aut uenustatẽ, pulchritudinisque meæ florem amittã. Etenim illud est dicere. Laui pedes meos, qũo inquinabo illos? Venit ad
8 te diuinus Redemptor tuus tanto frigore fatigatus, tantoq; labore defessus, nec tñ tu aliquid pro eius amore uis perpeti? O maximę ingratitudinis, atque impudentię factum? ẽt in his verbis. Hyems erat & ambulabat Iesus, docemur ꝙ cum acriorem hyemem, & frigus aĩa nostra senserit, debet deambulare, ut calefiat sanctis considerationibus, pijsque exercitationibus se in amore, ac charita
2. Re 23 te inflammans. De uiro quodam noĩe Banaias legitur, quasi maximæ fortitudinis factum, quòd ipse percussit duos leones Moab & ipse descendit, & percussit leonem in diebus niuis. Heroicum est leones interficere,
9 multo autem præstãtius factum est illos in tpe niuis occidere, qñ manus coarctatæ frigore contremiscunt. Sic vtique maxima est aĩæ uirtus, atq; fortitudo, ꝙ qñ de frigidiorem animaduertat, tunc ad seruiẽdum Deo ardentius, ac firmius confortetur. Etiã hoc tps assignauit, ut ostenderet quodnam festũ illud esset, quòd de templi dedicatione celebratur. Etenim tres huiuscemodi erant festiuitates, prima dedicationis, quæ fiebat in memoriã ædificationis, qũ templũ primum 3. Reg. 6
erexit Salomõ, hæc aũt fiebat in mẽse Octobri. Secunda in memoriam reædificationis, quum illud Esdras reædificauit, & hæc cele- 1. Esd. 3
brabat in vere. Tertia in cõmemorationem sanctificationis, quam fecit Iudas Machabæus, postq̃ a maledicto rege Antiocho fuerat prophanatũ. Memoria autẽ huius tertiæ 2. Ma. 1
dedicationis fiebat in hyeme. Ex quo ẽt elicere possumus, ꝙ siquidẽ præstãtissimus ille 10
dux cũ copijs suis, ut viderunt sanctificationem desolatã, & altare ꝓphanatum, planxerunt planctu magno, postea; templũ illud ꝓphanatũ mundarunt, atq; renouarunt, & 1. Ma. 4
siquidem nos, q sumus templa Dei, passim nos prophanatos, atq; immũdos animaduertimus, uera pnĩa, crebaq; lachrymarum effusione nos renouare curemus. Si.n. arbores, q̃ in hyeme, frondes, virorisque decorẽ amittunt, Deus iterũ pristina viriditate donauit, eisq; cõcessit, vt ineunte uere, nouas frõdes, ac flores proferant, hoĩem, cui oĩa subiecta sunt, absque remedio relinqueret? non certẽ sed uoluit, ut siqdem per peccati gelu gratię uirorem amisit, & præ nimio frigore emarcuit, per uerã pnĩam reuirescat. Quapp fratres mei, attendite hanc sanctã Quadragesimam esse primũ uer, in quo uos oportet re- 11
nouari, ne tã opportunã occasionem prætermittatis. Si autor naturę auibus prouidit, vt renouarentur, multo maiori rõne prouisurus erat hoĩbus, sicuti reuera fecit. Habes accipitrem, qui oẽs pennas euulsas, atq; con- Simile.
fractas habet. Quare est hic accipiter euulsis pennis? rñdes tu: domine nimium aucupatus est, ferè nullum visum, aut coruum uiuũ reliquit. Atq; idcirco est nunc deformis, macilentus, atque deplumis. Et nunquid ita in posterũ remanebit? Non domine, sed pennas mutabit, plurimisq; illum columbis cibabimus, nouasq; pennas recipiet, & breui pristinum decorem, atq; fortitudinẽ recuperabit. Si igitur his auibus dñs hoc remedium reliquit, qd faceret hoĩbus: O fratres mei, con- 12
fractas ferè oẽs habemus alas; præ nimia uenatione deplumes existimus Iudex, qui non pro Reipublicæ quidem, sed pro seipsum metipsius utilitate sñiam profert, confracta habet alas Presbyter, qui uadit Romam, non verò vt peregrinetur, sed ambitione commotus, videlicet, ut Ecclesiasticos honores, atq; redditus acquirat, confractas hẽt alas, &c. Nunquid in perpetuũ sic aĩæ remanebunt? Non oportet fratres nos ita remanere, sed potius, reno-

su aguntur, tantò magis inuidus in maius incendium exardescit. Atq; idcirco asserunt plurimi doctores inuidiam ferè incurabile vitium esse: Nam quod alijs uitijs obuiat, s. probitas in fratre pspecta, hoc idem inuidiã
Iacob. 3 auget, Reliqua oĩa vitia sunt ignis. Quia de lingua murmuratrice ẽt dixit B. Iacobus. ecce quãtus ignis, q̃ magnam syluam incedit, & hic ignis aqua extinguit. Aqua, quia vitia extinguunt, sunt grẽ, virtutesq; proborum hoĩum. Castitas. n. in viro casto considerata
19 ignem luxuriæ in te extinguit: pudicitia, & virginitas in sacratissima virgine Maria Dña nostra cõsiderata effrenata incendia nostri corporis extinguit. Humilitas in uiris sanctis contẽplata superbiam nostrã euertit &c. vitiũ aũt iuuidiæ est ignis, q Hispane dr̃ (*De aliquitran*) quia alienarũ uirtutũ, & gratiarum aqua multo magis incẽditur. Sicuti horũ infæliciũ inuidia Saluatoris nr̃i miraculis ardentius incendebatur. Præterea cum pene incurabilis sit, magnopere ẽt se possi-
Chryso. dentem cõtorquet. Et sic dicit B. Chrysosto
i ho. 45. mus, inuidiã esse quasi vermem, qui oritur in
sup Gen. ligno, qui prius ipsum lignum, ex quo gigni
20 tur, corrũpit, atq; deperdit. Sic inuidia prius inuidũ ipsum, q̃ alterum destruit, & nocet.
Prou. 15 Nec vero aĩam solum, sed & corpus ẽt euertit; & sic dicit sapiẽs uita carniũ, sanitas cor
Cant. 6. dis, putredo ossium innidia. Ne in hoc abominabile vitium inuidiæ incidamus, operæ ptium erit nos consilium B. Pauli assumere: qui dicit: si spiritu uiuimus, spiritu & ambulemus: non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicẽ inuidẽtes. Nã siquis honorum ex petitioni se tradit, statim alijs honorificentib. se inuidet, illosque sibi contrarios esse ducit. Et quo magis accrescit ambitio, eo magis augetur inuidia. Sicut apparet in his miseris pharisæis. Et sic hõ his passionibus cum afflictione, & cordis amaritudine contorquetur, & consumitur. Hoc
Esa. 57. significauit Deus per Esaiam prophetam di
21 cens; In multitudinæ uitæ tuæ laborasti nec dixisti; quiescam. Verba sunt hæc Dei tibi animæ perditæ dicta ponderatuque dignissima, quæque perpetua recordatione teneri merentur. Dicit, uiæ tuæ, quia totũ hoĩs malum resumitur in eo, quod p uiam, quæ sibi libet, uult ambulare, voluntatemque suam vult adimplere, atque Dei iussa contemnit. Quia si superbus, aut auarus es, hoc est quia sic libet uoluntati tuæ. Cum ãt hæc una sit via, multitudinem tñ uiæ illam uocat, quia homo quidcunq. sibi libet, exoptat, atq; ex una in aliam insaniã deuenit semper malum suũ operans. Et ideo dicit: laborasti, & nõ dixisti: quiescam. Volo iã quiescere, & peccandi finem facere: volo has passiones deponere, quæ me urgent, atq; contorquent. Volo ab hac lite desistere, meq; domum meam cõferre. Nolo amplius pauperẽ insectari. Nolo amplius esse cã, ut pp me iurisperiti, & aduocati animas suas perdant iniustam causam meam agentes. Non dixisti: qescam. O Iesu bone quãta cum tranquillitate uiuere hõ, si uellet esse bonus, & mauult malefaciendo varijs tormentis ac afflictionibus contortus 22
uitã ducere, Attendite quale tormẽtum recepcrit maledictus ille rex Achab, qui cum uineã Naboth nequiret adipisci, quã ipse vehẽ 3. Re. 21
menter exoptabat, tanta molestia ac rabie affectus est, vt pedibus suis persistere non valeret, nec quicquam ederet. & sic dicit illic sacratus Textus: uenit ergo Achab in domum suã indignãs, & frendẽs super uerbo, q locutus fuerat ad eum Naboth dicẽs? non dabo tibi hæreditatẽ patrũ meorum. Et proijciẽs se in lectum suum, auertit faciem suam ad parietem, & nõ comedit panẽ. Cõsiderateq d faceret maledictus hic rex, si totum eius regnum ei sublatũ fuisse. Videteq d fecerit passio hoĩs cordi inhærẽs. Attendite quid fece- 23
rit passio in corde Saulis aduersus Dauid, cũ 1. Re. 23
.n. ei viri quidã ubi Dauid esset, nuntiarent eis, dixit, Benedicti uos a dño quia doluistis uicem meã, i. meã infœlicem fortunam. Abite ergo; oro, & diligentius pparate, &c. considerate, & videte oĩa latibula eius, in quib. abscondit, & reuertimi ad me ad certam, ut uadã uobiscum. Quid hoc homine miserabilius? Quid amplius dicere posset, si inter crudelissimos hostes misera quadam seruitute teneretur? Aduertite quo dolore, ac rabie interius torquebatur, qui exterius purpura, & regio diademate ornabatur, Et inferius dicitur: q perrexit ad inuestigandum Dauid, 2. Re. 24
& uiros eius, ẽt super abruptissimas petras, q̃ 24
solis ibicibus peruiæ sunt. Idest per quas solæ capræ syluestres ambulare pñt. Per abruptissimas q; asq. atque periculosissimas rupes illum inquirebant: aduertite quantum laborẽ miseri perferebant. Sepenumero permittit Deus, vt ad iniquã quandã uoluntatem adimplendam plurimos labore toleremus, q demum illi nõ satisfaciamus, sicuti huic infœlici Sauli contigit, qui etsi tot labores, ac pericula in illis mõtib. passus est nũ

quam tñ inimicũ suum Dauid reperit, latebat.n. in spelunca, ubi illũ esse penitus ignorabat. Ne simus igit' tam amẽtes charissimi fratres, ut cum possimus pacificè, & summa cum tranquillitate in cęlum ascendere, per labores, & miserias in infernum velimus descendere. Caueamus a suspensione, atq; afflictione, qua hi miseri uexabantur.

Respondit eis Iesus, loquor vobis, & nõ creditis mihi. Opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me.

Discipulis gloriosi Baptistæ accedentib. ut
25 interrogarent: Tu es, qui uenturus es? r̃ndit
ipse Dñs: Renunciate Ioãni, q̃ audistis, & uidistis. Hoc ẽt ad ipsius opera remittit. Tam
Mat. 11. bonus medicus erat dñs, vt vna, & eadẽ medicina bonis, & malis medere͡t. Siquidẽm sãctis illis uiris, ut eum sequerent', hisq; pessimis pharisæis, ut eum crederẽt, unũ & idem medicamentũ præstat, quod est admirabilis miraculorũ suorum operatio. In hoc significat Deus se non magis horrore peccatorem cõuersum suaq; diuina mĩa vti nolentem, q̃ iustum semper in ipsius gratia perseuerãtẽ; quẽ quidẽ nullatenus horret. Adeo nãq; bonus est, ut solẽ suum faciat oriri sup bonos, & malos. Tãto studio dedit optimus dñs sacratissimum corpus suum Iudæ, ut saluaret', q̃to reliquis oĩb. discipulis. O benedictus, &
26 glorificatus sit talis Deus, qui tam clementi
Matt. 5. bus uisceribus omnes recipit. Atque idcirco eadem bonis, ac malis sacra reliquit. Et cum hac mĩa S. Apostolis suis potestatem dedit, quò præstantissima miracula operarentur, quib. mundum cõuerterunt. Sed dicet quis-
Act. 13. piam; ẽt flagitiosissimo Mahometo in Turcis, & scelestissimo Luthero in Germania sine miraculis plurimi crediderunt. Dicite mihi, si cymbam in fluuio absque remigio, & gubernatore solã relinqueretis, & postea illã uiginti millia passuũ inferius inueniretis nunquid hoc admiraremini? non utique. Si
Simile. aũt illam viginti millia passuũ superius reperiretis, hoc profectò esset admirandum, nã ut cymba decurrentib. fluctibus resistẽs
27 superiora cõscendat, necessario remigijs, & gubernatore ducenda. Ita ẽt carnales hoĩes Luthero & Mahometo credere, qui eos docent, & præcipiunt, quæ ipsi desiderant, non est mirum si per fluminis decursum sensualitatis suæ fluenta sequant'. Vt ãt carnales diuina præcepta reciperent, q̃ sensualitãti repugnant, & carnis fluctib. resistentes ad superiora conscenderent, necessarij fuerũt remi, & remigatores, q. q̃dem fuerant S. Apostoli qui mirabilium suorũ remis hoc admirabile, atq; p̃stantissimũ opus in mundo confecerunt. Et magnopere notandũ est ad ueterem legem, cuius obseruatorib. Deus diuitias, ac temporalia bona promittebat, quam maximi quidam prophetæ sicut Hieremias, Esaias, aliiq; huiuscemodi p̃dicabant, p paucos tñ fuisse conuersos, ad legem ãt grãe, quæ in hoc seculo tpalem mortẽ, laboresq; ac calamitates pollicetur? ecce quot in toto terrarũ
orbe conuersi sunt, cum tñ illam duodecim 28
pauperculi hoĩes prædicauerint, qui in totũ mundum illam introducere valuerũt: quod
quidem maximæ nobis esse debet consola- Simile.
tioni, fideiq; confirmationi. Sed dicet aliqs: ego hæc oĩa sic facta fuisse credo. Verum nonne bonum esset, nunc ẽt miracula fieri? Non vtique sunt necessaria. Infans ut benè ambulet, applicat' curriculo, cui inhærens velociter ambulat. Homini vero iam non hoc opus est. Ecclesia in initio paruula erat, & miraculorum curriculo indigebat: nunc autem cum iam adulta est, iam eis nõ indiget, sine illis in Dei ministerio incedit.

Opera, quæ ego facio testimonium perhibet
de me. O q̃ bonum esset fratres charissimi 29
nos curare per bona opera de nobis testimonium phibere. Miserabile est qd ad rerũ omnium substantiã cognoscendã, earum prius
opera & effectus perscrutamur, & perinde in Simile.
earum essentiæ cognitionem deuenimus: hõ aũt sola intellectus fide, exterioriq; specie, & Christiani nomine contentus est. In quo uerum ignem a picto distinguitis? in eo, q uerus urit, fictus vero apparentiam tñ habet. Equũ autem in quo bonum esse cognoscitis in eo, q bene currit, & est velocissimus. Siquidem igit' o frater oĩa in operatione cognoscuntur, diligenter cura optime operari. Et qñ ego in te patientiã aliarũq; virtutũ exercitationẽ expertus fuero, teq; post nullã sæcularium rerum affectuose abire cognouero, tunc dicam te uirũ virtutis studiosum esse.
Loquẽs S. Esaias de fidelib. noui testi ait. & Esai. 61.
vocabunt in ea fortes iustitiæ plantatio dñi Simile
ad glorificandũ. Idest queadmodũ cũ hoĩes 30
arborum fructib. onustarũ pulchritudinem p̃spiciũt, ad Deũ glorificãdũ concitant', sic ẽt cõspiciẽtes Christianos quasi fructiferas arbores bonorũ operũ fructibus onustos, ad Deũ laudãdũ cõmouẽtur. Opera tua te Dei germẽ esse testãtur. *Sed vos nõ creditis, qa nõ estis ex ouib. meis, oues meæ vocẽ meã audiũt.*

Iustos

Iustos appellat oues. Et quãuis plurimæ hu
ius rei rõnes existant, duas tñ ex illis præci-
puas assignabimus: Altera est: quia oues ma
ximum habent naturæ instinctum, ut in tpe
Amb.in abundantiæ ad tps sterilitatis sibi ꝓuideãt.
Hexam. Et sic dicit B. Ambrosius, qñ oues sunt iux
tã hyemem uix saturari posse: ut se prius her
bæ pabulo satient, quam gelu adurente her-
ba oĩs deficiat. Tales sunt iusti: maximam.n.
solicitudinem habent, in accumulandis sibi
30 meritis, antequam tempestuosa mortis ad-
Iosu.13 ueniat hyems. Sicuti refert B. Hieronymus
de D. Hilarione dicens: Hic dum uideret ꝓ
pinquam imminere mortem, a septuagesi-
mo quarto anno usque ad octogesimum pa
ne abstinuit, incredibili feruore mentis, ut
eo tempore quasi nouus accederet ad serui-
tutem Dei. O beatam talem ouem! O quam
uiceuersa nunc facimus, ô fratres: etenim li-
cet aliquis in iuuentute sua parum aliquid
habeat uirtutis; ubi primum senescit, cum
iam hyems mortis appropinquat, tunc arbi
tratur sibi licere uoluptatibus uti, cum ui-
ceuersa fieri oporteat: tunc.n. ad uirtutẽ stu-
diosius amplectendam animari deberet. In
31 libro Iosue notabilis quædam laus de illo
Iosu.13. sancto duce refertur uidelicet, Iosue senex,
& prouectæ ætatis erat. Primus, cui hęc laus
tanquam illa dignissimo tributa est, fuit
Gen.25. Abraham. Nonnulli quippe ante illum nõ-
gentos uixerant annos: sed de nullo eorum
dictum fuit, ꝙ esset senex, & prouectę ętatis:
quia fortasse plurimis annis non tam bene
usi sunt, sicut hi uenerabile senes paucis,
quos uixerunt. Et ideo in his uerbis laudans
eos sacra scriptura, significat illos duplici
senectutis genere senuisse annorum uideli-
cet, & morũ. Curate igitur fratres lõgęui pre
cipue uirtutes senes eẽ tanquã uere Dei oues.
Alia ratio, ob quã dñs iustos uocat oues,
est promptitudo, qua pastoris uocẽ audiunt
& ab ea huc atque illuc se deduci patiuntur.
Sic etiã sunt iusti Dei uoci obtẽperatissimi:
& illa in oĩbus gubernantur. O quantum lu
32 craremini fratres, si huic diuinæ uoci atten
Psal.28. deretis. Dauid.n. affirmat illam magnas atq;
admirabiles operationes in aĩabus illi obe-
dientibus efficere: dicens uox domini super
aquas: Deus Maiestatis intonuit, dñs super
aquas multas. Vox domini ĩ uirtute: uox dñi
in magnificentia. Vox domini cõfringẽtis
cedros: & cõfringet domin⁹ cedros Libani.
Vox dñi intercedenti flammam ignis. Vi-
debitis nonnullos adeo inconstantes, ut nul
lam in bono stabilitatem habeant. Multa,
& magna se operaturos esse proponũt; post
duos autem dies statim deficiunt: sunt tan- Simile.
quam aqua. Nam quid aqua inconstãtius?
flat huic uentus, & illam illuc deturbat: flat
autem illinc, & statim huc eam repellit. Ta-
les quidem sunt homines inconstantes: quo
cunq. enim uentorum flatu mutantur: & a
sanctis propositis diuertuntur. Mittit Deus
vocem suam, & huius inconstantis uiscera 33
penetrat, illũq. usq. ad mortẽ firmum, atque
cõstantẽ reddit. Vox dñi super aquas. Deus
maiestatis intonuit. Intonat Deus, cum la-
borem aliquem tibi immittit, & simul cum
labore isto ad cor tuum clamat: & sic tandẽ
aĩa confortatur, & stabilitur, & multæ etiam
fulciuntur, quia dominus super aquas multas.
Vox dñi in uirtute. Habet quisquam propo
situm ingrediendi in religionem, & ex alia
parte durissimum illi uĩ seculares uolupta-
tes relinquere, & religionis asperitatibus
conformari. Verum sanctis inspirationibus
Deus ad eius cor pulsat, alios imbecillio-
res, ac delicatiores ante ipsius oculos pro-
ponens, qui oẽs illas asperitates ꝑ Deum
libentissime patiuntur. Et ubi primum eũ 34
tangit, eius uoluntatẽ statim aperit, illudq.
de quo antea magnopere dubitabat, iam
nunc feruentissime opere exequitur. Ecquis
fecit istud? Vox dñi in uirtute, quæ fragili-
bus uires, atque aĩum addit. Vox domini
confringentis cedros. Quid sunt cedri altę,
& in sublimibus montibus plantatæ, nisi
magnates, & superbi huius seculi, in ma-
gnis dignitatibus constituti: & ut primum
Deus illos sua sancta voce pertingit, statim
confringuntur & a superbia sua excidunt?
Quia uero duplex est genus superborum,
alterum.s. rerum temporalium, alterum ue-
ro spiritualium: idcirco geminaui hic uer-
bum, dicens. Vox domini confringentis
cedros, confringet domini cedros libani.
Dicit, vlterius, uox domini intercidentis
flamma ignis. Ecquid aliud est flamma, 35
nisi sensualis concupiscentia, quæ animam
comburit, atque in carbonem conuertit? de
qua Iob, ignis vsque ad consummationem
deuorans, diuitias etenim, honorem, uitam
(& quod peius est) animã consumit. O quot
hoĩes cum ira inflammati essent, ad Deum Iob.31.
conuersi sint? ecquis hoc fecit? uox domini
intercidentis flamma ignis. Ecce effica-
ciam diuinæ uocis, etenim mutabiles fir-
missimos, debiles fortissimos, superbas hu-

millimos, sẽsuales deniq. efficit castissimos. Hos igitur diuinæ uocis mirabiles effectus
Psal. 84. cognoscens S. Dauid dicebat: Audiam quid loquatur in me dominus Deus: qm̃ loquet pacem in plebem suam. Ne audiatis fratres carnis, aut mundi uoces, quia nos perdent.


De his igitur ouibus dicit hic dominus, *Et ego uitam æternam do eis, & non peribunt in æternum.* O q̃ dulce uerbum? ecquis non libentissimè labores, calamitatésq. oẽs hu-
36 ius sæculi patietur, ut tam sanctum, & gloriosum audiat verbum? Quamuis oues meę (ait dñs) in hoc sæculo famelicæ incedant, sitiq. ac uariis angustiis opprimãtur, nec eas mũdus æstimet, etsi nullum iam remedium habere uideantur, tutissimæ sunt, ego eis fa ueo, oues meæ sunt, nemo rapiet eas de ma-
1. Re. 17 nu mea. Pastor ille Dauid, qui dixit Sauli, ve niebat leo, & ursus, & tollebat arietem de medio gregis, & persequebar eos, & percutie bam, eruebamque de ore eorum. O bone Iesu, o bone pastor animarum, etenim qñ leonem rugientem, (hoc est dæmonem) iduen tare prospicit, sique aliquam præ dentibus ouem defert, in illum constantissimè inua-
37 dit, & illã ab eius potestate adimit. O quot aĩas diuinus hic pastor a diaboli unguibus quotidie liberat. Eia peccatores consentite uos a Sathanę dentib. auferri, attendite uos in ore diaboli uersari, crudelissimisque eius morsib. lacerari. Prius ergo quam uos in infernai stomachum penitus deglutiat huius singularis pastoris ope, & auxilio utimini.

Probat autem dñs oues suas a nemine ex eius manib. auferri posse. *Quia ego (inquit) & pater unum sumus, & nemo potest rapere de manu patris mei.* Ergo nec de manu mea. *Sustulerunt ergo lapides Iudæi, &c.* Ea, quę ad animarum suarum salutẽ spectabãt, non in-
38 telligebant. Veruntñ cum eis aliqd diceret, de quo eũ accusare possent, statim illum prorsus intelligebant, sicut hic statim cognouerunt illũ dicere se Deu esse. Et ppea eũ lapidare uoluerunt. Q. b. ait dñs. *Multa opera bona ostendi uobis ex patre meo. Propter quod eorum opus me lapidatis?* O admirabilẽ Dei clementiam: uolunt, eum hoĩes lapidare, at ille interrogat, pp quod beneficiorum, q̃ in eos contulit, ipsum lapidare conant. Vnus ex locis diuinarum literarum, ex quib. apertius diuinæ clementiæ magnitudo demonstratur, est hic, ubi dicet, ꝙ hoc tpe talem eis quæstionem proponat. Magna ex parte Dei misericordiam detegit, illum propter pecca-ta tua mille quingentis annis, antequãm tu peccares, ieiunasse, eorumq. pœnitentiam egisse. Maxime etiã diuina ipsius pietas ostẽditur in eo ꝙ Deus tibi alimenta, quib. uescaris, creet, quo tpe tu ipsum offendis. Et multo quidem magis ipsius misericordiam manifesta, ꝙ ubi primum homo peccatum consumat, statim Deus ad eum cum inspirationib. conuertitur intrinsecus dicens ei. o peccator qd fecisti, eumq. in peccati sui cognitionem, & planctum, atq. confessionẽ 39
facit deuenire. Longe autem maximè cælestis Dei misericordia cum his, & similib. illis demonstratur, qui cum ad eum lapidandum lapides præ manib. habent, tunc eos familiariter alloquitur, & cũm peccator actualiter peccet, illic Deus ei mittit inspirationes. O perfide peccator, cur me offendis? Desine peccatum, & age penitentiam, noli te ita in æternam condemnationem præcipitare. Dixit Deus Oseæ: vade, sume tibi uxorẽ Oseæ 1.
fornicationis. Sume (inquit) tibi concubinã de domo amatoris sui, & duc eam in uxorẽ. Vt quid domine hoc ei præcipis? exeat illa prius illinc, & postea illam ducet. Non utique, sed uade ad eam in peccato commorantem, & illam roga, atque uxorem ducito. Hoc enim uolo ego populo meo significare, ꝙ etsi idolorum actua iter est plenus, ego 40
eum ad ueniam inuito, ut illam a peccato abstraham. O benedictus, & glorificatus sit talis Deus. O fratres charissimi recordamini quoties eum lapides præ manib. haberetis ad Deum lapidandum, atq. actualiter et peccatis uestris illum lapidantib. uobis cor uolutatur, quæ quidem sunt uoces Dei interrogantis uos, cur me lapidas? Cum Asael cur- 2. Re. 2.
sor velocissimus persequeretur Abner ducẽ præstantissimum, qui tamen uolebat Asael 41
officere, dixit ei Abner: vade, & apprehende unum de adolescentibus, & tolle illũ spolia, nec mecum audeas dimicare, ne forte compellar confodere te in terram. Qui nolens declinare, atque illum audire contemnens eum nihilominus insectabatur. Abner autẽ nimia illius persecutione molestus, percussit eum auersa hasta in inguine, & mortuus est. O quam ad literam hoc quotidie agitur. Habes tu lapides in manu ad lapidandum Deum, qui tib. dicit: recede ab offensione mea, nolo tib. officere. Tu uero in eo lapidando pertinax es: caue igitur, ne te interficiat, atq. in infernum detrudat, sicut plurimos in peccatis suis pertinaces detrusit. Quę

cum ita ſint dilectiſſimi fratres per clementiſſima huius optimi domini uiſcera nos rogo, vt lapides iſtos manibus dimittatis, & ex hac ineffabili Dei pietate fructum percipiatis, ueramq; te peccatorum pœnitentiam agatis, ut hoc modo diuinam gratiam cõſiequamini, poſtea uero ad cœleſtem gloriam
42 conſcendere mereamini. Amen.

Feria V. poſt Dom. Paſſionis.

Rogabat Ieſum quidam Phariſæus, vt manducaret cum illo, &c. Luc. 7.



N hodierna S. Euãgelij lectione, fratres chariſſimi de cuiuſdam peccatricis cõuerſione agitur, q̃ ad ſanctiſſimos dñi pedes proſtrata peccatorum ſuorum ueniam comparauit. Hoc auté nobis ſancta mater Eccleſia ſpectaculũ hodierna die ante oculos proponit, ut ſi maximæ, aſſiduæq; uoces rationes, quib. ipſa ad nos hucuſque clamauit, nos ad peccatorum nſorum pœnitentiam inducere nequierunt; his ſaltem diuinæ Dei miſericordiæ pignoribus cõmoueamur. Maximum aurib. noſtris excitatorem apponit mulieris cuiuſdam in ciuitate ſua propter turpem ipſius uiuendi rõnem infamiſ. in toto autem terrarum orbe pp ipſius admirabilem cõuerſionem clariſſimę atq; famoſę, pœnitentiam referés. Voluit quippe altiſſimus Deus plurimos peccatores conuerſos in cęleſti gloria commorari. Nam ſi eos tantummodo in cęlum conſcẽdiſſe crederemus, qui nullo unquam tpe peccauerunt, deficeremus nos peccatores arbitrantes impoſſibile eſſe, nos poſtq̃ tot pec-
Simile. cata commiſimus, ad perpetuæ illius gloriæ celſitudinẽ eleuari. Accidit aliqñ plurimos adoleſcentes longum aliquod iter confecturos è ciuitate diſcedere, quorum alij ſunt robuſtiſſimi, & celerrime ambulant, alij uero debiles, qui tam uelociter nequeunt ambulare. Qui cum minus arbitrari in urbem reuertantur: quos ſi interrogetis, quare regreſſi fuerint, uobis reſpondebunt: dñi ſocij noſtri tam celeriter gradiebantur, ut pariter cum illis incedere nequiuerimus, cumq; nos non expectarent, nec ullo unquam tpe morarentur, diffidentes nos illos conſequi poſſe defecimus, & reuerſi ſumus. O incomprehenſibilem Dei miſericordiam? Niſi Deus tot tantoſq; conuerſos peccatores in cęleſtibus manſionib. collocaret, ecquid tibi eſſet infęlix? Dicito peccator, quo tendis? in cęlum quos ſocios defers? Iuſtos. Optimi ſocij ſunt iſti, uerũ tũ animaduerte te debilem eſſe, & non poteris illos gradiendo adæquare. Verum ne retrorſum regrediaris, ſed ad cęlum peruenias hoc Deus remedium quæſiuit. ſ. permiſit iuſtos etiam aliqñ commorari & te expectare, hoc eſt excidere, & peccatores eſſe ſicut & tu es. Qui niſi caderent, ſed ſemper in uirtute gauderent tu te illos cõſequi poſſe deſperares. Ecce igitur o fratres mulierem, quę diu in peccatis plurimis commorata eſt, nec paſſum quidem in uia uirtutis ambulauit: quam dñs conuertit, ne uos quantumcunq; peccatores ſitis de eius miſericordia diffidatis. Hoc eſt vnum ex operib. propter quæ ſemper maximas gratias Deo nos agere oportet. Sic nobis conſulit S. Dauid dicens; Lauda Hieruſalem dñm, lauda Deum tuum Sion, & plurimas huius rei cau- Pſ. 147.
ſas aſſignans inter eas dicit: Qui dat niuem ſicut lanam: nebulam ſicut cinerem ſpargit, Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit? emittet uerbum ſuum, & liquefaciet ea: flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ. Per niuem frigidam peccator ſignificauit. Philoſophi unius ma- 4
teriæ dicunt eſſe niuem, & aqua. Hoc autem inter utrunq; intereſt, quod aqua fluit, nix vero ſiſtit. Vniuerſi homines unius ſunt naturæ, veruntamen nonnulli ſunt aqua, alij uero nix. Alij quaſi aqua clariſsima ad Deum finem ſuum defluunt: alij vero quaſi nix in peccatorum ſuorum frigiditate commorantur: nec ad bonum aliquod faciendum commouentur. Et de hac niue dicere poſſumus uerba illa, quę dicit Deus per Iob. Nunquid Iob. 38.
ingreſſus es theſauros niuis, quæ præparaui in tempus hoſtis, in diem pugnæ, & belli? Si mili tib. niuea merces hyberno pſertim tem- 5
pore ſolueretur, nullus utiq; te foret, qui ſe in illorum numerum vellet adſcribi. Nunquid eſt hic aliquis qui in diem prælij niuem theſaurizet, qua ſe ab hoſtib. tueatur? Ad hoc plurimi nummi, nõ autem niues theſaurizari conſueſcunt: Deus autem in diẽ hoſtis, & belli niuis theſauros accumulat. Ecquid arbitramini fuiſſe S. Paulum cum ſanctam pſequebatur Eccleſiam? ecquid Magdalenam nimiis uoluptatib. indulgentem uitiis immerſam, Deiq; immemorem? Theſauri eqdem

erant niuium, quibus plurimi frigescebant. Hoc igitur thesauros niuis custodiuit Deus in diem prælij, tentationumq. tuarum. Quãte frigidiorem, maioribusq tentationib. afflictum perspexeris, recordare q̃ frigidi erãt illi, & q̃ efficaciter ad Deum conuersi sunt, posteaque per uirtutis uiam uelocissimè cucurrerunt. Et Deum diligẽtissime lauda, q. niuem istam in lanam conuertit, nam ij, qui antea proximos suos algere faciebant, nunc
6 postq̃ conuersi sunt, quasi lana omnes operiebant, & calefaciebant. Et nebulam sicut cinerem spargit. Idest conscientias peccatorum nebulis obscuratas in pœnitentiæ cinerẽ cõuertit. Mittit crystallum suã sicut buccellas. i. eos q. antea quasi crystallus durissimi erant, quasi buccellas panis efficit. Pro quo nota crystallũ esse aquã nimis frigorib.
Eccl. 33 obduratã. Sic affimat Ecclesiasticus dicens: Frigidus uentus aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua. In partib. septentrionalibus breuissimi sunt dies, & gelata aqua non põt iterum liquefieri, quia ut sol cito occidit, nõ potest aqua ab eius radijs liquefieri: cumque statim alia pruina superueniat, tot super rigidum illud gelu excidũt ut crystallus hęc,
7 quam lapidibus quidem duriorem cernitis, efficiatur. O quam insignis metaphora ad miserum peccatoris statum significandum. Quandiu in gratia perseuerabas, eras quasi clarissima aqua: & quemadmodum aqua ad quamcunque formam recipiendam est disposita; etenim si in orbiculare uas illã inijciatis, sine difficultate formam orbicularem recipiet, & idem si in uas quadrangulum illã infuderitis, sic anima iusti disposita est ad omnia, quæ dominus ei facere uoluerit. Verum ubi primum mortale peccatum committit, statim gelida remanet. Quæ si negligens fuerit in illo expellẽdo, illud alterum,
8 & alterum, ac plurima peccata post se ferũt, & tot pruinæ super miseram animam excidunt, ut dura quasi crystallus efficiatur, & ita frigescat, ut per exaggerationem de illa dicat S. Propheta: Ante faciem frigoris eius quis sustinebit? quasi dicat: oẽs, qui tecũ conuersantur, frigefacis: ita ut ferè impossibile videatur quenquam in diuini amoris calore sustineri, si tecum cõuersatur. Verum tamẽ adeo potens est Deus, ut hanc durissimam, atq; frigidissimam crystallum in buccellas panis conuertat, hoc est, illum talem efficit, ut omnib. sit uirtutis exemplum, suoque diuino spiritu in compunctionis, & lachryma rum imbres eum resoluat. O benedictus, & glorificatus sit talis Deus, qui talia mirabilia nouit efficere. Perpendite quam meritò dicit Dauid. Lauda Hierusalem dominum. Hæc omnia in hac sancta peccatrice uerificata perspicimus. Etenim hæc erat nix frigidissima, nebula obscurissima, ac deniq. crystallus durissima. Et ex omnibus his malis illam Dominus abstulit, sicut & te auferet quantuscunque peccator existas, si modo ip- 9
sius auxilio uti uolueris.

Dicit igitur S. Euangelium; *Rogabat Iesũ quidam pharisæus, ut manducaret cum illo.* Ioan. 6
Certum est Dominum non ad illud conuiuium accessisse, ut ciborum iucunditate delectaretur, siquidem hordeaceo pane ĩ desertò se sustentare consueuerat, ut apparuit in prouisione, quam eius discipuli secum afferebãt, quando turbam illam maximam uoluit inuitare. Aut cum discipulis suis se in agrum conferebat, ut spicarum, quas manib. confricabant, grana comederẽt. Iuit autem propter illud, q̃ in domo pharisæi euenturũ erat. Murmurabant pharisæi, quia dominus Mat. 12
cum publicanis, & peccatorib. manducabat, Mar. 2.
at ille, murmuratis (inquit) ego igitur vadã & Lu. 6.
domos uestras ut manducem, & peccatores 10
ad maiorem uestri cõfusionem illuc ibunt, ut me quærant siquidem uos non facitis quod & ipsi faciunt, atque ad maius ipsorum meritum, & excusationem meam.
Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix. O S. Euangelista dic quæ uocatur hæc mulier, non uult eius nomen nobis dicere, sufficit enim nos scire illam satis magnam peccatricem fuisse. Attendite fratres quanta sit Dei misericordia: etenim cum aduersus diuinã ipsius maiestatem peccetis, sæpenumero, qñ vobis conuenit honorem vestrum custodit: & ideo hic non illam proprio uocabulo nominat. Quando ipsa prima Sabbathorum 11
ualde mane surrexit, & aromatibus onusta perrexit ad monumentum: quia illud pium opus erat, ideo eius nomen S. Euangelium Mar. 16
refert dicens: Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, ut uenientes ungerent Iesum. Itaque cum de sanctis eius operibus loquitur, illam uocabulo proprio nuncupat, qñ uerò eius uitia refert, nomen illius silentio prętermittit. Quando hic Sanctus Euangelista de diuite epulone, deque paupere Lazaro locutus est, quia pauper bonus erat, ideo eius nomen assignauit dicens, erat quidam mendicus nomine

Lazarus. Diuitem aūt q̄ malus erat, nō nominauit, sed dixit, hō quidam erat diues. Ita que hucusq; Dei mīa puenit ut q̄uis mal⁹ sis honoré tuum protegit, eiq; cōsulat. O quā viceuersa fit in hac misera tēpestate. Si.n. uicini uestri in defectum aliquē incidunt, statim illū vultis omnib. innotescere, si aūt bona opera facit, illa sepelire conamini, & accidet aliqñ cum mulier aliqua in peccatum in
12 ciderit, perq; animā Dei statim ab illo surrexerit, illamq; uel maxime peccati pœniteat: te in aliorum tibi similium conuersatione loquentē eius peccatum in publicum pferre, & per illud ita ueslociter currere, ac si magnum aliquod premiū esses adepturus. Vidi
Psal. 33. stis (ait) illius mulieris exitum. Qui unū corbem facit, centū utique faciet. O maledicte
Psal. 100 qūo non times Deum, cū illa iam ad Deum cōuersa sit, tu ita in omnium cōspectu eā dedecoras? Non sit ita frater charissime, sed phibe linguā tuā à malo, ait Sāctus Dauid, si gratiæ, atq; amoris uitam habere uis, nā anteq̄ hoc dixisset, dixerat. Quis est homo, qui uult uitam, diligit dies uidere bonos? & ipse
13 Dauid ubi domus suę administrationē, moderationemque depinxit, inter alia sic dicit, detrahentē secretò proximo suo hunc persequebar. Quid igitur faceret publice de proximis detrahenti? quantum bonum faciunt
Pro. 28. nonnulli linguis suis tm̄ malum faciunt alij detrahendo. Quapp dixit Sapiens, mors, & uita in manibus linguæ, idest, in potestate linguę. In quo significat bonā linguam rem cælestē esse, malā autē rem infernalem. Prisca quædā historia refert, cum quidā amicū suū uellet ad cænā inuitare iussisset famulo suo, ut iret in forū, remq; meliorē, quam in illo reperiret, sibi afferret, ut conuiua comederet: Famulus aūt prudens linguā attulit. Cui iratus herus dixit, semper uiceuersa fa
14 cis: præcepit tibi melius afferret, tu uero peius mihi affers. Abi igitur, & affer peius qđ inueneris. Qui abiens in forū alterā linguā attulit, uolens utiq. in hoc significare nihil melius, neq. peius esse lingua. O si Deus suū sanctum timorē nobis concederet, quo linguas nostras regeremus, atque ex illis plurimi boni instrumentum efficeremus.

Dicit. *Quæ erat in ciuitate peccatrix.* Vt significet illā esse ab oīb⁹ cognitā ut peccatricē. Peccandi enim inueterata cōsuetudo effi
Psal. 11. cit, ut Dei timor hominumque uerecundia
Simile. deponatur. Loquēs, Dauid de peccatoribus dicit, in circuitu impij ambulant. Iumētum molam uersans nunquā ab uno metro exit, & sic terrā quā toties præteriens conterit durioré reddit. Sic peccator cum hodie eadē peccata cōmittat, in quæ heri, & nudiustertius incidit, semperq; in eadem uia persi- Psal. 11. Simile.
stat, carnalis hodie, & carnalis eras existens, sic etiā durius, & impudentius cor in dies efficit, Deus uos liberet à peccandi cōsuetudine, de qua dicit B. Bernardus. Quid non inuertat cōsuetudo? quid non assiduitate duretur? vnde de talibus, & de similis quibusque dicitur in libro Iob, ossa eius implebuntur uitijs adolescentiæ eius, & cū eo in puluere dormient. Hæc est exaggeratio, qua vti consuescimus, cū de perditissimo, ac flagitiosissimo quodā dicimus: Nequitiam in ossibus habet inclusā. Et cū eo in puluere dormiet, Idest, uitia, qbus ex longo tpe assuefacti sumus, usque ad mortem durant. Quia adolescens iuxta uiā suam etiam cū senuerit nō recedet ab ea. Rationem aūt quare tandiu peccatores in peccato cōmorari cōsuescunt assignat Iob in eodem capite citato, ubi dicitur tum.n. dulce fuerit in ore eius malum, abscōdit illud sub lingua sua. Parcet illi & non derelinquet illud, & celabit in gutture suo; in ore idest, affectione. Sicuti qui dulcissimū cibum comedit, qui Hispane dicitur (*Alcorca*) nō illum dentibus conterit ne dulcedo illa citò ptereat, sed sub lingua illum abscondit, ut illic paulatim liquefiat, & sic illius sapore, atq; odore diutius perfruatur. Sic etiam peccatores nouas semper rationes inquirunt, vt vitijs quo implicati sunt, uoluptas eis amplius duret, & dolent, q̄ eis magis nō durat, & hi sapores efficiunt illos usque ad mortem in peccato perseuerare. Quapp fratres mei uos deprecor, & sanctissimę trinitatis nomine adiuro, ut diligentissime peccato aditum cōcludatis, siqdem apertè perspicitis, ubi primum in hominem ingreditur, quantopere illius dominat, & quam difficile est expulsu postquā altas in homine radices egit: q̄ quidē facillimè pōt in initijs superari. Etsi gigas ille quo cum decertauit Dauid, fortissimus erat, ut sanctus adolescens primum lapidem in eius caput direxit, quo pcusso illum facile in terra deiecit. Et ita dicitur illic tulit unum lapidē, & funda iecit, & circunducens percussit eū in fronte. Et infixus est lapis in fronte eius, & cecidit in faciē suam super terram, si uos facere oportet fratres charissimi, sp capiti resistiri estis, qñ uos tentatio aggreditur. Per hoc caput duo

Bernar. 15 ad Eug.
Iob. 20.
Pro. 22.
18
Simile.
1. Re. 17
17

intelli-

intelligere potestis: alterū est initiū peccati :
quod si prostraueris, omnia deuicta remane
bunt. Alterum uerò est quod quando tenta
tio aduenit ne discurratis dicentes intra uos
si hoc fecero, hoc diuitiarum, honoris, aut
ualetudinis mihi incommodum accedet. Et
enim hoc est in pedes tela dirigere, sed sta-
tim ad caput debetis intendere, & dicere:
Hoc est contra præceptum Domini. Igitur
quamuis millies mihi moriendum sit. non
tamen id facturus sum. Et hoc facientes nul
18 lum peccato aditum patefacietis. Etsi hæc
mulier in se obdurata erat, diuinus tamen
Magister suis efficacissimis sermonibus illā
mollefecit, & ad sui amorem, obedientiam-
que redegit. O quam meritò dixit Dauid,
sagittæ tuæ acutæ populi sub te cadent in
corde inimicorum regis, idest uerba tua po-
Psal.44. tentissima, atq. efficacissima sunt ad efficien
dam ut populi à peccatis suis excedant, obe-
dientięque tuę iugo submittantur, atque ad
inimicorum tuorū corda penetranda. Vnus
ex maximis inimicis, quos Deus in hoc sæ-
culo habebat, erat hæc mulier, cuius cor il-
lis sagittis acutissimis uulnerauit. Et ita di-
Cant.5. cere poterat, dicite dilecto meo quia amore
langueo. Nā amore languens languentis cę
pit signa demonstrare. Incipit quippe som-
19 nū amittere, nec dormire potest, iā non pōt
edere, iam illi omnia contraria uidebantur:
magnopere Deū sitit, secularium rerū illam
Iob.10. tędet, ita ut dicere posset cū Iob: tędet ani-
mā meam uitæ meę. Maximas uanitates trā
segi: plurimisq. uanitatibus fruita sum, uerū
iam hæc omnia odi, iam mihi aduersantur.
Prou.31 Fallax gratia, & uana est pulchritudo. O ua
nam pulchritudinē? ò infœlicissimum uultū
in quem uani ad peccandum aspexerunt. Et
quis rei cōfidit, quæ unica febri annullatur,
& marcescit. Incipit contemplari, recorda-
tur quoties Dei amatores deseruerat, incipit
in anima sua Dei manū sentire, sentit illud
20 Beati Augustini. Inquietū est cor nostrū do
Augu. nec ueniamus ad te, cogitat intra se quō tan
ta peccatrix corā summa Christi Redēptoris
nostri innocentia debeat apparere. Ad appa
rendum cōfortatur, uerū illum Deū esse cre
dens, & in mundū ad peccata dimittenda ue
nisse nō dubitans. *Et ut cognouit quod Iesus*
accubuit in domo pharisæi, &c. O mulier pec
catrix, nunquid non melius esset, ut uesperū
expectares, & cum te nemo uideret, ad hu-
ius clementissimi Domini domum te cōfer
res, & illic cum eo uno salutationis tuæ nego
tium ageres? ut quid uis esse pharisæis occa-
sioni murmurandi? nō uides amatores tuos
te irrisuros esse, cum te solam perspexerint,
præsertim, q̄ cū è domo exibas, uiginti, aut
triginta eleganter uiri præcedere consueue-
rant. Ah, nunc scio (inquit) expectare, & uix Hier.2.
possum, peccatorum.n. nimium me ad remediū
inquirendum uehementer stimulat. O quā
merito dixit Deus per Hieremiam Prophe-
tam, arguet te malitia tua, & auersio tua in-
crepabit te. O peccator ipsummet peccatū
tibi dicat. Abi hinc ò proditor flagitiosissi- 21
me, quod si nolueris emendari, te cōdemna-
bo, efficiamq. ut sis titio inferni. Audi obstu
pendam quandam rem. Ipsimet Aegyptij, q.
filios Israel captiuos tenebant, eos rogabāt, Exo.12
ut a domib. suis liberi abirēt. Vrgebant Ae-
gyptij populum Israel de terra exire ueloci-
ter (ait textus sacratus.) O anima peccatrix
attende peccata esse Aegyptios, quorum ser
uituti subdita es, & hæc te interiorib. uocib.
exhortantur, ut ab eis exeas, ipsa etenim sunt,
quę postquam ea cōmisisti, tibi bellum infe
runt, & cor tuum timore percutiunt, ut ab
eis discedas, præcipue cum Deus per miseri-
cordiam suam in hanc animam lucem gra- Simile.
tiæ præuenientis infundit, qua illustrata ma
lum statum, periculumque, in quo commo- 22
ratur, intelligit. Est quisquā inter dracones,
& basiliscos, & quia tenebrosus est, non illos
uidet, si uero lucis radius ingrediatur, o quā-
to timore perculsus exitum sibi diligēter in
quirit. Peccata uero draconibus, & basiliscis
multo peiora sunt, hi enim corpori tātum,
& non animæ possunt officere, peccata uero
utrumque in infernum æternis cruciatibus
contorquendum præcipitant. Et cæcitas qua
diabolus hominem in peccato commoran-
tem obscurat, illum absque timore esse fa-
cit. Verum ubi primum diuina lux ingredi
tur, quæ est gratia præueniens, qua Deus pec
catorem illuminat, o quam uelociter curat,
qui illā hēt, se ab illo periculo eripi, ac libe-
rari. Itaq. qui prius plurimis repletus pecca- 23
tis, & absq. timore diu fuerat commoratus,
hac cęlesti cognitione illustratus iā se in cra
stinum nō esse peruenturum existimat. Hanc
diuinam lucem percipit hæc mulier, & ideo
ad uesperum noluit expectare: sed in conui-
uium ingreditur contristata, q̄ antea in amę
nissimis hortis fuerat celebrata, se seque ad
clementissimi Dñi pedes prosternit. Quādo Simile.
domus alicui⁹ comburitur, quamuis sit uir
primarius grauitatem, autoritatemque suā
min,

minime respicit, nec ad hominũ honorẽ attendit, sed ut damnũ suũ oĩbus innotescat, in uiã egreditur, & in domum, ubi est aqua uociferans ingreditur. Aquã (inquit) aquã affer te uiri, quia domus mea concrematur. Sic fecit Magdalena, animaduertẽs.n. animam suam sensuali igne comburi autoritatis suę immemor in domum Pharisæi ingreditur: quia erat illic perẽnis spiritualis aquæ, idest, gratiæ fons, ut ex illo aquã ad ignem illum
24 extinguẽdum hauriret. Quã ut pharisæi uiderunt, illam deridere cœperunt, illi ridebãt, at illa plorabat: illi gaudebant, at illa dolore cruciabatur.

Et stans retro secus pedes eius: Retro se proiecit pp uerecundiam, & ad pedes se prostrauit propter humilitatem. Pudica nanq; & humilis accedebat. Humilitas etenim, & uerecundia duæ uirtutes maxime necessariæ sunt ad peccatorum ueniam consequendam. Nõ uis a Deo uituperari? uitupera igitur temetipsum, pudeat te peccati tui, & illius te accusa, & non æterna illa confusione confunderis. Dic sicuti dicebat Iob. D. mit-
Iob.10. tam aduersum me eloquium meum. Quando ad confessionem accedis, attende te ira,
25 ut dete maledices, non autem ut te excuses, & sic Deus, & eius Angeli te laudabunt, & simul cũ reprehẽsione, & accusatione tui humiliare usq; ad terram, & a Deo exaltaberis, quia ipse dicit: Qui se humiliat, exaltabitur.

Lachrymis cœpit rigare pedes eius. Ne uerbum quidẽ ore proferebat. B. Augustinus in-
Luc.18. terrogat: Maria quid dicis? quid quæris? Nõ
Augu. petis aliquid? Nihil aliud futurum est præter lachrymas? Nihil ore profert, quia dominus, quo cum loquitur, optime corda intelligit. Interius cum eo sermonem habebat exteriora uero eius uerba erant lachrymæ quę quidem maximę efficacię, ac ualoris sunt ante Deum. Idcirco dicit Sãctus Hieremias.
Thre.2. Deduc quasi torrentem lachrymas per diẽ,
26 & noctem: non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui. O quam salubre consilium? Beata anima, quæ illud custodierit. Diligenter perpendite uerbum illud. Non taceat pupilla oculi tui. In quo significat planctum elegãtissimum apud Deũ esse ser-
Simile. mone. Tela linea quando prodit manu texẽtis, nigra exit, & sic necesse est illam sepenumero aqua perfundi, & ad solis radios collocari, & postea quasi nix alba efficitur. O quã nigra, & obscœna tela erat huius mulieris uita, in qua mundus, diabolus, & caro quicquid eis libuit, texuerunt: & ipsa duodecim annos plurimas abominationes orsa est, ita ut in malis pauci ei accederent; Attamẽ plurimis lachrymis perfusa, & iuxta solẽ iustitiæ Iesum Christũ filiũ Dei collocata super niuẽ dealbata est. O fratres charissimi, in uosmetipsos oculos conijcite, considerate quas telas orsi estis, & texuistis, & cognoscetis q̃ nigrę atq; immũdę sunt. Facite igitur quod hęc mulier fecit, plurimas coram Deo lachrimas effundite, nec quocunque lachrymari 27
contenti sitis. Sed attẽdite qd dixerit Hieremias in uerbis supra citatis. Deduc quasi torrentẽ lachrymas. In quibus denotat si quidem multũ peccastis, multũ et uos lamentari oporteret, & hoc sit die ac nocte. Nec uero dicatis. Hæc est mulier debilis, & ideo lachrymatur, nam debiliores sunt homines, 2.Reg.
qui non plorant. Videte utrum magnanimus 17
fuerit Dauid qui leones lacerabat, & gigantes in terram prostrabat: & tamẽ postquam Deũ offendit, dicit. Exitus aquarum deduxe- Ps.118.
runt oculi mei. Non quocunq; modo plorabat, sed tanquam a fontibus lachrymarum riuulos emittebat. Considerate Sanctum Petrum adeo constãti aĩo, ut in medios maris fluctus sese immitteret, quo sanctissimum 28
Magistrũ suũ uideret, p trina aũt negatione tãdiu maximã lachrymarũ copiã ab oculis pfudit, ut (sicut affirmat D. Clemens) in eius genis illarum assiduitas sulcos effecerit, etsi sibi peccata sua dimissa esse cognoscebat.

Et capillis suis tergebat. Laquei illi, quib. antea corda uinciebat, crines illi qui antea, ut diabolo ministrarent, crispati erant, nunc quasi linteum sunt, quo domini pedes abstergantur. *Et osculabatur pedes eius*. Primũ Cant.1.
uerbum, quod sponsa in Canticis protulit, hoc fuit: Osculetur me osculo oris sui. Et quamuis sponsam sic absolute exordiri dissolutionis genus esse uideatur, maximum tamen fuit amoris signum. Alij contextus habent: Osculetur me osculis oris sui. Hoc autem dicit, ut significet se nolle breuiter, 29
& per transennam, sed crebro & prolixe Deo perfrui. Nam ut dicitur: Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc si- Eccl.24
tient, idest, Dei fruitio non parit tædiũ, imo potius excitat appetitum, ut eo magis anima fruit concupiscat. Et hoc etiam significat phrasis sanctæ Scripturæ in geminatione uerbi illius; Osculetur me osculo, que frequentationem, atq. assiduitatem quandam Gene.2.
denotat, ut in illo, morte morieris, idest, ubi

pr-

primum ex hac arbore comederis, protinus morieris. Veniens, ueniet, idest, celerrimè properabit, nec quousque accedat usquam demorabitur. Sic osculo, osculari est affectuosè, & assiduo osculari: & quare dixit oris sui? q superfluum esse uidetur. Nunquid
30 solet quispiā pedibus, aut manibus alterum osculari? O aīa mea, si tui diuini sponsi ingenium nosces, uerbera ab eius bñdicta manu data, oscula esse cognosceres, & te ab illo abijci, diuinisque ipsius pedib. humiliari, ēet esset ab illo osculari, maximisque beneficijs affici, uidelicet, ut te ad seipsum allicat etsi (quæ nostra est miseria) nō tāta pditi sumus uirtute, ut hæc oscula petamus eo q nimis amata nobis esse uidentur, oscula oris eius tātummodo postulamus, quæ sunt spirituales delectationes, quibus anima consolatur.

Prius autem quā Magdalene suauissima, hęc oscula a domino postularet, cum intrinseca cordis sui amaritudine. *Capit osculari pedes eius & unguento ungebat.* Effudit uas ptiosi unguenti super pedes domini. Vultis o fratre Deo adimpleri? uosmetipsos euacuate. Vultis gratias repleri? peccatum, quod uobis unguentum odoriferū esse uidebatur,
31 ex corde effundite. O beata peccatrix, quæ ex oībus obtulit sacrificium? Quæ tale fecit, tale psoluat. Tot sacrificiorum genera, quot peccatorū genera cōmiserat, cum oībus partibus corporis sui a domino mīam expetebat. Contingit uobi aliquando ad mensam sedere, & caniculam secus pedes uestros com-
Simile. morari, quam si attente perspicitis omnia eius membra cibū a uobis uidentur exposcere. Ore latrans, oculis suspiciens, auribus intendens, manibus exarans, ac toto denique corpore motus exercet, quibus uos conatur inclinare, ut eius necessitati succurratis. Sic etiam hæc peccatrix, quasi canicula ad pedes dñi sedentis ad mensam proiecta oībus corporis partibus mīam efflagitat, oculis,
32 capillis, ore, corporis dispositione, cum omnibus remedium deprecatur. Discite hinc fratres mei quomodo uos misericordiam a domino petere oporteat.

Ecce igitur mulier quæ erat in ciuitate peccatrix. Cernite illā, & diligenter considerate non aūt oculis, quib. illam Pharisæus aspexit, qui intra se dicebat: *Hic si esset Propheta &c.* Vt quod scandalizaris o Pharisæe? nūc quid de Christo filio Dei, an de muliere ista? De illa immerito scandalizaris: nam cum sit immunda, ad puritatis fontem, ut abluatur, accedit. De domino autem multo minus scandalizari debes: cum enim sit uerus medicus, huic infirmę uult mederi. Vt qd dicis: *Si esset Propheta, sciret utiq.* Longe opinione falleris, nam quia Propheta est, illaque peccatricē esse nouit, iō eā ad se accedere patit. Tu murmuras, quia illorū neutrū cognoscis? q uero illi semuicē cognoscūt, ideo se tractant, sicut uides. Attende q procul abes a ueritate: Tu etenim peccatricem illam esse ducis, cum tamen iam pec- 33
catrix non sit, illumq; Prophetam non esse tibi persuades: cum tamen sit dominus, qui Prophetas facit, & sciens illum cor tuum fuisse perscrutatum, cogitationemque tuam cognouisset, uerum Deum esse intelliges, si quidem tibi dicit: *Simon habeo tibi aliquid dicere, &c.* In quo dubio in corde tuo detentu respondet. Venit mulier qdam Sunami- 4.Re.4.
tis, & proiecit se ad pedes Elisei Prophetæ, & accessit Giezi, ut amoueret eā, & ait homo Dei; Dimitte illam, anima enim eius in amaritudine est. Siquidem igitur hæc mulier amaritudine plena ad pedes domini accidit, ne de illa murmures o Pharisæe. Sed desine illam remedium suum perquirere. Nesis si-
cuti Giezi qui Sunamitidem a Ppropheta 34
pedibus amouere conabatur. O quot Pharisæi sunt hodie, qui ut anima se Deo tradere incipit, statim murmurant, & illam derident, atque ab incepto bono reuocare conantur. O fratres mei, per charitatem dñi uos rogo, ne tātum malum faciatis. Vos aūt o animæ Christo Iesu deditæ his murmurationib. obsurdescite: sicuti hæc sancta Magdalene hodie Pharisæorum detractionib. surdescebat, & sic perseuerauit, quousq; auribus suis ab ore dñi dulcissimum illud uerbum percepit: *Fides tua te saluam fecit, uade in pace.* O Christe reparator uitæ, perennis totius mīæ fons, bñdicta sit clementia tua, quia sic peccatorib. miseris. Tu es dñe, q pro tua pro-
bitate peccata dimittis, animasq; saluas fa- 35
cis, aut uero dicis illā a fide sua saluam factā fuisse. Ecce quantopere peccatorē honestat, fidei eius beneficium, quod in eum confert attribuens. Super hæc uerba notabilem qdā Rom.3.
rem audite: B. Paulus dicit: Iustitia Dei per fidem Iesu Christi in oēs, & super oēs qui credunt in eum, idest in iustitia Dei, per quā iustificamur, quæ in passio Christi, & gratia eius, applicatur mortalibus primo per fidem Iesu Christi. Attamen cū plurimi sint actus nobilissimi, Deoq; gratissimi, qualis est charitas

ritas

ritas, spes, timor filialis, patientia, peccatorũ dolor, diuinorum deniq; sacramentorum vsus quare B. Paulus plurimis in locis primã applicationẽ meritorum Christi Redemptoris nr̃i fidei attribuit, sicuti apparet in hoc loco, & alibi dicit: Credenti in eum, qui iustificat impiũ, fides reputatur ad iustitiã. Et alio in loco dicit: Gratis saluati estis per fidẽ. Hæc quæstio est Diui Tho. Ad cuius responsionem notare regulã esse B. Augustini, nul-
36 lũ adultũ absq; ꝓprio ipsius actu iustificari
Ro. 14. posse. Vt pulchre probat ex illo loco Pauli:
Eph. 2. Non exhibeatis mẽbra uestra arma iniqui-
Th. sup tatis peccato, sed exhibete uos Deo. Vbi a-
3. ca. ep. pertè dicit, hoĩem iustificandum proprium
ad Ro. actũ recedendi à peccato & cõuertendi se ad
le. 3. Au- Deum hr̃e debere, vt aũt hic actus in adulto
gus. Ro. necessarius debet esse in respectu ad Deum,
6. hic autẽ actus ad Deũ est per fidẽ. Ratio nã-
que præcepit, vt si peccator ad Deum cõuertendus est, atq; in eius amicitiam rediturus, ante oĩa credat in Deum, qui promisit se peccata dimissurum esse per Iesum Christum filium suum, vt dicitur: Quẽ proposui propi
Rom. 3. ciatorem per fidem in sanguine ipsius, quod si non crediderit, qũo conuertetur? Si autem
37 sine fide conuertitur, frustra conuertitur. Et quãuis fides sine gratia mortua sit: est tamẽ lux, & magistra quædam omnia ad salutem consequendum necessaria erudiens. Fides docet necessariam esse spem, & fiduciã in Deo, docet necessariã esse charitatẽ, docet ad pœnitentiã confugiendũ esse, docet peccata cõfitenda esse, ac deniq; docet opportunum sacramẽtorũ usum esse necessarium. Cum igitur hæc omnia doceat, manifestè apparet, ex parte hominis illam esse caput, & initium iustificationis. Ideò dixit S. Apostolus, prædicationem suam esse ad obediendũ fidei in oĩbus gentibus, id est, vt omnes gentes obediant fidei. Atq; idcircò in his locis vult di-
38 cere, fidẽ esse primam uiam ad iustificatio-
Rom. 1. nem. Et apertè declarauit, vltra fidẽ plura es-
39 se necessaria, quãdo quidem addidit, dicens. In oẽs, qui credũt in eum. Credere in Deum est illi adhærere, illi seruire, illum amare: Quia uero fides sanctæ Magdalenæ remedij ipsius fuit initium, idcircò dicit ei dominus. *Fides tua te saluam fecit*. Siquidem igitur fratres charissimi, per diuinam misericordiã oẽs hanc fidem habemus, illa utamur omnibus quæ nobis præcipit obedientes, & sic gratiam suam dominus in hoc seculo, & in futuro cælestem gloriam largietur, Amen.

Feria VI. post Dominicam in Passione.

Collegerũt Põtifices, & Pharisæi cõcilium, & dicebant. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Ioa. 11.

VOLVIT Spiritus sãctus, vt hęc abominabilis iniquitas literis mandaretur, quo homines hortatur, ne passionib. alitum patefaciant. Quãtumcũque n. minime sint, post eas maiores obrepunt, post maiores aũt maximæ superueniunt. Sicut accidit his scelestissimis hominibus, quib. dixit dñs. Vos implete mensurã patrum uestrorũ. 1
Serpentes genimina uiperarũ, qũo fugietis a iudicio gehẽnæ? Ad iniquitatis fastigiũ peruenerũt q. a parẽtes eorũ Prophetas acciderant, illi vero Prophetarũ dñm interfecerunt. Qui culpam cõstruit, ut tabulæ sibi inuicẽ cohæreant, arcubus illas circuit, ne ui num foras erũpat. Vt autẽ arcus robur habeant, niminibus illos uincit. Et licet tabulæ arcubus sustineãtur: illi tamen niminibus roborantur, quibus confractis, etsi parum proficere uidẽtur, arcus relaxantur, & tabulæ dissoluũtur, atq; ita vnum effunditur. Iusti in diuinis literis uasa nuncupatur, sicut illos uocat B. Paulus uasa miæ, q̃ Deus præparauit in gloria. In his tanquã in cuppis inest charitas, & diuina gr̃a. Arcus uero q bus hęc uasa circundantur, sunt decem diuinæ legis pręcepta. Et quandiu aĩa his diuinis arcubus circundata fuerit, gratię vinum nõ effundetur. Vimina uerò quibus hi arcus roborãtur, sunt res paruæ, quę tantum obligant sub peccato uenia li, qualia sunt illa quæ præcipiunt uana mẽdacia, uerba otiosa, & cætera huiuscemodi esse fugienda, & hinc est, quod qui peccata venialia parui æstimat, vimina confrigit, & disponitur, ut relaxentur arcus, hoc est, vt grauiora præcepta violentur, & sic gratiæ vinũ effundatur, quod non fieret, nisi parua neglecta fuissent. Ideò dicit Ecclesia. Qui spernit modica, paulatim decidit, & sicut dicimus. Nemo repente fit doctus, & nemo repente sit perfectus, dicere etiam possumus. Nemo repente fit pessimus, sed gradatim de peccato in peccatũ dilabitur. Quo circa de iusto dicitur, qui timet Deũ, nihil negligit. Quantũuis parua peccata sint, maximi illa

Mat. 23
Simile.
2
Rom. 9.
3
Ecc. 19
Eccl. 6.

æstimat, ne in alia grauiora prolabatur. Magister sententiarū dicit, vnum, & idem peccatum esse culpam, & pœnam, inquantum volūtas, vult malum licet sub ratione boni est culpa, quod autem non vult est pena. Virgo quæ se amatori tradit, culpam cōmisit, quia se tradidit, penam vero incurrit, quia deturpata manet. Tradit se anima diabolo, & hoc est culpa, est etiam & pœna, quia remanet absq; Deo. Ita dicit B. August. Culpa est malum, q̄ agimus, pœna aūt malum, quod patimur. Vellet uoluntas appetitui suo satisfacere, sed nollet. Deum amittere, vtrunq; possidere uellet. Hæc aūt est pœna, q̄ Deum & eius gratiā perdit. Nō solū aūt pctm̄ quoddam est culpa, & pœna: verum ēt peccatum, q̄ seq̄tur ex eo q̄ cito non vult cōuerti, est pena prioris, & illud alterum, & alterū, ac plurima secum affert: sicuti dicit B. Greg. Peccatum, quod per penitētiā mox non diluit, suo pōdere ad aliud trahit. Sicut saxū in montis cacumine collocatum, vbi primū ab illo loco incipit dimoueri, suomet pondere cadere cōpellitur, nec detineri potest quoadusq; in pfundum deueniat. Sic etiā miser peccator cum libertatē habeat post passionē suā, atq; malitiā, quasi saxum se patitur, attrahi. Hæc omnia ad literā in his Pharisæis, & pontificibus cernuntur, & sicut supra diximus, isthęc ante oculos nobis Spiritus sanctus proponit, quo in eis caueamus nec in tantum præcipitium, sicut illi deueniamus. Verum, proh dolor, nullus est, qui in alienis periculis caueat. Sicut latro, q̄ cum socium suū in patibulo suspendi perspicit, tunc alienā crumenā abscindit. Hoc me in maiorē admirationē adducit, uidelicet nos diuinis suppliciis non deterreri. Cum. n. Deus iræ suæ supplicia nobis ante oculos proponat, nihil horū sufficit nos a uitiis cohibere. De hoc magnopere ipse querebatur per Hieremiā Prophetam, dicens. Et vidit pręuaricatrix soror eius Iuda, quia pro eo q̄ mœchata esset aduersatrix Israel dimisissem eam, & dedissem ei libellum repudij, & non timuit præuaricatrix Iuda soror eius: sed abijt, & fornicata est etiam ipsa, & facilitate fornicationis suæ contaminauit terram, & mœchata est cum lapide, & ligno. O quanta est duri-ties nostra? q̄ cum hos Iudæos Dei manu dimisses uideamus, ut in pœnam præteritorum scelerum tantum, tamq; horribile facinus perpetrarent nos ex eorum supplicijs timorem non concipiamus, nec nos a sceleribus cohibeamus. Per ineffabilē Dei charitatē uos rogo dilectissimi fratres, vt hanc cælestem doctrinam in cordib. reponatis, quo deinceps minima etiam peccata timeatis.

Magister sent. in 2. dist. 36.

Aug. li. 1. de. li. arbit.

3

Grego. Simile.

4

Hier. 3.

5

Dicit S. Euangelium. *Collegerunt Pontifices & Pharisæi conciliū, &c.* Nonnulli ex illis q̄ Lazari resurrectioni interfuerunt cum se se ad dn̄m cōuertere, illumq́; tanq̄ uerum Deum adorare deberent, abierunt ad Pharisæos (ait B. Ioannes) & dixerunt eis quę fecit Iesus, & statim sequitur in textu. *Collegerunt ergo Pontifices concilium.* Itaq; supernum illud miraculum fuit tanq̄ oleum, quo malitiæ eorum ignis magis inflāmatus fuit, siquidem pp illud diligentius uitæ dn̄o mortem inferre currauerunt. Dicunt. Quid facimus. Verba sunt hæc hominum compunctorum. Diues ille cupiditate cōpunctus dixit: Quid faciā, q̄ non habeo quo congregem fructus meos? Ille ēt, à quo auferebat dn̄s uillicationem, cū afflictione dicebat. Quid faciā, quia dn̄s meus auferret à me villicationem? Et hi met Pharisæi inuidia repleti cum uiderunt miraculum claudi, quem B. Petrus sanauit, ad inuicem dicebāt. Quid faciemus hominibus istis? Liberet nos Deus à re, quæ tantopere animum contorquet, quale est peccatum. Quod si sola auaritia, sola inuidia, solaque ambitio tam crudeliter hominem cruciat, quid cunctæ istæ in corde hominis efficient? vt cognoscatis quod angustijs infœlix peccator obsidetur. Omnes hi Pharisæi ambitione, cupiditate, malitiaque repleti dicebant, cumque afflictione inter se inuicem quærebant, quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Quanto proprius bonus Iesus morti appropinquabat, tanto præstantiore miracula faciebat, omnipotentiamque & misericordiam suam apertius demonstrabat, ut nos doceret quanto propinquiores nos morti esse uiderimus, tanto diligentius nos bene operari oportere. De quibusdam hominibus dixit Iob. Quasi effodientes aurum gaudent vehementer cum inuenerint sepulchrum. Sicut fodientes delectantur, cum iam incipiunt thesaurum detegere, & sicuti præ gaudio lucri, quod suismet oculis perspiciunt, magis fodere accelerant, sic etiam iusti uita cælestis thesauri spe concitati, quo magis ad mortem appropinquāt, eo diligentius accelerant bn̄facere. O quam malum signū est uideri senes tepidos, ac in benefaciendo remissos, hominesque in lectulis suis commo-

6

Luc. 12

Luc. 16.

Acto. 4.

7

8 Iob. 3.

cōmorari, morbisq; & doloribus cruciari, q̃ tamen non magis ad moriendum disponuntur, quam si immortales essent. Quanto aūt magis suam admirabilem potentiam Dominus demonstrabat, tanto magis horum infęlicium inuidia augebatur, & ideò sic afflicti atq; cōpuncti dicūt. ***Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?*** Idest, quare illi iam mortē non inferimus antequā eum uniuersus orbis sequatur. Antea signū ab eo petebant, dicentes. Volumus à te signum videre,
9 nunc aūt, quia signa facit morte dignissimū illū esse iudicant. Mali nimis suo appetitui
Mat. 12 indulgent Deus illis diuitias concędit. dicūt
& 16. consentaneū esse illos diuitijs suis delecta-
Marc. 8. ri, ad hoc enim se illas à Deo accepisse dicūt,
& Luc. se seque inuicem ad illud inuitant, ut dicit
11. sapiens. Venite fruamur bonis, quæ sunt. Si
Sap. 2. Deus plurimos liberos eis tribuit, dicunt necesse esse fraudulentos contractus, atq; conuentiones efficere, proximosque decipere, ad illos alendos, & ditandos. Si se adolescentes perspiciunt, dicunt illud esse tempus ido
Sap. 2. neum ad fruendū hoc seculo. Non pertranseat nos (inquiunt) flos tēporis, coronemus nos rosis antequā marcescant. Homini male propenso nihil prodest, ex omnibus malis
10 occasionem assumit, sic isti sceleratissimi homines ex præstantissimis Domini miraculis inferendi ei mortem occasionem sumūt. Dicite cæci legem istā tā grauem, grauissimisque præceptis onustam, qualia sunt circuncisio, tot suauissimorum ciborū priuatio, totque cæremoniarum onus, quare sustinetis? Nunquid non pp miracula, quæ in eius confirmationem maiores vestris à Domino facta perspexerunt? vt quid Moysi tot præceptis, atque implicationibus, nonne pp miracula credidistis? sic. Hic autem homo non operatur præstantiore miracula, quæ in hoc sæculo uisa sunt? vtique. Quę nā igitur ratio postulas, q̄ cū hic quatriduanū mortuū imperādo, sicut Dominus ad uitam reuocarit,
11 idcircò ad illū occidendū conciliū ineatis?

Attendite aūt qualē tantæ iniquitatis rationem reddāt. ***Si dimittimus*** (inquiūt) ***eum sic, omnes credent in eum, & uenient Romani*** arbitrantes nouū Regē à nobis electū fuisse, nosque eis rebellare, ***& tollent locum nostrū.*** O infælices, quæ nam superficies est isthæc, qua malitiā uestrā operitis. Dicite, qui mortuū ab inferis potuit reuocare, nunquid non poterit uiuos ab aliorū uiuentium potestate liberare? & licet hoc facere nō posset, quæ ratio postulat, vt iustus p Reipublicæ libertate moriatur. Siquidē pro nullo tpali bono peccatum mortale debet committi. Imò illi mortē inferentes citius in malū istud, qđ timetis, prolabemini. Tāta est diuinæ ordinationis vis, ut nulla humana inuentione ualeat impediri, imò potius rōnes, quas ad illā effugiendam inquirimus hæ metipsæ sunt media, ad illā exequendā. Nō est cōsiliū contra Dñm, dicit Sapiens. Quot modos q̄ fuit Pharao, ne Hebræi tātoperè multiplicarentur, & ab eius potestate exirēt, laboresq; qui 12
bus illos affligit, oīa fuerunt media, quibus Pro. 21.
ipsi dispositi sunt, ut Deus eis subueniret, illosq; à crudelissima eius seruitute uindicaret. O quot in hoc seculo culpas cōmittunt, vt à tpalibus incōmodis liberentur, & sic citius in ipsa deueniūt, & nisi sese in meliorē frugē recipiant, in æterna ēt dāna prolabun
tur. De unoquoq; horū dicit Iob. Fugiet ar- Iob. 20.
ma ferrea, & irruat in arcū æreū, id est unum malū effugiens, in aliud grauius incidet. Armatura ferrea est corporalis labor, & tpalis
necessitas, quæ tanquā ferrū hoīem transfi- Psa. 104
git. Sic illā appellauit Spūs sanctus loquens de Ioseph. Ferrū pertransit animā eius, illū à fratribus suis venundari, & in Aegypti car
cerē detrudi, ferrum appellauit. Ferrū intra 13
Gen. 3, eum venisse, vt dr̄, Audiuit Adā vocē domini Dei deābulantis in paradiso ad aurā post
Au.li.2. meridiē. B. Augu. dicit. Illa deābulatio para-
sup Ge. disi nō puto posset fieri, nisi in specie huma-
c.33. na. Ibat Deus puniturus hominē, & induit se hoīe, anteq̄ verus homo fieret, vt significaret, se sicut hoīem clementer, & benignè de hoīe suppliciū sumere. O quā singularis doctrina tibi, ò hō, q̄ quando aliū hoīem puni
3 turus fueris, te hoīe induas & sicut homo clemētium & cōpatientiū uiscerū de hoīe supplicium sumas, si hoc tibi ex officio competit, Dei mīam imitare, qui siquidem hoīem puniturus inquirit, homine indutus deābulat. O immense Deus quam apertè paterna uiscera, q̄bus nos diligis, manifestas, siquidē cum hoīem puniturus venires dicit sacratus Textus te venisse ad auram post meridiem. i. vento tibi contra faciē aspirante. O admirabile mysteriū. Quando quis iter facit, si ei uentus à tergo flat, ipse vētus eū facit ambulare, atq; aliquādo ēt currere. Si vero ventus cōtra faciē eius aspirat, lenter illū ambulare facit, atq; ēt aliquādo regredi compellit. Suauissimus uentus, qui Deo ad faciē aspirabat, erat infinita eius mīa, qua detinebatur, ne tā cito puniret. Et ipsamet eius mīa quasi ei dicebat. Attende domine hominem esse debilem, & amore victū peccasse, illumq; opus esse manuū tuarū, & ad imaginem, & similitudinem tuā factum. Et hoc significabat aer, qui contra eius faciem flabat, qui eū lenter 4.
ambulare faciebat, & usq; ad vesperum expectare fecit, neq; .n. venit statim, vt hō peccauit, sed post meridiem. Vt interea locum haberet homo pniæ. Et cum compassiua voce veniebat interrogans? Adam vbi es? In hoc apertius ēt mīam suā demonstrauit, quia etsi ab homine fuerat offensus, non tamen dicit vbi es vir flagitiose, sed illum proprio vocabulo nuncupauit. B. Chrysostomus dicit, do Chrys.
minū illū proprio nomine appellasse, q̄a eū maxime diligebat. Nos etenim quē nō diligimus, nō nominamus, sed dicimus, ille. Sicuti Saul ira cōcitatus in Dauid, Ionathā interrogauit cur nō venit filius Isai? nō eum pro-
prio noīe nuncupauit, quia illū oderat. Non 1. Reg.
sic Deus, sed quia adhuc diligebat Adā pro- 20.
prio illū nomine vocat, vt ei ad petendā mi- 5
ser. cordiā aīum adderet. Atq; ēt ad hunc effectū proclamās ueniebat. Et interrogabat, vbi es? nunquid tu domine ubi sit ignoras: nō vtiq; . Quare igitur hoc interrogas, vt cognoscat me ad eum puniendum accedere; atq; vt etsi hucusq; culpā suā non cognouit: nunc saltē uocem meam audiens ad me conuertantur, & misericordiam imploret. Quan
do ministri iustitiæ ad aliquē delinquētē ap- Simile.
prehendendū vadunt, & eū proclamantes admonent se ad eum ire: nunquid illos delinquentem, apprehendere, ac punire uelle iudicatis? Non vtique ò Deus meus benedictus sis: quia cum ad primum delinquentem Adā
apprehendendum vadas: ei oñdis quantope 6
re illum punire recuses, siquidem eum proclamans exhortari, ut ad locum sacrum pniæ confugiat. Clariusq; ineffabilem charitatē demonstrauit, quia cū primi parentes post peccatum se nudos esse aduerterent, & coram Deo suo se nudos esse erubescerēt vestes eis confecit quibus operirētur, nē pudorem, & confusionem illam paterentur. O benedictus sit talis Deus, delinquentes ad maiorem ipsorum confusionē quādo de illis supplicium sumitur, vestibus exui consuescunt.

Hic

Hic aũt. clementissimus Dñs delinquentes induit. Et ita dr̃ ibidem: Fecit quoque Deus Adæ,& vxori eius tunicas pelliceas,& induit eos. Quid Dñe? nonne erant in domo potentiæ tuæ alij prætiosiores panni, quibus illos induere? ut quid eos mortuorum animalium pellibus induisti. In hoc voluit illis significare nuditatem aĩæ ipsorum mortalitatẽ quadã operiendam esse, q̃ fuit mortalitas Christi Redẽptoris nostri. Nec in hoc infini
7 ta Dei charitas cõstitit, sed statim voluit dñs Adã de miseria,& calamitate, quę illi acciderat, cõsolari quasi nutibus eius remedium illi significans, dicens serpenti. Ipsa conteret caput tuũ, quasi diceret: Ego creabo mulierem tã sublimiũ meritorum, ut eius amore captũ uerbũ diuinũ ex purissimis eius uisceribus carnem assumat,& hõ fiat,& sic ipsa diaboli caput infringet, iniuriamq; homini illatã ulciscetur,& oĩb. his indulgentijs nõ est cõuersus hõ tunc, quousq; Deus plurimis illum laborib. afflixit. Nunquid nõ hæc uobis durities,& ingratitudo maxima fuisse videtur? Alterius igitur ꝓgredimini,& totam
8 huius Adę posteritate cõsiderate, horribiliaq́ue scelera, quibus in oĩ tpe hunc optimum Deum offenderũt, contẽplamini sicut exaggerat B. Paulus Psalmum decimum tertium
Rom. 3. citans & dicẽs. Quia nõ est iustus quisquam, non est intelligens, nõ est requirens Deum,
Psal. 13. oẽs declinauerunt, simul inutiles facti sunt, oblongum esset nunc iniquitates, quas illic recenset Apostolus commemorari. His igit̃ hoĩbus dignissimis quos terra deuoraret, dixit Deus. Volo ire in mundum, ut eis remediũ adhibeã, faciens me hominẽ pro illis,& inter eos triginta tres annos commorans, maioresq; labores,& opprobria perferens, q̃ vllo unquam tpe quisquã in hoc orbe passus
9 est. Ecquis talẽ audiens charitatem non obstupescit? q̃ unde humano uideri occasionẽ euertendi nos Deus esset sumpturus, remedium nobis adhibẽdi ansam acciperet? Hęc est una ex altiorib. considerationibus quib. anima potest eleuari, ut ardentissimo Dei a-
Cant. 8. more capiatur. Et hoc significant mysteriosa illa uerba, quę dicit sponsa alloquens diuinum sponsum suum. Sub arbore malo suscitaui te, ibi corrupta est mater tua, ibi uiolata est genitrix tua. Siue ut transferri potest ex Hebræo cõtextu in Latinũ sermonẽ. Ibi peperit te mr̃ tua, ibi peperit q̃ genuit te. Verba sunt hæc aĩæ ad Deũ loquẽtis, in quibus ineffabilis, diuinæ ipsius Maiestatis amor oñditur, dixit Cælestis hic Dñs, maiorẽ hac charitatẽ nemo habet, ut aĩam suam ponat quis, pro amicis suis. Hic erat maximus a- Ioã. 15.
mor, qui in hoĩbus poterat reperiri. Mori autem pro inimicis,& talibus inimicis, hoc nouum,& inauditum amoris exemplum unus Deus est cęlo attulit,& sic magnopere illud exaggerat S. Paulus, dicẽs. Cõmendat Deus Rom. 5.
charitatẽ suã, q̃ cùm inimicis essemus recõciliati sumus Deo per mortem filij eius. Et hunc amorẽ (ut supra diximus) statim cum 10
peccauit Adam manifestauit, cum (humano uideri) ardentiori in hoĩes ira concitandus esset, hunc (inquam amorem ostendit) siquidem per signa hoĩs remedium significauit, ecquis posset tale cogitare? Ecce unde Dñs ineffabilis amoris sui,& propositi ab æterno concepti declarandi sumpsit initium. O incõprehensibilia Dei iudicia. quisnam illa inuestigare poterit? Ideò dicit aĩa iusti: Sub arbore malo suscitaui te, ibi edidit te genitrix tua. Quãdo tua in nos maxima beneficia cum nostra indignitate conferimus, qñ in ea, quæ pp nos operatus es, oculos cõjicimus,& cognoscere cupimus quidnam fuerit quod tibi in hoĩe placuit, aut, quid te com- 11
mouit, ut eum tantopere diligeres, aut quid te ad tot, tamq; pręclara eius causa opera faciẽda cõcitauit, solam tuã infinitã probitatẽ,& miam te ad hoc faciendum cõmouere potuisse reperimus, cum nihil in hoĩe esset quo ad ipsius amorẽ,& beneficentiã, sed potius ad odiũ atq; suppl cium prouocari posses. Et hoc, quod peccãtes odij initium fecimus, atque hanc indignationis & furoris occasionem, quam præbuimus te in principium tua super nos beneficia effundendi accepisse comperimus. Atque eadem arbor, quæ nostræ in te impietatis testis fuit, hæc ipsa tuæ diuinæ,& clementissimæ promissioni remedij nostri testis interfuit. Et ita uerum est te à nobis illic fuisse excitatum: 12
illic enim tuam infinitam charitatem erga nos in lucem prodire fecimus, illic peccantes tibi occasionem prebuimus, ut ad redimendum hominem, homo fieres. Ibi corrupta est mater tua: ibi etiam peperit te mater tua, corrupta est, scilicet, Eua serpentis persuasione, peperi te, tuo dono, atque beneficio. Illic promittente te hominem esse futurum,& ex mulieris semine,& progenie esse nasciturum, illic ubi ipsa per peccatum corrupta fuit, quodammodo te peperit, quandoquidẽ illic te filium eius fore promisisti.

misisti: illiũ tantum, tamq; singulare hoc beneficium in luce exit, & pp promissionis certitudinem, ac pp beneficij efficaciam te tunc natum fuisse dici potest. Ibi igitur peperit te mater tua, ibi spes nostra orta est, & peccãtes pp tuam diuinam clemẽtiam tm̃ à te beneficium impetrauimus, quantum uniuersi hoĩes in omnib. seculis bene operantes nũquam pro mereri ualeremus. Hæc est iustorum hominum cõsideratio, & hoc cum Deo
13 agunt, atq; hoc significat uerbum illud: Sub arbore malo suscitaui te. Ecce fratres charissimi, quousq; ineffabilis Dei charitas peruenit. Ecquis hac consideratione uiuis diuini amoris flamis non accendetur? Ideò statim
Cant. 8. subdit ibidem diuinus sponsus, dicens. Pone me ut signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum, quasi dicat, siquidem ò anima tot tantisque beneficijs meis te affectã atq; deuinctam animaduertis, cõsidera qualem mihi debeas charitatẽ, pone me ut scopum, in quem oẽs cogitationes, atq; opera tua dirigatur. Cum igitur tot, tantaq; beneficia adeò indignis hominib. facta, totq; ac tam innumerabiles labores p illis fuerint tolerari, hæc tñ oĩa unam horam à Dño appellari, nonne admirandũ
14 vr eorum præsertim iudicio, qui hæc attentẽ, atq; profunde considerauerint? O si hæc semper in mentibus nostris impressa deterremus, quam potẽs nobis esset frænum, quo à tam bono Deo, cuiq; tot beneficijs deuincti sumus, offendendo cohiberemur.

Sciens quia uenit hora eius. O benedicta sit talis hora à hora inter cæteras horas perpetuo memoranda. In hora vtiq; conceptus in hora natus, atque in hora circuncisus est, nullam tñ illarum tam peculiariter horam suam appellat, & sic dicebat. Nõdum uenit hora mea. In ea.n. hominũ debitũ erat soluturus, in ea mortem, ac dæmones erat uicturus, in ea nos cum æterno Patre reconcilia-
15 turus. Cum autem utilitates nostræ essent, horam suam illam uocat, quia propria bona sua esse ducit, ea, quæ in nos confert.

Vt transeat ex hoc mundo ad patrẽ. Vnde duo singularia saluti nostræ documẽta possumus elicere. Primum est, nos diligenter curare debere, ut hora mortis nostra sit. Sic
Eccl. 7. nos admonet Spiritus sanctus, dicens. Noli esse stultus, ne moriaris in tpe non tuo, habenti plurima breui tpe facienda dr̃ deesse tps, si oĩa, quæ in toto uitæ cursu facienda erant, in horã mortis facienda reseruantur, absq; dubio ad illa oĩa facienda tps deerit: ergo noli esse stultus o frater. Nunc cum opportunum tps habes salutem tuã diligenter negotiare? ad hoc.n. conficiendum, oẽs isti dies vitæ tibi a Dño conceduntur, ne oĩa in illam horam differas: fortassè.n. ad oĩa bene conficienda tibi tps non suppetet, & ita morieris in tpe non tuo, vel aliter. Mancipium nõ est Dñs tpis uitæ suæ, siquidem non potest in eo volũtatem suam adimplere, sic qui suorum turpium morũ mancipium moritur, difficilime poterit, quod uoluerit, efficere. Ne sis ergo ò frater, peccatorum tuorum mãcipium, nec ea tui dñari patiaris, ne moriaris in tpe non tuo, sed cura, ut illa sit hora tua, & cũ spiritus libertate illa quæ ad aĩæ tuæ salutẽ spectent, prudentissime possis disponere. Secundum est, q cõsideremus q̃tum inter boni, & mali obitu interest, Obitus nãq; boni dr̃ trãsitus ex hoc mundo ad patrẽ, sic dixit Dauid: Trãsibo ad locum tabernaculi admirabilis vsq; ad domum Dei. Hæc secunda particula est declaratio prioris quæ exponit tabernaculum admirabile esse Domum Dei, ad q̃ trãseunt iusti, qui ex hoc mũdo penitus purificati egrediũtur, & sic dixit Christus Redẽptor nr̃. Qui credit in me transiet a morte in uitã. In quib. uerbis uita huius seculi mors, beatitudo aũt per antonomasiam uita a dño nuncupatur, & quã nos mortem cõiter appellamus trãsitum ex hac infœlici uita ad æternã beatitudinis uitam Dñs uocat. Et quemadmodum q maximo saltu vult profundã aliquam fossam præterire, ne in illam excidat, multo antea cursum aggreditur, nã si quietus persistens salire conaretur, mirũ esset illum in ea nõ perire. Sic igitur, ut ex hac morte ad æternã uitã saliamus, ne in horribilẽ inferni fossam incidamus, multò antea cursum nos aggredi oportet, & amodò ad periculosum illũ saltũ conficiendum nos debemus præparare, & sic mors nr̃a non interitus quidẽ, sed transitus ad Patrẽ meritò poterit appellari. Mors aũt malorũ nõ ad Patrẽ quidẽ, sed ad æterna tormẽta est trãsitus. Transierunt filij Israel mare rubrum, ut mãna suauissimo uescerẽtur, transierunt aũt ipsum Aegyptij, ut in eo demergerẽtur, & deinde in infernũ detruderẽtur. O quantũ inter vtrũq; transitũ interest. Magnũ est discrimẽ inter eũ, qui portum tenet, ut in patria sua requiescat, & eũ, qui ex naui descendit, ut captiuus inter hostes crudelissimos commoretur. Iusti mortis portũ

Simile. Psal. 41. Ioan. 5. Simile. Exo. 14. Simile.

tenent,

tenent, vt in illam supernam patriam ingrediantur, vbi dulcissimis cœlestium ciuium amplexibus excipiuntur: mali aũ ex huius uitæ naui descendunt, vt in æternum illam inferni captiuitatem ingrediātur. O fratres mei, ego uos sanctissimæ Trinitatis nomine adiuro, vt summopere aduertatis quõ nauigatis, ut ad illam beatorum spirituum societatem pertrāsire mereamini. Quādo mortuus est Abraham, dr̃ de illo. Congregatus
19 est ad populum suum. Etiam de S. Isaac dicitur: Mortuus est, & appositus est populo
Gen. 25. suo. Deq; S. Iacob. Obijt oppositusq; est ad
Ge. 49 populum suum. Nobis videntur in morte amici derelinqui, & amitti. Veruntamen tunc emigramus, ut ueris amicis perfruamur, qui singulari quodā amore nos expectant, quando iam ad eos perueniemus. Etenim hoc significat populus ille, cui sancti illi Patriarchæ iungebantur. Vtinam in hoc itinere, & nauigatione non pereamus, sed tanquam uera membra cum nostro diuino capite Iesu Christo ad Patrem transeamus.

Cũ dilexisset suos, in finem dilexit eos. Sup quo dicit B. Chrysostomus: In finem, i. semper, & est bona interpretatio. Hoc. n. termi-
Chryso. no assiduo utitur diuina Scriptura ad signi-
20 ficandam durationem, & perpetuitatem, ut: Exurge, & ne repellas in finē. Et: Vsquequo
Psal. 43. obliuisceris me in finem? Et: Delectationes
Psal. 12. in dextera tua usque in finem, i. semper. Et
Psal. 16. Amos. S. oblitus fuero, usque in finem opera
Amos 8 eorum. Ita hic in finem, i. semper discipulos suos dilexit, nunquam eos diligere cessauit, nec mortis timore, nec maximorum tormentorum dolore conturbatus est. Nobis aut quæcunq; minima occasio impedimento est, & amoris filum facit infringere. Vel in finem, i. usq; ad ultimũ amoris terminum. Triplex est gradus amoris, Primus, pro amico diuitias in discrimen adducere. Secūdus, honorem: Tertius tandem uitam, & personā ꝓ illo offerre. Deus omnes diuitias, hoc est,
21 oẽs creaturas suas nobis dedit. Etenim etiā de Angelis dicit B. Paulus. Omnes sũt admi-
Heb. 1. nistratorũ spiritus missi pp eos, qui hęreditatem capiunt salutis. Nec uero hoc contentus est, sed ipsemet nobis seruiturus aduenit. Etiam ꝓ nobis honorem suum opposuit. O clementissime dñe quot contumelias tā uerbo, quam opere passus es. Ille, qui magnopere fuerat collaudatus, quem turbæ suorum
Mat. 21 omnium immemores per deserta loca seque
Ioan. 6. bantur, per uias publicas uinctus, ductus, & quasi taurus exagitatus, ac sacrilegi præconis uoce blasphematus, & ille qui totius erat honestatis exēplum, coram omnibus in cruce pendens, uestibus denudatus est, quo magis illum irriderent. O bone Iesu, ô beatorũ Luc. 24.
omnium gloria, & splendor nescio utrum sa Mat. 27
cratissima uiscera tua crudelius transfixerit Mar. 15
hæc ne uerecundia, qua confusus fuisti, an dolor Ioan. 19
lor quem clauarum affixione percepisti, nescio uiri maiores gratiarum referam actiones. Non solum autem honorem sed & uitā 22
etiam obtulit. Ideo dicit beatus Augustinus. August.
Dilexisti me domine plus quam te, quia mori uoluisti propter me.

Et cœna facta, &c. Cum seruus quidā Dei agnum, & azymos panes in petra collocasset, ignē ex ipsa petra prodijsse, atq; illa oĩa deuorasse B. Ambrosius dicit. Ignem est pe Amb. ꝓ
tra, qui est Iesus Christus, exiisse & illo Pa- logo de
schalis agni, & azymorũ panũ sacrificiũ cō- Spiritu
sumptũ fuisse, diuinīq; amoris eius igne ueteri sancto.
legi finē impositum fuisse. Hic est ignis sacrificii, quo Nazaræi capillos suos cōburebant. Hoc. n. igne uniuersas superfluas curas, quæ per capillos significantur consumi Nu. 6.
oportet in nobis: ita ut omnes cogitationes nostrę deuotæ, sanctęq; sint. O diuina Petra per ineffabilem clementiam tuam te suppliciter exoramus, ut ex ardentissimo amoris 23
tui igne aliqua pruna in corda nostra prosiliat, qua cōburamur, atq; ab uniuerso malo purificemur: Vt igitur dñs illi sacrificio finem imponeret, cum discipulis suis cœnauit. Atq; ēt ob aliam præcipuā causam cum illis cœnauit. Ad cuius intelligentiam animaduertēdum est Christum Redēptorē nostrũ Magistrũ, Dñmq. nĩm esset, sicut ipse discipulis suis peracta hac diuina cœna, dixit: *Vos uocatis me Magister, & domine, &* Mar. 11
benedicitis, sum etenim. Et quāuis tanquam Sco. 3.
Magister plurima sancta documenta tradi- di. 34. q.
derit, duo tamen pcipue docuit, sicuti dixit: unica.
Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde Scotus dicit, ꝙ quenquā esse mitē, est ad 24
oẽs labores pferendos, q sibi amicorum suorum causa prouenerint, esse paratissimum, absq; eo quod alicui resultat, aut officiat. Et in hac apertius quam in alia re amicitia demonstratur. Quia uero diuinum redēptorē mitissimum esse docere, difficillimũ erat, sāctiq; Apostoli rudes erant ad intelligēdum quõ uita passura esset mortē. Et cũ magister rudes, atq; ineptos discipulos obscuram aliqui docet, illud sæpissime repetit, & simili- Simile.
tudini-

tudinibus illustrat, quousque discipulis clarum, atq; intelligibile reddatur, labores quos sanctissimus magister passurus, & mansuetudo, qua nemini restitutus erat, sublimis, atque difficilis materia erat, & idcircò illam sę-
Luc. 18. penumero eis repetijt, dicens; Ecce ascendimus Hierosolymam, &c. At ipsi nihil eorũ intellexerunt: erat enim verbum istud abscõditum ab eis. Cùm autem optimus Magister animaduerteret eos mansuetudinis le-
25 ctionem non intellexisse curiosam, & perspicuã eis similitudinem adducit; vt per eam ipsius mansuetudinẽ intelligerẽt. Et ad hoccũ illis cœnat, assumq; agnum ad mẽsam iubet afferri. O q̃ propria similitudo. Nõ dubito, quin si discipuli illam statim intelligerent, sicuti; posteà intellexerũt, singulis morsibus ab eoru oculis lachrymæ prorupissent. Posset eis dñs dicere. Ecce, quod dicebã uobis, contemplamini me esse hũc agnum, immaniusq; q̃ illum cernitis me esse tractandum. Hic.n. agnus occisus est, & posteà excoriatus, atq; assatus fuit: ego aũt uinus excoriandus, atq; in uero crucis ponendus, atq; innu-
26 merabilium laborũ, ac dolorum igne assandus sum. Diuinus autẽ Magister similitudinem adduxit, sed pro tunc eius expositionẽ siluit, quia opportunius illam declaraturus erat, vt illi, & per illos nos omnes verè mites
Mat. 10 esse disceremus. Lectionem vero humilitatis, & si sæpenumerò illos erudijt, sicuti cum
Luc. 14. eis dixit. Quicunq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister. Et cũ eis dixit: Qui se humiliat, exaltabitur: nec eam bene intellexerunt. Ideò admirabilis humilitatis eis hodie adducit exemplum: quasi diceret eis: Cõtemplamini, cum ego Deus omnipotens sim, vos aũt pauperculi piscatores, me pallio deposito linteo præcingi, atque ad pedes vestros vos lauaturum prosterni. Quod si facerem, nonne uobis hæc cordis humilitas esse videretur? Animaduertite igitur, atque attentè perspicate, quõ ego istud facio, siquidem me uerum Deum, atque hominem esse
27 creditis, & sic eorum pedes lauit. Atque illa fuit perspicua similitudo, qua & illos, & nos ueram humilitatem erudijt.

Et ideo dicis S. Euangeliũ: *Surgite à cœna.* Quæ angustia est ista diẽ quæ cor tuum occupauit? Heu! Deus meus etiam in cœna ab amore compilatis, i. *(Ere salteando)* Prosternitur potentissimus ille dñs, in cuius conspectu cælum, & terra, atque inferi flectuntur. ***Et cœpit lauare pedes discipulorum suorum.*** O profundũ infinitę probitatis, & charitatis pelagus, quid de te dicam? O cœli, ò terra, ò elementa, ò sol, & luna, ò splendentia cœli sydera à rapidissimis vestris moribus quiescite, & hunc tam profundæ humilitatis actum animaduertite. O sublimes Seraphin coopertis vultibus proclamate: Sanctus. Sanctus, Sanctus, Dñs Deus sabaoth, ne mũdus autorem suum ignoret, cum illum adeò dissimilibus vestibus indutum, tamq; humili atq; abiecto operi intẽdentem perspiciat. 28
Pro magna humilitate, & subiectione dixit 1. Reg.
illa prudentissima Abigail seruis Dauid: Ecce famula tua sit in ancillam, vt lauet pedes 25.
seruorum Domini mei. Nunc autem potentissimus Deus quasi mancipium seruorum suorum abluit pedes. Ecce (ait B. Augusti- Au. sup
nus) manus, quibus ęternus Pater omnia tra- hunc locum.
didit. *(Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus.)* Nunc hominum pedibus suppositas. Quasi res maximæ admirationis dicta est: Mulier qdã lunã sub pedibus habuisse. Maior excellentia, & magnitudo est hæc hominum, s. ipsum Deum sub pedibus hr̃e. Spõsa 29
dicebat: Leua eius sub capite meo, & dexte- Apo. 11.
ra illius amplexabitur me. Maior vtique excellẽtia, atq; magnitudo est hunc ipsum spõ- Cant. 2.
sum, vtrãq; manum piscatorum pedib. submittere. Admirabatur Dauid Deum sub ho- Psal. 8.
minum ptãte posuisse oues, & boues uniuersas, insuper, & pecora campi; omnia (inquit) subiecit sub pedibus eius. Maius autẽ est sub pedibus potentissimas illius manus habere, q omnia creauit: cæpit lauare. Hodie incipit & cras lauacro finẽ imponet, cũ dicit in cruce cõsummatum est. Hodie aqua, cras etiam sanguine lauabit. Hodie serui formam accepit, cras verò inter duos latrones suspensus, latronis speciem assumet, vt peccatores discant humiliari, atq; huius superbiæ, quæ omnia cõturbat, crucia nouerit abscondere.
Venit ergo ad Simonem Petrum. B. Augusti- August.
nus super hunc locum venerabilem Bedam secutus dicit, prius dominum ad B. Petrum tanquam ad caput, quod futurum erat Eccle- 30
siæ, uenisse, qui cum eum iuxta se perspiceret, præ miraculosi operis, quod uidebat, splendore animo cõturbatur, dixit ei: *Domine tu mihi lauas pedes?* Mihi (inquã) piscatori, & peccatori? *Quod ego facio, tu nescis modo,* Nunq̃d arbitraris me, quasi seruũ uellete quasi dñm Abluere? longe opinione falleris. Lauo, utiq; te, vt humilitatẽ peccatorũ purificatricem te doceam, quapropter non opor-

cet

tet te huic operi resistere. Nunquid tibi bonum esse uideretur, si uolenti fullonæ im-
Simile. mundum pannum abluere, diceret ille: Nequaquam me immundum pannum a te rationali creatura ablui patiar? Attende pāne (diceret illa) non te abluo eo ꝗ me nobiliorem q̄ tu esse ignorem, sed ut liquidem mihi seruiturus es, ablutus, & non obscænus mihi deseruias. Sic ego ò Petre non te abluo eo ꝗ qualis vterque nostrum sit, ignorem, sed ut
31 mihi mundus, & immaculatus deseruias. Recusanti adhuc B. Petro, dixit dñs: ***Si non lauero te, non habebis partem mecum.*** Pars illa est gloria, de qua Dauid: dominus pars hæredi-
Psal. 15. tatis meæ. Et, Qui unum ueniale peccatum habuerit, non ingredietur in illam quousq; ab eo purificetur. Quantum malum est peccatum, siquidem cuncti ciues cælestes non sufficient a domino impetrare, ut quandiu anima ueniali culpa fuerit maculata in cœlum domino fruitura conscendat, ꝗ nos magnopere deterrere deberet, ita ut non solum a lethalibus, sed a uenialibus etiam peccatis diligentissime caueremus.

32 Accedit postea clementissimus dominus ad pedes Iudæ. Eia infelix peccator conuertere. Attende Deum ad pedes tuos prostratum hoc a te postulare. O immensam Dei misericordiam? Reus utique ad confessarij pedes se prosternere consueuit. Hodie uerò ad rei pedes se confessarius proijcit, eunque cum pace, & uenia rogat. O filiæ Sion venite, & uidete rem hanc tam obstupendam. Huc vsque amoris beneficium peruenire potest. Ecce Deum ad pedes diaboli prostratum, quia unus ex uobis diabolus est. O peccator, qui nunc me audis, quoties tibi dominus pacem obtulit, & nunc etiam te ad ueniam inuitat. Caue fratres ne illam despicias, sicut hic infælix discipulus, ne cum eo perpetuis cruciatibus contorquendus in infernum descendans. Cum discipulis suis cænando, eorumque pedes
33 abluendo tanquam bonus Magister humilitatis, ac mansuetudinis lectionem Christus Redemptor noster erudiuit. Siquidem autem Magister est, & dominus (ac talis dominus) quando quidem se Magistrum esse demonstrauit, rationi consentaneum erat, ut & dominum munificentissimum se præberet. In tribus maxime rebus se quisquam magnificum esse dominum manifestat, potentia, scilicet misericordia, & magnificentia. Hæc autem omnia in sacrosancto Eucharistiæ Sacramento, quod illic instituit, Dominus demonstrauit. Dicit Sanctus Moyses. Date magnificentiam Deo nostro. Deu. 32
Adeo vsitata sunt in hac nostra tempestate magnificorum pronomina in Epistolarum superscriptionibus imponi, ut uix reperiatur homo quantumcunque uilis conditionis sit, qui in atramento & papyro non sit magnificus, quæ quidem nigra, & uana magnificentia est, nobis enim miserorum, & illiberalium nomen aptiùs competit. Nam ut dicit Aristoteles. Illiberalis & arctus quod consumit, cum tristitia & amaritudine con- 34
sumit. Et nos quicquid temporis, pecunia- Arist. 4.
rum, atque uerborum in Dei ministerio con Ethic.
sumimus, cum tanto mærore, & parcitate consumimus, ac si illud perderemus. Non ita est, cum omnia in mundi serui tute dispēdimus, quia illa cum maxima alacritate, & gaudio consumimus, & cum tam arcti, atque illiberales nos in Dei ministerio præbeamus, magnifici tamen uolumus appellari; Dicit igitur S. Moyses. Ne arripiatis ò mortales nomen, quod uobis non conuenit, sed date magnificentiam Deo nostro, illi enim uni competit. Veruntamen notandum uo- 35
bis est dilectissimi in nullo operū quæ Deus a mundi constitutione, quousque semetipsum hominibus tradidit, operatus est, se se adeo magnificum præbuisse. Vt enim dicit Aristoteles ubi supra, duo requiruntur ad magnificentiam, unum uidelicet, ex parte operis, alterum vero ex parte operātis. Ex parte operis, quòd sit maximi sumptus, ex par- Aristo.
te uero operantis, quod cum ipsius magnitudine conueniat. Si enim respectu unius ducis, eiusque copijs consideratis opus aliquod magnificentia dicitur, siq; Rex idem opus fecerit, non magnificentia quidem, sed liberalitas appellabitur, multum enim a regia magnitudine degenerat. Videamus nūc quidnam consumpserit Deus mundum, & omnia, quæ in eo sunt, efficiens; Nihil utique, neque ex domo sua quicquam dispendit. Nam Deus est infinitus, & si omnia eius 36
opera cum eius magnitudine conferantur, quasi nihil esse uidebuntur, & maiores sumptus facit Rex unum minutum largiendo, quam Deus uniuersum mundum creando. Nam Rex tot minuta posset erogare, ut nihil illi penitus remaneret, Deus autem postquam innumerabiles mundos creasset, tam diues sicut antea persisteret. Ergo sic, ut Rex non est appellandus magnificus, cum

unum


vnum minutum tribuerit, nec magnificentiā facit, sic etiā Deus & minus quidem, nec magnificentiā fecit, cū mundū construxerit iuxta doctrinam Aristotelis, licèt Deus magnificētissimus sit. Qñ aūt seipsum largitus est, tunc ꝓ̄m probitatem magnitudinemq; suam donum concessit, donū vtiq; infinitū, in quo magnificentiā suā oñdit, sicut in sacratissima incarnatione, atq; in admirabili huius diuini Sacri institutione, in qua infi-
37 nitā magnificētiā, infinitā mīam, infinitam deniq; potentiam demonstrauit. O benedictus & glorificatus sit talis Deus, qui tantopere nos uoluit honestare, ac magnificare.

Sciēs quia omnia dedit ei Pater in manus. Et in eius discessu omnia in manib. nostris collocauit, dicens. Accipite, & manducate. Hoc est corpus meum. Hucusque dicebat
Ps. 118. Dauid, quasi rem maximam: Aīa mea in manibus meis semper. Nunc autem possumus dicere: Deus in manibus meis, Deus in ore meo, Deus in pectore meo. O fœlices nos, si tanto beneficio debitas gratiarum actiones referre nouerimus. Tam ineffabile est hoc
38 beneficium, ut intelligens Christus R. N. fieri non posse, quod homines tanto beneficio satis dignas gratias agerent nec Deum, sicut oportebat, propter illud collaudare, idcirco hic ipse diuinus Dominus, qui hoc in nos beneficium conferebat quatenus hō pro illo æterno Patri gratias egit, & sic quo tpe diuinum hoc Sacramentū instituit eleuatis oculis in cęlum, gratias egit, quia tale remedium humanæ fragilitati uoluit adhiberi. Atq; in hoc ēt nos Dñs docuit, ne diuinam Maiestatem laudare cessemus, pro tam singulari, ac
Psal. 41. supremo beneficio. In uoce exultationis, & confessionis sonus epulantis dixit Dauid. Nihil aliud ex ore diuinum hunc cibum comędentis, nisi uocem exultationis, lętitię & lau-
Exo. 16 di oportet audiri. Videntes filij Israel, dixerunt: Manhu, nonnulli tenent illos hoc per
39 contemptum dixisse, quasi dicerent. Quid? hoc ne est magnum donum, quod nobis ꝓmiserat Dñs? (Etenim ingrati oīa comminuunt.) Pretiosum quid nobis ab eo dandū esse credebamus, uidete aūt quid nobis tribuit. Alij uerò, & melius dīt illos hoc præadmiratione dixisse, & ita sequitur in textu, nesciebant.n. quid esset, & quia quo noīe illud appellarent, ignorabant, donum uocauerunt, quia Man in Hebræo donum significat, & Hu, i. hoc quasi dicerēt: Hoc est verè magnum, & insigne donum Dei. Esse autē hunc legitimum huius uerbi sensum patet, inferius.n. dicit: Appellauitq; domus Israel nomen eius Man, i. donum, ex quo apparet illos cognouisse Manna illud celeste donū esse Dei, quod eis liberalitate sibi indignis donabatur, & sic confessi sunt. Sic igitur uniuersa Dei dona nos oportet accipere, oīa.n. beneficia absque meritis nostris in nos Dñs confert: Super oīa verò ei gratias agere debemus, pro eo quod ꝑ nos se hoīem fecerit, & pro nobis mortuus fuerit, se seque in 40
aīarum nostrarum remedium tam magnifice nobis in cibum tradiderit, & cum admiratione, ac iubilatione oportet nos dicere: Manhu, ò quam maximum donum est hoc benedictus, & glorificatus sit, qui nobis tale cōcedit. Vt autem quātum in uos beneficiū 3. Re. 2.
conferatur, cum ad hanc sacrosanctam mēsam sedere iubeamini, uobis apertius innotescat, exēplum hoc adnotate. Inter vltima verba, & præcepta, quæ Dauid moriens filio suo Salomoni proposuit, fuit vnū, & nimis principale quod filios Berzalai semper ad mensam suā facere considere. Filijs (inquit) Berzelai reddes gratiam, eruntq; comedentes in mensa tua, occurrerunt.n. mihi, quan- 41
do fugiebam à facie Absalonis fratris tui; quasi diceret, cùm ferè uniuersus populus Israel Absalonem sequens me destituit, tūc iste fidelem se se mihi amicū præstitit. Nescio utique, vtrum in hac re potius admiremur, an fidelitatem Berzelai, qui eo tpe cum tanto uitæ suæ discrimine Dauidis partes secutus est (si.n. Absalon uictor existeret, sicuti circumspectissimus quisque poterat suspicari, quid de Berzelai fieret) an de optimi regis gratitudine, qui non contentus est quam diu uixit maxima in hos beneficia conferre, sed cum iam propè obitum esset, animāque (ut aiunt) in faucibus haberet, cum vix hoīes sui ipsorum meminisse consuescunt, 42
diligenter Salomoni commendat, ut eos ad mensam suam collocet, quæ quidem mensa talis erat, ut illam inter cætera Regina Sabba, magnopere fuerit admirata. Quam maximi æstimarent hi, dicite mihi, quāmque fœlicissimam ducerent parentis sui fidelitatem erga Dauid, siquidem ex illa tantum sibi honoris, atq; utilitatis euenerat. Ex quo conijcere poteritis, q̄ fœlices, atq. beatas iudicabunt sancti in cœlo lachrymas, quas in hoc seculo in peccatorum remissionem effuderunt, laboresque quos propter Dominum pertulerunt, propter quos tanta nunc glo-

ria perfruuntur. Attamen ad propositum re
deuntes dicimus, sicut liberis Berzelai pro-
pter parentis merita singulare illud atque
magnificum beneficium factum fuit, sic æ-
ternum Patrem propter merita Saluatoris
Esa.9. nostri Iesu Christi (qui apud Esaiam futuri
seculi Pater appellatur) hoc in nos tantum,
43 tanque excelsum beneficium absque nostris
meritis cõtulisse, videlicet, vt in hoc exilio
ad diuinæ Maiestatis suæ mensam sacratissi
mam sedeamus. Oportet autẽ nos aīaduer-
tere quæ dicit B. Paulus, de hoc diuino cibo
1.Co.11 loquens; Probet autem seipsum homo, &
sic de pane illo edat, qui enim manducat in-
digne iudicium sibi manducat. Maximam
affert admirationem considerare, quanta
cum reuerẽtia, & puritate præcipiebat Deus
vt uasa, & reliqua omnia supellectilia tem
pli tangerentur. Quæ quidem umbra erant,
atque figura huius altissimi mysterij. Præ-
Exo.30. cepis Deus, ut quotiescunque Aaron sum-
mus sacerdos, eiusque liberi in taberculum
fœderis essent ingressuri, manus, pedesque
abluerent, ne forte morerentur. Et alibi.
Leu.22. Omnis homo, qui accesserit de stirpe ue-
stra, ad ea quæ consecrata sunt, & quæ obtu-
44 lerunt filij Israel domino, in quo est immũ-
ditia, peribit coram Domino. Et Sacerdos
1.Re.21 Abimelech noluit sacrum panem Dauidi,
& seruis eius concedere, quousque illos mun
dos esse maxime a mulieribus, certò cogno
uit, quod summopere notandum est, circa
Hie.sup quod Beatus Hieronymus; Si panes propo
Math. sitionis ab his, qui uxores tetigerunt, come-
di non poterant, quanto magis panis, qui
de cœlo descendit, non potest ab his, qui
coniugalibus paulò antea uacauere imple-
xibus, uiolari, atque contingi? non quod
nuptias condemnemus, sed quod eo tem-
pore, quo ad tremendum Domini corpus
accessuri sumus, uacare carnalibus operibus
non debemus. Hoc tamen dictum Beati
Hieronymi secundum congruitatem, non
secundum necessitatem oportet intelligi.
Vnde verum talis diuinum Eucharistiæ Sa-
45 cramentum debeat accipere, nec ne, sub iu-
dicio est relinquẽdum, sic tenet B. Thomas.
S.Th.3. Quæ cum ita sint fratres charissimi, sic ad
p. q. 80. hanc sacrosanctam mensam curemus acce-
art.7. ad dere, ut tantum bonum pro culpa nostra,
secũdũ. non nobis in malum conuertatur, sed nobis
medicina, uita, atque gratia sit, qua cælestis
gloria comparatur. Amen.

Sermo in Passione Domini.

Hoc enim sentite in uobis, quod & in Christo Iesu. Ad Philip.2.



AM sublimibus mysterijs 1
censendis, sicut hæc, de qui-
bus in præsentiarum nobis
agendum est, Angelorum
linguis, inflammatissimo-
rumq; Seraphim amore, ac spiritu opus es-
set. Nam dolores Christi Redemptoris no-
stri, sanctissimæq; Passionis, & mortis ip-
sius mysteria gustatu quidem aptiora sunt,
quam dictu. Te igitur o Christe flagellis cę
se inuoco, ac suppliciter exoro, ut in ijs, quæ
dicturus sum, linguam meam dirigas, corq;
meum, atq; omnium circunstantiũ tenerum
reddas, ut hæc omnia sicut oportet, persen-
tire ualeamus. Vosque ò Catholica corda,
huius diuini dñi nomine adiuro, ut eadem,
sicut in his verbis Beatus Apostolus uos ad-
monet, sentiatis. Si Dauid imperauit, ut fœ-
minæ Israel lamentari discerent, ad Saulis, 2.Re.1.
& Ionathæ obitum deplorandum, & ipse
collachrymans dicebat: Saul, & Ionathas a- 2
mabiles, & decori ualdè in uita sua, in mor-
te quoque non sunt diuisi, quanto magis ra
tio postulat, ut deploremus, & deplorare a-
lios doceamus mortem sanctissimi Iesu, &
ineffabilem dolorem sanctissimæ genitricis
eius, multo quidem amabiliorem, atq; pul-
chriorem Saule, & Ionatha in uita sua, & in
omnium seculorum temporibus, qui nec in
ipsius morte separati sunt, sed iuxta cru-
cem, cui sacratissimus filius pendebat affi-
xus, stabat dolorosa mater, sicut dicit Bea-
tus Ioannes; Stabat iuxta crucem Iesu ma-
ter eius. Quemadmodum membra illuc oc- Ioã.19.
currere consuescunt, ubi præcipuus corporis
dolor uiget. Sicuti, si vobis stomachus do- Simile.
let, ibi manus apponitis, & super illum re-
cumbitis, si dentibus laboratis, statim caput
deflectitis, & manus illis imponitis, quia il- 3
lic totus dolor assistit, sic etiam uirga mœstis
sima cruci adhæsit, quia illic totus ipsius do
lor aderat. Illic erat plaga, quæ eius uisce-
ra vulnerabat, atque idcirco illinc non rece
debat. Quòd si multitudo filior in Israel
planxit obitum Aaron, qui obijt in mon- Nu.20.
te Hor, planctusque illorum integ[illegible] men
sem durauit, quanto magis nos Christum [illegible]

uerum ac summũ totius mũdi Sacerdotem oportet lamentari, qui in monte Caluariæ mortuus est? Aaron mortuus est, ne in terrã promissionis ingrederetur; Christus autem reparator noster obijt, ut nos in uerã m pro missionis terrã, quæ est cælestis gloria, itroiremus. Si igitur obitus Aarõ trigĩta dies de
August. ploratus est, nonne huius summi Sacerdotis
tum. 10. mortẽ toto uitæ nostræ tempore debemus la
193. B. mentari? Quod, sicut B. Augustinus exagge
4 rat, maximi meriti est oblatio. Quamobrẽ sicut in alijs concionibus ad benedicẽdum atque ad bene operandum gratiam postulamus: sic hodie ad bene dicendũ, bene operãdum, bene sentiendum, ac denique bene deplorandum illam debemus exposcere. Confidenter sperare possumus sacratissimam uirginem Mariam Dominam nostram auxilium, gratiamque nobis impetraturam esse ut quod ipsa persentit, nos quoque aliquo
Thre. 3. modo sentiamus. De qua uerba illa Hieremiæ merito dicere possumus: Magna est uelut mare contritio tua, quis medebitur tibi? Tantum excedit dolor tuus o uirgo purissi-
5 ma cęteros omnes dolores, quãtum mare cęteris fluminibus antecellit. Et quemadmo-
Simile. dum in mari nulla est gutta aquæ, quę non sit salsa, & amara; sic nihil erat in corde sanctissimę uirginis, quod eam non affligeret. Et sicut in mari unus fluctus alterum sequitur & omnes in littore confriguntur, sic etiã in huius tristissimę genitricis corde altera pęna, & dolor, alterum sequebatur, & cuncti in uirginalibus ipsius uisceribus frangebantur. Quis medebitur tibi, siquidem medicus qui dolori cordium medebatur, hodie inter duos latrones moritur, crucifixus? Tãto dolore, atque afflictione pretiosissima hæc uirgo affecta est, cum quia delicatissima, & maximè compassiua erat, & si canem in via dolores ppeti cerneret, illum miseraretur, quanto magis filiũ suũ, & talẽ filium tot labores patientẽ pspiciens: tum ẽt, qa semper domi
6 inclusa morabatur: nec quenq̃ ullo unq̃ tempore vapulare, crucifigi, aut cõtorqueri pspexerat, & primus quẽ in vita sua tormẽta perpeti uidit, fuit dulcissimus, atque amantissimus ipsius fili⁹: atq. ideò in hęc clementissima eius uiscera crudelius trãsfigebant. Siquidem igitur innumeros hos dolores tãtoperè sẽsit, illã suppliciter exoremus ut ab amãtissimo filio suo nobis gratiã cõsequatur, quò ad ipsius imitationẽ aliq̃d nos ẽt sentiamus: dicentes singuli deuotissimè, Aue Maria.

Hoc enim sentite in nobis. Sicut pretiosissima diuini Saluatoris nr̃i Passio, est una ex mirabilioribus rebus, quas Deus pro nobis in hoc seculo fecit, ut faciet, sic est res maioris doloris, atq. tristitię, quã omnes, quę sunt fuerũt, & futuræ sunt. Et hinc est, ꝙ qñ De⁹ illã Prophetis reuelabat et precipiebat, ut po
pulis predicarẽt: Alter dicebat. Lingua mea Ps. 21.
adhęsit faucibus meis. Alter dicebat domi- Esai. 57.
ne quis credidit auditui nr̃o? Alter uerò di Haba. 3
cebat. Audiui auditionẽ tuã, & timui. Alter 7
miserũ hoc & lamentabile tps in spiritu cõtemplans, dicebat: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontẽ lachrymarum, & plorabo die ac nocte. Ideò decreuit diui-
na Prouidentia, ut in dolorosa Redẽptoris Hier. 9.
mundi morte, insensibiles ẽt creaturę sensationem facerent, lapidesque adinuicem confringerentur, ut significaret eos, qui talem mortem non sentiunt, atq. dolent, lapidibus
ipsis insensibiliores esse. S. Propheta Zacha- Zac. 12.
rias sacratissimum hoc mysterium referens, dicit; In illa die quęram conterere oẽs gẽtes,
quæ ueniunt contra Hierusalem, & effun- 8
dam super domum Dauid, & super habitatores Hierusalem spiritum gratiæ, & precum, & aspicient ad me, quem confixerunt & plangent eum planctu quasi super unigenitum, & dolebunt super eum, ut dolori solet in morte primogeniti. In die illa magnus erit planctus in Hierusalem, sicut planctus Adradem mon in campo Mageddon: & planget terra familiæ, & familiæ seorsum, & mulieres eorum seorsum. B. Ioannes de
clarauit hanc prophetiam de Christo Redẽ Io. 19.
ptore nr̃o intelligi. Nam cum omnia mysteria sanctissimæ passionis Dñi retulisset, & quomodo in cruce expirauit, sacratissimoque eius lateri lancea uulnus fuit inflictum, addidit, dicens. Facta sunt hæc, ut Scriptura impleretur: uidebunt in quem transfixerunt, quę est hęc quam modo retulimus. Quapropter per gentes quas sanctus Propheta dicit, in die illa a dño fuisse contri-
tas, diaboli significantur. Et in ipsa die sup 9
Ecclesiam suam, quæ per domum Dauid, & habitatores Hierusalem significatur, sacratissimum sanguinem suum effudit, qui est spiritus gratiæ, & precum: quia in uirtute huius pretiosi sanguinis meritum consequuntur preces nostræ, & per eum gratiam comparamus. Et dicit in hac die illos, qui eum crucifixum perspexerint, esse plancturos. Non solum autem, qui tunc eum cor-

poralib. oculis uiderunt, uerum & nos etiã q; ipsum fidei oculis spiritualiq. cognitione pspicimus, quasi super unigenitum plãctum maximum edere debemus. Vt autem S. Propheta rem amplius exaggeraret, addidit, sicut planctus Adrademmõ in cãpo Mageddon. Vnus ex pcipuis, & nimium celebratis planctibus qui fuerunt apud Hebræos, fuit
2. Paral. 35. hic, & factus est ꝓ rege Iosia ut patet in Paralipomenõ, ubi dr: uniuersus Iuda, & Hierusalem luxerunt eum, cuius oẽs cantores, atq. cantatrices usq. in pñtem diem lamentationes sup Iosiam replicant. Dicitq. supremum hunc defunctum omnes familias, & mulieres a uiris segregatas esse plancturas. Aduertite q̃ singularem admonitionem nobis hic S. Propheta pbet. Nunc. n. rõni consentaneum est uiros ab uxorib. segregari, ut melius ualeant lamentari. Et siqdem segregari nequitis: facite q̃ dicit B. Aug. qñ Chri-
August. stianus solus esse nõ põt, ut sanctissimã dñi
Gen. 40. passionem lamentet, cogitet se solum esse, nec rem tam dignam fletu corã aliis deplorare erubescat. Patriarcha Iacob in lectulo suo liberis suis circunstantib. eiq. ministrantib. obiit, & aromatib. unctum eius cadauer ductum fuit a filiis eius, ut in sepulchro patrum suorum sepeliret. Vbi celebrantes exequias planctu magno atq. uehementi impleuerunt septem dies. Vnde locus ille uocatus est: Planctus Aegypti. O fratres charissimi hodie moritur maximus Iacob Iesus Christus, non senex qdem, neq. annorum plen⁹, sed in florẽtiori ætatis suæ tpe: uidelicet tricesimum tertium annum peragens, non in lectulo quidem filiis circumseptus, sed ĩ cruce, inter duos latrones, non consolatus quidem, sed blasphematus, uariisq. cõtumeliis affectus. O afflictissime Iesu quomodo põt te non flere Aegyptus? quomodo fieri põt q̃ cum te tot laborib. atq. tormentis cruciatum contemplemur, uiscera nr̃a non abscindant, teq; nõ tm̃ septem dies, sed toto etiam uitæ nr̃æ tpe lamentemur, o quam merito quæritur Deus de illorum inhumanitate, q
Esai. 57. hoc non sentiunt, per Esaiam prophetam dicens: iustus perit, & non est qui recogitet in corde suo. Iustus per Antonomasiam est
Esai. 58. Christus. Sic eum uocat æternus pater per Esaiam dicens: prope est iustus meus. Cumque hic iustus iustorum moriatur, non est q eum in corde recogitet, idest, q eum iterum atque iterum, sicut oportet aĩo contemple-
Exo. 12. tur. Sicut oportet ẽinquam, ad quod sciendum est, præceptum fuit a Deo, ut ita agnus frangeretur, ut per iuncturas scinderetur, & qui eum diuideret, nullum illius os infringeret. Videamus nunc: ecquid significabat iũcturas agni tenere? significabat, nos oportere scire sanctissimam dñi passionem contemplari, & quia hæc est doctrina notatu dignissima, animaduertite sacratissimam hãc passionem tripliciter considerari posse. Primo eius effectus considerando, qui fuerunt mundi redemptio, & nos cum æterno patre recõciliari. Secundo maximam Christi Redemptoris nostri innocentiam, tormentorumque, q̃ passus est rigorem recogitando. Tertio tandem & ultimo causam, quare hæc omnia passus est, contemplando, q quidem fuerunt peccata nr̃a. Quantum ad primum, Luc. 15.
eius passione possumus gaudere, sicut ipse dixit, congratulamini mihi, quia inueni ouem, q̃ perierat. Quantum ad secundum. s. ad innocentiam naturale est homini perspicienti innocentem uirum tam crudelia tormenta patientem contristari, eiq; compati. Quantum ad tertium, q̃ sunt peccata nr̃a, iam uidetis quantopere plorare teneamur, eo quod peccata nr̃a sanctissimæ ipsius mortis causa fuerint. Nonnulli etenim bñdictam hanc passionem nimis superficialiter contemplant. Quando pdicatur quomodo dñs uinctus, flagellatus, spinisq. coronatus est, illi compatientes plorant, sicut compaterent, si quemcunque iustum, atque innocentem mori perspicerent, neque ulterius progrediuntur: & hoc est agni iuncturas non tenere, sicut ait Lactantius Firmianus ad hoc Lactan.
ꝓpositum: Non. n. (inquit) Gabianam crucem describimus, hominem Romanorum lib. 4. de
actum in cruce Gabianus nobilis uir Ro- diui. insti. c. 18.
manus innocens cruci affixus est. Nõ sic tm̃ dñi passionem uos sentire oportet, ulterius consideratione progrediendum est. Cõtemplari etenim debetis illam esse animæ uestræ medicinam, atq. salutem, amoremque, q̃ho dominus illam passus est cogitare debetis, & uos peccatis uestris illius mortis causam fuisse. Et sic illam deplorantes peccata etiã uestra plorare, illiusq. Dñi, qui ꝓ uobis talia passus est inflammantissimo amore debetis accendi. Ideo ipse dixit plorantibus Luc. 23.
mulieribus. Filiæ Hierusalem nolite flere super me, sed super uos ipsas flete. Flete (ait) me, sed ulterius pertransite, & uos ipsas in me flete. Et hoc erit agni iuncturas tenere: ut exinde grati, cõtriti maneatis, diuinamq.

quidem in alijs hominibus non reperitur. Et
omnes eius uiæ, desideria, cogitationes, & a-
ctiones rectitudine plenæ fuerunt. De hoc i-
gitur diuino hoīe uideṫ intelligi hęc uerba. Et
exclāmat sapiens admirans amaritudinem
q̃ percepit Dñs recordãs se esse moriturum.
Reus morte damnatus toties moritur, quo
ties re moriturum esse recordaẗ. Et sic quem
gladius semel interficit, mortis recordatio
sæpius occidit. Cumque benedictissima illa
22 aīa, ab instanti creationis suæ crudelissimā il
lam mortem sibi pferendā esse cognorit in
numerabiles mortes in imaginatione pas-
sus est. O incomprehensibile tot amaritudi-
num, atque tristitiarum pelagus, & hæc oīa
pp nos. De munitissima quadam urbe Aegy
pti dixit Ezechiel, quasi parturiens dolebit
Ezec.30. Pellusiū. Quę uerba huic afflictissimo dño
aptius quadrare uidenẗ. Nā Pellusium idem
est, q rubus eius aūt sacratissima humanitas
fuit rubus, quo dæmones, atq; Iudęi compun
cti sunt. Ad rubum cōfugiunt aues, & in eo
serpentes. atq; lacerti delitescunt Sic in Chri
sto Saluatore nostro iusti ac peccatores sub
sidium inueniunt, & hoc Pellusiū acerbissi-
mos parturientis pertulit dolores ab instan-
23 ti creationis suæ, usque ad tempus, quo nos
in cruce parturiuit. Aīaduertite fratres quan-
tum huic cælesti Redemptori debeatis. Tu
uerò ô infœlix peccator ne unā quidem ho-
ram cōtristari nosti, eo quod creatorem tuū
toties offenderis, quomodo igitur contritio
nem habebis propter alia peccata, quæ pro-
ximi tui in toto orbe committunt.

Hoc enim sentite in uobis. Quod ut aptius
sentiatis, considerate q̃m peracta illa myste
riosa cœna abijt optimus Iesus cum discipu
lis suis in hortum Gethsemani. O dulcissi-
me, & secunde Adā q̃ dispositam defers mun
di redēptionem ſm casus eius inordinatio-
nē. In horto infirmatus est orbis, & in horto
Ma.26. incipis ei remedium adhibere, ut ubi cōmis-
Ma.14. sa est culpa, ibi incipiat solui & pœna, atque
24 ubi Adam se deuinxit, ibi tuis passionibus il
lum incipias dissoluere. Ad hortum igiẗ pue
niens incōparabili mœrore a suis S. Aposto
lis recessit. Recessit autē q̃tum iactus est lapi-
dis, ut significaret, quandiu in hoc sæculo
cōmoramur, nunquam se a nobis tantum re
cedere pp peccata nostra, quin eum, si uolu-
mus pœnitentia nostra bonisque operibus
consequi ualeamus, quæ quidem bona opera
quasi lapides ad eius cor peruenient, illud-
que percutient, atque ex compassionis eius
vulnere, mīam, & ueniam elicient. Conside-
rate dilectissimi fratres quanta cum tristitia
ab Apostolicis illis uiris recessit atque humi
proiectus est. Voluit utique terrā amplecti,
ut inter se, & illam pacem componeret. Male
dixerat illi, nunc aūt eam amplectitur, atque
osculatur, ut intelligamus eum cum amore
ab ea discedere. Qñ amicus ab altero profici
sciẗ, sese inuicem amplexari cōsuescunt. Tri
ginta tres anni erant, ex quo amicitiam cum
terra, inierat, nunc autē illā amplexatur, & ul
timum uale ei dici, quasi si dicens ei, uale o 25
terra, iam etenim moriturus a te discedo, ne
que enim in te, sed in aere mori uolo, aerem,
enim uocant diuinæ literæ communem, nā Sap.7.
licet de terra possunt dicere domini, hæc est
mea terra, & hæc est mea, de aere tamen nul-
lus potest dicere, hic est meus, & ille meus
aer, omnibus enim est communis.

Vt igitur diuinus hic Dñs significaret q̃
cōmunis futura erat sacratissima eius mors,
& merita noluit in terra, sed in communi ae
re mortem subire, & procidit in faciens suā.
Sicut filius prodigus coram patre suo se pro Luc.22.
strauit, sic etiam clemētissimus hic Dñs pro
sceleribus nostris mīam petiturus in faciem
suam procidit. Et sic humi iacens dicebat:
Pater mi, si possibile est, &c. O quam dulcissi- 26
mum, atq; suauissimū uerbum. O pater mi,
semper te patrem appellaui, & hæc fuit cau-
sa, ob quam homines ad me occidendum ar
dentius concitati sunt, Ego autē non ideo ue
ritatem silebo. Cōtemplamini fratres humi
litatem, qua exorabat, humi. s. consternatus
nec uerò absolute præcabatur, sed sub condi
tione dicens, ueruntamē non sicut ego uolo,
sed sicut tu uis Discite hinc fratres reueren-
ter, humiliter, & sub conditione Dominum Heb.5.
exortare dicentes: Domine si hoc tibi placet,
sin minus fiat in omnibus uoluntas tua.
Quod si quis dicat: Beatus Paulus dixit de
hoc superno Redemptore. exauditus est pro
sua reuerentiam (quod ibi non intelligitur
passiuè id est, quod dignus erat reuerentiam
licet omni reuerentiam dignus esset, sed a- 27
ctiue, hoc est quia Deum nimis reuerebatur
omnemque famulatum, & adorationem pa-
tri præstabat) si pro sua reuerentia exaudi
tus est quomodo non abstulit ab eo æter-
nus pater hunc calicem, quem Dominus si-
bi auferri precabatur? Ad hanc quæstionem Tho.3.
eleganter respondet Diuus Thomas, in illa p.q.21.
oratione animam Christi Redemptoris no ar.1.
stri nihil petijsse, sed sensualitatem hæc de

quam verbera, spinæ, claui, ac denique lancea foramē aperiāt ꝑ oēs sacrosancti corporis partes erūpis, vt terrā irriges, & sic dicit sacratus textus: *Factor est sudor eius tanquā guttæ sanguinis decurrentis.* Nota illū nō dicere destillantis, sed decurrētis, ad significandam abundantiā, qua exibat. De filio ꝓdigo dicit B. Lucas, ꝙ dissipauit substantiā suam cū meretricibus. O meretrices, o aīę, q̄ Deo
Mat. 17. ꝑfide fuistis, ecce filium prodigum vniuersū sanguinē & substantiā sua ꝓ vobis dissipan
34 tē, o deuota Magdalena vbi nūc cū tuis pretiosis aromatibus cōmoraris? cur in tāta necessitate, atq; angustia cęlorum dn̄o linteum non affers? & tu o sanctę Ecclesię caput gloriose Petre, q perspiciens dn̄m tuū, atq; diui
Luc. 15. num Magistrū in monte Tabor splendenti transfiguratū dixisti: bonū est nos hic esse, accede, videamus, qd nūc dicas; cū eum mæstissimo vultu sanguineq; perfusum uideris. O virgo clementissima misericordię mater, quę sæpenumero tuis sanctissimis manibus sacratissimi ipsius vultus sudorem abstersisti, cū ex diuinæ prædicationis suæ discursibus calore fatigatus accederet: quare
Can. 3. nunc non venis, vt ei in hoc terribili agone
35 succurras? Nunqd tu o dn̄a non dicebas ueniat dilectus meus in hortum suū ut comedat fructum pomorū suorū? o si tu nūc o virgo singularis in hortum venires, q̄ta tristitia cor tuum transfigeretur, cum dilectū tuum tanta afflictione cerneres constitutū, speciosissimū eius vultū mærore dimissum, splendidissimos eius oculos in terrā deiectos, lachrymisq; perfusos, venustum ipsius colorē permutatū, o fratres mei ne cum Apostolis dormiatis, sed cū mœstissimo, atq; afflictissimo Iesu peruigilate, riuulos sanguinis ex pretiosissimo eius corpore defluentes considerate, illos in cordiū uestrorū uasis colligere curate, siqdē ꝓ redemptione vestra tā liberaliter effunditur. O quā marmoreum est cor, ꝙ hoc diuino sanguine non mollesit: o
36 q̄ lethalis est morbus, q tā efficaci vnguēto non sanatur. Satis ad literam nunc adimple
Eze. 24. tur, ꝙ dictū est per Ezechielem, Multo labore sudatum est, non exiuit ab ea nimia rubigo eius. Siquidem cū tanta abundantia sanguineorum sudorū Dei ablui possent, pluri
Exo. 26. mi peccatis suis remanēt obscœni. Præcipiebat Deus, ut cortinæ tabernaculi essent purpureæ bis tinctæ. Sic etiam diuinitatis cortinæ hoc est sacratissima illa membra bis tinctę sanguine fuerunt. Primò in horto quando sanguineū hunc sudorē immisit: postremo cum in domo Pilati innumerum illud verberum diluuium recepit. Facta oratione in vultu suo sāguis a discipulis cerneretur; manica, seu pallij extremitate faciē abstersit, neq; .n. aliud linteum habebat. O animę deuotæ ad Deum accedite, eique desideria, & uiscera vestra præbete, quę ei sint quasi linteamina, quibus sudores suos abstergat. 37

Hoc enim sentite in nobis qd & in Christo Iesu. Sentite ēt qūo in horto tanquā latro fuit apprehensus, & collo aligatus. O spūs, & respiraculum animarum nostrarum, nisi tu respiraueris nos suffocabimur. O q̄ merito possumus hic dicere spiritus oris nostri. Thre. 4.
Christus dn̄s captus est in peccatis nostris: cui diximus: in vmbra tua viuemus in gētibus, o beatū illum, qui pp eum se deuincit, sensusque & potentias suas sub eius obediētia redigit. Sicuti admonet B. Paulus dicens 2. Co. 10
in captiuitatem redigentes oēm intellectū. Sentire qūo vinctus ad quatuor tribunalia deductus est, quorum duo erant Ecclesiastica: in quo debitum ordinem seruarunt maiorem, uidelicet, Ecclesiastico brachio quā seculari honorem præstantēs, sicut fieri oportet. Nunc autem non ita fit, etsi nos meliores illi esse iactamus. Magnam enim secu 38
laribus paruam autem, aut nullam Ecclesiasticis potestatibus reuerentiam exhibetis. Omnia commutato ordine perturbantur. Bonum est sæculares prelatos honorari: prius autem hic honor Ecclesiasticis debetur. In prima domo, ad quam ductus est innocentissimus Agnus quę erat Annæ, dicit Beatus Ioannes, quod vnus ministrorum dedit alapam Iesu dicens, sic respondes pontifi Ioan. 18
ci? o anima sancta de fine percutientis crudelitatem considerare & contemplare faciē illam rubicundam ictu, quanta cum modestia, & mansuetudine remansit, ipseque ad aliam maxillam ostendēd um, paratissimus, si impius, ac sacrilegus homo postularet. 39
Vix alapa inflicta fuit, cum ex boni Iesu oculis lachrymæ proruperunt. Os eius sanguine perfusum est, dentesque delicatissimi contremuerunt, o infælicem manum, quæ tam impieta faciem percussit antequam cęlum prostratus, & ante cuius maiestatem vniuersa natura obstupescit, o maledicte minister, quomodo sanctissimi eius vultus modestia, & grauitas te non cohibuit, quo minus tantam ei inferres iniuriam? Attendite quomodo locutus est mansuetissimus


debant. Et quamuis defatigabantur, nõ tamẽ
cessabant illum percutere crudelissima illi
Psal. 34. uerbera infligentes, simulque plurimis eum
iniurijs afficientes. Sicut & ipse Dauid præ-
dixerat; congregata sunt super me flagella,
& ignoraui, idest, absq; culpa mea. Dissipati
sunt, nec compuncti. Fatigati (inquit) verbe
rando me, nec pœnitentes tentauerunt me,
subsannauerunt me subsannatione, frenduе
46 runt super me dentibus suis. Qui proprius
depingi poterat modus, quo infernales illi
ministri cœlestẽ sponsũ flagellarũt? sentite
etiam quomodo milites plectentes coronã
de spinis imposuerunt capite eius. O spinea
corona, quæ Angelorum, totiusq; Ecclesiæ
caput affligis. O galere filij Dei, qui nõ vm-
bram quidẽ facis, sed sanguinẽ effundis. O
pontificalis tiara summi sacerdotis mundis,
non gemmis quidem adornata, sed ex acutis-
simis spinis confecta, quæ sanctum Redem-
ptoris mei cerebrũ cõpungunt. O crudeles
spinæ per Deum, qui vos creauit, vos adiuro,
vt sanctissimũ istud caput affligere cessetis,
& in hæc peccatoris viscera ingrediamini.
47 O dulcissime dñe tuam diuinã clementiam
suppliciter exoro, ut sanctam coronã tuam
mihi concedas, quæ sit mihi quasi ceruical.
O mi charissime Iesu spinis circundate, qđ
Domine largiter erogabis, si es spinarum
auarus? Desine me Domine ad istius rubeti
vmbram requiescere, nisi enim spinarum,
quæ sunt in sublimi particeps effectus fuero,
saltem partem aliquã sanguinis defluẽtis in
terram recipiam. O fœlicem aĩam, quæ inter
has spinas nidum vouit efficere, vt tanquam
auis in diuini Redemptoris sui capite requie
scat. In spina horti omnes aues sedebant: di-
Baruc. 6 xit Baruch Propheta. Notandum est S. Pro-
phetam non bestias quidem, sed aues, per
quas iusti significantur, in rubeto sedere, &
nidificare perspexisse: nec vero illas in amœ-
nis arboribus, sed in siccis spinis uidisse. Nõ
48 enim voluptatibus, sed asperitatibus, & spi-
nis, quas Dominus tanquam diadema in ca-
pite habuit, iusti delectantur.

Sentite etiam quomodo scelestissimus
Pilatus sanctissimum Agnum in publicum
pferri iussit, vt ab vniuerso populo cernere-
tur, arbitrans cũ Iudæi ita crudeliter, atq; in
humaniter illũ tractatum uiderent eorum
furorem esse placandum, & ostendens eum
illis dixit; *Ecce Homo*. O quã merito dicere
posses, si mysterium intelligeres: Ecce agnus
Dei: Ecce qui tollit peccata mundi. Eia ani-
mæ deuotæ egredimini, & videte regem ue-
strum Salomonem in diademate, quo coro Cant. 5.
nauit eam mater sua in die lætitia cordis il-
lius. O ineffabilem Dei pietatem, qui diem
in quo tot opprobria & ignominias pro ho-
minum salute tolerauit, diem lætitiæ cordis
sui appellat. Crudeles autem atque fageli-
ci Hebræi non iõ saturati sunt; sed vnanimi
ter cõclamantes; ardentiorīq; furore sæuien
tes dicebant. *Tolle tolle crucifige eum*. Vbi
considerare potestis omnes modos, quos
Pilatus ad dominum à morte liberandum 49
exquisiuit, in maiorem ignominiam, atque
vituperium ipsius Domini, fuisse conuer-
sos. Mittit eum ad Herodem arbitrans se il-
lum posse liberare: illic autem Herodes, e-
iusque serui illuserũt eum. Putauit se illum
excusaturum proponẽs illi Barabbam: illi
autem Barabbam dimitti, bonum autem Ie-
sum crucifigi postularunt. Quid sentiret do-
minus cum talem pateretur ignominiam:
videns latronem, atque homicidam sibi à Iu-
dæis fuisse præpositum, seque turpissimo il-
lo, atque flagitiosissimo homine iniquiorẽ
fuisse iudicatum? Illum flagellari iussit, exi
stimans illos fore contentos, illi verò magis
indignati sunt: In eorum conspectum illum
protulit sibi persuadens tam miserabili spe- 50
ctaculo ipsorum corda esse confringenda. Il-
li autem denuò proclamare cœperunt dicen-
tes: *Crucifige, crucifige*. Si hunc dimittis, non
es amicus Cæsaris. Et sæcularis timor male
adictum iudicem excæcauit, ut aduersus in-
nocentissimum Iesum: sententiam ferret.
Et abluens manus suas dixit: *Innocens ego
sum a sanguine iusti huius*. O infœlix iudex,
in quot cæcitates incidis? quem morte dam-
nas, iustum appellas? stultus, est, quare il-
lum contra Deum? & vniuersam iustitiam
condemnas? Ne populo despiceres, neve Cæ-
saris amicitiam perderes, tam inauditam
iniquitatem, atque crudelitatem perpetrare
uoluisti? Hęc omnia dilectissimi fratres sen-
tite, & singula quęque vestris Christianis
pectoribus ruminate, & quomodo lata sen 51
tentia tam crudeliter crucifixus est, attentè
considerate: super omnia autem contem-
plamini amorem, & patientiam, qua mitis-
simus Agnus omnia tolerauit, & quomodo
illic in cruce lachrymis, sanguineque perfu-
sus suam pretiosam uitam obtulit, illam-
que ignominiosam mortem recepit, vt nos
ęterno patri reconciliaret, vt nos a peccatis
liberaret, vt nobis gratiam compararet, ut
deni-

denique nos in cælesti gloria sublimaret. Amen.

Dominic. Resurrectionis Domini.

Maria Magdalena, et Maria Iacobi, et Salome, emerūt aromata, vt venien te. vngerunt Iesum. Matth. 16.



INtelligens Sapientissimus Salomon plurima ab hominibus imprudenter, atque inordinate fieri; ab ipsisq; tempora perturbari, & confundi, quæ.n. opportunè in uno tpe fieri deberent, in altero importunè fiunt, Spūs Sancti lumine illustratus inter tempora discrimen cōstituit dicēs, oīa tēpus hēnt, & suis spacijs trāseunt uniuersa sub cælo. Tp̄s nascendi, tp̄s moriendi, tēpus plantandi, & tp̄s euellendi, q̄ plantatum est. Plurimas illic tēporū, cōstituit differētias. & inter eas hāc assignat dicens: tēpus flēdi, & tp̄s ridendi. Quemadmodum stultus esset qui tempore serendi metere conaretur, vel è

Eccle. 3.

1 contra: sic mihi uidetur temporum seriem perturbare qui tempore flendi ridet, & tempore ridendi lachrymatur. Totum quadragesimæ tempus fuit tempus flendi, quia fuit tempus pœnitentiæ, pœnitentiæ vero comites sunt dolor, tristitia, & lachrymæ, & prudentes homines hoc tempore plorauerunt. Prudentes (inquam) quia stulti in peccatis suis obdurati ex initio quadragesimæ vsque ad Pascha pontem construxerunt, vt siccis pedibus absque vlla peccatorum pœnitentia, lachrymarum vè effusione præterirent. Væ talibus: de ijs enim dixit Dominus, væ vobis, qui ridetis nunc: quia lugebitis, & flebitis, scilicet æternis inferni supplicijs

Psal. 99. cruciati. Hoc tempus est ridendi, atq; exultandi propter sacratissimam, & gloriosissimam Domini resurrectionem. De hoc san-

2 cto die dicere possumus locutum fuisse Dauid dicens, Dominus regnauit exultet terra, lætentur insulæ multæ. Resurgens enim Iesus Christus gloriosus, & a diabolis victoriam, ac trophæa reportans, in cordibus liberis a seruitute Sathanæ regnare cœpit. Exultet igitur terra uiuentium, hoc est cœlum, & lætentur insulæ multæ, scilicet, nos tot calamitatibus in huius sæculi mari tanquam insulæ circunsepti, & notandum est Sanctum Prophetam loquentem de cælesti illa terra absolutè dixisse, exultet terra quia illic omnes de admirabili domini resurrectione congaudent, non autem dixisse lætētur omnes insulæ, quia non omnes Sancto Euangelio credunt, & ideò dixit: lætentur insulæ multæ. Quando gemini duces duorum exercituum pari Marte præliātur, solū modo, vt plurimorum hominum mortem euitent, cum alter illorum victor euallit, totus ipsius exercitus exultat. Prēliatus est dux virtutum Iesus Christus (de quo dixit pater æternus per Esaiam prophetam, dedi eum ducem ac præceptorem gentibus) aduersus ducem iniquitatis Luciferum, de quo Iob ait. Ipse est rex super vniuersos filios superbiæ. Hodie dux ille cælestis victor euadit, rationi igitur consentaneum est, ut totus eius exercitus, videlicet humanum genus exultet. Ingressus est præstantissimus hic dux armis illis munitus, de quibus dicitur: Accingere gladio tuo super fœmur tuum potentissime. Et statim explicauit quę nam essent hæc arma dicens, specie tua, & pulchritudine tua, intende prospere, procede, & regna. Idest, eximia præstantissimarum uirtutum tuarum pulchritudine, & splendore mirabilium beneficiorum tuæ rutilantis charitatis, quibus mortalium animos vulnerasti, & ad tui amorem attraxisti, his (inquam) spiritalibus armis, quæ non corpus quidem, sed animum penetrant, intende, prospere: procede, & regna. Scutum autem, quo constantissimus hic dux muniebatur, erat ex exactissimo ære fabrefactum, quæ erat patientia, adeò forte, vt nullis diaboli, aut Iudæorum telis potuerit penetrari, quo ita munitus erat, vt omnes illorum ictus illum nullatenus ad iracundiam potuerint prouocare. O quam fortis clypeus est patientiam, qui nō solum nullo telorum genere penetratur, verum & tela etiam in eum, qui illa conijcit, remittit. Et enim qui alterum persequitur, maius sibi damnum infert, quam recipit ille, quem persequitur, si patientia munitus est. Tela quippè, quæ dęmones, in dominum coniecerunt, omnia ad eorum euersionē fuerunt. Hoc potest comparari illi, quod referunt naturales philosophi de elephante. & dracōne, scilicet, de bello, q̄ inter eos versātur. Etenim elephas morte sua draconē occidit. Dicunt utiq; naturales draconē natura sua assidua siti estuare, elephantemq; naturaliter gelidum sanguinem hr̄e. Quod cū naturali instinctu draco cognoscat, elephantem

Simile.

3 Esa. 55. Iob. 41.

Psal. 44.

4

5

Pli. li. 8. cap. 11.

tem inquirit,& cum illo pliat,cunq; elephas alicui arbori adhæret, draco adeò eius sanguinē sugit,vt elephas debilitet,cumq; se debilitari,& penè iā mori sentiat, procedit super draconē,cunq;grauissimus sit,illum suo pondere oppressum interimit. Itaq; elephas
Psa.103 mortē uincit. De dæmone dicit Dauid: Draco iste,quem formasti,nunq̄ huius draconis
Iob.40. sitis extinguitur. Et sic dicit de eo Iob. Ecce absorbebit fluuium,& nō mirabit,& habet
6 fiduciam,q̄ influat Iordanis in os eius. Fluuius sēper decurrens, est genus humanum, q̄ quasi aqua dilabitur. Nec verò contentus erat dæmō totum hunc fluuium deuorare, sed Iordanē ēt sperabat absorbere. O inextinguibilem sitim. Etenim ipsū Iesum Christū,quēadmodum,& alios diabolus absorbere conabatur. Hac igitur siti æstuās ad diuinū illum elephantē,q̄ crucis arbori adhærebat,accessit, adeo sacratissimum eius sāguinē mediantibus ipsius ministris assuxit, ut mortuus tandem fuerit, & perdens sua morte superauit,hunc q; uenenosum draconē interemit,hoc est iurisdictionem, q̄ tyrannicè sup hoīes habebat,illi ademit. Et quēadmo-
Simile. dū præstātissimus Dux, ubi primū ex uno
7 prælio uictor euadit, in aliud statim ingreditur,sic ēt diuinus hic Dñs ubi primū diabolū superat, statim cum morte sæuissimo Marte cōflixit,sicut significat sancta mater Ecclesia,dicens: Mors, & uita duello conflixere mirādo,uiuens Christus R.N. non potuit cū morte dimicare, viuus.n.non habebat mortem,qua cum præliaretur,quam statim habuit moriens. Quādiu aūt certamen hoc durauit?quandiu mortuus in sepulchro cōmoratus est. Mortuo Christo R.N. uita, & mors in campo decertabant, uideamus nunc uter alterum fugabit. Si mors præualuerit,uita uincetur, si uero uita persisterit, mors superabitur,& uita uictoriam reportabit, q̄ in die sanctissimæ resurrectionis fa-
8 ctū est. Ascendens etenim āīa gloriosissima uirtute diuinitatis adiuta, in sanctū corpus infusa est:& sic eum suscitauit,atq; hoc modo mors superata remansit. Ita B. Augusti-
Aug. in serm. de cōmu. vnit. Mart. nus. Vt occideret(inquit) mortē, vestitus est morte,& surrexit deglutita morte, & interfecta. In die igitur tam singularis uictoriæ, uictoriæ autem nostri diuini capitis magnopere nos oportet exultare fratres charissi-
Ro. 12. mi,Beatus Paulus peculiare Spiritus sancti donū esse dicit: Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. Et siquidem diebus elapsis cum flētib. fleuimus,siquidē(inquā) plorauimus, cū plorauit Christus Saluator Heb. 5.
noster,de quo dicit B. Paulus: Cum clamore ualido,& lachrymis offerens,&c. Et cū beatissima eius matre, reliquisq; sanctæ ipsius societatis lamentati sumus rationi consentaneum est,nos cum ipsis hodie cōgaudere. Etenim sacratissima hęc uirgo hac gloriosa Resurrectione magis,q̄ cęteri oēs exultauit, ipsa.n.gloriosum resurgentē magis, q̄ cæteri amauit B. Thomas dicit. Deum non gradus gloriæ præcipue cōcede propter opera, quæ homo facit,sed propter amorem,& charitatem,qua illa facit. Itaq; aliquis minora ꝭm se opera faciet,quam alter,& plures gradus gloriæ habebit,quia illi excedet charitate,qua illa fecit. Sancta mater Ecclesia affirmat,gloriosissimam virginem Mariam Dominam nostrā,tam Angelis, q̄ hominib. in cælesti gloria esse præpositā, quod hoc modo in diuinis literis significatur,dicit: Hæc est hæreditas seruorum Dñi, super quod dicit glossa interlinearis. Hęreditas seruorum Domini est gloria,& in persona huius gloriosissimæ Dominæ, applicat sancta Ecclesia uerba illa Sapientis. In hęreditate Domini morabor. Non dicit,in hæreditate seruorum Dñi morabor, quia eius gloria multò sublimior est, sed dicit,in hæreditate ipsius Dñi,ad significādum admirabilē quēdā excessum,quó eius gloria cęterorū oīum beatorū spirituū, beatitudinē superat. Nec arbitremini illā in gloria Deo esse parem. Etenim hic esset error. Attū est hæc exaggeratio quędam qua excellētia gloriæ ipsius, prę cæteris oībus creaturis, ingenuè significat. Et siqdē gloria ꝭm gradus amoris erogat, ipsa verò maiorem hēt gloriā, ergo maiorē habuit charitatem. Et sic maiorem ex illa crudelissima morte dolorem percepit,maiori q; hodie ob hanc gloriosam resurrectionem exultatione repleta est, & sic piè credi pōt huius pijssimæ genitricis lachrymas effecisse, vt sancta illa resurrectio celerius fieret: Salomon.n.dicit. Oritur Sol,& occidit, & ad locū suū reuertitur. Oritur sol,& per eosdē circulos,p quos oriens graditur, post q̄ occidit iterum prodit: O quā merito hoc de diuino sole Iesu Christo dicere possumus! O sanctissime Rami, tu in Bethlehem in præsepio natus es, & in resurrectione ex sepulchro prodijsti. Per quinq; circulos gressus est diuinus hic sol. quando natus est. Primus fuit p maximā grām, quā beata Virgo habuit

Marginalia (right column): S.Tho. in additionib. ad 3.p. q̄ō. 93.ar.3. — Esa. 54. — Gl.interlinearis sup Esa. — Eccl. 24 — 10 — Eccl.1. — 11

habuit. Aue Maria gratia plena. Secundus, per fidē qua prædita fuit, ideò dixit ei Elisabeth: Beata q̄ credidisti. Tertius fuit humilitas: Quia respexit humilitatē ancillæ suæ: ecce.n. ex hoc, &c. Quartus, virginitas: Ecce virgo cōcipiet. Quintus tādē, & vltimus obedientia; Ecce ancilla Dn̄i. Propter has quinque uirtutes ex illa Deus carnē assumpsit, & pp easdem hodie gloriosam Resurre- Luc. 1.
12 ctionē fecit accelerare. Vnde de hac sanctissima Dn̄a verba illa spōsæ dici possunt. Ego dilecto meo, & ad me cōuersio eius. Ego tota Dei mei ministerio dicata sum, & ipse pp me incarnationē, resurrectionēmq; suam fecit accelerare. Ecquis igitur de huius beatissimæ Virginis gaudio nō lætetur, siquidem amica, & mater est nostra? Etiā nobis lætandū est pp gaudium, quo hodie repleti sunt sancti Patres in sinu Abrahæ cōmorantes, cum se plixa illa captiuitate liberos perspexerunt, sicut & hodie cū eis sanctis Angeli gauisi sunt, quia illos in gloria libertate cōstitutos uiderunt: Et sic de eis dici pn̄t uerba illa Esaiæ, dicentis. Letabuntur corā te, sicut exultāt uictores capta pda, qn̄ diuidunt Cant. 7.
13 spolia, spolia quæ potentissimus Dux Iesus Christus hodie uictoria parta diuisit, fuerūt sancti illi Patres, quos in Angelorū choros distribuit, & uniuersæ illæ Sanctorū aīæ, q̄ in sinu Abrahæ morabantur, singulas iuxta meritorum suorum gradus cælestib. spiritibus cōmittens, alias.n. Angelis, alias, præstātiorū meritorum Archāgelis, alias uerò adhuc maiorum, præstātioribus spiritibus dispertiens. Et ita ex carcere singuli partem spoliorum, quę illis contigit deferentes summa cum alacritate pdierunt. Etiā nos oportet gaudere cum illa sancta familia, quā Dominus Hierosolymis orphanam propter dolorosam ipsius mortē reliquit, quæ cum se- Esai. 9.
14 mimortua, & in profundo mœroris pelago demersa moraretur, hodie ineffabili quadam exultans lætitia reuixit, cui primæ fœlices nuncios hæ sanctæ mulieres, de quibus sanctum Euangelium meminit, detulerunt, quæ tota nocte occupatæ fuerant præparandis vnguentis ad Dominum ungendum, & amoris ignibus inflammatæ, qui vere amantes pigros esse non patitur, vix auroram expectare potuerunt, sed adhuc nocte domo exierunt. Etenim etsi erant fœminę, amor in earum pectoribus exardescens timorem procul expellebat. Et quanquam hic dicit S. Marcus illas ad monumē-

tum accessisse, *orto iam sole.* Beatus Ioannes dicit. Cum adhuc tenebræ essent. Et intelligendum est illas antequam illucesceret, domo exisse, & ad monumentum orto iā sole peruenisse. Non quidem quia lenter ambularet, nam quasi aquilæ ad cadauer aduolabant, quia dicitur. Vbicunq; fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Sed quia cū iter facerent, ad montem Caluariæ peruenerunt, ubi adhuc sancta Crux erat eleuata, ob diem quippe festum nondum illinc fuerat sublata, quam ut uiderunt, omnes earum dolores renouati fuerunt, & sæpenumerò illam sanctam crucem amplexando, & præ recenti illius recordatione, qui in ea mortuus fuerat, & tormentorum, quæ in illa tolerauerat, maximam lachrymarum copiam effundendo, magnum temporis spacium cōsumpserunt, ita vt cum oriretus sol, ipsæ adhuc illic plorantes morarentur. Ioā. 20. Mat. 24. 15
Non autem idcircò ab incepto itinere destiterunt, quatum tota cura erat ad inuicem dicere. *Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti?* Quasi in custodibus, & militibus maiorem difficultatem, quam in lapide reuoluendo nō haberent. O inexplicabilem amoris fortitudinē, quæ vniuersa pericula, atq; incommoda parui æstimat, dummodo q̄ expetit, consequatur? Quid de harum sanctarum mulierum charitate dicam? optimè profectò norāt sepulchrum militib. esse custoditum, lapidēmq; ingenti diligētia signatum, nec verò p medios custodes præterire, sigillumq; lapidis adimere, nec deniq; sanctissimū corpus vngere pertimescunt. O deuotæ fęminę, quò pgitis? qua charitatis fortitudine roboramini? Nunqd ignoratis sepulchrum militum cohorte esse munitum? Non timetis ne fortè vos latrones esse arbitrentur, vosq; apprehendant, & uinctas per mediam ciuitatem iudicibus deducant, qui de uobis tam atrox suppliciū sumēt, vosque tam crudeli morte interficient, quam immani sanctum defunctū occiderunt; Nihil horū corda charitatis plena uarebant, sed totę sancti corporis vngendi desiderio absorpte omnia facillima esse iudicabāt, paratissimæ quippè erant omnib. tormentis pferendis, dummodo sanctissimū illud corpus manibus suis obtrectare, & sacrosancta illa vulnera deuotissimè osculari, atq; illa nō tā aromatibus quā lachrymis vngere possent? O quā veræ amatrices erāt hæ sācta mulieres? Perpauci amicitiā fideles in hoc seculo repe- 16 17

rientur.

Iob.6. rientur, sicut quærebatur S. Iob, dicens: Fratres mei prætericrunt me, sicut torrens, qui raptim transijt in conuallibus: siue, ut ex Hebręo contextu transferri pōt. Amici mei fefellerunt me instar torrentis, qui raptim
Simile. currit in conuallibus. Quemadmodum torrens in hyeme, cū non est opus, quia crebrò pluit, aqua repletus decurrit, uerno autem tempore, quando uiatores magis aqua indi-
18 gent, ne guttam quidem defert, sic perfidus amicus prosperitatis tpe, & qñ tibi nō est necessarius, multa promittit; qñ autem eius
Simile. auxilio tibi opus est, ne bonum quidem uerbum in illo reperis. Vmbra non sequitur corpus, nisi quando illud illuminatur a sole: sic infidelis amicus non te comittatur, nisi cum prosperum uidet. Maximè etiam consideranda est diligentia, qua sanctæ hæ mu-
Simile. lieres properabant; amore.n. illas attrahebat. Sicut pondera horologij efficiunt, ut ro-
Aug.li. tæ sine cessatione moueantur, sic amor de
3. cōfes. quo dixit B. Aug. Amor meus, pōdus meum
c.9. si est diuinus hoīem attrahit, nec eum a bonis operib. cessare patitur. Si uerò est mundanus, peccatorem allicit, ne in bono aliquo
19 opere perseueret. Oēs cogitationes, uerba, & actiones, siue ad bonum, siue ad malum operandum hęc pōdera sequūtur. O si Deus diuinæ ipsius Maiestatis amorē nobis largiretur, quam efficaciter post se nos mōnes at-
Hier.20 traheret. De hoc dicebat S. Hieremias. Et factus est in corde meo quasi ignis exæstuans, claususq. in ossibus meis, Non ualet iustus (si ita dici pōt) diuini amoris feruorē comprimere, nec sperare, ut illum detineat, sed ipsemet amor eius os aperit, & uerba quasi scintillas ab eo depromit, operaque omni uirtute, & probitate plena cū cogit efficere. Quod si iustus sibimet uim conatur inferre, nec diuinū amorē in se patitur liberè operari in ipsius ossib. includitur, eiusque
20 medullas cōburit, quousq. per uerba, atque opera illū foras patiatur erūpere. Nō solum aūt diuinus amor cōpulit has mulieres tam sedulo properare, sed etiā eas fecit diluculo, & ualde mane consurgere. O fœlices qui sic aurorā ad quærendū Dominum pręueniūt.
Prou.13 De quibus dicitur: Consurget diluculo qui
Prou.8. quęrit bona. Et alibi: Qui mane uigilant ad
Esai. 26 me inuenient me. Et Esaias dulcissima q̃dā
Psal.91. uerba ad hoc ꝓpositū dicit, loquēs cū Deo, anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritu meo, in præcordiis meis de mane uigilabo ad te. Et Dauid dicit: Repleti sumus mane misericordia tua. In his omnibus nos docet Spiritus sanctus primā diei horā nos in pcipua re, quæq. magis nostra interest, uidelicet, animarū nostrarū salute consumere debere nostrū summum bonum. s. Deum diligenter inquirētes. O fratres charissimi, quā sapiētes essetis, si primo mane uobiscum cogitaretis? Hic dies ad qd mihi a Deo concessus est? ad animę meę salutem operādam, ad familiā meam gubernādā, ad alimoniā uxori, liberisq. meis comparādam. Quid nā igit 21
horū omniū magis mea refert? Certū utiq. Apo.13
est animę salutem magis mea interesse. Primā igit horā in hac operanda uolo cōsumere, postea uero si tps deerit, desit ad alia facienda q̄ mea non tāti interest, operari. Quę cælestis hęc doctrina non cōuincet? siquidē autē hoc iustissimū esse cernitis, quare id nō facietis, pręsertim cū uestra tanti referat? O Deus infinitæ Maiestatis, ꝑ tuā infinitā misericordiā te deprecor, vt his uerbis meis efficaciā cōferas, quo in horū fratrū meorum cordibus imprimant, & hoc, quod eorum pmagni interest constantissimè facere ꝓponāt. Valdè notādū est ēt cum hę beatę mulieres maximè solicitæ essent, & inter se dicerent. 22
Quis nobis reuoluet lapidē monumenti? cū illuc peruenerunt reuolutū lapidē reperisse. O quot peccatoribus hoc accidit quibus ut se ad meliorē frugē recipere ꝓponunt, statim plurimæ difficultates offerūtur, & dicunt, illud Apocalypsis: Quis similis bestię, aut qs poterat pugnare cum ea? idest, qs tot difficultatibus resistere ualeb.? quis reuoluet nobis lapidē? qs pecuniæ, ludi, ac denique meretricis amorē adimit? q si cōfortant, & uirtutis uiam instanter aggrediunt, experiētia comperient quod hæ mulieres inuenerunt, uidelicet, lapidē reuolutum: omnia quippe suauissima reperiunt quæ illis antea difficillima uidebantur. Hoc signant dulcissima illa uerba, quæ Dominus dixit, Venite ad me om- Mat. 11
nes, qui laboratis, & onerati estis, & ego re- 23
ficiā uos. Illud, ego, maximam habet emphasin, quā ipse Deus antea per Isaiam Prophetam sic declarauit, dicens, Ego, ego ipse con- Esai. 55
solabor uos. Voluit utique, ut ex hac repetitione uerborum consolatoris, & refectoris omnipotentiā intelligeremus. Si nobis imago affertur, & dicit esse Michaelis, aut Apellis, statim magnum aliquid illud fore speratis. Qualis igitur erit consolatio, quam talis artifex, sicut Deus operatur? Idcircò dicit: Ego reficiam uos. O dulcissimum

& spa-

& maximæ indulgentiæ uerbum? Ecquis illud audiens amore, non conficitur? O pusillanimes, accedite, accedite; & reuolutum lapidem perspicietis. Dicitur: Ecclesia ædificabatur ambulans in timore Dei, & cōsolatione Spiritus sancti replebatur: uerbo isto replebatur, uoluit sacra scriptura significare abundantiam diuinæ consolationis, quā illi denuo conuersi in uirtutis exercitatione, quā aggressi fuerāt, fruebātur, & si plurima reliquerant, quæ maxime diligebant. Hoc significauit Deus per Isaiam, dicens: Transite, transite per portas, præparate uiam populo, planum facite iter, & erigite lapides, & eleuate signum ad populos. Hæc omnia diuinæ gratiæ efficaciā significant, quæ iustis uires, atq. animū addit ad maximas quasq. difficultates superandas. Significant etiam diuinā prouidentiā, qua Deus offendicula, atq. impedimenta aufert, quæ eis obstaculo esse poterant, ut cū facilitate gradiantur: & significant ēt Deum signa erigere, qui sunt alij iusti, quibus denuo conuersi gubernentur, ne de uia uirtutis aberrēt. Hoc idē Deus depinxit in uia, qua Hebræi ad ꝓmissionis terram perrexerunt, de quib. dicitur: Igitur cum emisisset Pharao populum, non eos duxit Dominus per uiā Philistiim, quæ uicina est, reputans, ne forte pęniteret eū, si uidisset aduersum se bella consurgere: sed circunduxit. ꝑ uiā deserti, quæ est iuxta mare rubrū. Idē nunc facit cū eis, quos educit de captiuitate peccati, quos nō ꝑmittit, ilicò grauibus tentationibus oppugnari, nec eis magna infortunia, aut calamitates euenire, ne in uirtutis uia deficiāt, & retrorsum regrediātur. Ex ijs omnibus, quæ dixi, aperte colligitur quantum factori nostro debeamus, q nobis prēmisi, auxilium, gratiā, & facilitatem ad illud promerendū concedit. Sicut Ioseph fratrib. suis nō solum triticum ad uescendum, sed pecunias etiā tribuit, quib. triticū emebatur: sic noster diuinus Ioseph, & Saluator Iesus Christus, nō solum panem gloriæ largitur; sed auxilium & gratiam nobis etiam concedit, quæ sunt pecuniæ quib. pretiosus hic panis emitur, sicut dixit Dauid. Gratiā, & gloriam dabit Dominus, id est, panem, & pecunias largietur, panē gloriæ, pecuniasq. gratiæ nobis donabit. Illic beatæ mulieres pulcherrimum Angelum inuenerunt sedētem in dextris, coopertū stola candida, qui illas cōsolatus est, dicēs, *Nolite expauescere.* eis}. fœlices Dominicæ resurrectionis nuncios dedit pręcipiens illis, ut eosdem suo nomine discipulis omnib. præcipuè autem B. Petro deferrent. Hic uoluit dns singularem uerę pœnitentiæ prærogatiuam declarare, quæ sæpenumero adeo perfecta est, ut animam in sublimiorem meritorum, dignitatisque gradum eleuet, quam antea erat, quod credibile est D. Petro contigisse, & per illas amarissimas lachrymas ī maiorem gratiam, quā̄m prius habebat, ascendisse, longę aliter Deus, quam homines iniurias dimittere consuescit. Etenim si quis tibi proditionem fecit, uix in tota uita ei potes confidere. Clementissimus autem dominus non sic facit, sicut peccator quidā ei dicebat: Proiecisti post tergū tuum omnia peccata mea. Ecce hoc idē ad literam. Vix enim triduum præterierat, ex quo B. Petrus illum negaret, nunc autem illum cęteris omnibus uult prę ferri, & peculiariter de illo fieri mentionem, dicendo, *Et Petro*. O admirabile fiducię exemplum? Eia peccatores confortamini, pœnitentiam agite; siquidem Deus uobis excipiendis est paratissimus, uobisque libentissime ignoscere, gratiamque suam cōferre desiderat, qua cœlestis gloria comparatur, Amen.

Marginal notes and numbers (left column): Act. 9. — 24 — Esa. 6. — Exo. 13 — 25 — Gen. 44 — 26 — Psal. 83.

Marginal notes and numbers (right column): 27 — Isai. 38. — Mat. 26 — Mar. 14 — Luc. 22. — Io. 18. — 28

Feria II. in Resurrectione.

Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Hierusalē, nomine Emaus. Luc. 24.

Ltissimum hodie sacratissimæ Resurrectionis Saluatoris nostri Iesu Christi mysterium, a sancta Ecclesia celebratur, ut tā admirabilis beneficij recordatione illius largitorem laudare non cessemus. Resurgente namq; Christo diuino capite nostro, cum eo, spes, uita, ac deniq. fœlicitas nostra resurrexit. Sic affirmat B. Paulus, dicens, Deus aūt q diues est in mīa propter nimiam charitatem suam, quā dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia estis saluati. Et conresuscitauit, & cōsedere fecit in cęlestib. in Christo Iesu, ut ostenderet in sæculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suę, in bonitate super nos in Christo Iesu

Marginal notes and numbers: 1 — Ephe. 2.

Iesu. O diuina uerba locupletissimis, atque amplissimis repleta beneficijs per merita Christi filij Dei factis hoib. Ideo, n., S. Apostolus toties hic repetit, dicens: In Christo Iesu. Itaq. non solum iustificationē, resurrectionē, glorificationē, collocationemq; nostram inter Angelos in cœlestibus mãsionibus infinite miæ, charitatiq. Dei attribuit, qui quidē totius boni est fons, sed etiã meritis Christi Iesu. Et ideo postquã dixit, pp nimiã charitatem suam, subdidit statim, cum
2 beneficia sigillatim recenseret, dicēs sępius: In Christo Iesu diligenter pensate uerba illa, ut ōnderet in seculis, &c. In bonitate super nos. Etenim probitatis suę diuitias super nos effudit: nō solum autem ijs, q. tūc erant sed oībus etiã qui usq. ad sæculi consummationem uiuent. Et hoc in Christo, i. per merita Christi. Quis igitur hæc attentè cōsiderãs tam bonum Deum laudare cessabit? Qñ
1. Reg. 21 Dauid de Regis Achis potestate liberatus est, pp maximum illud Dei beneficium dr Psalmum trigesimumtertium cōposuisse, q incipit: Benedicam dñm in oī tpe, semper laus ei⁹ in ore meo. Vt dicit B. Basilius. Totam uitam in Deo laudãdo consumere uole
3 bat, qui totam in illo Dei beneficio recepe-
Ps. 33. rant. Quanto igitur nos magis infinitã Dei Maiestatē, p hoc redemptioni nostrę myste
Basilius rio, toto uitæ nostræ tpe laudare tenemur?

Proponit nobis hodie sancta mr Ecclesia hoc Euãgelium, quod sic exorditur. *Duo ex discipulis Iesus, &c.* Quãdiu hi discipuli sua intima dñi familiaritate, miraculorumque eius prosperitate usi sunt, libenter eū sequuti sunt, in aduersitate uero illum deseruerūt. Hi ueræ amicitiæ leges minimæ sequebantur, quas docet Spūs sanct⁹ dicens. Si possidẽ amicū in tãtationē possidẽ illū: est. n. amicus secundū tps suū, & nō pmanebit in die tribulationis. Est amicus socius mēsæ, & nō pmanebit in die necessitatis. Amicus si pmãserit
3 fixus, erit tibi, quasi coæqualis. Notate uerba illa, secundū tps suū. Nōnulli. n. sunt amici ad suum, non autē ad uestrum tps. Si autē amici sunt uestri, sunt pp suam ipsorum utilitatem. Amici huius tempestatis plerunque nihil aliud, quam utilitatem suam quærunt. Et ideo in minima quaque necessitate uos deserunt. Tales fuerunt hi: de quibus loquitur Sanctum Euangelium, qui quasi iã exul si a fide illius tam fidelis amici, quique tam intimè illos amauit, propter humanum timorem a Hierosolymis discedebant. Attamen sicut ex ipso contextu apparet, non tm apud eos ualuit timor, ut illius amorem penitus expelleret: nam illos de eo loqui, & propter eorum absentiam mæstos discedere, certa signa erant, aliquas in eis amoris reliquias remansisse, & secundum reprehensionem, quę Christus Redemptor noster eos corripuit, dicens: *Nonne hæc oportuit Christum pati, &c.* Videbantur scandalizati esse ob imbecillitatem, q̃ dominus ostendit, cōsentiens mortem suam, ad eo ignominio-
5 sam esse. Et ideo eis dixit: Hæc, idest: Hæc de quib. scandalizamini, oportebat Christum pati, & sic scandalizati, alter ad alterutrum interogabant, dicentes: Quomodo potentiam habetis ad nos redimendos ille, qui tam ignominiosam mortem sibi inferri passus est? Et ipsimet sibi ad inuicem, respondebant, dicentes: Verum est mortem maximi uituperij fuisse, ueruntamen si uitæ eius perfectionem considerauerimus, pstantissima, que miracula, q̃ passim, operabatur, & quoties mortis suæ modum nobis prędixit, & quomodo sponte sua se illi obtulit, & inimicorum suorum manibus se immisit, cum illos facillimè posset euitare; hæc omnia sūt certissima testimonia ueritatis, quam no- 6
bis pdicabat. Hæc oĩa mihi placent (dicere aliquis illorum) uerum cum in cruce pendens, diceret: Deus Deus meus, ut quid dere Mat. 27
liquisti me? Siquidem cuicunque iusto in Mar. 15
laboribus constituto se Deus socium offert, Ps. 90.
& p Prophetã dixit: Cum ipso sum in tribu 1. Cor. 9
latione, quare hunc iustum dereliquit? Has, aut similes his quæstiones peregrini illi inter se disceptarent. Si autem Beatus Paulus uerissimè dixit: Omnibus omnia factus sū, ut omnes facerem saluos. Quanto maiori ratione idem dicere potest Christus Redemptor noster? Siquidem esurientibus, se fecit cibum; & sic dixit. Ego sum panis uiuus, qui Ioan. 6.
de cœlo descendi. Sitiētibus factus est aqua; & ita dixit: Si quis sitit, ueniat ad me: nudis 7
factus est uestris. Et sic dixit Beatus Paulus: Ioan. 7.
Induimini Dominum Iesum Christū, igno Rom. 13
rantibus factus est lux: & sic dixit: Ego sum Ioan. 8.
lux mundi: peregrinis deniq; se se comitem fidelissimum fecit. O Christe reparator uitæ, benedicta sit tua immensa charitas, quæ in omnibus necessitatibus nostris nobis sufficit auxiliari. O quam merito dixit Dauid: Diligam te domine fortitudo mea, Dominus firmamentū meum, & refugium meum Ps. 17.
& liberator me⁹ Deus meus adiutor meus,

&

eũ hi hoĩes te fugerent, tu eos quæsijsti: quærentes autem te sanctas muliere aufugisti.
Mar. 16. Egrediuntur beatæ mulieres feruore, doloreq; affectæ, & aromatibus onustæ, lachrymis perfusæ, p Caluariæ uiã cõtemplantes, quõ sacratissimum Magistrum suũ grauissimo crucis pondere fatigatum perspexerant; dicebantq; adinuicẽ, hic cõuersus est, ut loqueretur ad filias Hierusalẽ: hic præ nimio ligni pondere defessus in terrã corruit: hic
14 angariatus est Cyreneus, q crucem humeris sportaret. Qñ ãt illæ sanctissima hæc mysteria contemplantes properabãt, Diuinus dñs a sepulchro surrexit: ita, ut ipsæ peruenientes ad sepulchrum illic eũ non inuenerint. O magne Deus, quare has amicas tuas facis aberrare? nunquid nõ uides quanta cũ charitate te quærũt? quare illas in sepulchro non expectas? eas, quę te tã fideliter q̃runt, effugis, postea uero te fugientes ex quiris? Dicit Deus; hæ mulieres non me reperiut, ut plura mereant: & q a amore plenæ ueniunt, inueniunt ẽt, q eis cum amore respondeat: reperiunt Angelum, q eas charitatiuè cõsolatur, dicens: Nolite expauescere, Iesum quæ
15 ritis Nazarenũ, crucifixum, surrexit, non est hic. Nos autẽ discipulos quæro, ne penitus pereant. O benedictus, & glorificatus sit talis Deus; attendite quõ semp maioribus necessitatibus occurit. Diligite fratres charissimi tã bonum dñm; in eo enim uniuersis laboribus uestris remedium inuenietis, & quanquã hi non erant ex Apostolis, nõ ideò eorum necessitati desinit subuenire: Deus.n. non tã hoĩum nobilitatẽ, quã ipsorum mi-
Simile. seri iam ad eis auxiliãdum considerat. Quẽadmodũ cor in medio corporis existens ad sinistrum latus inclinatur, quia in becillius est, & in eo pulsus melius demonstratur, sic diuitẽ, potentẽ, atq; sapientem, qui sunt quasi cor Reipublicæ oportet inclinari, ut pulsum suũ in debilioribus partibus ostendãt,
16 & pauperibus subueniant, debentque esse sicut sanguis in corpore, qui quia illud maximè diligit, oĩbus partibus, in quibus imbecillitatem, defectum, necessitatemq; reperit, uelocissime occurrit, & quia timor in corde commoratur, illuc sanguis congregatur. Vnde prouenit, quod qñ homo metu perculsus est, faciẽ habet pollare coopertam, quia sanguis oĩbus corporis partibus derelictis ad cor confugit, & remanens vultus exanguis pallore operitur. Cum uero hõ erubescit, faciem habet rubicundã, quia.n. facies totũ pudorem sentit, sanguis eam fulturus occurrit. Hinc est, q cum hõ uenenosa sagitta percussus est, ut cor timet, illuc corruptus sanguis occurrit, & ubi primum ad cor peruenit, statim hoĩem interfecit. Itaq; sanguis ueneno infectus, cum cordi deberet occurrere, uitãque illius conseruare, illud occidit. Tales sũt tyranni, q cum cupiditatibus suis corrupti sint, cum ad pauperes accurrere deberent, ut eos a necessitatibus subleuarent, ad eos de struendos adueniunt. Hic diuinus dñs tãquã 17
cor amoris plenum, & sicut sanguis purissimus semper partibus magis indigentibus occurrit. Et hoc significauit Dauid Deus nr̃ Psal. 45.
refugium, & uirtus, adiutor in tribulationibus. Discite fratres mei hanc præstantissimam lectionem ab hoc diuino Magistro, siquidem non opere solum illã, nos docuit, uerum (ut suprà diximus) in corporibus nostris ascripsit, ut illic eam crebro legamus.

Dum secum q̃rerẽt, appropinquans ibat cum illis. Dñe, si te adeo bona uerba attraxerunt, quod de bonis opibus sperare debet? O quam merito sperare possunt, se Deum socium esse habituros, qui cũ uitæ puritate in bonis operibus exercẽdis occupantur. Hoc Prou. 8.
est, q ad literam diuina ipsius Maiestas dicit 18
his uerbis: In uijs iustis ambulabo in medio semitarum iudicij, ut ditem diligentes me, & thesausos eorum repleam, i. si Deum inuenire cupis, per eius præcepta gradere: etenim illic eum reperies, cupientẽ eos ditare, Psa. 110.
a quibus pquiritur, atq; diligitur. Et hoc est quod dicit eam Dauid: Intelligam in uia immaculata quando uenies ad me, de st tunc Deus ad hominem ueniet, quando homo in eius ministerio occupatur.

Oculi aũt eorum tenebantur ne eũ agnoscerent. Corpus gloriosum adeo sufficiẽs est, ut q̃cunq; figurã eius aĩa uoluerit, in aliorum oculis possit causare: q̃to magis illam poterat causare Christus R. noster, qui uerus est 19
Deus? & sic in forma peregrini illis repræsentatus est: in quo significatum est, qualem se hõ ergo Deum pbet, talem se Deum erga hoĩem exhibere. Hi q ppe discipuli peregrini a fide procedebant, & ita se Deus eis in figurã peregrini ostendit. Sic, si tu es siccus erga Deũ, Deus erit siccus erga te Facitis processiones, & dicitis Dño: Dñe plue. Placet mihi, (ait Dñs) Pluite uos ẽt pauperibus, q in noĩe meo in terra cõmorant. Pluite vos Deo, & Deus uobis pluet. Emitte tu pp peccata tua lachrymarũ imbres, & Deus sup te

maiusq; dãnum reipublicæ affert? certũ uti que est, dicentẽ grauius, q̃ facientẽ peccare. Vtrũ dicet q̃spiã, maius malũ esse vr facere, quã dicere. Sed iste facit, ille aũt dicit ergo. Respõdeo, dictũ istud eo quod sit erroneũ, & ex erroneo iudicio procedat, plurimorũ que malorũ sit occasio: multo grauius pec catũ esse diligentiorique remedio indigere. Hoc quadã similitudine clarius apparebit. Cum nauis p medios maris fluctus homini
26 bus onusta progreditur, uter maius malum
Simile. efficit, q consulto crura sibi cõfrigit an q ta bulã è naui conat euellere, vt illac in nauim aqua introeat, & sic nauis in profundũ pela gus demergatur? Aperte ꝓfecto respõsio in notescit, etenim quanuis prior seipsum uo luit uulnerare, in eadẽ naui est chirurgus, q illi medeatur, sunt itẽ & medicamina, atq; oĩa ad eius salutem necessaria. Qui aũt tabu lã euellit, toti naui maxime officit. Qui pec cat, est qui sibimetipsi vulnus infligit, sed in sancta Ecclesia sunt saluberrima medica mẽta, hoc est sanctissima sacramẽta sunt, & chirurgi, hoc est, confessarij. Qui at hęresim prædicat, atq; docet, ianuam aperit unamq; ex pręcipuis tabulis aufert, quę est fides, vt
27 illac in sanctã Ecclesiam mala sine impedi mento ingrediantur. Idcirco diligentissimè huic peccato remediũ oportet adhiberi. Et sic Dñs in supradicto capite Deuteronomij rationẽ assignans quare tali peccatori secre, tum non debeat obseruari, dicit, quia noluit te abstrahere Dño Deo tuo, q eduxit te de terra Aegypti de domo seruitutis, cuius etiã rei aliã causã addidit, vt omnis Israel audiẽs timeat, & nequaquã vltra faciat qui ſp̃iã huius rei simile. Ostendit Christus Re dẽptor noster se iniuria affectũ, quia cũ ipsi iã mundũ redemisset, illi tñ hoc non crede-
Esai. 45. rẽt. Hoc enim gloriosissimũ ipse sibi ducit,
28 & sic dicit per Esaiã Deus iustus, & saluans nõ est præter me: cõuertimini ad me, & sal ui eritis oẽs fines terræ. Et ideo dicit dñs di scipulis illis. O *stulti, & tardi &c.* Merito stulti appellãtur, siquidẽ Dñm fuisse perpes sum, stultũ esse, atq; indignũ iudicabãt, cum idcirco ab hominibus ardentius esset aman
Gregor. dus, atq; honorãdus. Ita B. Gregorius, tanto (inquit) Deus ab hominibus dignius hono rãdus est, quanto ꝓ hominib. indigniora su scepit. Alter. n. esset quod eleganter dixit
Gregor. Emiss. Gre. Emissenus, ferina immanitas est Deũ æstimare minorem, quia maiora cõtulit, & ideo a te minus accipiet honoris, quia plus cõtulit dignitatis. Attamẽ horũ discipulorũ patiẽtia cõmendari debet, quia tã acrem re prehensionẽ submissis capitibus æquo aĩo pertulerunt & postea Dñm qui eos reprehen derat ad hospitium suũ instantissime inuita runt satis aperte in hoc talis magistri se di scipulos esse demõstrarũt. Si illi essent sicut hoĩes huius miseræ tẽpestatis, statim scipio nes erigerent, seq; iniuria affectos fuisse iu dicantes Dñm percutere conarentur. Quod 29
quidẽ satis malũ signũ est, quo circa dr̃. Qui odit correptionẽ minuetur uita. In hoc de tegitur una ex differentijs, q̃ sunt inter præ- Eccl. 19.
destinatos, & præscitos. Etenim prædestina tis si qñ peccare contingit, aliquod tñ uesti giũ uirtutis remanet, ita vt ẽt in peccato cõ morãtes bonorũ hominũ habeant splendo rẽ sicut. hi discipuli qui etsi iã pene a fide rẽ cedebant, de rebus tñ sanctis loquebantur, & reprehensionẽ patienter audierunt, seque in Dñm misericordes præbuerunt. Reprobi uero quanuis aliquãdo bona operentur, at que in Dei gratiã deueniant, eis tamen vir tus non videtur assidere. Cõtemplamini mi serum Iudam, qui etsi in Dei gratia persiste Simile.
bat, Apostolusq; erat, & miracula faciebat, nihil tamẽ illorum ei coaptatum esse, neque mente consedisse arbitror, illumq; diaboli 30
cum aspectũ habuisse suspicor. Cõtingit ali quando iuuenem ex patris sui vir ignobilis domo proficisci, qui omni vrbanitate ab eo fuerat instructus, & in tantã calamitatẽ po stea deuenit, ut fabro ferrario seruitutus ac quiescat, illic aũt honore coopertus & quasi carbo denigratus, tale habet ingeniũ atque aspectũ, quẽ qui attente consideraucrit. Nõ vtiq; es tu filius fabri ferrarij. Sic etiã filius Dei etiam in peccato existens pauperibus subuenit, diuinum verbum gaudet audire, certamque filij Dei habet apparentiam. Ho mo autem infimæ conditionis etsi pluri mas diuitias acquirat, purpuraque ac pretio sis vestibus induatur, nihil illorum ei assi det, & sic statim dicetis, profecto nõ es tu vir 31
primarios, sed abiectæ conditionis, nihil. n. istorũ tibi applicatur. Sic etiam reprobi quã uis uirtutes operentur, nequaquã tamen eo- Apo. 16.
rum animis assidere uidentur. De his dic[illegible] factũ est vulnus sæuum, & pessimũ in homi nes, qui habebant characterem bestiæ, ete nim statim quales sint signis ostendunt.

Dicit eis vlterius dñs. *Nonne hæc oportuit Christũ pati. Et ita intrare in gloriã suam.* O quã terribilia hæc verba sũt fratres. Nõ ani

maduertis Dominum, ut in summet gloriam ingrediatur, dicere sibi cõuenire labores pauperi? vos aũt voluptates die, noctuq; perquirentes, illisq; fruentes in alienam gloriam intrare conamini, ò maximam stultitiam, atq; impudentiam? Atq; ideo ẽt dicit hoc sibi conuenire, quia tibi peccator necessarium erat. Et pp nimiam charitatem, qua te diligit, quod te oportet, dicit sibi cõuenire. Vna autem ex causis, ob quas nos per labores in cœlum oportet introire, est, vt po-
32 steà nobis iucundior sit gloria. Sicut cibus post maximam famem suauior est. Edis triduò perdices, & postea iam vñr tibi non sapere; ieiuna triduò pane, & aqua, & postea videbis quam suauis tibi erit quicunque ci-
Gen. 44. bus. Hac industria vsus est Ioseph cum fratribus suis, qui antequam sese illis fratrem eorum esse reuelaret, eos molestia affecit, volens, vt furti accusarentur, atq; ille in cuius sacco scyphus repertus est, victus remaneret. Hæc autem oĩa fecit, vt cũ posteà eũ fratrem suum esse cognoscerent, maiori læ-
Psa. 65. titia efficerentur. Hoc significauit ad litterã Dauid dicens; transiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium, atq;
33 etiam hoc fit ad maiorem gloriç coronam. B. Ioannes dicit se vidisse turbam magnam quam dinumerare nemo poterat, stantes in
Apo. 7. circuitu agni, habentesque palmas in manibus suis, & clamabant uoce magna dicẽtes, salus Deo nostro. Et accessit ad eum unus ex illis, & dixit, quid tibi de hac multitudine vr̃, nõ sunt decori? scito igitur ꝙ hi sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerũt stolas suas in sanguine Agni, i. nullus est hic ex oĩbus quos perspicis, qui non magno cum labore gloriam cõpararit. Ecquis est ergo qui arbitretur se in gloriam ascensurum, palmamque præ manibus esse habiturum, quod est victoriæ signum, si in hoc sæculo nulli tentationi restitit, nec contradi-
34 ctionem aliquam tolerauit. Consolamini ergò fratres charissimi. Cum Dominus aliqua uos tribulatione afflixerit, si quidẽ vos in uia statuit, qua ad cælestẽ beatitudinem iter fieri consuescit, & vna ex maximis querelis, quas diuina ipsius maiestas aduersus homines habet, hæc est, ꝙ fere omnes per
Ps. 61. ianuam, qua ipse ingressus est, intrare recusant. Et sic dicit per Dauid, ueruntamen pretium meum cogitauerunt repellere ego autem in siti cucurri, & direxi. Præcipua hominum cura est, quõ famem, sitim, paupertatem, ignominiamq; effugiant, & quomodo reijcient pretium, quo cœlestis gloria emitur, quoque diuinus hic Dominus corporis sui beatitudinem comparauit. Ea propter mare prætereunt, mundumque euertunt, & ad vltimas vsque orbis regiones peragrare consuescunt, ut diuitias, honores tranquillitatemq; adipiscantur. Non sic Dominus, non sic, sed præ ardentissima siti, qua sanctissimi corporis sui glorificandi flagrabat, celerrimè cucurrit: nec perstitit, quousque ad crucem peruenit. Et ideo dicit in siti cucur- 35
ri, & direxi. Etiam intelligi potest quòd ad triumphandum de diabolo, & spolia, quæ habebat, ab eo auferenda oportuit illum hæc pati. Prædixerat Dauid, Deus conteret Psal. 57.
dentes eorum in ore ipsorum: molas leonũ Simile.
confringet Dominus. Cum dux uiolenter in urbem aliquam conatur introire, ad portas fortissimas confringendas, petram machina erigi, posteaq; magno impetu illam præcipitari iubet, & sic ostia confringuntur. Per portas inferni difficilis utiq; erat ingressus, earum enim uectes erant diaboli dẽtes, quæ sunt eius vires & potentia. Erecta autẽ fuit Petra, qui est Christus in crucis machi- 36
na, ut per mortem excidens gloriosa eius anima, diuinitatisque plena ad inferos descenderet, istosq; Sathanæ dentes atque po- Simile.
tentiam confringere. Et sic de illis triumphauit, & quemadmodum, qui fortes habet dentes, omnia potest comedere, quantumcunq; durus sit cibus: pòstquam autem dentes eius confracti sunt, nullum durum cibũ nisi mollem mandare potest. Sic diabolus cum antequam Christus redemptor noster moreretur, fortes haberet dentes omnes edebat, boni, & mali in inferos (etsi ad diuersa loca) descendebant: tam duros, quam molles, hoc est tam pœnitentes, quam impœnitentes omnes deuorabat: postquam autem eius dentes a Domino confracti sunt, nequit duros cibos, hoc est viros asperæ vitæ, 37
pœnitentiæque deditos, & uirtute præditos deuorare. Sed molles tantum escas, qui sunt homines voluptatibus indulgentes, & carnales, manducat. O infelices, qui opiparam mensam, mollia lectula, suauia vestimenta perquiritis, hæc omnia facientes disponimini, vt diabolus vos mandare, & in stomachum suum, qui est infernus, facilius valeat introducere.

Et incipiens a Moyse. Idest, a libris Moysi: *Interpretabatur illis in omnib. scripturis, quæ*

de ipso erant. Et de se, tanquam de tertio loquens diceret (credo) illis quid significauerit Moysen bis petram virga percussisse, & secundo ictu aquarum fluenta ex illa procu p.ss.: quia vniuersus populus Israel sitim extinxit. Et quare Deus hoc modo eis aquam concesserit: num quod nõ posset pl..endo,
Exo. 17. non vero petræ ictibus eos aquis saturare?
& Ps. 77. q si ictibus, quare non priore, sed posteriore aqua prosilijt? Scitote (diceret dominus)
38 quod hæc omnia significabant quod cum genus humanum per desertum huius sæculi magna redemptionis siti fatigatum pergeret (etenim hac siti æstuãs dicebat Esaias:
Esa. 45. Rorate cœli de super, & nubes pluãt iustũ)
ad sitim istam extinguendam populus Mosaicus per Moysen significatus bis lapidem
Ioan. 8. percussurus erat. Petra enim, qui est Iesus
Mat. 12 Christus filius Dei, vno ictu percussa fuit,
& videlicet vniuerso genere opprobriorum,
Luc. 11. quæ illi dicta sunt, cum Samaritanus, dæmoniacus, & incantator appellaretur. Hoc autem priori ictu nõ prosilijt aqua: etenim noluit dominus sibi illatis ignominijs solũ modo mundum redimere. Altero igitur ictu percussus est, quod fuit tormentorum
39 genus, quo sanctissimum eius corpus ictum atque contortum fuit. Et hoc ictu eius sanguis effusus est, vitaque illi adempta fuit, & redemptionis aqua defluxit. O beatos illos, qui ex tam pretiosa aqua bibunt, & ex tam singulari beneficio fructum percipere norunt.


Præterea (diceret dominus) quidnam si-
Exod. 4. gnificauit illud Exodi, cum Moyses manum in sinum induxit, lepraque coopertam illam protulit, iterumque illam inclusit, & sanam reduxit? Hæc manus significauit maximum istum prophetam, de quo loquimini, qui est vnigenitus filius Dei. Hanc manum postulauit Dauid dicens: emitte ma-
Psa. 134 num tuam de alto. Hæc autem manus introiuit primò in sinum purissimorum visce
40 rum sacratissimæ genitricis eius, & illinc humanarum pœnalitatum lepra, idest, humanitate opera prodiuit: & sic lepra, & vulnerib. repleta postremo in sepulchri sinum ingressa fuit cum corpore, vnde sana, & gloriosa exiuit, cum mirabiliter resurrexit. Et sic eis significationem vitarum, operum, atq; verborum Sanctorum Patriarcharum atque prophetarum declarabat.

Cumque Emaus ab Hierosolymis ferè octo milia passuum abesset. & Dominus resolutè loqueretur, illa solum referens, quæ instituto conuenirent, satis longũ temporis spacium fuit ad plurima recensenda. Quod autem efficacius diceret, esset (credo) admirabilis illa obediẽtia Isaac. Etenim Gen. 22.
hæc est singularis, & inter cæteras longè pulcherrima domini figura. Pro quo nota Ioseph.
Iosephum dicere, cum Patriarcha Abraham sacrificium illud voluit immolare, filium eius Isaac triginta annorum fuisse, quod sa- 41
tis ostendit sacratus Textus in his verbis, tulit Abrahã ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum. Et siquidem ligna deferre poterat quæ hominis corpus concremare sufficerent, bene colligitur illum iam fuisse virum perfectæ ætatis. Cumque adaptatis lignis iam ambo soli in montis fastigio morarentur, dicit Iosephus, Abraham decreuisse filio suo loqui, nam videns Isaac patrem suum eum iugulandum, aut vinciẽdum apprehendere, posset dicere, delirus, atque insanus est pater meus. Quis enim pater filio suo siue bono, siue malo tale unquam fecit? satius vtiq; est illum a me tanquam amẽtem alligari. Quamobrem compositis iam lignis cum maxima cordis amaritudine filium suum alloqui cœpit dicens:
Fili dulcissime optimè nosti, quem modum 42
in ortu tuo habuerim; etenim ego senex eram, mater verò tua sterilis, quæque me ætate quasi adæquabat, & sic tu verè per miraculum, Deique beneficium natus es, nec te latet me esse prophetam, Deumque mihi reuelasse ex te totius mundi Redemptorem esse nasciturum, generationesq; innumeras, quæ ex te descensuræ sunt, mihi prædixisse. Nunc autem fili mi, cum ego Deum tantopere diligam, ipse mihi præcepit, vt te in hoc monte sibi sacrificem. Ego verò hoc velle debeo, tuque idem patienter ferre teneris. Nec verò dubito Deum, quæ mihi promisit, esse completurum. Mors tua nobilissima existet: tu enim primus es, qui ut 43
Deo obtemperes, mortem subis, queq; primus Deo immolatus in altari occumbis. Iuuenis autem cum esset deuotus, atque fidelis, utiliter patri suo respondit dicens: pater mi, diuinam voluntatem in omnibus adimpleri, Deoque semper oportet obediri. Ne verò ego præ mortis rabie stultum aliquid faciam me pater mi pedibus, manibusque uincito, postquam ego super ligna consedero. O admirabilem obedientiam, ò singularem patientiam, ò mirificam viri

sancti charitatem, ò quanta est hæc confessio ijs, qui nunc in lege gratiæ viuimus cũ maioribus Dei beneficijs vincti teneamur, quibus tamen illi in Dei ministerio tantopere præstiterunt: Ecce superni Redemptoris obedientiam, qui grauissimo crucis pondere onustus vsque ad montis fastigium perrexit, postea verò super ipsam crucem libenter extensus, quoniam oblatus est: quia
44 ipse voluit. Illic se vinciri, atque crucifigi ineffabili charitate, & obedientia passus est. In illo sacrificio non est occisus Isaac, sed aries, quem vidit Abraham inter vepres. Sic etiam in hoc sacrificio nõ est mortuus Isaac, qui significat risum, quia verbum diuinum est risus, & gaudium Angelorum: non enim mortuum est uerbum, quatenus verbum, sed occisa est humanitas illa, quæ illi inter spinas, clauos, & inter tormenta morabatur. Hęc omnia dicit S. Euãgelista, *Quæ de ipso scripta erant. Et appropinquauerunt Castello quo ibant, & ipse finxit se lõgius ire.* B. Augustinus dicit: Dominum cum nõ discederet, taliter se posuisse, vt proficisci vi
45 deretur, hoc autem, vt occasionem haberet misericordiæ gratitudinisq; suæ detegendę, sicuti fecerunt, quandoquidem coegerunt illum dicentes. *Mane nobiscum, quoniam ad uesperascit, & inclinata est iam dies.* Sic vos fratres charissimi cum pauperibus facere oportet; ne expectetis, quoadusque uos rogitent, vos illos rogitare debetis, vt in domo uestra excipi velint. Hinc etiam orationem discite, quam vos assiduò facere oportet in hoc tempore, dicentes sicut hi peregrini, mane nobiscum Domine, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies. Quando dies finiri vult, maximæ fiunt vmbræ, & siquidem nunc vniuersus ferè mundus errorum, atq; hæresum vmbris coopertus est, signum est diem uitæ nostræ super terram finiri velle, Dominus enim dixit, cum venerit filius hominis, putas inueniet fidem super terrã? siquidem ergo tam prope exitum sumus, ad Deum efficacissime proclamemus dicentes. Mane nobiscum domine, nunc cum tanta necessitate premimur. Idcirco vobis tota hac quadragesima prædicaui, vt per veram pęnitentiam ad hunc diuinum hospitem excipiendum disponeremini, vt maneat vobiscum in æternum. Ego vos sanctissimæ Trinitatis nomine adiuro, perq; sacratissimam huius domini, qui tantopere nos diligit, atq; dilexit, vitam, pre 46
tiosissimamque mortem, atque gloriosissimam resurrectionem, ante singulorum pedes prostratus exoro, vt in incepta virtute perseueretis, nec retrorsum regrediamini, neque tantam iniuriam inferatis domino, cui tot tantisque beneficijs deuincti estis, nec illum domibus vestris expellatis, nec sitis sicut canes. Est canis vescens carnibus asinini cadaueris, scumque viator præterit, cum lapidibus deterret, canis autem illius cruore delibutus paulisper ab eo recedit: postquam autem viator lõgè secessit, sicut antea canis ad cadauer reuertitur. O concubinarie, o turpis sensualis, o vsurarie, &c. qui carnalitatibus istis visceris, animamq; tuam istis sceleribus coinquinas, proclama- 47
uit ad te prædicator, lapidesq; in te diuinarum comminationum immisit, quibus perterritur paulisper a turpi viuendi ratione recessisti, siue quia te conscientia tua remordebat, siue quia erat quadragesima, & hominum pudore confundebaris. Transacta autem quadragesima, finita prædicationum assiduitate, quasi uiatore prætereunte ad istũ cruorem quasi canis, ad cadauer reuerteris. Ne sic faciatis fratres charissimi, per reuerentiam Dei uos deprecor, ne canibus similes efficiamini, siquidem homines rationis participes, & Christiani estis, diuinaque prę mia speratis. Diuinæ maiestati perseuerãter inseruite, in vobis per gratiam dominum excipite, quo postea cum ipso in perpetuum habitaturi in cœlestem gloriam conscendere mereamini. Amen.

Marginalia: Hebr. 9. (beside "pere præstiterunt"); August. (beside "runt Castello"); Luc. 18. (beside "terram finiri velle"); Simile. (beside "neque tantam iniuriam").

FINIS.






TERTIA PARS QVADRAGESIMALIS, IN QVA CONTINENTVR OMNES DOMINICAE,

Quæ in ſacroſancta Eccleſia ſolent decantari, a Dominica in Septuageſima uſque ad Feriam ſecundam poſt Dominicam Reſurrectionis incluſiue.

Dominica in Septuageſima.

Simile eſt regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam ſuam. *Matth.* 20.



1 CVM Chriſtus Redẽ-
ptor noſter dixiſſet
diſcipulis ſuis: In re
generatione, cum ſe
derit filius hoĩs in
ſede Maieſtatis ſuæ,
ſedebitis, & uos, &c.
Concluſit, dicens:
Multi erunt primi, nouiſſimi, & nouiſſimi,
primi. In regeneratione, & renouatione mũ
di (ait dñs) multi primi, erunt ultimi, & ecõ-
2 tra. Quid eſt hoc Dñe? ſi diceres ꝙ in his no
ſtris tpib. hoc futurum erat, non mirarer, ſi-
quidẽ multos primos nouiſſimos, multoſq;
nouiſſimos, primos eſſe cõſpicimus. Quod
aũt hoc in futura uita futurum ſit: magno-
pere profecto reſpectus, bonitatẽ, clementiã
que tuam admiror. Qũo eſt hoc, qđ hoc di-
cas, & ꝙ ſic futurum ſit? Si iſtud in hoc ſecu
lo faciẽdum eſſet, tolerabile eſſe vr̃, vbi plu-
3 rimos bonos oppreſſos cernimus, qui cum
in virtute ſint primi, in ſecularib. bonis sũt
nouiſſimi. Multos verò perditiſſimos homi
nes videmus, qui ſunt priores, & nobiliores.
Atque etiam ꝙ hoc ſic in hac vita agatur,
Pſal. 72. conquerebatur Prophetæ. Attende, qũo con
queſtus fuerit Dauid in toto pſalmo ſeptua-
geſimoſecundo dicens: Quam bonus Iſrael
Deus his, qui recto corde. Mei autem pene
moti ſunt pedes, pene effuſi sũt greſſus mei
quia zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorũ
videns. Quia non eſt reſpectus morti eorũ,
& firmamentum in plaga eorum. Ideo con-
uertetur populus meus hic, & dixerunt: qũo
ſcit Deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo? Ecce ip
ſi peccatores, & abundantes in ſeculo, obte- 3
nuerunt diuitias. Et dixi. Ergo ſine cauſa iu
ſtificauit cor meum, & laui inter innocentes
manus meas. Et fui flagellatus tota die, & ca
ſtigatio mea in matutinis. Exiſtimabam vt 5
cognoſcerem hoc, labor eſt ante me, donec
intrem in ſanctuarium Dei, & intelligam in
nouiſſimis eorum. Veruntamen ꝑꝑ dolos
poſuiſti eis, deieciſti eos, dũ alleuarentur. Et
paulo poſt, velut ſomniũ ſurgẽtiũ, i. Vidiſtis
q̃ bonus ſit Deus Iſrael ſeruientib. ẽt quaſi
labebantur pedes mei ad ſequenda mea la-
borum veſtigia, cum vitæ eorum ꝓſperita-
tẽ cõſiderarẽ. Video illos tã pingues, tamq;
ſanos, & video ꝙ illi ſunt, qui imperant, &
qui prohibent, illi ſunt gubernatores, iudi-
ces, & nobiles, illi denique pinguioribus mun
di rebus perfruuntur. Et cum hoc animad-
uertant hoĩes recti, & ſynceri, dicunt, quæ
eſt Dei ſapientia, aut quæ gubernatio? Si eſt 6
ſapientia in cęlo? hi quia ſunt mali, & pecca
tores ſunt priores, ditiores, ac nobiliores ſe-
culi, nos autem quia Deo ſeruimus, & in in-
nocentia vitæ ambulamus, poſteriores, pau
periores, vilioreſq; ſumus, ac magis oppri-
mitur? & ego ſine cauſa iuſtificaui cor
meum. Quid autem ait (ait vnuſquiſq; ho-
rum) mihi iuſtificatio mea, lachrymæ, ve-
bera, mortificationeſque ponderant? Exiſti

mabam(inquit Dauid) me hæc mysteria in
tellecturum. Existimabam, vt cognoscerem
hoc, labor est ante me. Si tantummodo res
præsentes considerentur, non potest huius
differentiæ, & disparitatis causa bene cogno
sci, quousque in gloriam Dei cum conside-
ratione mea ingressus sui, & horum fines, &
exitus consideraui. Adhibens hanc diligen-
tiam cum consideratione mea intellexi, qđ
7 his hominibus malis largiatur Deus bona
temporalia, ut in hac uita illis persoluat ali-
quod bonum, quod fecerunt: etsi cum iam
parum sit, in medio uoluptatum suarum il
los mors arripit, & quasi fumus euanescunt,
cum in sublimiori dignitatis gradu consti-
tuti sunt, & decepti remanent; sicuti, q post
prosperum insomnium expergiscuntur, &
nihil inueniunt eorum, quæ arbitrabantur
se habere. Vides dñe, qũo conquerunt iusti
quod hoc adhuc ĩ hoc seculo, illud agatur?
Tu uero dicis, ꝙ erit in regeneratione quan
do venturus es iudicare uiuos, & mortuos?
O æterne Deus, q̃ terribile e ĩ hoc etiam au-
ditu? Præcipue cum tu sis Deus iudex iustus
fortis, & patiens. Iustus, qui nemini iniuriã
8 infers, fortis cuius brachium a nemine con-
teretur; patiensque licet ad iracundiam pro-
uoceris. Quod cum talis sis: dicas tñ qđ no-
uissimi erunt primi; res est hæc, q̃ me obstu
peficit, atque omnes in maximam admira-
tionem adducit. Ad hoc rñdetur, ꝙ nõ vult
dicere hic dñs, ꝙ in die iudicij mali bonos
excellens Sed vult dicere, ꝙ multi, qui prius
Deo seruire cœperant, & multos annos in
eius seruitio, tepide ac remisse consumpse-
runt, non tãto præmio afficientur; sicut alij,
qui serius ei seruire cœperant, & pauciores
annos cum summa tamen animi contentio
ne seruierunt. Non enim tam respicitur, co-
ram diuina Maiestate breuiter, aut longitu
do temporis, in qua illi seruitur, quàm spiri-
tus, & amor, quo seruitur. Atque ut hoc
9 apertius significaret, proposuit dominus Pa
rabolam patrisfamilias, qui exiit conduce
re operarios in uineam suam, & finito die,
tantam mercedem tribuit illis, qui una tan-
tum hora laborauerant, quantam illis, qui
totum pondus diei in labore sustinuerant,
& finita parabola cum eadem sententia con
clusit, dicens; Sic erunt nouissimi, primi, &
primi, nouissimi. Multi enim sunt uocati,
pauci uerò electi.

Tota tñ difficultas hoc est, s.qũo ex eo,
ꝙ multi sunt uocati, pauci uerò electi, infe
rat diuinus dominus, quod multis erunt
primi, nouissimi, & nouissimi, primi? Ad in-
telligendum hoc notãdum est, quod in alijs
parabolis, sicut in illa ingredientium ad nu-
ptias: cum ille, qui non intrauit nuptialibus
uestibus indutus, iussus est mitti in tenebras
exteriores. Illic uerbum illud: Multi sunt
uocati, intelligitur uniuersaliter de illis, qui
ad Dei seruitium uocati sunt. Et illud; Pau
ci electi de solis iustis, qui gloriæ præmium
reportaturi sunt. In hac autem parabola nõ 10
sic intelligitur, sed intelligitur quod mul-
ti uocati, sunt omnes iusti, q in uinea domi
ni, usque ad consummationem uitæ labo-
rarunt, & pmio donati sunt. Atque ex istis,
pauci sunt electi, hoc est, feruidi, & excellen-
tes in seruitio Dei. Quod autem hic mul-
ti sunt uocati, de iustis intelligatur, manife
ste patet ex parabola. Oẽs enim illi, quos
uocauit, & conduxit dominus uineæ, in illa
laborauerunt usq; in finem diei, & omnes
mercedem suam acceperunt, & quia inter
multos iustos paucissimi sunt electi, & in
uirtute singulares; ideo hunc infert, ꝙ multi
primi, quia remisse seruierunt, erant in præ 11
mio nouissimi, multi vero nouissimi in tpe,
q̃a feruidi fuerũt, diligenterq; Deo seruie-
runt, erunt primi, & excellentes in præmio.

Etiam est ualde notandum, ꝙ hanc para
bolam proposuit Deus, tam bonis, quã ma
lis, ut nec mali, quamuis sero ueniant, despe
rent, nec boni licet cito ueniant, inflẽtur, &
superbiant. O quam bona, & quam necessa-
ria res hæc est? Depingite hic mihi duos ho-
mines, alterum optimum, alterum vero pes-
simum, ut uideatis in quanto periculo u-
terque illorum constitutus est. Conside-
rate in primis hominem nequissimum,
considerate illum mercatorem, usurarium,
qui omnium bona diripit, mendacem, adul
terum, omnibus denique sceleribus delibu-
tum. Dicite, quando hic uenerit in conside-
rationem deformitatis suæ, transactamque 12
uitam animaduertit, & uiderit, quod iam
nullum fere uitæ tempus sibi remanet, qđ
faciet? O sancte Deus quanto dolore com-
pungetur? Nec seculorum omnium anni,
nec cunctæ uitæ filiorum Adæ, ad agen-
dam pœnitentiam illi sufficere uidebun-
tur. Denique hic miser in tantas angu-
stias se redactum animaduertet, vt impos-
sibile esse arbitretur Deum sibi, tot tamq;
enormia peccata, quot in eum commisit, di
mittere. Maneat ergo talis hic: Contempla-

mini nunc uirum optimum, religiosum, ui-
lissimis uestimentis indutũ, cilicijs cooper-
tum, sequacem diligentissimum chori, pri-
mum in disciplinis, obedientissimum, opti-
mum, interius, & exterius: optimum ubiq;
& in oĩ tpe, purissimum, castissimum, beni-
gnissimum. Deniq; qui legem Dñi, suamq;
regulam nunquam fuerit transgressus. Ve-
runtamen dico uobis, ꝙ quodammodo hic
quasi in tanto periculo uersatur, ut alter pes
13 simus. Hic.n. prope est, ut pari iudicio cum
Deo uelit contendere, & dicere: Solue mihi,
optimè enim tibi seruiui, da mihi gloriam
quia iure illam mihi debes, & satis illam
promerui. Huic igitur ne ita efferatur, & su
perbiat, alteri uero, ne desperet, dicit noster
diuinus Redemptor: scitote, ꝙ salus uestra
à mea pura uoluntate, & liberalitate depen-
det, & hæc est prædestinatio illius, qui sal-
uandus est. Quapropter nullus extollatur,
licèt manè uenerit, nec desperet, quamuis
uesperi accesserit, dummodo accedat. Nã si
manè uenit plus ille mihi, quam ego illi de
beo, ego enim illum adiuui, ut manè ueni-
ret, & ego sum Dominus, qui possum face-
re quicquid mihi uidebitur. Atque hoc est
14 melius, & utilius hoĩbus. Vnusquisque so-
brius sit, & uigilet, cõsiderans quomodo ex
cruce latronem exceperim, & ex mensa, &
August. disco meo Iudam dimiserim. Et sic B. Augu
stinus dicit, quod scire homines bene uiuere
est donum Dei, & plus debet homo Deo,
quia opera bona in eius seruitio facit; quam
Deus homini debet, quod ea faciat. Et ita di
cit hic Gloriosus Sanctus. ipsa hominis ope
ra, munera Dei sũt. Quod si quis dixerit: Do
mine ego ieiuno, persolue mihi eiuniũ meũ:
potest Deus dicere: Imo tu solue mihi quia
dedi tibi gratiam, & auxilium, ut propter
me ieiunares. Dicet alter: Domine solue
mihi, quia dedi omnia bona mea propter te.
Alter Domine solue mihi, quia in tuo ser-
15 uitio uerberaui, & castigaui corpus meum.
Alter dicet, quia uirgo, aut martyr fui pro
pter te, alius, quia tot tentatione toleraui.
Quibus potest Dominus dicere: Imo uos
debetis mihi soluere, quia uobis auxilium
præstabam, quo in his omnibus uictoriam
reportaretis. Itaque magis Deo debemus,
eo quod sumus boni, & illi seruimus, quam
ille debet nobis: ille enim, non indiget ser-
uitute nostra, quod si ei seruimus, in nos,
non uero in illum beneficia conferimus,
Quocirca non habet cur superbiat, qui
prius ad uineam uenit, nec quare despe-
ret, qui serò accepit, si uerè, & ex animo
accedit, in hoc enim modico tempore, Simil.
quod illi superest, Potest facere sicut qui
in diuersorio, aut recreans se in nemore,
nimium commoratur cum longum iter
confecturus sit, posteà uerò cum uideat so-
lem iam occidere, & diem finiri, curat una
hora ambulare, quod sex horis ambulatu-
rus erat. Vnde infertur quod de nullius sa-
lute debemus desperarem, quantumuis per- 16
ditus, & iniquus ille sit, cum uideamus,
quod omnes, & in omni ætate Deus uocat,
eosque ad suam uineam recipit, si ipsi uo-
lunt uenire. Atque illis soluit, non tem-
poris spatium, sed Spiritus feruorem, quæ
operari sunt considerans. Magnopere etiam
adiuuat ad consolandos & fulciendos eos,
qui ad seruitium Dei sero accedunt, con-
siderare, quod maximus labor, quem pa
tiuntur in relinquendis malis moribus, &
rationibus, quibus semper uixerunt, (quod
non habent, qui ab ineunte ætate Deo ser-
uire cœperunt) si offerant illum, ut offerant
Deo, ac meritum maximè conducit, atq; ad
satisfaciendum pro pœnis purgatorij sum-
moperè prodest.

Quod prius in hac parabola notari opor 17
tet est, quod qui summo mane exiuit con-
ducere operarios, uocatur Pater familias,
quod est nomen pietatis, indulgentiæ, &
solicitudinis. Hoc est nomen, quod Deus
sibi ipsi tribuit, & adeo illi conuenit, ut di-
cat Iob: Quis est pluuiæ pater? aut quis Iob 38.
genuit stillas roris? ubi apparet, quod om-
nium rerum pater uocatur, usque & guttæ
aquæ, & roris? etiam, quia omnia creat,
& conseruat. Vnum ex illis, quæ magis
excitat eum, qui in alterius seruitute la-
boraturus est ut id libenter faciat, est, hi-
laris aspectus, & liberale ingenium Do-
mini sui. Ille Dominus (dicit quidam) est
tam affabilis, urbanus, & liberalis in suos
ut libentius illi gratis, quam alteri pro pre- 18
tio seruirem. Audiuistisne quot annos Ia-
cob seruiuerit patruo suo Laban eius ge-
ges, noctu, dieque custodiens, & cum non ar
bitrabatur Laban, abij Iacob à domo eius,
quia uidit malum uultum illius? Abeamus Gen. 31.
(dixit mulieribus suis) quia uideo faciem pa
tris uestri, ꝙ non sit erga me sicut heri, &
nudius tertius. Nequaquam seruiam homi-
ni, qui mihi benignum vultum non osten
dit. Frates mei uniuersalis rerum omnium

dominus, qui nos uocat ad obseruantiam suæ sanctę legis, & ad sui seruitium, est dominus tantæ nobilitatis, ut de eo dicat Dauid, Quoniam tu domine suauis, & mitis, & mul
Psal. 85. tæ misericordię oībus inuocantibus te. Tanta est eius suauitas, ut ad se nominandum nō dicatur dñs familias, quod est nomen Maiestatis, sed paterfamilias, ut uos confortet, & inuitet, ut libentissimē ad eius seruitium ac
19 cedamus. Hæc fuit maxima clementia, quā Deus hominibus ostendit, ꝙ uoluerit, ut illum patrem uocaremus, & in hoc uobis dedit arma, quibus cum concurreremus. Animaduertens diuina Maiestas, ꝙ in ratione creaturarum, ita imbecilles essemus, ut non haberemus arma, quibus ipsum possemus oppugnare, largitus est nobis hoc iaculum ęneum, fortissimum, quo eius cor transfige-
Rom. 8. remus, & uiscera suauissima penetraremus: quod est, ut eum patrem uocemus. Hoc diuinitus exagerat. S. Paulus, dicens. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus: Abba pater. Iam non oportet uos uiuere ut seruos, sed
20 ut filios dilectissimos, non cum serulli timore, sed cum suauissimo amore, siquidem spiritum filiorum Dei, & lucem, agnitionem, baptismum, legemque, ac gratiam, quam Deus filijs suis dare solet, accepistis, oportet nunc uos clamare, sicut & nos clamamus, sūma cum suauitate, & pleno ore dicentes. Pater, pater, quę sunt fortissima iacula ad Dei cor superandum. O quam fidenter potest anima se offerre coram hoc optimo patrefamilias; dicens illi. O domine, qui cælum, terramque imples, quomodo meam solam animam uacuam relinques? Tu domine, q uermiculis terræ, auibus cæli cibos præparas, quomodo meam aīam famelicā desines? Tu
21 qui lilia, & flores tam singularibus, & mirabilibus coloribus exornas, qūo aīam meam nudam destitues? Si tu imples oē animal benedictione, qui igitur mihi: præparatū habebis, cui aīalia, & cęlos creasti? Quis est, qui hanc. De suauitatē, ac clementiā audiēs, non confortetur, ut illi libētissime deseruiat? Præsertim cum uideat qūo surgit diluculo, ad nos uocandos, ut dicit sacrum Euangelium.

Exiit summo manè conducere operarios in uineam suam. Cum peccasset Adam dicit sāctus Textus. Et cum audissent uocem dñi
Gen. 3. deambulātis in paradiso, ad auram post meridiem. Siccine? Ad conducendo operarios, qui lucrentur, surgit summo mane, summa cum celeritate, at uerò ad puniendum uenit pedetentim, ambulans uesperi, & ad auram. O fratres mei hoc significat, quod talem Deum habemus, qui ad puniendum uenit quasi inuitus, ac si capillis apprehensus traheretur, sed ad conferendam nobis gratiā ac maxima beneficia, talis est eius in nos amor, qui non patiatur illum deambulantem, nec post meridiem uenire, sed eum summo mane faciat exurgere. Hoc significauit 22
et sponsa, dicens de sponso: Ecce iste ueniet Cant. 2.
saliens in mōtibus, transiliens colles, i. omnia dirumpens, quæ illum impedire posse uidebantur, i. ꝙ nec peccata, nec ingratitudines nostræ, quę sunt montes, & colles, quæ ex se Deū impediunt, sicut solent montes & colles uiatoribus obstrare, impedire ualēt, quo minus diuina Maiestas summo manè properet ad conferenda nobis beneficia. Duabus Simile.
maxime rationibus solet quis summo mane exurgere altera, quia est homo diligentissimus nunquam iter fecistis cum hoīe, qui nōdum est media nox, & iam a lecto surgit, & non quiescit ut iter faciat, famulum suum excitat, lucernā iubet inflammari. Dicit au- 23
tem famulus: Dñe quid tam festinanter surgis? nondum. n. tam citò illucesce, at ille qd (inquit) mea refert? potius. n. auroram à me quam me ab aurora expectari uolo. Videte quid cura & diligentia efficit. Altera causa est, quia longum iter illi conficiendum est. Famulum uocat, & mulam sterni iubet. Ait famulus, uide domine, quod nōdum illuxit. Parum refert (ait ille) magnū. n. iter mihi hodie conficiendum est. Scito ergo ò frater Christiane, quod pp has duas causas surgit Deus, mane. Altera est; pp maximam curā, quam habet, ut te in cœlum perducat. Vide quam solicitus est auarus propter pecuniam qui non potest in lecto quiescere. Quam solicitus est mercator, qui omnes diuitias suas per mare deducit, & in maximo periculo eas positas aduertit. Multo tamen maior est 24
cura, quam Deus de te habet. O benedictus talis Deus? glorificatus talis dominus? quare frater hoc te non mouet, & stimulat, ut sis diligentissimus in seruitio patris tui cęlestis, qui se tam solicitum, diligentem, ac benignum in te præbet.

Secunda causa quare tam diluculo exurgit, est pp longū iter, quod confecturus est, & hoc iter est, te conuertere, de malo bonum efficere, & ex titione infernū, reddere te lu-

te lucernam, quæ splendide in mundo illu-
cescas. Idcircò igitur exit summo mane con
ducere operarios. Et hoc significat, ꝙ vt pri-
mum rationis vsus illucescit, iam Deus est
tecum, ne ad Sathanæ vineam discedas. Sūt
homines tam ducibiles ad proficiscendum
in uineam Sathanę, ut quāuis uocentur, nec
conducantur, aut aliquid pręmij illis pro-
mittatur, oēs illuc pergant. Et cum Deus
tam summo manè exeat, totq; præmia pol-
liceatur, uix reperit operarios, q̄ velint ire
25 in uineam suam. O animę, quare non eru-
bescitis, & pudore confundimini, cum tot
uocationibus non r̄ndeatis, & ex tot inspira
tionibus admonitionib. pollicitationibus,
ac comminationibus fructum non percipia
tis: vocat te Deus hora prima, tu verò dicis,
hora tertia conuertar, uocat te hora tertia,
tu dicis: hora nona. Ecquis tibi seculare af-
firmat frater ꝙ te iterum Deus uocabit? pa-
tet hoc Euāgeliū illud mihi affirmat. Mē-
titis, nam etsi S. Euangelium dicit, quòd oī
tp̄e Deus exit, non tn̄ dicit ꝙ eosdem sem-
per uocat, & licèt, ita sit, ꝙ sæpè exeat ad uo-
candum te (ut sæpe contingit) quis tibi pote
rit secure affirmare, quòd hora tertia melius
26 quam hora prima poteris uenire? O cæce;
diabolus est, qui hanc imaginationem tibi
offert. O bonus Dauid, q̄ optime fraudem,
& tentationem hanc cognouit cum dixit:
Verbum iniquum constituerunt aduersum
Psal. 40. me. O quam pessimū verbum mihi Dæmo
nes dixerunt. Quod verbum? dicunt (inq̄t)
mihi, dormi, & requiesce, Dauid, q̄ncunque
enim uolueritis, poteris exurgere. Nunquid
qui dormit non adijciet, ut resurgat? Nun-
quid, qui recumbit in peccato, nō resurget
ab eo q̄n voluerit? O q̄ maledictum, & quā
mendax uerbum, non.n. resurget peccator
q̄n voluerit, nec lex hæc in manu eius est.
Quod si nunc ea a Deo uocaris, ire non vis:
fortasse postea ire uoles, & non poteris. Ve-
27 nit mensis Augusti, cum paruo pretio triti-
cum ęstimatur, & tu habes pecunias, quibus
possis triticum tibi emere, & dicit amicus
tuus: eme nunc illud siquidē talem habes oc
casionē, tu verò non uis. Postea uerò carius
ualet triticū, & tu consumis pecunias, quas
habes, atque cum hyems uenit fame peris.
Simile. Frater mi aduerte, ꝙ nunc est Augustus, &
Deus paruo p̄tio uenditur, ac tu habes pe-
cunias, quæ sunt uires, tp̄s, ac ualetudo ad
agendā pn̄iam, ad ieiunandum, ad exercen-
dum te in oī opere bono. Eia ergo incipe
emere, fac testā̄ tuum, prepara aīam tuam:
confitere peccata tua, reconciliare cum ini-
micis tuis, recede ab occasionibus, &c. Non
uis forsitan ergo q̄n volues non poteris.
Veniet hyems illa mortis tā tempestuosa, & Pro. 20.
ita te undiq. circumuentum, & conturbatū
reperies, ut quasi nihil bene ordinatum, & re
ctum possis efficere, & ita in infernum detru
deris vbi famē crudelissimam in perpetuum
patieris. Hoc est, ꝙ Spiritus sanctus dicit, li-
cet transuerso temporū ordine, ac ego nunc
dixi, propter frigus piger arare noluit, men- 28
dicabit ergo æstate, & non dabitur illi.

Conuentione aūt facta ex denario diurno.
O quā ignominiosum uerbū fuit hoc ho-
mini, semel tm̄ præcipit Deus cœteris crea-
turis operari, & ex quo eas in initio sæculi
creauit, nunquam vsq; hodie operari cessa-
uerunt, nec cessabunt quidem, quousq; illis
Deus aliter præcipiat. Animaduertite qūo
nunquam cessauerint cęli, qūo terra semper
produxerit. Denique discurrite, & contem-
plamini omnes creaturas, & inuenietis eas
in illis occupatas, ad q̄ eas Deus creauit. At-
que hoc solummodo, q̄a illarum creator eis
sic præceperit, nec tn̄ illis aliquid promise-
rit. Homo aūt, q̄ maiora beneficia, quā cęte-
ræ oēs creaturæ accepit, ita ingratus & rusti- 29
cus est, ut necesse sit illi præmium promitti,
ad incitandum illum, ut faciat quod debet.
Et quod peius est, ēt cum maximis pollicita
tionibus non vult illud facere. Si præcipe
retur terræ, & loqui sciret, diceret se iniuria
affici, cum sibi præciperetur, quod ipse face-
re tenetur, atq; idem dicerent cæteræ omnes
creaturæ. Quod aūt hō, quem rō, fides, gra-
tia, ac præmium inuitat, id nolit facere, ma-
ximæ est ingratitudinis profectò. Et super
oīa, ꝙ illi cautum est cum pęna mortis æter
næ (quod est peccatum) hoc diligentissime.
ac summa animi contentione facit. O dia-
bolicam peruersitatem, quare non uerecun-
damur fratres, ꝙ in tam immane, & tātæ in
gratitudinis crimen incidamus? Pudeat er-
go nos, & saltem pp spem utilitatis, quæ no
bis promittitur, incipiamus in hac uinea
Dn̄i laborare. Ad quod ut nos incitet, & ex-
hortetur, promittit diuina Maiestas æterna
p̄mia Democritus Philosophus obscuris- 30
simam quandā protulit sn̄iam, s. Duo lumi
naria mūdum gubernat. Et Arist. exposuit Democ.
hanc sententiam, dicens, qđ hæc duo lumi
naria, aut sidera, sunt utilitas, & timor. Ni- Aris. 10.
hil faciunt homines nisi alterū horū finiū, Ethico.

tanquam scopum ante oculos habeant. Aut enim spe præmij cōciteti, aut timore deterriti, ne in aliquē laborem incidant opera sua faciūt. Cùm igitur hoc ita sit, quò maiori labore nos poterat Deus deterrere, qua æternis inferni tormentis nos comminans? Aut quid amplius poterat promittere, quam seipsum, quod est infinitum bonū, vt eo in æternum perfruamur? & tñ multos Deus passim
31 inuenit, qbus dicat q in hodierno Euāgelio oparijs dixit. *Quid statis hic tota die otiosi?* Tm̄ malum est otium, vt minus inconueniens esse duxerint Philosophi dicere mundum ab æterno fuisse, q̄ otium in Deo imaginari, & iō affirmauerunt, q ex quo Deus est, est ēt & mundus nisi.n. esset mundus (dicebant) quod esset Deus otiosus, quod non est credibile, esse posse in Deo, cum ipse tāto pere otiosos execretur. Fides catholica etiā fatetur nullum vnquā in Deo fuisse otium veruntamē non iō mundus ab æterno fuit. Deus.n. alias res maioris momenti habet in tra se in quibus occupetur: q̄ creationem, & gubernationem vniuersis, ut est, contempla
32 tio suæ diuinæ essentiæ, & amor, & cōicatio diuinarum personarum. Veruntamen magna exaggeratio est, ad declarandum quantum malum sit otium, cum fuerit occasio, ut in tm̄ errorem Philosophi inciderent, ut crederent mundum ęternum fuisse, ut Deo otium nō tribuerent. Alia ēt maxima exaggeratio otij est q Spiritus Sanctum nobis irrationalia animantia obijcit, ne quidē maiora, aut nob. liora, sed vilissima, quæ sunt formicę. Significans q ēt sunt magis bruti, & irrationales hoīes otiosi, q̄ hæ tam humiles creaturæ. Et ita dicit: uade ad furmicam ò piger, & considera uias eius, & disce sapiē tiam, quæ cum non habeat ducem, neq; præ ceptorem, neq; principem, parat in æstate ci bum sibi, & congregat in messe quod come
Prou. 6. dat. Et postea exclamat dicens vsque quo piger dormies? qn̄ cōsurges de somno tuo? paululum dormies, paululum dormitabis, & ue
33 niet tibi pauperies quasi uir armatus. O quā terribilis reprehensio, & quā obstupenda cō minatio. Disce (inquit) ò piger à formica, quæ cùm magistrum, prædicatorem, aut reprehensorem non habeat, tam diligenter quærit, quę sibi in necessitatis tpe necessaria sunt. Tu autem ò rationalis homo, cum tot pceptores, & prædicatores habeas, uec tamē plus q̄ā lapis commoueris? quousq. tandē dormies infelix? quando tandē ab isto somno consurges? Breuissimum est tps, quod hic cum ista misera tranquillitate, & somno potes degere. Et statim sicut vir fortissimus te occupabit, & circunueniet paupertas, à qua nullo vnquam tpe poteris liberari: Væ auribus, quæ talia audiunt, nec tñ à tam graui somno, & negligentia exurgunt? Fm hoc fratres mei non erit necesse, vt Regina Austri, aut Niniuitæ consurgant ad condemnandam hanc otiosorum generationē, sed una formica sufficiet eos omnes condemnare. 34
Quid plus in tāti mali execratione dici pt?


Dicit ergo illis dn̄s: *Quid statis hic tota die otiosi?* O pigri in hac vita quæ uobis concessa est ad æternam beatitudinem consequēdam, hic estis otiosi? Nō poteritis profecto merito rūdere, qđ illi rūderunt dicentes: *Quia nemo nos conduxit.* Cum tam crebro habeatis, qui nos Dei nomine uocent, & inuitent. Præsupposito, qđ cum diuino fauore ijs, quæ modo audiuistis, concitati omnes uno aīo proposueritis in vinea Dn̄i incipere laborare, vnam tm̄ exercitationem, & diligentiam uobis volo dicere, quam in hac Simile.
vinea debetis adhibere. Et est hæc, qđ quem 35
admodum qn̄ materialem uineam colitis, facitis fossas circum uites, auferentes terram, quæ ibi est, ut uitis aquam, & solis calorem percipiat. Sic oportet vos facere in aīab. uestris spirituales fossas, vt uitis, quod est cor uestrum spiritualem rorem, & calorem solis iustitiæ recipiat. Atque hoc nihil aliud est, q aīæ desideria cælum uersus detegere, & aperire. Aperite fratres mei maxima desideria in cęlū, & uos ueteri terra eradicate. Renouamini in nouitate sensus ue- Eph. 4.
stri. Auferte terram à circuitu cordis uestri & summa cum diligētia in hoc laborate in uicem uos confortantes. Et ad hæc sancta exercitia inuitantes, sicut operarij in uinea alij alios inuicem confortant, & incitant. Sic Hebr. 3.
nos monet S. Paulus dicens, uidete fratres 36
ne sit in aliquo uestrum cor malum incredu litatis discedendi a Deo viuo. Sed abhortamini uosmetipsos per singulos dies donec hodie cognominatur, vt nō obduretur quis ex uobis fallacia peccati. O quā diuina uerba, largiat nobis dn̄s spiritū intelligendi, sentiendi, atque exequendi illa. Cauete (ait B. Paulus) ne sit in uobis cor infideles, non solum infidelitate hæresis, sed etiam infideli tate separationis a diuino amore, & obedientia Dei uiui, & ad hoc faciendum, exhortamini, & confortate uos inuicem quoti die

die. Quamdiu hæc vita durauerit oportet
uos ab hoc opere non cessare, statim.n.fal-
lacia peccati cor obduratur. Cauete ne pec-
catum amplectamini, nimis.n.fallax est. Est
pomum externus pulchrum, interius verò
putridum. Est quasi melopepo scriptus, intus
verò inutilis. Quapropter aperire magnas
fossas ardentium desideriorum, in quib. re-
cipiantur cælestes rores, ne corda vestra ob-
37 durentur. Vult.n.Deus, vt cælestia summo
Psa l.80 animi affectu, ac cordis suspirijs cupiamus,
& ea sicut tã pretiose ac necessaria expóscamus:
suaq; diuina ac cælestia beneficia ma-
ximi faciamus. Idcirco Dauid dicit: Aperi
os tuum, & adimplebo illud. Et alibi: os meũ
aperui, & attraxi spiritum, quia mãdata tua
desiderabam. Quia desiderabam (inquit) ut
anima mea maximum fructum ferret, tuaq.
diuina præcepta obseruat, aperui, & extendi
desideria mea, & feci profundam fossam, ac
statim ros tui diuini spiritus excidit. Sed di
cet aliquis pater sum tam siccus, & miser, vt
de mea quidem desideria ad res cęlestes sciã
extollere. Ad hoc dico, ꝙ si non scitis res cæ-
lestes desiderare, saltem desiderate eas deside
Ps. 148. rare. Vt Dauid eodem Psalm. dicebat. Cõcu
38 piuit anima mea desiderare iustificationes
tuas, in omni tempore. Quòd sanus, & infir
mus, diues, & pauper, lætus, & tristis: manè &
vesperi desiderabat aĩa mea, vt semper suspi-
rarem, vt meliùs, ac meliùs in dies diuinę ma
iestati tui seruirẽ. O fælix qui hac solicitudi
ne animam suam excoluerit, & cum hac di-
ligentia in uinea domini laborauerit. O q̃
abundantem fructum percipiet, & q̃ pretio
so amoris vino etiam in hoc sæculo pfruet.
Quòd si hunc fructũ non tulerimus, de no-
bismetipsis conqueramur: eo ꝙ passionibus
ac negligentijs nostris animam nostram ste
rilem reddimus. Sic fatebatur ipse Dauid di
39 Psal.34. cens: Retribuebant mihi mala pro bonis,
sterilitatem animæ meæ. Cum appetitibus,
& passionibus meis benefaciã, ipsi mihi pes-
sime persoluunt, reddunt.n.animam meam
sterilem. Et cauete diligenter ne racemus ter
ram attingat, quia putrefiet. Cauete ne ope-
ra uestra bona terram attingant, ne illa pro
pter humano respectus faciatis, eleuate illa à
Cant.7. terra, & facite solummodo pp gloriam, & ho
norem domini, ut faciebat sponsa, quæ dice
bat: Omnia poma seruaui tibi, noua, & ue-
tera. Non (inquit) illa mihi seruo, aut hoïb.
cum illi seruio, sed oĩa tibi uolo, tam noua,
quam uetera opera ad laudem, & gloriam
nominis tui custodio. Hic est excellentissi-
mus modus, quo anima magnoperè profi-
ciat, & maiora denuò beneficia ac gratię au
gmentum consequatur, quia cęlestis gloria
comparatur, ad quam nos perducat Iesus
Mariæ filius. Amen.

Dominica in Sexagesima.

1

Cum turba plurima cõueniret ad Iesũ & de ciuitatib. properarent ad eũ, dixit per similitudinem. Exiit qui seminat seminare semen suũ. Lu.8



CVM turba plurima ex diuer
sis ciuitatibus, & regionibus
ad Christum R.N. accessis-
set, vt illis ostenderet, quòd
non omnes proficiendi desi-
derio ueniebant, proposuit similitudinem,
dicens, exijt, qui seminat seminare, &c. Et di
cta similitudine exclamauit, dicens. Qui ha-
bet aures audiendi, audiat. Non dixit qui ha
bet aures, audiat, sed qui habet aures audien
di, audiat. Multi enim habent aures, sed non 2
ad audiendum bonum. Qui podagra labo-
rat, pedes habet, si tamen illi dicas, frater cur Simile.
re, dicet ipse, nequeo, dices illi, vt non habes
pedes? habeo (inquit) sed sunt podagrici. Ha
bet pedes, sed non ad currendum, sic omnes
habet aures, sed (propter scelera nostra) pau-
ci eas habent ad audiendum, ut oportet. Ec- Ecclesi.
clesiasticus dicit: Auris bona audiet cum om
ni concupiscentia sapientiam. Hic notat Spi
ritus sanctus quænam sit bona auris. Sunt
homines, qui tam malas habent aures, ut sal
uationis odoctrinam percipere uix possunt
nec aliquid aliud præter curiositates, & uani
tates uelint audire. Solum autem eum Spi-
ritus sanctus hic dicit bonas aures habere,
qui summa cum suauitate & ardentissimo
desiderio gaudet animę sapientiam percipe 3
re. Et de illis, qui hoc animi affectu res diui
nas non diligunt, dici potest, quod non ha-
bent aures ad audiendum, atque etiam dici
potest, quòd spiritualiter sunt priuati auri-
bus. Latrones, qui incipiunt furari, cum in
primo furto deprehenduntur, exuuntur ue-
stibus, & publicè uapulant. Pro secundo au- Simile.
tem latrocinio grauatur illis pęna, & abscin
duntur eis aures. Ita se Deus habet cũ pecca

tor. Pro primo.n.peccato tanquam pro primo latrocinio illum exuit gratiæ uestibus, & crudelissimis verberibus illum flagellat, qui sunt morsus, & amaritudines consciæ, quæ illi propter peccatum superueniũt. Cũ .n.adhuc sit nouitius in malo, nec tam distractus sit, illum cõsciã magnopere remordet, & cum spiritualibus angustijs, & afflictionibus incedit. Si uaro his verberibus percussus non emendatur, sed secundum latrocinium
5 committit, hoc est, si peccatis peccata addit, in pœnam huius deprauationis punitur Deus vt ab illo aures auferantur, & ꝙ maneat ferè sine vlla attentione ad bonum. Et hoc est auribus priuari. O quot sunt in mundo, atq; etiam fortasse in hoc templo sine auribus, sine attentione, & affectione alicuius boni, tã ꝗ hoĩes, q̃ cũ futuris rebus conclusionẽ fecerunt, qui de morte, iudicio, aut inferno non agunt. Et idcircò ad nihil cæleste intendunt
Leu. 22. Præcipiebat Deus neq; ꝓ voto, ꝙ fecerat,
Gl. inte. ouem aure, aut cauda amputatis offerret.
sup Leu. Glossa interlinearis dicit, ꝙ ille est ouis sine
22. cauda, qui nõ cogitat de nouissimis. Cauda est extremitas aĩãlis, & ille est quasi animal sine cauda, qui de rebus futuris æternę uitę nõ
6 cogitat. Et ex eo ꝙ cauda careat, ꝓuenit, ut nec aures habeat. Ex eo.n.ꝙ de rebus futuri sæculi nõ cogitet, prouenit, vt quasi auribus priuatus, cũ ista amentia in pœnam peccatorũ suorum maneat. Hoc aĩal nõ uult Deus in suũ sacrificium acceptare. Si ergo sumus ò fratres mei amputatis auribus, ꝙ remediũ habebimus, ut in diuinam Dei gratiã redeamus, & illi iterũ acceptabiles efficiamur? Qđ habuit ille cuius auriculã S. Petrus amputatur, ad recuperandũ eã, ꝗ Christus R.N. manibus accepit, & illi restituit. O Christe ui-
7 tæ reparator, uerè miseriarum nostrarum curator Ecce nos oẽs hic sumus amputatis auribus, non à S. Petro: sed ꝓ scelera nostra, te ergò supplices exoramus, ut nobis aures restituas, ut nobis concedas attentionem, & amorem tuæ cęlestis doctrinæ, ut ita in uisceribus nostris imprimatur, & in nobis fructificet sicut tu vis. Ita debetis fratres mei hũc diuinum medicum supplicare, qñ ad audiendam prædicationem acceditis. Interrogantibus ãt Apostolis, q̃d nã illa parabola significaret, cępit illam dñs exponere, & dicere. *Semen est uerbũ Dei.* Poterit aliquis dicere: Arist. dixit, ꝙ oẽs transferentes s̃m aliq̃ simili-
Arist. 6. tudinem transferunt. Ergo siquidẽ filius Dei
Top. c. 2 verbum diuinum grano cõparat, in aliquare oportet illa esse similia. Ad hoc rñdeo ꝙ nõ solum in vna re, sed ẽt in multis diuinũ uerbum, & semen conueniunt, ex quib. duas tãtum res in quibus assimilantur nunc dicam. Altera est, ꝙ semẽ habet proximã uirtutem ad producendum fructũ, & talem uirtutem hẽt verbum Dei, ꝙ est initium, ꝑ ꝙ cõsecu- Sco. in 1.
turi sumus fructum gloriæ. Subtilis Doctor d. 1. q. 3.
Scotus dicit, ꝙ quemadmodũ ultimum, ꝙ ad 1.
ex arbore speramus, est fructus, non ut illum 8
seruemus, sed vt eo perfruamur, fructus .n. à fruendo dr̃, uel èconuerso ut asserit angeli- D. Th. 1.
cus doctor, & fructus nascitur a flore, flos au 2. q. 11.
tem a ramo producitur, ramus uerò a stipite art. 1.
proficiscitur, stipes autem a radice exit, radix autem a semine generatur. Sic Deus noster vltimus finis est fructus a nobis expectatus, quo, ipso præstante, fruituri sumus. Itaq; vltimam expectatũ ab hoĩe, seu vltimus eius finis Deus, fructus spiritualiter acceptus, dr̃.
Hæc aũt fructus acceptio, inter alias, plurib. D. Th. 1.
in locis ponitur a D. Tho. Ieiunamus, ac la- 2. q. 11. a.
boramus, ex omnib. ergo Christianis exerci- 1. & q. 70
tationibus, quem fructum nos percepturos ar. 1. & 1
speramus? speramus quod Deus semetipsũ 4. sen. d.
per claram uisionem nobis concedat. Vnde 49. q. 5.
ergo nobis emanat, quod hunc fructum cõ ar. 2. & 1
sequamur, qui est Deus? Dico quod uisio addit. ad
Dei, & eius possessio, per charitatem impe- 1. p. q. 76
trat. Sine illa.n. nec eleemosynæ, nec mortis ar. 2.
quidem ꝑpessio aliquid prosunt ut affirmat 9
S. Paulus cum dicit, si distribuero in cibos pauperum oẽs facultates meas, charitatem autem nõ habuero, nihil mihi prodest. Charitas autem ex fide proficiscitur, fides.n. me docet, quod Deus est supernum bonum, & quod idcircò debeo illum diligere. Fides etiam docet me maxima beneficia, quæ in me contulit, quod propter me descendit de cœlis, & homo factus est. Crucifixus est etiam pro me, &c. Et ex alia parte lex naturalis mihi dictat, ut sim gratus, atque hinc venio ad concipiendum amorem huius optimi Dei, & quoad possum in hoc a- 10
more accrescere, & proficere uiriliter curo. Ecce quomodo charitas, & amor ex fide procedit, & ideo dixit S. Paulus, sine fide impossibile est placere Deo. Ille verò Deo placet, qui eum diligit. Ex quo manifeste apparet, quod tantum dixit in hoc, ac si diceret, sine fide impossibile est Deum diligere. Res autem fidei sunt tam excellentes, vt nullum humanum ingenium quantumuis acre, & subtile illas possit adipisci?

quas

quas si adipisceretur, iā non esset fides. Et iō ad hāc fidem habendam oportet nos audirē uerbum Dei, ut exaggerat S. Paulus dicēs:
Ro. 10. qūo credunt ei qui non audierunt, & postea cōcludit dicēs, ergo fides ex auditu, auditus aūt per verbum Chri. Et ita apparet qūo ac impetrandam fidem necesse est uerbum dñi audire. Ecce qūo Deus, qui est fructus quē speramus, non impetratur sine charitate, & charitas non impetratur sine fide, fides aūt non acquiritur sine prædicatione diuini ver
11 bi: atq; ideo cū maxima conuenientia illud uocat dñs semen, siquidē (ut probatū est) per illud hic diuinus fructus comparatur. Altera res, in qua uerbum Dei simile est semini. hæc est. Qđ sicut necesse est, ꝙ semen incorporetur in terra, & radices agat, atque in ea conseruetur, & ita fructū fert. Sic verbū Dei
Ps. 118. fructū fert si in humano corde satū, summe cū affectione illic seruat, ut faciebat Dauid cum dicebat, in corde meo abscondi eloq̃a tua, ut nō peccē tibi, & eo qđ ita nō cōseruatur, tā parum operationis, & fructus facit in plurimis audientiā cordibus. Hac de causa B. Iacobus admonens hoīes, ut ex diuino uerbo fructum perciperent, & ꝯm illud opera-
Iaco. 1. rentur, admirabili quadam cōparatione explicuit, qđ ex eo qđ illud audiētes nō cōser-
12 uarēt, ꝓueniebat, qđ illud opere nō exequerentur, dicens, estote factores uerbi, & nō auditores tm̄, fallentes uosmetipsos, quia si q̃s auditor est uerbi, & nō factor, hic comparabitur uiro consideranti uultū uanitatis suæ in speculo, considerauit enim se, & abijt, & statim oblitus est qualis fuerit. Primum notate, qđ dicit, q̄a decipit hō semetipsum, cū solummodo cōtentus est uerbum Dei audire. Dñt multi ad prędicationem vadimus & nihil est amplius: & remanent ualde contenti arbitrantes illud sufficere. Secundo notate diligenter, ꝙ posuit similitudinē contemplantis se in speculo: quia qui sunt uiri, ut esse oportet, & nō fœmineis moribus assuefa-
13 cti, si aliqñ faciem suam ad speculū aspiciūt est tā celeriter, & (vt aiunt) ꝑ transennā, & tā paruā reflectionem in speculo faciūt, ut statim obliuiscantur imaginis suæ, quam ille perspexerunt. Nō āt posuit similitudinē mulieris considerantis se in speculo. Nā mulier non celeriter, sed prolixè uultum suum contēplatur, & faciē sui ꝯm speculum adaptat, & exornat, & defectum, quem in ea animaduertit diligēter tolli, & deniq; utitur speculo, & ex eo utilitatē percipit, vir aūt aspicit se celeriter, nec se adaptat, ꝯm quod uidet in speculo. Et si hoc fortasse fuit in illo tpe qñ S. Iacobus hoc scripsit, nunc āt sunt iam viri tam parum curātes ea q̃ uirilia sunt, & autē fœminei, ut quasi fœminæ sese ad speculum componant, & exornent. Tertiò notate ēt qđ comparat uerbum Dei speculo. Et ita oportet uos cōsiderare, quod qñ prędicatur uobis diuinus sermo, ꝓponitur uobis ante oculos speculū, in quo maculas, & defectus
uestro animaduertatis, & eos corrigatis, & 14
ualde prolixe uos in hoc speculo aspiciatis, & respiciatis, ruminantes cogitatione, quod in ꝑdicatione dicit, ut secundum illud aīas urās cōponatis. Hoc est.n. semen seruare, vt fructū ferat. Ex eo qđ hoīes cum hac attentione in hoc diuino speculo se nō contēplētur (dicit S. Iacobus) prouenit, qđ tā parum fructus ex eo percipiātur. Et qđ peius est, sæpenumero non solum nō percipiunt homines ex ꝑdicatione fructum, sed cum sit spe- Simile.
culū, qđ eorū maculas, & deformitates illis repræsentauit, de eo murmurantes abeunt.
De simia dr̃, qñ si qñ cōtingit, ut se in specu 15
lo videat, cū illic tā deformē, immūdā, ac nigrā se animaduertat, tantā rabiem, in speculū concipit, ut si possit, illū cōfringat. Quid similius dici pōt ijs, quæ faciunt hoīes malæ conscientiæ, qui pleni indignatione, & rabie, q̄a in prædicatione illis dr̃ quales sint. & eorū deformitates illi præsentantur, uellēt ꝑdicatorem uiuum comedere, & illum ꝑdere, ac cælestem doctrinam, q̃ prædicat confringere, & annihilare, ac penitus labefactare. O simiæ, simiæ. Ecquid habet culpæ uerbum Dei, aut concionator, qui eius nomine illud prædicat, si uos estis deformes, immundi, & diaboli effecti? Curate ergo fratres mei uobis remedium adhibere, siquidē tam propinquum, & paratum est auxilium Dei, nec quæramini de eo qui nullā uobis habet culpam, & munus suum exequitur, ut debet.

Optime uidistis qūo Beatus Iacobus in 16
his uerbis nos doceat, maxime necessarium esse reflexionem facere in uerbo diuino, & ut in corde magnopere conseruetur, ut radices agat, & fructū ferat. Et ita profecto faciunt iusti, ut affirmat Ecclesiasticus dicens, Eccl. 2.
qui diligūt illū cōseruabnt uerbum illius. Amor hēt maximā memoriam, qui uerā alterū diligat oīa eius uerba, ēt & minima, & q̃ per risum dicuntur memoriæ affigit, & in pectore suo conseruat, sic qui maximo animi affectu Deū dilgūt, eius uerba in pectore

re suo scribunt,& ita memoriæ affigunt, ut nunquã aut saltem difficillime obliuioni ea tradunt. Cõtra uero ubi non est amor, non aduertit q̃d dicatur, nec loquentis uerba æstimant. O quãtũ est circa hoc plorandum? ꝓ facto quia uerba Dei non percipimus, tanq̃ verba illius, quẽ diligimus, ideo tam facile nobis à memoria excidunt, nec ad ea attendimus, aut illa aliquid æstimamus. Memento te fratres mei quõ percipitis uerba amici
17 uestri, quẽ ualde diligitis?& quã libenter in corde uestro assident, & q̃ fixa nobis in memoria remanẽt, & erubescite, ex hoc enim intelligetis q̃ parum Deũ ametis, cũ tam facile obliuiscamini illorũ oĩum, quæ nobis eius nomine dicunt. Radices, quas hoc diuinum semen agit in aĩa, sunt intentiones bene operãdi, in alijs eas agit maiores, in alijs verò minores. Aliq firmissima ꝓposito concipiunt,& statuũt se potius morituros esse, q̃ ꝙ illa opere non exequantur. Alij aũt remisse ꝓponũt,& paruas radices in illis uerbũ Dei agit, de quib. dicit. Adulterinæ plan-
Sap. 4. tationes non dabunt radices altas. Hi sunt quorũ pater est diabolus. Plãtæ illegitimæ,
18 quanquã proponunt bene agere, quum au-
Simile. diunt prædicationẽ, postquam tamen illinc exeũt nihil est amplius. Sicut oua, quæ sunt in igne sudãt,& à se guttas aquæ immittunt cũ ãt ab igne separantur, statim sicca remanent, ut antea. Ita mali quãuis aliqñ prædicationem audientes, suspiria, & lachrymas profundunt; cũ primum ex templo exeũt ex siccantur ut antea, q̃a uerbũ Dei in illis non egit profundas radices, nec ipsi firmissima
Eccl. 24 proposita operandi boni cõceperunt. Nõ sic bonis contingit, sed in illis adimpletur qđ præcipit Deus suo diuino verbo dicens. In electis meis mitte radices. Iusti exeunt cum tã constantib. propositis, ut quales fuerint radices, optime in fructibus perspiciatur. O quam iucundum est prædicatori talibus ho
19 minibus prædicare? Idcircò dicebat Esaias.
Esa. 66. Audite uerbũ dñi, qui tremitis ad uerbũ eius. Vobis gaudeo prædicare (inquit S. Propheta) qui audiẽtes uerbum Dei, toto corpore contremiscitis,& statim conuertimini,& ex eo fructum percipitis.

Ecce rationes, quare dicit dominus quod semẽ est uerbũ Dei; Seminator aũt est ipse Iesus Christus summus mundi Magister, de quo intelligit illud: *Exijt qui seminat seminare semen suum.* Exijt enim hic diuinus seminator in sua sanctissima natiuitate, ad seminandum diuinum sui cælestis uerbi in
hoĩum cordibus. Qñ agricola exit diluculo ad serendũ, uadit totus capitio coopertus Simile.
pp nimiũ frigus, cũ uero sol exit incipit sudare, in meridie ãt pp nimium calorem, quo grauatur exuit se capitio, ut melius possit serere,& illud à quercũ suspendit. Ita hic diuinus seminator exijt in aurora natiuitatis suæ sanctissimæ carnis suæ capitio coopertus, & hyemis frigore coarctatus, & statim 20
admirabili paupertatis humilitatis, & obedientiæ exẽplo cæpit seminare. Adueniente autẽ humanæ uitæ meridie (q̃ solet esse trigesimotertio anno) ꝓ nimio charitatis calore cæpit in horto Gethsemani sanguineos sudores emittere, qñ factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrẽtis in terram. O Luc. 22
diuine seminator filij æterni Dei, si tãto agone in ista agricultura fatigatis, fac dñe sicut & alij agricolæ facere solẽt, exue te capitio & suspende in illud arbore. Et ita fuit, ꝙ ꝓ nimio calore ardẽtissimi amoris sui in nos, exuit se sanctissimi corporis sui capitio, & illud in crucis arbore suspẽsum reliq̃t, separans illud ab aĩa, non tñ à diuinitate ut me 21
lius seminaret. Hoc est ut magis eius uerba Esa. 66.
in uisceribus nostris imprimerentur cum illa tã patiẽtia,& amore seminaret. Et sic talem effectũ hoc diuinũ semẽ effecit, ut breui tpe per uniuersum orbẽ ex eo fructus fuerit percepttus. Quod multo tpe antea mirabatur sanctus propheta Esaias in spũm, cum dixit. Anteq̃ parturiret peperit, antequam ueniret partus eius peperit masculum. Quis audiuit vnq̃ tale:& q̃s uidit huic simile? nũq̃d parturiet terra in die una? aut pariet gens simul, quia parturiuit, & peperit Sion filios suos? vt Sanctus Hieronymus super hunc locum Hie. li. 7
scripsit, omnes has admirationes facit sanctus Propheta, propter rem unam, quæ ter- Ecc. hi s.
ram, ac cælum etiam obstupefecit. Quæ fuit ca. 4.
quomodo uerbum Iesu Christi tam breui 22
tempore in uniuerso orbe tantum fructum tulerit. Hoc est enim quod ad literam significat illa sententia, antequam parturiret peperit, idest, quod antequam tempus esset ut crucis, diuinæque prædicationis fructus prodiret, iam mundus conuersus erat. Hoc autem, ꝙ omnes ad laudandum Deum summopere inducet, nos inuitat, vt maxime verecũdemur,& magno cũ dolore calamitatẽ nostram maximam lachrymemur, quod in illo tẽpore tam breuiter diuinum uerbũ tm̃ fructum produceret, nunc uero nos tam

parum

parum feramus: quod est satis magnæ iniu-
cunditati, aç mœrori seruis Dei, qui de hac
re agunt. Quéadmodum enim hortulanus
magnopere delectatur, videns arbores, quas
ipse plantauit fructibus oneratas, & agrico-
la lætitia afficitur uidens agrum, quē ipse ex
coluit, & à quo nemorosa ligna eaulsit, fru-
ctiferis segetib. onustum. Et contra verò hi
affliguntur quū vident, ꝙ brachia, & corpus
suū fatigauerunt, oēmq; diligentiam suā in
cassum adhibuerint. Ita predicatores lætanť
23 summopere animaduertentes, ꝙ populi, qui
bus prædicant, in uirtute proficiunt, quæ sūt
arbores ipsorum manibus planctatæ, & do
ctrinæ cælestis aqua irrigatæ, & sunt ager eo
rum sudore ac diligentia excultus, ac nemo
rib. purgatus. Ecōtra verò nō possūt nō cō-
tristari, & exanimari, videntes ꝙ post tantā
diligentiā, tā paucus sit spiritualis prouētus.
Qua pp fratres mei humiliter per charitatē
Dei uos deprecor, ne patiamini labores, ac
sudores nostros frustra emitti. Et animaduer
tite, & magnopere hoc timere quòd uobis
uolo dicere, s. quòd vnum ex signis, quæ san
cti assignant reprobationis, est quòd qs præ
24 dicationes audiat, nec tñ ex illis fructum p-
cipiat. Et ne arbitremini meū esse insonium
Hebr.6. uidete q̄ ad literā hoc affirmat Sanctus Pau
lus dicens: terra enim sæpe uenientem super
se bibens imbrē, & germinans herbam op-
portunam illis à quibus colitur accipit be-
nedictionem a Deo, proferens autē spinas,
ac tribulos reproba est, & maledicto proxi-
ma, cuius consummatio in combustionem.
O terribilia verba? quid magis metuendum
dicit poterat? O quā insensibilis erit anima,
& quā marmorea, quæ hoc nō senserit, & ti-
muerit, execramini terrā, q̄ cum colatur, &
irrigetur nullum tñ alium fructum profer p̄
ter spinas, & vespres. Reꝓba est (dicit S. Pau
lus) terra est digna, quę ab oib. despiciatur,
25 & maledicatur, & occasionē præbet illis, qui
in illa laborarunt, vt dicāt: Tādiu in hac ter
ra laborauimus, nec tñ fructū facit, maledi-
cta sit talis terra. Maledicto ꝓxima est. vę ti
bi aīæ miseræ, ad te. n. omnia hæc uerba di-
riguntť, ut es q̄ tua duritate, obstinatione, &
sterilitate. signum perhibes, ꝙ reprobata es,
maledicto Dei proxima, & quod iam diui-
na Maiestas te non amplius speret, sed in il-
lum æternum ignem inferni præcipitet.

Dicit ulterius Sanctum Euangelium: *Et
dum seminat, aliud cecidit secus uiam.* Pro
fectò si hic seminator esset terrestris, mini-
me dubitarem, quare semen in malam terrā
inter spinas, lapides, & secus uiam seminauе
rit. Verū, o magne Deus qui es seminator, &
non cessas seminare, quare domine immit-
tis semen secus viam, vt veniant aues, & co-
medant illud, & bestiæ conculcent illud? qua
re illud seminas inter spinas, quæ illud suffo
cent. O maximam misericordiam, & libera-
litatem Dei, etsi enim in mala terra seminat 26
culpa tamen non est Dei, sed terræ, nisi fru- 1.Ti.2.
ctum ferat. Vt enim Sanctus Paulus de hoc
clementissimo domino loquens dicit: qui
omnes homines vult saluos fieri, & ad agna-
tionem ueritatis venire. Et adeò vult vnum-
quemque saluum fieri, ut ad aliud sufficiens
illi præstet auxiliū, & hoc quod dicit quod
seminat Deus semen suum in omnibus par-
tibus terræ significat, quod omnib. sufficiēs
auxilium præstat, ut saluentur. Synderesis il
la, ac naturale rationis lumen, granum est sa
tum a Deo in omnibus, bonis, ac malis.
Granum autem sui diuini uerbi, de quo hic
peculiariter loquitur, dici potest, quod in tā
diuersis terris seminauit, quia cum sint ter-
ræ intellectuales, & rationales, quæ hodie
est plena lapidibus, & spinis, cras, atque etiā
hodie potest esse mollis, & purgata. Atque
ideò seritur in terra bona, ut melior efficia-
tur, & in mala, ut bona reddatur. Terra uiæ 29
significat peccatores publicos, & inhone-
stos, quæ sunt uiæ, per quas multi pergunt
in infernum. Talis erat Magdalena, & u tpri
mum Deus in illa seminauit, ex uia publi-
ca, affecta est una ex magis secretis, & hone-
stioribus terris Ecclesiæ, ita ut digna fuerit
esse comes sacratissimæ Virginis Mariæ do-
minæ nostræ. Terra plena lapidibus signifi-
cat hominer duros, & obstinatos. Talis erat
Sanctus Paulus, & cum primū Deus in eo
seminauit, tam mollis terra affectus est, ut
dixerit, Domine quid me uis facere? per ter
rā habētem spinas homines diuites designā
tur, & per spinas diuitiæ significantur. Vide Act.9.
pater quod nummi sunt molles, & diuitiæ
suaues, quomodo ergo dicis, ꝙ sunt spinæ? 28
O maximum mysterium, nisi supna ueritas
hoc dixisse, quis unq̄ tale credere potuisset?
spinæ feriunt, & cōpungunt, diuitiæ uero af-
ferunt uoluptatem, quomodo igitur unum
congruit cum altero, accipite manibus spi-
nas, & ferient uos, accipite uero nummos,
& lætificabunt cor vestrum. Quis aūt dubi
tar, quin optimè dictum fuerit, quod Deus
dixerit, & quando quidem ipse diuitias spi-
nas

nas nuncupauit, non potuit esse sine maxima conuenientia. Hoc autē per spinarū proprietates cognoscetis, quarū una est, q̃ spinæ sunt laceratorum, atq; immūdorum animalium latibula. Insectamini lacertū, aut colubrum, & statim inter spinas absconditur: cupidus āt, q̃d aliud est, q̃ latibulum, in quo vitia absconduntur? Idcircò Sanctus Paulus loquens de cupiditate dixit, qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationē, & in laqueū diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt hoīes interitū, & perditionē. Radix.n. omnium malorum est cupiditas. Quā q̃dā appetētes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem ò hō Dei hæc fuge. Liberet nos Deus à tam mala peste, quæ in tot tātaq; præcipitia hominē deducit. Perpendite diligenter unum quodq; horū uerborum Sācti Pauli, & uidebitis quot incommoda cupiditas afferat, & quomodo cupidus hō sit quasi rubetum, in quo uenenosa animalia abscōduntur. Quapp concludit dicentes uero ò hō Dei hæc fuge. Date mihi hoīem, q̃ omni cura ac uigilātia diuitias acquirat, & uelit diues fieri, & ego illum uobis dabo mercedē. Interrogat quis illum dñe, quāti æstimatur hic pannus in singulos cubitos. Respondet ille, dñe duodecim dragmis, & iurat q̃d tanti illum emit. Quomodo ergo ex hac mercatione victum acquireres, si uerum esset illud, q̃d dicis? sed mētiris, & periurium cōmittis p cupiditate assis. Et nō solum dabo illum periurium, sed ēt proditorē, hic.n. p cētum aureis uniuersum genus suum prodet, & patriæ suæ erit pfidus. Etiā cupiditas est mater inuidiæ, ex inuidia autem oritus ira, & cum ira plurima insulta cōmittunt? Alia proprietas spinarum est, q̃d in extremitate feriunt. Sic diuitiæ nunc uidetur dulces, ac iucundæ, in extremitate uero, hoc est in morte, illic feriunt, illic ita sunt asperæ, ut sāguinē faciēt exilire. O quā misere, quanta cum afflictione, & dolore morit auarus, quāto dolore afficitur, eo q̃d diuitias, quas cum tāto sudore vultus sui, & cum tam iniustis, & illicitis negotiationib. ac tot usuris acq̃siuit, eas nunc inuitus relinquat. Quare afflegeris infælix diues crucior, quia nunc spinarum extremitatibus cōpungor. Et nunc est q̄n uere me tangunt, & in me impletur q̃d diuina sapiētia dixit, quod extreme gaudij luctus occupat. Solēt pueri ut alios decipiāt, in rosa pulcherrima spinā abscōdere, & cū illā alij tam

1.Ti.6.

29

30

31

Pro. 11

Simile.

pulchram aspiciant, applicari eam sinunt narib. vt sibi oleat, cum primum autē ad nares rosa accedit, statim a spina stimulātur. Sic facit diabolus q̃ nūmorū ad tpaliū bonorum pulchritudine, in quib. latet spina, hoīes decepit. Nūc nō sentis spinā, q̃d est peccatum, hac tpaliū rerū species, & pulchritudine deceptus, cū aūt accesserit ad pcipiendum odorē, & ad intelligendum, q̃d hęc oīa sint, (q̃d erit in hora mortis, quæ est hora, in qua oīs dolus detegit) tunc ab illa spina, & stimulo cōpungens de quo dixit S. Paulus. Stimulus 32
.n. mortis peccatū est. Idcirco merito dñs spinis diuitias cōparauit. Et q̄n inter has spinas excidit verbū Dei, nullū fructū fert, curę.n. & earū solicitudines, oēm cordis substantiā sugunt, & illud impediunt, & sic manet diuinum verbum suffocatum, ut nequaq̃ possit fructum facere. Vidit Moyses rubum, q̃ ardebat, & nō cōburebat, & tā nouā rē admirans dixit, uadā, & uidebo visionē hanc magnā. Quid esset fratres si nunc uideretis nō vnum tm̄, sed plurimos rubos igne inflāmatos, qui tm̄ nō cōburent? Quotidie profecto illos proprijs oculis aspicitis, & q̃d hæc sit res tā frequēs, ideo illā nō admiramur. Auarus est q̃dam rubus, vt sancto hoc Euangelio comprobauimus. Ignis est uerbum Dei, 33
sic dixit dñs per Hiere. nunquid non uerba mea quasi ignis? Inflāmatus est ergo ignis in rubeto, quia auarus, & cupidus ad prædicationē uenit, & optime intelligit, q̃d prædicatur, & scit sententias, comparationes, & considerationes, quas audiuit, referre. Hic autē ignis non cōsumit, eius imperfectiones, siquidē in eisdem peccatis remanet, cum diuina uerba in eius uisceribus non fuerint impressa. Ecce miraculum Sathanę, quod rub. igni inflāmatus non consumitur. Quod autē ex his sint in mundo fideles testes estis uos, q̃ videntes illos propter eorum multitudinē, iam non admiramini? O fratres charissimi per charitatem Dei uos rogo, ut has spinas euellatis, ne in uobis tanta doctrina, & tantum bonum amittatur. 34

1. Cor. 15.

Exod. 3

Hie. 23.

Tertia bona ij sunt, q̃ corde bono & magna animi affectione diuinum verbum suscipiunt, illudq; in corde suo retinent, & diligētissime, ac patientissime exequuntur. De his dicit dominus quod. *Fructum afferunt in patientia*. Non ad fructificandum in rebus, quas diuinum uerbum docet, cū sint sensualitati contrarię maxime est necessaria patiētia, quæ nisi sit, quem fructum, potest ferre uerbum

verbum Dei in aīa? Nunc vellem ego scire,
q̃ nam harum terrarū sitis, qui in hac urbe
commoramini? si forte estis terra bona. Ad
hoc (credo) r̄ndebitis, ꝙ nō licet.n. inter uos
sint multi optimi Christiani, ac Deū timen
tes, q sunt terra bona, & fructum centuplū
afferunt, veruntñ video tot cursatores via-
rum, tot meretrices, tot lusores, tantaq; pro-
35 phanitatem aspicio, & ꝙ non acceditis ad ꝓ
dicationem tanto feruore, quanto oportet
vos accedere, atque ideo securè possum dice
re, uos non esse terram bonam. Estis ne er-
go terra uiæ? non. Viæ.n. sunt regum curiæ,
& domus potentissimorum dn̄orum, q̃ sūt
viæ publicæ, quæ dicūt in infernum, illic.n.
publice peccant hoīes, & gloriantur se esse
malos. Illic, qui magis lasciuè amat, & qui
prophanior, est nobiliorem se existimat. Il-
lic qui melius scit murmurare de proximis
suis, illosq; suis cauillatorijs verbis infama-
re, pluris æstimatur. Illic denique videnť iu-
menta soluta, & libera incedere, q̃ est vita be
stialis, & carnalis, q̃ diuinum semen, (quod
est uerbum Dei) calcib. suis conterit, & con-
culcat. Quænam igitur terra estis? Nūquid
36 estis terra spinarum? Non, quamuis.n. inter
vos sint multi diuites, & multa negotia agā
tur, plura tñ aguntur in alijs vrbibus, vt Hi
spali, Vlysiponæ, Venetijs, &c. Illæ sunt ter-
ræ spinarum, vbi tot sunt negotia, cupidita-
tes, vsuræ, ac fraudes, vt uix dn̄i nostri Iesu
Christi Euangelio credere videantur. Quæ
ergo terra estis? Dico, ꝙ estis lapides duri, sa
xa sicca, in quib. uerbum Dei non inuenit
dispositionem, ut radices agat. Dixit sapiēs
quidam: Gutta cauat lapidem, non vi, sed sę
pe cadendo. Cum autem in vos incidant ca
nales, & fluuij et capitales maximorum præ
dicatorum ac magistrorum, nullam tamen
Simile. in vobis impressionē fecerūt. Verbū dn̄i cū
alacritate pcipitis, statim tñ exsiccať, & are-
scit, eo qđ spūali affectu, & deuotionis spiritu
caueatis. Et ita quo plures ꝓdicationes audi
37 tis, eo duriores remanetis tanq̃ saxa fluuij, ꝑ
Ioan. 1. quæ quanto plus aquæ præterit, tanto durio
Mat. 27 ra remanent. Quis ergo uobis cor dabit car
Exo. 21 nis, nisi ille qui cum esset uerbum, caro fa-
ctum est pp nos? quis hos lapides scindet, ni
si ille, in cuius morte petræ scissæ sunt? qui-
que oīpotentiæ suę digito suam diuinā legē
in lapideis tabulis inscripsit. O Christe po-
tentissime rerum oīum, Dn̄e deprecor te, ut
per tuam admirabilem potentiam has duri
tates confringas, cordaque hæc mollifices,
vt cœleste verbi tui semen accipiant.

Hoc Euangelium nobis proponit sancta
Ecclesia nunc ante Quadragesimā, ut dispo
siti, & præparati simus ad ꝓdicationes perci
piendas, q̃ in Quadragesima ꝓdicandæ sūt.
Itaque vt doctrina, q̃ audituri sumus nō sit
in nobis uana, & inutilis. Et hoc autem ap-
paret quales simus nos, quia cum modo præ
paraturi essem' terram, ut facit bonus agri-
cola, anteq̃ serat, recipientes nos ad maximā 38
orationem, diuinarumq; rerum contempla
tionē, ac sanctissima sacramēta recipiētes,
quę summoperè, aīas disponunt, nūc magis
in hic paucis diebus, q̃ in toto anno dissol-
uimur, & deprauamur. Ita, vt nunc conten-
dere videamur, quis plus manducabit, quis
plus ludet, & maiores turpitudines commit
tet, &c. Itaque cum Quadragesima accedit,
ita peccatis fatigati sumus, & aliqui præ ni-
mia ciborum copia infirmi, ut nulla in no-
bis ad bonum sit dispositio. Scitis quid mi-
hi videtur diabolus his dieb. facere, qui car-
nispriuio sunt proximi, facit ex hominibus
mulas locatas. Videbitis aliquos hoīes tam Simile.
malæ conscientiæ, q cū mulam conducant,
& videant tēpus conductionis esse breue, il-
lam nimis fatigant calcarib. crebrò stimu-
lant, modicum cibi illi præstant, onus gra- 39
uissimum imponunt, ita denique eam tra-
ctant, ut cū ad domum dn̄i sui accedit, mi-
nime toto illo mense possit seruire, atq; etiā
aliquando moriatur. O homines peiores be
stijs, quid de uobis dicam? quos ita diabolus
his diebus trahit, vt mulas conductas, cum
videat tempus peccandi breuiari, ac tempus
bene operandi propinquare, dicit. Hę bestię
meæ sunt, ego illas pro voluptate conduxi,
tempus est breue, accidit enim Quadragesi
ma, quid remedij est, imponamus nunc illis
grauissima onera, ueniant carnales uolupta
tes, ueniant ludi, conuiuia, murmurationes,
& his similia, nullum sit flagitij genus quod
non committatur, ita denique illos fatigat,
ut cum accedunt ad domum domini sui,
qui est Deus, tam perditi, ac sceleribus op- 40
pressi perueniant, ut in tota Quadragesima
non possint Deo seruire. Qūo enim ieiuna-
bit, qui propter nimiam ciborū copiā ægro
tat, & necesse est, ut sumat potiones? quomō
erogabit eleemosynas, qui totā substātiam
suam ludēdo dissipauit? quomodo uisitabit
domos pauperum, aut ad audiendam prædi
cationem, ueniat qui noctu uias cursans, ce
cidit, & crura perfregit, tot tantisq; oneribus

illos

illos Sathanas oppressit, ut peccatorum onera animæ caput quæ est ratio supergressæ fuerint, & ita conturbata est eorum ratio, vt scri de se nesciant. Ecce quid sumus, & quomodo in diuinis artificijs utimur, quæ alma mater Ecclesia a Spiritu sancto illuminata inuenit, vt nos ad omne bonum incitet, nos vero ex nihilo fructum perspicim⁹. Pudeat ergo nos tantæ prophanitatis, & his sanctis admonitionibus vtamur, & Dominus no-
41 bis gratiam suam hic conferet, qua sempiternam gloriam consequamur. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Dominica in quinquagesima.

Aßumpsit Iesus duodecim discipulos suos secretò, &c. Lucæ 18.

PRosiciscens Dominus Iesus Hierusalem cum discipulis suis, assumpsit eos seorsum, & arcanum illud tam secretum, & mysteriosum, s. quod vita moritura erat, illis reuelauit, dicens: Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabantur omnia, quæ scripta sunt per pro-
1 phetas de filio hominis. Appellat se hic fili⁹ Dei, filium hominis, ad significādū affectionem, qua nomine diligit. Et hæc Scripturæ, phrasis, ꝙ qñ Spiritus sanctus vult significare affectionē, qua aliquis aliquam rem diligit, vocat illum filium eius rei quam diligit. Sicut filios lucis uocat maximos amatores virtutis, filios hui⁹ seculi, eos appellat, qui huius seculi res magnopere diligunt. Ita hic Christus Redemptor noster uocat se filium hominis, ac si dicat, qui maximo cordis affectu hominem amat: atque illi seruit. O q̄ dulce verbum est hoc, cū dr̄ quod filius Dei tui amator est, ò homo, & in tui seruitio maximè occupat. Tu verò nescis dimidiū horæ noctis, aut diei huic dño seruire, cū to-
2 tum tps in mūdi seruitute cōsumas. O q̄ta iniustitia est non soluere Deo hoc debitū, &
Ezec. 18. illi tāto iure debetur. s. vt anima tota in eius
Psal. 23. seruitio occupetur, cum sit res, q̄ ipse peculiariter suam esse dicit, vt dixi per Ezechielem. Omnès animæ meæ sunt. Et quamuis (vt dixit Dauid) domini est terra, & plenitudo eius, quadam tñ singularitate, est res Dei anima. Totum palatium regium est reges, & tamen dicitur illud domicilium est regi-
Simile na; & hoc est principis, & illud est regis, quia rex peculiariter in eo habitat. Ita etsi omnia sunt Dei, peculiariter tamē animam dicitur Dei esse, quia est eius domiciliū, & ipse vnus potest in eam ingredi, & habitare. Etiam dr̄ quod anima est Dei, quia ipse solus ex nihilo eam creat. Habet homo doct⁹ plurimos Simile. libros, & inter eos habet unum, quem ipse cōposuit, & dicit: Hic est meus liber. Quid? Gen. 1. nonne sunt omnes tui? sic (ait) sed hic est peculiariter meus, quia ego illum composui. 3
Vt essent pisces, & aues, dixit Deus. Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terram. Atque ut essent animalia, & dixit. Producat terra animam uiuentem in genere suo, iumenta, &c. Vt essent plantę, arbores, & herbæ, dixit Deus, Germinet terra 1. Re. 9. herbam virentem, & facientem semen, & li- 5. Re. 17 gnum pomiferum, &c. Vtēs unis creaturis, 4. Re. 1. ad aliarum productionē. Animam verò ip- 4. Re. 3. se solus ad imaginem, & similitudinem suā creat, & idcirco particulariter dicitur esse. Tunc verò dr̄ aīa Deo reddi cum illum animat magis enim tūc est in dilecto, quam in se. Atq; hinc est quod iusti uocātur viri Dei. Sic uocauit famulus Saulis Samuelē, dicēs: Ecce uir Dei est in ciuitate hac. Et Saul di- 4 xit, ibidem, quid feremus ad virum Dei? Et mulier Sareptana dixit Helię: In hoc cognouit, qñ vir Dei es tu. Et famuli Ochoziæ dixerunt Heliæ: Homo Dei rex præcepit, &c. Atq; Eliseus sæpissimè dictus est vir Dei, & homo Dei. Longū esset nūc numerare quoties iustis in sacris literis Dei nuncupentur, idest, traditi Deo, amatores diuinæ Maiestatis. Vt ècontra dicuntur viri Belial, & uiri diuitiarum peccatores. Ideo Dauid dicebat. Psal. 118. Tuus sum ego, saluū me fac. Ego dñe sum tuus, nō sicut homines seculares, qui dicūt: Totus sum tuus, faciam quicquid mihi præceperis, & nepedem quidem propter illum mouebūt. Omnia. n. hæc sunt futilia uerba, 5 ac mēti dissentanea, ne dicam animū occultantia, & mendacia. Non sum tuus hoc mō (ait Dauid) sed totus sum tuus, nec. n. uolo me diuidere, vt aliud pręter te diligā. Et hoc ipsum significauit, dicēs. Cōfitebor tibi dñe Psal. 110 in toto corde meo. Quid vis in hoc dicere Dauid? quod totum cor meum Deo obtemperat, & seruit, ipsum contēplat, & adorant. Fiat scrutiniū in toto corde meo, & examinent laudes culta eius, & in oībus reperient laudes domini. Omnes cogitationes meæ illum Deum, ac dñm meum fatentur. O benedicta anima, quæ ad hūc perfectionis gradum

dum accedit, & ita se totam Deo committit? Interrogabat Dauid, dicens, domine qs habitabit in tabernaculo tuo? Et respondet. Qui nõ accepit in uano animã suam. In uano eam accepisti ò fratres, nisi illam exer-
Psal. 14. ceas in illis rebus, ad quę creata fuit. Attende quod anima tua creata fuit, ut se totam Deo p amorem traderet. Et ita de homine spirituali, & contemplatiuo dicitis. Est homo deditissimus Deo. Heu, heu, quam pau-
6 ci sunt ex his, quam deditı sunt omnes mundo, diabolo, & carni, quam pauci autem se Deo tradunt. O fratres charissimi ne tantũ latrocinium committatis, ne Deo seruitiũ deprędemini cum tanto iure illi debeatur. Attendite quod dicitur filius hominis. Et propter uos proficiscitur Hierosolymam ut moriatur. Atq; vt hoc beneficium cognoscatis; notate diligentissime uerba quędam dulcissima, quæ hic diuinus dominus notificauit per Hieremiam, dicẽs. Ego autem dixi,
Hier. 3. qũo ponam te in filios, & tribuam tibi terram desiderabilem, hęreditatem præclaram exercituum gentium?& dixi, Patrem uoca-
7 bis me, & post me ingredi nõ cessabis. O diuina uerba? concedat nobis dominus spiritum suum, & cordis teneritudinem, ut in cordibus nostris impressa maneant, ne ullo unquã tempore illorum obliuiscamur. Inuestigabat Christus filius Dei modos, quibus nos in cęlũ introduceret. Quid (inquit) faciam? qũo animas ad cæleste regnũ perducam? quo tam iratos Patris mei oculos placabo? Et dixit. Patrẽ uocabis me. Optimum remedium inueni, uolo me facere patrem tuum & te in cruce filium meum instituere. Volo te illic ex uisceribus & sanguine meo generare. Hæ erant altissimi domini curæ, hæ erant eius uigiliæ, ad hoc oẽm suam co-
8 gitationem adhibebat. Qũo ponam te in filios? qũo efficiam, ut hoc genus humanum in filios meos conuertatur? In his remedijs inuestigandis uigilabat. Quousq; hominẽ filium suum efficeret, ut se ore pleno patrem uocare posset. Patrem uocabis me, & post me ingredi nõ cessabis. Vt cum uoce filij in cælum ingrediens pretio ĩssimo illo sanguine indutus, atq; illis teplis amoris uiscerum Iesu Christi coopertus, cum sic Patris oculi præsentetur, dicat ille clementissimus dominus. Hic ex meis est. Filius filij mei, nepos meus est, siquidẽ nepos meus est, & illi domi meę hæreditas competit, eius portio erit cũ Angelis hæreditatem præclaram. Detur illi pars sua in hac illustrissima hæreditate. Si hoc sp in nostra memoriã fixum haberemus, qũo esset possibile, q pro tam singulari beneficio huic summo benefactori gratias nõ ageremus? Beneficiũ quoddam,
quod fecit Mardochęus regi Assuero, iussit Ester. 6.
Rex in suis historijs annalib. scribi, ut Mardochæus pro illo, præmium, & honorẽ acciperet, quanto magis oportet nos hoc ineffabile beneficiũ in cordibus nostris scriptum 9
haberetur pro eo gratias Deo agere non cessemus, ut gratiam retulit Assuerus, & beneficiũ illud satis digne persoluit Mardochęo, etsi ne minimam quidem guttam sanguinis pro illo effudit. O si in cordium nostrorum annalibus hoc ineffabile beneficiũ legeremus, quod in nos contulit Iesus Christus redẽptor noster tanto cũ labore suo sanguinẽ effundens, ac uitam perdens, ut eius diuino amore, ac seruiendi illi desiderio inflãmaremus. Vide quot laboribus se tua eã obiecit, a te uero nihil aliud, q̃ suauissimũ, ac minime laboriosum seruitiũ p maiori parte ex-
poscit, ut per Hiere. declarauit, dicẽs. State Hier. 6.
sup uias & uidete, & interrogate de semitis antiquis, q̃ sit uia bona, & ambulate in ea, & 10
inuenietis refr geriũ animabus uestris; & dixerũt (scilicet, impij) non ambulabimus. Cõsiderate (ait dñs) oẽs uias, per quas ab initio mundi filij Adæ ambularunt, & inuenietis unam tm̃ esse bonã, & sine labore, quę est seruitus & amor Dei, & per hãc ambulate, & inuenietis refrigeriũ animabus uestris, reliquæ enim uiæ oẽs sunt laboriosæ, & habẽt pro consummatione æternã condẽnationẽ.
Ita fatentur cõdẽnati, dicentes. Lassati sumꝰ Sap. 5.
in uia iniquitatis, ambulauimus uias difficiles, &c. Mali aũt in hac vita dicunt. Non ambulabimus in ista uia, uf. n. nobis nimis laboriosa. Huius rei rationem reddit Dauid,
dicens. Nunquid adhęret tibi sedes iniquita 11
tis qui fingis laborem ĩ præcepto, id est, nũ Psal. 43.
quid non tu, qui fingis pręcepta Dei esse grauia, sedes in flagitijs? sedes certe. Atq; ex eo q in flagitijs sedeas, prouenit, ut suauissima seruitij Dei uia nimis tibi difficilis, ac laboriosa uideat. Relinq; frater uiã iniquitatis, & ex toto corde tuo ad Deũ cõuertere, & experieris qualẽ te senties: & qũo postquam aĩa tua Deo unita fuerit, ipse te adiuuabit ad hoc onus portandum, ut tibi leuissimũ
appareat. Iacta super dominum curam tuã Psal. 54.
(dicebat Dauid.) Et ex Hebræo transferri potest: iacta super dominum pondus tuum.

Vtran-

Vtrumque enim significat uerbum Hebręũ quod illic est, & ipse te enutriet, uel ut alij uertunt, & ipse te subleuabit. Cũ tot igitur tantisq; auxilijs quis non confortabitur ad seruiendum tã bono Domino, cũ id tantopere facere debeamus? Pensate diligenter, qđ dicit hic Dñs. *Ecce ascendimus Hierosolymam.* Et statim subdit dicens, *Tradetur,* scilicet, *filius hominis gentibus, et illudetur, et flagellabitur.* O Deus summe uadit flagellãdus
12 & conspuendus, &c. & dicit se ascẽdere. Hoc descendere dico ego, & non ascendere. Iniuriarum.n.acceptio descensus est, dico ꝙ optime congruit ascendere cũ uerberari, conspui, & crucifigi, quæ est coniunctio, quã fecit Spiritus sanctus, qui hæc oĩa ita uoluit coniungere, ut nobis significaret, quod scalæ ad ascendendum Hierusalem, & sufficiens medium, quo salui fieri possum⁹, sunt Christi Dñi nostri tormenta: nã cũ illis ueniã ac gratiã nobis promeruit, cæliq; ianuã reserauit.

Notandũ est ẽt ꝙ non loquitur hic Dñs in prima, sed in tertia persona, loquẽs de se ipso non dicit: tradar, illudar, & flagellabor, sed filius hominis tradetur, illudetur, & fla-
13 gellabitur. Cuius rei ratio est, quia etsi in se, non tamen pro se, sed pro nobis passus est: ut affirmat S. Paulus, dicẽs. Traditus est pp delicta nostra. Econtra uerò sancti Prophe-
Rom. 4. tæ cum loquerentur de passione hui⁹ diuini redẽptoris, loquuti sunt de illa sicut in sua ppria persona, ut loquutus est Dauid, cum dixit. Diuiserũt sibi uestimẽta mea, & super uestẽ meã miserunt sortem, & foderunt ma-
Psal. 21. nus meas, & pedes meos, & dinumerauerũt omnia ossa mea. Et Hieremias dixit. Susti-
Hier. 15 nui pp te opprobrium, quia erant nostræ culpæ, quas Dñs persoluebat, & pp quas patiebatur, ideo Prophetæ, nostras uocant pœnas, quas ipse Dñs tolerauit. Etiã est diuina consideratio, ut anima gratitudine, & amo-
14 re inflãmetur, cogitatione euoluere, quod Dominus tanto tempore ante passionẽ suã, omnia, quæ passurus erat penitus cognoscebat. Nõ solum enim eius sanctissima anima illa oĩa cognouit hac die in qua hæc discipulis suis reuelauit, sed in instanti, in quo creata fuit, uidit in uerbo diuino omnia q̃ passur⁹ erat, & illa libẽtissime acceptauit, & statim eadẽ sentire cępit. Cũ Abrahã iret ad immolandũ filiũ suum nõn ausus est illi aliquid de morte reuelare, etsi sanctus puer il-
Gen. 22. lũ sæpe interrogat dicens. Vbi est uictima? Respõdebat illi optimus senex: Deus prouidebit sibi uictimã holocausti fili mi, ne illũ tanto dolore afficeret, & ne mortis amaritudinẽ toties sentiret, nisi quando moriturus erat. Optimus autem Iesus mortem suam cunctis diebus uitæ suæ ante oculos tulit.

Offertur aũt hic dubium quoddam, scilicet, quorsũ alma mater ecclesia hodie hoc euãgelium nobis proponit cum sit hoc tps tantę lętitiæ, pręcipue cũ id, quod nobis in illo dr, decem, aut duodecim dies ante passionem Domini actum fuerit? Ad hoc re- 15
spondeo, quod patres antiqui Spiritus Sancti prouidentia gubernati euangelia secundum tpa diuiserunt: ut prædicatores uos admoneamus quid in unoquoque tempore facere debeatis. Sum⁹ circa Quadragesimam, quod est tẽpus pænitentiæ, in quo maximã oportet esse morum mutationem, atq; alias spirituales exercitationes, & opera dissimillima iis, quę hucusq; acta sunt. Vt igitur sancta Ecclesia nos cõfortet, ne hæc sancta exercitia aspera uideãtur, proponit nobis in hoc sancto euãgelio nostrum supernum ducem Iesum Christum filiũ Dei tam libenter, & tam forti animo ascendentem ad patiendũ Hierosolymis, acsi ad splendidissima conuiuia, & maxima festa properaret, ut ita nos 16
ad bona opera q̃tũuis difficilia curamus. Ecce ascendim⁹ Hierosolymã dicit nobis dux cælestis. Videte quã lætitia uado, non ascendo timidus, nec accedere recuso, etsi scio quantis tormentis illi afficiendus sũ. Singulari animi constantia, qua huc dicebat ostendit maximã famem, quam habebat patiẽdi Thre. 3.
pro nobis, ut Hieremias significauerat, cum dixit, saturabitur opprobrij. O quam acuta sagitta est hæc ad transfigenda corda, quod, de Deo dicatur, quod tantã famem haberet patiendi pro uili terræ uermiculo: & quam crudelis alapa est animæ ingratæ, quæ nihil horum scit æstimare.

Etiã nobis hoc sanctum euangeliũ proponitur, quia cũ in his diebus soleamus per 17
plurima uitia effrænate currere fræno nos coercet Sãcta mater Ecclesia sãctissimi spõsi sui Iesu Christi passionẽ nobis in memoriã reuocans, acsi dicat. O hõ ne tam immoderate comedas, & bibas, sed recordare, quãto pretio persoluit Iesus Christus buccellã Simile.
quam Adam comedit. Habet se in hoc sancta Ecclesia sicut mulier, cuius uirũ cũ iniqui tyranni interfecerint, ac ipsa filios suos uideat cum occisoribus patris sui fœdera pepigisse, ac amicitias inijsse, subuculã tunicã

uulne-

vulneribus trāsfossam & illius sanguine conspersam protrahit, ut sic illos a tā iniquorū hoīum conuersatione se moueat, & eos exhortetur, ut patris sui interitū ulciscantur. Sic ēt cum ecclesia nos uideat tā amicos uiciorum q̄ patrem nostrum Iesum Christum occiderunt, vt nos ad illa exceranda commoueat, atq; ad interficienda cōfortet, sanctissimum eius corpus verberib. ac tormentis laceratum nobis hodie repræsentat. Verū q̄d
21 esset si illi filij tā mali essent, ut cū eorū mater tantā diligentiam adhibuisset, ut illos a malorū hoīum familiaritate segregaret, ipsi tñ multo maiores amicitias cum occisorib. patris sui inirēt, nec rōnem haberēt illorum quę uiderunt, nec miserę matris lachrymas æstimarent? O proteruos, & ingratos filios? Non admiramini fratres mei si tale uideretis? Nunquid nō maximo supplicio dignos illos perfidos filios iudicaretis? quid dicitis? Nemo uestrum esset, q̄ non hoc tm̄ facinus miraret̄. Quare ergo uestra tanta ingratitudine, & inhumanitate, non obstupescitis? quare non erubescitis, q̄ hæc oīa ad literam de uobis merito dicant̄, q̄ nunc quando mater uestra hanc diligentiam adhibet maiori
22 studio uitia amplectimini? O cęlū, ô terra, ô
Nota. insensibiles creaturæ hoc tantum malū nobiscum sentite. Quo supplicio putatis tantā ingratitudinem esse digne puniendam? Timete magnopere fratres mei ne uobis cōtingat casus, qui habetur lege prima. C. de ijs, quibus ut indignis hæreditates auferuntur. Casus fuit hic: In ciuitate quadā erat mercator, q̄ habebat tres filios q̄ iam uxorē duxerant, atq; hic contulit se in domū uiri nobilis ad ludēdū. Contigitq; ut inter ludēdum rixarentur, & occisus est mercator, cuius rei admoniti eius liberi nihil aliud curarunt, q̄ vt eius bona arriperent, & nō solum nō ulti sunt patris sui mortē, sed ne dolorem q̄dem ostenderūt, nec illū sepelire curauerunt. Dicit igit̄ Imperator quod siquidē illi tā parū
23 de patris sui honore curauerūt, & tā parum doloris ex eius morte perceperunt, paterna hrēditate priuent̄. O fratres mei uicinam uobis nō ita cōtingat, leuate oculos uestros, & intuemini illū q̄ crucifixus est. Dicit nunq̄d nō pater uester est? Sic. ita. n. quotidie cōfitemini cū dicitis. Pater noster q̄ es in cęlis. Venit hic optimus pater in hūc mūdum, ut cū
Sapi. 8. filijs hominum lætaretur, sic enim in libro Sapiētiæ dr̄, deliciæ meæ esse cum filijs hominum, sed q̄a cum Iudęis rixatus est, eorū uitia reprehēdens, ei uitam abstulerunt. De hac re nos sanctū Euāgelium hodiē admonet, nos aūt tanq̄ mali filij nihil aliud curatis q̄ huius optimi patris defuncti bonis frui edētes, bibentes, ludentes, ac creaturis, q̄ Dei sunt diuitiæ male utentes, nec magis eius mortē doletis, q̄ si lapides essetis. In pœnam igit̄ tātæ ingratitudinis iustū est, vt huius optimi pr̄is hæreditatē amittatis, q̄ est gloriā ad q̄ creati fuistis. O q̄ ad literā accidit hodie 24
Saluatori nostro q̄d contigit Dauid, q̄ cum 2. Reg.
furorē Absalō fugeret cliuū oliuarum ascē- 15.
dens & flens nudis pedib. incedens, & operto capite, & oīs populus, q̄ erat cum eo plorās, egressus est ad eum uir nomine Semei qui maledicebat, mittebatq; lapides cōtra eum. O Clementissime Iesu, cum hodie nobis repræsentet̄, q̄uo in Hierosolymā ascenderes, vt in mōte Caluariæ plorares, & oīs tua sancta familia uidēs te ita afflictum, & cōtumelijs affectum afflictionem tuā doleret, hoc tempore iniquus Semei, s. peccator in plurimorum scelerum lapides immittit, & turpissimorum uerborum maledictionib. obiurgat. O munde ingrate quid aliud facit hodie sancta ecclesia, nisi plorare, tu autem in quibus rebus occuparis, nisi in lapidando Dñm Deum tuum, cui ita beneficijs deuin- 25
ctus es? Etenim quid aliud sunt adulteria, turpitudines, uerborum procacitates, ac cauillationes, q̄ lapides, & maledicta contra Deum? Ne ita faciatis fratres mei, sed in his diebus, Dei ac dñi nostri passione quasi salsamento in cibis uestris utimini, & cum illa lętitias uestras moderamini, & ita sine diuinę maiestatis offensione fient.

Et ipsi nihil horū intellexerūt. Mirabile p̄fecto, q̄ cū dñs loquerer̄ clarissimis uerbis, Ioā. 12.
dicit tñ sacratus textus, q̄ illū non intellexerunt. Cū āt de hac ipsa re cū Iudæis obscuro quodā sermone loq̄ret̄ dicens, oportet filiū hoīs exaltari, cū possēt arbitrari q̄ dicebat se in aliquē mōtē, aut aliū sublimē locū esse ascēsuru, aut in aliq̄ maximā dignitatē esse 26
extollendum statim maledicti illi eum de morte sua loq̄ intellexerunt, & sic congrue r̄nderunt dicentes, nos audiuimus ex lege q̄ Christus manet in ęternum. Si tu es Christus q̄uo dicis te moriturum esse? siquidem ergo hi tam obscurum sermonem intellexerunt q̄uo non intellexerunt, sancti Apostoli illa tam clara uerba? Dico q̄ quia illi dominū oderāt, & eius mortē optabant, ideo intellexerūt sermonē illum, q̄ de eius morte agebat:

agebat, sācti verò Apostoli præ nimio amo-
re, quo Dñm diligebāt obcæcati sunt, & cū
eius morte tātopere odissent, arbitrabantur
Dñm nunq̄ moriturū esse. Tā prōptus est in
tellectus ad sequendā uolūtatis affectionē,
vt tā cito illis, qui Iesu Christi mortē deside
rabāt, seruierit, quā cito obtulit Apostolos
q illū mori nolebāt cuius uitā tanto amore
diligebant. Atq; hæc est cā, ob q̄ uix possu-
mus, penitus, nobis persuadere, qd' morituri
27 sumus, alios uerò facile credimus esse mori
turos, q̄a uitā nostrā maximè diligimus, a-
Hie. ī e- lienā aūt nō tantū amamus. Idcircò B. Hie-
pita. Ne ronymus dixit. Quotidie morimur, & tamē
pot. nos æternos esse credimus, & hoc crebrius
Eccl. 14 malis cōtingit, quib. mortis memoria ama
Heb. 11 rissima est, ut dixi Ecclesiasticus. O mors q̄
amara est memoria tua homini pacē haben
ti in substātijs suis. Substātia non sumit hic
p tpalibus diuitijs (sed ut accepit S. Paul. cū
dixit. Fides est sperādarū rerum substantiæ, i.
fundamētum. Cū ędē construitis prius cura
tis fortissimum iacere fundamentū, qd' totū
ędificiū sustineat. Fundamēta, quib. mali in
nituntur, sunt cupiditas, uoluptas, honor, &
uindicta, &c. O quā altas radices egerunt, &
q̄ profunda fundamēta impij in uitijs iece-
runt, atq; hoc tāta animi trāquillitate, ac tā
28 sine scrupulo consciētiæ fecerūt, ac si nō es-
set Deus. His igitur q in suis pessimi funda-
mētis tātum habēt pace amarissima esse so-
let mortis memoria. Sicut si essent duæ ar-
bores, quarū altera pfundissimas, altera ue-
rò minimas egisset radices, si hę sensu habe
rēt, ut possent dolere, utra illarū maiorē do-
Simile. lorē pciperet, si euelleretur? satis nota est rñ
sio: Ego de carnalibus intelligit illud, pacē
Ps. 119. habēt in substantijs, & nō tm̄ de diuitib. Da
Eccl. 1. uid.n. diues erat, & tñ dicebat. Heu mihi, &
Simile. q̄a incolatus meus prolongatus est, & de v-
noque iustorum dicit Ecclesiasticus. Timen
ti Dñm bene erit in extremis. Quemadmo
dum herus nobilis etsi uidetur famulo suo
nō soluere, & illū tritis, uestib. esse sinit, non
29 hoc facit, quia uult ei mercedem abnegare,
sed q̄a cunctam simul illi uult reddere, ut
in omnib. cū emolumento, & magna merce
de affectus domo sua exeat, ideo illā usq; in
finē reseruat, sic Deus licet ī hac uita famu-
lis suis labores nō soluere uideat, nō hoc fa-
cit, qd velit illis mercedē abnegare, nā cūctā
in diem exitus eorū pparatam habet. Tunc
exeunt cum emolumento, & magnis mune
rib. affecti famuli illius maximi dñi, cū cun
ēta mercede sua in die mortis suæ, & ideò
de unaquaq; iustorum, & seruorum diuinæ
maiestatis dr̄, qd' sperat iustus in morte sua.
Qd' ī hac uita magis timet (q̄ est mors) hoc
feruidis desiderijs iustus desiderat: & ita ser-
mo mortis huic nō efficit difficilis ītellectu.
Factū est aūt cū appropinquarent Hierico,
cæcus, quidā, &c. Cæcus, q a prætereūtib. e-
leemosynam petebat, ut audiuit uenientis 30
turbæ strepitum, interrogauit q̄dnam illud
esset, & cū cognouisset, & Iesus Nazarenus Simile.
ptrāsiret q cœpit clamare, & dicere. *Iesu fili*
Dauid miserere mei. Et q̄q̄, qui precedebant
increpabāt eū, ut taceret. *Ipse uero multo ma*
gis clamabat. Ita oportet esse fratres, qd' si q̄s
uos impedire noluerit quin ad Deum pro-
clametis, & in eius seruitio ambuletis, tunc Simile.
debetis multo magis confortari, ne à uirtu
tis uia deficiatis. Paruus ignis, sicut q est in
lucerna, minimo quoque flatu extinguitur.
Magnus aūt ignis quo magis insufflat ma-
gis accrescit, & cōtrarijs auget, ita paruus a-
mor minimo quoq; īpedimēto extinguit, &
deficit maximus uero ex contrariis, recipit 31
augmentum. Canis pecuarius q uenit in vr
bē, exeuntq; illi obuiā catuli latrātes, cū ī
syluis assuefactus sit, ubi nec luporū ululati
bus, nec leonū rugitib. nec syluestrium ani-
maliū clamorib. deterretur securus, & tran-
quillus in uia pcedit: catuli uero illa allatrā
tes maxime fatigant. Cū nos nō simus assue
facti appetitib. nostris resistere, hinc est qd' si
de nobis detrahitur statim angustiamur, ita
ut cōfessionē, cōionē, uirtutisq; q̄ cępimus
exercitationē deseramus. Profectò si mon-
tibus assuefacti essemus, hoc est recollectio
ni, & orationi, atq; ibi hos appetituū nostro
rū leones sanctis cōsiderationib. lacerare so
leremus, minime, urbanorum catulorum la 2. Reg. 6.
tratib. moueremur. Irridebat Michol uirū
suū Dauid, eo q corā arca dñi saltauerat di-
cēs. Quā gloriosus fuit hodie Rex Israel di
scoperiēs se ante ancillas seruorū suorū, &
nudatus est quasi, si nudetur unus de scur-
ris. Cui rñdit Dauid, dicens, Irrides me? Di- 32
uit ergo dñs, q̄a ludā ante dñm, qui elegit
me, potius q̄ patrē tuū, &c. Et ludā, & uilior
fiā plus q̄ factus sū, & ero humilis in oculis
meis, & ibidem dicitur. Igitur Michol filiæ
Saul nō est natus filius usq; in diē mortis suę
in suppliciū murmurationis, q̄ fecit, de serui
tio quē uir suus dño faciebat. Vt videatis
q supplicium de his reb. Deus solet sumere,
Cauete ij, q alijs Dei seruitiū impeditis, ne
diu-

diuina Maiestas tā seuero supplicio uos puniat, ut est dimittere uos a manu sua, ut steriles maneatis, nec pœnitentiæ fructum usq; ad mortē faciatis, sicut illa corporalib. liberis sterilis mansit. Vos aūt, ô serui Dei discite ex sancto Dauid nouas uires in contradictionibus accipere. Prędicabat B. Stephanus in Synagoga, Iudæi aūt audientes hęc dissecabantur cordibus suis, rabie consumebāt. Sic (inquit sanctus) dissecamini in cordibus
33 uestris? nūc ergo clarius loquar. Ecce uideo cœlos apertos, & filiū Dei stātē à dextris virtutis Dei, & cum Damasci S. Paulo contra dicebatur non ab incepto negotio destitit, sed multo magis conualescebat, & cōfundebat Iudæos, qui erant Damasci, affirmans, quia hic est Christus. O mirifica exempla? beata erit anima, quæ illa secuta fuerit.

Act. 7.

Act. 9.

Stans aūt Iesus iussit illum adduci ad se. O infinitam Dei clementiam sistit in itinere, & iubet pauperculum cæcum ad se adduci. Qn̄ Rex beneficium aliquod cōcessurus est, uiri nobiles qui sunt liberalitatis studiosi, si aduertunt hoīem, q illa petiturus est, esse infirmæ cōditionis, & arcti, atque abiecti animi, solent illum exhortari, & confortare
34 vt amplissima postulet beneficia. vide (aiūt) frater, ne sis arctus & pusillanimis ī postulādo, tantum.n. utilitatis pcipias, q̄tū beneficij petieris. Ita sancti Apostoli cum iam sui cœlestis Magistri Iesu Christi liberalitatē participarent, non fuerūt sicut famuli huius tēporis, qui dominos suos īmpediunt, quo minus beneficia largiantur, & ex eis, quæ minus d[illegible] præcipit dimidiū ipsi sibi arripiūt. Nō sic faciebant hi sancti uiri cum à dn̄o iussit cæcum afferre confortabant eum, vt beneficia maxima postularet, ut refert. Si
Mar. 10 Marcus dicēs, quod dixerunt illi. Aīę quior, esto, Surge, uocat te. Esto (aiunt) magno aīo
35 in beneficijs expetendis, iam enim eius ad[illegible]lē liberalitatē penitus perspeximus. O utinam proximos nostros ita cōfortaremus, ut fidēter peccatorū suorū ueniā pcarentur. O si sciremus dicere. Aīa cæca attende q te Deus expectat ut pnīam agas, & curaremus illā ad pedes huius clementissimi dn̄i adducere, Rogauit Iosue dn̄m, ut solē si-
Iosu. 10. stere iuberet, quo ab hostibus suis uictoriā reportaret. O fratres mei unumquodq; peccatum est unus Cabaonita, quē minime superare poteris, nisi sol sistat, nisi te Deus ad pnīam expectet. Vidēs aūt, quod te Deus expectat, & quod sistit sol, & tantā habes occasione uictoria reportandi ex hostibus tuis, quid facis cum hac optima occasione non vteris? Accessit cæcus, & ait illi dn̄s. *Q. id tibi uis faciam? Domine* (inquit cæcus) *ut uideam.* Petebat hic cęcus pecunias à prætereuntib. à Deo autem non pecunias, sed uisum exposcit. Vt intelligatis, quid ab hoc pijssimo patre petendum sit, non ab plurimas pecunias, aut tpalium bonorum abundantiam postuletis, sed animam uestrā illuminet, rogare. O aīa uide, q rogat te dicens, quid uis tu p p te faciam? Responde ergo sicut hic cæcus di-
36 cens, domine vt uideā. Vt uideā semper, & cognoscam miserias meas, ut me humilē, & illarum remedium quæram. Et ut uideā te crucifixum ad peccata annihilanda, ut hinc maximum odium contra illa mihi oriatur.

Similē.

Postquam dixit cœcus; domine ut uideā, statim dixit illi dominus. *Respice, fides tua te saluum fecit, & confestim uidit.* Et statim illi pulcherrimi effecti sunt oculi, & q primū uidit, fuit illa sanctissima dn̄i facies. O quāta cū lætitia posset tūc dicere q dixit Iacob. vidi dn̄m facie ad faciē, & salua facta est aīa. mea. O benedicta sint domine uiscera tua. Benedictum os tuum, benedicta sit lingua tua, qua tam clemēs, ac liberale uerbum pro-
tulisti ad salutem huius miseri cæci. Cum tu 37
dn̄e beneficium pro tua misericordia facias, illud tn̄ medicæ isti dispositioni tribuis, quā in illo inuenisti eius fidem laudans, & dicēs, quod ipsa salutem illi conferebat. Per tuam ergo clementiam te humiliter exoramus, ut clementissimos oculos, quibus illum aspexisti, in nos conijcias, & nos tuæ gratiæ lumine illustres, ut tecum sempiterna gloria perfruamur. Amen.

Gen. 32

Feria quarta Cinerum.

Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Matth. 6. 38



ARISTOTELES princeps Philosophorū dixit, q pp nimium mirari cœperunt hoīes philosophari, pp admirationē (inquit ipse) & nunc & primo ī cęperūt homines philosophari. Quia homines insolitas res uidebant mirabantur, & illarum causas inuestigabāt. Cum uiderēt solem aliquando non existentibus cœlo nubibus eclipsari, hoc admirati in monumenta cumina

Arist. 1. Mi. c. 2.

cumina ascendebant ad cęli motus contemplandos, atq; illic pernoctantes commorabantur, quousque eclipsis solis causam cognoscerent. Et sic rerum oium mirabilium causas inuestigabant. Iure optimo possumus hodie admirari, & causam inquirere, quare mater nostra sancta Ecclesia has commutationes faciat, est. n. hodie, quasi Sol, obscurata opertis altaribus absconditis. Sacerdotibus
1 post uelum iuxta altare, & conuenientib. nobis in templum exit vnus ex illis præ manibus ferens discum cineris, & nobis uerba q̃dam dicit quæ si alius in via diceret, ignominiosa verba iudicaretis, & de eo uindictam sumere uelletis. Si quis diceret uiro primario, qui fastigium cœli tetigisse putat. Tu es lutum, & immunditia sterquilinij. Et si quis diceret dominæ plenæ arrogantiæ. Tu es cineritia, horrida, & immunda, quid sentiret? ꝙ ergo nobis singulis tam abiectis, & pauperibus quam magnatibus & diuitib. dicatur. Memento homo, quia cinis es, &c. Quę nouitates sunt hæ alma mater Ecclesia? qui modus est hic recipiendi nos? qñ filij tui pp infir
2 mitatem ad te venire nõ pñt, tu soles ad eos ire diuinum cibum ferens, illosque sacrosancto altaris Sacramento reficis, nos autem domum tuam accedentes cinere inuitas, & dedecoras appellans nos lutum, & puluerem? Respondeo ad prius, q; te gitur sancta Ecclesia quasi pudori confusa, impudicitias nostras aspiciens. Vt soletis uos faciem operire extremitate palij, cum aliquid impudicum, aut miserabile videtis. Tales nos, tam corruptos, tamq; impudicos sancta Ecclesia contemplatur, ut præ pudore, ac compassione operiatur. Ad posterius dico, quod frontibus
3 nostris exterius cineres imponit, ad significandum quales animæ nostræ interius sint. Atque ita debetis notare, ꝙ non quęcunque cinere facit Ecclesia hanc ceremoniam, sed seruat illos ramos, qui præterita Quadragesima benedicti sunt, & eos nunc comburit, & in cinerem conuersos capitibus nostris imponit, significans in hoc, quod præterito die Palmarum Deum tanquam Regem excepimus virides ramos præ manibus ferentes, q̃ plurimas, & pulcherrimas uirtutes significabant, quas in tota illa Quadragesima acquisieramus, inflammatus est autem pestifer ignis qui illas omnino concremauit. Quod
Esa. 34. lamentabatur Esaias, dicens: Spũs uester, ut ignis uorabit uos, & erũt populi quasi de incendio cinis: Idest, spiritus uester sensualis, est ignis, qui oẽs uirtutes uestras concremabit, & sic cũ Deum tanq̃ regem acceperitis mendaces postea remansistis, & mille concupiscentiarũ, & scelerũ ignib. in flãmati fuistis: & ideo S. Ecclesia cinerem istum capitibus uestris imponit, ut significet, nos nullã uirtutis uiriditatem nunc habere ex illa, quam in anno præterito habebatis.

Etiã nos cinere operit, ut cũ illo æternũ Deum nostrũ ad mĩam prouocemus. Vt ãt hoc intelligatis, notate prius maximũ mysterium, ꝙ patres ueteris testamenti cũ cognoscerent Deum sibi iratum esse, ut eum placarent, iniiciebãt puluerẽ super capita sua, atq; hoc duo significabat, alterũ. ꝙ Deus puluere nostro operiendus erat, cum se humanitate nostra indueret, & sic puluerem capitib. imponebant, ac si dicerent: Memento domine, quod hõ, & puluis sicut nos effic endus es, & ideo puluerem hunc capitum nostrorum, qui humanitatem tua significat, quasi intercessorem adhibemus, q̃a credimus neminẽ esse, qui tibi satisfaciat, furoremq; tuum mitiget, nisi filius tuus humanatus. Alterũ erat, ꝙ puluis ille ipsam eorum fragilitatem significabat, ac si Deo dicerent illud Psalmi. Qm̃ ipse cognouit figmentum nostrum, recordatus est qm̃ puluis sumus. Optime scit Deus, quam fragiles simus siqdẽ sumus quasi puluis, qui minimo quoq; flatu deficit. Sancta igitur Ecclesia nos hodie puluere operit. Cũ ut imbecilli tatẽ nostrã diuinæ Maiestati repræsentet, & ꝙ vt tales in plurima peccata incidimus, tum ẽt cinerem nobis imponit, tanquam repræsentatorem humanitatis Christi Saluatoris nostri, & illum in capitib. nostris collocat, tanq̃ intercessorem apud patrem, ita pp merita filij Dei, & cũ cognitione imbecillitatis nostræ, & peccatorum nostrorũ dolore, ac pœnitentia illorum ueniam consequamur. Etiam nobis cinerem in frõtib. ponit, ne omnino nos pdamus. Videbitis pueros nimium negligentes, qui passim se perdunt, quib. solẽt matres schedulas in uestib. ponere, in quib. scriptum est cuius sint, & in qua uia habitent, ne omnino perdantur. Sic quia nos sancta mater Ecclesia videt tam negligentes, & qui tam facile perdimur, hanc syngraphã frontib. nostris imponit, dicens. Memento homo quia cinis es. Aduerte ex luto, & nihilo te creatum fuisse, & quod certa domus tua est sepulchrum, iõ ne pdaris, sed in te reuertere, & te ipsum cognosce. Nã ex radice paruę cognitionis nostris plurimę nobis

Marginalia (right column): 4 (beside "hoc intelligatis"); Psal. 102 (beside "ipse cognouit"); 5; 6 Simile. (beside "dunt, quib. solẽt")

nobis miseriæ ortæ sunt, quas quotidie expe rimur. Atq; vnum ex illis, quare sancti incarnationem verbi diuini postulabant, erat ad hanc ignorãtiam, & paruam cognitionem nr̃i expellendã. Atq; hoc significauit Dauid cũ dixit; Cõstitue dñe legislatorẽ sup eos vt sciãt gẽtes qm̃ hoĩes sũt. Mitte iã nobis dñe hunc legislatorem quem nobis pmisisti, q̃ est tuus unigenit⁹ filius humanitate nostra indutus, vt cognoscãt gẽtes se non esse bru-
7 ta animantia, & sic non debere vilib. huius seculi reb. contaminari, & ad illa desideranda se abijcere. Intelligant ẽt se nõ esse Deos, aut Angelos, & sic non debere se extollere, nec nimis alta sapere. Sed vt sciãt quidnam sunt, sunt n. hoĩes, q̃d aũt sit esse hoĩem satis nobis his verbis declaratur: Memẽto homo, quia puluis es. Dr̃ puluis nec pp altitudinem dignitatis aĩæ suæ superbiat. Et dicit̃ hõ, ne pp corporis humilitatẽ desperet, sed in oĩb. Deum glorificet, qui reb. sublimib⁹ solet infimas commiscere. O homo, qui es puluis, ô puluis, qui es homo rationalis, & aliqñ ab oĩ corruptione alienus futurus es, quare cogitationes tuas in cęlum non extollis? quare terrestrium rerum cogitatione implicaris? quare ea quæ tam facile pereunt, nõ contemnis? O puluis excute a te puluerem,
8 & memento quia homo es, & q̃ in hominẽ incorruptibilem reuerteris. O beatum puluerem, qui hõ uocari põt? puluerem intellectualẽ, puluerẽ denique, qui ex natura sua cognitionis est capax? O rem admirabilem, q̃ idem sit esse puluerem, & esse hominem.

Gene. 3. In lamentabili historia peccati, & pręuaricationis Adę dicit sacra Scriptura, q̃ cum ex uetito fructu Adã comedisset, inter alias pęnas, quæ illi impositæ sunt, fuit hæc una q̃d in puluerem reuertendus esset. Et ad hęc verba alludit sancta Ecclesia in illis, quæ no-
Simile. bis dicit, in quib. nos docet, q̃d sit principiũ
9 nostrum, & quẽ oporteat esse finem, ut sciamus desideria nostra sapiẽter dirigere. Qui nauigat, nesciens quo pergat, aut quem portum tenturos sit, nec de stella, qua ducatur nauta. s. (*Norte*) rationem hẽt, nec secũdum illam gubernaculum dirigit, nec vela tẽdit, & coercet secundum diuersos uentorum flatus, sed immemor unde fuerit, pfectus per altum mare pergit, nec curam habet in quam regionem deuenturus sit, difficillimũ erit, quin naufragiũ faciat, & mortis periculum patiatur. Omnibus nobis compertum est, q̃ tempestuosum mare sit hoc sæculum. Qui autem nullã hẽt rõnem de his hodiernis verbis, & obliuiscitur se puluerem, & cinerem esse, nesciens se huic profectum fuisse, atque huc reuersurum esse, & hunc esse suum finẽ. hic nauigandi regulam amisit, & illi defuit sidus, quo gubernandus erat, & ita in maximo pereundi periculo versatur, & quam dñs arbitrabitur rupem attinget, atq; in æternũ naufragabitur. Vt ergo tãtum malum effugias, memẽto homo, quia puluis es. Ita nos etiam Spiritus sanctus admonet in Ecclesiastico, cum dicit; In omnib. operib. tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis, uel saltem non peccabis in æternum. Id est, cum propter debilitatem peccaueris, saltem conuertens caput ad stellam, 10
animaduertes te a salutis uia aberrasse, & sic ad pęnitentiæ remedium reuerteris. Recordamini pauonis exemplum, qui cũ tam pulchrũ se uideat arrogantiæ plenus suas pulcherrimas pennas amplians põpaticum gyrum efficit: animaduertens aũt pedes suos, cũ illos tã nigros, & deformes aspiciat, illico deficit, & alias cõprimit, atq; in męstissimam, & maximo dolores plenam uocem prumpit. O homo superbiæ, ac vanitatis plene, qui cũ generis tui nobilitatem, diuitias, 11
pulchritudinemq; recordaris elationis tuæ pennas amplias, & gyrum facis, ac si uniuersus mundus esset tuus. Memorare, memorare finem tuum, o miser, qui quasi pauo tam amplum gyrũ, tot tamq; diuersis inuentionũ, ac prophanitatum plumis efficis, tamq; superbus, ac tumidus es, vt neminem ad te velis accedere, aut æqualẽ esse tibi, animaduerte quod alij tam uani sicut tu infęliciter perierunt, qui bellicis ludis exercebantur, nouas uestium inuentiones promebant, dominis pulcherrimis seruiebant, ab hostibus victores euadebant, & tandem a morte superati sunt, ut tu hodie, aut cras superaberis. Quapropter: Memẽto hõ, q̃a puluis es.

Quomodo fieri potest, q̃ ita homo sui ipsius immemor sit, ut necesse sit hoc, tam verbo, quàm opere illi in memoriam reuocare? Et quomodo fieri potest, quod nullius rei magis, quam sui ipsorum homines obliuiscantur? Hinc uoluptatũ solicitudo proficiscitur: hinc est quod homines orbem ambitione circumeant: hinc, q̃ honorari tanto pere desiderent, & cum pompa, & autoritate cupiant incedere. Quid nonne homo cinis est? nonne puluis est? sic? Sed non recordant̃ hoc, & ita amẽs totam vitam agit, quoq; 12

Ecclef. (marginal note beside "Recordamini")
Simile. (marginal note beside "gyrum efficit")

ad sepulchrum peruenit. Et sicut fuit in uita, sic etiam est in morte uanus. Et præcipit amplissima, & pulcherrima sepulchra sibi cōstrui, & pulcherrimis scutis, atque insignibus perpoliri. Hæc ꝑdixit S. Propheta Hieremias dicens: In tempore illo eijcient ossa Regis Iuda, & ossa principū eius, & ossa sacerdotum, & ossa eorum, qui habitauerunt Hierusalem de sepulchris suis, & expandent ea ad solem, & lunam, & omnem militiam
13 cœli quæ dilexerunt, & quibus seruierunt, & post quæ ambulauerunt, & quę quæsierunt, & adorauerunt. Siquidem in ossibus (ait dominus) istarum uanitatum amorem inclusum habent, uolo, quod etiam & ossa mortua idem faciant, ꝙ & ipsi uiui faciebant. Satientur stellas adorare. Sicut cum aliquid te inuito fit, tu ipse præ nimia molestia id fieri utraque manu adiuuas, ità permittit dominus quod postquam uani huius seculi mortui sunt, super eorum ossa uanitatum ipsorū insignia imponātur, ut eorum ossa mortua idem adorent, quod ipsi dum uiuerent adorarent, ac si dicat, replemini iam uanitatē, uideamus nunc utrum incontenti fueritis. Ne ergo in tantam uanitatem deuenias:
14 Memento homo quia cinis es. Memēto homo, quia etsi Deus in te omnia quatuor elemēta collocauit, parum tamē ignis posuit, ne cupiditate inflammareris: parum aeris posuit, ne elatione, & superbia ad nubes eueheretis; posuit parum aquæ, ne inconstans esses: posuit autem multum terræ duræ, grauis, & asperæ, ut esses grauis, in omnibus, & humilitatis studiosus. Et siquidem cum maximis, & minimis loquitur sancta Ecclesia, quare loquens cum Regibus, & Imperatoribus non dixit unicuique singillatim; Memento quod es Imperator, & dominus tot regnorum. Sed nihil istorum dicit, quia hęc tantam afferunt superbiam, ut efficiant,
15 quod plenior sit infernus Regibus, & Imperatoribus, quam cœlum.

Nec dixit etiam: Memēto homo quia doctissimus, & scientiarum peritissimus es, qa multi scientiarū fundatores, ut Demosthenes, Aristoteles, Plato, & alij huiusce modi omnes gehennalibus flammis cruciantur. Nec dixit. Memento domina, quia es tam pulchra, ut sis mirabilis uisu, & omnibus aspicientib. te admirationem afferas. Quantumuis enim pulchra sit fœmina, in hora mortis conuenit sanguis in fauces, & manet nigra quasi carbones. Nec dixit nobilibus: Memento quod ex Gothorum sanguine dimanatis, nec ꝙ a nobilissimis parentib. originem trahitis. Nam licet uerum sit, quod dū palmites in uite sunt uirides, folijs operti, & fructib. onusti, cognosci pōt quæ nam Simile
si uua muscata, & quæ alterius generis, postquam autem, a uite amputantur, comburūtur, & in cinerē conuertuntur, non potest inter eos discrimen constitui. Sic inter homines quādiu in hac uita commorantur discrimē maximum cognoscitur, postquam uero 16
mortui sunt, & in cinerem conuersi, quid interest inter corpus summi pontificis, & pauperis presbyteri? In quo cognoscunt cineres imperatoris, & aquarij? Qđ si nullum est inter eos discrimē, uanū est igitur id tanti æstimare, quod cras finiendū esse cognoscim⁹.

Cōfidens, fratres mei sancta Ecclesia oēs uos suis diuinis admonitionib. cōmotos esse ad pęnitentiā agendam, nobis euāgelium hodie ꝓponit, in quo nos docet, qūo passiones nostras mortificare dębeamus. Et sic ait. *Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes.* Primum ꝑsupponiť, quod oportet uos in hoc sancto tpe ieiunare, cum sit pceptum ad hoc obligās sub peccato mortali, nisi sit iustum impedimētum. Ieiunium autem de- 17
bet fieri semel in die edendo, & hoc moderatē. Primum munimen, quod nos Beatus Pe- 1. Pet. 5.
trus docuit contra illum teterrimum generis humani hostem, fuit temperantia, & sic dicit. Fratres sobrij estote, & uigilate, & aduersarius uester diabolus tanquā leo rugiēs, circuit quærens quem deuoret; Ecce quo ut uigilemus, atq; ēt pernoctemus in defensione nostra, cōtra hunc furentissimum leonē, prima arma assignat S. Petrus, quod nos sobrietate muniamus. Et S. Paul⁹ dicit, q̄ Dei 1. Tes. 5
sumus, sobrij simus. In hoc oportet nos cognosci ꝙ simus ex Deo, scilicet quod simus temperatissimi. Et Ecclesiasticus dicit: E- Eccl. 30
quus indomitus euadet durus. Equus moro 18
sus, & indomitus, non domatur abundantissimē edendo, & in delicijs, ac quiete commorando, sed abstinendo a cibo, & laborando. Et qui ex sua uinea optimum fructum uult percipere, prius illi superfluas uites, & palmites amputat. Tracta tu sic frater corpus tuum, ut pęnitentiæ fructum ferat. Dicit S. Bernardus, asperum carptorium red- Bernar.
dit pannū suauem, & q̄ātumuis asper sit, si Simile
carptorijs carpatur, suauis efficitur. Sic etiā fame cilicio, & uerberibus lenitur cor, et corpus rationi subijcitur. Super illa uerba

Esa.66. Esaiæ ubi dicitur: Super quem respiciã, nisi
ad pauperculum,& contritum spiritu, & tre
mentem sermones meos. Notandum est, ꝙ
litera Hebræa dicit. Percussum flagellatum
corde. In hoīem, qui flagellatus est corde, &
mortificato corpore iterũ atq; iterum Deus
oculos conijcit. Idcircò nõ dicit. Super quẽ
aspiciam, sed super quem respiciam, quia ꝙ
uobis ualde placet sæpissime respicitis. O
quam cęlestis sententia, & quam consolato
riũ est hoc verbum illis, qui corpora sua per
19 pænitentiam sciunt mortificare? quòd ita
Deo placent, ut Deus illos, respiciens nõ sa-
tiari uideatur. Hanc oportet esse pcipuam
Christiani hominis curam, ut sensuales ap-
petitus ita coerceat, & comprimat, ut rõni
nõ audeant repugnare. Quam necessaria sit
Arist.li.3.ad Nicomachum sit hæc solicitudo, etiam Aristoteles, licet
gẽtilis erat, optimè intellexit. Nam li.3. ad
Nichomachũ docet, quod illas hominis par
tes, quæ ratione carẽt, oportet acerrimę ca-
stigari, & ita dicit, ꝙ idcircò mali homines
dicuntur discoli: id est, non castigati, qui ne
gligentes fuerunt in illis corporis partibus
castigandis, quæ spiritui repugnãt, & ubi se-
ptuaginta interpretes legũt, quietum, est in
Hebræo debilẽ, & claudũ. In quo docemur
quod si uolumus ut Deus nos respiciat, opor
tet nos hanc morositatem attenuare, & sen-
20 sualitatis uires debilitare, ut maneat arida,
& absq; consolatione ulla. Si terra non irri-
Simile. gẽt, ita arescet, ut nihil in ea oriat, idem erit
Plato li. de legibus & Repub. in carne nostra: Plato dicit, ꝙ illas hominis
partes, quæ ratione carẽt, ut sunt appetitus
sensitiui, & sensualitas, debemus refacere, &
reddere sicut terram aridam, fiet (inquit) ut
quemadmodum herbæ, quæ non irrigant,
paulatim arescunt, sic hæ partes arescant. Et
affirmat quod partes illas, quæ ad mentem
pertinent, oportet irrigari, ut frequenti diui-
narũ rerum contemplatione uires accipiant,
21 sicut herbæ aqua pulchræ, ac dirides effic ũ
tur. O incõmutabilis Deus, quam acriter in
hoc nos reprehendunt hi philosophi genti-
les, & quantæ confusioni est nobis Christia-
nis, ꝙ illi naturali tãtum lumine gubernati
talia operarentur, & docerent, nos uerò E-
uangelij luce illustrati si ea docemus, non ea
facimus. Et fortasse plurimis uestrum uidet
hic peregrinus sermo cum uobis hæres tam
Ro.12. inusitatæ dicantur, cum tamẽ sint maximè
necessariæ. O quam efficacibus uerbis ea?
exaggerauit, summa animi contentione
cõmendauit Paulus cum dixit; Obsecro uos
fratres p misericordiam Dei, ut exhibeatis
corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam,
Deo placentem, ut probetis, quæ sit uoluntas
Dei bona, & bene placens, & perfecta. Depre
cor uos fratres mei (inquit S. Apostolus) ut
sicut antea aīalia mactabatis, & ea Deo im-
molabatis, nunc iam non immoletis anima
lia, sed mortificate sensualitatẽ uestram, &
offerte uos metipsos sacrificiũ sanctum, & be
ne placẽs, quod erit sacrificiũ uiuum, & mor
tuũ. Viuum in spiritu, mortuũ aũt in passio
nibus, ut probetis, id est, ut gustetis, probare 22
.n.& gustare idem est. Vultis gustare uolun-
tatem Dei, & eius saporem experiri? estote
ergo boni, & statim illam sapietis. Videtis
hominem afflictum & hilarem, atque con-
tentum. Qũo fit hoc? Estote boni, & scietis
qũo fiat, ac quẽ saporẽ Deus habeat, cogno-
scetis. Hoc ipsum uos ego rogo fratres mei
p misericordiam Dei, ut a modo incipiatis
uos hostiã placẽtẽ diuinę Maiestati offerre.

Hãc pnīam agẽtes, & hæc ieiunia ieiuan
tes: *Nolite fieri sicut hypocritæ tristes, &c.* Ne
uos superstitiose operatis, nec sicut hypo-
critæ fictiones faciatis, qui facies suas mor-
tificant, ut appareant hominibus ieiunan-
tes. Hericius cum est in terra arida ita coar-
ctatus est, ut nihil aliud in eo præter spinas
appareat, si tamen in aquã cõijciatur statim Simile. 23
pedes, & caput ostendit, & se extendens om-
nem carnem detegit, quã spinis opertam ha
bebat. Sic hypocrita, cum est in terra arida
paupertatis, uidebitis illum tam astrictum,
& humilem, ut nihil in eo pręter pænitentię
spinas esse uideatur, si uero in aquam tem-
poralium bonorũ, aliqua dignitate affectus
inijciatur, statim extenditur, & prophanus
effectus apertè ostẽdit, quid in corde abscon
ditum habeat. Manifeste patet, ꝙ hoc non
propter Deum, sed propter homines facie-
bat. Alij sunt hypocritæ adhuc uiliores, qui
non propter episcopatum, aut prælaturum,
sed propter inanem mundi gloriam bona 24
opera sua faciunt. Et hi omnes, Amen dico
uobis receperunt mercedem suam. Et non
solũ præmij cælestis expertes remanebunt,
sed maximis inferni tormentis afficientur.
Quod significauit Dominus illis ualdè me- Matt.4.
tuẽdis verbis: Si dixerit malus seruus in cor
de suo: moram facit Dominus meus ueni-
re, & cęperit percutere conseruos suos, man
ducet autem, & bibat cũ ebriosis. Veniet do
minus serui illius in die, qua non sperat, &
hora quæ ignorat, & diuidet eum, partem-

que eius ponet cũ hypocritis, ibique erit fletus, & stridor dẽtium. O sancte Deus quam terribilis res, quam mala est hipocrisis, siquidem p exaggerationem dicit Dominus qđ ille iniquus tyrannus persecutor, & euersos proximorum suorum, carnalis, epulo, & ebrius cum hypocritis cruciãdus est. Quid vobis uidetur fratres mei vtimini fictionib. nec faciatis res propter Deum, & uidebitis quem finẽ habebitis. Nolite ergo fieri sicut hypocritæ tristes. Quod si quam tristitiam accepertis, sit uera, solũ quod Deum offen-
25 deritis, hæc enim sancta, & ualde utilis est. De qua Beatus Paulus dixit: quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Ad hoc solum
2. Cor. 7 prodest tristitia. Vt in animam perseuerãtẽ quandam, ac salutiferam pœnitentiam ope-
Simile. retur. Vnguentum sandalinum non applicatur à chirurgo nisi ad illam passionem, ad quam cõfectum est. Et unguentum album eodem modo. Singula unguenta enim ad singulos morbos curandos uirtutem habent, & ad alios morbos nihil prosunt. Nũc cognoscetis quod unguentum sit tristitia & cui passioni applicandum sit. Contigit uobis calamitas, in qua diuitias amisistis, & p
26 pter hoc incommodum contristamini. Hac tristitia recuperatis aliquid ex diuitijs uestris? non. Non enim est unguentum, quod isti morbo medetur. Sumit aliquis uindictã ex te, afficiẽs te ignominia, quia tu illum de decorauera, tristitiam accipis. Hac tristitia adhibetur remedium præteritæ iniuriç? non ægrotas, & propter ægritudinem tristitia afficeris, hęc tristitia poterit infirmitatem subleuare? non. Offendisti Deum, habesque tristitiam maximam, quod tantum Deum ac dominum offenderis. Nunquid tristitia ista poterit huic malo proficere? Etiam profecto. Tristitia ergo nulli alij pdest nisi malo culparum, & quemadmodũ stultitia est un-
27 guentum applicare, nisi ad illam passionem, ad quam habet uirtutem, sic est superuacaneum tristitiam accipere, nisi quo Deum offenderimus. Et siquidem diuinã Maiestatem toties offendimus bonum erit, quod tristitia nostra creberrima sit.

Tu autem cum ieiunas, &c. Numerũ mutat, ex multis ad paucos, quia pauci sunt electi, qui non bene ieiunant credo quod erunt multi, tu uero, qui inusitatam uiam curris, in qua herbę nascuntur, quia nõ ambulant in ea peccatores; *Vnge caput tuũ.* Tolle omnem hypocrisim, & fictionem, ac secundum patriç tuæ consuetudinẽ, laua, & exorna te sicut aliis dieb. facere solebas, & ieiuna, ut soli Deo placeas, ipse enim est uerus factorum omniũ remunerator, qui tibi liberalissime psoluet. *Nolite thesaurizare uobis.* Est Deus in custodiendo fidelissimus, in cuius manus si minutũ cõmittis, securum postea illud in uita æterna reperies. In manu huius fidelissimi Domini oportet nos oẽs thesau- 28
ros nostros collocare, siquidem ipse vult depositarius noster fieri. Hic autem thesaurus nos pdit, quia pp illum in infernum mergimur, aut ipse a nobis perditur ludendo, & in alijs pfanitatib. illum cõsumendo, quẽ aũt in manu Domini constituis, hic lucratur te & tu illum, & ut nos admoneret, ut in cœlo thesaurizemus, prius dixit: *Nolite thesaurizare in terra.* Optime scit, qđ oẽs uellent in cælo thesaurizare, sed ostendit qđ sit impedimentum quominus hoc fiat, s. q a uolũt ẽt in hoc sęculo thesaurizare. Eodem arti- Tit. 2.
ficio usus est S. Paulus cum dixit: Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri omnib. hominib. erudiẽs nos, ut abnegantes impietatẽ, & secularia desideria sobrie, & iuste, & pie uiuamus ĩ hoc seculo. Vbi nos docet, quod
ut simus pij, oportet prius omnia secularia 29
desideria expellere. Si enim uultis scire unde crudelitas, & liberalitas in paupere oriatur, attendite quod dicit S. Paulus, ut faciatis ad eam euertendam: inde.n. proficiscitur. Videte quos humores expellat medicus ad morbum curandum, nam inde ægri
tudo proficiscitur. Dicit, Abnegantes impie Simile.
tatem, & secularia desideria. Secularia desideria sunt optare multam pompã, & authoritatem habere, de statu in statum ascẽdere, domum omnibus rebus abundantem habere, ab omnibus summopere honorari. Hæc sunt secularia desideria, hæc expellunt pie-
tatẽ, ideo præcipit, ut ea expellamus, ut iu- 30
ste, & pie uiuamus. Si hæc a nobis eiecerimus tuto, possumus ĩ cælo thesaurizare, & cum thesauro cor ẽt in Iesu Christo abscõdere. Laudate ergo fratres mei hunc clementissimum patrẽ pp hoc singulare bñficium quod in vos cõferte, volens esse depositarius uester. Cõfortamini ad thesaurizãdum hodie unum bonum opus, cras unam sanctam orationem, & alia die unum ieiunium, &c. Et ita plurima gratia locupletati sempiterna gloria perfrui poterimus. Ad quam nos perducat Iesus Mariç filius &c. Amen.

Feria

Feria V. post Cineres.

Cum intrasset Iesus Capharnaũ accessit ad eum Centurio, &c. Matt. 8.



VNVM ex illis, quæ magis in sacris literis laudãtur, & mĩa. De charitate dixit S. Paulus, fides, spes, charitas, maior aũt horũ est charitas, & hoc est, q̃a charitas nõ solũ ad ꝓximum, sed ad Deum præcipue ordinatur. Et ut dixit Arist. Actus distinguũtur p obiecta. Pr̨stãtissim' scopus oĩum est Deus, & q̃a obiectum & scopus charitatis est Deus, ideo charitas est uirtutũ oĩum præstantissima. Verum ꝓter affinitatẽ, quam cum Deo habet, si illã cõsiderem' inq̃tum ad ꝓximum ordinatur, dico ꝙ charitas est ipsa mĩa, sine mĩa est filia primogenita, & principalis charitatis. Ipsa.n. charitas, q̃ nos ad ꝓximi amorẽ inclinat, ipsa (inq̃) nos mouet ad detestandum malum, q̃ ꝓximo euenire põt, & illi in necessitate subueniendum. De hac mĩa dixit Dauid loquens cum Deo, qñ dixisti; in æternũ mĩa ædificabitur in c̨lis. Tu Dñe dixisti, & ita oportet esse, ꝙ misericordia, & pietate æternum in c̨lo ædificium cõstruitur. Maxima est hæc excellẽtia mĩæ. Aliam etiã de illa dixit Ecclesiasticus his uerbis. Ignẽ ardentẽ extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis, & Deus prospector est eius, qui reddit gratiam. Meminit in posterum, & in tpe casus sui inueniet firmamentum. O mirifica uerba, & mirifica beneficia quæ misericordi promittuntur? dicit ꝙ eleemosyna, & mĩa, qua erogata est, scutum fortissimum, ad resistendum peccatis, quando nos aggrediũtur, & est aqua frigidissima in qua commissa demerguntur. Peccata uiri erogantis eleemosynam, non habebunt uires, erunt mortua, & in eleemosyna submersa, quia per eam disponitur hõ ad illorum ueniam consequendam. Peccata uero hominis crudelis qui proximi sui non miseretur erunt uiua in hora mortis eius, & sicut uiua illum condemnabunt. Dicit etiã quod misericors est gratus. Qui reddit gratiã, & se non solum hominibus, sed Deo ẽt iucundum, ac gratum efficit. Facientem opera misericordiæ erga proximum suum uocat hic Spiritus sanctus reddentem gratiæ, quia aliquo beneficia, quæ a Deo acceperat, persoluit. Et idcirco acceptationis oculis illum

1.Co.13

1

Ar.2.de Anima.

Psal.88.

2

Eccl.13.

3

Deus intuetur, & recordabit illius, ut in posterũ maiora beneficia in eũ conferat. Et in die casus sui. Hoc est in morte sua, reperiet bona opera quæ fecit, q̃ erunt quasi colũna, cui adh̨rebit, ne in infernum labatur. Quid uobis uidetur fratres mei de hoc, ꝙ de uiro misericorde dicitur? qui deinceps uiscera sua in proximos non patefaciet? & quis eis quantum poterit non fauebit, cum talia præmia Spiritus sanctus misericordib. promittat? Contra uero maxima sunt supplicia, quib. Deus punire solet duros corde, qui nõ hñt misericordiam. Propheta Oseas, suppliciũ quoddam maximum commemorat dicens, & ablactauit eã, quę erat absq; misericordia. Licèt De' tantopere Hebræos dilexerit, quia tñ in proximos suos crudeles fuerunt non occurrentes illis in necessitatibus eorum, eis consolationes, & particularia auxilia abstulit: atque hoc uocat S. Propheta ablactare. Dicere, ꝙ Deus ablactat, est dicere, quod aufert suam peculiarem prouidentiam, manutenentiam, & consolationem, & ita ubi nos in Genesi legimus: Ego Deus omnipotens. Est in Hebr̨o: Ego Deus Sadai, idest uberum, i. Deus qui hẽt ubera. Et ideo sponsa dicebat. Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt ubera tua uino fragantia unguẽtis optimis. Quam admirabilis, & inusitata res, ꝙ sponsus optimis uberibus laudetur. Vbera in uiro inepta vñr. O quã maximum mysterium est hoc. Vbera ista sponsi, qui est Deus sunt ineffabiles fauores, & consolationes, quę magis animam fulciunt; quã oẽs seculares uoluptates per uinum significatæ. Has ergo consolationes, & indulgentias adimit Deus homini non utenti misericordia cũ proximis suis. O quam graue supplicium? Videte qualis maneret infans ablactatus a matre sua, & sine ullo, qui eum protegeret, & de illo curã haberet. Talis profecto manet anima a Deo derelicta propter duritiem, crudelitatemque suam. Cupis ergo frater inter ubera Dei commorari? uis ut te a se non expellat, nec te derelictum deserat? Esto misericors, siquidem per misericordiam tot bona in præsenti, & in futuro seculo comparatur. In Actib. dicitur quod erat in ciuitate Ioppe mulier quędam nomine Dorcas, hæc erat plena operibus bonis, & eleemosynis, quas faciebat, factum est autem, ut infirmatam moreretur, quam cum lauissent, posuerunt eam in cænaculo. Cum autem prope esset Lydda ad Ioppe, discipuli audientes, quia Diuus

4

Ose.1.

Gen.17

Cant.1.

5

6

Petrus esset in ea, miserunt duos uiros ad eũ rogantes, ut ueniret Ioppe. Cumq; S. Petrus uenisset, duxerũt illum in cœnaculum, & circumsteterunt illum oẽs uiduæ flentes, & ostendentes illi tunicas, & uestes, quas faciebat illis Dorcas. Et uidens S. Petrus eleemosynas, quas illa clemens mulier erogauerat, hoc uno commotus positis genibus pro illa orauit, eamque suscitauit. Dignissima est. n. quæ longissimam uitam ducat, persona, quę
7 in operibus charitatis se exercet.

Hæc oĩa diximus occasione huius S. Euãgelij, quod hodie nobis alma mater Ecclesiã pponit, in quo fit mẽtio de homine quodam gentili, qui quod esset misericors adeptus est, ut in cognitionẽ Dei ueniret, & tantam fidẽ haberet, ut dixerit summa ueritas: *Nõ inueni tantam fidem in Israel.* In quo admonemur, ut quãuis in peccato aliquãdo simus, non tamẽ desistamus bene operari; per hanc. n. uiam remediũ reperiemus, sicut hic optimus Centurio illud inuenit. Et ut paulo antea dicebamus super illa uerba Ecclesiastici: Ignem ardentem, &c. Et licet S. Matthæus hic non meminerit, nisi de pietate tantummodo, quia hic optimus uir cum seruo
8 suo infirmo usus fuit: S. Lucas hanc historiã
Luc.37. referẽs, dicit ꝙ synagogam Hebręis cõstruxerat. Itaque erat misericors erga Deum, & erga homines. Et sicut prudens, ac uerus misericors, ita alienis succurrebat, ut suorum nõ oblisceretur. Qui. n. in domesticos suos est parcus, & in alienos liberalis melius potest uanus, quam misericors nuncupari Hic
Simile. est sicut fluuius Xalon, qui oritur in Castella, & irrigat Aragoniam. Magnę stultitię est, ꝙ domesticos, & consanguineos tuos pauperes, nudos, & ægros deseras, & eleemosynam ad extraneos mittas. Oriris in Hispaniam, & irrigas Aragoniam. Veram misericordiã a domo tua oportet incipere; posteà uerò si
9 fuerit possibile, ad extraneos peruenire. Alij omnia bona sua cũ hoĩbus locupletibus, & potentib. consumunt, domesticos ãt suos fame perire sinunt. Hi fluuij, quos plerunq; uidetis tanta aquę abundantia defluere, totam illã in mare immittunt, ubi tanta illius abũdantia est proximas uerò ripas ita aridas, & steriles relinquunt, ut ne gutta quidẽ aquæ in illis maneat. O fluuij capitales huius seculi diuites, & potentes, quia quam directè ducitis, ut in mare deueniat. Conuiuia, & munera alijs diuitib. facitis Oẽs sumptus, & magnificentias diuites cum diuitibus facitis quod est aquam in mare conijce. Famulos autem uestros pauperes, & ægrotos deseritis non recordantes aliquod illis bonum facere. Amen dico uobis receperunt mercedẽ Matt.6.
suã, dixit dñs de alijs uanis sicut uos estis, q̃ opera sua propter uanitatem faciebant, sicut & uos facitis. Non ita faciebat optimus Cẽturio, siquidem tanta animi contentione famuli sui infirmi salutem curabat. Qui ut refert S. Euangelium, cum primũ dominus ac
cessit Capharnaum, ad illum properauit hu 10
militer eum rogans, ac dicens: *Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur.* Quid plus pro dilectissimo filio posset facere, q̃ pro famulo fecit? O quã acriter nos huius gentilis mĩa reprehendit? O utinã Simile.
hunc Centurione tanquã magistrum in ista pietate imitaremur. Experientia uidemus, quod licet uir nobilis nõ sit faber ferrarius, nec calceator ueterinarius cum longum aliquod iter confecturus est defert soleas ferreas, & clauos, & quãdo necessitates cõpellit, ipsemet quò melius potest equum suũ una solea calceat. Quid? cũ sis uir nobilis equum calceas? & non dedignaris id facere pp necessitatem, quæ tibi oblata est, quia est equus 11
tuus, & te baiulat? Quare igitur famulum tuum, qui in itinere ægrotat illic derelictum deseris? quare non te præbes talẽ erga eum, qualem te præbes erga equum tuũ? quamuis enim sis illustris maxima gloria, & honor tuus erit si alij te uiderint illi ministrantem, & lectũ ẽt sternentẽ, si opus esset. O quãtam coronã coram Deo, & hoĩbus compararer! Verũ nõ fit hoc in hac regione. Tanta est superbia, elatio, & immanitas Hispanorum. Ecce ergo hunc gentile, q̃ in finali iudicio corã diuina Maiestate contra uos cõsurget.

Videns Dñs fidem, ac pietatẽ huius optimi uiri, dixit illi. *Ego ueniã, & curabo eum.* Et rñdens Centurio, ait: *Domine, non sum di-*
gnus, ut intres sub tectum meum. O profũdã 12
primarij uiri humilitatem, quæ superbiam nostram acerrimè reprehendit? Non dicunt hoc, qui uolũt, ut crebro domi suæ sacrum celebretur. Hoc. n. est dicere: Dñe sum dignus ut intres sub tectum meum. Cum aũt Concil.
hoc negotium tam irreuerenter tractaretur Trid. ses
intendit sancta mater Ecclesia illi obuiare sio. 21.
in sancto concilio Tridentino. Illi tñ adhuc de euitã
perseuerat in afferendis priuilegijs, ut Deus dis in sa
domos suas ueniat. B. Petrus dixit: Domine crificio
si tu es, iube me uenire ad te super aquas. Et Missæ.
sic immissus est in aquas maris, ut ad suum Mat.14.
diui-

diuinum Magistrum Iesum Christum perueniret. Vos autem dicitis: veniat Iesus Christus ad me, & non confundimini facientes, vt infinita Dei maiestas ad vestras immundas mansiones veniat? Bonum esset si velletis, vt rex terræ ad vos ueniret quotiescunque vobis liberet. Sed dicetis, quod non id facitis nisi quod non potestis in ecclesiā venire. Rñdete ergo mihi ad hoc argumentū. Si videretis sartorē, aut sutorē, aut aliū artificem, qui uellet
13 ut domi suæ sacrū colebraretur, nō detraheretis de illo, & diceretis: vidistis ne quod vult artifex æqualis esse mihi viro primario? Attendite quod habet bullam sicut, & uos. Dicetis. Optime scio hoc ita esse, sed artificē non oportet esse æqualem mihi. Ecce quō ad honorem & statum intenditis, & tn̄ nō hoc animaduertitis. Peccata quippe spiritualia sunt subtilia, & plurimi in illis diu commorantur, nec tn̄ hoc sciunt. Qui pp per reuerentiam Dei vos rogo, ut in templum veniatis, sicut, & plebs venit ad honorandum immēsam Dñi maiestatem. Etenim circa Deū & eius diuina præcepta omnes estis æquales. Apud Deum.n. tātū pastor, quantū imperator valet. Et prætera aduertite hanc rōnē, qua, quicunq. rationalis conuincetur. Præ-
14 cipiebat Deus (& ad hoc propositum hoc citat Papa Anacletus cum maxima exaggeratione) ne quis auderet sacrificium offerre extra Hierusalem, ne quidem extra Salomonis templum: pp maximam reuerentiā qua res diuinas in tali actu oportet honorari: si ergo in lege veteri, turtur, & columba, quæ Deo offerebatur destinatum habebat locū in quo offerretur, extra quem sacrilegium erat illam offerri, quō audet Christiani, qui Deum uiuentem hostiam offerunt, illum in quolibet angulo offerre? O terribilem irreuerentiā? quia.n. ludendo, manducando, & bibēdo fatigati hora secūda, aut tertia post mediam noctem recumbunt, & usq; ad un-
15 decimam horā dormiunt, uolunt, ut statim posquam surgunt, sacrum illis celebretur dicentes, quod iam est sero ad eundum in ecclesiam. Tales sunt Christiani huius infęlicis tpis. Minus malum esset (inquit Papa Fælix quartus) non audire sacrum, q̄ illud in loco indecenti audire. O altissime Domini Iesu Christe, potentissime cælorum ac terræ Imperator, quia tu Domine, tam familiarem. & humilem te erga homines præbuisti: & eo quod tot, tamq; ineffabilia beneficia in eos contulisti, pp suam malitiam ipsi occasionē

Deu. 12
Epis. j. q̄ habetur de consecra. d. 1. c. 1.

In epist. ad Orthodoxos habetur de conse. d. 1. cap. si cut.

accipiunt tam parum æstimandi tuam infinitam maiestatē. Laudent te Dñe Angeli, & Seraphini, siquidē homines tā parū te sciūt venerari. O fratres charissimi ne in cordib. uestris tā sacrilegū uerbū dicatis, ut est. Ego sum dignus, ut intres sub tectū meū. Sed dicite, sicut hic fidelissimus Centurio cū profunda humilitate. Dñe nō sum dignus, &c.

Est ualde notandū, quod qū Dñs uoluit hospes esse Zachęi, letissimus, ac diligentissimus, & sine ulla repugnantia abijt Zachęus ad præparandū illi hospitū: & hodie nobis 16
dicit S. Euangelium, quod cum uellet ire in domū huius Centurioni, ipse excusabatur, & dicebat: Dñe nō sum dignus, &c. Etiā laudatur S. Petrus, eo quòd dixerit Dño: Discede à me quia homo peccator ego sum. Et ex alia parte reprehendūtur Geraseni, qui ut refert S. Marcus rogare cæperūt eum, ut discederet à finibus eorū. In his omnibus significat, quod siq̄dē Deus vult esse hospes noster, & ad nos ingredi per ineffabile sacramētū altaris, ex una parte oportet nos tanti boni indignos reputari, ex alia uerò parte quantū potuerimus, cōfortari debemus, ut ei cū alacritate, & bona uoluntate corda nostra pparemus. Quod si aliqñ ex humilitate dixeri- 17
mus: Discedi a me quia homo peccator ego sum, & cū hac cognitione aliqñ a sacra cōione nos abstinuerimus: caueamus tñ ne ullo modo illi hoc dicamus cum intētione, qua illi Geraseni dixerunt, quod recederet a finibus eorum. Illi.n. hoc dixerunt Dño ne porcos suos emitterent. O maximā insęlicitatem? o quot sunt hodie, q. Deū expellunt, & diuina sacramēta crebro nō recipiūt, ne porcos suos amittāt, i. ne tpalia lucra desinant, consumentes aliqd̄ tpis spatiū in his sanctis exercitationibus? Itaq. hoc dicere, non sum dignus dēt esse, ut qñ accedis, cū timore ac reuerentia accedas. Patres sacerdotes p reuerētiā Dei, & p eius uiscera uos rogo ne reuerētiā, & timorē eius amittatis, ne diuinā Ma- 18
iestatē ita temere, & irreuerēter tractare aūdeatis, ut in diuina clemētia cōfidētes eius umbra crimina uestra uelitis operire dicentes, si me populus celebrare uiderit, nihil tale me fecisse suspicabitur. Ne tāta temeritatē committatis p charitatem Dei uos rogo.

Videte qua reuerentia, & respectu hic uir secularis, primarius, & gentilis cum Domino agit. Maxima confusio uestra erit, si permiseritis, ut uir huius conditionis vobis excellat. Has autem temeritates

Luc. 19.
Luc. 5.

solet

solet Deus acerrimè punire. Quapp attendite quid faciatis. Nunq̃ vidistis, quid inter
Simile. gladiatores agatur? Accedit quis cū magna vrbanitate, & modestia ad digladiādū cum Magistro, & præ illius reuerentia nō audet in eū ictū immittere, cui dicit Magister, moue, moue gladiū, & fac quicquid poteris, ipse tū non vult illum attingere. Cum hoc ita magister se habet, ut ab illo se percuti patiatur, & illo honorē cum magistro cōsequat.
19 Venit aūt temerarius quidam, & absq. vlla consideratione, ac reuerentia statim ictū immittit: magister verò ne illi noceat, cohibet se. Ille uero dicit: Eia Dñe audacter ludamus. Vide ꝙ non bene tibi erit, quapp ne talefacias. Eia (inqt) digladiemur unusquisq; prout potuerit. Sic uis? Expecta igitur. In pœnam temeritatis illius immittit Magister ictum, & illum ita percutit, ut iam ille nollet incœpisse cū eo ita temere digladiari. O temerarij qūo uos Deus percutiet, quia tam impudice & irreuerenter tū eo vultis digladiari: qui aūt cum timore, & reuerētia, se indignum reputans accedit, Deus illi fauet, & facit, ut cum honore, & uictoria euadat.
20 Prosequitur optimus Centurio rōnē reddens, & cū maxima fide probans non opus esse Dño, ut domū suā se conferret ad sanandū famulū suū infirmum: quia in absentia id facere poterat, & dicit: *Nam & ego hō sum sub potestate constitutus* Notate ꝙ ptātē uocat onus, qđ super se habebat. Est quippe dignitas onus maximū. Et ita dixit Deus per
Esa. 22. Esaiā loquens de prælato. Et dabo clauē domus Dauid super humerum eius, i. dabo illi ptātem in ecclesia, q̃ est domus ueri Dauid, Iesu Christi filij Dei. Sed est ualde notandū, ꝙ non dicit se daturū esse illi clauē a cingulo pēdētē, sed humeris impositā, quasi onus grauissimum. Quæ nam hæc est clauis, ad q̃ portandā opus est fortissimis humeris, nec
21 sufficit cingulū, a quo pendeat, nisi prælatura, & ptās aperiendi, & claudendi? O miseros illos, qui illā nolunt ad asportandā eam humeris, sed ad sedendū super eū: & ex illa non laborē, sed uoluptatē & honorē expetūt? O utinā illi, qui seculares dignitates tanta animi cōtentione, & tāto cum agone expetitis: oculos aperiretis, & uideretis, quantū onus uobis imponitis, quo ab earum expetitione delisteretis; præcipue ulterius progrederemini cōsiderantes quòd non solum sunt hæres corpori grauissimæ, sed aīam ēt in maximū periculum inducunt, præsertim cùm nō habeatis necessariā sufficientiam. Esaias dicit.
Apprehēdet.n. uir fratrē suum domesticum Esa. 3.
patris sui, uestimētum tibi est, princeps esto noster. Rñdit in die illa, dicēs. Nō sū medicus, & in domo mea non est panis, neq; uestimentū, nolite me constituere principē populi. O si Deus oculos uestros aperiret ut unusquisq; sufficientiā suā humiliter cognosceret, & diceret, quod hic rñdit, qñ illi aliqua dignitas in Repub. datur, dicit elector: Propinquus, aut amicus meus hēt authori- 22
tatē ut possit esse prelatus, gubernator, &c. Diues est, sufficientiā hēt, sit prælatus. Si aūt hic est prudens, rñdebit. Non sum medicus. In Hebræo est Decoropx, i. ligator. Medicus.n. & chirurgus uulnera, alligat, ego uero non ad istud prosum. Aīaduertite, ꝙ plātos, rex, & gubernator, sunt medici, et chirurgi ad curanda uulnera, & infirmitates subditorum suorum, tā spirituales, quā tpales. Et est ualde miserandū, ꝙ cū tantus sanguis effusus sit, nō sit, q uulneribus medeatur, & ea alliget. Siquidem ergo nō estis medici, nec chirurgi, & Deus a uobis periturus est arctissimā rōnem oīum uulnerum, & infirmitatum subditorū uestrorū, ne humeris uestris tā graue onus īponatis, q̄uis magis uos ami- 23
ci, & cōsanguinei uestri rogitēt, & q̄tūuis psides, & collectores sint amici, & ciues uestri.

Dicit ulterius Cēturio. *Et dico huic uade. & uadit: & alio ueni, et uenit.* Credo pfecto ꝙ ex eo ꝙ hic Centurio tam benignus eēt in subditos suos, oriebatur, ꝙ & ipsi subditi tā obediētes illi essēt. Si tu es alter Nero in tuos qūo uis, ut bene, & charitatiue tibi seruiant? Mite, & suaue uerbum in audiētis corde pietatem gignit. Tantam vim habet oleū, ut ferrum leniat, & nauiculam, quę sine oleo asperrima est dulcem afficiat. Tem- Psal. 54.
pera uerba tua urbanitatis, et māsuetudinis oleo, et illis subditorū tuorū corda cōcides. Huc congruit, quod ad aliud propositum Dauid dixit: Molliti sunt sermones eius super oleum, et ipsi sunt iacula Tela penetratiua, et hastæ acutæ sunt uerba mitia, et suauia, quæ corda humiliari, et redigi faciunt, q̃ quidem mollibus potius, quam fortibus rebus cedant. Hac de causa in illa admirabili uisione, quam vidit. Ezechiel. Vbi narrat Ezech. 1
se currum uidisse, qui quatuor animalibus mouebatur, et unum eorum dicit esse hominem, in quo humanitas gubernatoribus necessaria designatur. Hic currus est lex diuina, quæ super duas rotas uehitur, scilicet

super amorem Dei,& proximi, quid aũt significat, ꝙ hic currus tam dissimilibus aĩalibus ueheretur? Quis unq̃ aquilæ uolatum cũ bonis passu uidit concordare? Quis leonis ferocitatẽ cum bonis mansuetud.hec cõparauit? Quis hoĩs intellectum, cum brutorum irrationalitate mensus est? Quis? Diuina prouidentia,q̃ nihil facit sine mysterio. Hęc aĩalia,quæ hunc currum trahunt,& faciunt,vt lex diuina per orbem decurrat,sunt
25 gubernatore,tam corporales,q̃ spirituales, quos oportet has quatuor res habere, hoĩs intellectu,iudicio,& prudentia præditi esse debent,ut in oĩbus rõne, non uero passione ducantur. Secundo unumquemq; oportet esse aquilam in diligentia, quam haberę debet in exercitatione muneris sui, & oportet illum in altum contẽplationis euolare,licet sit secularis. Sic.n. faciebat Dauid. Tertiò debet esse mitis quasi bos,& si possibile fuerit oĩum onera portare ad eos subleuendos. Quartò debet esse leo, habens fortissimum aĩum ad resistendum proteruis,& corrigendum uitiosos. Si has conditiones habueris, absq; dubio illi sicut huic Centurioni obedietur. Super aĩa sciendum est, qđ scire hæc
26 munera sapienter gerere est donum peculia
Ro. 12. re Dei,& sic illud memorat S. Paulus cum dicit. Scire ministerium in ministrãdo. Etiã ꝙ seruitiũ in administrando sit iuxta uolũtatem Dñi,donu est eius peculiare. Quapp qui uos iam his dignitatum oneribus oneratos uidetis, debetis petere à diuina Maiestate,ut nobis hoc donũ largiat,ut prudẽter munus uestrũ exequi sciatis,siue sitis prælati,siue reges,siue gubernatores. Vt hoc efficacissimo argumẽto cõclusit Cẽturio,ꝙ siquidẽ optimus Iesus est Dñs salutis,& infirmitatis,poterat illis quasi seruis imperare,& ꝙ melius Xpo hæc obedirẽt,q̃ sibi famuli sui.

Dicit S. Euangelium, ꝙ audiẽs hoc dñs. *Miratus est.* Nõ cadit in Deum admiratio, cum oĩa æternaliter cognouerit,dicens aũt,
27 ꝙ admiratus est,nobis significauit qđ si mirari posset, illud maxime miraretur, & nos excitauit,ut huius Centurionis uirtutes admiremur,& confundamur. Quod primum oportet nos mirari, est eius profunda humilitas quanta urbanitate & reuerentia loquitur se deijciens. O q̃ honestum, & decorum est nobilibus, esse modestos, & alios uenerari. Sunt aliqui, qui sibi uñr honorem dignitatemque suam amittere,nisi alium contemnant, & dicant,*un nos,o el*.quo eius cor confringunt. Est in seculo regula quædam, qua seculares gubernantur, & sciunt quem uocaturi sunt, Vos. & cui dicturi sunt. *El* Cui uero. *Vuestra merced.* Et quem appellaturi sunt illustrem,aut magnificum. Habẽt hi scalam(dissimillimam scalæ Iacob)cuius gradus sunt tituli, & uanitates. Hoc ergo vnum scitote,quod gradus propinquior cęlo,est magis abiectus apud mundũ,& sancti
non ingressi sunt in cęlum,eo quod illustres 28
fuerint uocati, sed quod plurimis uirtutib. fuerint ornati. Hi tituli vnde orti sunt: Certum est.n.quia quotquot hic sumus, atq; etiam in toto mundo viuimus,ex arca Noe exiuimus,& ab illis octo personis dimanauimus, quorum semen per vniuersum orbem diffusum est. Dicite quæso illarum octo personarũ,erat una aurea, & alia argẽtea,alia uero ferrea? O q̃ ridiculum est nos in hoc tpe cõsumere dicẽdo:quõ illũ alloquar an,*vos*, an uero,*Vuestra merced.* Per charitatẽ Dei vos rogo fratres mei, vt omnes gloriemur esse humiles, modestos, & honeste loquentes omnibus sicut uellemus, ut nobis cęteri loquerentur.


Etiam possunt mirari homines militares 29
cum uideant hoĩem tam deuotum,pium,ac liberalem, qui ciuibus Capharnaum Synagogam ędificauit. Duces uero,& milites nostræ misere tempestatis nõ ita faciunt, sed si tẽpla, pauperesq; rebus suis hodie spoliare põt,non illud in crastinum diem differunt? Non est mirandum profectò cur Christiani tã paucas victorias ab hostibus reportent, cum viri militares magis dissoluti, ac corrupti nunc sint, q̃ forte vllo vnquã tpe fuerũt. Notabilem rem narrat sacra Scriptura,
præcepit Deus Hebræis, quod ex ciuitate Iosue.7.
Hierico,quam miraculosè ipse illis traditurus erat,nihil sibi acciperẽt,sed omnia ferro igniq; conficerent,licet tanta,tamq; potens erat, ut transitum filijs Israel auderet impedire:& fortè erat locupletissima. Ex omni
ergo illo exercitu nemo fuit præter vnum, 30
qui aliquid sibi auderet assumere, nec Dei præceptum violare Solus Achã filius Charmi tolit aliquid de anathamate. Cumque Deus propter illud peccatum magnopere irasceretur,præcepit Iosue,vt delinquentem inuestigaret, & de illo acerrimum supplicium sumeret: Quem cum Iosue reperiret, eumq; admoneret, vt peccatum suum confiteretur,dixit ille. Vere ego peccaui Domino Deo Israel, & sic, & sic feci, vidi enim

inter spolia pallium coccineum ualde bonum, & ducentos siclos argenti, regulamq; auream quinquaginta siclorum, & concupiscens abstuli, & abscondi in terra contra medium tabernaculi mei. Res equidem mirabilis, quod inter tot millia militum præcipue cum tot pretiosa, tam parata inuenirent, solus unus Domini præceptum uiolauerit. Non admiramini fratres mei talem
31 militarium uirorum fidelitatem? inter quos cum tot essent unus tantum propter cupiditatem, Dei præceptum transgressus est? O æterne Deus, quam acris reprehensio est, hæc Christianis huius temporis? quid nobis uidetur? Si milites Christiani huius tempestatis ingrederentur in ciuitatem similem illi, nunquid præcepta, aut excõmunicatione sufficerent, ut illos cohiberent, ne alienis diuitijs contaminarentur? Tunc non repertos est nisi unus transgressor, nunc autem uix vnus reperietur, qui mandatum illud non transgrederetur. Ille, qui tunc in delicto comprehensus est tam acriter punitus fuit, ut dicat illic sanctus, Tertius quod tollens Iosue Achan, argentumque & pallium, & auream regulam, filios quoque &
32 filias eius, boues, & asinos, & oues, ipsumque tabernaculum, & cunctam supellectilem, & omnia, quæ illius erant, & omnis Israel cum eo, duxerunt eum ad uallem Achor, ubi dixit Iosue. Quia turbasti nos exturbet te Deus in die hac. Lapidauitque eum omnis Israel, & cuncta quæ illius erãt igne consumpta sunt. Nam autem cum tot latrocinia, & iniuriæ ab hominibus militaribus perpetrentur, tam securi, & pacifici transeunt, nec est, quia illis dicat, male fecistis, atque ideo tyrannides, & crudelitates magis ac magis in dies accrescunt. Idcirco
33 concludit Dominus dicens: quod *Multi uenient ab oriente, &c.* Qđ multi infideles in cognitionem Dei uenient, & postea gloriosæ patriarcharum societati in cælo coniungendi sunt, & plurimi, qui se maximos Christianos iactabant, propter sua demerita æterpis inferni ignibus comburentur.

O Christe fili Dei æterni per clementiam tuam te quæsumus, ut tua diuina luce nos illumines, ut huius serui tui, quem tantopere laudasti, pium exemplum imitantes à tuo diuino ore etiam mereamur laudari, & cum sãcto Abraham in gloria collocari. Amen.

Feria Sexta post Cineres.

Audistis quia dictum est antiquis, diliges proximum tuum, &c. Matt. 5.



PER Hieremiã grauissimè q̃rebatur Deus de Hebræis dicẽs. Hæc est gens, q̃ non audiuit uocẽ dñi Dei sui, nec recepit disciplinam, perijt fides, & ablata est de ore eorum, & paulo post, & ędificauerunt excelsa Topheth, quæ est in valle filij Ennon, ut incenderẽt filios suos, & filias suas igni, quę non pcepi, nec cogitaui in corde meo. Notate q; sacerdotes idoli Moloch persuadebãt populo grauissimum esse dño & filios suos in idolo concremarent, & in testimonium, ac comprobationem erroris sui allegabant, & Deus dixerat Abrahę, ut filiũ suũ sibi immolaret, & dicebant, qđ ita nunc præcipiebat, ut filios, ac filias suas in illo idolo sibi immolaret comburentes eos. Qñ cõtra Deum, & legem eius falsum testimonium, dr maxime hoc sentit diuina maiestas, quod hoĩes diuina lege peccata sua tegant, & eo magnopere ostenditur, atq; ideo hos uocat hoĩes sine fide, & obedientia, & affirmat se nunq̃ illis tale præcepisse, nec in mentem sibi uenisse, ut ait hic, quæ non præcepi nec cogitaui in corde meo. Quãta solicitudine anguntur hoĩes, ut suis effręnatis appetitib. satisfaciant, & insuper hęc omnia rationes quærunt, quibus se iustificent, & ea quæ inique faciunt iuxta diuinam legem fieri ostendat. Idcirco Spiritus sanctus nos admonet dicens. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerũt patres tui. Attendite quod labunt pedes uestris quotidie legem Dei à cardinibus abstrahimus, & declinantes eã uersus passiones nostras, educimus illam à uia sua euangelica, & agitatũ deducimus, quousq; illam in alienas semitas intromittamus, & quousque terminos præteream us, quos Deus Euãgelio suo constituit, sicut faciebant illi maledicti sacerdotes, qui inuestigarunt, exemplũ sacrę scripturæ, ut tantũ scelus cõprobarent, ut erat filios suos idolo immolare. hoc in hodierno Euãgelio aperte patet, in quo dominus abusionem illam maximam refert, quam habebant Hebręi, & arbitrabantur esse secũdum legem. s. q; amicos diligerent, inimicos uerò odio haberent, falso quodam fundamento niten-

Marginal notes: Hier. 7. — Pro. 22.

nitentes. Cum.n. Deus illis præcepisset, dicens. Diliges proximum tuum. Cumq; eum solum proximum esse crederent, qui illis benefaceret, arbitrabantur, quòd præcipiens eis Dñs, ut proximum diligerent, nullum adiuro præter amicū diligere præcipiebat. Et ita a contrario sensu argumentum conflabant, dicentes: Præcipit Deus, ut amicos nostros
1. Reg. 15. diligamus? Ergo hinc sequitur ꝙ inimicos nostros odio habere debeamus? Hanc falsā doctrinam corroborabant, dicentes: Deus
4 præcepit Sauli, ut Amalech, & oīa eius bona euerteret, & quia non hoc adimpleuit regno expulsus fuit, & infælici morte obijt. Ergo sequitur, ꝙ Saul punitus fuit, eo quod inimicus suos non oderit, qđ erat falsum. Nam Saul non fuit a Deo punitus, nisi qđ cū esset uicarius Dei, & de Amalech dignū peccato suo supplicium sumere deberet, id non executus est. Itaque quemadmodum errabat arbitrantes amicum suum solum esse proximum, sic etiam in Saulis exemplo fallebantur, quo doctrinam suam confirmare sibi uidebantur.

Cùm autem Christus filius Dei spiritualis vitæ reformator uenıret, tantam falsitatem, & fraudem ab hoīem cordibus uoluit
5
Iob 1. expellere. Et sic postquā falsā antiquorum opinionem retulit, statim subdidit dicens: ***Ego autem dico uobis, diligite inimicos uestros &c. ut sitis filij patris uestri.*** Magnum & admirabile præmium est, quod hic dominus inimicos suos diligentibus pollicetur, cum dicat illos cælestis patris filios futuros esse, ut cum sint filij, etiam hæredes erunt. Tantum aūt præmium promittit, quia hæc uirtus est maxima, & difficillima. Vix in toto orbe reperiet, qs plus homini officiat, quam alter homo. Et ne cum Sathanas uellet S. Iob ꝑsequi primum instrumentum, quo in hunc hoīem usus est, fuit alter homo, atque
6 etiam plurimi homines, & ita primus nuncius, qui primum illi laborem nunciauit, dixit. Boues arabant, & asinę pascebantur iuxta eos, & irruerunt Sabæi, tulerūtq; omnia, & pueros percusserunt gladio. Nullum maiorem ignē cōtra hominē inuenit, quā alios homines, & cū diabolus nō potuisset efficere, ut Iob Deum odisset, dixit; uideamus vtrum possimus conficere, ut hoīes odiō habeat, & in eos irascatur, ac dicat, detestor hoīes. Atque ideo ad illum persequendum quasi instrumentum assumit Chaldæos, Sabæos, amico eius, ac deniq; propriam uxorem. Ipse tñ semper cōstans fuit, nunq̄ de hominibus murmurauit, nec illos odit, licet plurima mala illi fecerint. Præclarissimam rem gerit, q̄ hoc cor suū superat, ut dicitur in libro Prouerb. Melior est, qui dñatur aīo Pro. 26.
suo expugnatore urbium. Idcirco tam superno præmio illum Deus afficit. Atque ut cor hanc uictoriam a se reportet utamur industria, quam docet Ecclesiasticus, dicens. Eccl. 10
Omnis iniurię proximi ne memineris, & ni 7
hil agas in operib. iniuriæ. Prior pars huius Simile.
snīæ nos hortatur, ut quantum potuerimus curremus iniuriarum, quæ nobis illatæ sunt obliuisci. Vt turbidū fluuium pertranseas si non uis in eo mergi remedium est, quod baculum in manibus feras, quo nitaris, neq; aquam turbidā aspicias, ne forte caput tuū euanescat, sed oportet te oculos in littus uiride, & amęnum cōijcere quo expetis peruenire aspiciendo enim locum, in quem exire desideras, & littoris amænitatē, fulcitur ani Psal. 17.
mus ad progrediendum vlterius. O q̄ turbidus fluuius est inimicus tuus? Torrentes iniquitatis cōturbauerunt me, dicebat Dauid. Si ergo securus uis trāsire, ne in hoc fluuio, per iram, & odium demergaris innitere baculo sanctę crucis, nec fluuiū istū turbidū, qui est inimicus tuus aspicias. Ne aduertas, 8
nec oculos conijcias in litem, quę inter te & illum agitur, nec iniuriam, quam tibi fecit, ne illius quidem memineritis, quin aliter euanescet caput tuum, & in impatientia demergeris. Oculos conijce in littus gloriæ quò deuenire cupis, aspice cęlestē portum, in quē non perueniunt affecti iniuria, nisi illā dimittant. Et cùm hac cōsideratione non solū ad ignoscendū inimico tuo, verum ēt, si opus fuerit ad patiēdum martyriū fulcieris. Idcircò dicit Ecclesiasticus loco supradicto: Iniuriæ proximi ne memineris. Posterior aūt pars huius snīę sequitur ex priori: Dicit.n. ne quid agas in operibus iniurię, ne sis adiutor in ulciscendis iniurijs, i. qđ nō
debes adiuuare, cogitas, aut in memoriam 9
eas reuocans, nec de illis loquens, nec alios audiens, cū de illis loquuti fuerint. Itaq. neq; cogitatione, nec opere, nec alia re iniuriam adiuuare debemus. Nā illa ex se accrescit, quanto igitur magis accrescet, si adiuuetur, ēt uerba illa. Nihil agas in operibus iniuriæ aliam expositionem habēt, s. quia quod hō cū calore vltionis facit nescit facere, ideo opus ab eius manibus aufertur, & hic illi dicitur qđ nihil prorsus agat circa illud. Oportet

tet uos diligēter hęc verba Dñi considerare, tāta etenim est Euāgelij puritas & sanctitas, vt non cōtenta sit, ꝙ vestrum inimicū & offensorem nō odio habeatis, nec in illū irascamini, sed absolute, ac sub expresso præcepto præcipit, vt solido ac vero amore illum diligatis, vt ex his uerbis apparet. Ego aūt dico uobis, diligite inimicos vestros, & sic illa verba notabilissima S. Pauli, dicentis: dilectio sine simulatione, intelligenda sunt de amicis,
10 & de inimicis, ꝙ oportet uos tā inimicos, q̄
Rom.12. amicos non ficto, sed vero amore diligere. Sine simulatione (ait) amicitias.n. ueras amicitias, non verò fictiones, ac mendacia esse oportet, quo supplicio dignus est ille qui reipublicæ monetam adulterat, pro tali crimine solet hō concremari. Quid ergo meret̄, qui Christianæ religionis monetam adulterat, q̄ q̄dem amor est? tu uero decipis me dicens, q̄a fidelem monetā mihi prebes, & q̄a me diligis, cū tñ verū sit ꝙ me odio habes, & me clā vendis. O maximā proditionem, q̄ grauiter nō vnius q̄dem horæ igne, sed sempiterno incendio punietur? O fratres mei tm̄ malū fugite, ne in tātā irā Dei incidatis, sed diligite sine simulatione. Qđ si quęratis
11 qūo oporteat esse hunc amorē? R̄ñdit ibid.
B. Paul. Statim subdens, odientes malum, adhærētes bono. Ne alium diligas, ut commodius possis peccare. Sunt.n. hoīes, q̄ cū alijs amicitiam ineunt, & sese cum illis congregant ad offendendum Deum: Liberet nos Deus a tali amore, ꝙ illum diligas, q̄a est lusor, murmurator, & carnalis sicut tu, qui tibi fauebit in executione tuorum turpium appetitum, non ita esse dēt (ait S. Paulus) sed odientes oē malum, hoc est, ut uos diligatis ad bellum peccato inferēdum, & ꝙ alter alterum inuicē uos admoneatis, & ad bonum cōfortetis. Cū primū hō bonus esse de
12 finit, nullius amicitia dignus est, saltē vt q̄s
cū eo conuerset̄, nisi esset ad eum conuertendū si posset fieri. Odiētes malū, & adhærentes bono. Vult ēt dicere, ꝙ amico tuo nolis in peccato cōplacere, ut sit amicitia talis, q̄ ultra Dei pcepta non se extēdat. Ita uos bono inhærere, illudq; tā feruide amare oportet. Notate ulterius ꝙ non cōtenta est sūma bonitas, ꝙ intrinseco cordis amore inimicū vestrū diligatis, sed vult, vt istū amorē bonis operibus illi oñdatis. Atq; ideo subdidit dicēs: *Benefacite his qui oderunt uos* Atq; vna ex rōnib. q̄ uos ad hoc cōmouere debēt, est hæc, q̄a unusquisq; in maxima necessitate fratrē suum corrigere tenet̄. Et credo ꝙ oēs prædicatores non tā sufficerent istū inimicū
vestrum cōuertere, q̄ uos q̄ estis læsi, si ei be- Ro. 12.
neferitis. Ita innuit S. Paulus, cum dixit, si esurierit inimicus tuus, ciba illū, si sitit, potū da illis hoc.n. faciēs carbones ignis congere sup caput eius. O mirificā metaphorā, quēadmodum si multas prunas cumularetis, & illas super caput inimici uestri iniiceretis, impossibile esset q̄n inflammaretur, ita vr̄
impossibile q̄n opera bona & beneficia eius 13
cor, & animā inflāment, & eum uiuo quodā amore accendāt. O q̄ta exaggeratio est hæc S. Apostoli, q̄ iam pp peccata nostra raro ex
petimur, uix.n. benefacienti nobis benefaci Simile.
mus, quanto minus faciemus malefacienti. Dicitur ꝙ Scorpio, & Mus sunt ualde inimici. Et ad curādū morsum Scorpionis vnū ex maiorib. & aptiorib. remedijs est mortuū murem medium aperiri, & vulneri applicari, sic inimicus inimico medebitur si mortificans se ipsum uiscera sua apuerit, & illū dilexerit, atq; ei beneuolum vultum oñde
rit, ac deniq; benefecerit. Hęc.n. efficacissima 14
erit medicinā ad vulnus cordis illius curandum. Qđ si nondum inimici pectus his beneficijs mollificetur, non ideo seruum Dei a solita charitate oportet desistere sperantē q̄d beneficia beneficijs addēs forte priorum quę amissa fuerāt, gratitudinē reperiet: Sicut
Sagittarius, q̄ cum nō inuenit sagittas, quas Simile.
prius immisit, alias denuo immittit, ut per illarum ictum alias inueniat. Pij patres & fratres cum uidēt filios, & fratres suos, qui ardētissima febri laborantes sensum amittūt, & ppterea iniurias eis faciunt, & contumeliosa uerba dn̄t, aut discum in eos iniiciunt.
Tunc non solum non indignantur contra Act. 1[illegible]
eos, sed illius potius miserantur, sic se Deus 15
habet erga nos. Videte quanto furore inflāmatus pgebat Saulus adhuc spirās minarū, ac cædis in discipulos Dñi, & cum hoc furore inflāmatus pgeret, subito circunfulsit eū lux de cęlo, & cadēs in terrā, audiuit uocē dicentē sibi, Saule, Saule, q̄d me psequeris? O ineffabilem Dei pbitatem? q tali tpe, & cū tam crudelib. negotijs Saulus intenderet nō pcipit, vt aperiatur terra, q̄ illum absorbeat, sed tunc illius magis miseret̄, & de cęlo descēdit, ut eum mīa sua operiret. O si ex hoc disceres fratrē tuum p furore amentē miserari, & tanquam pius pater non contētus est remedijs q̄ quęsiuit, & applicuit morbo filij sui, sed infatigabilis alia atque alia inquirit,
&

&nihil eorum relinquit, quę filio suo profutura esse arbitratur. Sic oportet te facere cũ proximo tuo. Hoc facit Deus cum peccatoribus diuersas inuentiones ac artificia inuestigans ut eos ad se conuertat. Hoc debent etiã facere auditores pęnitentiarij cum pęnitentibus, & filijs spiritualibus, aliud, atque aliud remedium quærentes, vt eos à malo compescãt, & ad bonum attrahãt. Sed, Heu, heu, quantum hic plorari oportet, quam si-
16 ne pietate ac miseratione hæc officia fiunt, & quanta cum negligentia hoc auditores pęnitentiarij exequuntur. O quot animæ condemnantur eo quod hic pietas in spiritualibus patribus non reperiatur?

Ex hoc verbo benefacite, & ex omnibus supradictis infertur quantũ teneãtur læsi, & iniuria affecti offensores suos alloqui cũ ipsi aliquo modo hoc ab illis petierint. Si enim Deus præcipit inimicis benefieri, quid boni illis faciet, q ne uerbũ quidem illis vul: dare, quod est bonorũ oĩum minimum? quod si dicebamus unã ex præcipuis rõnib. quare debemus inimicis benefacere, esse ut eos benefi-
17 cijs nostris conuertamus: eadẽ rõ est in uerbis, quæ si sunt mitia, & suauia maxime ad inimici conuersionem conducunt. Etiã naturalia, ac diuina lege scãdalum teneris euitare, arbitrãtur. n. inimici tui, quod illos odio habes cũ illis nõ loquaris. Venerabilis qui-
2. Mac. 6. dem senex Hebręus noĩe Eleazarus cogebatur suinas carnes contra legem Moysi manducare, cumque ipse obedire nollet tam iniquo pcepto, suadebant ei aliqui amici eius, vt alijs carnibus vesceretur, vt tyranni iussui satisfaceret, ille enim arbitretur, quod suinæ essent, quibus ille, ut timens Deus respondit: citò pmitti se velle infernum. Non
18 .n. ætati nostræ dignũ est, inquit, fingere, vt multi adolescentis arbitrante, Eleazarum nonaginta annorũ transisse ad uitã alienigenarũ, & pp meam simulationẽ, & pp modicum corruptibilis uitæ tps decipiantur, & per hoc maculam, atque execrationẽ meæ senectuti conquiram. O quã virile pectus, & quam admirabile exemplum serui Dei, qui potius vult in infernum detrudi, quam carnes, ẽt non prohibitas manducare, ne forte adolescentes arbitrantes carnes illas, quas ipse manducabat prohibitas esse ad illius imitationem Deum offenderent. Ex hoc cognoscetis quãtũ debeamus non solum non malefacere, uerum nec occasionem quidem præstare, ut aliquis arbitretur nos malefacere, ut illam re aliter præstat, q offensori suo non uult loqui. Cęlestis Deus quot sunt qui in hoc peccant, qui cum assiduis rogationibus cogitari ignoscant, dicũt, cũ hoc conditione ignosco, quod mihi nõ loquatur, nec cũ meis osculis aspiciã. Sic? Proximum tuũ nõ
sinis loq tibi? Verere ergo ne idẽ tibi Deus Esa. 47.
faciat. Non sinis fratrẽ tuũ loqui? non ergo Deus te loqui patietur. Loquens Deus per
Esaiã, cũ Babylone dicit. Iratus sum super 19
populum meum, contaminaui hęreditatẽ meã, & dedi eos in manu tua. Non posuisti eis misericordias, &c. Et nunc audi hæc delicata, & habitãs confidenter, quæ dicis in corde tuo. Ego sum, & non est præter me amplius, non sedebo uidua, & ignorabo sterilitatẽ. Veniet tibi duo hæc subito in die una sterilitas, & uiduas. Vniuersa uenerunt super te propter multitudinem maleficiorum tuorum. Cũ ego iratus essem, (ait dominus) in populum meum illũ tibi tradidi, tu uero nõ fecisti cum eo misericordiã. Propter hanc igitur crudelitatem, ego puniam, & euertam te, & repente uidua, ac sterilis efficieris, & in
super hæc ita obcæcata es, tu non posueris 20
hæc super cor tuũ, nec recordata fueris nouissimi tui, quod ad literam actum est. Iam enim milites in ostio erant, nec tamen ipsa cognoscebat finẽ suum aduentare, & se destruendam esse ignorabat. O terribile Dei supplicium, quod qui in pximos suos crudeles fuerũt, grauissime puniti sunt, nec tñ sup se suppliciũ irruere cognoscebãt. Ecce quo supplicio afficit Deus eos, qui in pximos suos crudeles se præbent. Sunt in ostio milites, ipsi uero nõ intelligũt finẽ suum propinquasse se grauiter infirmantur, & uidẽt se sãguinis
effusionẽ pati, & potiones accipere, & mor- 21
bis maximis cruciari, & nõ intelligunt mortem sibi appropinquare, & ita moriuntur nec à Deo ueniam deprecantur. Sustulisti uerbũ proximo tuo, noluisti, ut tibi loqueretur? Sustulit ergo tibi Deus locutionem, ne sibi loquereris, aut ueniam a se peteres, & ita quasi iumentum morereris. Væ obduratis in pximos suos Deus enim durum etiam in illos se præbebit, quia Nabal Carmelus in im
pius ac durus fuit in Dauid & milites suos: 1. Reg.
emortuum est cor eius intrinsecus, & factus 25.
est quasi lapis. Sic fiet cor tuum quasi lapis, vt mortem tuam propinquasse non sentias, ne confitearis, neq sacramenta suscipias eo quod in fratrem tuum tã durum ostẽderis; Pertimescite ò filij Adæ irã Dei misericor-

lites uos præbete, benefacite, & eos, qui uos
offenderunt diligite siquidem altissima Ma
iestas hoc uobis pręcipit, dicens.
Ego aũt dico uobis; Diligite, &c. O q̃tum
pődus in se hẽt hoc verbum? hoc nos in ma-
ximã obligationẽ inducit, q̃ Deus suæ diui
næ legis p̃conem, & promulgatorem se fece-
rit. Nõ.n. cõtentus est nobis hoĩs, aut Ange
los mittere, sed ipsemet uenit ut nobis hoc
p̃ciperet, & suo diuino ore proferret. In Gen.
dicitur, qđ defuncto S. Iacob uenerunt filij
eius, & dixerunt sancto Ioseph fratri suo. Pa
22 ter tuus p̃cepit nobis anteq̃ moreretur, vt
hæc tibi uerbis illius diceremus. Obsecro ut
Gen. 50. obliuiscaris scelerũ fratrũ tuorũ. Pater tuus
(aiunt illi) etsi oĩum illorum pater erat, ut il
lum tã dulci ac suaui uerbo mitiorẽ, ac tene
riorem redderent? Quibus auditis fleuit Io-
seph. O mirabilis res. Ita tener redditus est
cum audiret, patrẽ suum sibi p̃cepisse ut fra-
tribus suis ignosceret, ut totum se in lachry
mas cõuertere, uideretur. O Christiane ani-
maduerte, qđ pater tuus Iesus Christus, ille
qui te sic dilexit, ut pro te mortuus fuerit, ti-
bi præcipit, ut pp̃ se inimicis tuis ignoscas.
Quare non efficeris tener, & lachrymis per
funderis tam dulce uerbum audiens sicut est
23 hoc Pater tuus; Deus.n. est pater tuus, & tibi
dicit. Ego autem dico uobis: Diligite, &c.
Psal. 16. Propter uerba labiorum tuorum, ego custo
diui uias duras: dicebat Dauid. Non sunt ni
mis dura, quæ nobis hic Deus pręcipit, atq;
etiam si duriora essent, eo quod talis Dñs
nobis ea præceperit, submisso capite, illa li-
Stoicorũ secta. bentissime facere deberemus. Si uobis præ-
cepisset res tam cõtrarias naturæ, sicut Stoi
ci præcipiebant, qui legem hanc habebant,
quòd nullo euentu, siue tristi, siue læto de-
24 bebant cõmoueri, nec vultus serenitatẽ per-
turbare. Itaq. si Stoico subito diceret quod
pater, & cunctũ genus suũ mortuũ esset, nõ
debebat præturbari, sed sereno vultu semp̃
permanere, ac si nihil vnquam tale percepis-
set. Et si illi direpta oĩa eius bona esse nũcia
retur, aut audiret ducẽta millia aureorum si
bi data fuisse nõ licebat illi ridere, nec hila
rẽ vultũ, sed semper serenum? ac constãtẽ p̃-
bere. Si (in q̃) Deus uobis legẽ hãc imposuis-
set nimis hoc graue ac intolerabile esse vide
ret; q̃a est cõtra naturalem p̃pẽsionem. Nã
Arist. ut ait Arist. Impossibile est q̃n tristis tanga-
mur. Hos autẽ præceptũ inimicos diligẽdi,
eisq; benefaciendi, non ita est graue nec im-
possibile, sed ualde possibile atq; utile præ-
cipue cum eiusdẽ Dei p̃cipientis auxilio, q̃
ipso facto, quo nobis, hoc pręcipit, obligare
tur ad p̃standum nobis auxilium, quo pluri
mi sancti adiuti nõ solum inimicorũ suorũ
persecutiones patiẽter tulerunt, sed insuper
hoc etiã sui ipsorum cruciatores se fecerunt.
Atq; ita nonnulli intelligunt illa uerba Mat Matt. 5.
thæi; Quicunque te angariauerit mille pas-
sus, uade cum illo, & alia duo. Angaritare est
iniuste cogere ad portandum aliquod onus.
Vult dicere dñs: qñ inimici tui tibi labores
afferunt, & te persequũtur permittente Deo
pp̃ peccata tua, si vis labores istos suauiter 25
tolerare, adde tu plures super illos, & te ma-
gis p̃cute. Hoc est.n. vltra mille passus, quos
angariatus es duos passus ambulare. Ita Iob
cum à Deo per ministerium diaboli, Chal- Iob. 2.
dæorum, ac Sabæorum percutiebat ipsemet
se magis percutiebat immittens se in sterq̃-
linium fœtidum, atq; ibi vulnera sua asperri
ma tegula scalpebat. Testa saniem radebat
sedens in sterquilinio, non applicabat sua-
uia vnguenta, nec linteo vulnera mundabat
sed testa saniem radebat. Vt uerbera uerbe-
ribus quibus illum Deus flagellabat, adderet
& Dauid dicebat; Cum mihi molesti essent, Psal. 34.
induebat cilicio super afflictionẽ (inquit)
q̃ mihi inimici mei afferebant, ego amplius
affligebat. Et cũ Deus per filiuũ suum Absa
lon illũ puniebat, ipsemet Dei uerberib. de- 26
fatigationes addiuit excalceans pedes suos,
ac nudis pedib. incedens magna lachryma- 2. Reg. 15.
rum copiã effundebat. Propter quod Deus
illum consolatus est, atq; labores reuelauit,
quos Messias passurus erat, pp̃ homines, O
beatos seruos Dei, quas inuentiones inuesti-
gare sciunt ad implẽdum suauiter, q̃ Deus
illis præcipit. O infęlices peccatores quam
parui æstimãt oĩa quæ illius Deus imperat.
Scis absolutum Dei p̃ceptum esse hoc.
Ego aũt dico uobis? Diligite inimicos uestros?
Et q̃a amicus tuus, cuius cõsilia sequeris, & 27
consanguinei tui tibi dicunt, quod eorum
propinquus non uoceris si tale feceris, po-
tius uis propinquis & amicis tuis satisface
re, quam adimplere præceptum domini, qui
te creauit, & conseruat, quiq; propter huius
p̃cepti exequutionem tibi gloriam pollice- Lactantius Firmianus de diuinis inst.
tur? Hoc magnopere animam cruciat, s. rem
tam contrariam, & ignominosam Christia-
næ religioni audire. Vna ex rationibus, qui
bus Lactantius Firmianus, & omnes, qui de
hoc disputãt, demõstrationem faciunt pessi
mi erroris maledictæ idololatriæ, hoc est
quod

quod leges ea uitia condēnabāt, quæ gentes in suis dijs adorabāt, nec permittebant homines eos imitari, quos tanq̃ Deos uenerabantur, In quo manifestè ostēdebant abominabile uitiū idololatriæ, ac deliri mendacij, eos.n. Deos adorabāt, quos imitari sibi minime licebat. Atque hoc ipsum quodammodo faciant, qui dn̄i nostri Iesu Christi imitationem, suiq; sancti Euangelij, obseruantiam impediūt. O beati Seraphim cœlestis gloriæ
28 ciues si in terrā descēderetis, ad exaggerandā vestris seraphicis linguis, tantam iniquitatē, ac tam obstupēdā malitiā, q̃ inter innumerabiles Christianos uersatur. O Deus maiestatis infinitæ, linguā, ac uerba mihi concede, vt sciā honorē tuū summa animi contentione defendere. O Christiani ꝑtioso Iesu Christi sanguinē redēpti q̃d facitis, quare non effunditis uiscera, ut honorē boni Iesu uehemētissime ꝓpugnetis? Qūo nō aperit terrā, vt eos viuos deuoret, qui tā bono Deo tantā iniuriā audēt inferre? Dicūt.n. ne te amplius propinquū meū appelles, nec domum meā ingrediatis, si feceris, ꝙ Iesus Christus verbo, & exēplo docuit. O traditores & nequissimi, hæc dicētes ꝓximis vestris hoc dicitis, at
29 que hoc verba vestra significant. O summe mundi magister, amor dulcissime aīarum nostrarū Iesu Christe fili Dei, vnus ex locis, vbi probitatem, ac misericordiam tuam magis ostendisti, fuit, cum durissimæ cruci attrocissimis clauis affixus, atq; inimicorū tuorū sacrilegis linguis blasphematus es, cū tu sāguine tuo terrā irrigares, lachrymisq; abūdātissimis cęlorū ianuā reserares, iniurias dimitteret, cumq; suauissimis verbis æternū patrem rogares dicēs: Pater ignosce illis, q̃a nesciūt q̃d faciūt. Inimici tui te accusabant vocātes malefactorē: tu verò redemptor animę meę
Luc. 23. illos excusabas, cumq; illi tā crudelē mortē tibi inferrēt, tu fons clementię ab ęterno patre salutē & uitā illis ꝑcabaris, in quo æterni patris manus uinciebat, ne de illis uindictā sumeret; & pijssimæ matris tuæ linguā cōti
30 nebas, ne cōtra illos iustitiā exposceret. Eia fratres q̃d de hoc sentitis? ꝙ erit tā lapideū cor, ꝙ tātæ pietatis exēplo nō mollesiat? Est ne hic aliq̃s q̃ odiū habeat in ꝓximū suum? Adiuro te ꝑ hæc dulcissima verba, & per lachrymas, quas ille proferens effudit, vt commouearis, & cum fratrib. tuis reconcilieris dimittēs illis ex puro corde, sicut vis vt tibi ignoscatur. Eia fratres nunquid aliquid conficio? Conficiat hoc Deus ꝑ suam mīam, & uos moueat, vt faciatis quæ debetis. Attendite quod nō contentus est pijssimus Iesus in hora mortis patrem pro inimicis, ac offensoribus suis exorare: sed ipsa die, qua resurrexit, apparens discipulis suis, dixit illis: sic o-
portebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertia die, & prædicare in nomine eius Luc. 24.
pęnitentiam in remissionem peccatorum in 31
omnes gentes, incipiētib. ab Hierosolyma. Non animaduertitis Dei uestri pietatem, q̃ dicit, vt prædicatio pœnitentiæ, & remissio peccatorū ab Hierosolyma incipiat, ubi tā atrox mors sibi fuerat illata? Hoc fuit, ut uidentes gentes quod siquidem tam peccatoribus hominibus, q̃ tam nefarium scelus perpetrarent, ut Deum suum interficēt, ignoscebat, spem veniæ, & ipsæ conciperent. Verum non solum illi ciuitati uoluit ignoscere, sed
voluit etiam, ut omnibus vniuersi mundi ci 32
uitatibus præferretur, & ibi inciperet euangelium prædicari, & remissio peccatorum fieri. Qui ergo amicum, & consanguineum suum impedit, eique persuadet ne iniurias dimittat, quid aliud facit, quam illi dicere, q̃d ignominiosum est eum imitari, quem Deū ueneratur? Quid igitur sperant, qui tale facinus cōmittūt? Quomodo audebunt peccatorum suorum veniam Deum rogare? Nec uero contenti sunt persuadente tibi, ut inimicos tuos vlciscaris, sed te confortant, ut atrocissime eos percutias, vultum mediū abscindas, ac denique uitam illis auferas. Quando Chaldęi destruxerunt Hierosolymam, Idumæi illos incitabant, dicentes. Exinanite, exinanite usque ad fundamētū in ea, vt prophe
tauit Dauid, dicens. Memor esto Domine fi- Psa. 136
liorum Edom in die Hierusalem, qui dicunt exinanite, exinanite, &c. Videte quam maxima crudelitas illi fuerit, cū.n. oporteret eos dicere; sufficit, sufficit, contēti iā estote euer
sione, quam fecistis, satis magnā stragē edidi 33
stis, illos quasi calcarib. ad maiorem crudelitatē stimulabant, ac dicebant. Extinguite, extinguite illos, ne illorum memoria amplius in terra ꝑmaneat. O crudelissimi canes, istos q̃ppe uos imitamini cū dicitis. Non eris hō si nō intuleris mortē illi, q̃ tibi iniuriā intulit. O fratres ꝑ charitatē Dei uos rogo, ne ita sit, sed suauissima uerba q̃rite, q̃bus fratrem uestrū furore cōcitatū mitigetis. Quid cū vicini tui domus inflāmat̃ madidis lodicibus eā operis, ne ignis vlterius ꝓgrediatur: cum aūt uides ꝓximū tuū furore accēsum, & factum quasi carbonem ignis, qui fratres suos

vult concremare,eius ignẽ madidis lodicib. non comprimeres,dicens illi optima, & mitissima uerba,quibus illum mitigares ita,ut confusus,& circunuentus optimis rationib. maneret? Sed tuarum maledictarum ad monitionum flatib. magis illũ in flãmas. O fratres mei cognoscite iam malum ꝙ facitis,& ꝙ destruxistis resarcire dissuadentes proximis uestris,mala,quæ illis antea persuasistis,
34 & huius tanti sceleris pœnitentiam agite, & confert hic Dominus nobis suam gratiam, qua sempiterna gloria comparatur,ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius,Amen.

Sabbatho post Cineres.

Cum sero esset factum,erat nauis in medio maris,&c. Mar. 6.

NArrat S.Marcus,quod finito conuiuio,quod Dñs fecit in monte quinq; millibus hominum, statim coegit discipulos suos ascendere nauim. Dicens, ꝙ eos coegit,significat quem intrinseco amore uiri illi Apostolici suũ diuinum Magistrum diligebãt,adeo vt ab eo recedere quasi mors il-
1 lis durum,ac crudele videret. O utinam diuina Maiestas similẽ amorẽ in corda nr̃a infũderet,quo cęlesti cõuersatione delectaremur & difficillime, ac quasi coacti minimo tp̃is spatio a b illa segregaremus. In lib. Ruth dr̃, quod Noemi mulier Hebręa habitabat in Moab pp nimiã famem,quæ erat in Iudæa. Hæc habuit duos filios qui uxores duxerunt Moabitides,quarũ una vocabat Orpha,altera Ruth. Cumq; mulier duobus filijs orbata
Ruth. 1 remaneret,surrexit,ut in patriã suam pgeret. Nurus eius tantopere illã diligebat,ut eam a Moab vsq; in Iudeã comitatæ fuerint,& quãuis ipsa renuebat,Nurus tñ eleuata uoce flere cęperunt,& dicere. Tecum pgemus ad populũ tuum. Cumq; in Iudæã accessissent,ius-
2 sit illas discere,& reuerti in patriam suam, q̃ eleuata uoce iterum flere cęperunt. Orpha tñ osculata est socrum,ac reuersa est. Ruth aũt, etsi a socru cogebat,ut reuerteretur, nequaq̃ tñ uoluit reuerti, sed socrui suæ adhesit, ac suauissimis verbis respondens dixit. Ne aduerseris mihi,ut relinq̃ te,& abeam,q̃ocũq; .n. perrexeris,pergam, & vbi morata fueris, & ego pariter morabor. Populus tuus,populus meus,& Deus tuus,Deus meus,quæ te terra morietẽ susceperit in ea moriar. Hæc mihi faciet Deus, & hæc addat si nõ sola mors me à te separauerit. Hebręi dicunt super hũc locũ,ꝙ Noemi ter nurum suã exhortata est dicens,ut aduerteret q̃d faceret,q̃a lex,q̃ volebat accipere,erat grauissima, & quæ plurima præcepta continebat,s. sexcenta,& tredecim,& ꝙ illis prohibitum erat alienos Deos adorare, & ꝙ legis transgressores in multis casibus lapidat. Ruth aũt oĩb. his assentita est dicens,ꝙ oĩa libentissime faceret,& eorũ nihil recusaret. Et pp hanc fidelitatem, quam Deo socruiq; suæ præstitit,digna fuit, quæ dñi nostri Iesu Christi proauia esset. O q̃ ad-
3 mirabile est hoc exemplum,& quanta nobis confusio. Tantopere Ruth socrus suæ cõuersatione delectabat,ut pp illam patriam,parẽtes,legemque sua reliquerit,& tam graui, ac implicata lege uoluerit onerari. Quæ autem est differentia inter nostri dilectissimi Iesu, & Noemi conuersationem? Quare omnis non despicimus ut hac sanctissima familiaritate perfruamur? Quare non ploramus,ac lachrymis perfundimur,cum quis nos ab hac
4 sanctissima societate conatur separare? Oĩa hæc ex cognitionis defectu proueniunt. Deprecemur fratres mei hunc suauissimum Iesum,vt corda nostra ad sui amorem alliciat, quo oĩs alia conuersatio præter suam & præter illã,quę fuerit in ipso,aut per ipsum, nobis amarissima videatur. Dico in ipso,aut p ipsum,q̃a iustorum cõuersatio ẽt dẽt a nobis amari,& maximi æstimari. Et sicut S. Apostoli difficile,ac moleste à sancti sanctorum conuersatione separabant: sic oportet nos sentire separationẽ a sanctis hominib. in quib ipsemet & Iesus Christus repræsentat, Gen. 12
atque etiam multum merentur,qui cum talibus conuersantur. In Genesi dicitur, quod egrediens Abraham ad exequendum pręceptum Domini tulit secum animas, quas fe-
5 cerat in Haram. Nullum filium in illa regione genuerat Abraham,quomodo ergo dicitur,quòd tulit secum animas, quas fecerat: Vult dicere, quòd omnes, quos conuerterat ad Deum, secum tulit, & eos ab illa regione deduxit, & illos alebat, atque in eius familia commorabantur,ut eos in fide, atque virtute, quam illos erudierat, conseruaret,ne malis aliarum gentium conuersationibus peruerterentur. Intellexit enim sanctus Patriarcha,quantum bona conuersatio ad uirtutis conuersationem, & augmentum conducat,quantumque detrimentum

tum mala familiaritas uiris probis afferat,
optime cognouit. Etiã ad hoc ꝓpositum ꝑ-
magni interest aĩaduertere illud Danielis:s.
ꝙ S. Propheta Daniel conuertit Nabucho-
donosor, & dicit ibidem sanctus textus: Ip-
Dan. 2. se aũt Daniel erat ĩ forib. Regis. Ex quo cõi
ter tenent doctores, ꝙ quandiu Daniel in fo
rib. Regis ꝑmansit cum illo conuersans, &
impediens ne malis cõuersationib. vteretur
(hoc est.n. esse in forib. Regis) oĩa tam Re-
6 gi, q̃ regno ꝓspere cõtingebãt. Cum primũ
autem Daniel illinc recessit (ꝙ fortasse fecit
ꝑp aliqđ grauissimũ negotium, ꝙ sibi obla
tũ est) peruersus est Rex, & iussit illam sta-
tuam erigi ubi tã nefaria idololatria perpe-
Cant. 2. trata est. Ob hanc causam ꝑ singularẽ exag
gerationem dr̃ de sponsæ: Sicut lilium inter
spinas, sic amica mea inter filias, Mirabile
est.n. illam eis non peruerti, sicut est mirabi
Phili. 2. le lilium spinis non deperdi. Etiam S. Paulꝰ
magna quadam exaggeratione dixit: Sitis
filij Dei sine reprehensione in medio natio-
nis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis si-
cut luminaria in mundo. Mirabile erit, &
multum in conspectu Dei merebimini, si in
7 ter tã iniq̃ & peruersam gentem boni fueri-
tis, & ĩ Apocalypsi dicit; Deꝰ de sancto quo
dã plato Pergami? Scio ubi habitas, ubi se-
des est Sathanæ, & tenes nomen meũ, & nõ
negasti fidẽ meã. Mirabile est, qđ cũ habita-
res inter gẽtem ubi diabolus sedem suã ha-
bet, fidelitatem mihi debitam nõ amiseris.

Ex his quæ supra dixi, intelligetis fratres
mei q̃tum intersit ad salutẽ nr̃am a malis cõ
uersationib. recedere, & ad bonas studiosissi
mẽ accedere. Ego qdẽ hoc credo, atq; ita ue
rum est quod magnum indicium est, quod
qs sit bonus, qñ cum amore ad uiros ꝓbos
accedit, & difficile ab eis segregat. Cõtra ve-
ro magnum signũ est quod qs sit malus,
qñ ad hoĩes malos accedit, & cũ illis cõuer-
satur. Quod ex hac rõne cognoscetis. Iustus
in sacris literis arbori viridi, & pulchrę com
8 paratur, vt dicit Dauid: Erit tanq̃ lignum, &
plãtatum est secus decursus aquarum. Et fo
lium eius non defluet. Mali autem cum spi-
nis cõparantur, ut ipse Dauid dixit; Præuari
catores autem quasi spinæ euellẽtur uniuer
si, quæ non tolluntur manib. Et si qs tange
re uoluerit eas, armabitur ferro, & ligno lan
ceato, igneq; succensæ comburentur usque
ad nihilum. O quam terribilia uerba, & quã
contraria superiorib. Iustus est quasi arbor
pulchra, uiridis, & fructu onerata. Peccato-
res verò sicut spinæ, ad quas non audent ho
mines accedere nisi armati, & manicis fer-
reis cooperti, ne ab illis cõpungantur, deni-
que euulsæ perpetuo igne cõburendæ sunt.
Hæc est igitur differentia, quod sub umbra
arborum uiridium recipiuntur hoĩes ĩ æsta
te, serpentes verò, lacerti, atq; alia immunda Simile.
& venenosa aĩalia sub spinis, & rubis sese re
cipiunt. Ita qui sunt prudentes hoĩes ad vm
bram, & conuersationem iustorum confu-
giunt, & ex ea maximum accipiunt refri-
gerium. Nulla est umbra, aut amęnitas tam 9
desiderata in ęstate, & tempore maioris calo
ris, quam desideratur iustorum conuersatio
ab alijs iustis ad suarum afflictionum cõso-
lationem. O quanto affectu scribebat san-
ctus Paulus ad Romanos, dicens; Desidero Rom. 1.
enim uidere vos, ut aliquid impartiar vobis
gratiæ spiritualis ad confirmandos nos.i. si-
mul consolari in uobis per eam, quæ inuicẽ
est fide uestram, atque meam. Non dixit, ad
simul consolandos uos sicut dixit ad confir
mandos. Vt significaret se desiderare Roma
nos videre, ut illos in fide cõfirmaret, & eos
consolaretur, & præterea, ut semetipsum cũ 10
eis consolaretur eorum fidem, ac uirtutem Simile.
perspiciens. Idcirco posuit consolari, ut ue-
rumque significaret. Atque ea in suauitate,
ac molestia, qua quis amęnam arboris um-
bram relinquit, & per nimios solis calores
pergit necessitate compulsus: eadem in sua-
uitate, & repugnantia bonam umbram, &
conuersationem iustorum hominum relin-
qui oportet aliquando, si aliorum negotio-
rum necessitas ita postularit. Venenosa aũ-
tẽ animalia ad spinas, & rubos confugiunt.
Quid de te cogitari poterit, cum uidearis
ab hominibus cum improbis conuersari,
nisi quod ex coluber, aut uipera uenenosa?
O utina æterna Dei Maiestas hãc cęlestem
doctrinam in cordib. uestris imprimat. Vt
deinceps durissimum uobis sit a bonorum
cõuersatione separari, sicut his sanctis Apo-
stolis grauissimũ esse uidebat a sanctissima 11
diuini Magistri sui familiaritate recedere.

Dicit autem sanctus Euangelista, ꝙ cum
Dñs discipulos suos dimisisset, turbasque,
quas inuitauerat, expedijsset, ipse solus abijt
in montem orare, ut nos doceret quantã
spiritus tranquillitate, & quanta recollectio
ne, & solitudine orãdum sit. Et licet uerum
sit, quod in omni loco orari, & laudari
Deus potest, ut significauit Dauid cum di- Ps. 102.
xit: In omni loco dominationis eiꝰ benedic

anima mea Domino. Hoc etiam significa-
tum est, cum diuersis hominib. uariis in lo-
Exod. 3. cis Deus beneficia faceret, sicut Moysi, cui
Gen. 18 in monte apparuit in rubo: Abrahæ in uelle
Ezec. 1. ad ostium tabernaculi sui. Ezechieli iuxta
Dan. 3. fluuium Cobar. B. Ioãni in insula Patmos,
Apoc. 1. cum exultaret. Trib. pueris in fornace Ba-
Mat. 15 bylonis. Chananeæ mulieri, in via: Iob deni
Iob. 2. que in sterquilio cõparuit. Quæ oĩa signifi-
cant q̃ in promptu habeamus Deũ, & q̃ pa-
ratus sit semper, & vbique, in lecto, in mẽsa,
12 in campo, & in ciuitate, vt nobis auxiliũ præ
stet. Veruntñ, quia oratio est eleuatio men-
tis in Deum, maxime interest eam in solitu
dine fieri, segregando nos ut hoc faciamus
non solum a populari, sed ẽt ab Apostolica
conuersatione, sicut fecit Dñs. Atq; ẽt, quia
Amb. li. vt dicit B. Ambr. qñ oras, cum Deo loque-
2. de offi ris, quando legis, ipsum audis. Quis ergo es-
ciis. set tã temerarius, & stultus, vt cum uellet re-
Simile. gem alloqui, ad parietes, diuerteret, aut ima-
gines in regio domicilio depictas oculos cõ
ijceret huc, atq; illuc caput cum magna dis-
solutione cõuertens? Diceret rex, tollite mi
hi hinc istum amentem, q petijt a me facul
tatem, vt mihi loqueretur, nũc autem in his
13 stultitijs occupatur. Maior profecto irreue-
rentia est hoc facere qñ quis cũ Deo loquit.
Quapropter singulare est consilium solitu-
dinem, & recollectionem quærere ne habea
mus occasionẽ diuertẽdi sensus, quib. diuer
sis diuertitur, & aĩa. Erubesce ergo frater mi
videns, quod orationes tuæ non sunt oratio
nes solitudinis, sed uiles, & abiectæ nulle di-
stractionib. plenæ, sine feruore, & attẽtione.

Atq; ut unusquisq; vestrũ deinceps sciat
quõ in hac re tã necessaria se debeat habere.
Animaduertite attentionem duplicem esse
oportere, alteram q̃ orationem pcedat, alte-
ram uero quæ ipsam comitetur, prior mani
festum est q non debet deesse. Nam cũ hõ
sit rõnalis, liber, & producẽs opera sua, cum
14 consilio, prudentia, ac deliberatione debet
animum suum ad illa applicare, quę cũ tam
supremo Domino, acturus est, quæq; illum
rogaturus est, atque antequam oret, ne insi-
pienter quasi brutus, & irrationalis proce-
dat. De posteriora attentione. s. de comitan-
te dico, q etiam est rationi consentaneum,
quod unusquisque ad petitionem suam attẽ
dat, sic enim fortificatur, & accrescit affe-
ctio, & multum proficit in deuotione, & in
vnione spiritus cum Deo, verum tamen li-
cet aliquando diuertamur in oratione, non
est mirandum, quia est anima nostra tã uni
ta, & impedita his corporalibus sensibus, ip
si autem cum rebus sensibilibus, vt statim
post illas abeant, dum modo tamen ex pro-
posito non diuertamur, & ex uoluntate no-
stra. Sed prior attentio est maximè necessa-
ria, & per virtutem huius prioris applicatio
nis ascendit ad Deũ oratio nostra. Sicut sa- Simile.
gitta, quæ ab arcu exit, semper ascendit per
virtutem illius prioris tactus, & applicatio- 15
nis manuum nostrarum ad arcum, & sagit-
tam. Nam postq̃ ab arcu exit non illa attin
gimus, ipsa uero semper ascendit quãdiu du
rat prima uirtus prioris mouentis, & instru
menti, sine qua uirtute nequaquam sagitta
ascenderet. Sic oratio in altum ascendit vsq;
ad diuinum consistorium p uirtutem prio-
ris intentionis, & attentionis, quam habui-
mus ante orationem. Nisi enim priori intẽ-
tio illam tetigisset, non ascenderet, postquã
aũt ab illa tacta est oratio, ascendit quam-
uis desit actualis intentio. Quapropter cura 16
te semper super uos reflexionem facere ante
quam Deũ alloqui cœperitis. Atque ad hanc
attẽtionẽ, non est tam necessaria solitudo,
sed ad aliam attentionem, quæ orationẽ co-
mitatur permagni interest, locum quærere
(vt dictũ est) in quo nulla sit occasio, ut sen-
sus diuertantur, & ubi sit spacium, ut animã
sanctis meditationibus ad Deũ amorem, &
charitatem perueniat. Nam postquam ad
hanc affectionem peruenerit, perseuerabit
in oratione. De qua affectione arbitror Do
minum dixisse, oportet semper orare, & nõ Luc. 18.
deficere. B. Augustinus hunc locum expo- August.
nens dicit. Non cessat orare, qui non cessat
bene agere. Et quamuis hæc sit bona decla-
ratio, non tamen puto hãc fuisse diuini Sal
uatoris nostri intentionem. Si enim sic vel-
le intelligere, optimè posset dicere, oportet
semper operari, sicut dixit, oportet semper
orare, sed in illo loco procedit loquens de
oratione, non vero de operibus, & adducit
exemplum uiduæ molestæ, q̃ iustitiam a iu- 17
dice impetrauit assiduis rogitationibus, qui
nec Deum timebat, nec hominem uereba-
tur. Quapropter dicendum est quod docet
illic Dominus, & admonet nos, ut curemus
suæ diuinæ Maiestati per affectionem cõne
cti: sic enim semper ad eum cor erigemus,
& hoc est semper orare. Quemadmodum Simile.
enim auarus intenso diuitiarum amore,
quo ardet semper de illis cogitare compel-
litur, & cum manducat, bibit, loquitur,

aut aliquid agit, semper eius cor ad illud reuertitur ad ꝙ desiderat, & sicut feruentissimus amator a fœmina, quã amat cogitationem separare non põt, ita ẽt si tu tantopere Deũ amas sicut auarus diuitias diligit, & sicut alius perditus turpitudinem amat, semper desiderium tuum in Deum mouebitur,
18 & in medio occupationũ, & operum tuorũ semper Deum in corde portabis, & hoc erit semper orare sicut Iesus Christus desiderat, & petit, ut faciamus. Qđ difficillimè fieri põt nisi creaturas despiciamus, & mõtem ac solicitudine quæramus. Sed quõ non pudet nos omnes audientes hæc, quæ dixi, quod in tantam affectionem secularium næniarũ homo deueniat, ut ferè nunquam ab eis cogitationem abstrahat, ꝙ autem infinitã Dei maiestatem tam parum diligamus, ut ferè nunquam illius recordemur? Nunquid non est hoc plorandum? Non pudet hoĩes, huius rei? O æterne, & infinite Deus quõ fers dñe homines, qui tam parui æstimant, & tantopere altissimam maiestatem tuam contemnunt? Angeli, & Seraphim clemẽtiam tuam
19 laudent in sæcula sæculorum, Amen.

Considerate etiã ꝙ hæc separatio Christi
Ioan. 6. Redemptoris nostri in mõtem fuit, ut dicit S. Ioannes. Cũ cognouisset, quia uenturi essent, ut raperent eum, & facerent eum regẽ. Quando homines uolebant illũ regẽ extollere, confugit ad montem ad orandum; quãdo aũt ueniebant ad apprehẽdendum eum, ut crucifigerent, illis ipse obuiã exit. O diuine mundi doctor, quam cælestem doctrinã nos huic doces domine: Discite fratres mei hanc sanctam lectionem, uosqui nimium solicitu estis in honoribus comparãdis, & seculares dominationes inuestigatis, si ille, quem honos non potuit conculcare illũ tanto studio fugit, tu, quem quotidie dominum, honor & superbia prosternit, quare tam cupiẽs es, ut hæc consequaris? O humana cæcitas,
20 quot mala tecum affers. In libro iudicum
Iudic. 9. proposuit uir quidam prudens parabolam, quia uir improbus electus fuerat Rex, & dixerunt. Ierunt ligna, ut ungerent super se Regẽ, dixeruntque Oliuæ: Impera nobis, quæ respondit, nunquid possum deserere pinguedinem meam, qua & dij utuntur, & homines, & uenire ut inter ligna promoueat? Dixeruntque ligna ad arborem ficum: Veni, & super nos regnum accipe: Quæ respondit eis: Nũquid possum deserere dulcedinẽ meam, fructusque suauissimos, & ire ut inter cætera ligna promouear? Locutaq; sunt ligna ad uitem. Veni, & impera nobis. Quæ respõdit eis, nunquid possum deserere uinũ meum, ꝙ lætificat Deũ, & hoĩes, & inter ligna cætera promoueri? Vltimo ierunt ad rhamnũ, quę sceptrũ suscepit. O æterne maiestatis Deus, quãta abusio est in mundo circa hoc. In ista parabola significatur, ꝙ nõ audent uiri ꝓbi dignitatis acceptare, ne uirtutẽ suam amit- 21
tant. Sicut oliua, ficus, & uitis, ne misericordiam, amorẽ, ac contemplationẽ deserant, ut mentes, ne dominationis inquiete, & occasionibus oĩa deperdant. Et audet rhamnus, idest, peccator sine timore Dei oĩa accipere, atq; ẽ omnibus possibilibus uijs, & rationibus illa negotiari. Qđ si consequi non possit, conqueritur, q a sibi non cõceduntur. Fratres mei abite, abite in montẽ, & orate, in oratione.n. uos illuminabit Spiritus sanctus, vt cognoscetis q̃ parui pretij & ęstimationis sunt res terrestres, & quot offendicula, & laq̃i sint illis, ut eas possidentes in infernum ꝓcidant, hoc enim uoluit significare Dominus confugiens in hoc tempore ad orationem.

Philosophus q̃dã gentilis noĩe Chrysip- 22
pus, dicebat neminem oportere dignitatem expetere cum certus sit, quod si munus suum fideliter, & ut debet, exercuerit, displiciturus est hominibus, si uero male illud exequutus fuerit, displiciturus est Deo. Atque hoc etiam in his calamitosissimis, & infœlicissimis tẽporibus magis agitur, cum subditi diligentius pręlatos quærunt, qui eorum corporalibus appetitibus indulgeant, quam qui animabus medeãtur. Nolunt prælatum, qui eos meliores efficiat, sed qui iuueniles eorum insultatione, & peccata dissimulet. Sicut Hebręi, q dixerunt: Constituamus nobis ducẽ, & reuertamur in Ægyptum. Nole Nu. 14.
bant gubernatorem, qui eos duceret ad terram promissionis non qui eos per desertum uitæ sanctæ, & uirtute prædita dederet, sed qui ad uitia libertatem illis concederet, seruiturẽ iudicabãt, ꝙ sub iecti esset Moysi, qui malos mores illis prohibebat, & libertatẽ esse ducebant captiuitatẽ Ægypti, quoniam illic non erat q eos à uitijs cohiberet. 23
O quã ad literam hoc in mundo hodie agitur. Nemo enim vult iudicem, nec ducem, nec gubernatorem, nec prælatũ, q eum ad cęlestẽ Hierusalem deducat, sed qui illum ad infernũ properare consentiat. Quaꝓpter in magno præcipitio se ponit, qui hodie hæc munera suscipit, nisi alterius Apostoli pect.

& inuictam animi magnitudinē habeat, ut potius uitam amittat, q̄ in aliquo eorū quæ ministerium suum expostulant, deficiat.

Coacti a Dño sancti discipuli nauiculam conscenderunt: cumq; iā in medio mari nauigarēt, excitata est tēpestas ualida. Et Dñs q̄ solus erant in monte, & in terra illos aspiciebat quō laborabāt remigādo, erat.n.illis uentus contrarius. O q̄ magna cōsolatio est
24 hæc illi, qui labores patit̄, ne deficiat.s.scire,
Simile. ꝙ Deus illū intuetur, laborēq; suum contēplatur. Eques q̄ in publicū certamen exiturus est, & post muros abit, ut illic se exerceat, non curat nimis, ut hastā bene dirigat, & nihili æstimat licet pedes in stapedibus malè ponat, & in sella malè sedeat. In foro autem ubi sunt complures spectatores, & dña cuius causa decertat, atq; iudex qui præmiū daturus est: illic ex imbecillitate uires depromit, & hastā curat optimè dirigere, pedes in stapedibus firmiter ponere, & in sella perpolitè sedere. O aīa Christiana animaduerte, ꝙ te certantē Deus intuet̄, quapp cōfortare ad faciendū, ꝙ nobilitas tua postulat uide præmiū, ꝙ tibi daturus est, si uictoriam reportaueris. Qn̄ rex uadit cū omni comitatu suo,
25 non moratur, ut leuissima quæque prospi-
Simile. ciat: ꝙ si aliqn̄ moratur, ut aliquid perspiciat, statim dr̄, Rex stetit, cū oībus equitibus suis, ut illud intueretur, magnum ergo aliquid fortasse erat. O Deus immense q̄ ex instituto cum omnibus ciuibus, & equitibus tuis sistis, ut tuos fideles certatores aspicias. Magni igitur ponderis, & mométi est, iustū labores perpeti. Aspiciebat optimus Iesus hos tribulatos, & statim uenit, ut eis occurreret. Dicens illis: *Confidite, nolite timere, Ego sum.* Et sicut his auxilium præstitit, ēt illud tibi præstabit, nā ēt te intuetur, ut in tribulatione tibi subueniat. Iacob constituens
Gen.31. in patriam suā reuerti, domumq; Labā relin-
26 quere, rem hanc uxorib. suis manifestauit, & inscio Laban profectus est. Qua de re admonitus Labā cū maxima indignatione assum ptis fratrib. suis persecutus est eum septē diebus. Vna ex maximis miserij, q̄ sūt in mūdo est hæc, ꝙ siquis aliū uelit euertere appellet amicum, aut ꝓpinquum illum cuius auxiliū exposcit, quia statim dicet: Præsto sum ego, & oīs substātia mea, ut faciam quicquid mihi iusseris. Quare non addis dicens: Præsto sum, ut faciam quicquid mihi iusseris, dum modo diuinæ legi non repugnet? ꝙ si illud non uult Deus, sed diabolus, quare hoc dicis

est ista minquid religionis Christianæ obseruātia? Affectus est iniuria aliquis, statim conuocant̄ sanguinei, & amici eius, & unusquisque dicit, Ecce adsum. O gentiles, & infideles facitis etenim sicut Laban, qui ut Iacob persequeretur, qui Deos eius subripuerat fratres, & consanguineos suos cōuocauit. Cum miser hic seruum Dei ꝑsequeret̄, cōmoratus est, ut dormiret, cui dixit dñs: caue ne quicq̄ asperè loquaris contra Iacob. Benedictus sis
domine, & superexaltatus in secula, qui tam 27
diligenter seruos tuos defendis. Iam potestis uidere, qualis remaneret Laban. Habeat qui libet arma fortissima, & fistulas, quas uoluerit, ego uerò habeam ꝓ me Deum, & oēs aduersarij mei erunt quasi culices. Exoremus hunc potētissimum dñm, ut nos adiuuet, & res eius faciamus, nec formicas timeamus.
Ita dicit Esaias. Quis tu ut times ab hoīe Esa.51.
mortali, & filio hoīs q̄ quasi fęnum, ita arescet? q̄d est cur tumeatur hō, q̄ de mane usq; ad uesperā quasi fęnum marcescit. Idcirco ipse Esaias dicit: quiescite ergo ab hoīe, cuius
spiritus in narib. est. Ne uos perturbet hoīs Esai.2.
persecutio, q̄ non plus hēt uitę, q̄ minimum
spūs ad respirandum. Quāuis fluctus cōcitē 28
tur, & uentus contrarius aspiret, & sit aliquis Laban, qui cum oībus sibi coniunctis uos ꝑsequatur, curate uos uirtutem operari, Dñs enim cum aqua iam ad os perueniat, & ꝓpositis iam ut demergamini, uobis occuret, sicut hic Apostolis suis occurrit. Idcircò oporteret nos uirtutibus potius, quam armis ferreis muniri. In libro Iud. cum legi-
tur ꝙ dux quidam Hebræorum nomine Sā Iudi.3.
gar ꝑcussit de Philistijm sexcētos uiros uomere, & ipse quoque defendit Israel. Et alij ex Hebręo legunt, ꝑcussit eos stimulo boū, quasi dicat percussit eos, non lāceis, nō gladijs, sed instrumentis rusticis. Hoc expressit
sacra scriptura, ut nos doceret, ꝙ iusti non 29
indigēt multis armis, q̄a nullum est tā debi-
le instrumentum, ꝙ non sufficiat iusto suc- 1.Re.17.
currere, q̄a aīam Deo munitā habet. Sic dixit Dauid gigāti Philistijm. Tu uenis ad me cum gladio, & hasta, & clipeo, Ego uenio ad
te in nomine domini exercituum, & sic il- Iud.15.
lum uno lapide superauit. Et Sanson inuentam mandibulam asini, quæ iacebat arripiens, interfecit in ea mille uiros. O fratres mei quam securi esse possemus, quamuis omnes infideles in nos consurgerent, si his armis muniti essemus. Nunc intelligitis uerba illa Sancti Pauli dicentis. Induite-

uos

vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli: qm non est nobis colluctatio aduersus carnē, & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mūdi rectores tenebrarū harum, contra spūalia nequitiæ in cælestibus. Propterea accipite armaturā Dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. Quare dicis Apostole gloriose, ꝙ non est nobis colluctatio aduersus carnē, & sanguinem, i. contra
30 homines, siquidem uidemus, ꝙ hinc Mauritani, Turcæ, Hæretici, ac Pagani, illinc verò tyranni vndique nobis bellū inferūt, & sunt quasi venti cōtrarij, qui hāc S. Petri nauem procellis exagitant? dicit hoc quia in omni ista carne & sanguine diaboli nobis bellum inferunt: hoc est in omnibus istis malis hominibus, non.n. manifestè, sed simulātes & in istis membris suis insidias molientes nobis bellū inferunt. Et non solū in istis abscōduntur, vt magis occulti sint, sed in alijs et hominibus proximis nobis quos minus timendos esse arbitramur sicut in patre cōtra filiū, & in filio cōtra patrē, in amico contra amicū, & in viro contra uxorē, in his omnibus nobis insidias parāt, ꝙ est in illis diabo-
31 lus absconditus, ut inde nos oppugnet, nec tamen nos illū sentiamus. O æterne Deus quātam destructionē solent diaboli his instrumenti facere? Quando pater, frater, aut amicus, filiū, fratrē, aut amicū ad peccandū inducunt, & qn mater filiam peruertit, tunc dicit S. Paulus, ꝙ non solū nobis inferūt bellū hi hoīes, q exterius apparent, sed principes mundi huius, qui in illis latent, & illis quasi instrumētis utunť. Et vocat dęmones principes, &c. pp eminentiam naturæ illorū respectu naturæ nostræ: sunt.n. Angeli: qui sunt principaliores: & pstantiores creaturæ, quas Deus creauit, & nobis in natura, & potestate excellunt. Atq; eos nuncupat rectores tenebrarū harum, quia peccatorib. dominanť non solum in eorum intellectibus, sed
32 etiam in uoluntatibus, ipsi enim eos gubernant loquentes, & facientes in eis secūdum uoluntatem suam. O miseri peccatores qui estis tenebræ a diabolis gubernatæ, & vocati spiritualia nequitiæ pp maximam illorū malitiam, non solum.n. sunt nequissimi, sed ipsa etiam iniquitas, & addit statim de qua re sit contentio, & certamen dicens. In cælestibus. Quod est de rebus cælestib. Vt hic aduertit Oecumenius illud, in, significat hic idem quod, propter, i. oppugnant nos,

Oecumenius.

ut nobis auferant ius, quod habemus ad bona cælestia, quæ illi sua culpa amiserūt. Propterea accipite armaturam Dei &c. & una, q inter cæteras præcipue nominat hæc est, in omnib. sumentes scutū fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et ita dicit S. Petrus, hæc est uictoria, quæ vincit mundum, fides nostra, i. iam pręstans armatura est fides nostra, qua mund⁹, & ei⁹ sectatores superantur, ut illā (propter certitudinem uictoriæ, quæ cum ea cōparatur) possi-
tis ipsā uictoriā nūcupare. Ideo S. Paulus di- 33
28 (inquit) thronum magnum candidum, & sedentē super eum, a cuius cōspectu fugit cęlum, & terram, & locus est inuentus ab eis. O admirabilem exaggerationem, q cęlum (inquit) & terra non inueniēt locum ubi se abscōdant prę timore terribilis aspectus huius iustissimi iudicis. Dicit amplius, & uidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est uitæ, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erāt in libris secū du opera eorū. O q obstupendā, & timendā res est hæc, qūo hæc audientes toto corpore nō cōtremiscimus? In hoc sæculo quodāmodo vr̄ hoc inscriptū, & figuratū ēē aduer-
29 ti. Solet Magister in gymnasio exēplar dare pueris, vt s̄m illud scribant: dū pueri scribunt, ambulat Magister verberans parietes
Simile. & alta voce dicit, legite, & scribite pueri. Cū autem iam eos uult dimittere ex gymnasio dicit: eia pueri reddite rōnem lectionis. Tūc videbitis pueros trepidantes, & scripturas suas præ manibus ferentes offerre se coram magistro, qui incipit regulare ea, quæ in papyris suis scripta afferunt, cum exemplo, qd illis dedit, & dicit, hæc litera A. quomodo nō est secūdū illam exempli? & hæc litera B. qūo errata fuit? & C. atque reliquæ qūo sunt tam malè scriptæ? vr̄ vobis bene? & tunc eos verberat secūdum illorum demerita: Magister est Deus, pueri sumus Christiani, & gymnasium est Ecclesia catholica, & exēplar, qd nobis datum fuit, est diuina lex, q prius scripta, facta, & exercitata fuit in uita sacratissima Iesu Chri Redēptoris nr̄i, ut nos secundum illam scriberemus in libris consciārū nr̄arum literas virtutum, & dū uiuimus ambulat diuinus Magister uerberans parietes, q sunt corpora nr̄a lutei parietes, sic. n. dicit 30
Iob. 4. Iob habitamus domos luteas. Et infirmitates, tribulationes, & infortunia, q in corporibus nostris patimur, sunt verbera, quæ parietib. infliguntur, ad excitandos, & deterrendos, ac commonefaciendos nos. Vt diligenter aduertamus illa, quæ scribim⁹, postea. n. tpe reddendę lectionis non erit discendi, aut scribendi locus, sed laudandi, & munerandi ea, quæ bene scripta sunt, & puniēdi ea, quæ malè scripta fuerint. Adueniet igitur, tps & mittet Angelos suos cum tuba, & uoce magna, & congregabūt electos eius a quatuor Mat. 24.
31 ventis, conuocabunt pueros, ut surgant ad reddendum lectionem. Et tunc sedebit Iudex & aperientur libri cōscientiarum, vt dicit S. Ioannes: Aperti sunt libri. Et aperietur alter liber. i. q patentissime manifestabitur illic vita sanctissima Saluatoris nostri Iesu Christi. Et iudicati sunt ex his quæ scripta erant in libris. Non iudicandi sumus secundum librorum munitionem, sed secundum quod in illis scriptum est. Possunt namque perpolite extenus muniti esse, interius uero habebunt mille mendacia, sicut apparet in hypocritis, qui optimam habent apparentiam, & inaurata uerba, intus uero pleni sūt vanitatib. & peccatis. Illic dicet Iudex quarę hæc litera A. hic amor Dei, & proximi tam male scriptus fuit? quare creaturæ amorem creatoris charitati prætulisti? quare proxi- 32
mum tuum tam tepide, ac remisse dilexisti, ut nihil penitus propter eum facere sciueris? Hanc literam B. beneficiorum acceptorum, diuitias, & salutem, qūo omnia destruxisti, offendes cum illis Deum, qui ea tibi dedit? Hæc litera C. s. confessio peccatorū tuorum quomodo facta fuit tam sine præparatione, sine dolore, & sine proposito corrigēdi te? Hæc litera D. donationum quomodo tam male scripta fuit? nesciebas. n. aliqd dare, nisi pptér malum finem. Donabas pecunias fęminæ, ut eius honorem auferres, lar-

ſapida cognitio ſummi boni eſt tã excellẽs quoddam bonus, ut dicat S. Thomas per eam dici hominem ſapientem. Et ſic illa eſt uera ſapientia. Cui autem altiſſimus dñs illá cõicare ſoleat, declarat S. Propheta Iſaias dicens: in die illa erit dominus exercituum corona gloriæ, & ſertum exultationis reſiduo populi ſui, & ſpiritus iudicij ſedenti ſuper iudicium & fortitudo reuertentibus de bello ad portam. Verum hi quoque præ uino neſcierunt, & præ ebrietate errauerunt. Sacerdos, & propheta neſcierunt præ ebrietate, abſorpti ſunt a uino, errauerunt in ebrietate, neſcierunt uidentem, ignorauerunt iudiciũ. Quem docebit ſcientiam? & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos a lacte, auulſos ab uberibus &c. Prius oſtendit eos, quibus Deus hanc cognitionem nõ communicat, ut illinc fugientes ad eos deueniamus, quibus cõicatur, i. ut fugientes malum deueniamus in bonum. Secundum hoc prius pręcepit Deus Hieremiæ dicẽs: ut euellas, & deſtruas, ut ędifices, & plãtes. Elegi te (inquit dominus) ut prius euellas, & deſtruas, poſtea uerò ædifices, & plantes. Ab architectura, & agricultura metaphorã aſſumit. Quemadmodum .n. tutam domum conſtruendam oportet prius uetera, debilia, & mala fundamenta euertit (nam quale ædificium ſuper ueteres, & rimis plenos parietes poteſt conſtrui?) & ſicut ut ſeminetur, naſcatur, & accreſcat bonum ſemẽn, opus eſt agrum prius arboribus & malis herbis purgari, nocuaſq; radices euelli, ita neceſſe eſt nos prius a nobis malũ eradicare, ad quod nos corruptio inuitat, ut bonum, quod nobis conuenit, doceamur. Secundum hoc loquitur Chriſtus Redemptor noſter dicens. Nemo immittit commiſſuram panni rudis in ueſtimentum uetus. Tollit.n. plenitudinem eius a ueſtimento, & peior ſciſſura fit? Neq; mittunt uinum nouum in utres ueteres, alioquin rumpuntur utres, & uinum effunditur, & utres pereunt. Sed uinum nouum in utres nouos mittunt, & ambo conſeruantur. Vt hominibus perſuaderet, quod lex uetus, & Euangeliũ nõ poterant ſimul cuſtodiri, aſſumit hic dñs duas elegantiſſimas metaphoras. Altera eſt quod ueſtimento ueteri commiſſura pãno noui nocua eſt. Quia pannus nouus non conuenit cum uetere, & prætérea pannus nouus attrahit ad ſe ueterem, & ita magis illũ rumpit. Altera eſt: quod uinum nouum non debet in utres ueteres immitti, ſed in nouos, aliter.n. utrumque perderetur, quia utres rumpuntur, & illis ruptis uinum effunditur, & perit. Vult dicere quod ut S. Euangelium ſuos maximos effectus in nobis operetur, requirit hominem nouum, & qui nouos habeat affectus. Qui eſt hominem ueterem renouari? uetuſtatem prius relinquere, ut iuuentutem induat ſe carnis affectus prius deponere, ut ſpiritus affectus induat ſe. Nam noua doctrina uitam nouã cogitationes, deſideria, & opera denique noua poſtulat, Et ita nouũ uinum in nouis utribus, & nouum cum nouo conſeruatur. Ita dicit hic Eſaias quod ſpiritus iudicij, & ſapientiæ illi communicatur, qui uerè, & ex animo de iudicio ac reformatione ſua agit. Non communicatur illis, qui humanarũ uolup atũ uino inebriantur, licet ſint ſacerdotes, prædicatores, ac literati: ſi carnalibus uoluptatibus ſecularibus delicijs ac denique tẽporalibus utilitatibus ſe committunt. Nam cum his ebrij, attoniti, & dementes ſine hac diuina cognitione remanebunt. Quem ergo (inquit) ſapientiam hanc altiſſimus docebit. Ablactatos (ait) a temporalis uoluptati lacte auulſos, & ſeparatos a mundi uberibus illos, qui ſuis proprijs propenſionibus, ac ſẽſualitati uiolentiam inferunt. Curate ergo fratres chariſſimi hæc omnia expellere, ut ita ad hoc ineffabile donum recipiendum diſponamini, ad quod per plurimos gradus aſcenditur, quorum primus eſt fides. Et ſic ubi noſtra translatio in Eſaiam legit ſi non credideritis, non permanebitis. (Quod vult dicere, niſi credideritis, non permanebitis in ſpe illorum, quæ uobis promittuntur, quibus in cælo fruituri eſtis. Spes.n. in fide nititur, qui aũt non credit, non ſperat, id quod non credit) ſeptuaginta interpretes in hoc ipſo loco dicunt, ſi non credideritis, non intelligetis. Ita citat B. Auguſtinus, in quo ſignificatur quod ad impetrandam hanc intelligentiam, & iucundam cognitionem, ac ſapientiam Dei, ante omnia neceſſaria eſt fides, atque hæc nondum ſufficit, ut declarat Eccleſiaſticus dicens: fons ſapientiæ uerbum Dei in excelſis, & ingreſſus illius, mandata æterna. Sic appellat mortalia pręcepta decalogi, quia ſemper eadem ſunt, fuerunt, & uſq; ad ſeculi conſummationẽ erũt, non ſicut iudicialia, & ceremonialia præcepta legis ueteris, quæ in morte Ieſu Chriſti finita ſunt. Itaque hoc donum ſuauis ſapientiæ Dei non ſolum præſupponit donũ fidei,

Margin notes (left column): S.Th.2. 2.q.45. ar.1. — Eſai.28. — 3 — Hier.1. — 4 Simile. — Matt.9. — 5
Margin notes (right column): 6 — 7 — Eſai.7. — Auguſt. — 8 — Eccl.1.

fidei, & donū spei, ac charitatis (hęc.n.sunt)
D.Th.1. ut ait S. Thomas (initia scię Dei, & Christia
2.q.62. nę religionis) sed etiam dicit Esaias quod ad
art.3. & hoc donum cōsequendam necesse est secula
2.2.q. res uoluptates despicere, & expellere. Hæc
17.ar.6. sapientia Dei est quæ uitæ Christianæ exer-
in c.2. citationes faciles reddit, atq; ēt labores, qui
Co.4. pp Deum tolerantur, dulces efficit. Et sic B. Paulus, affirmat hos effectus Dei sapientiā in se fecisse, ubi tot annos, q̄ tribulationes,
9 & persecutiones propter Euagelium fuerat perpessus, instans, & momentum tribulationis appellat, atque multos labores, quos passus est, sicut tot uerbera, tot carceres, naufragia, &c. oīa hæc leuem tribulationem uocat dicens, id.n. quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pōdus operatur in nobis. Atq; ēt de hac cognitione, & sapientia loquebatur illam desiderās cum dixit. Non cesso gratias agens pro
Ephe.1. uobis memoriam uestri faciens in orationibus meis, ut Deus domini nostri Iesus Christi pater gloriæ det uobis spiritū sapientiæ, & reuelationi in agnitionē eius illuminatos
10 oculos cordis uestri ut sciatis quæ sit spes uocationis eius, & quæ diuitię gloriæ hęreditatis eius in sanctis. O altissima, & maximus mysterijs plena uerba, dominus per misericordiam suam nobis illud concedat, quod S. Apostolus illis desiderabat, ad quos scribebat. Non obliuiscor (inquit) in orationibus meis rogare Deum gloriæ, qui illius cognitionem si fruitionem cui uoluerit potest cōcedere, qui est pater domini nostri Iesu Christi, cuius cognitionem tanquam filij sui cui ipse uult concedit, ut uobis hunc spiritum sapientię, & cognitionis sui cōiter, & spirituales oculos clarissimos uobis det, ut sciatis quit sit, quod iusti sperant, & quæ diuinę glorię præparare sint sanctis eius. O si dominus per misericordiam suam hanc sapientiam cordibus nostris infunderet, quam diligētes
11 ac feruidi essemus in seruitio altissimæ maiestatis eius. Vnde arbitramini tantam Christianorum relaxationem, & dissolutionē dimanere, nisi ex defectu huius cognitionis Saluatoris nostri Iesu Christi? nā cōtenti sumus eius mysteria credere, nec tamen illa ruminamus, aut ea sapere curamus. O fratres charissimi siquidem experimini tantum bonum uobis deesse, petite illud, ut ait B. Iacobus, ab illo liberalissimo domino nihil hæsitantes, sed summopere confidentes, quod hoc ab illo beneficium consequimini. Hi infælices Hierosolymitani etiam hoc non attinguebāt, sed multo longius ab illo aberāt, siquidem illis fidei cognitio deerat, nec dum credebant in eum, à quo tot tantaque miracula facta fuisse perspexerant.

Et est ualde notandum q̄ hoīes magis populares, & qui nō erāt ex nobiliorib. hi testimonium de domino perhibebant dicentes.
Hic est Iesus Propheta a Nazaret Galileæ. 12
Tātopere diligit Deus simplicitatem & cordis syncenitatē, ut simplicibus, & synceris reueletur, ut dicitur in Prouerbijs. Cū simplicib. sermocinatio eius. Et nō solum gens plebeia hoc testimonium de bono Iesu perhibebat, sed ad maiorē Pharisęorū, & legis peritorū confusionē, cum illi magis increduli essent, etiā & pueri matrū suarū uberib. inhærentes illū extollebāt, ac mūdi Saluatorem esse magnis clamorib. in tēplo cōfitebantur Prou.5.
dicentes. O sanna filio Dauit, i. ò fili Dauid salua nos. Hæc est mūdi infælicitas, & erumna, q̄ qui maiora à Deo beneficia acceperit quique magis tenentur illū cognoscere, eiq; seruire, isti plerumque minorem diuinæ maiestatis cognitionem habent.

Cū hoc triūpho intrauit Iesus in templū Dei. *Et eijciebat oēs uēdentes, & ementes, &* 13
dixit eis, scriptū est, Domus mea domus orationis uocabitur. Credibile est quod erant Hierosolyme alia loca, in quibus Deus offendebatur, sed de solo tēplo curā habuit filius Dei, ut nos doceret, q̄ etsi peccata ubique commissa illi sunt nimis odiosa, multo tamen execrabiliora illi sunt scelera, quæ in templo perpetrantur, eo q̄ templum sit domus cōstituta ad mitigandū furorē Dei per Act.11.
orationē, lachrimas, & cōtritionē, atq; ēt est domus ad recipienda in ea beneficia à diuina liberalitate, nō āt prouocandū illū in ea ad maiorē irā, & indignationē per noua peccata. Vnū ex illis, ī quo Dei mia, & desideriū 14
quod habet ignoscēdi nobis, & bñficia ī nos cōferēdi, maxime oñditur, est pcepisse, ut sit in terra domus orationis. Reges hēnt cācellaria, & p̄toria, ad delinquentes puniēdo; nō aūt legimus Deum in hoc mundo domum iustitiæ, & supplicij instituisse ad malo puniendos, sed uidemus, quod ad peccata nostra dimittenda, non unam tantum, sed innumeras ecclesias (pro sua infinita pietate) constituit, quæ oēs sunt domus reconciliationis. Vult Deus amore potius, quā timore nos in cęlum perduceret. Et id ideò nō fecit hic do-

mũ iustitiæ, cũ tñ tot mìæ domos cõstituẽt ad bñficia nobis faciẽda peccataq; nostra dimittẽda. De q̃bus, & de unaquaq; sigillatim pñt dici illa verba dicentis: domus mea domus orõnis uocabit̃ cunctis populis, ait dñs Deus, atq. ad hoc reuelat iustis supplicia, q̃ de peccatorib. uult sumere, ut insurgãt, & teneant eũ, atq. pro illis exorent, vt eis ignoscat. Ita dicit ꝓpheta Amos. Non faciet dñs
Amos 3 Deus uerbũ nisi reuelauerit secretũ suum ad
15 seruos suos ꝓphetas, i. oĩa cũ amicis suis cõicat, desiderans, ut ipsi pro peccatorib. apud se intercedant. Et sic ubi nos legimus: firmamẽtum est dñs timentib. eũ, & testim ipsius
Psal. 24. Hieron. ut manifestetur illis, trãstulit B. Hier. ex Hebræo, secretũ dñi timentib. eum, & pactum suũ oñdit eis. Ego hac nocte (ait Dñs iustis) interfecturus sum talẽ peccatorẽ, dicite ei, ꝙ dico ego, ꝙ faciã hoc, & hoc, Dicitis uulgo (*El gato maullador nunca buen caçador*) Quid necesse est amplius q̃ tacendo facere? O ineffabilem Dei mĩam, uoluit etenim ut in terra esset domus misericordiæ, & ueniæ, & supplicia malorum amicis suis reuelat, ut ad eã accedãt ad exorãdũ se, ne illos puniat, sed potius illorũ peccata dimittat, & sic qñ
16 dixit Moysi, cerno qđ populus iste duræ cer
Exo. 32 Simile. uicis est, dimitte me, ut irascat̃ furor meus contra eos, faciebat hoc sicut pater, qui cum amico suo ad mẽsam sedet, & uult filiũ suũ deterrere pp. malũ aliquod patrauit, & accipit cultellum dicens: O flagitiose, dimittite me & abscindam aures eius, & hoc ad nihil aliud facit, q̃ ut cum iã puer sit timore perculsus, amicus pro eo intercedat. Sic dicebat Dominus Moysi. Dimitte, dimitte me, quia uolo eos oẽs destruere. Moyses autem orabat ad Dominum Deum suum dicens, cur Domine irascit̃ furor tuus? &c. hoc erat, qđ uolebat dñs. Qui uult uindictã sumere tacet, & rẽ suã secreto facit. Et ut Vegetius
Vegeti⁹ lib. 3. de re militari. c. 6. dicit. Oportet ducẽ cõsilia sua nemini reuelare ne forte hostis fugiat, aut fulciatur. Et ita est bellicũ stratagemà quod solẽt reges, ducibus generalibus literas sigillo munitas
17 tali ordine dare, ut usque ad talem locũ illas non resignent, hæc autem oĩa regiedi secreti causa faciunt. Sed Deus omnia declarat, quia uult exorari. Tãtopere desiderat ignoscere. Sic hoc sancti Dei intelligũt, ut cum
Hier. 11 Deus præcepisset Hieremiæ dicens, tu noli orare pro populo hoc, & ne assumas pro eis laudem & orationem, quia non exaudiã in tẽpore clamoris eorũ ad me, in tempore afflictionis eorum. Veruntamẽ uir sanctus, recurrẽs ad Dominum dicit statim inferius, si iniquitates nostræ rñderint nobis: Dñe fac pp nomẽ tuum, qm̃ multæ sunt auersiones nostrę, tibi peccauimus. Expectatio Israel Saluator eius, in tpe tribulationis. Si peccata (inquit) nr̃a, coram te nos accusarint, tu Dñe fac secundum nomen tuum. Videte q̃ suauibus uerbis Deũ pro peccatorib. S. Propheta exorat. O spes (inquit) Israel, & Saluator noster, salua nos in tẽpore tribulationis. 18
Tu nõ vides S Propheta quod pręcipit tibi Deus ne ꝓ istis exores? Iã (ait) ego nescio qđ hoc dicens nihil aliud facit, quam mihi pcipere, ut illum rogem, satis enim mihi cognita est eius ineffabilis misericordia. Cum igitur Dominus amicis suis supplicia manifestet, quæ de peccatoribus uult sumere, & cũ constituerit domum orationis in qua iusti pro peccatoribus intercedant, atque ubi ipsimet peccatores simul pro se exorent, ueniamq; a Deo deprecẽtur, qui eis ignoscere, & auxiliari maxime desiderat, quod in ipsa misericordiæ, & orationis domo ipsi peccatores noua fœdera committãt Deiq; furorẽ magis in se concitent, nõne maximum malum, & abominabilis ĩgratitudo hæc uobis uidetur? Hoc ergo est quod hodie Dñs sua 19
propria manu punit. Quod si ita ĩ illos irascitur, quia illam irreuerentiã diuinæ Maiestati faciebat, illic ea negotiantes, quæ si alibi fierent, non essent illicita, quanto magis indignabitur si in loco sancto ea fient, q̃ nullibi fieri fas est? Quid ergo a Deo uos accepturos speratis illi, qui ad ecclesiam uenitis ad uidendum, delectandum, & desiderãdum quæ non licet desiderare, cõmittẽtes in hoc mentalia adulteria in cõspectu diuinę Maiestatis. Atq. ad hoc nos cõponitis, & exornatis, ut maiorum malorum occasionẽ pbeatis. O mulier cõpta, & exornata, quid te cõponis, ut Dei imagines perturbes; aut qđ te 20
exornas, ut Dei imagines inficias, cum sis imago Luciferi, qui suamet luce obcæcatus est & tu pulchritudinis tuę splendore obcæcaris? Attente qđ tu prius, quam alios decipis, quia exornans corpus tuum cum deprauata intentione ànimam tuam deformas, & in hoc tempus frustra consumis, quod tibi agendam pœnitentiam concessum est. Et cum illud in Dei seruitio deberes consumere in seruitute potius inimici Dei, qui est mundus illud conteris. Arbitraris, quod libenter audiet Deus orationem, quam in tem-

in tẽplo feceris, cum aspicientiũ te attentionẽ, deuotionemq. perturbaueris? O miserã te, si.n. attente animaduertis quid facias, potius uadis ad prouocandos hoĩes ut peccẽt, q̃ ut a Deo peccatorum tuorum veniam deprecceris. Atq. etiam alias mulieres scandalizas excitãs alias, ut te iudicent, alias, ut tibi inuideant? alias deniq. ut uiros suos odio habeant, q̃a non fauent sibi ad similes amẽtias, & ita eas facis male nuptias, atq. etiam
21 aliqñ adulteras ad acquirendam uanitatem; quã tu habes. Si ille qui alterius domum inflãmat, morte punit̃, quot mortib. digna es tu ꝙ tot Christianorũ corpora inflammaueris: q̃ singula, vt affirmat S. Paulus, sunt templa Dei Baptismi flumine cõsecrata? O infęlicem te. In qua dæmon, quasi in carnibus mortuis tanquam uenator laqueos suos pręparat ac demolitur, ut aquilas etiam (qui sunt iusti) venetur. Sanctus.n. erat Dauid, & in vnius mulieris laqueos incidit. Quod si dicas ꝙ non te componis, nec exornas cum mala intentione: dico ꝙ ne hoc quidem te omnino a culpa excusat. Nam præcipiebat
22 Deus: ꝙ siquis aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit eam, cecideritque bos, aut asinus in eam: reddet dominus cisternæ precium iumentorum. Cisterna habet aquã in remedium sitis domini sui: insipientibus autẽ põt esse mortis occasioni, si in eã inciderit. Ita mulier quæ viro suo est remedium ad adulterium euitandum alijs ruinæ, & casus occasioni esse potest, præcipuè cùm hæc cisterna aperitur, idest cum nimium, & inordinatẽ, componitur. O fratres charissimi p reuerentiam Dei uos rogo, ut aduertatis obligationem, quã habetis, ne alteri alteris occasioni peccati sitis, & præsertim in locis sanctis, in quibus ineffabile missę mysterium celebratur: ubi realiter est Iesus Christus uerus Deus, & uerus homo in illa sanctissima hostia cõsecrata. De illo templo Salomonis dicit S. Marcus, ꝙ nolebat dominus, ut tñ honoraretur, & in tanta reuerentia haberetur, ut non fineret, quòd quisque transferret
23 uas per templum. Quę ergo reuerentia debetur tẽplis legis gratiæ in quibus tã incõprehensibile mysterium celebratur? si igitur nolebat Deus, ut uas aquæ per templum illud transferret̃, quãto minus uolet, aut quãto magis offenderetur uestris uanis cogitatiõnibus? vestris prophanis uerbis? vestris immoderatis, & indomitis oculis uestris denique turpibus desiderijs? Aduertite qũo conuertitur sacerdos ad uos dicens: Orate fratres, ut meum, ac uestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum patrẽ omnipotẽtẽ. Nõ videtis qũo illud appellat uestrũ sacrificiũ, q̃a realiter uestrũ est, nõ solũ q̃a pro uobis offertur: sed ẽt quia a vobis offertur. Sed quã miserabilem est ꝙ tunc tpis qñ oporteret uos Deũ exorare, ut sacrificium uestrum a Domino susciperetur, alij sedetis loquẽtes mille res inutiles, alij aspicientes, quæ non oportet, & ita solus sacerdos orat, & q̃d peius est, uestræ susurrationes, & strepitus eius orationem faciunt distrahi. O terribilẽ miseriã hominũ ingratorũ tam supremo Dei beneficio, & sup omnia dicẽti sacerdoti. Sursum corda, idest fratres eleuate corda vestra ad Deum, animaduertite rem, quam hic tractamus, respondetis uos dicentes: habemus ad Dñm. Iam habem⁹ (dicitis) corda nostra cum Deo, & coram diuina Maiestate, pessime mentimini, non habetis corda nisi ad Sathanam. His igitur oĩb. non erubescitis? Aliter profecto beati in cœlo hoc mysteriũ uenerantur. Dicit B. Ioannes se uidisse, qũo viginti illi quatuor seniores ceciderunt coram Agno habentes singuli citharas. Et cãtabant canticum nouum. Et notate ꝙ hæc reuerentia fit Agno in cęlo ꝑsertim cum fit memoria, & cantãtur laudes pretiosi ei⁹ sanguinis, & ita statim illic dicit: & vidi, & audiui uocem Angelorum multorum in circuitu throni, & erat numer⁹ eorum millia milliũ dicẽtiũ voce magna; dignus est Agnus, q̃ occisus est accipere uirtutẽ, & diuinitatẽ, & honorem, & gloriam, & bñdictionẽ. Et tũc, cũ hęc Agni cõmemoratio fiebat, ceciderũt senes ipsi sup facies suas, adorãtes, & laudantes eũ. Hoc oportet nos cũ maxima affectione, amore, & reuerentia efficere, cũ hoc diuinũ mysteriũ celebrat̃. Idcirco dixit Dñs, domus mea domus orationis uocabit̃, docens nos ĩ hoc, quid uelit, ut nos domui suæ faciamus, & q̃e oporteat esse finem veniendi ad eã quæ est oratio, & Dei glorificatio. Nã licet B. Pau. dixerit uolo uiros orare in omni loco leuantes puras manus sine ira, & disceptatione: similiter, & mulieres in habitu ornato, cum verecundia, & sobriè ornãtes se, & non in tortis crinib. aut auro, aut margaritis, uel ueste pretiosa, sed quod decet mulieres promittẽtes pietatẽ per opera bona. i. ꝙ tanquam hoĩes Christiani, qui hanc promissionem Deo fecerunt in baptismo honestẽ ornati tam uiri q̃ fœminæ, ubique locorum ad

Margin notes: Exo. 21. Simile. Mar. 11. Apoc. 5. 1. Ti. 2.
24 25 26

ad Deũ orent. Permagni tñ intereſt hoc modo in templo orare, qui eſt locus peculiariter ad orationẽ conſecratur. Præcipuè cum nunc peculiari quodã modo Ieſus Chriſtus Saluator noſter in eccleſiijs præſentialiter cõmoretur. Cuius fauore minorẽ uim hẽt diabolus ad nos ſuperandos. Atque ẽt plurima corpora ſunt in eis ſepulta, quorum animæ iam Deo in cęlo perfruuntur, & hæ oẽs ſunt ſingulares quidam orantium patroni.
27 Quapp oratio in loco ſancto facta magis adiuuabitur. Si aũt dicit B. Paulus, orationem ubiq; faciendã eſſe cũ magna hominũ puritate, & ſingulari mulierum honeſtate abſq; nimio ornatu, & compoſitione, cum ſint Chriſtianæ, & credant infernum, & gloriam eſſe ſempiternã, quanto maior rõ eſt, ut hęc omnia in domo dñi obſeruẽtur, cum ſit domus orationis? Terribile aũt eſt quod ſequitur. Vos autẽ feciſtis illam ſpeluncã latronũ. Hoc pp peccata noſtra multis eccleſiaſticis dici poteſt. Præcipiebat Deus dicẽs. Leuit. 6.
Iſta eſt lex hoſtiæ pro pctõ: ſacerdos, qui offert comedet eã in loco ſancto. Res mirabilis. Quod etſi alia multa genera ſacrificio-
28 rum erãt peculiariter, dicit ꝙ ſacrificiũ, qđ pro peccato offerebatur, comederet ſacerdos, qui ſacrificiũ offerebat, non autẽ alia ſacrificia ad ſignificãdum ꝙ ſicut ſacerdos ſtomachi ſui calore digerebat carnes illas, quas edebat, ita charitatis ſuæ feruore, ac ſuo bono exemplo, & ſanctis uerbis debebat populi peccata conſumere. Hoc igitur eſt ſacerdotis officium in eccleſia Dei. Et cum comedentes uectigalia, ꝙ redditus Eccleſiaſticos, q̃ ſunt ſacrificia, quæ oblata ſunt eccleſiæ pro peccatis, ipſi non hñt illã charitatẽ, q̃ debent habere, nec illud exẽplum prębẽt, quod oportet eos præbere, nec officia ſua adminiſtrãt, ſicut tenẽtur adminiſtrare, quo
29 dammõ latrones pñt uocari, & merito eis dici põt, ꝙ eccleſiã Dei faciunt ſpeluncã latronum, cũ ſint indigni reb. illis, quas recipiũt. O patres ſacerdotes p reuerentiam Dei uos rogo, ut attẽdatis officium, quod habetis, & qđ uniuerſus populus in uos oculos cõijcit.
Iudit. 8. S. Iudith loquẽs cum ſacerdotib. dixit illis: & nunc fratres qm̃ uos eſtis pſbyteri ĩ populo Dei, & ex uobis pendet aĩa illorum ad eloquium ueſtrũ corda eorũ erigite. O ꝙ diuina uerba patres mei, ſi ea uelletis bene ruminare reperiretis, ꝙ uere uos eſtis magna pars & ex uobis malum, aut bonum totius populi maxime depẽdet, & ꝙ peccata ueſtra quaſi rheuma, q̃ ex capite in totum ppulum deſcendunt. Et ita reperietis ꝙ in Leu. loquens Le.ti. 10
Moyſes cũ quibuſdã ſacerdotib. cõmẽdãsq; illis ne peccarent, addidit, dicens, ne forte moriamini, & ſuper oẽm cœtũ oriatur indignatio. i. ne forte Deus uos occidat, & pp ueſtrum peccatum uniuerſum populum puniat. Nonne hoc intelligitis? quid clarius explicari poterit? ꝙ ſæpe populus pp ſacerdotis ſcelera punitur. Et ſaltem propter hoc a uitijs uos abſtinere deberetis, cum amor 30
Dei uos ab illis cohibere non ſufficeret.

Cum dñs illinc uẽdentes, ꝙ emẽtes eieciſſet, acceſſerunt ad eũ cęci, & claudi in tẽplo, & ſanauit eos. Docẽs nos ĩ hoc unũ ex operib. q̃ uult in tẽplo fieri, ꝙ eſt, ut claudos, ac cæcos ſanare diligentiſſime curemus. B. Rom. 9.
Pau. magnopere cõmendabat dicẽs: Nõ ergo regnet pctm̃ in ueſtro mortali corpe, ut obediatis, cõcupiſcentijs eius, ſed exhibete uos Deo tanq̃ ex mortuis uiuẽtes, i. ſol⁹ Ieſus Chriſtus in uos ita regnet, ut tã ſubiecti ſitis eius beneplacito, ut in uobis oĩa faciat, quæcunq. uoluerit Sed notate, ꝙ poſtq̃ Hebræi Dauid regẽ erexerunt, perexit cum exer 1. Re 5.
citu ſuo ad capiendã Hieruſalẽ, quã tunc Ie 31
buſæi poſſidebãt, & dixerunt. Nõ ingredietur huc niſi abſtulerit cæcos, & claudos dicẽtes, nõ ingredietur Dauid huc. Si nõ ceperis cęcos, & claudos, q impediunt, quominus tu ĩ hac ciuitate dñeris, nõ huc ingredieris. Notab le ẽ ꝙ cęci, & claudi ĩpedimẽto erãt, quomin⁹ Dauid ingrederetur Hieruſalem. Credite ꝙ ita ẽ in regno Ieſu Chriſti, nã. n. Ieſus Chriſtus in aĩab. regnabit, niſi ablata omni cęcitate, claudi tate, ignoratione, ſtultitia, & ignauia, q̃ ſunt res, quæ magis Dei ſeruitutem ĩmpediunt. Maximũ malum eſt, ꝙ ſit tu tã cæcus, ut non animaduertas mala, q̃ facis, & ꝙ quaſi illa non mala eſſe iudices, & te excuſes dicens. O nõ eſt tm̃ malum hoc, quod ego facio. Alterũ malum eſt laſciuia, & pigritia, ꝙ ſiquidem intelligis te ma- 32
lum facere, & ſcis, quid facere, tenearis, tamẽ es tam claudus, & negligens, ut nihil eorum, quę Deus tibi pręcipit, exequaris. Non ergo intelligitis fratres quomodo cęci & claudi, cęcitas, & clauditas impediãt quominus Deus in plurimis animab. dñetur? Hi igitur cęci, & claudi in templo curari debent. Ad hoc uenitis ad audiendam miſſam, ac prædicationẽ, & ad orandum acceditis, ut dñs uos illuminet, & ſpiritum, fortitudinemq́ue cõcedat, ut excluſa ignauia, & cæcitate


illum

illum regem ac dominum accipiatis in omnibus sine ulla contradictione obedientes.

Videntes aũt principes,&c. Cum deberent emendari,& conuerti aspiciẽtes illa miracula quæ dñs operatus est, exierunt quasi uiperæ uenenũ cõspuẽtes,& dicunt dño: Audi quid isti dicunt? Quid? quũ hi Dei noĩe te appellent,cũq; tu hoc audias,istud cõsentis? quibus rñdit dñs: utiq;. Video profecto, & audio hoc, Nunq̃ legistis, ex ore infantiũ,& la-
33 ctentium pfecisti laudẽ? & q̃quã in ꝓphetia
Psal. 8. est, pp inimicos tuos? ꝙ illa infantium laus, & præconiũ finẽ imposuit laudi,& festiuitati illius diei (maiores.n.illã in uia ceperant) ad inimicorũ eius confusionẽ, eo ꝙ illi non facerent, ꝙ pueri faciebãt. Vel pp inimicos tuos. S.n. dicerent, ui hoĩes sunt largitionibus corrupti,& idcirco eũ ita extollunt, laudẽt ergo illũ pueri, & in hoc nõ erit occasio dicendi istud. Et licet illa laus ab infantiũ ore pp inimicos eius profecta est, nõ tñ dñs uoluit uerbũ illud inimicos ore proferre, nã ẽt Iudã traditorẽ amicũ nũcupauit. Et ideo abscidit prophetiã, & prętermisit uerba illa, pp inimicos tuos. O superne mundi Redẽptor, animarũque nostrarũ diuine Magi-
34 ster, benedicta sint uiscera tua, os, & lingua tua, quia tam sanctã doctrinam, & tam suauia uerba ore tuo locutus es. Discamus fratres charissimi ab hoc optimo Magistro,& hic gratiam suam nobis conferet, quę æternam gloriam consequamur. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Feria IIII. post Dominicam I. in Quadragesima.

Accesserunt ad Iesum Scribæ,& Pharisæi dicentes. Magister uolumus a te signum uidere. Matth. 12.



1 VNũ ex maximis, & efficacissimis remediis, q̃ ad pctõres ad agẽdã pnĩam ꝓuocãdos reperiri possũt, est illis plurimorũ sctõrũ exẽpla ĩ memoriã reuocare, q maximi pctõres fuerũt,& postea ad Deũ cõuersi sunt & acerrimã pnĩam egerũt, ut his exẽplis cõmoti se ad agẽdam pnĩam curent confortare, sicut & illi sancti
Simile. fecerunt. Si pictor rudis imaginẽ ab aliquo clarissimo pictore depictã reperit, illã maximi æstimat, & se ipsũ intra se excitat dicẽs: hic cum hanc artem cępit addiscere ẽt rudis erat, ut ego, assidua tñ diligentia, ac labore, in tantã depingendi perfectionem peruenit, (*O que lexis tan lindos.*) (inquit) habet hæc imago q̃ bene pictus humeros,& quam delicatas man⁹. Quare ego nõ curabo aliã simile huic depingere? & ita in eã oculos conijciens paulatim in arte sua perficitur. Domine ẽt habent exemplaria, ex quibus labores suos depromunt. Ad hoc ergo perfectorum uirorũ nobis exempla deseruiunt, ut sint no- 2
bis quasi imagines, & exẽplaria, q̃ ante oculos ꝓponemus, contemplantes (*A q̃llos lexos tã excellẽtes como se alexaron*,) & a sæculo recesserunt, cũ osse & carne cõstarẽt, sicut & nos. Illos humeros tã bene deductos, & depictos, tamq; preparatos ad maiorũ suorum obedientiam: illos oculos tam perspicaces prę sublimi,& pfecta diuinarũ rerũ contemplatione, illas deniq; manus tam delicatas, quę fuerunt eorũ opera summa perfectione adornata. Atque hęc contẽplantes dicamus singuli inter nosmetipsos, hi initio, cum uirtutis uiam aggredi cęperunt, debiles,& peccatores erant, sicut ego,& ipsum Deum, qñ illi auxiliatorẽ habuerunt, habeo & ego, atque eãdẽ gloriam, q̃ illi sperabant, spero & 3
ego. Quare ergo non cõfortabor, et inuictũ animum recipiam, ad faciendum q̃ ipsi fecerunt? & hoc mõ ad uirtutem amplectendam eorũ exẽplo cõcitabimur. In Genesi dicitur, Gen. 50.
ꝙ cum Sãctus Ioseph iam ꝓpe obitũ esset, cumq; adiurasset fratres suos, atq; dixisset. Deus uisitabit uos, asportate ossa mea uobiscum de loco isto, mortuus est. Vltimum qd in hora mortis suæ illis maxime cõmendauit, fuit ut cum Aegypto exirent,& in solitudine introirent, & p eam ad terram promissionis pertrãsirẽt, secum illius ossa asportarent. Hoc est ꝙ spũaliter sancti exoptant quũ ab hoc mũdo exeũt. Scilicet, ꝙ qñ Aegipto, i. a peccati seruitute exierimus,& ĩ pænitentiæ solitudinẽ ingressi fuerimus, ut per 4
eam ad terrã ꝓmissam glorię pueniamus, semp ante nos eorum ossa ferre curemus, per quæ uirtutes intelliguntur. Nã sicut ossibus hõ sustinetur, sic uirtutibus anima subsistit. Atque hęc ossa oportet sp ante oculos a nobis deferri, ut ad agendã pnĩam fulciamur. Ossa (inquam) oportet ferri, nõ aũt carnẽ, sãcti enim ossibus et carne cõstiterunt. Virtutes, et defectus habuerunt. Non aũt debetis sanctorum defectus adducere, ut illi scelera uestra tueamini, dicentes Dauid fuit adulter

ter quidā non eſt mirū ſi ego etiam adulter ſim. Magdalena fuit peccatrix, q̄d ergo mirū, quod ego etiam ſim peccator? Beatus Petrus dñm abnegauit, q̄d mirum, qđ ego illū negem, & renegem? Attēdite quod ſi fuerūt ſancti, non fuerunt propter has imbecillitates, in quas inciderunt, ſed propter pfectum pœnitentiā, q̄ egerunt. Et ſiquidē uos in defectibus ſanctos imitati eſtis, imitamini illos ēt in pœnitentia, corā uobis eorū oſſa deferte, conijcite oculos in illorū uirtutes, ſiquidē pp illas in cælo tot bona habent, quibus in perpetuum pfruentur. Ad hunc effectum Chriſtus Redemptor noſter tanquam præſtātiſſimus prædicator Niniuitarum exemplum adduxit & qūo pp Ionæ prædicationem conuerſi ſunt, quos Deus ad miam recepit, nec illos euertis, ſicut cōminatus fuerat. Hoc (inquam) exemplū adduxit, vt Hebræos ad pænitentiam prouocaret. Atq; hoc ipſum nobis alma mater Eccleſia in hodierna Sancti Euangelij lectione pponit pp eūdem finem, ſcilicet, ut illorum exemplo cōmoti peccatorū noſtrorum pænitentiā agamus, q̄ ſic incipit. Acceſſerūt ad Ieſum &c.

6 *Volumus à te ſignum videre*. Plurima ſigna & pclariſſima miracula perſpexerā Iudæi, quæ Chriſtus Redemptor noſter fecerat, quæ quidem creditu digniſſima erant, atq; ibidē, ante quā cum hac inſulſa petitione accederent, eiecerat dominus dæmonem ab homine, qui cæcus, ſurdus, & mutus ab ipſo dæmone tenebatur, ipſiq; perſpexerant hominem ſanum remanſiſſe, ita ut uideret, audiret, & loq̄retur. Et cum hoc in illa hora uidiſſent, denuo ſigna expoſcunt: ſuper qđ dicit B. Chryſoſtomus, quod quia hæc interioribus animi oculis non aſpiciebant, ſtatim ab illorū memoria excidebant. Vna ex rationibus, quare diuinarum rerum, atque ad animarum noſtrarū ſalutem ſpectantiū obliuiſcimur, eſt quia illas per tranſennam, ſine attentione, & affectione intuemur Terrena autem non tam facile nobis à memoria excidunt, quia cum ſumma animaduerſione, & affectu in ea oculos cōijcimus. Præteris per amæniſſimū uiretū, in quo ſunt florentiſſimæ arbores, uberrimi fontes, ſuauiſſimique auium reſonant cantus, ſi tamē aliquid magna animi apprehenſione cogitas, nihil illorum animaduertis, nec illa amænitate delectaris. Illinc autem tibi exeunt dicit comes. Domine nūquid ſuauius aliquid illo nemore unq̄ uidiſti? Cui tu reſpondes. Profectò Dñe nō illud aīaduerti. Quotidie hoc uobis accidit, qđ oculis corporalib. aliquid non aduertitis, q̄a intellectus alicui cogitationi intētus eſt. Quam arbitramini fratres eſſe cām, quare cū uix ſit cōcio, in qua prædicator uos, ſceleraq; ueſtra nō perſtringas, uos tamē hæc nō ſentitis? Rō eſt quia cor alibi cōſtitutū habetis, nec illa q̄ vobis dicunt, cū attētione, & pficiēdi deſiderio animaduertitis. Ariſ. hanc ſimilitudinem attingit. Cum maximus citthariſtas citharā, aut aliquod aliud ſuauiſſimū inſtrumentū tangit, tā intentus illū audis, ut præ muſicæ ſuauitate nullius uerbis, aut clamoribus ēt attēdas. O paſſio iræ, ſenſualitatis, & cupiditatis ô cantus Syrenæ, qūo rōnem ſopis, & eā extra ſe præ muſicæ tuæ ſuauitate deducis, vt hō cæleſtia non aduertat. Homerus dicit, q̄ Troiani concilium ineuntes, ſenes cōtendebant, ne Helena ad concilium ingrederetur eo quod tam decoræ eſſet facie, tamque fallacem haberet aſpectum, ut ab illa facile deciperentur, iuuenes uero contendebant illam ingreſſuram eſſe. Hoc uere inter nos agitur Helena etenim eſt ſenſualitas noſtra, plurimis paſſionib. onuſta, tu uero qui in operibus es iuuenis, licet ætate longæuus (de te quippe dici. pt. Maledictus puer centū annorum) ex maledictus iuuenis, qui totā uitam in iuuenilib. inſultationibus, & turpitudinibus conſumis, hæc. n. Helena, quæ eſt ſenſualitas tua, cuius tu conſilia ſequeris, te ſua dulcedine decipit. Veri autem ſenes, qui vt tales iudicio, & prudentia pollent, ſemp hanc maledictā Helenā curant effugere, & quaſi Syrenam incantatricem illam execrātur. Ex his erat B. Paulus quandoquidē dicebat. Video aliam legem in membris meis repugnātē legi mentis meæ, & captiuātem me in lege peccati q̄ eſt in membris meis. Infœlix hō, qs me liberabit de corpore mortis huius? id eſt, de corpore mortali. Phraſis enim Hebræa eſt, qua Latinus interpres ſæpiſſimæ utitur. Gratia Dei, id eſt, gratia diuina. Et rō eſt apud Hebræos clariſſima, quia ſubſtātiuū ſēp ponit adiectiuū ſuū in genitiuo caſu, ut patet intuenti articulum affixū .... id eſt, hominis: Sic ad Coloſſenſes dicit. Tranſtulit nos in regnum filij dilectionis ſuæ, id eſt, dilecti filij ſui. Et in Pſalmo dicitur. Speciei domus, id eſt, domus ſpecioſa. Ita hic mortis huius, id eſt, mortali, Aduerte ergo q̄ta afflictione queretur dicens, infœlix hō, quis me ab hac ſenſualitate liberauit

Margin notes: Chryſo. — 7 — Simile. — Ariſ. 1. Ethico. 8 — Simile — Hō. Ilia. lib. 3. — Eſa. 65. — Rom. 7. — 10 — Colo. 1. — Pſal. 67.

rabis, quæ quoad pôt illecebris rõnem ad se allicit, & obcæcat? Sic excæcati erãt hi miseri Pharisæi, q quia odijs, cupiditatib. ambitionib. atq; alijs peccatorum generibus, submersi erant, etsi corporalibus oculis Dñi miracula aspiciebant, nõ tñ illa spũalib. oculis aĩaduertebant, ut in illis adimpleretur quod Esaias dixit: Excæca Dñe cor populi huius, ut uidẽtes, non uideant. Hæc nõ est petitio, sed ꝓphetia de futuro: ꝙ Deus illos manu
11 sua dimissurus erat pp eorũ demerita, ita vt habẽtes oculos nõ uideret. Sicut pellis colubri uidetur oculos habere, & tamen illis nõ sunt oculi, sic arbitrabantur hi maledicti se oculos habere, cum tñ illis carerent: & miracula diuinis Saluatoris nostri erant, ueluti specula, in quibus diuina potentia rutilabat & ubi manifestè apparebat illũ uerũ eẽ Deũ. Quid ãt ꝓdest speculum cæco, & oculos nõ habẽti? Ita his nõ ꝓderat supna illa miracula, nec plurimis uestrũ prosunt res mirabiles q̃ uobis p̃dicãtur, q̃a ẽt, sicuti hi miseri, cæci estis, nec illas animaduertitis. Plurimi ingrediunt in locupletissimã aurificis officinã, & alter ptiosũ torquẽ aurũ, alter uero pulcher-
12 rimũ annulũ emit, quo se exornat, alter aũt carbonẽ, q est in fornace, apphẽdit, quo se ĩficit, & coinquinat. Sic uos, uentis ad audiendũ concionẽ, & alter salubre consiliũ pcipit, quo aĩę suę medetur: alter apphẽdit reprehensionem, q̃ se deterret, & in uirtutis uiã recipit: nec uerò deest q uerbũ aliquod pcipiat, quo occasionẽ hẽat detrahendi de p̃dicatore, & ĩficiẽdi aĩam suã. O cæce infœlix, q nõ habuisti oculos ad ĩtuẽdũ bonũ, nisi ad aspiciẽdũ malũ. Vide quid dicat Dñs: Sentite de Dño in bonitate, & in simplicitate cordis q̃rite illũ, q̃n inuenit ab his, q ñ tẽtãt illũ. Accedite ad p̃dicationẽ fratres mei cũ synceritate, & de diuinis reb. bñ sẽtite. Credite omnia, q̃ Deus pcipit & prohibet, ex immẽsa misericordia, atq; infinita sapiẽtia ꝓcedere, q̃rite illũ cũ simplicitate cordis, nõ curiosè scru-
13 tãtes, quare sic factũ fuerit hoc? aut quare p̃ceptũ fuerit illud? q̃n inuenitur ab his, q nõ tentãt illũ, sicut isti q ad dñm accedebãt. O q̃to dolore dicit S. Ioã. Cum aũt tanta signa fecisset corã eis, nõ credebant in eũ. Vna ex rebus magis obstupẽdis, q̃ in mundo cõtigerũt, est hęc, q̃ hic dicit B. Ioã. nẽpe, ꝙ cũ tot, tãq; mirabilia ꝓdigia uidissent, cum tãta infidelitate remãserunt. Atq; alia res ẽt ualde horrẽda quotidie nobis accidit, uidelicet, ꝙ cum tã singulare beneficiũ, ut est donũ fidei acceperimus, tã malã opera faciamus. Quãs arbitramini esse causam, cur sacra scriptura multoties loquẽs de iustificatione, dicit fidẽ iustificare, nõ ãt agit de charitate, & operib. nisi de fide? quale est illud. Fide purificãs corda eorum. Et Abac. Iustus ex fide uiuit. Et S. Paulus: Credidit Abraham Deo, & reputatũ est illi ad iustitiã. Rõ huius est, q̃a uidet difficile, quod cũ in Deũ credatis, illumque Deum ac dñm habeatis, aliqd aliud extra illũ inordinate diligatis, & qđ fidẽ charitas, & opera nõ comitent. Q̃uo deberet esse possibile, quin cum ea, quæ credimus, crederemus tã piũ Deum, qui pro nobis, tot, tãtaq; operatus est, maxima charitate diligeremus eiq; summa animi contentione seruiremus? Atque hoc sacra Scriptura considerãs, cum hõ in tãtam deprauationẽ deuenit, ut habẽs fidẽ, amore, & operibus careat, illum infidelẽ appellat. Si qs suorum (inquit Paulus) & maxime domesticorum curam nõ hẽt fidẽ negauit, & est ĩfideli deterior. Et alibi Deus excæcauit mentes infideliũ, quia habentes fidẽ, quasi illã non habẽtes, uiuunt. Quod si miramur Iudæos, postquã tot, tantaq; miracula perspexerũt, in tanta infidelitatẽ remansisse, quare non obstupescimus cum talẽ fidẽ habeamus, nos uiuere sicut uiuimus? Attendite fratres charissimi singulari cuidam considerationi. Cõtẽplamini aĩam denuò à Deo creatã esse, quæ ubi primum creata est, à Deo id cęlũ delata est, ut inter illos beatòrũ spũs deambularet, quantum admiraretur illas ineffabiles glorię diuitias aspiciẽs? Quę si Deum interrogaret, dicens: Domine hæc bona cui præparata hic habes? Responderet Deus, dicens, Hęc omnia, quæ aspicis, preparata habeo cuicũque uolenti illa possidere. Quę diceret. Q̃uo Domine, cuicunque uolenti illa possidere? nunquid erit, q hæc nolit? Diceret Deus. O aĩa, quam ignara es, & quã parũ scis, accede huc. Siq; illam aĩam in impiorum sedes immitteret, ut illos ignes, tormenta, & diabolos ac deniq; illas tantas erũnas, & labores, qui in inferno sunt, intueretur. Siq; illa aĩa metu perculsa Deum interrogaret, dicẽs; domine hęc tormenta cui pręparata habes? Diceret Deus. Oẽs hi labores sunt hic cuicunq; uolenti eos sustinere. Diceret autem aĩa. Nũquid fieri pôt, quod aliquis eos sustinere uelit? Scito ò aĩa (diceret Deus) bona cæli, ut tibi dixit, & tormẽta inferni cuicunq; uolenti ea accipere, præparata esset, & uiã cęli ornatã esse a me rosis, & flori-

floribus,in via autem inferni satas esse pluri
mas spinas,& sentes. Et scito hoīes talis esse
ingenij,vt in hunc miserrimū locum per sen
tes,& spinas malint deuenire, q̄ ad cœlestes
illas,quas vidisti,diuitias,per rosas, & flores
properare. Ego verò,cum sim Pater miseri-
cordiarum frequentes eos deterreo,& flagel
lis cædo,ne in hunc miserrimum locū deue
niant,ipsi tñ tam pertinaces sūt,& tam par
ui faciunt comminationes meas,ut malitia
omnes meas diligentias superent,& me inui
17 to in has calamitates,& tormenta, quæ cer-
nis,se immittant. Dicite, quęso fratres mei,
quō obstupesceret illa anima, hæc audiens,
quā obstupefacta, & attonita maneret cum
hæc audiret,atque hominum cæcitatem, &
amentiā cognosceret? quales illos esse iudica
ret? Cogitate illam(cum esset paulo antea
creata)nunc q̄ homines uidisse,& contempla-
mini illā dicētem. Quid sunt hoīes? sunt ne
rōnis participes? hñt prudentiam? an sunt bel
luæ,& rationis expertes? q cū cælum, atque
infernum esse credant,ita uiuunt? Arbitror
equidem illā non cessaturam esse tantā, tāq;
terribilē immanitatē admirari. Fratres opti
me scitis s̄m fidem nostram, gloriam effica
citer illi volentib. pręparatam esse,infernum
18 ēt esse cognoscitis ad puniendos eos, qui ad
illū voluerint iter facere. Nec nos latet uiam
cæli,q̄ est bona,sanctaque vita,rosis esse ple-
nā. Nā summa Veritas dixit: Iugum meum
Mat.11. suaue est,&c. Et alibi: Secura mens quasi iu-
Pro.15. ge conuiuium. Qui habet iustā aīam,secure
viuit in seruitute Dei,semper incedit sicut in
conuiuio cum hilaritate,& gaudio. Delecta
tiones quas iusti in virtutis exercitationib.
sentiunt,sunt flores,& rosę,quas Deus in uia
cæli seminauit. Contra verò uia, quæ ducit
in infernū(quæ est perdita,& dissoluta uita)
plena est sentibus,& spinis. Perturbationes
nanque conscientiæ morsus,timores,inuer-
sionesq; quibus peccatores cruciantur,ēt in
19 hac uita,quid aliud sunt nisi sentes,& spinæ,
Ecc.33. quas Deus ī īferni uia seminauit? Et ita dicit
Simile. Ecclesiast.: Præcordia fatui quasi rota carri
& quasi axis uersatilis cogitatus illius. Visce
ra peccatoris sunt quasi rotæ currus,quæ nō
sunt vnctæ,quæ semper strident,& eius cogi-
tationes,quasi axis huc,atque illuc ēt cū stre
pitu conuertitur, Hic stridor,& strepitus cō-
scientiæ malignæ miserum peccatorem cru
ciat. Tanta est igitur hominum insania, ut
malint in infernum per alium infernum, q̄
in gloriam per aliam gloriam peruenire. Vt
nos ab hac pessima uia diuertat,tot flagellis
infirmitatibus,ac laboribus, quot quotidie
experimur,nos Deus flagellat. Nos autē ita
pertinaces sumus,ut Dei comminationes,&
verbera parui æstimantes, in culpa vlterius
progredi insistamus,quousq; in profundum
abyssi deueniamus. Cum igitur illa anima tā
topere admiratura esset, quare nos ēt nr̄am
amentiā nō admiramur? Nulla equidē sunt
verba,q̄b. tāi malū dignè exaggerari possit,
nempè, ꝙ cū hæc verissima esse credamus,
nullum tamen nobis remedium adhibentes 20
per ea transeamus. O Christe diuine mundi
Magister,tu hos fratres meos hæc doce,ego
enim satis dignè illa exaggerare nescio.

His Pharisæi respondet dominus,dicens: *Generatio mala, & adultera, &c.* Peruersi
peccatores,qui quasi hæreditate, acquisitam
parentum iniquitatē asportant. O maximū
scelus, Omnibus peccatis Deus magnopere
offenditur,peccata autem, quæ sunt, quasi
hæreditate acquisita, hæc longè maximè
Deū offendunt. Qn liberi parētum scelerib.
assuescūt, & illud iniquitatis filium vlterius
productum conseruant,denuò in liberis pa- Hie.16.
trum peccata Deus sentit,quæ quidem scele-
rum filiorum causa fuerunt. Volens Deus
Hebræos grauiter punire,præcepit Hierem.
ut illos cōminaret,& dixit illi. Cum annūcia 21
ueris populo huic omnia verba hæc,& dixe-
rint tibi: Quare locutus est dñs sup nos om-
ni malum grande istud? q̄ nostra iniquitas?
aut ꝙ peccatum nostrum,ꝙ peccauimus do
mino Deo nostro? Dices ad eos: quia dereli-
querunt me patres uestri,ait dñs,& abierunt
post Deos alienos,& seruierunt eis,& adora-
uerunt eos,& me dereliquerunt, & legē meā
non custodierunt. Sed & uos peius operati
estis,quam patres vestri: ecce enim ambulat
vnusquisque post prauitatem cordis sui ma-
li,ut me non audiat. Notate ꝙ ad rephēden
dos,& puniendos filios memorat hic patrū,
& scelerum eorum, quorū iam oblitus esse
videbatur,& ipsa parentum peccata in publi 22
cum nunc pfert,eo ꝙ liberi a parentib. pec-
care didicerunt, atq; ita didicerunt, vt ipsas
maiorum suorum iniquitates longè supera-
rint. O maledictos patres,& magis maledi-
ctos filios,qui ita in malitia vlterius progres
si sunt,vt pessimos ēt parentes suos iniquita-
te excelluerint. Sed & vos(inqt Deus) peius
operati estis, q̄ patres uestri. Cauete fratres
mei a tāta calamitate,ne liberis vr̄is,occasio-
nē pbeatis,ut sint sicuti isti maledicti,ne po-
stea

ftea pp scelera vestrã,& pp ipsorum peccata (siquidem a uobis dimanarunt) puniamini. Vos aũt, qui patres habetis, cauete ne in eorum defectus oculos conijciatis, ne occasioni sitis, quo parẽtes uestri pp uos dirius puniant. O quãtum erat hic dicendum, atq; ẽt plorandũ, ꝙ ita liberi à parentibus, & à liberis parentes contaminantur, ut iam oẽs boni mores pereant, & penitus corrumpantur.

23 *Generatio mala & adultera.* Generationẽ adulterã eos uocat, q̃a Deum suum uerum dereliquerunt, & idola adorauerunt, ut antea conquestus fuerat Deus p Esaiã, dicens.

Esai.1. Vę genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini neq̃, &c. Dereliquerunt dñm, blasphemauerũt sanctũ Israel, ab alienati sunt retrorsum, sup quo pcut iã uos ultra? Sãctus Israelis est Christus redẽptor noster, q̃ à uirgine Israelitica sãctissimã carnem assumpsit & de illo blasphemarũt, appellãtes, eum ministrũ Beelzebub. Alienati sunt retrorsum. Oportebat eos ulterius progredi. nẽpe à lege scripta ad legem gratiæ, & ue illum q̃dẽ obseruarint plus diligẽtes honorẽ, diuitias, ac demũ creaturas alias, q̃ Deum suum. Id

24 circò dicit: Super quo percutiam uos ultra? quo alio supplicio genere uos puniam? Habes filium proteruum, quę mille verberibus cædis, nec tñ hoc sufficit, ut emendatur, & dicis: O maledictus sis, iã nescio q̃d faciam,

Simile. nec quib. supplicijs te afficiam. Sic dicit hic dominus Hebræis. Super quo percutiã uos vltra? Et quia nos quotidie retrorsum regredimur Deũ nostrũ pp creaturas relinquentes, hanc etiã comminationem nobis dictã esse arbitremur, cum ẽt in nos cadat illud: Super quo percutiã uos ultra? O fratres charissimi, si hoc animaduerteretis, cognoscere tis vtique qũo nos Deus quotidie punit, nec tamen aliquid prodest. Quondam ex quadraginta annis vix vnus sterilis accidebat: in

25 hac aũt nostra misera tempestate, nondum vnus sterilis exit, cum alter iam sterilior ob repit. Quæ aũt nos uella opprimunt, satis hoc experientia comperiẽ: uix.n. unum penitus cõclusum est, cum iã aliud pparaẽ. Terrorib. aũt uniuersus orbis est repletus. Super quo igitur percutiet nos ultra, cum iã nihil in nobis sit expers supplicij? nos uerò nondum uolumus emendari, sicut illis, quos hic dñs Iesus adulteros uocat, non pp sensualitatis uitium, sed quia uerũ Deum suum dereliquerũt pp eos, q̃ dij nõ erant, ut per Hie-

Hier. 3. remiã illis dixit: Tu ãt fornicatas es cũ amatoribus multis, &c. Vtrũ autem uos in idololatrijs commoremur apertè uidetis Sanctus Augustinus dicit, Romanos consueuisse q̃n regionem aliquam sub imperio suo redigebant, templum statim Deo illius regionis erigere, vt illum propitium, ac beneuolum haberent. Cum aũt Iudæam superarunt, affirmat illos noluisse Deum Israel hac reuerentia uenerari, & huius rei hanc rationem esse dicit: nempè, quia alij Dei, quos in alijs prouincijs adorabant, non alios Deos reprobabant. Deus autem Isael nullos alios Deos esse patiebatur, imo omnes impugnabat, & dicebat. Vnum cole Deum. O miseros nos, qui ferè in hoc ipso errore permanemus, & euntes post Deos nostros uerum Deum relinquimus, eo quòd gulam, auaritiam, ac luxuriam impugnet, tu uerò miser peccator cùm uideas Deum istis idolis contradicere, Deum potius, quam ambitionem, ac auaritia tua relinquis.

Aug. li. 1. de cõsensu Euang. c. 18.

26

Dicit generationem malã, & statim subdit, & adulterã, q̃a ex priori posterius solet dimanare. Et sic dixit Moyses, Custodire ergo uerba pacti huius, & implete ea, ut intelligatis vniuersa, quæ facitis. Quibus verbis manifestè ostendit Moyses diuinę legis inobedientiam, & uiolationem præcipuam esse causam, quare illi non intelligerent, mirabilia, quæ Deus pro eis operatus fuerat, & peccatum uiam esse ad amittendam intelligentiam diuinarum rerum ac fidem declarauit. Quemadmodum enim pomum putre, aliud pomum sibi proximum corrumpit; ita plerũq; accidit uoluntatis deprauatione intellectũ infidelitate deprauari. Ne arbitremini fratres voluntatem ab intellectu longe distare, ut altera potentia alteri obesse ne queat, tã cõiunctę enim sunt, ut idem essentia sint. Quod cum ita sit, per reuerentiam Dei uos rogo, ut uoluntatem in charitate, & sanctitate curetis conseruare, ne sua corruptione intellectum, deprauet, & corrumpat.

Deu.29

27

Simile.

27

Generatio mala, & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei. nisi signum Ionæ Prophetæ. Vt hoc intelligatis notate ꝙ dicit B. Lucas, hanc ipsam historiã narrãs, scilicet, ꝙ alij tentantes signum de cœlo quærebãt ab eo. Hæc igitur signa de cœlo dicit se illis non esse daturum: Digni profectò erant illi, ut mitteret Deus de cęlo ignem à quo subitò cõcremarent, aut ut fulmẽ à cęlo excideret, quo terra aperiret, atq; illos uiuos

Luc.11.

abro-

abſorberet. Veruntamen noluit clementiſſimus Dominus in illorum incommodum potentiam ſuam oſtendere, ſed ſigna illis ꝑmittit, quæ ad illorum ſalutem maximè cōducerent, ſi illis uti vellent, qualia fuerunt ſanctiſſima eius mors, & glorioſa à mortuis reſurrectio, quæ quidem ſunt ſigna Ionæ Prophetæ. Nō illis quæ petunt, ſed quæ magis neceſſaria erant tanquam Pater clementiſſimus concedit.
Simile. Habet, maetr puerum infirmum, prohibet Mericus illi aquam, dari: puer autem plorat, petens aquam, mater uerò, vt puero ſatisfaciat, ne aquam petat, protrahit galerum ſericum patris ſui, & illum dat filio, quòd ſi iterum petat bibere, extra-
29 hit ab area pulcherrimum monile aureum, & illud pueto ſuo offert, ut illum ab aquæ deſiderio compeſcat. Ita Deus ſi tibi ea, quæ poſtulas non concedit, quia officerent tibi, donat tibi monilia aurea, quæ animam tuā exornant. O benedictus ſit talis Deus? ò fœlices animæ, quæ tam bono Domino ſeruiunt, qui quaſi mater piiſſima ſemper ea, quæ nobis utiliora ſunt, largitur? Ecce fratres, quomodo manifeſtè demonſtrat Dominus Ieſus, ſe potentiam ſuam noluiſſe ad officiendum nobis. Diſcite ergo ab hoc diui-
Pſal. 18. no Magiſtro, & dicite cum Dauid: Fortitudinem meam ad te cuſtodiam, id eſt, ui-
30 res, quas tu Domine dediſti mihi ad ſeruitutem tuam uolo. Ne permittat tua diuina Maieſtas, ut eas, in te offendendo conſumā. Valetudinem, ingenium, uocem, diuitias, ac demum omnia mea ad te cuſtodiam ad ſeruiendum, & placendū tibi. Verum heu, heu? quomodo hoc dicam? quod fortitudinem, ingenium, pulchritudinem, ac diuitias ueſtras, omnia ad offendendum Deum cuſtoditis, quouſque poteſt hominum peruerſitas amplius peruenire, quam, quod ipſiſmet Dei beneficijs illi bellum inferant?
Simile. Nubem terreſtrem, & condenſam, quæ per ſe non poteſt in altum aſcendere, ſol ſuo calore eleuat: quæ poſtquam eleuata eſt, ipſiuſmet ſolis ſplendorem obſcuritatæ ſua impedit. Talis eſt homo ingratus, quem cum in
31 tātam proſperitatem, & honorem Deus extulerit, poſtquam eleuatus eſt Deum offendit, & contemnit, & quantum ex ſe eſt Dei magnitudinem, ſplendorem, & maieſtatem tegit. Idcirco tantoperè Deus hoc ſentit, ut quod primum præceperit Eſaiæ, ut diceret
Eſa. 1. inuocans cœlum & terram fuerit, vt de hoc ſuo nomine quereretur. Audite (inquit) cœli, & auribus percipe terra, quoniam Deus locutus eſt: Filios enutriui, & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me, &c.


Sicut enim fuit Ionas in uentre Ceti tribus diebus & tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Doctor, q̄dam noſtræ tēpeſtatis, hūc locū optima quodā (meo iudicio) interptatione declarat, accipiens cor terræ pro inferno, in quem Chriſtus Redemptor noſter deſcendit, de quo propriè intelligitur cor terræ) dicens in eodem tempore, quo Dominus Ieſus cœpit pati cœpiſſe etiam ſanctos Patres, qui ſinu Abrahæ commorabantur, nouum quoddam refrigerium habere, atq; 32
etiam animas, quæ in purgatorio detinebātur, nouam quandam pœnarum ſuarum relaxationem ſentire cœpiſſe. Hoc efficiebat glorioſa anima Chriſti Redēptoris noſtri, & per hunc mirabilem effectum ex tunc in infernum deſcendit, cum præſentialiter deſcēſura eſſet, ubi primum a ſuo ſanctiſſimo corpore recederet. Atque in hoc ſenſu trib. diebus, & tribus noctibus in corde terræ commoratus fuit.

Cumque Dominus declaraſſet, quidnam ſignificauerit illa commoratio Ionæ in uentre ceti, hinc occaſionem aſſumpſit, ut Niniuitarum pœnitentiam, propter ipſius Ionæ 33
prædicationem, factam Iudæis obijceret, dicens: *Viri Niniuitæ ſurgēt in iudicio.* Quia illi infideles cū eſſent, ſine lege, & ſine Deo, cumque Ionam nequaquam cognoſcerent, illi tamen fidem habuerunt. Cùm autem (inquit Dominus) ego ſim Deus, & homo, nullam tamen mihi Phariſæi fidem adhibent. Ionas tres dies prædicauit, atque omnes Niniuitas conuertit. Ego uerò tres annos prædicaui, nec tamē ullum in cordibus ueſtris prouentum facio. Ionas nullum miraculū fecit, ego aūt plurima & maxima operatus ſum, nec tñ mihi vultis credere. Quapropter illi ſurgēt in iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam. Ad Deum propriè 34
ſpectat iudicium, & condemnatio. Hoc autem munus conceſſit Pater Filio, quatenus homini, vt illum depcabatur Dauid in nomine totius orbis, dicens; Deus iudicium tuum Regis da, & iuſtitiam tuam filio Regis. Siquidem (ait) homines neceſſario iudi- Pſal. 71.
candi ſunt, iudicentur à Rege, qui tanquam Rex erit nobiliſſimus, & clementiſſimus. Et quia poterat aliquis dubitare, eo quod diceret. Regi, utri iudicium hoc committendū

esset, nempe Filio, an Spiritui sancto? Idcir-
cò subdidit, dicens. Filio Regis, ut intellige-
remus illum de Filio, non autem de Spiritu
sancto loqui. Et ipse Dominus dicit. Pater
omne iudicium dedit Filio. Sicut Pater (in-
Ioan. 5. quit) mihi redemptionem; sic in iudicium
etiam commisit. Quia Filius hominis est;
id est, quia homo, & caput hominum est. Et
ipse est qui realiter commendaturus, aut cō
35 demnaturus est homines. Niniuitæ uerò in
hoc sensu condemnabunt; nempe quòd in
illis maximè ostendetur quam iustè mali Iu
dæi, atque etiam mali Christiani condem-
nentur. Nam si ipsi cum nullum Ionę mira-
culū viderint paucis uerbis, quæ illis prædi-
cata sunt, firmiter crediderūt, & omnes vnā
nimiter ad Deum conuersi sunt; quid face-
rent, si Ionam mortuos suscitantem uidis-
sent? O miseros nos, qui cum tot Ionas quo
tidie habeamus, qui nos docent, & commi-
nantur, sine ullo tamen uirtutis progressu
36 remaneamus? Illi induti, sunt saccis, & cili-
cijs. Christiani uerò tam perpoliti, & exorna
ti ad confessionem accedunt, ac si ad nu-
ptias irent lugubribus uestibus induti, il-
lius, qui uix affinis uester erat, obitū lamen
tamini: ex animę autem uestræ interitu, ne
minimum quidem dolorem percepisse ostē
ditis. Ionas non dixit Niniuitis; Agite pœni
tentiam, & Deus ignoscet uobis, imò despe-
rationem potius, quam fiduciam illis præ-
dicare uidebatur, & tamen illi acerrimam
pœnitentiam agere cœperūt. Nobis autem,
2. Cor. 5 qui toties ad ueniam, & misericordiam in-
uitamur, atque etiam rogamur, ut denotat
Beatus Paulus, suo, & omnium prædicato-
rum Iesu Christi nomine, dicens: Obsecra-
mus pro Christo recōciliamini Deo: corda
non sufficiunt tam dulcia uerba penetrare,
atque ad tam benigni Patris obedientiam
redigere? Quod cum ita sit, quid aliud expe
37 ctamus, nisi ut Niniuitæ, & lapides etiam
contra nos in iudicio consurgant? Ne sit ita
fratres charissimi, sed amodò ad Deum con
uertamur, & ex his sanctis admonitionibus
fructum percipientes, maximo spiritus fer-
uore acerrimam pœnitentiam agamus, ut
nobis gratiam suam Dominus largiatur,
qua ad cœlestem gloriam ascendamus, ad
quam nos perducat Iesus Mariæ filius,
Amen.

Feria V. post Dominicam I. in Quadragesima.

Egressus Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis, & ecce mulier Chananea, &c. Matth. 15.



CHananæi dicebantur, q̄ à Chā 1
originem ducebant, q̄ fuit Gen. 9.
filius Noë: cuius generatiō-
ni maledixit S. Patriarcha,
eo q̄ illud illusit. Atq; tantū
ualuit illa maledictio, vt ad dedecorandos
Israelitas, eorumq; impietatem significandā
illos hoc nomine Dominus nuncuparit, per
Ezechielem, cùm dixit. Radix tua, & genera Eze. 16.
tio tua de terra Chanaan pater tuus Amor
rhæus, & mater tua Cetæa. Filios Israel non
uocat Israelitas, sed Chananæos; quod erat
maximæ ignominiæ nomen. Tantum corā
Deo etiā illa patris maledictio, ualuit. Ma-
gnæ etiam efficaciæ fuit maledictio, quam Gen. 49
Iacob filio suo Ruben iniecit, dicens: Rubē
tu primogenitus meus, tu fortitudo mea, &
principium doloris mei, prior in donis, ma-
ior in imperio, effusus es sicut aqua non cre 2
scas, quia ascendisti cubile patris tui, & ma-
culasti stratum eius, id est, tu, qui es primo-
genitus, quem oporteret in donis & impe-
rio cæteris fratribus tuis præferri, & regia
aut sacerdotalis dignitas tibi posteritatique
tuæ iure competebat, quiq; in utraque ha-
rum dignitatum deberes accrescere, utraq;
meritò carebis. Hoc significat hic non cre-
scas, id est, non excedas. Quia ascendisti cu-
bile, &c. Atque ideò illę dignitates minori
bus fratribus in pœnam sceleris eius com-
missæ fuerunt. Quod cùm ita sit fratres chā
rissimi; quare uos tam crebrò filijs uestris
assuescitis maledicere? Quomodo ex pater 3
nis uocibus, ac uisceribus pestilentissimum
istud uenenum potest exire? Plurimas equi-
dem harum calamitatum, quę liberis vestris
contingunt, ex uestris maledictionib. arbi-
tror dimanare: Alij nanque tumentibus ma-
ris fluctibus demerguntur, alij uerò inimi-
corū gladio succumbunt, alij deniq; sine di-
uinis Sacramentis repentina morte moriū-
tur. Nunquid nō scriptum est: Maledicētis
enim tibi in amaritudine animę, exaudie-
tur deprecatio illius. Exaudiet aūt eum, qui
fecit illum? Nisi (inquit) pauperi eleemosy- Eccle. 4.
nã erogaueris, & cū amaritudine cordis sui

tibi maledixerit, eius maledictio in diuino cōspectu exaudietur, Quod si aliorū maledictio tantā habet efficaciam: q̃to magis parētum maledictio liberis officiet? Ideò Eccle-
Eccl. 6. siasticus dicit: Benedictio patris firmat domos filiorū: maledictio, āt matris eradicat fundamenta. Quamobrem tam parentes, q̃ filios sanctissi mæ Trinitatis noīe adiuro: parentes ne tāto malo filijs noceatis: filios uerò ne parentes conturbetis, nec illis occasio
4 nem p̄beatis, qua sibi, vobisq; tantoperè officiant, Vos āt matres, ne tā malā hæreditatē posteris uestris relinquatis, nec filias uestras hos mores pessimos doceatis. Item eiusdem dñi nomine uos rogo, ne liberos uestros, uestros diabolo commendetis, q̃ plurimi vestrum crebrò facere cōsuescitis. Optimo sane Dño illos commendatis, O diabolicam consuetudinem? per charitatem Dei uos deprecor fratres, vt vos ab illa cohibeatis. Attēdite mali Christiani, nunquid diabolus creauit, aut alit has aīas? quare ergò illas diabolo commendatis? Scitote q̃ vnum ex ijs, quę in die nouissimæ rōnis diabolus faciet, hoc erit Cum Christo Iesu expostulabit, & dicet: dñe tu pro his crucifixus es. Et quanquam ego p̄ illis in cruce non pependi, nec aliquod beneficium in eos contulit filios tamen suos nō creatori quidem, ac Redemptori suo; sed mihi commendabant, quid igit facturus ēt, nisi ut illos in meos acciperem? Ecce quid facitis cum illi liberos uestros commendatis. Item vos diligenter deprecor, ne huic teterrimo generis humani hosti ullam creaturarū tradatis. Vadit eques ad uenandum, & quia equus lapidem offendit, statim dicit [*Valgate el diablo*] Si diabolus deducit equum, quid erit de equite? Equum, & ascensorem proijciet in mare: uterque peribit, equus, scilicet. & eques impatiens, & malus.

6 B. Marcus hanc ipsam historiam referēs, dicit, q̃ veniens dñs in partes illas Tyri, & Sidonis, & ingressus domum, neminem uoluit scire, & non potuit latere, sicut pruna in sinu non potest abscondi. Qui est bonus, nō labore p̄bitatem suā in alijs significare, si. n. Deus in eo est, ipse manifestabitur. Vbi dñs magis latuit, quam in p̄sepio? atq; illic ab Angelis reuelatus est. Vbi magis, quam in cru-
Ioan. 1. ce? ubi eius diuinitas, a latrone, à Centurione, à cęlo, à terra, & à lapidib. ēt detegitur? Et lux in tenebris lucet. Si Deus est in te difficulter potest latere, in oībus motibus, uerbis operibus, & in cunctis actib. tuis apparebit.

Dicit autem S. Marcus, q̃ statim ut illa mulier audiuit de eo, cæpit exclamare. B. Paulus ita de se dicit. Cum aūt placuit ei, qui me segregauit ex vtero matris meæ, & uocauit p̄ Gala. 1.
gratiam suam, vt reuelaret filium suum in me, continuo non acquieui carni, & sanguini, sed abij in Arabiam, &c. Accepta (inquit) hac reuelatione, statim me labori obtuli: Non rñdi appetitui carnis, ac sanguinis, qui nos labores euitare, & requiem inquirere inducit. Vel aliter: Non acquieui carni, & sanguini, i. non molestem mihi uisum fuit propinquos meos relinquere, & ab illis recedere, 7
quod mihi caro, & sanguis impediebat: & denuò conuersis impedimēto esse solet, quo minus perfectionis uiam aggrediantur, ego autem huic appetitui non respondit. Vel aliter, & melius secundum B. Hieron. non acqe Hiero.
ui, i. non contuli carni, & sanguini, idest, hic vocationem, & status permutationem non carni, & sanguini, qui sunt propinqui mei, reuelaui, nec hoc conuersionis meæ negotiū eorum manibus commisi: sicut nonnulli faciunt, quibus cum aliqua sancta inspiratio cęlitus aduenit, nempe mutandi uitæ rōnem & statum, non hoc audent facere, nisi prius eos consolant, qui illis impedimento futuri sunt. Quod si illis impetus iræ superueniat ad inimicum occidendum, aut iniuriam ulciscendam, aut aliquis turpitudinis motus, 8
ut aliq̄ fœminam obtineant nullum consulunt, nec hoc in alicuius manus committūt, q̃tumuis necessarius sit, ne fortè hoc sibi impediat. Beati qui in hoc sancti Pauli uestigia sectantur. Qn̄ sese obtulerit occasio seruiēdi Deo, protinus exite, ne ampliuscommoremini, sed sanctum Apostolum, atque hanc bonam mulierem imitani, quam vbi primum Deus tetigit, illico quasi ceruа percussa prosilit, & siti oppressa se magno impetu in fluuium immittit. Noluit hanc optimam occa Similē.
sionem prætermittere, nam fortasse alia die nequiret illum tam propinquum, & in promptu rēperire, graue. n. malum est nacta occasione non vti. Ne prætermittatis fratres optimam occasionem, nam forsitan postea uoletis bonum facere, nec tamen poteritis. 9

Illic ergo, uidelicet, domi rogabat eū, ut dæmonium ejceret de filia eius. Atque ut ex B. Matthæo apparet, exiuit dūs domo, & foris fuit præcipua contentio. Noluit illic ei, quod petebat, concedere, illa namque temporalia bona à dño petebat; ipse uero non temporalia tantum, sed & cęlestia etiam illi dona

te conabatur, & eã cęlestẽ doctrinã uolebat erudire, q̃ non clausis ianuis, sed palam fieri oportet. Quando prædicator vult ianuis clausis p̃dicare, ne illum bonũ iudicetis, nec
Psal. 39. eum audiatis: Annunciaui iustitiam tuã in
Esai. 4. Ecclesia magna, dicebat Propheta, & Isaias. Super excelsum montẽ ascende tu, qui Euãgelizas Sion. Cõcionẽ in sublimi pulpito oportet haberi, bonum enim rationi consentaneum est, quod ab omnibus audiatur.

Exijt igitur dñs, & illa post eũ exit, clamans, & dicẽs. *Miserere mei, &c.* Qui nõ re-
10 spondit ei verbũ. O quanta contentio inter Deũ, & mulierẽ illa pent. Deus verò denegat, illa post Deũ currit, Deus verò mulierẽ fugit. Ad hoc exiuit domo, voluit hanc ceruam ad montem deducere, ut cognosceretur quo venatorẽ insectaretur. Quanquã enim semper venator ceruum insequitur, hic tamẽ cerua venatorẽ sectat, & dicit. *Domine miserere mei.* Filia à dæmonio vexabatur, illa verò sibi m̃iam exposcebat. Sæpè enim mali mores, quos matres filias suas docent, efficiunt, vt filię sint malæ, atque etiam corporalibus morbis crucientur. Hoc vnum super hũc locum vellem diligentissimè aduertatis, quòd
11 quemadmodum in nobis duplex est modus miseriæ: sic etiã in Deo duplex est misericordiæ modus esse dicitur. Et ẽt dicitur Deus
Iob. 1. 2 habere iram magnam, & iram paruam. Ira parua est, quum in rebus temporalibus nos punit, quod etiam diabolus confessus est, dicens Deo. Extende paululum manum tuam & tange cuncta, q̃ possidet. Quibus uerbis significauit corporales labores, paruos esse labores. Ira autem magna est, quæ vsque ad animam penetrat, quum Deus illi gratiam atque peculiare auxilium adimit, & eam post
Zach. 1. passionum suarum impetum abire finit. Et ita dicit per Zachariam: Ira magna ego irascor super gentes opulentas, quia ego iratus
12 sum parum, ipsi verò adiurauerunt in malum. Ecce quomodo hic dicit, illos, p̃pter sua scelera fecisse, ut ira magna concitaretur cum antea paruam iram, habens corporalibus laboribus illos puniuerit. Et diligenter pensate verbum illud. Adiurauerunt in malum, quam ex instituto, & cum iuramento peccant mali. Ira etiam duplex dicitur Dei misericordia: parua, scilicet, & magna. Parua ad paruæ iræ remedium, magna verò ad liberandum nos ab ira magna. Et uidete quã rustici, & cæci sint homines; magis enim paruam, quam magnam iram sentiunt. Nam si

Deus filium tuum interficit, statim noctes, & dies lamentaris, si uero anima tua mortua est Esai. 1.
summo cum gaudio, & alacritate incedit, atque etiam te tale, & tale fecisse iactas. Atque ita accuratissimè curãt homines ab hac parua ira Dei exire, hoc est, à temporalibus calamitatibus eripi, vt autem à magna ira Dei, hoc est, ab animæ miseria (cui facillimè remedium adhibere possent, si cum illa cura, ac sollicitudine, qua temporales ærumnas cu- 13
rant euitare, ac Deum confugerent) liberentur, minimè curant. Quod si curarent, libentissimè Deus illis occurreret, hoc enim est p̃- Psalm. 4
cipuum, cui ipse vult subuenire, & cuius peculiariter auxiliator dicitur, ut dicit Dauid. Deus noster, refugiũ & uirtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerũt nos nimis. Vbi ad literam de spiritualibus tribulationibus loquitur. Nam corporalis tribulatio parum nos inuenit, cum nihil aliud, quàm corpus inueniat: spiritualis autem afflictio nimis nos inuenit, siquidem animam reperit. Idcircò ipse Dauid magnã animi contentione à dñomino postulabat, dicens: Miserere mei Deus s
m magnam misericordiam tuam. Cũ Saul Psal. 50.
illud persequeretur, non postulant magnam m̃iam; perijt autem illam cum se in peccatũ procidisse animaduertit. Pro quo postea Deo gratias agebat, dicens. Confitebor tibi Psal. 85.
Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum, quia misericordia tua magna est super me. Et quando fa- 14
ctum est hoc Dauid: Eruisti animam meam ex inferno inferiori, in quem uere detruderet, nisi mihi ignouisses. Hoc fratres charissimi, oportet nos petere, ut nos Deus liberet, & saluos faciat à peccatis. Hæc mulier totam curam suam adhibebat in petendo remedio corporalis laboris filiæ suæ, atque ad illum misericordiam deprecabatur, & idcirco dñs tacebat, vt illa paulatim disponeretur ad recipiendam magnam misericordiam, & dona spiritualia, quæ illi Dominus daturus erat. 15
Estote misericordes fratres, & filiabus uestris spiritualia remedia perquirite. Valde enim miserabile est, quod cum illas corporalibus morbis laborantes cernitis, tot remedijs earum ualetudinem curetis, si vero animi morbo laborent, ne minimum quidem remediũ inuestigetis. Res est etiam maximę confusionis, quod nullam aliam curam habeatis, nisi docendi eas, quo crines procreent, faciem fucent, seque perpolitis uestibus exornent, ac demum quomodo saltent, nec non quomodo

do ad feneſtras compareăt, & quib. uerbis elegantes iuuenes alloquantur, poſtea uero nequaquã eas a uanitatibus, & diſſolutionibus cõpeſcere ualetis. Quæ maior infælicitas, quam ꝙ maxima ſolicitudine miſeri parentes angantur, ut filias ſuas perpolitis ueſtibus exornent: non uerò recordentur illas optimis moribus imbuere, & ſpũalis ſalutis uiam erudire? O Deus infinitæ maieſtatis, ꝑ tua clementia huic maximæ deprauationi,
16 quæ circa hoc inter homines uerſatur, ſuccurre. Ego etenim quib. uerbis eã exaggerẽ penitus ignoro. Quo circa hanc rẽ magnoperè uobis cõmendo, hoc eſt, ut maximã diligẽtiã adhibeatis in filijs ueſtris a malis familiaritatib. cõpeſcẽdis. Nulla.n. eſt hominum lingua, quæ ſatis digne ualent explicare dãna, quæ ex illis dimanare ſolẽt. Etſi Dauid uir erat plenus Spũ ſancto, dicebat: De
Pſal. 118 clinate a me maligni, & ſcrutabor mandata Dei mei, ſicuti qui optime notat quantum malorũ ſocietas attentionẽ, conſiderationẽ, ac diuinorom pręceptorũ obſeruantiã impe
Pſal. 100 diret. Vñ dicebat; Oculi mei ad fideles terræ, ut ſedeant mecũ, ambulans in uia imma
17 culata, hic mihi miniſtrabat: ſi ergo uir tam ſanctus, & tã conformis uoluntati Dei malã familiaritatẽ tantoperè uerebatur, ac timebat, ne a mala cõuerſatione deprauaret̃, nec audebat cũ illis, q̃ non eſſent fideles ſerui Dei, & immaculatæ uitæ conuerſari, quid tenerũ uirgultũ facere oportet, qđ minimo quoq frigore, aut calore marceſcit, & comburitur? Hoc ſępenumerò experiẽtia cõperitur ꝙ oliua fructifera redditur ſterilis, & inutilis oleaſter. Hoc aũt contingit cum oliua a caprarũ linguis crebro lambitur. O quoties ẽt re ipſa cernitur, ꝙ homo maxima uirtute pręditus quaſi oliua fructifera in domo Dei deprauetur, eo qđ à capris lambitur; O capræ maledictæ, quot damna hominib. afferris. O larnæ, & inſtrumenta Sathanæ quot
18 fœminas linguis ueſtris oleaſtros redditis, & deniq; omnes, qui alios ad malum inducunt ſunt quaſi capræ, quæ oliuam lambũt. Amplias per omnes.

Rationi conſentaneũ erit fratres chariſſimi, nos aliqd ab hac muliere diſcedere. Et ſi quidem illa cum tanto ſpiritus feruore dicebat: Miſerere mei, &c. Filia mea male a dæmonio uexatur; bonum erit, ut uos ẽt miſerarum animarum ueſtrarum miſeramini, & ad Dominum cum clametis, dicentes ſinguli; Anima mea male a dæmonio uexatur. Ad uertite, unum ex illis, quæ Sathanas diligentiſſime curat, eſſe, ne peccator ad dñm ꝓclamet. Quẽadmodũ lupus qñ in ouẽ inuehitur, non illius pedẽ, aut manũ apprehẽ Simile. dit, ſed ſtatim dẽtes in eius fauces conijcit, ne forte balet, & ſic a canibus aut paſtore adiuuet̃, atq; ab eius dẽtib. abſtrahatur. Sit ẽt diabol⁹ non pedes, aut manus peccatoris alligat, libẽter.n. illũ in tẽplũ ire, & eleemoſynas erogare ꝑmittit, ut hoc contẽtus, & ſecurus ſit, q̃a miſſam audiuit, & quatuor minuta pauperib. erogauit, ſed eius fauces ap- 19 prehẽdit, & ꝑſtringit, ne ad Deũ ꝓclamet, & peccata ſua cõfiteatur. Quinq; dẽtib. illum appræhẽdit, q̃bus ſatis ſecurũ eum tenet. Primus dens eſt pudor, maximus quẽ diabolus in eius corde imprimit, ne turpitudines, ac ſcelera ſua in confeſſione detegat. O q̃ durum eſt (inq̃t,) quod impudicitias meas ego confeſſori reuelem, q̃a nunc eſt quadrageſima, & tempus reſtitutionis, uult ẽt diabolus aliena reſtituere. Et ita cum pudorẽ tibi ſurripuerit, ut diſſolute peccatores: nunc illum tibi reſtituit, ut præ nimio pudore peccata tua non confitearis. O q̃ acutus eſt hic dẽs, quo plurima uirgines, ac fœminas honeſtas apprehenſas tenet, hoc dente apprehen 20 dit monacham, quã in infernũ detruſit, eo qđ peccatum quoddam prę pudore noluerit confiteri. In quodã monaſterio monialium erat duæ moniales, q̃ optimæ religioſæ eſſe credebãtur: quantum una mortua eſt altera uero, q̃ illam maxime diligebat, crebrò pro illa Deũ exorabat. Cũ aũt quadam nocte in tẽplo oraret, audiuit mortuã rẽcitantẽ illud rñſorium. Peccãtem me quotidie, & non me pænitentem, timor mortis cõturbat me; q̃a in inferno nulla eſt redẽptio. Et ſiſtebat, nec amplius cum rñſorio progrediebatur. Quẽ monacha uiua interrogauit, dicẽs: Tu nõ es 21 illa monacha, q̃ ego magnoperè diligebam, & mortua es? qui illa, ſum (inq̃t) quare ergo (dixit uiua) non recitas rñſorium uſque in finẽ, ſed ꝑtermittit illud; Miſerere mei Deus & ſalua me? rñdit autem illi defuncta dicẽs, quia licet beatiſſima uirgo Maria, & oẽs cęleſtes ciues pro me intercederent, nullo unquam tẽpore de me poterit uerificari illud; Miſerere mei Deus, & ſalua me. Nam ſuam condemnata ĩ inferno. Heu (inq̃t uiua) quomodo iſtud fieri potuit, cum tu tam bona religioſa fueris, quæ reſpondit: quia cum ſecularis eſſem turpe quoddam peccatum commiſi, quod præ nimia uerecundia nun-

nunquā cōfeſſa ſum: quapp nullū ex oībus
bonis, quæ feci, mihi ad uitā æternam conſe
quendā aliquid cōduxit. Qd cum ita ſit, ne
amplius ꝑ me exores, omnes enim preces,
quas pro me effuderis uanę erunt. Secundus
dens, quo diabolus peccatorē affigit, eſt ti-
mor pnīę. Dicit enim peccator, ſi ad confeſ-
ſionē acceſſero, pręcipiet mihi confeſſor, ie-
iunare, & præcipiet ne cum tali uiro, aut fœ-
mina cōuerſer, q̄ ego magnopere diligo, ne
quidem ꝑ eius oſtium prætercam, præcipiet
mihi male partas diuitias reſtituere, ſolue-
22 re, quę debeo, mortuorum teſtamenta adim
plere, dimittere ei qui me iniuria affecit, qui
que me inteſtino odio proſequtur, & denique
retractari à falſo teſtimonio, ꝙ cōtra proxi
mū meū dixi. Heu quot hoīes hoc dēte ap-
prehēſos tenet, quod cōcubinarij, luſores, a-
uari murmuratores hoc dente detinenentur
quominus ad ſanctum pnīæ ſacramentum
accedant. Terti s dens eſt ſpes longœuæ
uitæ; licet (dicitis) hoc anno a peccato nō re
cedā, alio anno recedā, nōdum enim finitur
mundus. Sanus, & fortis ſum, ad omnia erit
mihi ſatis tēporis. O quot magnates, & po-
tentes deduxit diabol⁹ in infernum hoc dē-
23 te ſpei lōgæ uitæ apprehenſos. Quartus dēs
eſt timor peccandi iterum. Dicit.n. pecca-
tor. Quorſum cōfeſſurus ſum peccata mea
cū ſim tā imbecillus, & incōſtans, ut ſtatim
in eadē peccata reuerſurus ſim, ut mihi ſæ-
penumero contigit, cum.n. adulteria, furta, &
homicidia, &c. cōfeſſus fuerim, ſtatim in ea
dē peccata reincidi. Promiſi ad uirtutis uiā
me recipiendū eſſe, nunc uerò proteruiorē
uitā duco. Quintus dens eſt maxima ſpes in
gentis mīę domini. Dicis ò peccator; paſſim
uidemus plurimos concubinarios, auaros &
homicidas, qui totam uitā ſuam in ſcelerib.
24 conſumpſerunt, in hora autem mortis cerni
mus eos amplectētes crucifixū mīam depre
cari, & pænitentiā agere. Ita ergo mihi con
tinget, ſicut & illis. O fratres mei nolite ſe-
duci, aduertite quod hoc ſanctiſſimum qua-
drageſimæ tempus eſt, in quo nos oportet
diabolo dentes pugnis confringere.

Contra hos quinq; dentes quinq; etiam
pugnis debetis uti, quæ ſunt quinque conſi-
derationes, q̄bus Sathanæ dentes confrige-
tis. Contra primum dētem qui eſt pudor,
hac ſancta conſideratione muniemini. Con
ſiderate profunde quam confuſionē patie-
tur peccator quando in nouiſſimo iudicij
magno die coram Angelis, & in conſpectu
totius cæleſtis curiæ, & corā uniuerſo mun-
do reuelauerit Deus horrēda peccata eius,
ſicut ꝑ prophetā Nahū cōminatus eſt dicēs, Nahū. 3
reuelabo pudenda tua coram omnibus gen
tibus. Attende ꝙ ſicut dicit B. Auguſtinus, Auguſt.
ſi tegis peccata tua, Deus detegit, ſi detegis
Deus tegit illa pallio gratiæ, & mīæ, ut licet
ab omnib. uidēda ſint, nō tñ ex illis aliqua
tibi reſultet ignominia, imo ſint cauſa ma-
gni honoris, & gloriæ tuę. Ad ſecūdū dētem
cōfringendū reminiſcere terribiliū tormen
torum, q̄bus in ęternū cruciaberis, ſi nō eis
in hac uita peccata tua laboribus, ad pnīa 25
redimere. Vide q̄d dicat B. Lucas ꝙ dæmo- Luc. 4.
nes rogauerunt eum, i. Ieſum ne imperaret
illis, ut in abyſſum irent. O maximā hoīum
miſeriam, ꝙ diaboli, qui tam fortes ſunt qui
que maiores habent uires ad inferni pænas
tolerandas, ipſum tamē abyſſum audientes
cōtremiſcunt, hoīes uero, qui apis morſum
abſq; lachrymis ferre nequeunt, hoc dānum
non ꝑtimeſcunt, & cū iam ꝑꝑ ſua ſcelera in
inferno codēnati ſint, maxima tñ cū trāquil
litate requieſcūt. Minimum pnīæ laborem
perferre times, maximos uero inferni cru-
ciatus tolerare minime perhorreſcis? Vt Eccle. 9
tertiū dētem perfringas recordare quid di- 26
xerit Eccleſiaſtes, neſcit hō finem ſuū, ſed ſi-
cut piſces capiuntur hamo, & ſicut aues la-
queo comprehenduntur, ſic; capiuntur ho-
mines tp̄e malo. Quemadmodum (inquit)
cum piſces maximo cum ſapore eſcas, q̄ ha
mo inhærent, comedunt, piſcator hamū at-
trahit, & illos apprehendit, & ſicut cū aues
magis delectant grana comedentes, auceps Simile.
laqueos, & retia coercet, atque illas capit, &
interficit, ſic cum tu magis uita delectatus
fueris, & minus ſperaueris, te incautū mors
apprehendet. Ad quartum dentem confrin
gendum conſidera, quam inſipiens eſſe qui
eū à certamine plurimis, & maximis uulne-
ribus perceſſus exire, diceret, nolo curari, 27
nec uulnera alligare, cras enim ad certamē
rediturus ſum, et fortaſſe iterum uulnera
denuò mihi infligentur: Cui diceres tu ſtul
te nō defenderis melius ſi curatus, et ſanus
redieris, quā ſi percuſſus, et exanguis certa-
men aggreſſus fueris? Adhuc etiam inſipien
tior eſt profecto, qui eo ꝙ ſe iterum peccatu
rum timet, non uult agere pœnitentiam. Vt Simile.
quintum, & ultimum Sathanæ dentem con
fringas, conſidera quot ſunt hodie in infer-
no eo quod extra modum in miſericordia
Dei ſperātes ex illa fructū percipere nolue-
runt.

runt. Si quis in puteum cecidit, & illi chorda immittuntur, aqua se præcingat, & sic a puteo extrahâtur, ille uerò ne loculos, quo in manibus habet, dimittat, chordæ non ad hæret, nec illa præcingitur, quid illi corda ꝓderit? incidisti tu o peccator in peccati puteum, & Deus inuitat te ad miam, ꝙ est immittere tibi chordam (nam mia, idē est miserorum chorda.) Tu uero ne cōcubinā dimittas, ne ab illicita negotiatione desistas, ne-

Simile.

28 ue odium a corde tuo ejcias, non uis miam Dei apprehendere, nec ex illa fructum percipere, quid ergo Dei clementia tibi proderit? tibi tua culpa submergeris. Solis quippe illis hęc mia ꝓdest, q relictis uitijs ad Deum puro corde conuertunt, & illā sibi ꝓdesse curāt. Percutite ergo fratres charissimi his pugnis diaboli dētes, ut cōfractis illi, uos dimittat, & libere cū hac muliere possitis proclamare, & dicere, domine miserere mei.

Et non respondit ei uerbum. O q̄ta tristitia: & dolor fuit hic miseræ illi, atq; afflictæ mulieri cuius lachrymis cōmoti S. Apostoli dixerunt domine dimitte eā. O q nobis daret his temporibus ad nostrū Christū, ſ regē alios Apostolos similes illis; sic.n. oēs causæ celeriter iudicarentur, & negotia diligenter absolueremur. Non nego plurima nunc ne-

29 gotia, & petitiones absolui, non autem sunt petitiones Chananææ nec pauperem, sed diuitū, & potentum, quæque sunt utilitatis, & affinitatis respectib illustratæ. Ministri nāq; regum, præsidū, ac gubernatorum, nō meritorum q̄dē, aut rationis, sed personarū gradus faciunt: atque alijs farinā, alijs uero donāt furfures. Attēdat igitur unusquisq; sibi & uideat quid faciat? Deus enim hodie hanc pauperē muliere Chananęā exaudiuit, & ei occurrit, etsi, ut illi largiora faceret beneficia, paulisper responsionē distulit. Quapropter uos iudices, & prætores hos pauperes Chananæos audite, qui ad tribunalia uestra sibi filijsque suis remediū petituri, accedunt

30 q que necessitate præmuntur, & expectantes negotiorū absolutionē maiora dispendia faciunt, q̄ ex præcipua re, q̄ tractant, utilitas dimanat (*El eslauon de fino azero,*) paucis ictibus ex silice ignē depromit, sic ministri iustitiæ q sunt uirtute prędıti paucis ictibus depromunt ignē ex silice, qui est princeps, q quidem omnib. ignem habet, [*Mas guardeos Dios de eslauones sin azero.*] qui ad nihil aliud ꝓsūt, nisi ad cōfrigendū silicē. Ita ministri improbi, & sine uirtute ad nihil aliud prosunt, nisi optimam principum indolem, ac propensionem deprauent.

Respōdit dominus, dicēs; Nō sū missus, &c. Quo plures excusationes illi reddebat, eo magis bona mulier inflammabatur: Et hoc audiens accessit ad dnm, & adorans dixit ei. *Domine adiuua me, qui respōdēs, ait, nō est bonū &c.* Aduertite ꝓbitatē optimi Iesu quo Iudæos in absentiat honorat appellans illos filios; cum āt cum eis esset illos acriter reprehendebat, dicēs. Vos ex patre diabolo estis. 31
Sic Deus in præsentia asperrime Iob rephendit, dicens illū male locutū fuisse, & non debuisse loqui de potentia sua. Attēdite autem quid in eius absentia, de illo amicis eius dicit. Nō estis locuti corā me rectum sicut seruus meus Iob. Ite ad seruū meū Iob, & offerte holocaustū pro uobis, Iob aūt seruus meus orabit ꝓ uobis, &c. Vos āt fratres n̄ sic facitis, sed corā ꝓximo uro plurimis illecebris illū alloquimini, qbus eum facitis euanescere, in absentia aūt de illo murmuratis. Dnē. hoc ꝙ huic mulieri dicis uenatoribus dicere debuisses, qui tantā iniustitiā cū uenatione sua cōmittunt. Veruntamen fortasse rñderent, quod quidā uenator cuidam prædicatori respondit dicēs: se recreatione indigere, & doctorū hominum sententias habere, qui se licite uenari posse affirmant. Et quo ad primum libenter concedo. Inhumanum 32
quippe esset arbitrari nullum ꝓrsus hominibus oblectationē esse necessaria, neq; uero uenationem ex se illicitam esse dico; sed licitā canum autē, equorum, & accipitrū numerus moderandos, atq; excessus, & abusio in his omnibus euitanda est. Sacrorum n. depopulationē, missas, & conciones, quas non auditis, opera misericordiæ, quæ ꝓpter horum animalium sustentationem non adimpletis hæc (inquā) omnia nullo unquam tempore uos iustificare poteris: Qd si doctorum hominum sententias adducatis; ego Iesu Christi sententiā refero, qui dicit, Nō est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus. 33

Iob. 32.

Est āt hæc Theologia tam perspicua, ut etiā & mulieres illā intelligant, ut apparet in huius mulieres respōsione, cum dixit: *Etiā Domine.* O utinā Christiani hæc uerba tanti haberent, ut ea in ostijs stabulorum, & in scutis compedum, quos accipitres portant, & in canum torquibus insculperent, ne huius sententiæ obliuiscerentur: quod non est bonum sumere panem filiorū, ad bruta animalia superfluè sustentanda. Atque (ut uera

 loquar)

loquar) nullius insignis uenatori memini in sacra scriptura mentionem fieri, qui non detrusus fuerit in infernum. Nemrod uenator fortis nō est dubium quin sit in inferno. De Esau non dubitatur, qui quia nimis in uenatione fuerit cōmoratus absq; primogenitura, & prima patris sui benedictione remāsit. Heu heu quot absq; cælesti Dei benedictione in æterna maledictione remanebunt, eo ꝙ in uenatione fuerint nimium cōmorati.

34 Adeò hoc uerbum Domini in huius piæ mulieres corde resedit, ut responderit dicens: *Etiam Domine, nam & catelli. &c.* Verum dicis domine Deus meus, sum etiam canis, uerum ut cani ne mihi mensæ tuæ micas deneges. Tunc respondit Iesus: *O mulier magna est fides tua.* Omnes acres responsiones, quas illi hucusque dominus responderat erat ut illa fidem, atque humilitatem suam detegeret, quibus detectis iam nihil amplius sperandum erat. Dominus qui habet robustum, & magnanimum famulum, & eius fortitudinem, uult experiri, mittit eum aliquo, & postea alium se esse simulās exit obuiam illi, atque eum gladio aggreditur: postquam autem alter in alterutrum tres aut quatuor

35 ictus uiriliter immisit, dominus famuli sui fortitudinem experientia comperit, & dicit


Simile. illi, sufficit: ego sum. Nihil aliud conabar ni

Gen. 22 si animi tui magnitudinem experiri. Idcirco tentauit Deus Abraham in sacrificio, & sic dixit illi: nunc cognoui, quod timeas Deum idest nunc fidem, & obedientiam tuam mūdus cognouit: etiam propter hoc coluctatus est cum Iacob, & ideo se tandiu continuit quominus huic mulieri responderet, ut homines eius uirtutes cognoscerent, & qui se Christianos esse gloriantur, tales in infideli muliere diuitias contemplantes pudore confunderentur. Aduertite quas inuentiones, & modos quærit Deus ad seruos suos honorandos. O Domine benedicta sit tua admirabi-

36 lis prouidentia, & sapientia, qua tales rationes inuenire scis, ut nobis beneficias. Desiui te fratres mei amicitiam in terra inuestigare & Dei amicitiam inite, qui suos tanto honore afficit. Discite ex hac muliere perseuerantiam in oratione, & licet aliquando uobis Deus surdescere uideatur, credite illum omnia ad utilitatem uestram facere, ut perseuerantes maiorem gratiam, & postea maiorem gloriam comparetis. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Feria VI. post Dominicam I. in Quadragesima.

Erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam. Ioan. 5.



INnumerabiles sunt res, quæ immensam Dei probitatem manifestant. Vna autem ex illis, quæ eam præcipue declarant, hæc est, nempè, ꝙ ita sui sancti nominis ampletudinem utilitati nostræ coniūctam esse uoluit, ut ꝙ nobis utilius est, illus sibi gloriosius esse duxeri. Quapp alma mater Ecclesia in illo celeberrimo hymno, cuius exordium Angeli decantates composue runt, cum dixerūt, Gloria in excelsis Deo, inter alias Dei laudes sic dicit: gratias agimus propter magnam gloriam tuam. Vellē ego scire quodnā gratitudinis genus hoc sit? Homines etenim ut se gratos præbeant pro acceptis beneficijs gratias solent agere, Dei autem gloriam magnificare, ac sublimare, nō uero pro illa gratias agere consuescunt. Gloria nanque, quam Deus habet, non est beneficium, quod homines receperunt, ut pro eo gratias agant dicentes, gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Quomodo igitur hoc proprio loquendi modo dici potest? dico quod hominibus succurrere, eosq; a morte liberare, atque ad uitam reducere, singularem quandam gloriam Deus esse ducit. Hoc manifestè declarauit per E- Esa. 48.
saiam dicens, propter nomen meum longe faciam furorem meum, & laude mea infrænabo te ne intereas. Propter me, propter me faciam, ut non blasphemer, & gloriam Rom. 3.
meam alteri non dabo. Vbi ueniam concedere gloriam suam appellat. Et Beatus Esa. 30.
Paulus dicit, omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei, idest, omnibus necessaria est uenia, quę quidem gloria Dei est, Et etiam Esaias, propterea expectat dominus, ut misereatur uestri, & idea exaltabitur parcens uobis, idest, cum uobis dimiserit peccata uestra glorificabitur. Et clarius, quam in his locis omnibus hoc dicit dominus per Esaiam, dabo in Sion salutem, & in Hierusalem gloriam meam. O superne Deus ac Esai. 4.
domine maiestatis infinitæ, quænam gloria

fuit, quam Hierosolymæ ostendisti, ubi cō-
sputus, flagellatus, crucifixus, ac demū mor
tuus fuisti. Hæc (ait) est gloria mea, pati, ac
mori, pro hoībus, & ꝙ illis est utilius, hoc
eo honestius mihi, & gloriosius esse duco.
O benedictus sit talis Deus, benedicta talis
pietas & clementia? O beatos illos qui pro
tali amorē dignas gratias referre norūt? om
nia enim quæ in hoc mundo, & Hierosoly-
mis pp nos hoīes, & propter nostrā salutē,
atq. ut nos a peccati, & æternæ mortis iugo
liberaret, operatus est (hæc inquam oīa) glo-
4 riam, & amplitudinem suam appellat. Atq.
cum hæc esset gloria sua, nō cessabat in nos
beneficia conferre, & ad hunc finē ascendit
Hierosolymam, ut dicit S. Euangelium, ꝙ,
*Erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus
Hierosolymam*. Ac postquā in tēplo æternū
Patrem suum orauit, perrexit uisurus infir-
mos, qui iuxta illam piscinam in circuitu
erant. In quo nos docuit, in diebus festis, at-
que etiam in omni tempore postquā, Deū
in tēplo, & in oratione laudauerimus, quo-
ad poterimus in proximorum nostrorū, qui
afflicti sunt, remedio, & cōsolatione nós o-
portere occupari? Ideo præcepit Deus ut in
propitiatorio duo Cherubim cum hac dis-
5 positionē essent. Expandentes alas, & ope-
Exo.26. rientes oraculū, respiciantq; se mutuo versis
vultibus in propiciatorium. In quo signifi-
cabat, ꝙ et si homines nimis extēsas habeāt
alas ad volandum in contemplatione, atq.
spiritualibus exercitationib. non ideo opor
tet eos a proximis suis faciē remouere, sed
quod debent facere, atque oportet fieri uer-
sis vultibus, in propiciatoriū, i. oīa pp unū
Deum vtrunque debēt fieri. Vnū. n. ex illis,
q̄ præcipue ex oratione, & missa elicere de-
bemus est mīa, & charitas erga ꝑximos. O
si ad hoc attēderemus, quam plenæ essent
domus pauperum, & carceres hoībus in die-
6 bus festis, q vinctos afflictos, & infirmos cō
solaretur, eorū necessitatib. subuenire. Ve
rum nimis miserabile est ꝙ plurimi hoīes
totius charitatis immemores die festo ma-
ne in tēplū ad audiendam missam celeriter
properant, ut se a diuinis rebus expediant,
& sic totus dies ad ludendum, deambulan-
dum, ad amicos uisendos, atque ad plurima
flagitiorum genera perpetranda liber, & ex-
peditus superest. O maximā christianorum
confusionem, quod in die festo Deo dicato
plerunque illum magis, quā in aliis diebus
offendunt? Idcirco perpendit Origenes su-
per Ioannem in hoc loco, quod nō dixit hic Orig. su
S. Euāgelista ꝙ erat dies festus Dei, sed dies per. I. a.
festus Iudæorum. Dic. n. festus, quem totū c.5.
in vestris uoluptatibus, Dei & proximorū
immemores, & in executione vestrorū tur-
pium appetituum consumitis, vester potiꝰ,
quā Dei dies festus appellandus est. Dies. n.
festus Dei est, ut uos occupetis ꝑcipuē i cō-
formando vos diuinæ Maiestati, & benefa-
ciendo proximis uestris. Idcirco per prophe
tam Amos dixit Deus: Odiui & proieci fe-
stiuitates uestras, & non capiam odorem ex
tuum vestrorum. Quod si obtuleritis mihi 7
holocaustomata, & munera uestra non su-
suscipiam. Et rationē reddens quare illa non
esset suscepturus, dicit? Et portastis taberna
culum Moloch Deo uestro, & imaginē ido
lorum uestrorum. Et portastis, i. quia porta
stis. Perpendite diligenter quō dicit, festiui-
tates vestras, & non festiuitates meas, quia
licet (inquit) in illis aliqua mihi sacrificia of
feratis, simul dijs, & idolis uestris sacrificiū
offertis, quocirca sacrificia, quæ mihi of-
fertis nolo suscipere. O filii huius seculi, at-
tendite quid uobis hic dicit dominus, quid
tibi prodest o infælix peccator, ꝙ accedas in
die festo ad audiēdam missam, & rosarium
recites, si postea ad idola, turpitudine, ludos,
gulam, & alia scelera adoranda properas? ti- 8
bi serua rosaria tua, missus, ac festiuitates
tuas, has enim festiuitates non uult domi- Exo.20.
nus suas, sed tuas appellari. Qn̄ ꝑcepit ut fe-
stum obseruaretur, dixit: Memento ut diem
Sabbathi sanctifices, sex diebus operaberis,
& facies omnia opera tua. Septimo autē die
Sabbathum domini Dei tui est. Pensate fra-
tres hæc duo: alterum, ꝙ præcepit diē festū
sanctificari, alterum uero præcepit illos me-
minisse diem festum domini esse, non autē
eorum, uos autem magis hunc diem, quam
alios uultis uiolare, & uultis illum magis ue-
strum, quā Dei esse. Siquidem in eo uestros
effrænatos appetitus, non autem diuinam 9
eius uoluntatem exequimini.

Iuxta illam piscinam ad quam accessit
dominus plurimi infirmi cōmorabantur,
qui in illa se salutem precepturos sperabant.
*Angelus enim Domini secundum tempus de-
scendebat in piscinam*. Nullum erat tēpꝰ cō-
stitutum ad Angelum descendendum, nisi
qn̄ Deus uolebat. Non uult. n. Deus nos sci
re quando a laboribus simus exituri, ut ma
ioris meriti nobis præbeat occasionem. Nā
si scirem me post biduum, aut triduum ab
hac

h oc necessitate esse exiturum, non possem
plus, quam illud Deo offerre: nesciens autē
quando Deus mea bella auferet, licèt reali-
ter cras auferendus sim, occasionem habeo
offerendi Deo toleantium illius laboris per
totum vitæ meæ tps, totum. n. vitæ meæ tps
cogitare possum necessitatem hanc durare
posse: atq. hanc voluntatem, ꝙ bonū propo
situm mihi dn̄s ad meritum reputabit, licèt
labor cras finiretur. Vt cognoscatis fratres
quātum hunc optimum Deum glorificare
10 debeamus, qui modos, & inuentiones inue
stigat, ut occasionē habeamus, quo aliquo
modo mereri possimus, ac si labores illos
perpessi fuerimus. Huius rei mirificū quod-
dam habemus exemplum. Postq̄ Deus præ-
cepit Noë vt cum familia sua sese in arcam
includeret, dicit sacratus Textus: Inclusit
eum dn̄s de foris, i. quod clausit Deus ostiū
arcæ foris, & claues secum detulit. Quid do-
mine nonne melius esset vt Noë arcā intus
clauderet, & ipsemet claues haberet, vt in tā
ta afflictione constitutus ostiū reserare pos-
set, & portum tenere, qn̄ illum inueniret, uel
saltem ne magis affligeretur uidēs se ita in-
11 clusum? Non conuenit, nisi ut Deus claues
deserat, & per easdem manus, per quas inclu
sus fuit, & in tot labores immissus, aufera-
tur, non autem secundum suum liberum ar-
bitrium, sed qn̄ Deo melius visum fuerit.

Et qui prius descendebat, &c. Quare dn̄e
hic primū descendentem sanabas, qn̄ autem
operarios in vineam tuā misisti, nouissimis
prius mercedem reddidisti? illic enim (ait
dominus) liberalitatem meam ostendi, &
erat res mea: hic autē hoīs negotium est me
quærere, atq. vt me diligentes quærat, & in-
ueniens me, veram salutem inueniat, uolo
vt qui primus accesserit, sanus fiat. Ad res,
12 quæ ad nostram spiritualem salutem spe-
ctant, oportet nos currere, si alter nobis
gloriam ablaturus esset, & nos defraudati re
mansuri essemus, cū optatū finē nō cōseque-
remur. Hoc optime sentiebat B. Paulus, cū
diceret: Bonum est mihi magis mori: quam
vt gloriā meam quis euacuet. Mallē (inquit)
mortem perpeti, quā manere absq. premio,
quod ex Euangelij prædicatione me conse-
quuturum spero. Miles, qui non habet æmu
lum, qui cū cōpetat, animi sui magnitudi
nem non ostendit, quum autem habet æ-
mulatorem, tunc fortitudinem suam, &
inuicti animi robur manifestat. Videns. n.
alium, eo quod optimus miles fuerit, sesq.

præstantissimum præbuerit, de milite, mili-
tū tributū factum fuisse, de tribuno vexilli-
ferū, de vexillifero ducem, de duce magistrū
militiæ, & denique magistro militiæ totius
exercitus generalem ducem perfectū fuisse,
fulcitur, & primus esse curat, qui illis præ-
mijs afficiatur. Præcipiebat Deus, vt manna
summo mane, ante solis ortum colligeret,
sole. n. liquefiebat, mirabilis res. Nam ut ti-
bi idem apparet igne condiebatur, & igne
non liquefiebat, sole verò liquefiebat. Totū
equidem hoc fuit modus, quo Deus usus
est, ut illos excitaret ad surgendum dilucu- 13
lo, ut illud colligerent. Significans in hoc
sedulam diligentiam, quam ad cœlestia do-
na recipienda vult adhiberi, & eos, qui ipsa
consecuturi sūt, summo mane surgere opor
tere. Quid ad hoc dicent pigri, qui totam ui
tam obtusam degunt omnia in crastinū diē
delinquentes, ac si uita & temporum præsi-
dentia in uoluntatis suæ dispositione sita
esset? Aduerte o hō negligens quid tibi Spi-
ritus sanctus consulat, dicens. Non tardes
conuerti ad dominum, & ne differas de die
in diem: subito. n. ueniet ira illius, & in tpe
vindictæ disperdet te. Non est hæc res, quam
de die in diem differri oporteat: sed cogita 14
hodie finiendos esse dies tuos. Ad faciendū
illa quæ tibi per magni interest fieri, princi-
pium diei soles assumere, & dicis: Fiat hoc
hodie, quod valde necessarium est: illud ve-
ro in crastinum differatur, parui. n. refert, li-
cet non fiat. Fratres mei in solis rebus quæ
ad afarum vestrarum salutem spectant, tpa
commutatis. Nullus dies uobis illucescit, cu
ius initium a secularibus exercitationibus
non sumatis: res vero spirituales, & quæ ad
animam pertinent de die in diem differtis,
tanquā res, quas tractari parui refert, & tri-
stem animam compereadinatis. O infœlix
anima quoties decepta es, & quoties tibi fi- 15
des uiolatur, nec verbum, quod tibi promit-
titur adimpletur? Si hoīes diuitijs certum
diem statuunt, & illis fidem suam astringūt,
absque dubio promissis stare consuescunt.
Quæ autem animæ promittunt, nolunt ad-
implere, quia parui illam æstimant. Hæc
autem his non rata esse solet. In Iosue sic le
gitur de Raab. Dimittensque eos ut perge-
rent, appendit funiculum coccineum in fe-
nestra. Vt primum prudentissima illa mu-
lier cum exploratoribus constituit, ut si-
gnum ad custodiendam domum suam ap-
ponere, statim funiculum illum, qđ erat si-
gnum

gnum absq; mora apposuit, nec in crastinũ diem distulit. Sub dubio uoluit se præparare, ac si diceret; (*Porsi, o por no este hecho.*) Aduerte ergo o miser peccator uitæ tuæ finem aliquã imponendum esse, nec scis, utrum hodie, aut cras hoc faciendum sit, quare ergo ita negligenté te præbes? Perpendit B. Chrysost. factum illud Eunuchi Reginæ Candacis de quo dicitur, quod simul, ut per Philippũ
16 edoctus, & illuminatus fuit diligentiam ma
Act. 8. ximam adhibuit in executione baptismi, & cum primum in uia aquam inuenit, dixit: Ecce aqua, quis prohibet me baptizari? Sic oportet uos facere fratres charissimi in re tam necessaria, sicut est a peccato exire, & Dei gratiam impetrare. Attendite quo ferPsal. 119. uore dicebat Dauid: Adhæsit pauiméto aïa mea, uiuifica me secundum uerbum tuum: anima mea luto infit, uelociter succurre mihi siquidem id verè, & ex aïo ad te cõuersis promisisti. Quid uult dicere, adhæsit pauiméto anima mea: nõ bene intelligetur hoc
Simile. nisi per quandam similitudinem. Cõsiderate stagnum aqua, & piscibus plenum, quod dum est ita plenum aqua, tanta cum celeritate, & gaudio in eo pisces innatant, & huc
17 atque illuc cursitant, ut uelocitate sua maximam aspicientibus afferant uoluptatem. Si quis autem stagni foramen aperiat, tota aqua effunditur, & pisces in sicco manent, & sic uidebitis eos in cœno uolutantes ac apertis oribus iam ferè magno cum agone morientes, palpitantes, atque in tãtas angustias redactos, ut uisu sint miserabiles. Et nisi foramen iterum claudatur, & stagnum aqua repleatur, absque dubio citò omnes morientur. Dicite, quæso, si hi pisces locutionis, & rationis essent participes, qua animi contẽtione ad Dominum suum proclamarent, & illum instantissimè rogarent, ut stagni foramen celerrimè clauderet, illudque diligen-
18 tissimè aqua repleri imperaret? O utinam ex hoc intelligatis fratres charissimi, quàm necessarium vobis sit animarum uestrarum conuersionem summa cum diligẽtia negotiari. Cõtemplamini conscientiam plenam gratiæ, esse quasi stagnũ aquæ plenum, ubi anima quasi piscis balneatur, & innatat. O utinam Deus uos doceret quanta sit uoluptas, & gaudium animæ, quæ in suæ bonæ conscientiæ stagno innatat, & quanta cum suauitate de sancta in sanctam consideratione cursitet. Si autem accidit, ut stagni foramen aperiatur hoc est, ut mortale peccatum committat, illac tota Dei gratia effunditur, & anima in profundo cõscientiæ suæ culpa obscœna cum agone, & amaritudine, ac conscientiæ morsibus cruciata remanet exhalans, quasi piscis, qui in siccum deuenit. O quot amaritudines, & tribulationes sunt animæ in peccato commoranti? Nunc intelligentur obscura uerba prophetæ dicentis; Adhæsit pauimẽto anima mea. Et siquidem anima in siccum deuenit, & est 19
capax rationis, & consilij, ac suspirare potest, & calamitati suæ remedium postulare, uidete quam merito debet Deum rogitare, ut sibi subueniat, & peccati foramen claudat, & pro sua diuina clementia iterum repleat stagnum conscientiæ a qua gratiæ dicens. Viuifica me secundum uerbum tuum. Nam etsi anima est immortalis, moritur tamen in ea esse gratuitum, quod habet, et sic oportet illud a diuina maiestate instantissimè postulare.

Sequitur in textu. *Erat autem quidam homo ibi triginta, & octo annos habens in infirmitate sua.* Quæ noua loquendi ratio 20
est hæc, qua sanctus Euangelista utitur. Annos enim non habemus, nam ex tempore nihil aliud habemus, quàm; nunc, & præsens instans. Quis autem dubitat quin optime dictum fuerit, quod Spiritus sanctus dixit? Voluit autem in hoc significare hunc hominem eo quod patientiam habuisset, infirmitatis suæ annos non amisisse, sed omnes illos conseruatos habere, & omnes esse suos, quandoquidem eos per patientiam, in spiritualem utilitatem suam conuertit. Ita dicit Dauid de iustis; Dies pleni inuenientur in eis. (Inquit) inuenientur omnes dies Psal. 72.
eorum, nullum enim ex illis perdiderunt, inuenientur autem non uacui, sed meriti pleni. In malis non reperientur dies, aut anni eorum omnes enim illos prætermiserunt, & perdiderunt. Et si hanc peculiaritatem in sacra scriptura reperieris, quod loquens 21
de uiris sanctis magnam habet curam annumerandi annos, quos uixerunt, dicens; Vixit Mathusalem tot annos, & mortuus est. Vixit Noe tot annos, & mortuus est. Et ita de Abraham, Isaac, & Iacob, & cæteris uiris sanctis, anni autem, quos mali uixerunt, minime in sacra scriptura memorantur. Referunt quidem sacræ literæ mortem Cain, quam Lamech uxoribus suis narrauit, & mortem Ismaelis, Esau, & Absalon, nullius autem horum annos referunt. In hoc

hoc uoluit significare Spirit' sanctus idem
1. Ti. 5. quod dixit B. Paulus: Vidua, quæ in delicijs
est, viuens mortua est. Boni uiuunt, & habēt
dies & annos suos plenos bonis operibus, ne
vnam quidem horam uacuam habent, & iō
eorum anni numerantur: mali vero viuen-
tes mortui sunt, acsi non uiuerent, & ideo
eorum anni non dinumerātur. De Saule dr
1. Re. 6. in primo Regum, quod regnauit Saul duo-
Act. 13. bus annis. Et in Act. dicitur, quod regnauit
22 quadraginta annis. Quia uerò in illis qua-
draginta annis solos duos annos fuit bon'
Rex, seruus Dei, iō triginta octo prætermit
tunt, & duo tātummodo referuntur. Ne ma
gni æstimes frater multos annos, quos fui-
sti matrimonio alligatus, aut rex, aut cleri-
cus, aut monachus, sed eos solos æstima in
quibus munere tuo bene functus es, quosq;
in Dei ministerio cōsumpsisti, cæteri.n.oēs
abierunt, & perditi sunt, pp quos nisi pœni-
tentiam egeris, etiam, & reliqui amittētur.
Psal. 72. Hac de causa in ipso Psalmo loquens Pro-
pheta de improbis, dicit: In labore hominū
Sap. 5. non sunt. Et Sapiēs de ipsis improbis dicit:
Lassati sumus in via iniquitatis, ambulaui-
23 mus uias difficiles. Quare ergo dicit hic Da
uid malos laboribus carere? Nunquid non
est labor, quem patitur auarus sine ulla tran
quillitate diuitias acquirens? & nō est labor
maximus, quem suffert ambitiosus, vt quod
expetit, consequatur? quem autem laborem
patitur homo libidinosus, ut fœminam adi-
piscatur? Hos igitur sancte Propheta nō ap-
pellas labores? Dico labores esse: verum non
hominum quidem, sed brutorum animan-
tium sunt labores. Labor, qui ad peccandū,
ad furandum, & ad iniurias ulciscendas tole
ratur, est labor brutorum, non autem homi
num. Proprium est iumenti alijs laborare.
Simile. Incipit agricola cum iumento suo a mane,
usque ad noctē laborare, & illud lignis one-
24 ratum huc, atque illuc per uias deducit: in
nocte autem iumentum sine utilitate lassa-
tum manet, & agricola nummos suos de-
fert. Sic tu tota die commoraris cogitando
iniuriam, quæ tibi illata est, incipis te curis,
furoribus, atque armis onerare, & ita onera
tus pergis, atque illum, qui tibi iniuriam in-
tulit, percutis. Et hinc prouenit, ut patriam
tuam relinquas, & a domo, uxore, liberis, ac
tranquillitate recedas. Hoc quidem onus,
est iumenti laborātis, & nullum commodū
deferentis. Tu uero diues, qui tātopere labo
ras, oēm quęstum Dominus tuus defert, qui
est mundus, qui te quasi iumentum onera-
uit. Tu (inquā) p̄ nimio pondere uulneratus
oī tuo labore perdito in infernū detruderis.

Sequitur in textu. *Hunc ergo cum vidisset Iesus, &c.* O benedictam patiētiam, quę ocu
los Dei inuitat, ut eam habētem intueatur,
quasi id, quod sibi grauissimum est? Patien-
tia, qua hic miser homo in infirmitate sua
usus est, Dn̄m commouit, ut in illum ocu-
los conijceret, eique occurreret. Tam excel- 25
lens est uirtus patientia, ut ex ea aliarum vir
tutum qualitas, & perfectio perspiciatur, &
cognoscatur utrum tam perfectæ in homi-
nes sint ut esse oportet. Et sic quanquam S.
Iob (ut in sacra Scriptura apparet) ante tri-
bulationem suam plurimis, ac maximis uir
tutib. splendebat, eas tamen omnes Satha-
nas calumniabatur, dicens. Nunquid Iob Iob 1.
frustra timet Deū? nonne tu uallasti eū, &c.
Eo quod eius uirtutes nondum fuerant tri
bulationis igne examinatæ, occasionem ha
bebat diabolus calumniandi, & improban-
di eas, ꝙ defectum haberent. Postquam aūt
vir sanct' tribulatione acerrimè percussus,
in eadem tamen innocentia perseuerauit, tā
exacta, & perspecta eius virtus mansit, ut ne
Magister quidem calumniarum aliquid in- 26
uenerit, quod posset improbare. Adeo exa-
minatum atq; omnis suspicionis immunē
hominem iustum patiētia relinquit. Quod
intelligens S. Dauid, dicebat. Proba me Do Ps. 138.
mine, & scito cor meum. Hoc est igne tribu
lationis sicut examinatur aurum in forna-
ce, ut in hoc cognoscam, an uia iniquitatis
in me sit. O quis in tantum perfectionis gra
dum perueniret, sicut peruenit Dauid, qui
optabat, ut uirtutes suę examinarentur, quo
in tribulatione patientiam suam manifesta
ret. Interrogauit aūt Dn̄s hūc miserum ho-
minem, dicens: *Vis sanus fieri? Respondit ei. Domine, hominem non habeo.* Obstupendum
est, q̄ parum charitatis illi haberēt, ꝙ ex tot 27
hominib. qui illuc ueniebant, & ex tot sacer
dotib. qui ea, quæ in templo offerenda erāt,
abluebant, nullus fuerit, qui in illum mise-
rum infirmum oculos conijceret, eiq; in il-
la necessitate succurreret. Admirabilis autē
est solicitudo, quam habebat B. Paulus non 1. Cor. 16
solum in prædicando, sed etiam in eleemo-
synis ad pauperes procurandis. Et ita dicit:
De collectis autem, quæ fiunt in sanctos,
sicut ordinaui ī Ecclesijs Galatiæ, ita & uos
facite per uiam Sabbathi. Vnusquisque ue-
strum apud se reponat, recondens quod ei
bene

bene placuerit, ut non cum uenero, tunc collectæ fiant. In oĩbus Ecclesijs uolebat S. Apostolus omnes Ecclesiasticos hanc pijssimam curam habere. Et Iesus Christus Redeptor noster uoluit tot sacerdotes in sua sancta Ecclesia esse, non solum ut canerent,
28 sed ut essent pauperum patres, & protectores. Iucundior enim Deo est charitas, quam cantus, & organa, licet sint sancta & bona. Quocirca hoc oportet fieri, & illud non omitti. Caueant autem ne sint sicut illi, de quibus dicit Amos: Sicut Dauid putauerũt
Amos. 6 habere uasa cantici, bibentes uinũ in phialis, & nihil patiebantur super contritione Ioseph. Ne arbitremini patres mei solis musicis, & canticis diabolum expellendum esse sicut Dauid illum cithara sua expellebat. Diaboli enim magis timent charitatem Dauidis, quam eius cantus ardentissima charitas, quã ueteres olim presbyteri præditi erant in pauperes, in claudos, & infirmos, occasioni fuit antiquis Christianis quo tot hæreditates, & redditus sanctæ Ec-
29 clesiæ relinquerent: sibi enim persuaserunt, illos acceptis rebus sibi necessarijs ex residuis pauperes, & infirmos alituros esse. Compatimini ergo patres mei super contritione Ioseph. Beatus Augustinus super hæc
August. uerba dicit, nomine Ioseph quemlibet pauperem derelictũ intelligi, sicut erat Ioseph in carcere illo in terra aliena. Compatimini ergo super contritione infirmi, & carcere uincti. Hæc autem uirtus misericordiæ, in omnibus Christianis splendeat, sed longe maxime in uiris Ecclesiasticis (sicut oportet) illucescat, siquidem eorum uita cæteri omnibus debet esse totius pietatis, & uirtutis exemplum.

Hominem non habeo. (dicebat ille:) Non
30 piscinæ quidem, sed hominis inopiæ defectum tribuebat. O incommutabilis Deus, quot homines animi morbo hodie laborant eo, ꝙ hominem non habeant, qui eos adiuuet, & doceat sicut necesse est. O patres Ecclesiastici, q Ecclesijs pfecti estis, & quibus animarum cura incumbit, ne illarum solicitudinem deponatis confidentes capellano, quem illis uestro nomine constituistis, eisq; omnem laborem relinquentes, attendite plurimas esse spirituales necessitates. Sunt in hac urbe mille uiri ecclesiasticis annumeratis clericis, & religiosis, & uix inter eos reperitis, cui peccata uestra confiteamini, nescitis enim in quem oculos conijciatis, aut cui scelera uestra reueletis, & maxime dubitatis ac uacillatis, dicentes. Si audebo peccata mea illi, aut illi reuelare, & nescitis, ad quem confugiatis, atque ita quando ad confessionem accedere debetis, uidetur cor uestrum coarctari. Vos 31
autẽ habetis in uno oppido clericum vnũ decem annos, qui fere quotidie cum incolis rixatur, & fortasse quando agricola ad confessionem accedit, non audet peccata sua reuelare, qa clericus est inimicus suus. O quam optimum, esset, ut hæc quadragesima deferretis. Illuc duos, aut tres sacerdotes, ut confessiones audirent, & uos etiam illos uisitaretis, & consolaremini, & cum eis partem aliquam redituum uestrorum in eleemosynis consumeretis. Non etenim omnia in malorum tegumentis, & superfluis fastis oportet cõsumi. O gloriose Paule benedicta sit maiestas illius, qui te tam supernè illuminauit, & charitatis igne inflammauit, ut tantopere proximos tuos diligeres, & præter corporale illorum remedium, de quo iam diximus, tam solicite ipsorum spiritualem salutem curares. Notate patres mei, quid gloriosus hic Apostolus in hac re de se ipso dicat. Vbi postquam narra- 32
uerat quomodo fuerat in laboribus pluri- 2.Co.12
mis, in carceribus, in plagis supra modum, ter uirgis cæsus sum (inquit) semel lapidatus sumus, ter naufragium feci, &c. periculis ex gentibus, &c. In labore, & ærumna, in uigilijs multis, in fame & siti, in ieiunijs multis. In frigore, & nuditate, & de omnibus his dicit. Præter illa quæ extrinsecus sunt. Præter hos labores (ait) qui sunt extrinseci, & quasi nihil me tangunt, si comparentur cum ijs, quos in corde meo habeo, s. instantia mea quotidiana solicitudo omnium ecclesiarum. O diuina verba? ò diuinam exaggerationẽ? ò diuinũ zelum? ò diuinũ ardorem amoris in proximos? Hoc est (inquit) quod cruciat cor meum, nempe, cura, & solicitudo non unius quidem, aut uiginti, sed om- 33
nium ecclesiarum orbis. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror? Sic oportet fieri patres mei, non uero qua negligentia animarum salus in hic miserrimis temporibus curatur. Nunquid non sunt hæ animæ, pro quibus Iesus Christus mortuus est? Nunquid uos illarum curam non suscepistis? Nunquid ignoratis uos illarum rationem reddituros esse? Quare igitur illas pauperi, & inducto clerico,

rico,

rico, quem illic constituistis, committitis? Non solum autem Prælatos, & Ecclesiasticos uiros, sed & nos etiam inuicem alijs oportet fauere, & proximorum nostrorum curam gerere. Idcircò dicitur de iustis, Ful-
Sapi. 3. gebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent: Arundines profectò uacuæ, & leues, sunt peccatores: iusti autem scintillæ, ut eos in diuino amore inflāment.
34 Et ita in Iob, ubi nos legimus. Hō nascitur
Ioel. 5. ad laborem, Paraphrasis Chaldaica sic habet: finis hominis quasi scintilla. Homo natus est, nō ut quiesceret, sed ut quasi scintilla alios comburat, & proximos in bono accendat. Atq; ubi hoc deest securè diabolus negotia sua conficit: Gigas ille Goliath Hebræos ad pugnam prouocabat, dicens. Eli-
1. Reg. 17. gite uobis uirum, & descendat ad singulare certamen. Singulos illos, non autem binos prouocabat. Hoc desiderat etiam diabolus vt vos singulos inueniat, sine amico, aut proximo, qui vobis virtutem cōsulat, quiq; salutem uestram curet. Cognoscet.n. ꝙ frater, q adiuuatur à fratre quasi ciuitas firma,
Pro. 18. & iudicia quasi uectes urbium. Iudicia, & consilia duorum quando cum charitate tractantur, erunt (inquit) quasi fortissimæ seræ portarum vrbis.

Dicit clemētissimus Dñs huic pauperculo, siquidem hoīem non habes, ego ero hō
35 tuus, & adiutor. *Surge, tolle grabatum tuum & ambula Et statim sanus factus est homo*. O mirificam & admirabilem potentiam optimi Iesu, quam uelociter, & in uno instanti uno uerbo suo, tanquam verus Deus salutem claudis, & infirmis conferebat, & ad uitam mortuos reuocabat? Eia peccatores confugite ad hūc diuinum medicum, attendite quomodo uos ad salutem inuitat dicens unicuique uestrum, vis sanum fieri? Qualis est infirmus, qui salutem non expetet? Qualis uinctus, qui libertatem non desideret? Qualis nudus, qui uestem non cupiat? Qualis denique famelicus, qui cibos non expetat? O infœlix anima, tu sola salutem negligis. O Deus immortalis quid hic efficio? aut quid verbis meis conficio, siquidem hæ animæ, quas redemisti ad te non accedunt? Per infinitam miseri-
36 cordiam tuam te deprecor Domine, ut earum corda uelis mollire ut ad te uere conuersæ gratiam tuam recipiant, & posteà cœlesti gloria perfruantur. Ad quam nos perducat. Amen.

Sabbatho post Dominicam I. In quadragesima.

Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobū, & Ioannem fratrē eius, & duxit illes in montē excelsum seorsum, & trāsfiguratus est ante eos. Mat. 17.



1 Dicatur litera usq; ibi, & resplen-
duit facies eius sicut Sol. In Apocalypsi dicit, ꝙ uenit Angelus & dixit B. Ioanni. Veni, ostendam tibi sponsam uxorem Agni, & sustulit me in spiritum montem magnum, & altum, & ostendit mihi ciuitatem sanctā Hierusalem descēdentem de cælo à Deo habentem claritatem Dei. Postquam demonstrati sunt huic S. Apostolo labores, quos iusti in hac uita toleraturi erant, ne illis deterreret̃ elatus est in illū montē excelsum, ut ciuitatem illam sanctā susciperet, in qua Deus eos, qui in hoc sæculo afflicti, & tribulati fuerant, honoraturus erat. Idem facit hodie Christus redēptor noster suis S. Apostolis, & in illis, oībus nobis. Dixerat.n. illis paulo 2 Apo. 21
antea illos oportere pp eū labores perpeti & non solum illos, sed oēs, qui eum sequi uellent, & statim ne deficerent uoluit illis ostensionē facere præmiorū, quę pp illos la- Esa. 6.
bores recepturi erāt. Hic est mos Dei. Quia sanctus propheta Esaias plurimos labores toleraturus erat: peculiarem quēdam fauorem, & subsidiū illi Deus mittit, quo illos facilius pateretur: illud. s. quod ipse dicit. Vidit Dñm sedentem super solium excelsum, & eleuatum. Et Seraphim clamabant alter ad alterū, & dicebant, sanctus, &c. Plena est oīs terra gloria eius. Macerabat se S. Daniel ieiunijs, & planctu, ut ipse dicit. In diebus illis lugebā ego Daniel triū hebdo- Dan. 10
madarum diebus, panem desiderabilem nō comedi, & caro, & uinum non introierunt in os meum. Et ne deficeret, & exanimare- 3
tur, misit illi Dñs maximum refrigerium qđ fuit. Et ecce uir unus uestitus lineis, & renes eius accincti auro obryzo. Misit ad illum Dñs Angelum pretiosis uestibus indutum, & cingulo aureo succinctum, vt videns quō Dñs seruos suos tractaret, in eius serui-
tio fulciretur. Sancto Abrahæ pcepit Deus Gen. 15
ut eleuaret oculos in cęlum dicēs. Inspice cœlum, & numera stellas si potes. Hoc aut
fecit.

fecit, ut uideret quo præmio afficiẽdus esset pro peregrinationibus suis. Vt Sathanas homines superet, medium, quod assumit est ostẽdere eis flores, & gloriam mundi vt apparet in Matthęo. Cum arbitrans Christũ Re- Mat. 4.
4 demptorẽ nostrũ purum hoĩem esse, siquidem se ex una in aliã partem deferri permiserat: oñdit ei oĩa regna mundi, & gloriam eorũ, & dixit ei: Hęc oĩa tibi dabo si cadens adoraueris me. Ne igitur diabolus nos post seculari gloria attrahat, nobis hodie ante oculos proponit supernus filius Dei gloriã suã, ut illius amore capti oẽs seculares honores & glorias despiciamus. Et resplenduit facies eius sicut Sol. S. Paulus agens de futura beatitudine, sic dicit: Vmbram.n. habens lex futurorũ bonorũ: non ipsum imaginem rerum, nunquã potest accedentes perfectos facere. He. 10. Quibus uerbis significat in ueteri testõ demonstratam fuisse cælestem beatitudinem in umbra: in lege aũt gratiæ, nõ umbram quidem, sed illius imaginẽ ostendi. Multũ interest inter imaginẽ, & umbram.
5 Vmbra quippe nimis confuse illud oñdit, cuius est umbra: non assignat peculiares quasq; perfectiones aut defectus, ut apparet in umbra hoĩs, quæ non ostendit distinctè ubi nã sit vultus, oculi, dentes, &c. Imago aũt si est uera imago singula quæque distinctè manifestat: illic apparet uultus physionomia, oculorũ pulchritudo, dentiũ candor; præcipue si imago sit uiua; qualis fuit Angelus ille, quem vidit B. Ioãnes qui erat uiua imago Christi Redemptoris nostri, vt illic dicit. Apoc. 1. Vidit similem filio hoĩs inter illa aurea candelabra uestitũ podere, & præcinctũ ad mammillas zona aurea: lex ergo uetus non habebat gloriæ imaginẽ, sed umbram tm̃: non.n. in ea tam distinctè ostendebantur qualia sint illa futura bona. Lex
6 aũt gratiæ imaginem habet gloriæ. Vis videre o aĩa Christiana uiuã nostræ beatitudinis imaginem? Ascẽde montẽ Thabor, & aspice Iesum Christum trãsfiguratũ, & gloriosum, hæc etenim est uiua gloriæ nostræ imago. O fratres charissimi quantopere ad oẽ uirtutis genus excitaremur, si perspicacibus oculis, & attenta animi cõtemplatione diuina hanc imaginẽ uellemus aspicere? Non admiror ego Ægyptiũ, qui uaccã pro Deo adorabat, cũ eam semper humi herbã carpentẽ uideret, nunquã oculos in cælum eleuasse nec mirũ mihi uidetur eos, q. talpas adorabant, & uespertiliones, tanquam Deos

uenerabantur, cęcos semper ineffabile, sicut Deos suos terrã fodientes, acquirentes, & comedentes ipsam: Quid autem, cum talẽ Deũ habeamus, qui ita splendet quiq; talem glorię, quam nobis daturus est, in mundum nobis imaginẽ misit, tam obscæni tñ terrestres, ac cæci incedamus: hoc in maxima 7
admirationẽ, & stuporem eũ rapit qui tantã infœlicitatem, & amentia uult profunde considerare. Ne post mundũ abeas cælestis tibi gratia ostenditur. Si.n. post illũ abieris eius res te ita inficient, & coinquinabunt, ut ineptus maneas ad cælestẽ illũ splendorẽ recipiendum. Apo. 17. In Apocalypsi dicit B. Ioãnes se uidisse mulierem quandam, & mulier (inquit) illa circundata purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, & in fronte eius nomen scriptũ, Babylon magna mater fornicationum, & abominationũ terræ. O rem mysteriosam? Vult dicere hoc fratres mei gloriã mundi, perpolitas uestes, diuitias, & abũdantiam matrem, & originẽ esse oĩum turpitudinum, & abominationũ, quæ in terra cõmittuntur, 11
quibus Dñs magnopere offenditur. Naaman 4. Re. 5
Syrus plurimã habębat uestes, quas permutaret, & quibus se mutuo indueret, sed ple- 8
nus erat lepra. Aurum, & bona tpalia non reddunt hoĩes splẽdidos, sicut Moysẽ, qui Exo. 34
cũ quadraginta dies ieiunasset, non descendit de monte pallidus, nec macilentus, sed decorus, & splẽdidus. Ascendite fratres mei in hunc montẽ Thabor, in hanc uiuã imaginẽ oculos conijcite, gloriã uobis præparatã contẽplamini, leuissime hæc oĩa ruminate, & uidebitis quales uos postea experiemini. Ad hanc tam admirabilem, tãque necessariam rem sanctiores, & principaliores Apostolos elegit, atque hos secum duxit. In quo magnos dominos, & prælatos docuit, ut in rebus suis bonos socios quæ- 2. Re. 8.
rant, & in consilia sua uiros probos adhibeant. 1. Pa. 18
In sacra Scriptura dicitur res quædam (meo uideri) difficillima, s. quod filij Dauid 9
erant sacerdotes. Quomodo potest hoc fieri, cum filij Dauid non essent ex tribu Leui, sed ex tribu Iudæ, quamobrem non poterant esse sacerdotes? Si autem diceremus Dauid liberis suis sacerdotium usurpasse, falsum esset: quid ergo significat hoc? Respõdeo q̃ significat, aut alios Dauid fuisse sacerdotes, s. sacerdotum ministerium exequutos fuisse, quod est membra cum capite reconciliare, & populum tanquã bonos filios in

pace

pace constituere. Aut ēt significat Dauid habuisse sacerdotes quasi filios dilectissimos, eosq; sicut uiros sanctos, & Deo cōiunctos dilexisse, atque illos in oībus negotijs suis consuluisse. Potest ēt significare oēs eos, qui
10 sacerdotum munere fungebantur, quinque pacem, ac cōe reipublicæ bonum curabant ab hoc optimo Rege, quasi filios charissimos dilectos fuisse. Cauete ne cum illis conuersemini, qui vos ad indignationem, & discordiam cum uestris excitent. Et ad hoc ꝓpositum dixit Propheta. Non habitabit in
Ps. 110. medio domus meæ, qui facit superbiā, qui loquitur iniqua nō direxit in cōspectu oculorum meorū, dicit, in medio, i. in intimo. Nam si aliqn̄, ad grauiora mala eius euitanda, hoīem iniquum domi uestræ sinitis habitare oportet uos diligentissime cauere, ne in medio eius, hoc est, in corde illius habitet, hoc est (vt clarius loquar) ne illum familiarem, aut consiliarium habeatis, nec negotia uestra cum hoīe malæ conscientiæ tractetis, sicut dicit hic Dauid se fecisse, seque ho-
11 minem malæ lignæ cum affectione non aspexisse, nec talem suis oculis gratum fuisse.

Cum illis præcipuis, & sanctioribus Apostolis ascendit Dn̄s in montem, & cum illis ac coram illis orauit, & orans trāsfiguratus est, ut S. Lucas refert. Atq; illo ita transfigu-
Luc. 9. rato dicit idē S. Lucas illic apparuisse Moysen, & Heliam. Erant (inquit) Moyses, & Helias uisi in maiestate, i. gloriosi. Hic locus est admirabilis, affectuosus, & maxima consideratione dignus. Certum est, ꝙ Moyses & Helias in locis, in quibus commorabantur, Anima quippe Moysi in sinu Abrahę, Helias uerò uiuus in terrestri paradiso, non cum maiestate, & gloriosi cōmorabantur, sicut hic uisi sunt. De illis n. qui cum bona conscientia ante mortem Dn̄i nostri Iesu Christi ex hac uita discesserunt, aperte sta
Hebr. 9. tuit S. Paulus, ꝙ non erant beati, cùm non-
12 dum propalata esset sanctorum uia. Et ad
Heb. 11 Hebræos sic dicit de illis Sanctis Patribus. Iuxta fidem defuncti sunt oēs isti non acceptis repromissionibus, sed à longè eas aspicientes, & salutantes, & cōfitentes: quia peregrini, & hospites sunt super terram. Mortui sunt (inquit) cum spe, ꝙ siquidem in hoc seculo peregrini fuerant, Deus illis peregrinationis suæ mercedē redditurus erat, & siquidem nihil seculare diligentes in terra permanentem ciuitatē habere noluerant: illos ad celestem Hierusalem perducturus erat.

Perpendite fratres mei hæc duo diligentissime: alterum, ꝙ ex eo ꝙ peregrini fuerant magna illa spes eis dimanabat. Hoc est, quia oēm amorem suū in Deo, non aūt in rebus secularibus cōstituerant. Alterum, ꝙ etsi tā sancti erant, non tn̄ beatitudinis præmium 13
statim receperunt, quousq; diuinus redemptor mūdi mortuus est. Heliam aūt certum est adhuc in corpore mortali uiuere, gloria verò nemini, nisi post mortem dari solet. Qūo ergo in maiestate uisi sunt? Quòd si qs dicat ex Christi Dn̄i nostri societate exteriorem illam gloriam prouenisse, per consequens dicendum esset illos tres discipulos etiam illius gloriæ debuisse participes fieri. Quod falsum est. Quapp r̄ndendū est gloriam illa, & maiestatem illis duobus peculiariter maximo quodam miraculo à Iesu Christo redemptore nostro cōicatam fuisse, ut Apostoli, & nos etiam in illis uideremus ad quantā gloriam, & maiestatem extolluntur illi, qui cū zelo (sicut Helias) & cū legis obseruantia (sicut Moyses) tali Dn̄o seruiunt. 14
Atq; idcircò uobis superius dixi fratres hūc locum mirabilem, & affectuosum esse. Non solū etenim uoluit Dn̄s corā discipulis suis transfigurari, & in se gloriæ imaginē ostendere, sed voluit, ut illi duo fideles eius serui, gloriosi etiam comparerent, ut magis ignauiam nostram confortaret, & ut cognosceretur nō solum filium Dei quatenus hoīem gloriosum esse, verùm etiam veros eius, ac fideles seruos sempiterna gloira afficiendos esse. Discamus ergo diuinam legem, quam nobis Dominus dedit, obseruare, sicut Moyses illam, quæ sibi à Deo data est, custodiuit, quanquam grauissima, ac difficillima erat, & illā Dei nomine tantoperè Hebræis commendauit, ut illis dixerit. Audi Israel, & obserua, ut facias quæ pręcepit tibi Dominus. Eruntque uerba hæc, quæ ego præ- Deut. 6.
cipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis es 15
filijs tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atq; surgens alligabis ea, quasi signum in manu tua, eruntque & mouebuntur inter oculos tuos, scribesq; ea in limine, & ostijs domus tuæ. O admirabiles exaggerationes attendite quot uerba illis dicit, atq; hoc tantopere illis commendat, solummodo ut diuinæ legis custodiendæ curam haberent. Quanto igitur maiori ratione hæc omnia nobis circa Euangelicæ legis obseruantiam dici possunt, ut illā in quatuor locis collocemus, in

corde

corde, id est, quod illam intimo cordis amore diligamus in ore; id est quod sæpenumero de ea loquamur, & agamus, sicut de re, q nostra tanti interest, in manibus, ad obseruādum eam, & super oculos. Quod ea quasi si cōspicilia ante oculos feramus. Ita vt in
16 omnibus, quæ fecerimus, & uiderimus, diuinam legem semper ante oculos proponamus, ut semper nos illa gubernemus, sicuti facit, qui conspicilijs utitur, qui ad singula, quæ uisurus quæq; facturus est ea sibi ante oculos proponit, & quantum erat hic plorandum, atque etiam reprehendendum, ꝙ tā procul abest diuina lex à cordibus, ore, manibus, atq; oculis nostris, & tamen tam securi, & læti sumus, ac si illam ad unguem (vt aiūt) obseruaremus. O maximam infœlicissimorum hominum cæcitatem, q semet ipsos tam inaniter uolunt decipere?

Non solū aūt Moysen in legis obseruantia, sed sanctum ēt Heliā in diuini honoris zelo oportet nos imitari. Circa quod notate mysteriosam quandam rem, quæ habet
Gen.49. in Genesi, ubi dicitur. Quod benedicens S. Patriarcha Iacob tribubus generationis suę maledixit tribui Leui, dicens, Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eo-
17 rum, quia dura. Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israel. De hac autem tribu Leui, ita maledicta uidete quid postea dixerit Moyses, sancta quadam benedictione illis benedicens, quando Hebræi in deserto in maximam illam idololatriā inciderunt. In cuius culpæ pœnā dixit eis Moyses. Hęc
Exo.32. dicit Deus Israel. Ponat uir gladium super fæmur suum: ite, & redite de porta usque ad portā p medium castrorum, & occidat unusquisque fratrem suum, & amicum, & proximum suū, Fecerūtq; filij Leui iuxta sermonem Moysi, cecideruntq; in die illo quasi uiginti tria millia hominum. Cum autē hanc Hebræorū stragē edidissent dixit illis Moyses: consecrastis manus uestras hodie dn̄o, unusquisq; in filio, & fratre suo, vt detur vobis benedictio. Hāc tātam benedictionem
18 illis dedit, quos antea S. Iacob maledictione abiecerat, benedicit (inquam) eis Moyses eo ꝙ tā pauci cum essent tāta aī constātia in maximā illā multitudinē impetū facere ausi sunt, ipsiq; soli diuini honori zelatores sese præbuerunt. Nā cum Moyses vniuerso exercitui dixisset, sic vt ibidē legit, si qs est dn̄i iungatur mihi, cōgregati sunt ad eū oēs filij Leui. Hi soli diuinarum partium defensores se pstiterunt, atq; his dixit Moyses ut gladios suos euaginarēt, quod protinus illi unanimiter fecerunt manusq; suas in proprios fratres, ac liberos pp gloriam Dei, & pter zelū honoris eius intulerunt. Et sic digni affectu sunt, qui benedicerentur illi, q antea maledicti fuerant. Vt videatis quanti referat hoīes diuini honoris præcipue in reb: difficillimis esse zelatores. O Deus infinitæ
maiestatis (nescio quo modo hoc dicam, aut 19
quibus uerbis satis digne valeam ampliare) tam tepide homines tam infinitam probitatem diligunt, ut nolint, non dicant parentes contra liberos, aut fratres contra fratres decertare, sed ne minimū quidem admonitionis, aut reprehensionis uerbū pro tua gloria & honore alij alijs velint dicere, licet eos innumerabilia peccata uideant committere, quare hoc non sentimus fratres mei? Quare non lamētamur, quod in nobis tam parum amoris, ac zeli diuinarum rerum experiamur? Imitamini, ò Christiani S. Heliā, cuius uerba erant quasi ignis ardentissimus, & propter honorē, & gloriā Dei proteruorū suppliciū postulabat, si uultis à dn̄o glorificari.

Dicit ēt B. Lucas, ꝙ cū duo illi uiri in il- 20
la maiestate existerent, dicebant excessum eius, quem completurus erat in Hierusalē. Eodē tpe, quo optimus Iesus gloria exornatus est, vult, vt secū de cruce agat, gloria.n. crucis est fructus. Notate hic rē singularem: Moyses legē, Helias prophetas, Iesus Christus uero Euāgeliū repræsentabat. Loq igit Moysen, Heliam, & Iesum Christū redēptorē nostrum de cruce significat legē, Prophetas, & S. Euangeliū oēs de cruce agere. Qd cum ita uerissimum sit fratres charissimi, à quo uos didicistis uoluptates, quas tāto studio, ac tanta animi contentione inquiritis?
Isaias dicit. Erit pro suaui odore fętor, & p Isai. 3.
zona funiculus, & pro crispanti crine caluitium, & pro facia pectorali cilicium, hoc
est, omnes uoluptates, & deliciæ corpora- 21
les, in æternum tormentum, ac cōfusionem tibi cōuertentur. Et Hiere. dicit. Ecce ego ci-
babo populum istum absynthio, & potum Hier.9.
dabo eis aquā fellis. Et iam contra reddiderat huius rationem dicens, quia non audierunt vocem meam, & abierunt post prauitatem cordis sui, & post Baalim. Comedentes (inquit) & bibentes, & mille turpibus uoluptatibus se tradentes, à me recesserunt. Et
Amos affirmat turpissimas istas carnes, qui Amos.
bus tātopere indulgetis in feruētes ollas esse

immittendas. Leuabūt (inquit) reliquias vestras in ollis feruentibus. Eia ergo, ô miseri atque infelices peccatores quare non animaduertitis uos has uoluptates transitorias æternis tormentis esse soluturos, nisi eas abijciatis, & amodo in via cruris ambulare incipiatis? Breui quodam tpe, quo dñs in hac mortali uita sanctissimus corpus suum gloriosum esse uoluit, etiam tunc de excessiuis
22 tormentis, & acerbissima morte, quam passurus erat loqui uoluit. Tu verò ô infelix nullum unquam in toto uitæ tuæ tpe laborem uis perferre, nec saltem recordari, te aliqua die moriturum, atque ista omnia aliquando tandem esse finienda? Cōsidera peccator quomodo peccata tua effecerunt, ut sanctissimū illud corpus tota illa gloria, quā Dñs in sua transfiguratione demonstrauit, toto uitæ suæ tpe careret. Vt n. p illis solueret gloriam animæ dñs suspendit, & ita corpus sacratissimum possibile, & mortale remansit. Quæ ergo modicū aliquid afflictionis propter illum non patieris, qui propter te tantosq; labores tolerauit? Satis apertè
23 significas te non esse sectatorem Christi. Dicit. n. Beatus Paulus. Qui Christi sunt carnē
Gala. 5. crucifixerunt cum uitijs. Notate illa verba, quæ Christi sunt. Notate ēt carnem, & uitia in pœnitentiæ cruce uires suas amittere. *Respondens autem Petrus dixit ad Iesum, Domine bonum est nos hic esse*. Si tā gloriosum se dñs ostendit, cum gloriam corporis sui tātummodo demonstrarit, quid esset, si animi sui gloriam reuelasset? Quid aūt esset, si diuinitatem suam (quod est totum bonū) declarasset? Tunc maiori rōne diceret B. Petrus.
Psal. 41. dñe bonum est nos hic esse, Idcirco rogabat Dauid dicens. Qñ ueniam & apparebo ante faciē Dei. Qñ B. Petrus Dñm gloriosum uidit, dixit. Bonū est nos hic esse, in tpe passionis, quum eum vidit à cohortibus apprehendi quasi pusillanimis fugam arripuit. O quam crebro oībus ferè nobis hoc contin-
24 git, non. n. amplius in Iesu Christi societate, & in illius sectatione pseueramus, nisi quandiu uos consolatur, ad laborem aūt accedentes statim terga uertimus, & illum deserimus. Beatus Petrus etsi illum dereliquit, statim reuersus est: nos uerò ita ex animo illū destituimus, ut nunquam reuersuri uideamur. De quib. dicit Oseas. Væ eis qñ recesserūt à me; reuersi sunt ut essent absq; iugo:
Oseæ. 7. facti sunt quasi arcus dolosus O elegantem metaphoram. Væ (inquit) illis, qui me dereliquerunt, ut quasi bruta animalia sine iugo uiuerent, & de prato in pratum herbam carperēt: Facti sunt quasi arcus dolosus. Arcus dolosus & fallax uersus vnum locum sagittas dirigere videt, & illas versus locū contrariū conijcit. Sic sūnt Christiani reprobi quasi arcus dolosi, nā in aspectu, habitu, uerbis, in audienda missa, & prædicatione cœlum videntur expetere, & illuc tela sua dirigere: cum tamen illa versus infernum dirigāt. Væ 25
eis. O quam affectuosum uerbum, & quam acuta sagitta ad corda ferienda, si homo sensum non amisisset.

Adhuc eo loquente, ecce nubes, &c. Hic est filius meus dilectus ipsum audite. O bñdictū tale uerbum. O benedicta & glorifica sint æterni patris uiscera, qui tātū preceptorē nobis immisit. Dedit nobis dilectissimum filiū suum redemptorem, & doctorē, & illi vult, vt nos obediamus diuinam eius legem obseruantes. Hęc omnia dicit B. Ioannes sāctū Ioan. 1.
Baptistam antea mundo prædicasse, cum dixit de plenitudine eius oēs accepimus gratiā pro gratia, quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta Aug. su-
est. De plenitudine eius, id est, p merita Chri p Ioan.
sti receperunt, & recipient omnes gratiam iustificātem. Siquidem aūt dicit paulo post gratiam pro gratia, quam aliam gratiam ex eo accepimus præter gratiam iustificātem? B. Augustinus super hūc locum dicit ipsum 26
sanctum Ioānem se declarasse, cum dixerit; & gratiam pro gratia quia lux per Moysen data est, i. quod præter gratiam iustificantē etiam per eum aliam nouam gratiam pro Chryso.
ueteri accepimus, quæ (ut S. Chrysostomus declarat) est lex noua pro uetere. Vocat aūt vtramq. legē gratiam, qa utraque fuit gratia, & donū Dei, etsi lex noua fuit multo pręstantior gratia, quam uetus. Atque ut discrimen constituat inter seruū Moysen, & uniuersalē rerum omniū dñm Iesum Christū, dicit gratiam illam legis datā fuisse à Deo per Moysen, & gratiam, & ueritatem per Iesum Christum factam fuisse. Non dicit datam, sed factam, tàm gratiam, quam ueritatem, quod est Euangelium. Nam Christus 27
quatenus Deus prioris gratię est causa efficiens, & quatenus homo est causa instrumētalis, & meritoria. Et idem est de posteriori gratia, quod est Euangelium. Quando autem Euangelium dicitur ueritas, sicut hic, non accipitur pro ueritate prout est contraria falsitati: nam in hac significatione, etiam


etiam lex uetus fuit ueritas. Sed accipitur uę
ritas prout ponitur contra figuram, & quasi
delineamentum, quia lex noua est quæ per
ueterem figurabatur, idest, est ueritas illius
delineamenti. Hæc igitur lex facta p Iesum
Christum, in quo æterno Patri bene compla
cuit, est, quam præcipit obseruare, obediēdo
illi in omnib. q in illa decreuit, & præcepit.

Et audientes discipuli ceciderunt, &c. Ac-
28 cessitq; ad illos dñs, & eos benignissime tan-
gens dixit eis. *Surgite, nolite timere.* Ipse. n. so
lus est, qui ex animis nostris timorem expel-
lit, & p quam securus nobis patet aditus ad
patrem, nam sua iustitia iustitiam nostrā te-
git, & suis meritis demerita nostra operit, si
nos ex illis fructum velimus accipere. Sic af
Eph. 2. firmat B. Paulus, cum dicit, ipse est pax no-
stra qui fecit utraq; vnum. & paulò post, &
veniens euangelizauit pacem vobis, qui lon-
gè fuistis, & pacem his, qui propę, quoniam
per ipsum habemus accessum ambo in vno
spiritu ad patrem.

Ex toto hoc euangelio verbum vnum prę
termisit, ut de eo nunc agere, quod est apud
29 sanctum Lucam dicentem. Et facta est dum
Lucę 9. oraret species vultus eius altera. Voluit Do-
minus orans transfigurari, vt nos doceret, v-
num ex necessarijs medijs ad transfiguratio
nem nostram esse orationem, consideratio-
nem, diuinarumq; rerum cōtemplationem.
Omnes ita defigurati sumus, ut uisu simus
miserabiles. De Babylonicis lamentabatur
Isaias, dicens. Facies combustæ uultus eo-
rum. Quod si hoc in Gentilibus Babylonis
lachrymabile erat, quanto magis erit in
Christianis Ecclesiæ Catholicę? quod in nos
Isai. 17. metipsos tā immanes simus, ut nobis ignem
applicemus, & nos comburamus. Suetonius
Tranquillus in uita Neronis, narrat crude-
lissimum illum hominem, cum Homerum
Troiæ incendium referentem legeret, dixis-
30 se. O quis Troiam inflammatam uidisset, &
dicit illo desiderio concitatam Romam un
dique iussisse inflammari, ut sic appetitui
suo satisfaceret. Nonne hanc amentiam ma
ximam iudicatis. Fuit utiq; insania maxima
quod tam præstantem, ac locupletem vrbem
Sueton. tot tantisque, ac tam sumptuosis ædificijs a-
Tranq. dornatā, & diuitijs plenā uellet concremare,
vt vni tyrannico, & effrænato appetitui satis-
faceret. Animaduertite ergo quam obstupen-
da sit amentia, atq; immanitas uestra, q cū
anima uestra Dei gratia locupletata, tota Ro
ma, atq; ēt uniuerso mundo sit multo pretio-
sior, ut appetitui uestro satisfaciatis mortale
peccatum committitis, quo eam inflāmatis,
atq; eius diuitias comburitis, nec tñ hoc ad-
miramini sicut Romam cum omnibus eius
diuitijs inflammatam admiramini, nec qui-
dem illud animaduertitis. Atque hoc ex eo p
sertim prouenit, quod pluris corporalia, quā
spiritualia æstimatis. O quam merito posse-
mus lachrymari idem, quod Hieremias la- Thr. 4.
mentabatur, dicens. Candidiores Nazaræi
eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebo
re antiquo, Sapphyro pulchriores, Denigra-
ta est super carbones facies eorum, & non 31
sunt cogniti in plateis. O quam ad simile re-
præsentat hoc, quod nunc agitur? Et quam
propriè significat quales fuerint olim Naza
ræi, Deo consecrati Christiani, quales uerò
nunc sint. O sancta Dei Ecclesia, qualis quā
decora quondam erat, quomodo sacerdotes
tui castitate rutilabant, passionesque suas
mortuas, & quasi niuem frigidas possidebāt.
O quam prudentes erant. Prælati uero quā
constantes, & candidi sicut ebur, & Christia
ni præ desiderio patiendi martyrium rubi-
cundi quasi Sapphyrus cælestis coloris? po-
tius enim cælestes, quam terrestres esse uide- 32
bantur. Inuasit autem in te ignis, & quā plu-
rimos reddidit carbonibus nigriores. Nul-
lus etenim est nigrior, neque deformior car-
bo, quam anima in lethali peccato existens.
Et quemadmodum carboni facillimè ignis
applicatur, quia est disposita materia, à qua
omnis humor expulsus est, ita anima pecca-
to infecta, est disposita (quia est gratiæ hume
re exsiccata) ut illis æternis ignibus concre-
metur. Cum ergò tā desigurati, & deformes
sitis ad transfigurandum uos, atque ut ex ni
gris candidi, & decori in cōspectu diuinæ
maiestati efficiamini longe maximè necessa
ria est meditatio, & consideratio, in illa enim
peccatorum grauitatem cognoscetis, & dam
na in quæ incidistis, periculumque, in quo cō 33
stituti estis, animaduertetis, & cognoscentes
scelerum vestrorum magnitudinem, maxi-
mo illorum dolore compungemini, & cum
cordis lachrymis, & firmissimo emendę pro
posito orabitis, & à diuina maiestate veniā
exposcetis, ipse autem pro sua infinita mise-
ricordia uobis ignoscet, gratiamq; suam, &
postea gloriam concedet. Ad quam nos per-
ducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Dñica II. in Quadragesima.

Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Matth. 17.



1 Compertam est Dei cognitionem totius boni nostri esse principium, & originem. Atque hoc significat q loquēs Christus redemptor noster cū ęterno patre dixit. (Ioan. 17) Hæc est uita ęterna, vt cognoscant te solū Deū uerū, & quem misisti Iesum Christum. Et quis nonnulli doctores testimonium hoc adducunt ad probandum beatitudinē in beatifica Dei visione cōsistere, & q sit actus intellectus & non uolūtatis, tñ sancti patres Cyrillus, Hilarius, & Ambr. in huius loci expositione aperte affirmat non esse intelligendū hoc de gloria: sed de fide, tanquam radice, à qua ęternæ uitę fructus proficiscitur. (Cyrill. sup Ioā. & fide ad reginas. Hil. li. de prīs & filij vnitate.) Nam qñ dñs uerba illa dixit, rogabat patrem, ut illum coram hominibus clarificaret, i. ut hoīes faceret cognoscere se naturalem eius esse filium, & rationē reddens dicit, quia hæc est uita æterna, vt cognoscant te.
2 In hac enim cognitione cōsistit initium humanæ beatitudinis, & uitæ æternæ consequendæ, s. ut credāt homines & cognoscant, tres diuinas personas, quæ sunt unus Deus: (Am. li. 2 de of. c. 2) Atque ideò vnum ex maximis beneficijs, quę Christus Redemptor noster in nos contulit, hoc fuit, quod nobis sui ipsius cogitationem præbuit, ut cognosceremus illum esse filium Dei. Vnum autem ex operibus in quo hanc nobis notitiam confirmauit, fuit
3 eius admirabilis trāsfiguratio Atque vt hoc intelligatur notandum est, quod primum opus æterni patris est seipsum figurare. Est autem tam primum hoc opus, ut principio careat. Hæc figuratio est, quod penicillo sui diuini intellectus habens coram se suam essentiam à semetipso sui imaginem produxit, & producit, qui est eius filius. Itaque filius est imago patris, in quo est ipsa eiusdem patris substantia. Et sic æqualis est imaginis, & pictoris maiestas, pictor enim est Deus, imago etiam est Deus, & tam æterna est pictura, q pictor: (Ioan. 1.) Itaque in omnibus filius est ęqualis patri. Et ita dicit Beatus Ioannes. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre. Illud quasi non significat illic comparationem, sed identitatem, i. uidimus gloriam eius, (*Aosadas, como hijo de tal padre.*) Cumque Deus hanc sui imaginem in mundū vellet immittere, quia homines non possent præ nimio eius splendore in illam oculos conijcere, ut aliquo modo illa possent perfrui, misit eam æternus pater coopertam. Habuit se 4
Deus hoc sicut pictor, qui exactissimā imaginem tabula cooperit, & in tabula aliā minus perfectam depingit, quæ non tantam affert admirationem. (Simile.) Sic æternus pater filium suum misit, qui est eius figura, humanitatis tabula opertum, in qua humanitate est exterior imago depicta, quæ est hominis essentia Cumque vnigenitus Dei filius cum illa communi hominis figura in mundo incederet, admirabantur Angeli interiorem eius imaginem contemplantes, & dicebant. Verè tu es Deus absconditus. Homines uerò, qui rudi, & obscura oculorum acie diuina pspiciunt, nullam aliam præter exteriorem figuram in Christo R. N. esse arbitrabantur. Vt igitur Iesus Christus dominus noster admirabilem hoc mysterium illos erudiret, trāsfiguratus est ante eos. 5

Transfigurari est humana figura ad diuinam accedere, non tamen humanam relinquendo, idest, rutilum & gloriosum corpus ostendere ea gloria, quæ ex anima dimanauit, qua gloria prædita erat anima, qa uerbum diuinum uidebat, & illo fruebatur, quo eius sanctissima humanitas suppositata erat. Et idcirco dixit Sanctum Euangelium, *Transfiguratus est ante eos, & resplenduit facies eius sicut Sol.* Et notandum est, quod in hoc admirabili opere antiquum quoddam miraculum cessare fecit, quo gloriam suam retinebat, quo minus in corpus deflueret. (Simile.)
Naturale est enim gloriæ in anima existenti corpus defluere. 6 Et quemadmodum maximum esset miraculum maxima alicuius fluuius aquam detinere quominus deorsum deflueret, ita fuit maximum miraculum animæ gloriam suspendisse, ut in anima suspensa teneretur, nec ad corpus transiret, ut sic passibilis cum esset propter nos labores, ac mortem posset perferre. In quo ineffabile nobis beneficium collatum est. Quando Hebræi in terram promissionis iter faciebant, opus erat illis mare Rubrum pertransire. (Simile.) In quo singulare beneficium à Deo

acceperunt, ut.n.tuti, & per aridū trāsirent, fecit Dn̄s ut aquæ retrorsum reuerterentur contra propriā,& naturalē earum ꝓpensionē. Ita necesse fuit ꝙ ut Christus redemptor noster moreretur, & nos ꝑ rubrū passionis, & mortis eius mare trāsiremus, & ad cœlestē beatitudinē ꝑuenirem⁹ aīæ gloria detineret,quominus ad corpus deflueret. Hodie aūt suspensionē illā sustulit,illudque conti-
7 nuum miraculum,ꝙ illic cōtinuo fiebat,ꝑ
Aug. in tūc cessare fecit: cumq; in natura sua gloriā
epist. ad desineret,ex aīa in corpus dimanauit. *Et re-*
Dioſco. *splenduit facies eius sicut Sol.* B.Aug.dicit; Claritas corporum in gloria beatorum procedit ex beatitudine aīæ sicut laterna ex natura sua est opaca,& obscura, si tn̄ introducatur in eam candela ardens incipiet splendere,non ex natura quidē sua, sed ꝑꝑ candelam,q̄ intus inclusus est, sic splendet corpus ꝑꝑ gloriam, qua ꝑdita est anima quæ in ea latet. Atque hæc lux,& splendor illius sanctissimę animæ quæ antea totum splendorē in se suspensum retinebat, hodie sacratissimum corpus clarificauit, ac splendidissimū
Simile. reddidit. Vir nobilis quanto iter facit suas pretiosas uestes in folliculo, Hispanicè(*Maleta*)custoditas,& inclusas defert.*Y ui ste se*
8 *vna Esclauina*, quæ est uestis uiatoria. Qđ si aliquem locum accedat, ubi aliqua festiuitas celebratur, ab amicis suis rogatus iubet folliculum solui, & uestes suas pretiosas induit, sicut personā suam decet. Ita Christus redēptor noster quia erat uiator pretiosam gloriæ uestē in aīæ folliculo deferebat inclusam,corpusque suum uiatoria mortalitatis veste induerat. Vt autem cum amicis suis in monte Thabor festiuitatem celebraret, soluit folliculū animæ suæ,& gloriosis,ac splēdidis uestibus corpus suum induens ex uiatore uir urbanus,& perpolitus efficitur.

Valde notandum est,ꝙ unigenitus filius Dei in mundum uenit,non solū ut nos pec-
9 cati seruitute uindicaret, uerum ēt ut nobis legem præberet, & ꝑ eius obseruātia æternam gloriam ꝓmitteret,atque etiam ut nos cōminaretur æternis inferni supplicijs, nisi ipsam obseruaremus. Primum manifeste ap
Hier.31 paret ex eo, quod antea dixerat Hieremias cum illius nomine loqueretur: Ecce dies ueniēt,dicit dn̄s,& feriam domui Israel,& domui Iuda fędus nouum, nō secundū pactū, quod pepigi cum patribus uestris. Aduertite(ait dn̄s)quando cōficiam,& consummabo cū domo Israel,& Iuda,hoc est cum illis, qui dn̄m cognoscent, ipsumq; Deū,ac dn̄m confitebuntur(hoc.n.significat Israel,& Iuda) & tunc ultimam manum imponam rebus illis, q̄ eis promisi, ita ut nihil amplius desiderare uelint.i.faciam testamentum nouum non secundum illud,quod feci cum patrib.eorum, sed longe præstantius. S. Euangelium nouū fędus appellat in cōparatione illius ueteris: illud autem dr̄ uetus,non solū quia huic ꝓcessit, sed ēt quia in illo pollice- 10
batur Deus bona,q̄ ueterascūt, quæ sunt ter
restria sicut dixit per Esaiam. Si uolueritis, Esai.1.
& audieritis me,bona terræ comedetis. Euāgelium uerò dr̄ nouum testamentum, quia in eo testatur Deus, & nobis pollicet̄ bona cęlestia,q̄ semp sunt noua,nec ulla unquam tēporum diuturnitate ueterascunt. Septem millia annorum sunt ex quo Angeli Deo ꝑfruuntur,& nunc se tam nouos sentiunt,ac si hic esset primus dies,in quo diuina maiestate frui cęperunt. Itaq; in illo testamento bona quidem mobilia,in hoc autem immobilia legauit,q̄ Hispane dicuntur (*Bienes de rayz.*)Atq; ita in toto Euangelio ubicunq; nobis aliquid præcipitur,statim pro eo æter
na beatitudo promittitur.Circa secundum, 11
hoc est circa comminationes non est quare nimis commoremur,cum etiam illis in sancto Euangelium possim improbi terreātur. Quod cum ita sit quænam est causa, cur Iesus Christus filius Dei in transfiguratione sua uiuam quandam gloriæ imaginem demonstrauerit,nec tn̄ toto uitæ suæ tempore inferni exemplar ostenderit?Optimum atq; utilissimum fore uideretur,si nobis miserrimum quendam uiuis flammis ardentem, vt in inferno patitur, ex damnatis,ostenderet, sicut beatum ut gloriæ fruitur,nobis ostendit.Dico Deum sua admirabili prouidentia ita fecisse,quia amore potius, quàm timore nos in cælum ꝑducere conatus est. Et ideo cum hominibus in habitationem terram concedere, uoluit elementa, quæ sunt inter
nos & cælum (sicut aerem, & ignem) esse 12
transparentia,ne cęli uisionem nobis impedirent,sed ut illud crebro intueremur, Et intuentes illud optaremus. Terram autem,& aquam crassa,& densa elementa effecit,quo nobis impedimento essent,quominus infernum uideremus. Non quod timor sic malus, sed quia si illum realiter cerneremus, ita timore perculsi & obstupefacti incedere mus,ut nihil perfectum facere sciremus. Et ideo nos amore uult deducere, qui est me-

lior, quã timor, nec animã perturbat, immo potius illã in bonis operib. uiuificat: Aperite igitur oculos fratres charissimi, & crebrò cælũ suspicite, & ꝓ illo sæpissimè suspirate. Si.n. exterior hæc superficies, quam hoĩes in hoc seculo uidem⁹ tãta pulchritudine exornata est qualẽ oportet esse splendorem, qui interius latet? Idcirco dixit Deus. Vincenti dabo mãna absconditũ, & dabo illi calculũ candidum, & in calculo nomen nouum scri
13 ptum, quod nemo scit, nisi q̃ accipit. Mãna
Apoc. 2. absc̃oditum uocat gloriam q̃a nemo scit dicere, aut intelligere quo sit. Mãna.i.manhu, ꝙ uult dicere, quid est hoc? tam magnũ q̃d, tamq; admirabile est gloria, ut cum semper æternis illis bonis beati perfruãtur, nihil in ore suo ꝑter admirationem habeant, & idcirco gloriam appellat manhu. Dicit ulterius, & dabo illi calculum candidum. Quõdam Romani prosperos annos albis lapidibus, infęlices uero nigris calculis numerabant. Atque ad hoc alludẽs promittit uictori calculum candidum esse daturum, quod in cælesti beatitudine nullius erit calculus
14 niger, sed omnes erunt candidi, & erit perpetua una fęlicitas, & delectatio absq; ulla molestia, aut infortunio, & in hoc calculo candido, hoc est in hac perpetua fęlicitate, scriptum habebit nomen quoddam, qui est firmissimus, ac tutissimus quidam honor, hoc enim significat; scriptum in calculo, talis autem, tantusque erit hic honor, ut a nemine nisi ab ipsomet possessore possit intelligi. O sanctæ Deus? Si hæc assidua animi contemplatione uoluerimus, q̃ dispari rõne, ac uiuimus, uiueremus. Nunquid fieri potest quod possit hõ rõnalis tãta solicitudine res tã inanes, & caducas, ut sunt terrenæ, inuestigare: res autem cælestes, quæ maximè necessariæ sunt, obliuioni tradere, & illarũ penitus esse immemorẽ? Hoc profectò ex eo proficiscit,
15 ꝙ cũ maximo animi affectu in cęlũ oculos non extollat. O anima Christiana eleua cor tuum, & ꝑspicacissimis oculis sponsum tuũ Iesum Christum in duobus montib. intuere, in monte, s. Caluariæ, & in monte Thabor. Cõtẽplate illum in mõte Caluariæ tot tantisque doloribus affectum, flagellatum, uulneratum, suo proprio sãguine cruẽtatũ, latronib. circũdatũ, cõtẽplate ẽt sãctissimã eius matrẽ męrore maximo cõfectã, q̃ sacratissimũ filij pectus ineffabili dolore penetrabat. Postq̃ autẽ in hoc monte spiritũ tuum doloris pane paululum paueris, transmigra in monte sicut passer, proficiscere ad montem Thabor, & illic tantæ gloriæ consideratione respirabis. In monte Caluariæ uidebis, quid te ad illius amorem commoueat, in monte uero Thabor aspicies, quid te ad illius desiderium inflammet.

Et apparuerunt illis Moyses, & Helias cũ eo loquentes. Alter horum uirorum uenit ex sinu Abrahæ, ubi S. Patres cõmorabant, alter vero uenit ex paradiso uoluptatis. In quibus ꝑcipui duo status figurãtur, in quos uniuersalis Ecclesia diuiditur, nẽpe Ecclesiasti- 16
cus, & secularis. Per Moysen ueniẽtem ex sinu Abrahæ, ubi sancti patres in sublimiori contemplationis statu, qui in hac uita haberi põt, occupati sunt, Ecclesiasticorum stat⁹ repræsentatur, q̃ deputati sunt in spũ, & diuinarum rerum contẽplatione ad Deum accedãt. Atq; unemquemq; in Ecclesia Dei quasi in sinu Abrahæ cum recollectione, & uitæ puritate oportet uiuere? & dẽnt singuli Ecclesiastici esse sicut Moyses, qui populo suo Deut. 1.
summopere auxiliatus est. Idcirco præcipiebat Deus dicens. Hoc erit iudicium sacerdo 17
tum a populo, & ab his, qui offerunt uictimas siue bouem, siue ouem immolabũt, dabunt sacerdoti armum. Quare dñe non pedes, aut caput, sed quartam partem anteriorẽ uictimæ, in qua est brachiũ, & manus illi dari præcipis? Hoc fecit ut significaret, qd' nam oportet esse officium sacerdotis in populũ. Qñ populus lapsus fuerit, debet sacerdos illi manum porrigere, & cum uita, uerbis, ac doctrina sua ab hac ruina subleuare. Atq; ut hoc significaret, accipiebat brachiũ & manũ aĩalis, qđ populus immolabat. Helias, qui uenit ex paradiso terrestri ubi nuptiæ institutæ sunt, secularem coniugalium statum designat. Hic.n. status merito paradisus uoluptatum appellari põt, dummõ il-
lo hoĩes bene utantur. Verum o fratres uti- 18
nam uos in hoc paradiso nõ destruatis, nec August.
peccetis, sicut peccauit Adam qui (ut ait B. Simile.
August.) peccauit ne contristaret uxorẽ suã. Ne sitis quasi equi pessundatores, qui cum ad torrentem bibituri accedunt, tm̃ manib. pessundant, ut, cum possent aquam claram, & mundam bibere, illam turbidam, & obscęnã bibãt. Tales sũt plurimi seculares, qui cum clarã humanarũ uoluptatum aqua possint bibere, tãtũ uolunt pessundare, ut illam turbidã bibant. Interrogauit quidã fratrem religionis nostræ dicens. Pater poterit quisquã cum suamet uxore peccare? cui uir sanctus

ſtus reſpondit. Dic mihi poterit quiſquam
ſuæmet cuppæ uino inebriari?quis dubitat?
Vos intelligite fratres , non enim amplius
hoc declarari põt. Vtimini mũdè , & ſanctè
ſtatu, quẽ habetis, uxoribus veſtris fidelita-
tem obſeruantes. Videte q.d dixerit optim⁹
Iſai. 38. Rex Ezechias: De mane uſq; ad ueſperam
finiens me,i.uita hoĩum breuis eſt. Quid
igitur ex hoc ſequitur? ſicut pullus hirundi
nis ſic clamabo. Hunc inſtinctũ habet hirũ
di quod nunq̃ conſtruit nidum ſuum extra
19 domum. Sic oportet eſſe bonum uirum, qui
matrimonio alligatus eſt. Debet domi ſuæ
nidificare,non uerò in domo concubinæ, &
debet uxori ſuæ debitã fidelitatem obſerua
re, ſi quidem uita tam breuis eſt, ut de manè
uſque ad ueſperã finiatur. Si uterque horum
ſtatuum ita uixerint non dubitent qui in
glorioſa Domini noſtri Ieſu Chriſti ſocieta
te ſempiterna glorioſa pfruanẽ. Atq; ad hoc
ſignificandum uoluit ut hi duo ſancti appa
rerent. Etiã hi duo peculiariter apparuerunt
q̃a Phariſæi. dicebant Chriſtum redempto-
rem noſtrum legis, ac prophetarũ eſſe tranſ
greſſorem. Veniant igitur Moyſes legis da
tor, & Helias Propheta zelator maximus di
uini honoris, ut ſicut amici maximi , nõ ue
rò ſicut inimici cum eo conuerſentur,& glo
20 rioſa ei transfiguratione perfruantur.
Et loquebantur (ait B. Lucas) de exceſſu,
Luc. 9. quem cõpleturus erat in Hieruſalem. O ue-
re exceſſum maximum, ò eſtaſim potẽtiſſi
mã, q; Deus pro hominibus moriatur. Hic
exceſſit ſynagoga in atrocitate, ſed lõge ma
ximè exceſſit patientia & amore ipſe Dñs,
qui paſſus eſt. Tantus fuit exceſſus hic nem
pè Deum hominem fieri, ut B. Paulo ad a-
gendum illo uerba defuiſſe uideantur. Et
ita dixit ad Philippenſes, ſemetipſum exina
niuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudi-
nem hominum factus. Exinaniuit ſe, id eſt,
exhauſit ſe Deus ſi ita dici poteſt. Quando
quis dedit omnia q; habebat, dixit omnia, q̃
Phili. 2. ſciebat, & fecit omnia, quæ facere ualebat
dicitis. Exhauſtus eſt ille. O admirabilem
21 rem, quod de Deo dicatur, quod exinaniuit
ſe, ſe exhauſit, q̃a dum homo factus eſt, de-
dit omnia, quæ habebat, cum ſemetipſum
dederit, quid plus dare poterat? fecit opus in
finitæ ſapientiæ, & fecit opus infinitę poten
tiæ. Et in hoc ſenſus dicitur Deus ſe exinani
uiſſe, & exhauſiſſe. Si ergo tantus exceſſus
fuit, Deũ hominẽ fieri, maiori rõne dici po-
terit exceſſus, quod hoc non contentus pro
hominibus mortuus fuerit. Atq; ẽt dicit. r
exceſſus, q; Deus pro tam malis, ac miſeris
hominibus, ut nos ſumus, mortuus fuerit.
In hoc autẽ exceſſu defectus,& ingratitudo
noſtra maxime reprehenditur, q; tã tardos,
& negligentes nos in illius miniſterio præ-
beamus, q in nos beneficia conferendo tan-
topere exceſſit. O Chriſte reparator uitæ,
animarũq; noſtrarum amor dulciſſime, quõ
ſãctiſſima mors tua ñ erat appellanda exceſ-
ſus, cum p tã ingratis hominibus, & qui te
tã parum diligimus, paſſus fueris? & (quod 24.
peius eſt) q; cũ in tui amore, & ſeruitute tan
toperè deficiamus, in his oĩbus quibus of-
fenderis ſummopere excidimus. Qñ Eſaias
maximã ſynagogæ miſeriam ſignificare uo
luit: tria dixit eius nomine, ſcilicet, Ego ſte-
rilis trãſmigrata, & captiua, Trãſmigrata, i. Eſa. 49.
à limitibus ſuis abſtracta, hoc aũt in medio
ſterilitatis, & captiuitatis collocauit. Hæ pro
fecto ſunt Chriſtianorum ęrumnæ, q quia
alij nimijs fauſtis, alij uarijs ppolitarum ue-
ſtium generibus, alij ampliſſimo famulorũ
comitatu, alij maxima exquiſitiſſimorũ ci-
borum abũdantia, alij ludis, alij deniq; alijs
immoderatis ſumptibus terminos ſuos trãſ
greſſio ſunt ſteriles efficiuntur, ita ut ne mi-
nutũ q̃dem habeant q; pauperibus largian-
tur, non enim multo plures diuitiæ, quã ha- 25
bent, inordinatis eorum exceſſibus poſſent
ſatisfacere. Et præter hoc q; ſteriles manẽt,
eorum etiam quibus pecunias debent, capti-
ui efficiuntur, cum eis non poſſint ſoluere,
O infelix peccator, q̃tũuis enim nobilis, ac
illuſtris ſis pp exceſſus tuos non ſolum ſteri
lis effectus es, ita ut nullũ bonũ poſſis alicui
facere, ſed ẽt ſartoris, ſutoris lanij, & merca-
toris captiuus redditus, omnibus enim de-
bes, & omnes ceruicem tuam pede concul-
cant, & merito quidem te fatigant, ut illis p
ſolas, Maximus igitur exceſſus fuit Dñm Ie
ſum talem morte pro talibus hominibus
pati. Inter uos magnũ liberalitatis opus eſſe Simile.
iudicatis, quod eques equũ ſuũ periculo of-
ferat, ut hominẽ aliquem a tauri cornibus 24
liberet, ſinit.n. taurum in equum ſuũ ictum
immittere, ne hominem interficiat, atq; hoc
quaſi maximum aliq̃d factum exaggeratis.
Obtulit tãt Deus unigenitũ filium ſuum pe-
riculo, ut infernalis taurus ictũ furoris, ſui
in illum mittere, quo ab eius cornibus mi-
ſerrimum hominum liberaret. Hoc aũt ne-
ſcitis æſtimare, nec pro illo dignas gratias
Deo agere, præſertim cum tam exceſſiuum

beneficiũ ſit, & tàm indignis hoïbus factũ.
Reſpondens autem Petrus &c. Dñe bonũ
Matt.5. eſt nos hic eſſe. Quid ſancte Petre, neſcis ꝙ
nemo accendit lucernã, & ponit eã ſub mo-
dio, ſed ſup cãdelabrũ, ut luceat oïbus, q̃ in
domo ſunt? Neſcis lucernã & paſchalem ce-
reum mũdi eſſe Ieſum Chriſtũ filiũ Dei, ce-
rã.ſ. eius virginale corpus, lychnũ ſanctiſſi-
mam animã, ignem ãt diuinitatem eius eſſe
ignoras? Nec rõni cõſentaneũ erat ꝙ cũ in
mũdum uenerit, ut illum clarificaret, & redi
25 mere, eũ obſcurum relinquẽs in mõte Tha-
bor lateret: Sed ꝙ in crucis candelabro po-
neretur, atq; ibi ſacratiſſimi eius corporis ce
ra liquefieret, pretioſum ſanguine ſuum ef-
fundẽs ut nos illuminati, & redẽpti manere
mus. Cum S. Petrus in uoluptate illa, & gau
dio ſpirituali cõmorãretur, nullã de uniuer-
ſo mundo, aut de defunctis purgatorij, aut
de uinctis, & captiuis ſeculi rõnẽ habebat.
Diſcite hinc fratres mei, ne in hæredibus ue-
ſtris ſperetis, nã cum ſe hæreditate cõtentos,
& glorioſos ãiaduertat, nihil illorum intere-
rit, licet uos in purgatorio cõmoremini. Di-
ſcite ẽt ex dño Ieſu dicẽte; Te autẽ faciente
Ioan.1. eleemoſynã, &c. Nõ dixit. Te ãt teſtãte. Do-
cẽs in hoc, ꝙ tu ꝓprijs manibus debes cura-
26 re ſubſtantiam tuam in pauperes diuidere, &
facere oĩa bona, q̃ poteris. Si tu in te ipſum
nõ habes mĩam, arbitraris hẽredẽ tuũ maio
ri mĩa tecũ uſurã eſſe, q̃ tumetipſe uſus es? O
cæce es tu ibi ipſi crudelis, & uis alios erga
te miſericordes eſſe? Ne in iſta uana fiducia
in nataris, ſed aduerte, ꝙ te docet Spiritus ſã
ctus dicẽs. Ante mortẽ benefac amico tuo,
Matt.6. & ſm uires tuas exponens da pauperi. Caue
frater ne ſis amens, nẽ arbitreris filium, aut
amicum tuũ te plus dilecturum eſſe, q̃ tu te
met ipſum dilexiſti. Neq; uero hęc admonẽ
tes te in hora mortis teſtm̃ facere ꝓhibemus
Sed ut illud facias ſummopere conſulimus.
Dicit amplius B. Petrus. *Faciamus hic tria tabernacula &c.* Hæc dixit conſiderans, ſe
27 duosq; ſocios ſuos cum dño in eius taberna
Ec.14. culo cõmoraturos eſſe. Quid ſãcte uir nõ re
cordatis fratris tui Andreæ. Attende q d ꝓ
ſperitas efficiat Andręas, Petrum ad dñi co-
gnitionẽ adduxit, nunc uero petrus in ꝓſpe
ritate cõſtitutus benefactoris ſui obliuiſcit.
O quoties hoc in palatijs, & regnum curijs,
ac magnatum domibus cõtigit, & q dẽ a ter
ręe puluere ſuſcitati, & in autoritate cõſtituti
ſtatim eorum obliuiſcunt, q eos in illum di
Hier.17. gnitatis gradũ euexerunt. Idcirco dixit Hie
rẽ. Maledictus hõ q cõfidit in hoïe, q põnit
carnẽ brachium ſuum. Nõ ſolũ ãt hoïes in
alios hoïes, ſed in ſumum ẽt benefactorẽ no
ſtrorum ingrati ſumus. Nã ubi primum in
minimo quo q̃ bono nos collocatos uidem⁹
ſtatim diuinæ Maieſtatis obliuiſcimur. Id-
circo q̃do Deus Hebræis ꝓmittebat ciuita-
tes, quas ipſi ñ cõſtruxerãt, dicebat. Cum de- Deut.6.
derit tibi dñs Deus tuus ciuitates magnas, &
optimas quas non ædificaſti: Domos plenas
multarum opum, quas nõ extruxiſti, &c. Ca
ue diligẽter ac obliuiſcaris dñi Dei tui. Hoc
oportet ſeruum Dei diligẽtiſſimẽ curare, ut
quo ditiorẽ, & ꝓſperiorem ſe uiderit, eo ma
gis domino ſeruiat q ſibi bona illa cõceſſit.
Veruntñ in his uerbis B. Petri oporteret 28
nos cõſiderare moderationem, & tẽperãtiã,
cum qua loquebat. Nõ.n. dicit, dñe ſiqdem
es Deus oĩpotens, p oĩpotentiã tuam præci-
pe, hoïbus tantæ maieſtatis fieri hæc tria am
pliſſima palatia, ſed dicit, ſi uis, faciamus hic
tria tabernacula. Tres caſulas ex huius mon
tis ramis cõſtruamus. O q̃ maximæ cõfuſio
nis eſt nunc uidere hoïes, qui ſe S. Euange-
lij ſectatores eſſe profitentur, quique dixe-
runt ſinguli, Abrenuncio Sathanæ, & põpis
eius, tã ſolicitos eſſe in ſumptuoſis ædifica-
tionibus conſtruendis, ac ſi in illis eſſent in 29
perpetuum moraturi. Cauete fratres, nã hos
cõminatus eſt dominus per Amos dicens.
Percutiã domum hyemalẽ, cum domo æſti Amos.3
ua, & peribunt domus eburneæ, & diſſipabũ
tur ædes, hoc dicit propter ſupbiã, & tyran-
nidem qua plerumq; conſtruuntur multæ.
Adhuc eo loquẽte. Ecce nubes lucida, &c. Et ecce uox de nube dicens. Hic eſt filius meus dilectus, &c. Quando dominus transfigura-
tus, & glorioſus erat, paterna uox auditur, in
qua nobis ꝑcipit, ut illi obediamus, hoc fit
ad ſignificandum ꝙ ſi eius glorię participes
fieri uolumus, oportet nos p obediẽtiã; iter
facere, nulla eſt.n. alia uia, q̃ in cęlum ducat
ꝑter obediẽtiã mãdatorum Dei. Cum hõ in Pſal.48.
altiſſimo dignitatis gradu cõſtitutus eſſet p
in obediẽtiã ab eo excidit, & mãſit (ut ait Da 30
uid) hõ cũ in honore eſſet, nõ intellexit. Cõ
paratus eſt iumẽtis inſipiẽtibus, & ſimilis fa
ctus eſt illis. Per inobediẽtiã (in q̃) ſimilis ua
fit non ſolum uni, ſed plurimis ẽt brutis ãi
mãtibus. In tyrannide aſſimilatus eſt leoni,
in gula lupo, in ſenſuali turpitudine uerſo in
calliditate & fictionib. uulpi, in ueneni de-
niq. effuſione de proximo ſuo detrahẽdo, &
illum infamãdo ſimilis factus eſt uipe. Verũ
tamen

tũ dicit ipſe Dauid: Homines, & iumenta ſaluabis dñe, quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuã Deus, ſup quo notãdum eſt illud uerbum, queádmodum, nõ eſſe aduerbiũ ſimilitudinis, ſed admiratiõis (ſcdm
Caſſiod. Caſſiodorum,) & ita ut tolleret amphibologiam tranſtulit. O quã magna eſt mĩa tua. O infinitam miſericordiã tuã Deus meus, q iumenta, & homines ſaluos facis, non tñ remanentes iumenta, ſed ꝙ quandoquidẽ per inobedientiã in hanc beſtialitatem incide-
31 runt per obedientiã oportet eos perditũ honoré recuperare, & vt hoĩes rationẽ, & lege ductos uiuere, & ita hic appellat hoĩes eos, qui ſecundũ rõnẽ uiuunt, eos uero iumenta appellat, qui aliqñ ſuos beſtiales appetitus ſecuti ſunt, & poſtea conuerſi fuerunt. Atq. hos oẽs dicit S. Propheta a Deo ſaluandos eſſe, i. innocentes, & pœnitentes qua ꝓpter fratres chariſſimi ij, qui uos in iumẽta transformatos eſſe ſentitis, attẽdite nũc eſſe trãſfigurationis tps. Non.n. uos ita remanere oportet, quia ẽt, & iumenta, & aues ſolẽt ſuo tempore renouari: Interroga iumenta (in-
Iob 12. quit Iob) & docebunt te, & uolatilia cœli, et
32 indicabunt tibi. A beſtijs, & auib. nobis pre-
Baſilius. cipit Spiritus Sanctus ſapiẽtiam addiſcere,
Rica. de vt uerecundemur. De ceruo dicit B. Baſilius,
S. Vict. & Ricardus de S. Victore, qđ cum ſe videat iã ſenio confectum tam fortiter reſpirat in oſtio ſpeluncæ, in qua ſentit eſſe ſerpẽtes, vt illos foras faciat exire, atq. eos dentib. conterens tã affluenter ſudat, tãtãq; aq̃ copiã a ſe immittit, ut, renouatus, & velox maneat. Dauid dicit: uox dñi præparantis ceruos. Ele-
Pſal. 28. cti in ſacris literis appellantur cerui, quia ſi-
Simile. cut cerui per hunc mundũ ita uelociter currunt, ut terrã nequaquã tangere videant. Verumtñ cum ſint hoĩes peccare pñt, & reuera ſæpenumero peccata cõmittunt. Si ergo fra-
33 tres mei peccaſtis, renouamini ſicut cerui. Animaduertite in uobis ſerpentium ſpeluncã eſſe, attendite cõſcientiã veſtrã quaſi ſpelucã ſuperbia, inuidia, cupiditate, & alijs peccatorum generib. eſſe repletam. Si igitur renouari uultis, accedite ad ſpeluncã, aſpicite conſcientiã ueſtrã preteritorũ ſceleru recordamini, quaſi cerui ſuſpirantes, & gementes glocitate, peccata a cõſcientiæ ſpelunca facite exire, & inter dentes illa conterite eorum grauitatẽ, & circunſtantias prolixe cõſiderãtes, & ita ſalubres ſudores immitteris abũdãtiſſimã lachrymarũ copiã ex oculis immittentes, & pcipue ex corde lachrymãtes, & ita
Pſal. 28.

ſicut cerui renouabimini. Hoc, n. denotat vox dñi præparãtis ceruos Vtinã dñs ille, q ceruis, cũ ſint bruta animãtia, iuſti iuſtũ donat, quo ſe pparare, & renouare ſciant, uos ẽt doceat, ut hoc mõ pparemini. De colubro ẽt dr̃, ꝙ præteriens per arctiorũ lapidum anguſtias ueterẽ pellẽ illic relinqt & cũ noua remanẽs renouatur. Peccator veteri ueſtimento indutus incedit, effectus, (*Vn repanetiero*,) dimitte ergo o peccator uetera ueſtimẽta, & noua aſſume. Dictũ eſt antiqs, diliges pximũ tuũ, & odio habebis inimicũ
tuũ. Hoc eſt vetus ueſtimẽtum videlicet ini- 34
micum odio haberi, ego ãt dico uobis dili-
gite inimicos veſtros. Hæc eſt noua veſtis. Matt. 5.
Supbia, & inuidia, q̃ tã antiquum principiũ in malis Angelis habuerunt, oẽs ſunt veteres ueſtes, quas oportet uos exuere. Pelles ueteres colubrorum proſunt mulierib. ad earum fucos, nam illas molunt, & cum aliis cõdimentis medicamina cõficiunt, q b⁹ pulchras reddunt facies. Si ergo decoram vitã
uultis de promere, ſcitote iſta uitia, & ete- Simile.
res pelles cõtritiõe mo litas pficere ad aĩam exornandam. Et ſic per cõfeſſionis anguſtiã & coarctationẽ preotereũtes renouati manebitis. Anguſtiã (inq̃) cõfeſſiõi, quia anguſtè,
ſtrictim oportet uos peccatum reuelare, & 35
quoties, aut quib. cum circunſtãtiis (neceſſariis confiteri) iſtud cõmiſiſtis. Etiã accipiter
trãſfiguratur, & innouat, de quo loquẽs Iob Iob 39.
cũ Deo dicit: Nunqd p ſapientiã tuã plumeſcit accipiter expandens alas ſuas ad auſtrũ? Mirabile eſt pfecto ꝙ ſciat accipiter ſe alis nouis induere, & ueteres depellere, & ꝙ ad hoc efficiendũ meridiei ventũ, atq; illis alas expandat, quouſq; renouetur. Nã calore amplia utur pori, & illo aſſiduo motu expellunt plumæ ueteres, & locum cedunt, quo nouæ pdeant O aĩa chriſtiana q̃ ſalutiferã lectionẽ te hic docet dñs per auẽ iſtã, q̃ ſolo natu-
rali inſtinctu gubernat. Cõuertere tu verſus 36
meridiẽ, ut creatoris tui lucem, & ſplendorẽ infinitũ cõtẽpleris, atq. illic cõmorare in excelſum alas extendẽs, ſuſpirãs, & gemens, ibi nãq. uentus, q eſt diuin⁹ fauor ſpirabit, quo ueteres plumas eiicies, hoc eſt paſſiones, & effectus, q b. coopta es, pcul expelles, ibiq ue nouę qdã plumæ, i. nouæ virtutum affectiones, & noui cœli deſideria tibi orient, qu b. renouata, & nimis uenuſta remanebis. O vtinam hoc nobis hodie perſuadeã. Ne pat⁹ tamini fratres mei ſimplices aues nob. s exced lere, quærite angulu, ubi quotidie ad Deũ cõ


uerta-

uertamini, & de aīarū vestrarū reformatiōe agatis, cum sit res, quæ uestra permagni interesit. Etiā aquila renouatur. Idcirco Dauid cū aīa sua loquens dicebat; renouabitur, ut aquilæ iuuentus tua. Dicit B. Aug. aquilę in senectute superiorē rostri partē tantopere accrescere, ut nequaquam se cibare possit, & ideo maximè debilitatur, atq; perinde opus est illi rostrum petra cōfringere. O miseri filij Adæ. quia uobis spūalis alimonia deficit, tā debiles estis. Cuius rō hæc est, quia, s. habetis maximum rostrum nō cessatis mētiri, susurrare, pximorum uestrorū famā lacerare, &c. & idcirco null⁹ spūalis cib. uobis pficit. Quaōbrē diligētissime curate rostrum istud in petra, qui est Iesus Chrs filius Dei, īfringere, cōtēplantes qūo omnib. iniurijs, & falsis testimonijs, q̄ in illum dicebantur nō rñdit eis uerbum, ut & ita uos faciatis, & sic aīa diuinis alimonijs pficiat, & spiritualib. ac salubrib. consilijs, q̄ quotidie in prædicatione auditis, accrescat. Atq. hoc mō transfigurati, & dispositi Iesu Christi uerba audiemus, & ipsi dilecto æterni patris filio obediemus, ipse est.n. qui nobis gratiam, & gloriā promeruit. Ad quam nos perducat. Amen.

Psal. 102
August.
37

Feria II. post Dominicam II. in Quadragesima.

1
Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. Ioan. 8.



IN hodierna S. Euāgelij lectione fratres charissimi, sermo q. dā refertur, quē Chrs R.N. habuit ad Iudęos, loquēs cum eis de discessu suo ad patrē, & iudicans se ab illis quærendum, nec tñ inueniendum esse, & tādem cum ad eum puenire non possent, illos in pctō suo esse morituros. Agit̄ ēt ī hoc S. Euā. de infęliciū Iudęorum cæcitate, qui nō mō hæc, q̄ illis dñs dicebat, nō intellexerunt, uerū cū dñs Iesus se rerū oīum eē principiū eis declararet, ēt hoc nequaq̄ penetrare potuerunt. Etiā in eo agit̄ qūo hui⁹ rei ītelligētiā in passionis suæ tps distulit, ī quo pso næ suę ptiū, dignitas, & maiestas intelligēda erat. Deniq. in his oīb. maxima hoīum stultitia repræsentat̄, & oñditur q̄ insipiētes sint hoīes circa hoc cęlestiū rerū negotiū, & qūo illis difficillimū, & intelligibile vr̄ quicqd de hac materia corā eis agit̄, q̄tūcunq. sapiēs sit pdicator, q. illis pdicat, siquidē summum mundi Magistrū, cū īfinita eēt ipse sapiētia,

2

nō intellexerunt. Dicit igit̄ illis: *Ego vado, et quæretis me.* B. Chrys. super hunc locū ait: hoc aūt dixit uolēs nos attrahere. In his uerbis suā infinitā ī hoīes mīam dñs reuelauit, siqdē cū inimici eius eēnt, tot medijs, & vrbanitate cū illis usus est, nō quidē, q. a sibi necesse esset Iudęos mortis suæ certiores facere, sed ut illis significaret discessum suū iam prope eē, ut (quēadmodū dicit B. Chrys.) in hoc breui tpe, q illis superaret, ad perfruendū tāto bono sibi ipsis persuaderent, ut eius amicitiā inirent, & cum eo reconciliari curarent. Hoc.n. est modos, quo Deus vtitur ad peccatores ad se attrahendos. Comminatur illos atq. ēt acriter eos sępenumero punit, ut siquidem charitate ducti Deo seruire nolūt, saltem comminationibus perterriti laboribusq; attriti scelera sua cognoscant, & ad illum conuertantur. Hoc elegātissimè S. Hiere. declarauit, cū in nomine afflictę Synagogæ loqueretur dicens: Ædificauit in gyro meo, & circundedit me felle, & labore in tenebrosis collocauit me quasi mortuos sempiternos. Circūædificauit aduersum me, vt non egrediar, aggrauauit cōpedem meū, sed & cum clamauero, & rogauero, exclusit orōnem meā. Conclusit uias meas lapidib. quadris, semitas meas subuertit. Et paucis ītermissis dicit. Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittā. Misit in renib. meis filias pharetræ suæ. Postq̄ autē hæc oīa narrauit, conclusit dicens. Nō.n. humiliauit ex corde suo, & abiecit filios hoīum. O admirabilia uerba, manifestātia singulares inuentiones, & modos, quos Deus q̄rit ad attrahendas ad se peccatorum animas. Circūædificauit me (inquit) inclusit me in turrim fortissimam, ne tā dissolutè post meos effrenatos appetitus abiens peccata sectarer. Aggrauauit cōpedē meū, &c. i. psecutionib. fame, morbis, atq aliis īfortunijs vincula mea adauxit, & labores meos aggrauauit. Sed & cū clamauero, i. alias atq; alias preces effundebam cum me ita afflictum, & tribulatū uiderem dicens: Dñe miserere mei, uide afflictionē meam, quia depiloor in hoc cippo, pedes mei prę nimio frigore maximis rigent rimis, & iā sum claudus. Sed exclusit orationē meā. Cōmorare ibi, ait dñs, non est locus modo audiēdæ petitionis tuæ. Cōclusit uias &c. Imò turrim, in qua erā, muniuit, ne fortè illam possem subfodere, oēsq; libertatis vias occupauit. Et ne per fenestram me immittere, posuit me tanquā signū, i. quasi scopum

Chrys.
3
Thren.
4
5

pum

pum laborũ,in quo oẽs cæli terræq; calamitates sitæ erãt,me collocauit. Misit ĩ renib. meis filias pharetræ suæ,i.afflictiones,& verbera,quasi sagittas à mĩæ suæ pharetra immissas, eius.n. finis erat me ad suã amicitiã reuocare, oĩbus his comminationibus me deterruit, ne creaturarũ amore capta earum uestigia sectares,sed ad eius diuinam necessitudinẽ,familiaritatẽq; redirẽ,non.n. humiliauit ex corde. Hæc omnia nõ ex intima ei⁹ uolũtate prodierunt,sed ut malis meis reme-
6 diũ adhiberet, hæc effecit. Hoc idem dixit Deus rebelli illi populo per Esaiam his uer-
Esa. 18. bis,ecce ego fingo cõtra uos malum,& cogito cõtra uos cogitationẽ,reuertat̃ unusquisque à uia sua mala & dirigite uias uestras, & studia uestra; Oẽs(inquit)minæ,q̃b.uos perterreo, & supplicia, quibus uos punio, sunt ficta,& non ex corde meo,hoc ãt facio, ut ad me cõuertamini. O incõprehensibilẽ Dei ꝓbitatem, ac clementiã? q̃s erit tã proteruus,& durus,q̃ talibus uerbis concitatus tuæ diuinæ Maiestatis amore non liquefiat? O fratres charissimi diligẽtissime hæc intra uestra Christiana pectora pẽsate,nõ.n.sunt uerba, quibus satis digne ualeant ampliari.

Ita ẽt oẽs hę ualde terribiles minæ,q̃bus.
7 Dñs nunc Iudæos comminatur, sunt q̃dam pacis oblationes,quibus Dñs illis pacem offert,& eos rogat,ut illam uelint accipere, & sic dicit. *Ego uado,et quo ego uado uos non potestis uenire:* Acsi diceret, uultis ne aliq̃d ex officina mĩæ? uidete ꝙ iam uolo proficisci, si aũt semel illam clausero, & abiero,nunq̃ amplius me inuenietis, licet me quæratis,& sic in peccato uestro moriemini. O terribilẽ comminationem,q̃d nam est marmor audiẽs te, q̃d nõ trepidet? Timete fratres mei hoc,q̃d hic Dñs dicit, & curate diligentissime,ut dum inueniri põt illũ quæratis, si.n. opportunã occasionem prætermiseritis, postea quęretis eũ, nec tñ inuenietis. Inuoca-
Prou. 6. bũt me(ait diuina sapiẽtia)& nõ exaudiam, mane cõsurgent,& nõ inuenient me. Eo ꝙ
8 exosam habuerint disciplinã,& timorẽ Dñi nõ susceperint, neque acquieuerint consilio meo. Ex q̃bus oĩbus manifeste apparet,etiã in hac uita adimi posse peccatori ptãtem cõuertendi se,nõ q̃a oĩno hæc ptãte priuet̃, sed quia pp duritiẽ cordis eius tam procul Deus ab illo abest, nisi peccator sibi maximam uiolentiã inferat,cõuerti nõ possit, q̃a uero hanc maximã uiolentiã sibi peccator nunq̃ infert,dicit̃ nõ posse ad Deũ conuerti.

Et hoc est esse peccatorẽ proteruũ,& obduratũ. Hic aũt infælicissimus status super oĩa in hoc sæculo timendus est. Q̃d q̃s uult peccatũ aliq̃d cõmittere,plurimæ consideratio nes illum ab ea miserrima intẽtione cohibere pñt,hæc uero inter cæteras lõgè potẽtissima mihi uidet̃. Efficacissimũ remediũ ẽ,quo te à peccato abstineas, si quũ scelus aliquod uis perpetrare,cõsideres, te creatori tuo iniuriam inferre uelle, cum ei obedire nolis. Hoc etiam te à peccato magnopere remoue- 9
bit,si cõsideres te oĩbus creaturis iniuriã facere, q̃ huc usq; seruo Dei obediebant,amodo uero seruo Sathanæ ĩcipiẽt obedire. Ad hoc ẽt multũ ꝓderit cõsiderare te iniuriam inferre Angelo tuo custodi,cũ uideat à se tã malã & miserã animã custodiri. Item multũ cõducit,si cõsideres te efficere quãtum ex ꝗte est, ut infinitus ille pretiosissimi Iesu Christi sanguinis thesaurus amittat̃,nam quatenus ex te est nullũ in te fructũ habet. Inter has aũt oẽs,cõsideratio,qua maxime obstupescere deberemus est,ꝙ spũs uadens,& nõ Psal.77.
rediens,ꝙ potest hoĩs spiritus à mala cogitatione ad delectationem, a delectatione ad consensũ,à consensu ad opus, ab opere ad continuationem,a continuatione deniq; ad duritiẽ & obstinationẽ deueniret. Non aũt 10
uires habet,ut ab hoc tãto malo in gratiam Dei redeat. Nunc intelligetis uerba illa S. Rom.9.
Pauli,dicentis,cuius uult miseretur,& quem Simile.
vult indurat. Habet quis uulnus,& accedit chirurgus,qui applicat illi unguentũ quod dã mollificatiuũ,si aũt vulnus hoc unguento magis obdurat̃,nõ est in culpa chirurgus aut medicamentũ, sed mala cõplexio hoĩs vulnerati. Applicat Deus peccatori vulneribus unguenta,quę sũt admonitiones,comminationes, supplicia, & deniq; promissiones,peccator uero magis obduratur hoc ꝓfectò nõ ex Deo,sed ex peccatore prouenit, q̃a vulnera hẽt corrupta,& putrida. Sol mollificat̃ cerã,lutũ uero obdurat. Nec hẽt lutũ 11
quare cõqueratur,cũ ita dispositũ sit ut mollificari solis calore nequeat. Peccauit Iudas & B.Petrus, quot aũt emplastra utriq; applicauit, q̃bus alter mollificatus est, & fleuit amare,alter uero.s.Iudas oĩbus illis medicamentis obduratus,& condẽnatus est. Huius rei culpa fuit Iudæ,quia adeo obdurat⁹ erat ut oĩa medicamina, q̃ Deus illi applicauit, nequaquã profuerint. Itaq. sicut hic D. Hie- Hiero.
ronymus respondet, nunquam ꝙ Deus facit,aut ꝙ non facit animam obdurat, quia

uero

uerò cũ Deus in aĩam beneficia cõferret ipsamq; sæpissime noceret, assuefacta ẽ obmutescere, nec Dei uocatib. rñdere, paulatim pudorẽ deperdit, & consuetudinẽ acquirit, ita ut iam illã nõ pudeat Deũ crebro sine responsione remittere. Et sic ex assiduis beneficijs, & uocationib. peccatoris nequitia occasionẽ assumit magis se obdurandi, ut apparuit in Iuda, & Pharaone. Tales ãt fuerũt hi Iudæi, atq. ideo dicit illis; *In peccato ṽrõ moriemini.* quẽ hæc uerba nõ obstupefaciũt? uniuersa res salutis nr̃æ ĩ mortis nr̃æ hora cõsistit. Si te in gratia cõmorantẽ mors cepit beatus eris, si ãt in pctõ te occupauerit, ĩ æternũ cõdẽnaberis. Quapp ut bñ moriaris, bñ uiue. Nã ut ĩ plurimũ sicut uiuunt hoĩes ita moriunť. In lib. Iudicum dr̃ de Tyranno quodã noĩe Abimelech, ꝙ cũ turrim q̃dam oppugnaret, mulier una fragmẽ molæ desuper iaciẽs, illi sit capiti Abimelech, & confregit cerebrũ eius. Qui uocauit citò armigerũ suũ, & ait ad eũ, euagina gladiũ tuũ, & percute me, ne forte dicat, ꝙ a fœmina interfectus sũ. Qui iussa perficiens interfecit eũ. Videte qualẽ dolorẽ hẽret, & qua pnĩa cõpungeret in hora mortis. Vanitatẽ illã, qua cũ toto ui tę suę tpe honori seruierat, nõ in hora mortis pdidit. Cũ deberet dicere, alligamini hoc uulnus, & adhibe aliqđ remediu, ut saltem paululũ possim uiuere, & peccatorum meorũ ueniã deprecari, atq. pnĩam agere: dicit, interfice me citò, ne dicatur ꝙ a fœmina interfectus sum. Liberet nos Deus a tali infamia. Hoc passim experimur, cũ hoĩes moriãtur loquẽtes, & agentes de illis, q̃ in uita diligebãt. Qui ĩ uita sua auaritiæ seruiunt uidebitis eos ĩ hora mortis intra se nũmos numerãtes, & de illis loquẽtes, alios de mercationib. & negotiationib. alios deniq; de bellis uidebitis disceptãtes. Itaq; ea ĩ hora mortis cogitãt, quib. in uita occupati, & delectati sunt. Qđ cũ ita sit fratres charissimi uos iterum, atq; iterum exhortor, ut diligentissime curetis bñ uiuere, ne mors in pctõ mortali uos occupet. Super oĩa aũt uos moneo, ut magnopere caueatis ne seruos Dei persequamini, ne sitis ex numero horum infœlicium, qui iustum Iesum persecuti sunt, ĩ cuius peccati pœnam in sceleribus suis mortui sunt. Narrant sacræ literæ David sæpenumero, atq; optima Sauli seruijsse, merces uero, q̃ illi persoluit hæc fuit, ꝙ eum quoad potuit, persecutus est. Videamus nunc Saulis finem. Hic profectò fuit eius finis quũ in quodam prælio esset, consecuti sunt eũ uiri sagittarij, & vulneratus est uehementer a sagittarijs. Ne uero hostes sui in illum irrueret, & alluderent, arripuit gladiũ suũ, & irruit sup eũ, & sic se in ipsum interfecit. Ecce Saulem in peccato mortuũ. O q̃ obstupendus est hic casus, ꝙ cum tã probus uir esset Saul, & tam syncerus, ut in sacris literis infanti unius anni conferatur, in tm̃ malum deueniret, ut sibi ipsi mortẽ inferret. Suppliciũ fuit hoc sane psecutionis, & odij, quo infectatus ẽ Dauid. Maledictũ Cain oĩbus cõpertum est in pctõ interijsset. Quæ q̃dem fuit iustitia Dei pp persecutionẽ, qua usus est in fratrẽ suum Abel innocentẽ. Nec uero ignoratis miserũ Iudam, qui diuinũ Magistrum suũ psecutus est, laqueo se suspẽdisse, atq; in pctõ mortuũ fuisse. De his oĩb. merito dici potuit, ĩ pctõ uestro moriemini. Ne mireris frater si te mali persecuti fuerint, non on. n. est Christus sine Iuda, qui eum tradat: non Abel sine Cain, q̃ eum interficiat, non deniq; Dauid sine Saule, qui illum persequatur. Veruntñ uæ Iudæ, uæ Cain, uę Sauli. Vix reperitur iustus sine malo, q̃ eum psequatur, sed uæ malo, qui iustum persequens, ipso facto Iesum Christũ persequitur. Et nisi citò sibi remedium adhibuerit, timeat ne in cordis duritiem deueniat, ex ea autẽ in infernum detrudatur, ubi sempiternis ignibus crucietur.

Aliã ãt rõnem reddit hic Dñs, quare, hi miseri Iudæi in peccato mortui fuerint, dicens: *Vos de hoc mũdo estis: Ego non sũ de hoc mũdo.* Vnã ex clarioribus coniecturis q̃ haberi põt, ꝙ quis in peccato moriturus est, hanc esse sentio, s. si nimio amore res seculares diligit B. Augustinus amorem uocat pondus dicens: Amor meus põdus meũ. Hęc est põderis proprietas, ꝙ si magnum sit nõ patiatur hoĩem ambulare, imo eum immobilẽ faciat sistere. Sic ẽt illũ, qui nimio secularium rerũ amore captus est, ipse amor facit in mundo sistere, & in eius pompis, delicijs, & in alijs plurimis miserijs cõmorari, nec ab illis unq̃ illum patitur recedere. Qđ si amor est Dei istud põdus faciet, ut in Deo psistas, nec ab eo separeris. Animaduerte igitur o frater quinã sit amor, q̃ in te dominatur, & ex hoc quodamodo cõijcies quẽ finẽ habiturus sis. Qđ si grauissimo seculari amore te oneratũ senseris, incipe amodo sup te lamentari, q̃a in peccato moriens ĩ supplicium istius ingratitudinis, quam in diuinam maiestatem cõmittus nisi citò tibi remedium adhibueris.

Non

Margin notes: 12; 13; 14; Iud. 9.; i. Re. 31; 1. Re. 31; 15; 16; 17; Aug. li. 3. conf. c. 9.

Non fuit hic finis, ob quē sapientissimus il le rerū oīum fabricator tantam,tamq; deco ram hāc orbis machinā tanta rerum uarieta te exornata cōstruxit, eāq; ineffabili quadā sapiētia moderatur,s.ut in ea hoīes obtūde rentur,prophanisq; & immūdis uoluptati bus uterent. Indignū profectò est tale de in finita illa Dei probitate, ac sapientia suspi-
18 cari,ꝙ pp tam humiles, & abiectos fines si- cut hos,hanc orbis molem construxerit, & tandiu conseruarit: sed vt nobis esset excita tor,qui nos in diuino amore commoueret, atq; ardētissimè inflammaret. Nos vero ita hoc mundo vtimur, ac si ad nihil aliud crea
Simile. ti essemus,quam ut eo illiusq; creaturis frue remus. Si vir nobilis desponsatus,qui in In- dia cōmoratus sponsæ suæ pretiosum quod dā monili mitteret, ut ipsa illud aspiciens sponsi sui recordaretur, & maiori ipsius a- more inflāmaret:siq; spōsa monilis pulchri tudinē uidens,tanto illius amore caperetur, vt pp illud in sponsi sui obliuionem deueni ret:q̃ iustè sponsus de sponsæ suæ ingratitu dine quereretur,cum & eo , quod illi spōsus eius ad maiorē materiā , ardentioreq; amo-
19 rem miserat,ipsa obliuionis occasionem as- sumpserit? Vnaquęq; animarū nostrarū est dilectissima Dei sponsa, & sicut spōsus no- ster pretiosū monile nobis misit, qui est hic mundus. Tota.n.hæc machina,tot plātis, tā decoris cælis, ac rutilantibus syderibus ex- ornata,tot auibus,tot, tamq; diuersis aīali- bus repleta:tot fontibus,fluuijs,ac maribus irrigata,quid aliud est , quam pretiosum qđ dā monile, quod Deus sicut optimus , & a- mantissimus sponsus nobis dedit ut huius monilis pulchritudinem aspicientes arden- tiori amore illius fabricatorē diligeremus , & diuino ipsius amore inflāmati diceremus si hęc oīa tā pulchra solo uerbo Deus crea- uit,qualem oportet eum esse, qui talem po-
20 tentiam,& sapientiā hēt? Hoc est,qđ sapiens
Sap. 13. dicit. A magnitudine.n.speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horū uideri. Si uero nos tantopere huius seculi monile dilexerimus,ut propter illud Deum reliqua mus,& illius obliuiscamur , iure optimo de ingratis,siquidem id , quod nobis dedit, ut maiorem recordationem,& amorem sui ha beremus ex hoc obliuionis , & ingratitudi- nis occasionem accipimus, & dignissimi su mus,qui maximis supplicijs pro tāta pfidia afficiamur. O quot fortasse hic sunt, qui in hac culpa commorātur,& in illa tanta cum trāquillitate & securitate uiuunt, sicut Ere- mitæ, q pp Deū oīa secularia reliquerunt. Moneo igit & exhortor uos fratres mei , ne ista negligatis. In maximo.n. cōdēnationis uestrę piculo uersamini. S. Propheta Zacha Zach. 5. rias dicit,se uidisse amphoram, & in medio eius mulierem sedentem , & hñtem in ore suo massam plumbeam. Cumq;ipse ampho ram aspiceret , dicit eam contremuisse, & mulierē in medio illius cecidisse. O mūde, 21 tu es amphoratorius uirtutis,& ueritatis ua cua . Et aīa sicut mulier debilis sedet super hanc amphoram uacuā, porrò in ore, q̃ est uoluntas grauissimum quoddā hēnt pōdus, qui est maximus quiddam secularium rerū amor, qui eam facit lentissimè in illis assi- dere. Fieri non pōt,quin hoīes per hoc secu- lum transeamus:malum uerò illud est maxi mum,nēpe ꝙ in illo sedeamus. Caue tibi, ò peccator,nā una inuersione elementorum , ex quibus uirtualiter componeris , morie- ris,& in medio huius amphoræ cades , hoc est, in inferno , qui est centro terræ . Massa enim plumbea,qui est nimius iste,& immo- deratus terrestriū rerū amor , te illuc descen dere compellet. Quod si hoc ita esse dubita tis,attēdite qūo experimini hos seculi ama 22 tores pro maiori parte interire. Est quis iā morti proximus , & dicitis ei dñe conficere peccata tua , & ille rñdet dicens . Dimitte me,quia sum paululum fatigatus,reditis po stea,& dicitis dñe vis confiteri ? at ille dicit finite me paulisper modo quiescere. Postea demum reditis,dicentes: dñe quare non vis confiteri? O quā molesti estis (ait)mundum ego morior,ego enim sentio me nō tam ci to esse moriturū,& tandē interit, nec dicit , Iesus. O aīa, quæ in huius mundi amphora inclusa es,exi celeriter ab hoc periculosissi- mo loco , in quo cōmoraris,ne forte mors ibi te occupet,& iusto Dei iudicio in pecca to tuo moriaris.

Vos(inqt dñs)*de hoc mundo estis , ego non sū de hoc mundo.* Quare dñe dicis te non es- 23 se ex hoc mundo? Nō tu illū ex nihilo crea- Simile. sti? non est tuus ? Si uideritis patrēfamilias in ostio domus suæ , & illū interrogaretis , dicētes. Dñe tu es ex hac domo? non posset merito dicere nō sū ex hac domo , sed dice- ret,ego sū paterfamilias , & principes huius domus,cui oēs,q in ea sūt,obediūt,& cuius sūt oīa,q̃ in ea sūt. Si ergo oīa dñe sūt tua , quare dicis te nō esse ex hoc mūdo? Nunqd tu nō dicis. Meus est.n.orbis terrarū?sed for

fitan

fitan uis dicere tibi nobiscum contigisse, quod vulgo dicitur: De foris adueniet, quãdo nos a domo expellet, quod idẽ Hispanum axioma dicit: (*De fuera uedra, quiẽ de casa nos echarà*) Verum est Domine uniuersum orbem tuum esse, ueruntamen domi tuæ hominem recepisti, & pro solutione huius beneficij, peccatis suis te domo expulit. Quid? tñ potuerunt hoĩes, ut Dñm Deũ suum domo eius expellerent? Ego hac similitudine
24 hoc declarabo. Qñ non vis aliqd audire, quod tibi dicitur, dicis tu: Ne me hinc eijcias nõ vis tacere: vis, vt domo exeã? sic Deũ a mũdo expellimus, nõ domus eius est, qa ea facinus, quæ ille nequaqũ uidere uult, & verba loquimur, quæ ipse non vult audire. Hoc est maximũ signum, quod quis expulsus fuerit domo, cum in ea non fit, quod ipse iubet, sicuti fieri consueuerat: Iam in mundo non fit qđ
Rom. 6. Deus imperat, sed quod peccatum iubet B. Paulus dicit: An nescitis, qm̃ cui exhibetis uos seruos ad obediendum, serui estis eius, cui obedistis: siue peccati ad mortẽ, siue obeditionis ad iustitiam. Considerate igitur cui plus huc usq; obedijstis, peccato ne, an iustitiæ? & ex hoc colligetis, quis nam plus in orbe dñetur: Cogitate ex annis, quos uidi
25 stis, quantum tpis in cupiditat. b. superbiæ, luxuriæ, & deniq; iræ seruitute consumpsistis, & quanta cum promptitudine, & diligẽtia in his oĩbus, quę peccatum præcepit uos exercuistis, considerate ẽt q̃ parum pis, aut fere nullum in Dei ministerio eos occupauistis, & hinc colligetis q̃ meritò Dñs dicat: Non sũ ex hoc mundo, etsi mũdus suus est. O diabolicã tyrãnidẽ, quod homines ita uiuãt, vt occasioni sint Deo, quo domo suę exeat? Quod si hæc uerba dicit dñs Iesus de se inquantũ homo est, s. non sum ex hoc mundo hoc modo intelligenda sunt. Quod licet in hac terra natus fuerit, sanctissimumque cor
26 pus suum ex cœlo non traxerit, sed illud ex purissimis sacratissimæ matris suæ uiscerib. assumpserit, quia tñ uoluntatẽ, & affectum suum non infimis, & abiectis huius seculi rebus collocauit, dicit ẽt quatenus hominem se nõ esse ex hoc mundo. Idcirco B. Paulus dixit: Primus homo de terra terrenus, secun-
1. Cor. dum homo de cœlo cęlestis. Qualis terre-
15. nus, tales & terreni, qualis cœlestis: Qualis terrenus, tales & terreni, qualis cœlesti, tales & cœlestes. Primum hominem terræ, appellat terrenum, quia se se ad terrena inclinauit, & propter illa creatorem suum offẽdit.

Christum aũt R. N. cœlestẽ hominẽ nuncupat, etsi sanctissimum eius corpus uerè terrenum fuit, & à terra desumptum, quia tota eius affectio, & amor in cœlestibus rebus situs erat. Et ita dicit, eos qui Adam imitãtur terrenos esse, siquidem sese ad terrena propendunt, eos uero qui Iesum Christum sequuntur, cęlestes esse affirmat, quia in cœlis amorẽ suũ, & desideria collocarunt. Ex hoc intelligetis fratres quales sitis, si cœlestes, an uerò terrestres sitis, ex illis nẽpe, q̃ diligitis, tractatis, & inqritis. Si vos ad terrã propẽsos aĩaduertitis, uidete qđ B. Paulus statim 27
immediatè dicat: Igitur liquidẽ portauimus imaginẽ terreni, portemus, & imaginẽ cęlestis, s. diligendo, & cupiẽdo. O infinitã Dei probitatẽ q̃ pauca ab hoĩbus postulat. Qđ cum ipse sit qualis est, cumq; Adam fuerit qualis fuit, nobis tñ dicit. Sicut portauimus imaginem terreni, &c. Non petit a te, vt maiori diligentia sibi seruias, q̃ ea, quam ad seruiendum mundo adhibuisti, quaque inobedientem Adam secutus fuisti. Verum uę tibi, sine hoc quidem parum uis facere.

Dixit ergo uobis, qa moriemini in peccatis uestris Si. n. non crederetis, quia ego sum, mo- 28
riemini in peccato uestro. Hic clarius et Dei mĩa detegitur, & manifestius ostenditur, ea quæ dixit, fuisse ad eos deterrendos, ut ad eũ conuertãtur, ne in perpetuũ condemnentur, cũ eis dicat: Si nõ credideritis, qa ego sũ moriemini in peccato uestro, i. Si credideritis, quia ego sum, nõ moriemini. Hoc intelligendum est, si recipissent fidem dñi nostri Iesu Christi, sicut oportebat, hoc est, operantes quod ipsa præcipit. Nos igitur fratres mei, siquidem hoc tam singulare donum fidei accepimus diligenter curemus ne in nobis uacuum sit, sed charitate, & optimus operibus refertum. Et accurratè laboremus, ut id hoc 29
ipso dono semper ulterius progrediamur, ut eo accrescente amor etiam cæteręquẽ pię Rom. 1
Christianæ uitæ exercitationes pariter accrescant. Hoc significauit S. Paulus, cum loqueretur de Euangelio, cumq; dixisset: Iustitia. n. Dei in eo reuelatur ex fide in fidẽ. Addidit dicens, sicut scriptum est. Iustus ãt ex fide uiuit. Iustitia (inqt) Dei in Euãgelio de fide in fidẽ reuelatur, idest, iustitia Dei qua nos per Iesum Christum iustificat, magis ac magis in Euangelio illis in dies reuelatur, et detegitur, qui de fide in fidem procedunt, idest, illis, qui paulatim fidei augmentum accipiunt. Hoc enim significat, de fide in

fidem,

fidem, quę est phrasis sacræ Scripturę, vt pa-
Psal.83. tet in Psalmis, vbi dr. Etenim bndictionem
dabit legislator, ibunt de virtute in uirtu-
tē, &c. Idest, paulatim in uirtute accrescent,
& in ea confortabuntur? Hac ēt phrasi usus
2.Co.3. est Apostolus, dicēs. In eādē imaginem trāsformamur à claritate in claritatē, tāquam à
Dñi spiritu, s. adiuti, id est in dies magis ac
magis Deo assimilamur. Ita hic de fide in fi
dem, id est, fides p multiplicationem actuū
30 eius accrescit. Et aīa clariorem mysteriorū
Euangelij cognitionem in dies concipit, at-
que cum hoc disponitur, ut multo magis in
amore, & charitate accrescat. Iustus. n. ex fi-
de viuit, sumit metaphorā à mercatore, qui
mercatione sua utitur, & in dies illa magis
locupletatur, ita iustus fidei negotiatione
semper in charitate, & spiritualibus exerci-
tationibus accrescit.


Dicunt Pharisæi, siqdē nos admones, ut
in te credamus: *Tu quis es? Dixit eis; Princi-
piū, qui & loquor uobis.* Idest, sum Deus, q in
humana forma loquor: sum Deus, & hō, &
ut talis omnia cordium uestrorum arcana
penetro. Atq; ideò: *Multa habeo de uobis
loqui, & iudicare, sed qui misit me uerax est.*
31 Et adimplebitur q ipse dixit: s. diem iudicij,
& rōnis nouissimę aduenturum esse, in quo
cuncta hominum facta persoluentur.. Hic
clarius manifestatur desiderium, quo Dñs
flagrabat conuertendi illos. Antea illos cō-
minatus fuerat, quòd mors eos in peccato
occupatura erat, modo uero illos commina
tur arctissima ratione, quam de peccato red
dituri sunt, & seuero, ac terribili iudicio, quo
iudicandi sunt.

Dicit aūt ulterius sanctū Euāgeliū. *Et nō
cognouerunt, quia patrem eius dicebat Deū.*
Licèt clarissimis uerbis hoc illis declarauerit, illud tñ non intellexerunt. Hoc est præ
scitorum ingenium, q diuinæ res. & quæ ad
animæ suę salutem spectant, omnes illis ui-
32 dentur obscuræ, nec illas unquam penitus
Nu.24. intelligunt. Et sic vbi nos legimus; Dixit Ba
laam filius Beor, dixit hō cuius obscuratus
est oculus, alij legunt vice versa, dixit homo
cuius apertus est oculus, & alterū alteri opti
Hie.32. me conuenit. Nā mali, (ut ait Hieremias:)
Sapientes sunt ut faciant mala, bene autem
facere nescierunt: Habent mali oculos clau-
sos, & apertos, & talis fuit hic miser Balaam,
quē cupiditas excæcauit, cum tñ tanta ad
malum faciendum præditus esset sapienti.
Sic etiam hi miseri tā sagaces, & edocti in
secularibus reb. à malitia sua excæcati sunt,
& tam ignorantes fuerunt, ut hæc clarissi-
ma uerba, quæ hic Dominus illis prædica-
bat, non intellexerint. Et ita debitū illorum
timorem, ut oportebat, non conceperūt, &
perinde nihil emolumenti ex illa diuina p-
dicatione perceperunt. Hi, de quibus nunc
loquimur iam ex hoc mundo transierunt, si
malè operati fuerīt iam iniquitatis suæ mer-
cedem accipiunt, sceleraque sua satis digne
persoluunt. Quod si hoc Euangelium prędi 33
camus, non hoc eorum, sed nostra causa faci
mus, & hæc cōminationes nobis deseruiūt.
Quapropter summa animi contentione
Deum exorate, ut timor, qui illis defuit, in
animabus uestris imprimatur. Nam pro ma
gno beneficio dicebat Deus Hieremiæ. Et Hie. 4.
timorem meum dabo in corde eorum, ut Psal.26.
non recedant à me. Et ubi nos legimus. A
facie tua Domine concepimus, & quasi par
turiuimus, & peperimus spiritum salutis,
alij legunt. A timore tuo Domine conce-
pimus, &c. Et utrumque est idem. A facie
enim Maiestatis alicuius timorem concipe
re solemus. Ex his uerbis apparet quam 34
singularis sit & præstans timor Dei, siqdem
eo anima cœlesti quadam prægnatione præ
gnata manet. Vnde prouenit, q spiritum sa
lutis, & alias plurimas uirtutes pariat. Et
quemadmodum mulier prægnata appeti- Simile.
tus mutat, nō vult enim nisi acria, colorem
que vultus permutat, ita etiam anima diui-
no timore pręgnata cum sanctis propositis,
statim appetitus mutat. O utinam diuina
Maiestas, hanc in uobis prægnationem o-
peretur, & uidebitis quomodo statim sicut
prægnatæ res acres desiderabitis, lachry-
mas, s. asperitates, ieiunia, ac deniq; uerbera
cupietis, quæ omnia sensualitati sunt acris,
& acerba. Vt dicebat Iob. Quæ prius nole- Iob.6.
bat tangere anima mea, nunc prę angustia
cibi mei sunt, ita & uos, quæ antea uirtutis
exercita operatis, nūc summo studio, & ma- 35
ximo animi affectu amplectemini, & facies
quæ hucusque candida, & rubicunda ince-
debat, iam deinceps colorem immutabit,
præ pænitentia, uigilijs, & uitæ asperitate &
denique ex hac sancta prægnatione salutis
spiritus orietur, cum hac. n. dispositione gra
tiam suam Deus communicat, qua cœlestis
gloria comparatur, ad quam nos perducat
Iesus Mariæ filius, Amen.

Feria

Feria III. post Dominicam II. In quadragesima.

Super cathedrã Moysi sederunt Scribę & Pharisæi, &c. Matth. 23.



ERIA tertia ante suã sanctissimã Passionẽ, maximã quandã disceptationẽ habuit Christus Redẽptor noster cũ Pharisæis, & legis peritis, in qua illis para
1 bolã illã uineæ, quã locatam habebant mali agricolæ, & parabolam nuptiarũ a quib.
Mat. 21 expulsus fuit in tenebras exteriores hõ ille qui nuptialibus uestibus exornatus non introierat, pposuit, his omnibus ad ueritatis agnitionem curans illos adducere, ad quod propositum quæstionem etiam illam eis pposuit, videlicet, Christus cuius filius sit, vbi manifestè illis probauit, ꝙ siquidem Dauid prophetauerat, dicens: Dixit dominus Domino meo, & in hoc Messiam dominũ suũ appellauerat? Messias plus erat, quã homo, quia uerus Deus erat. Vidẽs autẽ Dñs Iesus
Psa. 109 nihil horũ sufficere, sed eos magis, ac magis obdurari prædicationẽ suã populo, discipulisq́ue suis direxit, dicens: *Super cathedrã Moysi, &c.* admonens illos, ut Pharisæorum
2 & Scribarum doctrinam, nõ uero ipsorum opera sequerentur. Dicunt enim, & non faciunt Cælestem hanc admonitionem, nõ solum illis temporibus, sed etiam pręsentibus, & futuris sæculis usque ad uniuersalẽ mundi consummationem dominus præbuit. Nã in omnibus temporibus poterit accidere magistros esse, qui uirtutem doceant, nec tamen illam exequantur, quæ satis maxima ærumna est. Si Deus homini linguam, & nõ manus dedisset, nõ miraret ꝙ homo loqueretur, non tamen operaretur. Cum autem hõ unam minimã linguã, manus uero binas cum plurimis digitis acceperit, & tamẽ multa loquitur, pauca uero operatur: hoc maxime admiror, & qđ peius est non solũ aliqui
3 non operãtur bonũ, sed faciunt malũ, quo pximos suos scandalizant, atq; etiam peruertunt. O prædicatores Euangelici, ò Ecclesiastici uiri, ò prælati quantũ honoris ac æstimationis, & quidem fructus etiam sanctum Euangeliũ amittit, eo quod ministri nõ sint quales esse oporteret, quia sicut medicus, qui aleos uno modo curat, & seipsum uiceuersa moderatur, medicinæ suæ suspicionẽ
Simile. affert, aliosq; de eius uirtute facit dubitare, sic etiam magister, & prædicator, cuius uitæ pietas, morumq; integritas doctrinæ, quam prædicat, nõ consonat, stulto saltem, & ignaro occasionem præbet, quo de ueritate doctrinæ, quæ illi pdicatur, dubitet. Per Hieremiam dicit Deus de quibusdam pessimis Hie. 23.
prædicatoribus. Si stetissent in cõsilio meo, & nota fecissent uerba mea populo meo; auertissem utique eos a uia sua mala, & a cogitationibus suis pessimis. O uerbum maximi doloris quomodo cum illud audiuimus, 4
cor nostrũ non cõteritur? Dicit etenim hic Deus se propter prędicatores populum ab eorum peccatis, atque etiam a malis cogitationib. conuersurum fuisse, si prędicatores in occultum Dei cõsilium introiuissent, id est, si essent homines spirituales, solitudinis & orationis studiosi, illic. n. eos Spiritus sanctus erudiret, quomodo oporteret illos munere suo fungi, ut dura, & rebellia corda lacerarent, quia uero in hoc consilium non ingrediuntur, prædicatione sua hunc effectum in animabus non efficiunt. Etiam hoc significauit Ecclesiasticus, vbi dicit. Verba sapientiũ sicut stimuli, & quasi claui in altũ defixi. Sapiẽtes dicuntur in sacris literis, nõ ij uidẽ, qui diuinæ legis theoricam sciunt, sed qui simul practicã illius cognitionẽ habent. Vult igitur dicere. Verba sapientũ qui 5
sunt uirtute prædit, q́que lege domini delectantur, esse quasi stimulos, q corda feriunt, Eccl. 12
& cõpungunt. Sunt etiã (inquit) eorũ uerba sicut claui magnopere affixi in altũ, vsq; ad capita, ita declarat B. Hieronymus illic, clauos in altũ defixos idẽ significare, ꝙ in pro- Hiero.
fundo defixos, sicut puteus dicitur altus, id est, profundus. Vult igitur dicere horũ uerba tã acuta esse, ut hominum animos penetrẽt, & in cordibus infixa maneãt, ita ut obliuioni nequeant tradi. Sicut claui nimis affixi uix euelli, aut commoueri possunt, etsi alijs uidetur hæc metaphora esse de clauis in altum affixis, a quib. cortinę pendent, ita iustorũ pdicatorũ uerba auditorũ animos 6
suspensos tenent, eosque à terra eleuant, ut quasi cortinę hãc Dei domũ, quæ est sancta eius Ecclesia, exornent. Hunc igitur fructũ amittit sanctum Euangeliũ, eo quod a talibus sapientibus non prædicetur. Idcircò S. Paulus nos admonet, dicens. Nemini dan- 2. Co. 6.
tes ullam offensionem, ut non uituperetur ministerium nostrum, sed in oĩbus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, ut tribulationib. in necessitatibus, in uigilijs, in ieiunijs, in castitate,

in

in charitate non ficta. Longũ eſſet annume
rare nõ plurimas virtutes,quas illic B. Paulus cõmendat miniſtris Dei, ne miniſter in
contẽptum ueniat,& nõ ſolum nõ proficiat
Ro. 14. ſed officiat,q̃ qdem ſumma eſt miſeria,& in
7 fælicitas. Ad hoc ꝓpoſitum ſingularia quædã uerba,& notatu digniſſima dicit B. Paulus;Si.n.ꝑ cibum frater tuus cõtriſtat,iam non ſm̃ charitatẽ ambulas. Anteq̃ vlterius ꝓgrediamur,notate ex hoc loco colligi opera,q̃ nõ ſunt neceſſaria,licet ex ſe bona ſint, ꝑ puſillorum tñ ſcandalum,ad tps pretermitti oportere. Dicit ulterius S. Apoſtolus; Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Chriſtus mortuus eſt. O diuinã exaggerationẽ? Ex eo (inqt B. Paulus) Proximi tui pretium,& æſtimationẽ potes perſpicere, ꝙ tãti Ieſus Chri
Simile. ſtus illum emit Aduerte Ieſum Chriſtum ꝓ eo mortuũ fuiſſe. Qui ex uoluntate ſua annulum pretioſam margaritã habentẽ in lacum cõijcit,ꝑtium,quod ꝓ illo dedit,ſe contẽnere aperte demõſtrat. Sic qui proximum ſuum ad peccandũ inducit,ſignificat ſe Ieſu Chriſti filij Dei mortem, qua proximus em
8 ptus fuit,negligere,& nihil æſtimare. Quo circa ut illũ doceas,nec eũ ſcãdalizes, ſed in
1.Co.8. oĩ bono cõſerues, vide quanto pretio illum Ieſus Chriſtus emerit. Eadẽ exaggeratione vſus eſt ẽt ipſe Apoſtolus,dicens: Et peribit infirmus in tua conſcĩa frater propter quem Chriſtus mortuus eſt. O q̃tum malum & incõmodum erit hoc, & quã grauiter pro illo punieris? Hic aũt circa illud,de quo loquebamur,ita concludens,dicit; Nõ ergo blaſphematur bonum noſtrum, i. uideamus ergo quõ uiuimus,ne Deus,quod eſt bonum noſtrũ blaſphemetur, quapp, etſi tibi, ſalutiq; aĩæ tuæ nõ conſulas,nec Chriſtiani noĩs dignitate ad virtutẽ cõmonearis, ut proximũ tuũ nõ ſcandalizes, ſaltẽ hoc te cõmoueat, ne tua cã Deus iniuria afficiatur. O quã affe
9 ctuoſa exaggeratio eſt dicere: ne ergo blaſphemat bonũ noſtrũ? Quod ſi talib. verbis tanta cũ efficacia Chriſtianis omnib. generaliter cõmẽdat,ut diligẽtiſſimè caueant,ne fratrib. ſuis ſcandalum afferã, non ſolũ male operãdo, ſed ne qdem aliquẽ cibũ comedendo,ꝑ ꝙ (etſi ex ſe illũ comedere malum nõ eſſet) aliquis ignarus,& inſipiens ſcandalizaretur. Quibus verbis arbitramini hoc Eccleſiaſticis uiris commendari oportere, quorum malum exẽplum longe pretioſius eſt,& in maiorem Dei optimi maximi iniuriam redundat? O utinam hoc ſatis dignè exaggerare poſſem. Vt aũt illud melius intelligatur, notandum eſt in hac uniuerſali Eccleſia Deũ diuiſiſſe officia Magnis,& potentib. iudicium,& iuſtitiam commẽdauit.
Et ita Sap. eam illis cõmendat,dicens. Diligite iuſtitiam q iudicatis terram. Vos ô iudi Sap.1.
ces (ait) gubernatores, & reges, quorum munus eſt terram iudicare,aduertite hoc, ꝙ uobis ſummoperè commẽdo,ſ.ut iuſtitiã intimo cordis amore diligatis. Diuitibus verò mĩam commendauit, ideò namq; illos diuites effecit. Et ſic B. Paulus dicit. Veſtra abun 10
dantia illorum inopiã ſuppleat, vt & illorũ abundantia ueſtræ inopiæ ſit ſupplemẽtum, vt fiat æqualitas. His verbis ſignificat D. Paulus,ꝙ ſicut Deus diuitib. mĩam, ita pauperibus patientiam,aliaſque plurimas uirtutes cõmendauit. Et ſicut diuites tẽporalibus abundant,ſpiritualibus bonis indigere ſolent. Pauperes verò ècontra oportet,ſiquidẽ 1.Co.8.
tẽporalibus indigent, ſpiritualibus abundent,& ſicut diuites debent eorũ corporalẽ inopiã ſupplere,ita oportet pauperes, ut diuitum ſpiritualem inopiã ſuppleant. Inter oẽs autem Chriſtianorum ſtatus honorem ſuum uiris Eccleſiaſticis Dñs peculiariter commendauit,vt patet in Matthæo, ubi eis Matt.5.
dicit. Sic luceat lux ueſtra coram hoibus, ut 11
uideant opera ueſtra bona,& glorificent Patrem ueſtrum,q in cęlis eſt. Qui vero ſunt mali,nõ ſolùm diuini honoris rationem nõ habent,ſed occaſionẽ præbeant,ut Deus blaſphemetur,& iniurijs afficiatur. Loquens B. Heb.11
Paulus de illis ſanctis Patribus, dixit. Non cõfunditur Deus vocari Deus eorum. Imo non ſolum Deo non fuit dedecori, uerum etiam honori fuit maximo tales ſeruos habuiſſe, quos cum gentes tam probos uiderent,dicebant. O quam bonum Deum hñt hi,qui tales illos facit? Si ergo Deus nõ confunditur iuſtorum Deus uocari,ſequitur,ꝙ confunditur peccatorum Deus appellari, & ꝙ ignominioſum eſt Deo (ſi ita dici poteſt) 12
malos ſeruos habere. Hoc apertè patet ex Eze.36.
Ezechiele,ubi cum Dominus referret. Ezechieli quã parũ Hebræis deberet, dixit Fili hoĩs, domus Iſrael habitauerunt in domo ſua,& polluerunt eam in uijs ſuis,& in ſtudijs ſui. Et ſtatim ſubdidit,dicens. Et effudi indignationem meam ſuper eos, pro ſanguine,quem fuderunt ſuper terrã, & in idolis ſuis polluerunt eam,& diſperſi eos in gẽtes, & uentilati ſunt in terras. Et ingreſſi ſunt ad gentes, quas introierunt, & pollue-

runt nomen sanctũ meum, cũ diceret de eis; Populus dñi iste est? Hi (ait dñs) erãt mali in patria sua, & ideo effudi sup eos irã meam, & inter gentes illos dispersi, sicut paleæ disperguntur quando agricola eas uentilabro in altũ tollit. Qui aũt malus est in patria sua malus est ubique, vnde illud: *Qui hic est asi-*
13 *nus, nõ erit illic equus*, Si mali erant in regione sua, peiores fuerunt inter gẽtes, nõ solum enim inter eas corporaliter ingressi sunt, sed cum corde ẽt, & affectione inclinantes se ad eorũ ritus, & idololatrias, & sic cum illis cõtaminati sunt. Hoc enim significat: Ingressi sunt ad gentes quas introierunt,) q cũ tales essent, me maxima iniuria affecerunt, nomẽ sanctum meũ, hoc est, honorẽ meum polluerunt & cõtaminarunt, videntes.n. eos gentes tã dissolutos, & pditos peccatores dicebant Populus Dñi iste est? Hic est populus, cuius causa Deus tot mirabilia operatus est? propter quos Ægyptios in mari rubro demersit? &c. His tã malis hoĩbus auxiliatur Deus? hos tã peruersos protegit? talis fortasse est ille, quales sunt isti. Hoc magno pere Deus sentiebat, & hãc iniuriam sibi illatã maxime dolebat. Quod autem de illis gẽtes dicebãt, dicent nunc Mauri, & oẽs infide-
14 les de improbis Christianis, cum eos tam puersos esse animaduertant, illos præsertim, quibuscunq; loquunt, & conuersat. Non est dubiũ (dicent) quin talis sit Iesus Christus quẽ isti adorãt, & vt Deum uenerant, quales ipsi sunt. Ecce quẽ honorem altissimus Dei filius à nobis eliciat, pro innumeris beneficijs, q̃ in nos contulit, & semper confert. Idcirco cõfunditur Deus vocari Deus peccatorum. Qđ si uniuersi mali Christiani Deum dedecorãt, longè maximam iniuriã illi inferunt mali uiri ecclesiastici, quibus Deus peculiariter honorẽ suum cõmendauit, non solum.n. infidelibus, sed ipsismet Christianis scandalo sunt, dicunt enim: Populus Domi-
15 ni iste est? hi sunt, qui quotidie in pectore suo Deum recipiunt? hi sunt, qui in mensa Domini sedent? hi sunt, qui nobis prædicãt? hi sunt quib. peccata nostra cõfitemur? Tales ministros hẽt Deus? qũo tolerat Deus tales hoĩes, & sacerdotes suos? qũo non imperat aperire terrã, quæ eos deuoret? quid mirum si nos mali simus cum Dei ministri tales sint, cuius manib. ipse quotidie obtrectatur? O maximã Deo illata iniuriã, O patres Ecclesiastici, ego uos sanctissimæ Trinitatis nomine adiuro, ut attendatis altissimæ Maiestatis honorẽ uobis cõmẽdatum esse, ne illum vestris deprauatis morib. cõteratis, neq. sitis occasioni ut aĩæ, pro q̃bus Iesus Christus mortuus est, in ęternũ pereãt, ne sitis sicut illi, de q̃bus hic dicit Dñs. Dicunt, & nõ faciũt, &c. Amãt primos accubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis. Sunt hypocritę ambitiosi q oĩa opera sua faciunt, vt videant ab hominib. & ut illis placeant. Et inter alia plurima, quę dñs de illis dicit, est 16
hoc unum, qđ alligat onera importabilia in humeros hoĩum, digito autẽ suo nolunt ea mouere. Vtinã in hunc defectum aliq̃ plati huius tẽpestatis maximã regularium nõ incidãt, q plurima, & grauissima decreta cõstituunt, q̃ ipsi obseruaturi nõ sunt, putãtes dignitates, & munera sua eos, excusare, quominus decreta, q̃ statuerũt obseruẽt. Et nõ quasi securi faciunt, sicuti, q ligna scindit in monte, q̃ humeris suis non asportaturus est, ꝙ si aliquod portaturus est, portat illud, ut animal ꝙ integrum pondus defert, eo pcutiat. Noli esse iustus multum dicit Ecclesiasticus hoc.n. esset pp nimium mulgere, sanguinẽ ẽt effundere. Gloriosus Baptista nõ bibebat vinum, nec carnib. uescebatur, vt hoĩes ꝭm status sui conditionẽ pnĩam agerent. Etsi illi tã improbi doctores erãt, dicit tamẽ Dñs populo. Oĩa q̃cunq; dixerint uobis, seruate, & facite, ꝭm uerò opera illorum nolite facere. Non vult dñs ouem pastoris iudicẽ fieri, 17
sed vt illi in oĩbus, q̃ ꝭm Dei legẽ sibi pcepta fuerint, obediat. Monstrosum esset uidere hominem, q hominis os hẽns, gryphis manus haberet mõstrosius est autẽ optima uerba loq., & opera mala facere. Non vult autẽ dñs, ut tu eius manus aspicias, sed vt os intuearis, & secundum illa, quæ pastoris tui os tibi dixerit, dummõ Dei legi consonent, guberneris. Etsi nunc altissimi Dei beneficio non habemus, quare de hoc queramur, sed quare diuinã Maiestatẽ glorificemus, cum pro maiori parte, nec in prædicatoribus, nec 18
in prælatis mala exẽpla uideamus. Quapp maiori rõne sanctam eorum doctrinã tenemur imitari. Nec ẽt prælati subditis suis intolerabilia onera nunc imponunt. Quãquã vnum, ex illis, quę diligẽtius curat Sathanas est subditis psuadere, ea quæ sibi a superioribus suis pręcipiuntur, non esse pp spiritualẽ eorum utilitatem, sed pp odium quo subditos prosequutur, aut ut illos nimium fatigẽt. Et sic in Genesi dixit ipse mulieri. Cur pręcipit uobis dominus, ut non comederetis

Mat. 23

Simile.

Eccl. 7.

Luc. 3.


tis de omni ligno paradisi? Idest, cur præcepit modo uobis rem tā impertinentē? fortasse hoc fecit, vt vobis molestiā offerret. Hanc
Gene.3. autem intentionem diabolum habuisse, apertius ex alia translatione apparet, quæ dicit; Ira, quia dixit Deus; non comedetis ex omni ligno paradisi: quod voluit eis persuadere Deum propter iram, & odium illis prohibuisse, ne ex illa arbores comederent. Hoc malum summopere subditis officit, arbitrantur propter odium sibi libertatem adimi, &
19 res impertinentes, & intolerabiles præcipi. Non intelligunt nullam esse peiorem seruitutem mala libertate, & non esse maiorem libertatē, q̄ bonam, & sanctam seruitutem. Et siquidem nobis præcipitur improbis prælatis, & prædicatoribus obedire, cum maiori suauitate, & delectatione deberemus illis obtemperare cum sint boni, & iusti. Cum iam subditos doceret obedientiam, q̄ eos prępositis suis habere oportet, Prelatos nunc admonet, ut current, ne sint sicut illi superbi, qui ab omnibus magistros, & patres se appellari cupiebant: & dicit illis. Omnes uos fratres estis. Patrem nolite vocare vobis super terrā,
20 &c. O Christe verorum humilium amator, veræque humilitatis doctor, quare nos admonet ne vllum patrem vocemus, siquidem
1.Co.4. uidemus Sanctum Apostolum tuum Paulū dicere; Nam si decem milia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Iesu per Euangelium ego uos genui. Vbi ipse se patrē uocat, & patrem haberi, & appellari vult. Et ad Galatas dicit:
Gala. 4. Filioli, quos ego iterum parturio, donec formetur Christus in uobis; Hic eos uocat filiolos, & dicit se parturientis dolores passum fuisse, ut illic Iesu Christo renascerentur: In quo significat gloriosus Apostolus, quot dolores, & angustias ob conuertendas animas
Mat.42 pateretur. Ex quo cognoscetis optimam rōnem, quare dn̄s dixerit: Quicunque fecerit
21 voluntatem patris mei, ipse meus frater, soror, & mater est. Certum est matrem uestrā non uobis animam, sed tantummodo corpus genuisse, animam aūt Deus creat. Et q̄a solū corpus uestrū genuit, dr̄ mater uestra. Iustus ergo, qui patris voluntatem facit, oīum sanctificationem curat. Et hæc est voluntas Dei, sanctificatio uestra (ait ipse Apostolus.) Cumque iustus in hoc Dei voluntatem impleat oīum peccatorum quoad pōt sanctificationē curat. Et cū sint antea mēbra Sathanæ, curat iā conuersi Iesu Christi membra, & sui sancti corporis mystici partes efficiant. Et quia Iesu Christi corpus gignit, ideo dr̄ mater Iesu Christi, sicut mater uestra sic dr̄, quia corpus uestrum genuit. O admirabilē seruorum Dei excellentia? qui, quia cum doloribus quasi parturientis peccatorum conuersionem curant, tam insigne cognomen cōsequunt. Quis cū hęc audiat amodò de hoc tā sancto negotio agere non incipiet, & omni cum diligentia, ēt cum doloribus parturientis peccatorū salutē inuestigare, intelligēs, quantū hoc Deus ęstimet? Si ergo dn̄e tu iustum
matrē appellas, & B. Paulus vult se patrem haberi, quare nos eos patres non uocabimus, q̄ 22
tam singulare nobis conferunt bn̄ficiū? Cū Saul Dauidē persequeretur, cūq; Dauid illū posses in spelunca occidere, contētus est clamydis fimbriā illi abscindere, & postea foras exiens, dixit illi; Pater mi, uide & cognosce orem clamydis tuæ in manu mea. Si ergo 1.Re.24
Dauid sū psequutorē patrē nuncupat, quare & ego patrem non noīabo eum, q̄ me docet, & affligit, ut me ad cælū deducat? Atque ēt gentes consueuerant dominos, quib. cum habitabant patres appellare. Quādo famuli Naamā leprosi, cū ille nollet ire ad abluen- 4.Reg.5
dū se in Iordane, illi dixerūt: Pater si rē grandem dixisset tibi propheta, certe facere debueras, quanto magis, &c. Quare igitur nos eos, quib. plura debemus, patres non dicemus? Ad hoc respondeo dn̄m in his verbis significare voluisse infinitā differētiam esse inter cælestium Patrē, & cæteros terrestres pa-
tres, q̄ in cōparatione Dei, patres noīe quasi 23
non sunt nūcupādi, q̄ nobis maximę est cōsolatione. Vnde oportet nobis admirabilem quandam in diuina Maiestate fiduciam ꝑficisci, cum nobis præcipiat, vt se solùm infinitæ pietatis, & clementiæ patrem habeamus. Etiam potest dici, q̄ præcipiens ne super terram patrem, aut magistrum aliquem appellemus non prohibet pietatē, & reuerentiam, quæ spiritualib. patribus, & magistris debe-
tur, sed illud uetat, quod dixit S. Paulus, his 24
verbis. Cum sit inter vos zelus, & contentio: 1.Co.3.
scilicet, super patribus, & magistris, nonne carnales estis, & secundum hominem ambuletis? Hunc igitur carnalē affectū, ex quo discordiæ, & simultates oriūtur, prohibet hic dominus, & vult ne nimis patrem auum confessorem diligas. Non prohibet illum à te patrem uocari, & amari, ueruntamen non tanta cum affectione, ut aliqui solent facere, qui propter terrestrem patrem cælestem

deserũt,& alios minoris æstimãt, ipsis uero
suis cõfessarijs,superbiæ,& ruinæ occasionẽ
præbent. Etiam hic docet dñs, ẽt si prælatos
à subditis magni æstimari oportet, prælatos
tñ quasi fratres subditos suos habere. Et ita
dicit: Oẽs uos fratres estis. Et inferius ait:
Qui maior est vestrũ,erit minister uester. O
admirabilẽ doctrinam Beatus erit,qui illam
custodierit. Pẽsate fratres charissimi q̃ plena
25 sapientiæ sit hæc doctrina,vltra.n.quod hoĩ
superioritatem habenti magnopere necessa
ria est,ne forte superbiat,& prælatione eua-
nescat:est etiam necessaria,vt eius moderatio
sit suauis,& ut subditi ab eo libenter se gu-
bernari patiantur. Naturaliter namque ho-
mini exosum est alij obtemperare,si vero in
præposito suo superbiã animaduertit omni-
nò hæc subiectio,& obedientia,quam illi ex
hibet,est intolerabilis,sed qñ subditus in prę
lato suo humilitatem,& suauitatẽ quandam
experitur, cor ille,& asperitas,quã dñatio se
cum affert,cito remouetur,& libenter pati-
tur ab eo sibi iugum imponi, qui cũ sit ma-
Exo.34. ior,se habet sicut si esset minor. Videntes Aa-
ron,& filij Israel cornutam Moysi faciem ti-
26 muerunt prope accedere, Sunt aliqui prælati
qui cornua in facie habere vñr. Sanctus ille
habebat splendores quosdam,quę cornua vi
debantur,habebat ãt eos ex consortio sermo
nis Dei. Hi verò habent cornua pręsumptio
nis,& arrogãtiæ,quibus subditos deterrent.
Hãc igitur elationem,& cornua pręcipit hic
dñs vt deponas,tamq; familiarem, atque hu
manũ in subditos te ostẽdas vt minima
quaq; necessitate oppressi ad te liberè confu
giant,eamque tibi securè audeant reuelare.
Et cõcludit dicẽs: *Qui se exaltat humilia
bitur.* O nimiũ metuendã sententiã: Dñs con
cedat nobis spũm,quo illam intelligere,atq;
fructum percipere ualeamus. Qui ueram hẽt
humilitatem, q̃ est exacta quædam uilitatis
suæ cognitio, & humillima atque uilissima
27 sui ipsius ęstimatio,mirificã habet dispositio
nem ad alia plurima Dei dona suscipienda.
Et ita intelligitur illud, ꝙ dixit B. Iacobus.
Iaco. 1. Oẽ datũ optimũ,& oẽ donũ perfęctũ desur-
sum est,descendens a patre luminum. Cũ sit
verum Deum esse infinitã essentiã, cęlumq;
terrã,& infernum,ac deniq; omnia adimple-
re,quõ ergo Dei dona possunt descendere. si-
quidem Deus inferius,& superius est? Dico
ꝙ quia Dei dona optima, & perfecta humili-
bus corde, qui in propria sua æstimatione
sunt infimi,nõ uero superbis,& elatis cõicãn-
tur(Deus.n. superbis resistit, humilibus aũt.
dat gratiam)idcircò dona desursum descen-
dere dñt,i.ab altissimo,& infinito Deo adhu
milem & infimum in reputatione sui, & si-
mul humilitas aliarum cõpluriumuirtutum
est mater,ex ea.n. reuerentia,timor,obedien-
tia,patientia,mansuetudo, modestia, ac de-
mũ amicitia proficiscitur. Qui.n.est humi-
lis facile oĩb.obtemperat,alios honorat, &
veretur,ne aliquẽ offendat.O clarissimã uir-
tutẽ,tot uirtutum genitricem, quod sine hoc
fundamento cõstruitur,ad maiorẽ ruinã, & 28
euersionẽ erigitur. Vnde Augustinus: Si co-
gitas(inquit)magnã fabricã constituere cel- Au. sup
situdinis,de fundamento prius cogita hu mi- Mat.c.11
litatis,aliter.n.noueris te magnam ædificare
ruinã. Tam excellens est hæc virtus,ut sæpe-
numerò Deus hoĩes maximas ruinas facere
patiatur,quo hanc humilitatis uirtutem cõ-
sequatur. Quemadmodum,si quis domum cõ-
struxisset, in cuius ædificatione maximam Simile
pecuniarum copiã cõsumpserat,quia autem
sup fortissima fundamenta nõ fuerat ędifica-
ta,improuiso cum maximo dñi sui detrimẽ-
to cecidit. Sed cum illam iterũ ædificat,fun-
damenta optima,& fortissime iaci curat, &
artifices iterum,atque iterum admonet, ut
profundã fossam excauent,quousq; ad uiuã 29
rupem perueniant, licet multum ipsis in ia-
ciendis fundamentis cõsumant. Nam dicit:
Si cum ego primò domum meam ędificaui
optima fundamenta iecissem,nunquam illa
corruisset, nec frustra meas pecunias con-
sumpsissem. Sic permittit Deus,ut qui ma-
gnam uirtutis ædificationem construxerat,
quæ tamen in superbia nitebatur,in magna
peccata incidat, ut animaduertens se eo ꝙ
humilitatis fundamentis caruerit, à gratia
Dei excidisse,postea uerã,& ex animo humi
litatem curet adipisci, ut noua uirtutis con
structio fortissima maneat. Grauissimus Simile
est morbus ad quem curandum, & sanan-
dum,opus est brachium abscindi,aut aliam
præcipuam corporis partem amputari: sic
maximus & grauissimus est morbus super-
biæ,siquidem ut anima ab eo radicitus cure 30
tur,& sanetur,sæpenumero permittit Deus,
vt alias plurimas uirtutes, sicut castitatem,
patientiam, &cæt. amittat. Permisit ergo
Deus, ut superbus inhonestatis peccatum
committeret, aut iniuriam maximam pro-
ximo suo inferret, &cæt. Vt sic animad-
uertens se talia scelera perpetrare, humi-
liaretur. Etiam est maxima superbiæ exag-
gera-

Iac. 4. Boet. geratio, illud B. Iacobi qđ sup. diximus, nēpē, Deus superbis resistit. Dicit Boetius cętera oĩa peccata esse aĩam a Deo recedere. peccatum autem superbiæ esse aĩam aduersus Deũ insistere, & uelle illi obstare. Et iō nulli alij pctō dr̃ Deus resistere, nisi superbiæ, q̄d aũt est alicui resistere, pręterq̃ te ab illo defendere & dicere ei; Auerte a me? Deniq; resistere superbis denotat, solum superbum inter oẽs pctōres contra Deum erecto collo currere. Quapp fratres mei hanc malam pesté
31 diligentissime fugite q̄ quidem efficit, cæteras oẽs virtutes non uirtutes, sed uenenũ esse animæ. Vera autem humilitas ēt peccata
Luc. 18. facit in bonum conuerti. Quid (dicite) habuit aliud publicanus ille pter humilitaté? pp illam autem mĩam a dño cõsequut⁹ est.
Simile. Agricolarum præsertim in veteri: Castella oẽs diuitiæ sunt triticum, in hac regione nihil ferè aliud colligitur nisi triticum, neq; .n. terra hæc oleum, linum, aut oryzã fert, sicut aliæ terræ ferre solent, sed tm̃modo magnam fert tritici abundantiam. Ex tritico autem oĩa depromit agricola, q̄ sibi familię que suæ sunt necessaria. Sic ēt peccator licet nihil aliud, q̄ ueram humilitatem, colligat, cum illa defectib. oĩb. remedium adhibere
32 pt. O q̃ta laus est hęc humilitatis & q̄ pretiosa est, cum ipsa una plus ualeat cum peccatis, q̃ reliquæ uirtutes sine illa psint. Nã alię virtutes sine illa aĩam occidunt, illa uero cũ peccatis ēt aĩam ad ueniam, gratiamq; recipiendam disponit. Quod cum ita sit fratres charissimi oĩb. uobis cõpertum est q̄ merito hanc uirtutem exoptare, atq; omnib. nostris uirib. inuestigare debeamus. Ad q̄ impetrandam maxime propriorum pctōrum consideratio conducit. Vnum peccatum, qđ in nostro cõmissemus; sufficeret cunctis diebus vitæ nostræ (ēt si mille annis viuerem⁹) nos pudore confundere, & humiliare. Quãto magis (o quõ hoc dicam) q̃tomagis (inq̃) frater mi si telam abominationum, q̄ in tota uita tua texuisti, cõsideraueris. O æternæ
33 Deus, quõ põt cor hominis credentis se toties inferno cõdẽnatum fuisse, quoties mortaliter peccauit, nec scit, utrum hæ snĩæ fuerint reuocatæ, superbiam concipere. Considerate nunc attentissime hoc fratres. Hoc enim unũ sufficeret, ut omnes sæculares uanitates despiceremus, & in foramẽ terrę nos includere cuperemus, ubi acerrimam agentes pnĩam moreremur. Magnopere ēt prodest ad humilitatem impetrãdam, superbos fugere, & cum humilib. conuersari, & in uestib. ac fastib. modestiam obseruare, uanaq; cognomina euitare, quæ nimiũ cor faciunt superbire. In Gen. legitur Dei noĩe dictum Gen. 32
fuisse Iacob. Nequaquã Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel, qm̃ si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis? & postea dr̃: Apparuit iterum Deus Iacob, benedixitq; ei dicens: Non uocaberis ultra Iacob, sed Israel erit nomen tuum. Cum iam semel per Angelum Israelis nomen illi imposuisset, iterum ipse Deus Gen. 35
illum hoc noĩe uocari præcepit. Vnde appa 34
ret fortasse Iacob noluisse Israelis nomine uti eo, quod esset maximæ excellentiæ, cum se indignũ esse iudicabat. Israel.n. princeps Dei interpretatur. Optimè in hoc arrogantia nostra obiurgatur, cum nullum titulum q̃tumcunq; maximum expellamus, licet illum nõ nobis quadrare videamus. Quot excellentes, quot illustres, quot pr̃oitates quot reuerendissimos humana superbia inuenit, & hos hæc prænomina acceptamus, atque illis euanescimus. Fratres autem mei aduertite quod dicit dñs, q̄ se exaltat, humiliabitur & qui se humiliat exaltabitur. Humiliamini igitur & hic uobis gratiam suam dñs donabit, uosque in cęlesti gloria exaltabit. Ad quã nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Feria IIII. post Dominicam II. in Quadragesima. 35

Ecce ascendimus Hierosolymam, et filius hominis tradetur principib. sacerdotum. &c. Matth. 20.



CVm iã in medio pęnitentiæ immissi sim⁹, nec deficiamus, sed constantissime ulterius pgrediamur, nobis hodie sãcta mr̃ Ecclesia, hoc Euangelium proponit. In quo refert uirilis, & præstantissim⁹ animus, quo nr̃ diuinus dux Iesus Christus 1
Hierosolymã ascendit, ut pro nobis mortẽ acerbissimã pateret, quo illum curemus imitari, & seq. quousq; propter eum, si oportuerit vitã morti offeramus. Post labores.n. subsequetur quod hic dñs dicit, quod est gloriosæ resurrectionis gaudium, & exultatio. Idcirco postquam secreto cum suis sanctis discipulis de sacratissima morte sua egit, dicit statim. *Et tertia die resurget.* Sanctus Propheta

Hier. 6. pheta Hiere. notabilia q̃dam uerba ad hoc ꝓpositũ dicit: state (inq̃t) sup uias, & uidete q̃ sit uia bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigeriũ aĩabus uestri. State (ait) in alto ut melius possitis uias circũspicere q̃ uos ad desideratam fœlicatem ducant. Obstupẽdum est uidere quot quãque diuersas uias inuenerunt in hoc sæculo filij Adæ per quas
2 (uideri suo) ad cœlestem beatitudinem iter facerent. Et est ualde notãdum ꝙ non dicit hic propheta; uidere quæ sit uia melior, & ambulate in ea. Nã bona, certa, rectaq; uia quę ad æternã uitã ducit, una est, & non plures. Si.n. diceret, uidete quæ sit uia melior, iã significaret alias bonas uias esse adhuc finẽ cõsequẽdum. Idcirco dicit, uidete, quæ sit bona uia inter oẽs, & ambulate in ea. Et uere nullã aliam bonã reperietis præter hanc, q̃ est Iesum Christum filium Dei sequi, nã omnes aliæ uiæ plenę sunt erronib. & in infernum ducũt. Prosequimini igitur ò fratres pœnitentię, q̃ incepistis uiam: qua licet nũc sit acerrimi, & laboriosissimi cliui ascensus in summitate tamẽ, & consummatione huius cliui inuenietis refrigerium animab' ue
3 stris, sicut hic Dei nomine Hieremias promitiit. Quia autẽ ad hunc ascensum diuino auxilio opus est, ideo a diuina maiestate illud instantissime debetis postulare, quo quidem auxilio tam facilis uobis idem ascẽsus apparebit, ut alios etiam difficiliorẽs pquiratis. Hoc aperte significauit Dauid cũ dixit:
Psal. 83. B. uir, cuius ẽ auxilium abs te, ascẽsiones in corde suo, disposuit in ualle lachrimarum, in loco, q̃m posuit. O admirabilem doctrinam. B. est (inq̃t) quẽ tu dñe adiuuas, hic.n. non contentus est illam tantum pœnitentiã agere quæ necessaria est ad salutem animæ suę, sed semp alias ascensiones in corde suo ꝓponit, quæ sunt aliæ sãctiores, & difficiliores exercitationes, ut per eas ab hac lachrymarũ ualle ad locũ quẽ tu ei demõstra
4 sti, conscendat. O fratres mei in hac lachrymarũ ualle cõstituti ne cessetis plorare, & ab hoc diuino dño instantissime postulare, ut peculiare illud auxilium uobis cõmunicet quo suis fauere solet. Et experiemini q̃ efficacia ꝓposita ĩ cordib. uestris habebitis, nouas exercitationũ rõnes inueniẽtes, qb. diuinæ Maiestati placeatis. Hoc est.n. quod significat illud ascẽsiones in corde suo dispo suit. Et si omnes hæ ascẽsiones in hac regia uia seq̃lae nostri supremi ducis Iesu Christi includũtur. Nã (ut sup. diximus) nulla ẽ alia uia quę nos ad cælum ducat, ṗter hanc. Atq. ut ab hac uia, nõ erretis optimũ oĩum remediorũ est, pedẽ in Iesu Christi uestigij constituere. Ambulas post aliũ ꝑ prata uiridia, & post tres, aut quatuor passus iã nescis, qua Simile
prętererit, q̃a in herba & amænitate illa parũ eius uestigia ĩprimũtur, O pratũ & uiriditas humanæ sensualitatis, quot in te homines pereũt? Habes tu optimã q̃dã cogitatio nẽ, ꝙ est vestigiũ a Deo relictum, & an q̃ illã exequaris, iã eam pdidisti. Quę est huius rei 5
rõ? hæc est profecto, q̃a sup sensualitatis uiriditatem resedit, & minimum uestigiũ reliquit, eo quod non fuerit illic bene impressa sicuti uestigia ambulantis ꝑ pratũ nõ bene imprimuntur. Idcircò maxima animaduersione opus est, ut huic diuino duci tenaciter adhæreamus, nec minimo q̃dem tp̃is spatio ab illo oculos remoueamus, pedẽq; in eius uestigij cõstituam'. Hoc est ꝙ ubi primum bona inspiratio nobis aduenerit, confestim illã opere cõpleamus. O quam maxime ĩ cęlestis beatitudinis uia ꝓgrederemur, si hoc Luc. 18.
faceremꝰ. Veruntamẽ dicit S. Lucas hanc ipsam historiã referẽs, ꝙ cum dñs hæc discipulis suis dixisset; ipsi nihil horũ intellexerũt. Erat autẽ uerbũ istud abscõditũ ab eis. Hæc 6
omnia illis obscura erant, illisq; dñs peregrino sermone loq uidebatur. Sic autẽ ego suspicor uos hęc q̃ hucusq; dixi penitus nõ intelligere, q̃a seculari, & sensualia more excæcati estis, & idcirco hunc cęlestis uiæ sermonẽ omnino ignoratis. In Genesi dr̃, ꝙ cũ E- Gen. 28.
sau fratrẽ suum Iacob psequeretur, illũq; uellet interficere, cumq; Iacob pgeret Harã & uenisset ad quẽdã locum, & uellet ibi requiescere tulit de lapidib. q̃ iacebant, & supponẽs illũ capiti suo requieuit ĩ eodẽ loco. Viditq; in somnijs scalã stantẽ sup terra, & cacumen illius tãgebat cælũ, prospexitq; dñm in illius sũmitate cõnĩtẽtẽ. Ex hoc cognoscetis quantũ ualeat iustus apud Deũ, nã tã 7
bona sunt eius opera ut ẽt & illius insõnia magnopere ꝓsint. Q̃d si curas ac uigilãtias Esau cũ insõnijs Iacob cõferatis quanto plꝰ iustorũ ĩsomnia, quã peccatorũ lucubrationes, ac solicitudines ualeant, cognoscetis. B. Hieron. hũc locũ Gen. exponẽs ꝓpẽdit hæc Hieron.
mysteria nõ reuelata fuisse à Deo Iacob in domo patris sui, quousq; ab illa exiuit, & peregrinans ex itinere fatigatꝰ supposito capiti lapide dormiuit. O fratres mei utinã uelletis a domo istius patris, qui uos sub potestate habet, exire, uobis namque in peccato

commõ-

cõmorantibus meritò dici potest, uos ex pa
tre diabolo estis:eiq; obeditis. Quandiu aũt
in eius domo cõmoramini nimis obscura
vobis hęc scala uidebitur. Ascẽsusq; ac cęlũ
difficillimus apparebit. Exite exite festinan
ter à tam mala domo: recũbite, dormite, &
requiescite parũper optimis cõsiderationib⁹
1.Co.10. sup lapidẽ illum, de quo Paulus. Petra autẽ
Psa.118. erat Christus. Et in ista sancta requies dicite
8 cũ Dauid: Bonitatẽ,& disciplinã,& sciẽtiam
doce me & alia translatio dicit. Bonũ gustũ,
& scientiã doce me:sic.n. ex Hebræo trãsfer
ri põt. Hoc est, q uos à Deo oportet postula
re dicentes, dñe illumina aĩam meã, ut quæ
amore debeo, & quæ gustare, quæq; teneor
execrari cognoscã. Dñe per uiscera miæ tuæ
te deprecor, ut perspicacissimos oculos mihi
cõcedas, & sciẽtiam ac cognitionẽ quandã
cælestis uiæ me erudias, & fac, ut hoc unum
mihi suauissimũ, cætera uerò amarissima ui
deant. Bonũ gustũ, & scientiã doce me. Qđ si
feceritis, non dubito quin quando quis de
ascensu ad Hierosolymã uobiscum locutus
fuerit satis uobis manifestus sermo uideat.

Cum dñs de hisce rebus loqueretur, *Tunc accessit ad eũ mater filiorũ Zebedæi, &c.* Vsq;
9 ibi: *Dic ut sedeant hi duo filij mei, &c.* Hæc
uerba uarijs interpretationibus exponi so
lent oĩbus ãt illis optimè quadrat, q dñs re
spondit dicẽs: *Nescitis quid petatis.* Aliqui di
cunt hanc sanctã mulierẽ hic petijsse ut filij
sui scriberentur. Ita ut illud: sedeant, tñ ua
leat ac si dixerit: scribãtur. Vsitatus.n. loquẽ
di modus est quũ uolumus dicere, scribatur
hoc dicere. Fiat sessio huius rei, aut huius fæ
deris: & sic in hoc sensu petere ut sedeant est
Glos.su. petere ut scribatus in libro uitæ, qui est (ut in
Psal.68. glossã sup illud Psalmi, deleantur de libro
uiuẽtiũ) intellectus diuinus. Deus.n. ab æter
no suæ diuinę uolũtatis calamo scripsit.i. de
stinauit in libro, & sapientia sui diuini intel
lectus oẽs, q saluandi sunt. Hic aũt liber uo
10 catur à B.Paulo, adeptio quũ dicit: qui pde
Ephe.1. stinauit nos in adoptionẽ filiorũ. Qđ est cla
rius loquenda diuinum quoddam ppositũ
cælestis beatitudinis homini largiendæ, &
propositũ nulla unquã tporum pmutatione
deficiet, sicut humana pposita solent defice
re. Et dicitur liber uiuentiũ, q a q in eo scri
pti sunt, cõsequuntur uitã in ppetuũ duratu
ram. Soletis dicere de amico uestro charissi
mo. Nequeo illius obliuisci, scriptum enim
in corde meo illum habeo. Sic electorum nõ
põt Deus obliuisci, tanto amore illos diligit
eos in corde suo scriptos deferat. Rõ autem,
ob q hic sensus his uerbis applicatur est pp
illud, q dñs respondit dicens: *Sedere aũt ad* Gal.
dextera meã, & sinistra, non est meũ dare uo
bis, sed quibus paratum est a patre meo. Do
natio.n. sedium diuinę pdestinationis nõ cõ
petit qdem Christo Redẽptori nostro qua
tenus homini, sed æterno patri suo, cuius no
mine hic tota sanctissima Trinitas designat,
q æternaliter expsit, & pdestinauit eos, qui 11
saluandi sunt, & qui semel in hoc libro scri
pti sunt nullo unquam tpe delebunt. Deus
enim incommutabilis est, ut ipse per Mala
chiam dixit: ego Deus, & non mutor. Dicet Mal.3.
aliquis, si illi, q eo modo quo dixisti, scripti
sunt nequaq deleri possunt, quo dixit Moy
ses Deo, Aut dimitte eis hãc noxã: aut si nõ Exo.32.
facis, dele me de libro tuo, quẽ scripsisti, ui
dentur ergo qui illic scripti sunt deleri pos
se. Dico hoc magis nostrum ppositum cõfir
mari, & Moysen illud Deo dixisse tanquam
rẽ impossibilem, q nec ipse cupiebat, nec uo
lebat, sed exaggerationẽ quãdã fuisse, ad si
gnificãdum quãtum populi sui ueniam exo
ptaret. Sicut dicere soletis amico uestro: Do
mine fac istud pter me, quin aliter occide 12
me. Perspicuum est uos nolet ab amico ue Psal.68.
stro interfici, sed ut significetis q tãnullud fie Au.sup.
ri cupiatis, hoc mõ illud exaggeratis. Ita fecit Psal.3.
hic S. Moyses, etsi quum hoc diceret, sed dele
ri nõ posse optimè cognouit. Sed poterit re
plicare quis dicens: ergo malè dixit Dauid
cum rogauit de malis loco citato: Deleãtur
de libro uiuẽtium. B. Au. super hunc locum
respondet huic difficultati dicens: illud, q
deprecabatur. Dauid non intelligi de illis q
realiter in libro uitæ scripti sunt: optime.n.
non erat illos deleri impossibile esse. Sed in
telligi de his, qui seculi opinione in libro
hoc scripti sunt, qui quidem sunt sancti fal
si, & ueri peccatores. Et sic delere aliquem
de libro uitæ est manifestare, illum in hoc 13
libro scriptum nõ esse. Nobis.n. complures
in libro uitę scripti esse uidentur, qui tñ in
libro mortis scripti sunt, ut sunt multi hypo
critę pietatis fictores. Dicit igitur Dauid, do
mine hi, qui ab hoibus sancti iudicari uolũt
pmitte, ut in aliqua publica peccata incidãt
& ita ostendes mundo illos in libro uitę scri
ptos non esse. Et hoc significat: deleantur de
libro uiuentium. Est autem hic maxime no
tandum eos; qui in hoc diuino libro scripti
sunt, sola diuina uoluntate, & non alia ratio
ne scriptos esse, non (inquam) alia ratione

quæ sufficiat hoc diuinum beneficium adipi
Exo.33. sci. Et ita dixit Deus, Miserebor cui uolue-
Ephe.2. ro, & clemens ero in quẽ mihi placuerit. Et
B. Paulus dicit: Dei.n.donum est, nõ ex ope-
ribus, ne q̃s glorietur. Et licet uerum sit ꝑdesti
natione nulli bonis operibus cõparari posse
effectus tñ prædestinationis, q̃ est gloria, bo-
nis operibus ualet impetrari. Bona.n. ope-
2.Pet.1. ra, q̃ in hoc mundo in gratia facimus, digna
14 sunt gloriæ, & ita B. Petrus dicit. Qua ꝓpter
fratres magis satagite, ut p bona opera certã
uestrã uocationẽ, & electionem faciatis. Qđ
si q̃s dicat: si hoc ita est, quõ dicit B. Paulus.
existimo.n. ꝙ non sunt condignæ passiones
huius tp̃is ad futurã gloriã, quæ reuelabitur
Rom.8. in nobis? Ad istud r̃ndeo ipsum Apostolum
alibi dixisse: reposita est mihi corona iustitię
2.Ti.4. quam reddet mihi dominus in illa die iustꝰ
iudex. Et licet in his uerbis S. Apostolus sibi
met cõtradicere uideatur: nam in prioribus
dicit opera nostra de cõdigno gloriã nõ me
reri: in posterioribꝰ uerò dicit, opera nostra
gloria esse digna & iure dominum sibi glo-
riam debere. Si tñ rectè intelligãtur, nulla in
eis inest cõtradictio. In prioribus.n.dicit, bo
na opa in quantum opera ex se tm̃ cõsidera
ta quatenus ex nostro libero arbitrio proce
15 dunt, & gratia Dei denudata per se sola non
esse digna gloriæ. Et hoc est uerissimum. In
posterioribus aũt dicit: bona opera in gratia
Dei fundata, & meritis Iesu Christi Saluato
ris nostri stabilita cæleste beatitudinem pro
mereri. Nã Deus illa tãti p̃tij fecit ut huius
premij digna essẽt. Si nũmum aureũ in state
Simile. ra appendis, cui aliq̃d auri deest, in sublime
ascendit, pondus uerò, ꝙ in altera lãce est,
deorsum descendit: & examen, i. linguam illi
staterę sup pondus inclinat. Remediũ igitur
ut pondus sursum ascendat, est nummo au-
reo tritici granũ apponere, & sic ille deorsũ
descendit, pondus autẽ, ꝙ inferius erat sur-
sum ascendit, examenque, ꝙ antea ponderi
16 propẽdebat, iam nunc super nũmum aureũ
inclinat. Hoc modo Deus operibus nostris
ualorẽ contulit. Nummus auri purissimi est
immensa diuinitas, pondus uero sunt opera
nostra grauissima, & terena. Posita opera no
stra in una lance, Deus uerò in altera consti
tutus, appensa hęc duo in suę diuinę sapien-
tiæ statera, opera nostra, quasi onus grauissi
mũ deorsum pẽdebant, nõ.n. gratiæ, nec glo
riæ digna erant: examenq; diuinæ iustitię in
nos propendebant puniẽs nos pp demerita
nostra. Nũmus uerò aureus, q̃ est Deus, in
sublimi cũ Angelis suis cõmorabatur, hoĩes
tanq̃ indignos relinquens. Meritò ãt nunc
Deo nostro dicere possumus idem, ꝙ dixit Dan. 5.
Daniel ad aliud propositũ loquens, exponẽs
nempè insomniũ Balthasaris his uerbis: Ap-
pensus es in statera, & inuentus es minus ha
bens. Dñe appendisti te cũ operibus nostris
in statera tuæ diuinæ sapientiæ, & inuenisti
tibi granum quodam deesse ſm ꝙ ab æter-
no cõstitueras. Veniat ergo dñe remedium,
& apponatur nummo aureo granum tritici 17
ꝙ adimpletum est qñ humanitas diuinita-
ti unita est. Tunc descendit nummus aureus
deorsum descendẽte Deo, i. humanã naturã
assumẽs, ut cũ oĩbus cõuersaretur. In terris
uisus est, & cũ hoĩbus cõuersatus est. Et de- Baru. 3.
scẽdẽte Deo ascẽdit in altũ pondus operum
nostrorum, ut ipsa gratię, glorię digna essẽt.
Examẽ ẽt, ꝙ antea in nos propẽsum erat in
clinatum est sup nummum aureum, & gra-
num, q̃ est Iesus Xp̃s uerus Deus, & uerus hõ
exercens in illo quatenus homo erat oẽs pœ
nas, quibus scelera nostra digna erant. Et ita
intercedentibus laboribus, & tormentis suis
nobis gratiam promeruit, ut opera nostra
ualorem haberent apud diuinam Maiesta-
tem, & pp illa iurę gloriæ coronam, quí est 18
diuinæ ꝑdestinationis effectus mereremur.

Si igitur hæc mulier precibus, & orationi
bus se diuinæ prædestinationis sedes conse-
cuturam arbitrabatur, meritò illi r̃ndet dñs
dicens: *Nescitis quid petatis.* Hoc.n. non ora
tionibus impetratur, nec mihi quatenus ho
mini illud dare cõpetit. *Sed quibus paratum*
est a patre meo. In his uerb s soluit dñs, quæ
stionem à plurimis disceptatã. Nonnulli.n.
dixerunt, Deum electos suos prædestinasse,
quia ꝓsciuit eos gratia sua bene usuros esse,
quę opinio improbatur à D. Thoma hac ra
tione. Bonus usus gratię, & liberi arbitrij est D.Tho.
ipsius gratiæ effectus. Nam quemquam be- 1.par.q.
ne uti gratia, quam Deus illi dat, & libero ar 23.ar.5.
bitrio, ꝙ habet, ex ipsa gratia prouenit, gra- 19
tia autẽ est prædestinationis effectus. Igitur
bonus usus gratiæ est effectus prędestina-
tionis, igitur non põt esse illius causa. Nam
una, & eadem res non põt esse causa, & effe-
ctus ulterius. Alia etiã rõne opinio illa refu-
tatur: nempè, plurimi sunt prędestinati sine
ulla causa ex parte sui. Ergo oĩbus prędesti-
natis hoc accedit. Nulla.n est maior ratio
de unis, q̃ de alijs in hoc oẽs sunt æquales.
primum patet. Perspicuum est enim infan-
tes, qui ante quam rationis usum habeant,

mo-

moriuntur,nullum hẽre ꝓprium meritum, cum null⁹ in illis sit rõnis vsus. Hi autẽ pdestinati sunt,siquidem saluant. Ergo oẽs prædestinati absq; ullo proprio merito prædestinantur. Hoc manifeste dicit B. Paul.his ver-
Ephe.1. bis. Elegit nos ante mundi cõstõnem:vt essemus sancti,& immaculati in cõspectu eius in charitate. Vt essemus sancti,dicit hic S. Paul.nos a Deo electos fuisse, non autem dicit,eo ꝙ futuri eramus sancti. Et sic statim
20 subdit dicens: q̃ pdestinauit nos in adoptionem filiorũ,&c.Secundũ ꝓpositum voluntatis suæ. Ecce quõ S.Apostol⁹ nullam aliam, præter Dei voluntatẽ,prædestinationis causam assignat. Ita hũc locum exponit B.Augu. Et hic Dñs sigillo suo hoc confirmat dicens: *Quibus paratũ est à Patre meo.* Res est hæc q̃ ad solum patrem sperat, ad q̃ nec humana merita,nec orões,nec ego quatenus homo intercedo ,nisi sola eius voluntas , & misericordia. Hic adest nunc argumentum insipiẽtium,qui dicunt. Iam Deus scis utrũ ego saluandus,an cõdemnandus sim ? Ergo illud absq. dubio fiet, quod Deus scit. Ergo nõ sunt necessaria opera,qũocunq.n.viuam faciendum est quod Deus ab æterno decreuit. Ad quod sic rñdeo. Etiam Deus præsciuit,ac decreuit te triginta, aut quadraginta annos esse uicturum,& illud quod Deus de-

Aug. li. de pdes. Sanct.c. 18.

Simile.

21 creuit, absq. dubio erit. Ergo qñ ægrotaueris non opus est in medicum accersiri, nec medicinam aliquam accipere, siquidẽ quomodocunq; sit,oẽ tempus, quod Deus constituit,victurus es. Quare ergo medicum iubes accersiri?quare potiones assumis? quare medicamentis uteris? nisi quia habes , licet scĩa Dei vera sit, nequaquam possit deficere, necessaria ẽt esse hęc media ad ualetudinem consequendam? Cum igitur in reb. naturalib.& ad corporis valetudinem pertinentib. remedia inuestiges,etsi de diuinæ sciẽtiæ certitudine non dubitas, media, quæ sunt animæ saluti necessaria,negare voles? Vñ hoc
22 prouenit,nisi ex eo ꝙ ea ,quæ sunt corporis diligentius,quã ea, quæ sunt animæ curas? Et ad tuã malam vitam degendam velles aliquẽ colorẽ, scito frater mi qđ sicut Deus ab ęterno animas prædestinauit,ẽt media,quibus eas saluas fieri oporteret,decreuit. Et sicut insipientiæ esset in infirmitate tua non manducare,aut tibi non mederi, sic est maximæ stultitiæ arbitrari te absq. operib. saluandum esse. Quapp frẽs charissimi facite quod vobis B.Petr.præcipit dicens Satagite per bona opera,&c. Idcirco his sanctis Apostolis dicit Dñs. *Potestis bibere calicem, &c.* Et dicentibus illis se posse illum bibere sicut singulare bñficium calicis potũ cõcedit dicens. *Calicẽ quidem meũ bibetis.* Sediũ donatio nõ mihi cõpetit,sed mereri nobis gratiã & auxilium , quo calicem meũ patienter bibatis,ad me pertinet. O liberalissime reparator te deprecor,ut nobis faueas, quo ex omnium gratiarum fontæ fortitudo, & auxiliũ nobis cõmunicetur,ut tuũ sanctum calicẽ patienter bibamus,& calicẽ Babylonis magno odio habeamus. De quo dicit Hiere- 23
mias. Calix aureus Babylon in manu Dñi inebrians oẽm terrã. De uino ei⁹ biberũt gẽtes,iõ cõmotæ sunt. Oẽs voluptates,& cõfusiones seculares dicunt calix aureus pp bonã apparentiã,q̃ hñt,& propter iucunditatẽ q̃ sensib.afferunt. Et hic calix Babylonis dr esse in manu Dñi,quia ex creaturis, quas ipse creauit,ut nos illis moderate uteremur inordinate humanæ uoluptatis uinum elicimus, quo inebriamur & quasi extra nos incedimus amentes,& sine iudicio redditi. Cauete fratres charissimi ne hunc calicem immoderate bibatis, hic est.n. qui hoĩes in infernum præcipitat, O quantum oderat B. Paul.ex hoc calice bibere,cum dicebat: Mi-
hi mundo crucifixus est,& ego mundo. Qñ 24
uni cruci bini affiguntur,alter est auersus ab altero. Et ita dicit. Mundus mihi terga uertit,& auersus est a me,& ego ab illo, ille me reiicit, & ego illum. Mundus est crucifixus, ita ut,licet velit,ad me non ualeat accedere, ego vero sum timoris, amoris,& obedientię clauis affixus quibus mihimetipsi uim infero,ne ad eum accedam. O utinam his tribus clauis affectiones nostræ affigerent,ut (si possibile esset) ad nullã mundi rẽ accederemus, est.n.excõicatus, quem supernus põtifex Iesus Christus excõicauit. Qui patrem suum
ꝓ crucifixorib.suis exorans, pro illo noluit 25
exorare. Vñ dixit. Nõ pro mũdo rogo. Qđ si hæc mulier eum diceret. *Dic ut sedeãt,etc.* De corporalib.sedib.intelligebat,ut ipsa eõ textus litera resonat iure optimo etiam illi dixit Dñs: *Nescitis quid petatis.* Nõ.n.cõuenit muneri, quo filij tui domi meæ fũgunt, nec loco, nec tẽpori sedere, imo nullũ ex iis q̃ saluari cupiunt, sedere oportet in hoc seculo. Oĩb. quippe dictũ est,sint lũbi uestri pręcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Oĩb. nobis præcipit,vt sim⁹ Deo quasi famuli portantes faces accensas in mani-

Hier.51

Io.17.

b is suis, q sp corā dñis suis adstāt, & quum
nim s defessos se inueniunt eleuato uno pe-
Luc.12. de super alterum requiescunt, & postq̄ unus
iā subleuat' est, eleuato altero super alterum
stant. Pace q̄ unusquisq; nrum habere debet
corā diuina Maiestate, oportet esse bonum
opus charitatis igne inflāmatū, pedes āt qui
bus uos inniti oportet, sunt duæ uitæ actiua
nēpe, & cōtemplatiua, & qn uno pede defessi
fuerimus, alio subleuabimur: Hoc significa
Psal.41. uit Dauid cum dixit: In die mandauit dñs
mīam suā, & nocte cāticū eius. Idcirco Chri
26 st' R.N. die populis prædicabat, noctu vero
in mōtib. exorabat. Vt nos doceret, q postq̄
nos in operib. mīæ erga proximos exercue-
rimus nos ad cōtemplatione recipere opor-
tet, ut præterita peccata lamentemur, ut Dei
bñficia in memoriam nostram reuocemus,
vt deniq. nos altissimę Maiestatis amore in-
flammemus. Ideo B Iacobum, & Ioann. in
Mat.26 hortū Gethsemani dñs deduxit, ubi eis pas-
Mat.17 sionem suā oñdit. postq̄ eos duxerat in mon
Simile. tem Thabor, ubi illis suā gloriā reuelarat, ut
eos doceret in alterutro horum pedum illos
īuicē inniti oportere. Idcirco nescitis (inqt)
quid petatis. Etiam nobiles equites, ut certa
27 mina, cōflictionesq. suæ sint decore, & om-
nib. iucundæ nō oportet eos in sella sedere,
sed in stapedib. obnitentes a sella erecti de-
bent cursare. In hac uita seruimus Deo equi
tantes. Eques est aīa, equus uero est corpus,
sella est sensualitas, stapedes sunt rō, frenum
Psal.33. est timor dñi, calcaria sunt labores. Vt ergo
cōflictiōes nostræ cum Sathana sint ualidæ
Deoq; iucundæ, qui quidem uitæ nræ certā
Simile. intuet, quia oculi dñi sup iustos (ait Dauid)
oportet nos nō super sensualitatē sedere, sed
sup ronē obnitentes a sensualitatis sella nos
eleuare. Videbitis eqtem leuis armaturæ tā
peritum, ac elegātem cursorē, ut currēdo sup
equū paterā uini bibat, nec tñ minimā q̄q;
guttā effundat. O q̄ta eqtis dexteritas, & ele
28 gantia Chrs R. N. quasi optimus eques hu-
ius mundi uiā cucurrit, qa exultauit, ut gi-
gas currendā uiā. Et passionis poculū bibit,
nec minimam quidē meriti guttā effudit. In
omnib.n. q̄ dixit, quæq. opatus est altissimos
Psal.18. grē. gloriæq; grad' suis famulis promeruit.
Eccl.30 Nos uerò miseri ēt laborum, atq; amaritu-
dinū pocula putam', ut significauit Eccl. di-
cēs Iugu graue sup filios Adā a die exit' de
ventre matris eorum, vsq. in die sepulturæ in
matrē omniū.i. in terrā, totū tñ meritū ple-
rūq; effundimus. Et ita patimur, nec tñ me-
remur, quia in sensualitatis sella sedentes cur
rimus. Quocirca nos sedere non oportet.
Et ideo nescitis (ait) quid petatis.

Etiam nos dedecet sedes rōne loci, in quo Simile.
sumus. Vestibulum domus viri primarij nō
est locus, in quo filios eius charissimos de-
ceat sedere, cū.n. illic crebro iumenta, & cur
rus, q domui necessaria asportant, onerent,
& exonerent, totū est quasi sterqlinū immū
ditia plenum. Serui, & alij hoīes uiles, & infi
mæ condōnis in illo sedere solent, filij verò
p illud celerime prętereunt, & vlteri' pperā- 29
tes in aulas perpolitè exornatas ingrediunt,
in quib. suauissimè requiescunt. Hic mūdus
est uestibulum quodā regij palatij gloriæ, et
iō nō sedēt ī illo alij pter uiles, & turpes pec-
catores, iusti.n. tanq̄ charissimi filij Dei no-
lūt in tam obscæno, & immundo atrio sede-
re, sed dñt cū B. Paulo. Oīa arbitror, ut ster- Phil.3.
cora, ut Chrm lucrifaciam. Et sic celerrimè
absq; eo qđ ad huius mundi stercus se incli-
nent, aut illud diligāt, p illud pterunt quous Io.14
que ad regias aulas perueniāt, de quib. dixit
dñs: In domo Patris mei mansiones multæ
sunt. Et ī eis in æternum requiescunt. Et sic
Dauid dixit in noīe iustorum, stātes erāt pe- 30
des nostri in atrijs tuis Hierusalē. Quia illic Ps.121.
sederunt sedes, &c. In atrijs (inquit) cœlestis
Hierusalē, q est hic mūdus, sterimus, & illic
sedebunt sedes, q̄ sunt iustorū aīæ. Quia aīa
iusti sedes est sapientiæ. Hæ aūt sedes sede-
būt in iudicio, ubi tāta tribulatio futura est.
Qđ si in iudicio sedē habebūt, qūo in cęlo Sap.7.
nō sedebunt? Quocirca nescitis qđ petatis,
cū in tam immundo loco sedem postuletis.

Quod āt vlterius dicit? *Vt sedeāt unus ad*
dexterā, et alius ad sinistrā. Nobilis matro-
na parum nosti Theologiæ. Nam si de futu
ra uita loqueris mea dextera est cęlestis glo-
ria, sinistra verò est infernus. Et iō nescitis
qd petatis, cū illic sinistrā manū exposcatis.
Si aūt de hoc seculo loqueris, dextra est pro 31
speritas, sinistra vero aduersitas, & qui ī hoc
seculo prosperitatē petit, nescit qd petat, pe- Exo.24
tit.n. laqueu quo se suspendat, & interrimat.
In Exodo? Dei noīe dictum est Moysi: Ascē
de ad dñm tu, & Aaron, Nadab, & Abiu, &
septuaginta senes ex Israel, & adorabis pro-
cul. Est ualde notandū, q inter electos Dei,
qui hic ex uniuerso populo assignant, vt in
mōtem ascendant quasi principes, & pstātio
res post Moysen, & Aaron noīati fuerunt,
Nadab, & Abiu: De quib. postea dicit, q ar-
reptis Nadab, & Abiu filij Aaron turibulis Leui.10
impo-

imposuerũt ignẽ,&c. Egressusq; ignis a dño deuorauit eos,& mortui sunt coram dño. O De⁹ immẽsæ bonitatis ꝙ illi,q ab ipso Deo in altissimũ illũ dignitatis gradum elati fuerant talem ruinã postea fecerunt, tãtoq; supplicio puniti fuerunt? O filij Adæ q̃d solliciti estis, ut p hoĩum manus,& negotia ĩ amplissimos dignitatis gradus efferamini? q̃d ue cum ijs cõstitutis estis, tantopere superbitis,siquidem illi, q ab ipso Deo sublimati fuerant,tã infœlici casu ceciderunt,ac tã miserũ exitũ habuerũt? Quare tã periculosam rem expetere non ueremini? Attendite Pharaoni dixisse ipsum Deum. In hoc posui te.i.exaltaui te ,ut ostendã in te fortitudinẽ meam. Sic forrasse permittet Deus,ut uos ascendatis in dignitatesq; exaltemini , ut sint uobis confusioni,& in uobis potentiã,iustitiamq; suã ostẽdat. Nescitis q̃d petatis,si dexteram ꝓsperitatis exposcitis. Parua.n.cymba si magna defert,uela,tãto uentorũ flatu solet impelli,ut in ꝓfundum maris demergat. Ita illi,q in hoc seculo nauigamus, cum tã paruissimus uirtute ubi primũ magna uela qs hẽt hoc est ubi primũ grandem aliquã dignitatem,& autoritatẽ consequit tanto superbiæ uento solet inflari,ut in ꝓfundũ pelagi æterni immergat,& pereat. Hoc aũt uobis maximè conducibile est, Calicẽ quidem meũ bibetis. Vt cum passionis meæ participes sitis, meæ ẽt gloriæ cõpotes esse mereamini. Ad quã nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Exo. 9.

Simile.

32

33

Feria V. post Dominicam I. in Quadragesima.

Homo quidam erat diues,qui induebatur purpura & bysso , & epulabatur quotidie splendide. Luc.16.

1 REfert B. Lucas, ꝙ p̃dicans Christus redemptor nr̃ maximo cuidam auditorio agebat de mĩa , q̃ oportet diuites ĩ pauperes habere,ut Deus illorum misereatur: Et dicit S. Euangelista,ꝙ audiebant oĩa hæc Pharisei, qui erant auari,& deridebant illum . Et ob hanc causam illis hunc metuendum casum dñs ꝓposuit(qui realiter,& uerè contigit)de diuite quodam crudeli,& de paupere qui miserias, & necessitates suas patientissimè tolerabat. Et dixit: *homo quidam erat diues,&c.* Dicatur literas Euangelij

Hunc obstupendum casum illis dñs commemorauit, & illum eius cõmemorãs de eo nos uoluit certiores fieri quo nos oẽs deterreret,ut siquidẽ charitate ducti boni esse,ac Deo seruire nolumus , saltẽ metu ꝑculsi ad diuinã ipsius Maiestatẽ cõuertamur,& uerã agentes pñiam pctõrum nr̃orum ueniã consequamur. De iusto dicit Dauid. Man⁹ suas lauabit in sanguine pctõris.i.peccatorũ supplicijs admonitus,man⁹ suas lauabit,& meliora ẽt,& synceriora opa faciet,q̃ antea facere cõsueuerat. Si ergo iusti malorum supplicio ad maiorẽ iustitiam,& bonitatem cõmouent, q̃to magis oportet pctõres, qui se ijsdem supplicijs dignos aĩaduertunt, quib. alios sibi similes puniri cõspiciunt timere, & ad Deum cõuerti? In Apocalypsi dicit B. Ioannes, uidi cælum apertum,& ecce equus albus,& qui sedebat super eum uocabat fidelis,& uerax. Et paucis intermissis dicit Et uocabatur nomen eius uerbum Dei,&c. Inter alia autem , q̃ de hoc uerbo Dei sedente super equum album , purissimæ humanitatis suæ,dicit,hoc est unum,ꝙ de ore eius ꝓcedit gladius ex utraque parte acutus,ut in ipso percutiat gẽtes. Gladius tpalium regum nõ est acutus, nisi ex altera parte,non.n.hẽt potestatem, ut aliquid ultra corpus puniat. Cauete autem ab eo,cuius gladius ex vtraq; parte est acutus, qui & corpus occidit,& animam cõdemnat,& utrunq; in infernum ꝑcipitat. Sic dicit ipse dñs. Nolite timere eos, qui occidunt corp⁹,aĩam autem nõ pñt occidere,sed potius timete eum,qui põt,& animam, & corpus perdere in gehennam. O q̃ singulare cõsilium:q̃tumuis potẽs sit res terrestris nullum maius tibi damnum pt inferre,q̃ caput tuum ab humeris euellere,euulso autem illo,oẽm iurisdõnem q̃ in te habebat amittit , siq; anima tua in gratia erat,in cælum duceretur,ut fruatur Deo. Illius autem tam ꝑpotentis dñi iustitiam, qui punit corpus & animam in æternum cõburendam in infernum detrudet,quis non pertimescet. Considerate ergo fratres hanc diuinam historiam? & supplicium quod ĩ illa narratur lauacrum quoddam esse animabus vestris.

Psal.57.

2

Apo.19.

3

Mat.10

4

Dicit S. Euãgelium. *Hõ quidã erat diues.* Ex eo ꝙ erat diues prouenit,ut prophanus, epulo,& carnalis esset, ex hoc autem dimanauit,ut crudelis,& sine misericordia in pauperes fuerit effectus,nec stetit quousq; in infernum perueniret. Attendite per quam miseram scalã infœlix hic diues paulatim ad infernum

fernum descenderit. Si homines non essent isani, quam maximè fieri posset, diuitiarum
Simile.è copiam fugere deberēt. Sicut uir prudēs orphanorum tutorē se esse, eorumq; substantiam suscipere recusat. Nouit.n. cito uniuersæ pupillorū substantiæ rationē, a se ex postulandam, seq; omnib. bonis, quæ sibi commissa sunt spoliandū esse intelligit. Adhuc profecto multo magis argam, & rigorosam rationē a te Deus exposcet omnium bono-
5 rum, q̄ tibi commisit: nescis autē utrum hoc hodie, an cras faciendum sit. Et præter hanc arctissimam rationē q̄ laboriosum est diuiti nimirum semp solicitum, esse, & temere,
Hier.17 ne ante mortem a diuitijs deseratur. Hier. dicit. Perdix fouit quæ non peperit, fecit diuitias, & non in iudicio, in dimidio dierum
Simile. suorum derelinquent eas, & in nouissimo suo erit insipiens. De pdice dicitur, q̄ tanto pere desiderat filios habere, ut aliena oua sibi assumens sub alis suis foueat, & in eis elabores, suoquemet sudore pullos proferat. Postq̄ autem eos ꝓtulit, illam deserunt, & post matrem suam abeunt. Itaq; nihil aliud remanet miseræ, nisi labores, sudoresq; suos frustra consumpsisse, nec tñ ullum ex illis
6 fructū percepisse. Hoc plerunq; hominibus secularibus solet accidere, qui postq̄ magno cum labore, ac uultus sui sudore, plurimisque sceleribus perpetratis quatuor minuta compararunt, accidit infortunium, & omnia simul deperdunt, nec aliquid illis remanet, præter curas, ac solicitudines, quibus corpora sua confregerunt & scelera, quibus animas in illis acquirendis, infecerunt. Si autem ò infælix diues te diuitiæ tuæ non destituerint, saltem tu non potes illas in morte non deserere, & fortasse quo plures iniquitate cū illis commiseris, eo magis tibi Deus uitam breuiabit, ut illas relinquas, & alij ēt
Deu. 28 te inuito illis fruantur. Hęc est.n. una ex maledictionibus, quę ueteris legis transgressoribus immissæ fuerunt; Percutiat te dominus
7 amētia, & cęcitate, ac furore mentis. Et paulo post. Domum ædifices, & non habites in ea, plantes uineam, & non uindemies eam, &c. oues tuæ dentur inimicis tuis. Hoc crebro contingit uiro accumulanti diuitias absq; timore dñi, & illas sine misericordia in prophanitatib. consumenti. Iumentum, qđ ex puteo cooptis oculis aquā haurit, magno cū labore iterū atq; iterū puteum circūdat,
Simile. & demum aq̄ haurit ad olera irrigāda, quæ nō ipsum, sed alij manducaturi sunt. O quoties hi cæci, ac miseri, maria, empōria, tribunalia, & deniq; uniuersum orbem circūeūt, ut summa cū anxietate ea acquirāt quæ non ipsis quidē, sed aliis profutura sunt. Sit Hie Hier. 8.
rem. hoīes quosdā Dei noīe cōminatur dicēs se extraneos hæredes illis esse daturum. Dabo (inquit) mulieres eorum exteris, agros eorum hæredibus, & huius supplicij causā red- 1. Re. 16
dens dicit quia a minimo usque ad maximū Eccl. 5.
omnes auaritiam sequuntur. Hoc ēt misero Sauli contigit, qui in pænā auaritię, qua ha- 8
buit seruā sibi meliora iumēta, & res pretiosiores Amalech contrā uoluntatē Dei regni sui successorem habuit, nō filios quidē aut nepotes suos sed Dauid, quē ipse summo odio prosequebat. Ideo Spūs sanctus dixit. Noli attendere ad possessiones iniquas, & ne dixerit. Est mihi sufficiens uita. Nihil.n. proderit in tpe uindictæ, & obductionis, id est qñ in die obitus tui terra coopertus fueris. Execramini amicum qui cum sanguinis effusione, & mortis periculo fuerit acquisitus, in maiori necessitate, & angustij, qñ hostes in uos irruunt non mouet, nec uos adiuuat. Qñ peccator uiderit diabolus in se irruere, oculos conijciet in illas diuitias, quas cum tanto mortis periculo, & fere sanguine is sudorib. comparauit, uidens āt se ab illis 9
non adiuuari, nec eas aliquid sibi prodesse, qd sentiet, quidve dicet? Quapp noli attendere ad possessiones iniquas, q̄ ne dignæ quidem sunt, ut in illas oculos conijcias. Alia trāslatio dicit hic. Nec cōfidas tuis diuitijs, quia in die aggressionis nihil proderunt. O hō cæce, q̄to appetitu nūc pecunias moues, & q̄ suauiter illas annumeras. Et qñ media nocte expgisceris, qua delectatiōe uniuersæ substantiæ tuæ statiōes cogitatiōe reuoluēs ambulas, nunc de uinea, nūc de domo, nunc uero de nūmis, ac tādē de cęteris bonis tuis cogitans? Tolle tolle o miser cogitationem tuā ab hisce tam inutilib. reb. q̄ ne dignę quidem sunt, ī quas sal tem oculos cōijcias, q̄to minus ut eas nimio amore diligas? Attende 10
in die illius terribilis casus, qñ te diaboli aggressi fuerīt ut ab illis ī īfernū deducaris, uniuersas diuitias tuas nihil tibi esse ꝓfuturas.

Qđ primū de hoc diuite dr̄, est q̄ induebatur purpura, & bysso. Hęc aūt una ex condemnationis illius causis assignat, lautitia nempe, pōpaq; ac uanitas ꝑpolitarū uestiū. O q̄ cū hęc mala serui Dei fugerunt? norunt .n. q̄tum detrimenti inordinatus horum rerum usus animæ afferat. In Exod. legitur q̄ Exo. 16
ctū

etsi arca dñi interius, exteriusq; auro exactissimo cooperta erat, exteriora tñ sacco & vilissimo quodam pãno uelata erat. In quo significabatur quõ se habere debent iusti, licet.n.solido auro amoris exactissimi operti sint,tamē carnes suas uilissimis uestimentis
Iob. 19. induerũt:ut exaggerat. B. Paulus dicēs. Cir
Heb. 11 cuuierunt in me lotis, in pellibus caprinis. Et sanctus Iob de seipso loquens,dicit. Sac-
Psal. 68. cum cõsui cutē meā, & operui cinere carnē
11 meam. Attendit at quibus uestib. usus fuerit sanctus Rex Dauid,qui dicit. Posui uestimentũ meum cilicium. O maximā horum infęlicium tpum confusionem? cum hoīes maxima solicitudine anguntur, atq; mille illicitas conuentiones,& cõtractus faciunt, vt
Ecc. 19. perpolite & põpaticē exornētur, q est maximum signũ pditionis,& dissolutiones aię eorum,ut significauit Ecclesiasticus, dicēs. Amictus corporis,& risus dentium, & ingressus hominis enuntiãt de illo. Tria signa ponit hic Spiritus sanctus, per quæ hõ põt cognosci qualis sit,uestium profanitatē, risus leuitatē,& ingressum in loca periculosa, & tibi est occasio mali. Aduerte quo ingrediaris,inde enim paulo magis minusve cogno
12 sci poteris qualis sis. Ingrederis in domum ludi,aut malæ fœminæ melius esset tibi in-
1.Pet.3. gredi in speluncā leonum, aut draconum,q non possent plusquā in corpore tibi officere. Intelligens āt B. Petrus quantum incommodum inordinatus vestrum fastus afferat, dixit maxima exaggerationes. Cõsiderātes in timore sanctam conuersationem uestrā, quarum nõ sit extrinsecus capilatura,aut circundatio auri,aut indumēti uestimētorum cultus,sed qui abscõditus est hõ cordis in incorruptibilitate quieti, & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples. O q̃ diuina uerba, Dñs illuminet corda uestra,ut ad illorũ exequutionem incitemini. Ne curretis,(ait B. Apostolus) ista uilissima corpora
13 uestra aureis, & pretiosis ornamentis exornare,sed mirum in modũ curate,ut spũs interius diues,& exornatus sit in cõspectu Dei. O quam maxima confusio,& q̃ acuta sagitta est hæc mulier,& multo dirior uiro, qui quotidie unam horam, & plus ēt in capillis crispandis,& corpore suo exornãdo consumit: sicuti qui gladiũ acuit,ut pximos suos interficiat,in toto āt anno ne unam quidem horam in spiritu suo adornando consumit. Nunquid sunt uerba,quib. satis digne tanta abominatio, & peruersitas exaggerari possit? O Deus infinitæ maiestatis tu hos fratres meos illumina,ut cæcitatem suā cognoscant,& ab immoderata profanitate resipiscant: neq; enim verba mihi suppetunt,qui bus hoc illis penitus psuadere possim. Vnũ āt uobis dicam fratres,ad nostram christianorũ cõfusionē. Referunt humanæ historię Romanos,etsi gentiles locupletissimos, ac tam potentes,ut uniuerso dñati fuerint, & tñ decreuisse,ne qua mulier ad vestium suarum ornatum plus q̃ mediam unciam auri gereret. Quid dicitis ad hoc Christiani sanctissimo Euangelij lacte educati,qui aīæ im 14
mortalitatem creditis,quiq; sempiternę gloríę,ac inferni diuturnitatē cõfitemini? Qũo nõ erubescitis,& cõfundemini uidentes qđ nunc agitur? q vxor artificis vult plus auri super se gerere,q̃ uxor Consulis,qui vniuerso orbi dominabatur deferre consueuerat.

Dicit vlterius sanctum Euangeliũ. *Et epulabatur quotidie splendide.* Qđ semel in anno cum amicis, & consanguineis uestris in charitate epulemini nõ põt cõdēnari. Verũ tamen quotidie splendide hoc est nimis perniciosum. Nam leoni benefaciendo, & indulgendo,illum domabitis,qui autē corpus suum delicatē tractat,ipsiq; indulget,satietate,& uoluptate ferocius, ac crudelius illud efficit. Qui sanctorum patrũ vitas legerit, q̃ 15
à Theodoreto, Palladio, & Diuo Hieronymo referuntur,nõ poterit non admirari,intelligens, quam crudeliter corpora sua tractauerint,quibus autē propinquiora huius rei exempla suppetunt, sumus nos fratres minores,cum sint admirabilia,quæ de innumeris fratribus ordinis, nostri legimus,qui nostra ferò tempestate floruerũt. Qui cum hostibus colluctantur,& decertant,non cõtenti sunt non pati se ab illis superari, sed omnibus uiribus, & artib. suis illos curant Simile.
euertere,ac solo æquare, ut à periculis securiores sint,& uictoriæ certitudinē habeant. Idem igit faciunt serui Dei cum corporibus suis,capitalibus hostibus, qui cõtinua abstinentia illos deijciunt, ac prosternunt,ut magit certi sint de uictoria. Nõ sic faciebat hic diues,qui nunc crudelissimis inferni ignib. cruciatur,quo deuenient ēt oēs illius sectatores,nisi opportunũ sibi remedium adhibuerint, non enim est unus Deus vnis, & alter 16
alijs,sed omnibus est unus,& idē. Aduertite fratres quantum malum sit hoc, quia erit tam misera epulonum sors, nõ potuit illam B. Paulus sine magna lachrymarũ,copia recensere,

censere, dicēs. Multi.n.ambulant, quos sępè
Phil. 3. dicebam vobis, nunc autem,& flens, dicò
inimicos crucis Christi, quorum finis interi
tus, quorũ Deus uēter est. Vult dicere, ꝙ ex
gula prouenit, ut q̃s sit inimicus crucis peni
tētiæ,& tot uitijs se tradat, ut ad infernũ po
tius, q̃ ad ueram pnīam agendam peruenire
velit. O metuendum uerbum? qũo illud au-
dientes epulones non cōtremiscunt, siquidē
hoc mō ęterna condēnatione illos Deus cō
17 minatur,& hic à sancto Apostolo vilissimæ
cuiusdam idololatriæ uocantur idololatrię.
Gentes enim in suis idololatrijs aurum tan
quā Deum uenerantur, Solemque, ac Lunā
adorant, hi uero miseri uentrē adorant, qđ
est totius immunditiæ, & inquinamenti re-
ceptaculum. Et eo, usq; hoc malũ peruenit,
vt aliqui, q̃ de uirtute egerunt, uelint splen-
dide mãducare,& sese delicatè tractare, hoc
malum comprobantes cum Beato Paulo di
1. Thc. 4 cente. Corporalis exercitatio ad modicũ vti
lis est, pietas āt ad oīa vtilis est. Profectò isti
non intelligunt Sāctum Paulum, nam ꝙ in
illis uerbis significat, est. Exercitationes pœ
nales,& corporales ex se tātummodo parui
18 esse pretij,& utilitatis, quia quo ad magis
corpus debilitant. Si uero pp altiorem finē
fiant, erunt valde utiles, sicut si labores cor-
porales tulerimus, ut Christus redemptori
nostro cōformemur, atque ut anima magis
suijpsius dominetur ad Deum magis aman
dum. Opera autē animæ disparis sunt ratio
nis: ipsa.n.in se magnam utilitatem afferre
possunt, sicut siquis intellectu occuparetur
cogitando quam parui pretij sunt res secula
res,& quantæ excellentiæ, atq; æstimationis
sunt Dei præcepta, & eius gloria, si inferni
cruciatus in memoriā reuocaret, si uitiorũ
turpitudinē,& deformitatē, siq; uirtutũ pul
chritudinem, ac splendorē contemplaretur,
Harum enim rerum omnium sola ꝓfunda
cōsideratio, etsi ad Deũ nō referatur magnā
19 in anima operationem facit. Itaq; non dicit
S. Paulus corporalē exercitationē ad modi
cũ utilē esse, si ad sublimes fines referatur.
Pudeat ergo uos, ò fratres uelle uolupta-
tes uestras, inmoderataq; conuiuia sacris li
teris cōprobare. Præsertim cum tāta sit hæc
dissolutio, ut vix inter Gentiles reperta fue-
Iuue. 2. rit, ut apparet ex illo Iuuenalis. Quis fercu-
Saty. la septem Secretò cœnauit auus? quis anti-
quorũ Romanorũ septē ciborũ genera secre
tò cœnauit? Secretò (inquit) nam palā nemo
hoc facere auderet. O iuuenalis si nũc ex in-
fernò exires,& quid nunc inter Christianos
agatur intelligeres, qũo exclamares, uidens
non septē quidē, sed septendecim fercula in
uno prandio mãducari,& nō secretò, sed pu
blicè, de quo ēt, qui hoc faciunt, magnopere
gloriātur. Quid igitur ex hac immoderatio
ne præter turpitudinem maximam, sensua-
lemque corruptionem poterit dimanare.

*Et erat quidam mendicus nomine Laza-
rus,&c.* vsque ibi. *Et nemo illi dabat*. Non 20
erant in domo diuitis cōuiuia,& cibi paupe
ri, sed alijs diuitibus similibus illi, Hoc est
diuitũ ingeniũ, ꝙ benefaciunt illis, quib. nō
est opus. Mater Salomonis consuluit filio
suo, dicēs. Noli regibus dare vinum. Et pau
cis intermissis dicit. Date sicerā mærētibus, Pro. 13.
& uinum his, qui amaro sunt animo. O quā
pium cōsilium, in quo illum hortatur, vt in
pauperes,& afflictos esset misericors, nō au
tem in Reges, qui nullam habent inopiam.
Hoc ipsum uobis ego Dei nomine cōsulo,
ne cōuiuia,& epulæ uestræ potentibus, ac di
uitibus præparentur. Videte, quid dicat Ec- Ecc. 29.
clesiasticus his uerbis. Hospitabitur, & pa-
scet,& potabit ingratos,& ad hæc amara au 21
diet. Satis digni sunt his gratijs, qui nō Deo
sed diuitibus,& potentibus conuiuia sua fa
ciunt, qui pro mercede iniurias illi reddunt
& reuertuntur dicentes inuicē inter se. Vidi
sti uanũ illum, qũo se liberalē uult monstra
re? Nunquid eũ ignoramus, maioresq; eius
quales fuerint nō optime nouimus? Vidisti
quam commutato ordine,& q̃ male condi-
tas escas nobis apposuit? &c. Hac mercede
dignus est, qui bona sua non pp Deũ, quidē
largitur. Hos assumit Deus carnifices cōtra
illos ad puniendum hanc paucā charitatem
& cum uicinum habeant claudum,& paupe
rē, ac uulneratũ ad ostiũ, ne buccellā quidē
panis illis largiũtur, ad saturandos uero hos 22
ingratos omnia superabundare uolũt. Hac
crudelitate utebatur hic diues, ad cuius ostiũ,
cum pauper uulnerib. plenus staret, cupiens
micas manducare, quæ ex illius mensa exci-
debant, quas fortasse canes præ nimia satu-
ritate ederi nolebant,& nemo illi dabat. O
sancte Deus quāta inhumanitas est hęc? q̃d
sentiet egenus, & famelicus accedens ad o-
stium diuitis,& uidens eius iumenta, & ca-
nes satiatos, qui desiderat canum escas man
ducare, nec tu eas illi largiris? præcipue cũ si
nē hēat, cumq; sit idē utriusq; Deus,& vna,
& eadem carne, & sanguine uterque uestrũ
constet,& tamen tam durum,& inhumanũ

te iu

te in illum pbes? Ideo Beatus Ioannes dicit.
Hic est patientia & fides sanctorum, idest,
hic labor est materia patientiæ sanctorum.
Apo.13 Multum patientiæ, & fidei requiritur ad tan
tam inhumanitatem tolerãdam. Nonne est
maximè miserandum, quod cupiat pauper
esse sub mensa diuitis, & potentis, atque ea,
quæ conijciuntur canibus mãducare, nec ta
men illi hoc permittatur? in libro Ionæ dici
tur, Regem pcepisse sic præconio declarari.
23 Homines, & iumẽta, & boues, & pecora non
gustent quicquam, neque pascantur, & aquã
non bibãt. Quare dic rogo prohibes, ò Rex
iumenta, & pecora manducare, & bibere?
Nunquid illa sicut homines peccauerant?
non profectò. Sed ratio hóc postulare uide-
batur. Dissentaneum etenim est, quod ieiu-
nante homine iumenta mãducent. Ieiunent
(inquit Rex) iumenta nec comedant, aut bi
bant, siquidem homines ieiunant. Visum est
Regi illi G entili ita conuenire, vt uero Chri
stiane, qui credis Christum redemptorem
nostrum hanc perentoriam rationem con-
demnationis malorum redditurum esse, scili
cet, quod proximos esurientes non cibaue-
rint, & tu uis omnes canes, & catos tuos sa-
24 turatos esse, pximum aũt tuum ad ostium
tuum fame perire? Hic est patientia, & fides
sanctorum. Ecce diuitem crudelem, & profa
num, maxima tamen diuitiarum copia af-
fluentem, & ecce Lzarum amicum Dei, uir-
tutis; ac patientiæ plenum, non habentem
bucellam panis, nec remedium vulneribus
infirmitatique suæ inuenientem. O iudicio
rum Dei profunditatem maximam. Videt
equidem Deus commutato rectitudinis or-
dine facere, cum malo proficiat: Bona autẽ
Psal.33. officiat. Non sanè rerum ordinem commu-
tat, magna enim, & secreta sunt iudicia do-
mini. Et sic Dauid dicebat. Ponẽs in thesau
ris abyssos. Deum in thesauris arcas custodi
re uidetur peruersus ordo; Qui thesaurizãt
25 thesauros in arcis, & non quocunque modo
custodiunt, sed aureos in capsam, capsam
uero in arcam includunt. Quomodo ergo
Deus uice uersa facit, cum in thesauris arcas
custodiat? Hoc significat quod multa, quę a
Deo fiunt uice uersa fieri uidentur, cum ta-
men sint prudẽtissimè facta. Sicut est virum
optimum, & virtute pditum ulcere esse ple-
num, & esurire, malũ vero diuitẽ esse, & om-
nibus rebus abundare. Atq; ut hoc intelliga
tis, notate, quod habet se Deus in hoc sicut
locuples mercator, qui uadit in emporium,
vt mercimonia emat, & aliqua, quæ sunt ui-
lia, & pauci ualoris mercatur, qualia sunt
specula, ligulę, acus, papyrus, & alia huius ge
neris. Hæc vero statim persoluit. Sunt autẽ
alia mercimonia tam pretiosa, quæ statim
persolui non possunt: atque hæc fideiussã
emit, vt ea in futuro emporio persoluat. Ita
se habet Deus, uenit enim in emporium hu
ius seculi ad emenda bona opera quasi mer-
cator. Et opera, quæ in peccato mortali fa-
cta inuenit, tanquam uilia, & parui pretij sta 26
tim in hoc mundo persoluit, reddens pro il-
lis honores, diuitias, liberos. &c. Ea autem,
quæ in gratia, & charitate facta inuenit tam
pretiosa, & tanti ualoris mercimonia sunt,
ut ea in futuro seculo æterno præmio per-
soluenda relinquat. Et ita illa fideiussa acci-
pit, & si peccator aliquod bonum fecit, hoc
illi in hoc seculo persoluit. Atque etiam hoc
facit, ut illum ad uirtutem attrahat, quin ali
ter omnia Dei beneficia ad maiorem eius
condemnationem erunt. Bonus autem vult
Deus, ut esuriat, & vulneribus sit coopertus
ad maiorum eius gloriæ coronam. Et hoc
est, ponens in thesauris abyssos, quod uide-
tur transuerso ordine fieri: Simile huic est
quod dicit Beatus Ioannes loquẽs de iustis.
Lauerunt stolas suas in sanguine agni. Tali
industria vsus est Deus, ut ex sanguine sapo 27
nem efficeret? Imo uidetur ꝙ maculaturus Apoc.7.
erat. Hoc fecit vt sancti neglecta uoluntate,
& sententia sua Dei iudicium, & uoluntatẽ
sequerentur, licet enim Dei iudicium no-
bis uidetur contra rationem procedere, sem
per tamen sapientissimè disponitur, & quic-
quid Deus decerint, sapientissimè efficit.
Quamuis iustum in afflictionibus immer-
sum atque ibi quasi pannum maculari videa
tis, & quasi uestem in sanguinem immissam
infici arbitremini, ibi Deum illum sapone
polit, & abluit ab humanis defectibus, ut in
cęlo pulchrior appareat. Quod uidere est in
Lazaro, de quo hic dicitur.

Factum est autẽ, ut moreretur mẽdicus, & 28
portaretur ab Angelis. O fœlix animæ, quæ
quandiu in hac uita commorabatur, a nemi
ne, nisi a canib. uisebatur, qui ad hominum
confusionem ueniebant, & lingebant ulcera
eius. Nunc autem in morte non ab uno tan
tum, sed a plurimis Angelis in sinum Sãcto
rum Patrum perducitur, ut illic finis tandẽ
secularibus ærumnis consolata quiesceret.
Interijt etiam diues ille, qui delicate tracta-
batur. *Et sepultus est in inferno.*

In

tudine in hoc sæculo habuisti, habeas in futuro oĩa viceuersa. Paup vero, q̃ tãta rerum inopia, ignominia, & infirmitate premebať, atq; hæc oĩa patienter tolerauit, perpetuam nunc abundantiã, salutem, ineffabilemq; honorem, atq; æternam amplitudinem consequať. Nec uerò arbitremini me hoc ex me
Esai. 65. dicere: Deus. n. hoc dicit ꝑ Isa. his verbis. Ec
35 ce serui mei comedent, & uos esurietis. Ecce serui mei bibent, & uos sitietis. Ecce serui mei lætabũtur, & uos cõfundemini. Ecce serui mei laudabũt ꝓ exultatione cordis, & uos clamabitis ꝓ dolore cordis, & præ cõtritione spũs vlulabitis. Quid clari⁹ dici poterat? aut q̃d apertius, & magis ad literam vultis hoc adimpletum videre, q̃ ĩ his duob. quos, cõmemorat S. Euangelium. Euoluit Deus chartas, & diuiti illi epuloni tres bonæ chartæ contigerunt, pauperi uero Lazaro pauptas, dedecus, & infirmitas maxima accidit. Nunc aũt (ait Abrahã diuiti) hic cõsolať, tu vero cruciaris. O q̃ amari nuncij sunt hi diuitib. ꝓsperis, & saturatis huius sæculi. O q̃ bonũ esset, ut has buccellas ab ore eij cerẽt, quas cum tam amaro salsamẽto deuoratur,
36 sunt. Nolite fratres charissimi his caducis, & trãsitorijs reb. cum peccatis, & offensionib. Dei uestri perfrui, siqdem accessuri estis ad horã, in qua hæc necessario debetis commutare. Viuite in timore cognoscentes uos pe
Sap. 10. riculosissimũ statum hẽre, q̃ si mihi nõ vultis credere, uidete quid scriptum sit: Iustũ deduxit dñs per uias rectas, &c. & honestauit illum in laborib. & cõpleuit labores illius. Laborib. (inq̃t) Deus iustũ, honestũ, ac sanctũ effecit. Verũ labores tandem finiti sunt. Cõpleuit labores illius. Dr, q̃ deduxit eum per vias rectas. Via recta est, q̃ñ medium conuenit cum extremis. Duo extrema humanę vitæ sunt ortus, & obitus, ort⁹ est cũ maxima paupertate, & miseria, sic ut uidemus filium
37 Imperatoris, & pastoris lachrymantem, & horrida cute inuolutũ oriri, obit⁹ etiam est cum dolore, & amaritudine. Illa igitur uita
Iob. 1. est recta, quæ cum his duob. extremis cõformatur. Nudus egressus sũ de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc, dixit S. Iob. Inter hæc autẽ duo miserabilia extrema uelle hoĩem cum maxima uoluptate, lætitia, & saturitate uiuere, hoc est, a rectitudine uiæ
Iob. 10. declinare. Non ita faciebat S. Iob, cum Deo dicebat. Dimitte me, & ad quid Iob lõgam vitam postulas? nunquid ut uoluptatib. fruaris, an ut primogenituram instituas? Non (inquit) sed, vt plangam paululũm dolorem meum. Ad hoc faciendum exoptanda est vita, non uero ad sæculares uanitates. Si ergo Deus iustum deducit per uias rectas, viæ aũt rectæ sunt, quæ cum ortu, & obitu cõformãtur, tu, q̃ es diues, & potens, ac cum fastu, & ꝓfanitate maxima uiuis, merito potes timere te nõ esse iustum, nec ẽ Deo per istas tam reflexas & deuias vias duci, sed tibi merito persuadere potes te a diabolo istis uoluptatib. implicatum, & deceptum deduci: q̃ ousq; te illic reponat, ubi hunc infœlicissimũ 38
epulonem constituit, hoc est, in tormẽtis inferni ubi ne minima quidẽ refrigerationis gutta illi data est, etsi illam ardentissime postulauit. Quod cũ ita sit fratres charissimi, nunc siquidem opportunum tp̃s hẽtis, q̃ in voluptatib. cõsumpturi eratis, ea a mõ incipit cum paupere Lazaro expendere, nã non vnum mõ, sed plurimos passim reperietis, cum quib. opera mĩæ exercere ualeatis, quibus peccata vestra redimetis, postea uero corda uestra ad verã pniam redigetis, atq; uobis gratiam suam dominus largiatur, qua sempiternam gloriam comparetis. Ad quam 39
nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Feria VI. post Dominicam II. in Quadragesima.

Homo quidam erat paterfamilias, qui plantauit uineam, &c. Mat. 21.



Icatur tota parabola ad lr̃am, vsq; ibi. Iõ dico uobis, q̃a auferetᷓ a vobis regnũ Dei, q̃ dabiť gẽti faciẽti fructus eius. Propter abominabilẽ illorũ ingratitudinẽ cõsummatãq; malitiã, qua in ipsũmet Deũ suum uiolentas manus intulerũt, illũq; acerbissima morte necauerũt, derelicti sunt a dño sicut uidemus, sicut ꝓdixerat S. Hiere. dicẽs. Dormiemus in cõfusione Hier. 3.
nr̃a, & opiet nos ignominia nostra, q̃m dño Deo nr̃o peccauimus nos, & pr̃es nr̃i ab adolescentia nr̃a usq; ad diẽ hãc. In oĩb. supplicijs, q̃b. Deus hoĩes punit, terminũ in hac vita reperietis, q̃d plus durat, nõ ꝓgredietur vltra quartã gñationẽ, sicut dixit Moses dño Exo. 35
his uerbis, q̃ reddis iniq̃tatẽ patrum filijs, ac nepotib. in tertiã & quartã ꝓgeniẽ. Hæc est praxis diuinę curię. Cum hac moderatione ꝓdeunt duriores, & seueriores cõmissiones,

q̃ in ea fieri solẽt. Solũ aũt suppliciũ, quo puniunť illi, q̃ in Deũ manus intulerũt, nõ hẽt terminum, sed cum consummatione seculi in infidelib. Hebræorum finiendum est, qui ad Deum nõ cõuertunť. Hoc est supplicium & cõfusio q̃dã soporata, & iõ dicit. Dormiẽmus in cõfusione nr̃a, &c. De confusione, & captiuitate Babylonis, p quem hęc significabať, dixit Oseas. Israel nunc factus est in na-
Oseæ 8. 2 tionib. quasi uas immundum. Vas horridũ, & obscęnum oẽs execranť, oẽs illud ꝓijciũt, & oĩa, q̃ ab eo exeunt, horrorem afferũt. Ita sunt hodie infideles filiorum Israel in oĩb. nationib. facti quasi uas immundum, & obscęnum, uniuersus orbis illos abominať, nõ solum Christianis, sed & hæreticis, ẽt Mauris, ac Turcis, atq; oĩ hoĩum generi sũt abominabiles, & horridi. Quocunq; pgunt per vniuersas mundi nationes illa macula Dei sanguinis, quem ipsi effuderunt, olent. Verũ o Dñe siquidẽ illos ita miseros, & afflictos trahis, nunquid hoc facis, ut eos pp odium condemnes? Non (inquit) sed ut illos lucrer, atq; ut præ nimia confusione, & afflictione fatigati peccatum suum cognoscant, & ad
Simile. me cõuertantur. Accidit aliq̃n concubinam amatore suo d̃relicto ad alios accedere. Qua propter amator tanta molestia afficitur, ut
3 ad illam ulciscendam aliqua ueneficia reperire uellet, quib. & ita deformaret, & inficeret, ut nemo illa alloqui, aut intueri vellet. O Deus optime maxime q̃tum pro una aĩa labora, quoties deformitates, & turpitudines eius detegis, eiusq; defectus reuelari, ac cognosci ab oĩb. permittis, ut mundus illã nõ amplectatur, nec amet: Hoc autem interest dñe inter tuum, & illius perditi amatoris zelum, ꝙ zelus tuus non est ulciscendi iniuriã tuam, sicut zelus illiꝰ cum amica sua, sed est zelus amoris, & charitatis, ut peccator ad te
Oseæ 2. cõuertatur. Ipse dñs hoc dicit sub eadem similitudine, q̃ hic diximus, loquẽs de illa meretrice, quæ dicebat. Vadam post amatores
4 meos, &c. Quapp subdit statim dicẽs. Idcirco conuertar, & assumam frumentum meũ tpe suo: & uinum meum in tpe suo, & liberabo lanam meam, & linum meum, q̃ operiebant ignominiam eius, & nũc reuelabo stultitiam eius in oculis amatorum eius, & uir non eruet eum de manu mea. Hæc autẽ oĩa faciebat, ut illa peccatum suũ cognosceret, & diceret. Vadam, & reuertar ad virum meũ priorem, quia bene mihi erat tunc magis, quam nunc. Hæc est causa, ob quam ab illis vineam abstulit, atque in soporata confusione usque in hodiernum diem commorãtur, quia culpam suam nolunt cognoscere.

Hæc vinea, quæ ab illis ablata est, q̃ ẽ hęc ecclesia tã aucta & renouata, mirabilibusq; sacramentis, ac suauissima lege, cęlestiq; doctrina illustrata nobis tradita fuit, ut gratissimi essemꝰ, & dño illius debitum fructum redderemꝰ, nos aũt si sumus peiores illis, q d ꝓ tanta ingratitudine speramus, nisi nos acrius, q̃ illos esse puniẽdos? Videte q d dicat 5
Ecclesiast. Regnum a gente in gentem trãsferetur pp iniustitias, & cõtumelias, & diuer Eccl. 10
sos dolos. Quẽ arbitramini (inq t Spũs sanctus) inimicos in domũ vestrã intromittere, atq; ẽt uos ab illa expellere, uosq; a regno vestro ejcere, nisi iniustitias, & dolos, quos perpetratis, diuitias, quas illicitẽ cõparatis, iniuriasq; ac cõtumelias, quib. diuites, & potentes pauperes afficiũt? Hi sunt domestici hoĩs inimici, qui extraneis hostibus ianuam aperiunt, atq; illis aditum patefaciunt. Idcirco regna nõ hñt firmitatẽ, sed de manu in manum, & de gente in gentem transferuntur, neq; vero hoc est maius malũ. Verũ pp peccata ẽt solẽt hoĩes sæpenumero fidẽ amittere, & in pęnã scelerũ eorũ solet Deus ab illis ecclesiã suã auferre & alijs locare, sicut uidemus Palestinos, Aegyptios, Græcos, Germa 6
nos, & fere uniuersos Gallos ab eo derelictos esse. Quid igiť nos miseri speramus p̃cipuẽ cũ tã turpiter, & flagitiose uiuamꝰ? sicut spũ prophetico lamentabatur Esai. dicens. Et vi Esai. 16.
neã Sabama dñi gentiũ exciderunt, flagella eius, vsq; ad Iazer puenerũt. Errauerũt ĩ deserto, ꝓpagines eis relictæ sunt, transierunt mare. Sup hoc plorabo ĩ fletu Iazer, vineam Sabama. Hoc nomẽ Sabama, significat alti Simile.
tudinẽ, aut cõuersionẽ, & optime conuenit hoc nomẽ S. Ecclesiæ. Nã queadmodũ ille, qui in sublimi loco cõmoratur plurima põt prospicere, q̃ procul sunt, q̃ quidẽ non cernũtur ab illis, qui in inferiori loco sunt, sic etiã in hac ecclesia cũ in fidei sublimitate cõmo 7
remur, aĩæ nostræ oculis ea quę ab intellectibus nostris lõge maxime distant p eã possumus cõspicere qualia sunt: Deum esse trinũ & unũ, unã fęminã matrẽ, & uirginẽ simul esse, & uerbũ diuinũ humanatũ carnẽ assũpsisse, cætera oĩa sanctissimorũ sacrorũ mysteria. Hæc tam admirabilia non attinguť ab illis, qui in hac sanctæ ecclesiæ celsitudine non sunt, q̃tumuis humanarum scientiarum periti sint. Etiam qui in excelso loco est,

est, oĩa quæ inferius sunt minime esse iudicat hoĩes arbitratur esse formicas,&c. Ex eo ꝙ sancti in hac almæ ecclesiæ celsitudine cõstituti fuerint,proueniebat,ut uirgines imperia,quæ sibi offerebantur, despicerent, martyrumq; summa anima contentione amplecterentur, hinc nobiles matronæ amplissimis statibus suis desertis, in arctissima monasteria ingrassæ sunt: Hinc plurimi sapientes,& diuites, qui in seculo præstãtissimi, atque honorificentissimi esse possent, his om-
8 nibus derelictis asperas religiones quærunt, ubi corpora sua mortificantes uiuum Deo sacrificium offerantur. Hinc denique prouenit,ut omnes iusti cũ B. Paulo dicãt. Omnia arbitror,ut stercora,ut Christũ lucrifaciam. Phili. 3.
O fratres charissimi per reuerentiã Dei uos rogo,ut quu diabolus aliqd honoris, utilitatis, aut denique uoluptatis uobis obtulerit, illud claris ac perspicacibus oculis intueamini, & altitudinẽ Christiani status in quo uiuitis, cõsideretis, & tunc omnia uobis lutum, & stercora uidebuntur, uel saltẽ considerate finẽ, quẽ omnia habitura sunt. Omnia flumina intrant in mare. Cum flumina sint aquarũ dulcium, ac suauium, hebent ta-
9 men fines amarissimos. Si quidẽ oẽs in maris amaritudinẽ ingrediuntur. Mirabili est uisu prosperitas,& pulchritudo, quã capitales fluuij secum deferunt,ꝙ decoræ, aspectuique delectabiles sunt arbores prata, & amænitates quæ in eorũ ripis utrobi spiciuntur? Eccle. 1.
ubi primũ aũt ad mare accedunt omnis eorum põpa, atque illæ aquæ dulcissimæ maris amaritudine sumerguntur: Nõ est quid quæratur in mari quis nã sit Tagus, aut Nilus,aut alius fluuius. Quid igitur sunt diuites,& prosperi huius sęculi nisi fluuij,qui antequã ad mortẽ perueniant, uidere est quam comitati, uoluptatibusque pleni, ac quanta maiestate, & ampletudine illustrati defluũt. Cum aũt ad mortis mare accedunt, oĩa illa in amaritudinẽ, & confusionẽ cõuertuntur. Simile.
10 Omnia flumina intrãt in mare, nec est quis illic Imperator, aut pastor perquiratur. Omnes sine ulla differentia corruptionem ꝙ tum ad corpora conuertuntur, animæ uerò Deus scit quo deueniant. O si hoc attente cõsideraremus, quã libenter seculares oẽs uanitates abijceremus,cognoscẽtes illarũ finẽ, & periculum maximum, quod secum afferunt,atq. earum breuitatem attendentes.

Bis(ut refert sanctum Euangelium)fugit Christus redẽtor noster homines, & ab eis abscondiṫus est. Primum quando cognoscebat illos uenturos et ... ut eum regẽ extollerent, secundo qñdo illũ lapidare uoluerũt, quia nondum uenerat hora eius. O Christe æterna patris sapientia, quid est quod facis Dñe, aut quid in hoc nos uis docere? Volo (ait sanctus Redẽptor) nos uis docere,ita dominia & honores seculares, sicut lapides, & multo ẽt diligentius uos fugere, & cauere oportere. Multo(inq̃)magis, q̃ lapides quos ad plurimam corporalem mortem uobis inferre poterunt, dominum uerò nõ uitam tantum, sed & animam etiam uobis perdet. Siquidẽ erga fratres in uinea Sabama cõmoramini,hoc est,in Euangelica celsitudine,omnes res seculares tanquam uiles, & paruas, atque animæ periculosas æstimate. Significat ẽt Sabama conuersionem. itaque qui in hac Ecclesia militanti, quæ est conuersionis uinea uiuimus,de nulla alia re, nisi de conuersione agere deberemus, rationis inuestigantes quibus melius, & ardentius ad Deum cõuerteremus. Et hoc autem miseriam nostrã cognoscetis,cũ nõ agamus, nisi de cõuersione non eo actiones,conuersionesque nostrę 11
dirigantur, qũo scilicet ad Deum conuertemur, sed quomodo ab eo recedemus. Quibus rebus intendit uir primarius à mane usque ad noctem? Ludit deambulat,uisitat, & aspicit. Quid aũt sunt hæc omnia nisi rationes inuestigare, qũo è Deo recedat? Hæc filios suos docent,eosque suis dissolutionibus perpolitis uestibus, ac profanitatibus instruunt. Hoc etiam dominæ suis malis exẽplis filias erudiunt. Quibus rebus occupatur mercatur,artifex,studiosus, clericus, monachus,deniq; & monialis? O maximam miseriam? o rẽ sanguineis lachrymis lamentandam? Ac si ad cælis creati non essemus,unusquisq; cũ prætentione sua nihil aliud uidetur intẽdere, quam qũo a Deo recedet. Nul- 13
lũ fere maius religionis christianæ in nobis uestigium, quam in barbaris, & infidelibus nationibus, & hoc est ꝙ deplorabat Esaias dicens,& uineam Sabama domini gentium exciderũt. Domini gentium sunt idolatria, superbia,luxuria,cupiditatis, & alia hui⁹ generis. Hæc Domini nostri Iesu Christi uineam dissipant. Huius uineæ euersionem lamentabatur etiã Hieremias dicens. De planctu Iazer plorabo tibi uinea Sabama,propagines tuæ transierunt mare. O uinea sancta qũo excidionem tuam plorabo? Iazer erat pagus quidam uinearum grandis,& fœcun- Hie. 48.

 dus

dus in terra Moab. Dicit igitur Propeta. Si
miserabile esset excisum uidere grandē illū,
& fœcundū uinearū pagū, si eius propagines
abscinderētur, atq; in aliam regionem ultra
mare deferrentur, quanto miserabilius, & la
chrymatu dignius est fęcundissimā Dei ui-
neā, idest, sanctissimā Ecclesiam dirutam, &
dissipatam uidere? & ꝗ eius fideles, quę sunt
illius propagines, ad Turcas, & barbaros trā
14 sierunt, hoc est, ꝙ uiuunt sicut illi? Cum B.
Paulus adhuc in hoc seculo uiueret, dicebāt
se iā in cælo habitare. Nostra aūt conuersa-
tio (inquit) in cælis est. Quemadmodum igiť
B. Paulus adhuc in hoc seculo uiuens iā ad
Phil. 3. cælum per cōuersationē transmigrauerat: ita
plurimi christiani, qui in hac Ecclesia mili-
tanti sunt corpore transfierūt mare, plurimo
rū enim illorū conuersatio est quasi Mauro
rum, & Turcarū, sic sunt omni scelerū gene-
re delibuti. Quę cum ita sint fratres charissi
mi, quare non ueremur, ne nobis etiā Deus
dicat, Auferetur à uobis, &c. Quare nō time
mus ne hæreditatē nobis auferat, & illā alio
deducat? Siquidē, ut paulò ante dicebamus,
uidemus plurima regna à Deo derelicta fuis
se, quæ quidē nuper catholica erant. Atq; ut
uobis uerum fatear, plurima perditionis no
15 stræ signa indies reuelantur, & nisi nobis re
medium adhibuerimus, iā prope peribimus.
In regione quæ dicitur Estremadura, solent
Simile. prata, & pabula in ęstate comburi: & eo tēpo
re tot, tantiquę sunt fumi, ut totum aerem ꝑ
turbent, obscurēt, & inficiant, suntq; tam dē
sæ, fętideq; caniculæ ut uisu ēt sint horribi-
les, hoc accidit illic ubi incendium fit. Illinc
aūt usque ad quadraginta, atq; ēt octoginta
millia passuum horridus ille fętor, & inqui-
namenta perueniunt. Et licet illic incendiū
non fiat, magnam tñ impessionē ibi facere
uidetur, quod in alia regione factum est. Illic
in Germinia, Bohemia, & Vngaria cōcrema
ta sunt prata & Pabula Dñi: applicatus est
ignis sanctarū ouium pabulis, iā nō sunt Ec
16 clesiæ, monasteria, prælati, sacramenta, nec
confessiones, aut purgatoriū, oīa hęc sunt in
illis regnis cōbusta, & cōsumpta. Hic autem
per mīam Dei nō sunt cōbusta hęc pabula.
Benedicta sit diuina maiestas, pro tāto bene
ficio. Videtur tñ fœtor incēdij, quo illic fa-
ctū est, huc peruenisse, & illa miserabilis cor-
ruptio nostra regna iā infecisse, & corrupis-
se. Nō ē hic cōcrematū purgatoriū, uerò nā
que credimus purgatoriū esse, aliquid tñ il
lius fætoris ad nos dicitur ꝑuenisse. Iā enim
non uidimus esse diligentissimā illam curā,
ꝗ olim de aīabus purgatorijs habebātur, tot
orationes, tot eleemosynæ, tot oblationes,
tot deniq; missæ, quæ pro illis dicebantur, iā
horū parum fieri perspicimus, cū cymbalis
& uocibus prædicabatur noctu, ut fideles ꝓ
illi exorēt, nunc aūt plurimæ harū rerum in
terrā procedere, ac dilabi uidentur, cuius re
causam esse arbitror fætorē, qui ex illis hæ
reticorū regionibus aduenit. Hic missa non
est combusta, uere enim & fimiter credimus 17
ineffabile mysterium, quod in ea celebratur.
Ueruntamen infectio illa Germanię, Flan-
driæ, aliarumq; prouinciarum ad nos uideť
accessisse. Hoc autē perspicitur in pauca Fre
quentia, qua sanctissimo sacramēto utimur,
in modicis missis quæ iā commendātur, uix
enim est qui missam commēdet, nisi cū quis
quam moritur, & iubet aliquot missas ꝓ se
dici. Perspicitur etiam in pauca reuerentia
qua diuinis officijs assistimus, loquentes,
aspicientes, cogitantes, ac deniq; cupientes
quę nō oportet, ac si in foro, aut in aliquo ꝓ
fano loco interessemus. Dixi Sathanas Deo
loquens de Iob. Extende paululū manū tuā, Iob. 1.
& tange cuncta, quæ possidet nisi benedixe- 18
rit tibi. Tange (inquit) illū Domine, & pereā
ego nisi in faciē tibi cōspuerit. Ueruntamē
ut mēdax mētitus est, sed nō desunt mō plu
rimi, ꝗ in faciē illius infinitæ maiestatis con
spuunt. Hō etenim, qui credit Deū in altari
esse, & se ab illo perspici, quiq; si oporteret,
pro huius ueritatis defensione moreretur, & cū
hic in diuino eius conspectu adsit, audet illū
offendere, hic in faciē benedicit ei. Cum hic
simus, ita illū tractamus, sicut qui illic cōmo
rētur, qui in illum nō credunt. Nec uerò hic
incensæ sunt religiones, nec pnīa, sed uideo
plurimos, quōdam optimos doctissimos, no
bilissimosq; uiros in acerrimas religiones
ingredi nō cessasse, nunc autē uidetur fœtor
ille huc accessisse. Iam nō est hoc desiderium
despiciēdi mundum, nec fugiēdi occasiones
nec est hæc fames agendi pænitentiā. Iā nō
ueniunt ad religiones multi sapientiū, diui- 19
tum, ac potentium, sed pauci. Malunt enim
cum diuitijs, honoribus, ac uoluptatibus suis
in maximo periculo, procidendi in infer-
num uiuere, quam cum paupertate, humili-
tate, & obedientia cō maiori cælestis beatitu
dinis securitate uitā ducere. Nec uero apud
nos concremati sunt prælati: firmiter.n. cre
dim' illos diuinā autoritatem habere. Verū
ubi est pristinā illa reuerentia, & obedientiā,

quã ueteres quondã imperatores prælatis habebant? cum reuertebantur imperator domum suam, nec ad Ecclesiam accedere audebat, uerebatur enim Episcopũ non permissurũ esse ꝓpter sua demerita, vt in tẽplum ingrederetur. Nunc autẽ iã vix obediunt, nisi in illis rebus, quæ sibi uidentur conuenire. Nec est iam prætor nec executor, qui uiros Ecclesiasticos apprehendere, & uexare non audeat. Ecce fratres mei quãtum in nobis il-
20 lorum infœlicium regnorũ calamitates, & infestiones impressionem fecerunt. Caueamus ergo per reuerentiam Dei & timeamus, ne propter peccata nostra nos Deus à sua manumittat, & deserat, sicut illos dereliquit.

Dicit ergò Dñs in hac parabola ꝙ hanc uineam, quã Paterfamilias plantauit, & rebus necessarijs exornauit, ac muniuit, locauit illã agricolis. Non sartorib. quidem, aut sutoribus illam locauit, sed illis, quibus eius cultura ex officio competebat. Vos autẽ aliqñ Ecclesiastica beneficia illis confertis, qui animarum culturã penitus ignorant. Dice-
Simile. tis tamen. Pater, est uir bonus ille, & hoc beneficio satis dignus est. Quid prodest hoc? nisi enim sciat, diuina sacramẽta administra-
21 re nõ sufficit, quòd sit uir bonus. Si tu maximo morbo laborares, velles ab illo curari ꝗ non esset medicus, licèt esse optimus uir? Non pater (dicere) quia nescit medicina, & interficeret me. Quare igitur aĩarum curam cõmittis viro imperito & literarũ ignaro? ò quantus est hic error, & q̃tum malũ oĩa, profectò damna, quæ ipse animabus intulerit, super te cadent. In Prouerbijs dicitur, sicut ꝗ
Pro.26. mittit lapidem in aceruum Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorẽ. Et in Hebræo ha-
Simile. betur, sicut ꝗ ligat in funda lapidẽ, sic est ꝗ dat stulto gloriam. Lapis ex sua naturali propẽsione deorsum descẽdit, ꝙ si illũ in funda ponis per uim brachij sursum ascendit per
22 aerem uiolentè contra suã naturalem inclinationẽ, ac si esset auis. Ita insipiẽs & malus sicut lapis nõ nati sunt ad ascendendum, aut impetrandum, tanta tñ est uis fauoris ut lapidẽ sursum faciat ascendere. Et efficiat ut ille ꝗ natus fuerat, ut humiliaretur, & ab alijs regeret, contra naturalem rationem alijs imperet, sursumque ascendat, & illos gubernet. Quid irrationabilius, quam uidere lapidem durum, superbum, & insipiẽtem, quem tamẽ fauor erexit? Habuit fortia brachia in curia Regia, aut Romę, & ideo ascendit. Sed uæ illi, & etiam brachio, quo elatus est, sicut.n. qui funda lapidem inijcit, tenetur oĩa damna resarcire, quæ lapis alijs intulerit, ita ẽt tenetur ad persoluenda oĩa damna, quæ ex illo prouenerit, qui indigno animarum curam committit. Quot animas lapis ille percusserit super animã conferentis illi beneficium cadent. Et sicut non sufficit quenquã esse bonum nisi simul habeat sufficientem literarum eruditionẽ: ita nõ sufficit eruditio nisi coniunctam habeat probitatem. Hoc si- Exo.31.
gnificauit Deus dicens: ecce uocaui ex nomi- 23
ne Beseleel filium. Vri filij Hur de tribu Iuda, & impleui eum spiritu Dei sapientia, & intelligẽtia, & scientia in omni opere ad excogitandum quicquid fabrefieri põt ex auro, & argento, & ære, marmore, & gemmis, & diuersitate lignorum. Dediq; ei socium Ooliab filiũ Achisamech de tribu Dan. Et in corde hominis eruditi posui sapientiam, ut faciant cuncta, quæ præcepi tibi tabernaculũ fœderis, & arcã testimonij, &c. Rex est mirabilis, ꝙ cum hi duo hoĩes in arte sua tã eruditi essent, eos Dñs spiritu, & sapiẽtia impleuit. Si tam sapientes erãt, quid illos amplius erudiebat? præcipuè cum regulam illis dedisset, quia omnia facturi erãt? Dico, quòd hoc sufficeret, vt tabernaculum ad hominum tñ
ministerium fieret: ꝗ aũt tabernaculum ad 24
ministeriũ & gloriã Dei cõstruendum erat, omnis humana scientia non sufficiebat, & ideo ultra humanã sapientiã opus ẽt erat diuino spiritu, & cęlesti scientia. Si ergo ad materialis templi constructionem, uoluit Deus artifices sapientes, & plenos diuino spiritu, quantò magis necessariũ hoc erit ad animarum ædificationẽ. O q̃ efficax argumentum est hoc ad hanc rẽ, & quãta cõfusio est illis. qui sine differẽtia, & harum rerum animaduersione spirituales, & temporales cõferunt dignitates, nihil aliud attendentes pręter passionem, & affectionem suam.

Est etiã hic ualdè notãdum quãtò peiore 25
erant hi, qui vineã locatã habebãt, tãto maiora beneficia illis Dñs faciebat, dicit enim quòd cũ priores nuncios interfecissent, iterũ misit alios seruos plures prioribus, quò plures prophetas & Dei nuncios Iudæi interficiebãt eo plures, & maiores prophetas Deus illis mittebat, quò peiores efficiebantur, eo magis Dei beneficia accrescebant, quousque illis vnigenitum filium suum misit, quam illi crudelissima morte occiderunt. O infinitam Dei probitatem in tã iniquos homines & execrabilem hominum iniquitatẽ in tam


piũm Deum. Eia fratres siquis fortasse hic
est tam durus,& ingratus, vt diuinis Dei be
neficijs & suauissimis uocatibus obduretur,
Animaduertite in illis temporibus vnum p̃
phetam, & prædicatorem in uniuersum re-
gnũ,tm̃ regnum à Deo missum fuisse,nunc
uero tot prædicatores,totq; eius serui in sin-
gulos vicos à diuina Maiestate mittuntur:
qui vos admoneat, ut debitũ illi fructũ per
soluatis,& uos ad immẽsam eius misericor-
26 diam inuitent. Nonne uobis singulare hoc
beneficium uidetur,est utique. Atque ut ta-
Hie.16. le illud Deus promiserat per Hieremiam di
cens: ecce ego mittã piscatores multos,& pi
scabuntur eos. Et post hæc mittam eis mul
tos uenatores,& venabuntur piscatores, &
venatores promittit Deus se ecclesiæ suæ
missurũ esse: hoc est hoĩes,qui cupiat,& siti
ãt aĩas lucrari. O diuinã exaggerationẽ ma
ximæ est cupiditatis,uenatio, & piscatio. Pi
scator si sentiat piscẽ escã attingere,tota die
cũ arundine sua illic cõmorabitur, & eũ pi-
scetur. Et uenator per montes, & valles lepo
rem insectans curret,& illius cupiendi cupi
ditate commotus non animaduertet se de-
27 fatigari. O quã superna promissio diuinę li
beralitatis Dei promitentis se missurum. Ec
clesię suę homines zelatores,& studiosos bo
ni, atq; vtilitatis animarum quique de illis
maximè soliciti sint,illasq; ad Deũ attrahe-
re summa animi cõtentione obnitantur. At
que ideo illos piscatores venatoresq; appel-
lat? Si igitur huic tã supremo beneficio gra-
ti non estis,quid speratis nisi ut uos derelin
quat? Sicut illos dereliq̃t, quos antea tanto-
Hie.31. pere dilexerat,ut dixerit per Hieremiam,fa-
ctus sum Israeli pater, & Ephraim primoge
nitus meus est: & pp̃ illorum ingratitudinẽ
Zac.11. de illis dixit postea per Zachariam. Non pa
28 scã uos,quod moritur,moriatur,& qđ succi
ditur,succidatur, & reliqui deuorent unus-
quisq; carnẽ ꝓximi sui. Quamobrem Apo-
stolus Paulus dixit gentes in hoc seculo si-
ne Deo uiuere ut exaggeraret, ꝙ sicut illi
Deũ,ita Deus illos relinquebat. Et ita dixit:
Ephe.2. memores estote,ꝙ aliq̃do uos, q̃ gentes era
tis in carne,&c. q̃ illo tempore sine Christo
alienati a cõuersatione Israel. Et paucis in
termissis dicit, & sine Deo in hoc mundo:
Quia (inquit) uos Deũ deserebatis, ideo il-
le uos relinquebat. Et sic S. Propheta Aza-
rias diuino spiritu cõmotus,egressus in oc-
cursũ regi Asa uertenti cũ magna uictoria
2.Pa.15 ex Aethiopibus,dixit illi. Audite me Asa,&
omnis Iuda, & Beniamin. Dñs uobiscum
q̃a fuistis cum eo. Si quæsieritis eum, inuẽ
nietis,si aũt dereliqueritis, derelinquet vos.
Hæc est diuinæ æquitatis,& iustitiæ regula.
O metuendũ,ac durum verbũ? q̃s est lapis,
qui te audit,& præ nimio tremore non con
fringitur? O fratres mei hãc terribilem Dei
cõminationẽ maxime pertimescite. Videte
quid hic ipse Dominus Moysi dixerit; Ecce Deu.31.
tu dormies cũ patribus tuis, & populus iste 29
consurgens fornicabitur post Deos alienos
in terra, ad quam ingreditur, ut habitet in
ea,ibi derelinquet me, & irritum faciet fœ-
dus,quod pepigi cum eo. Et irascetur furor
meus contra eũ in die illo, & abscondam fa
ciẽ meã ab eo,& erit in deuorationem,inue
nient eum oĩa mala,& afflictiones,ita vt di
cat. Verè quia non est Deus mecum inuene
runt me hæc mala. O execrabilem ingrati
tudinem. In terra (inquit dominus) fertili, q̃
illis daturus sum, postquam illam possede-
rint,gratiæ,quas mihi acturi sunt,hæ erunt
scilicet,quod derelinquet me, & post Deos
alienos abibunt,lapides,ac ligna adorantes.
Veruntamẽ ipsi mihi pęnas dabunt. Ego.n.
derelinquam eos. Nunquid arbitremini fra
tres alium esse Deũ illorum,alium uero no-
strum,aut illũ permutatum fuisse existima
tis? Quare igit̃ nõ ueremini cum sitis magis
ingrati quã illi,ne maiori supplicio quã ip-
si efficiamini? ô per charitatem Dei uos se- 30
mel,ac millies exoro, ut ad hæc attendatis,
atq; super uos cõuertamini,debitumq; fru-
ctum huic ꝑ potentissimo Domino persol-
uatis. Quod si q̃ratis, q̃snam sit hic fructus
qui illi reddendus est, cum oĩa sint eius, si-
cut dicit B. Paulus. Qm̃ ex ipso, & per ipsũ, Ro.11.
& in ipso sunt omnia, & ipse Deus dixit: Si
esuriero nõ dicam tibi,meus est enim orbis
terrarum: Dico fructum,quem hic optimus
Dominus exposcit,esse prouentum,& pro-
gressum nostrum. O immensam Dei ꝓbita
tẽ? ò ineffabilem domini pietatem? nostram 31
.n. fœlicitatẽ, & beatitudinẽ, fructum suum Psal.49.
esse ducit. Adeò nos hic supernus pater dili-
git. Atq; adeò Moyses postquã maxima dñi
beneficia cõmemorauerat,declarauit quid-
nam esset,quod diuina maiestas pro illis ex
posceret,dicẽs. Et nunc Israel,quid dominus
Deus tuus petit à te, nisi ut timeas dominũ Deu.10.
Deum tuũ,& ambules in uijs eius,&c. vsque
ibi,& bene sit tibi? Non tu bene sit illi,non
enim plus boni habere potest,sed vt bene sit
tibi. Hoc est fructus, quem Deus exposcit,
salus.

salus, uita, sanctitas, ac denique foelicitas, & beatitudo tua. O benedictus sit talis Deus O glorificata sit talis clementia. O fœlicissimos illos, qui tali dño seruiunt, qui nihil aliud nisi eorum utilitatẽ expetit. De hoc fructu loquens B. Paulus dixit. Nunc uero liberati a peccato, serui at facti Deo habetis fructum vestrum in sanctificationẽ, finẽ uero uitam æternam. Hic est fructus (ait S. Apostolus) quem Deus à vobis sperat, videlicet ut in hoc seculo sancti sitis, quo in futuro beatitudinẽ comparetis. O quanta est amentia nostra, nisi tam bono Deo seruire uelimus. O dñe ineffabilis pietatis p tuam clementiam te deprecor, vt mentes nostras illumines, cordaq; nr̃a tui amore inflammes, quo secularib. vanitatibus post habitis uere & ex aĩo tibi seruire incipiamus, vt cælesti gratia repleti, ad tuam tandem gloriam perueniamus. Amen. Rom. 6.

32

Sabbatho post Dominicam II. In quadragesima.

33 *Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescẽtiore x illis patri. Pater da mihi portionẽ substãtiæ, quæ me contigit. Luc. 15.*



Murmurabant Pharisæi qm̃ Christus R. N. cum peccatorib. conuersabatur, non attendentes piã intentionem, qua hoc dñs faciebat. s. ut illis ad se conuerteret. Vt ãt illis probaret q̃ immerito illum pp hoc calumniabantur, tres parabolas illis proposuit, quarum prima fuit pastoris inuestigãtis perditam ouem, secundam mulieris euertentis domum suam, ut drachmam quam amiserat inueniret tertia uero, & ultima fuit hæc filij prodigi, & prophani, qui cum ad patrem suum reuersus est, benignissime & suauissime ab illo exceptum est, Dicatur breuiter tota parabola.

In initio huius parabolæ proponitur fons ex quo oĩa ãnimæ mala dimanant. Qui est, nos extra Deũ oĩb. bonis, q̃ ab eius diuina libertate accepimus, s. uita, ualetudine, pulchritudine, & alijs huius generis uelle pfrui. Nam secundum B. August. super hunc locũ, hoc significat dicere filium minora, qui est peccator. Pater da mihi portionem substãtię quæ mihi contingit. Ego (inquit) in libertate mea, & ut mihi libuecit, volo uiuere. Hic est omnium malorum fons, & origo. Idcirco S. Moyses loquens de ijs, quæ Hebræos intra terra promissionis facere oportebat, dixit. Non facietis ibi, quæ nos hic facimus hodie, singuli q sibi rectum ur̃. Neque.n. vsque in præsens tps uenistis ad requiẽ, & possessionem, q̃ Dominus Deus uester daturus est uobis. Pensate diligenter verbum illud, requiem, & illud etiam, possessionem, quam dominus, &c. Vbi apparet qũo inter bona illius promissæ terræ, & inter leges tranquillitatis, & quietis eius annumerat, vnumquemque non facturum quod sibi libuerit, sed omnes secundum Dei constitutionem gubernandos esse. Licet enim hoc primo aspectu captiuitas esse uideatur: animæ tamen, est summa libertas. Et qui contrarium fecerit, perdet se sicut adolescens iste, qui cum substantię suæ portione in peregrinas nationes perrexit, ubi extra omnem subiectionem, & obedientiam uixit cũ alijs sibi similibus conuersans, qui eum penitus euerterunt. Speculum quantumcunque mundum, lucidumque sit, respiratione, & flatu, qui ex circunstantiam ore prodit, obscuratur. Sic homo licet clarus, ac syncerus sit, malorum hominum persuasionibus inficitur. Et ita dicit Ecclesi. Qui tetigerit picem, inquinabatur ab ea. Et qui communicauerit superbo induet superbiam. Planeta q̃tumuis salutifer sit, si forte cum alio nociuo astro cõcurrit, ẽt malam influentiam immittit, uel saltẽ eius bona influentia non prodest, sed corrũpitur. Hebræi ex idolatrarum conuersatione venerunt ad illorum idola adorando: sicut dixit Dauid; Commisti sunt inter gẽtes, & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptibilib. eorum, & sanctorũ est in illis in scandalum: Liberet nos Deus a tanto malo. Deu. 12. Simile. Simile. Eccl. 13. Psal. 5.

Ideo in his magnis ciuitatibus sunt tot dissolutiones, & peccata, quia cum ex diuersis regionibus male homines conueniat, alteri alteros inuicem contaminat, alijque aliorum Deos adorant. Idcirco Spiritus sanctus dicit. Discede ab iniquo, & deficient mala abs te. O quam diuina sententia? in qua quantum malum peruersa conuersatio hominibus afferat, apertè declaratur, si quibus ad hoc, quod quis bonus sit remedium datur, à malis discedere. Ecce hunc à Deo segregatum, peruersis societatibus commistum, plurimisque uilitatibus, ac turpitudinibus occupatum. Hoc est, quod maxima exaggeratione, & affectu Dei nomine Eccle. 7.

Hieremias dicit. Obstupescite cæli sup hoc, & portæ eius desolamini; vehementer, dicit dominus. Duo.n.mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontē aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Perpendite super hæc verba quō defert ad cœlum sanctus propheta iniurias, quibus Deus affectus est, vbi optimè sentitur, & ponderatur quid nā sit quædā Dei iniuriā, a terra illas aufert, quia non est hic, qui intellectū suo penitus possit cognoscere quantum malum sit tantæ maiestatis offensio. Et iō dicit. Obstupescite cæli. Et notate etiam præcipuum iniuriæ Dei pūctum non esse in illo, quod dicit. Me dereliquerunt. Non est (inquam) in eo, quod tu Deum relinquas, sed in eo, quod illum pro rebus uilissimis, & nullius utilitatis deseratis. Si aliquis esset Deus sibi æqualis, nō ipse magnopere miraretur, si propter alium ipse a nobis relinqueretur; quod autem illum pro tam uilibus rebus, & tam parui ualoris quæque tanto pretio persoluuntur, relinquatis: hoc est, quod magis obstupefacit. Foderunt sibi cisternas dissipatas. In omnibus rebus huius seculi posuit Deus secretas quasdam rimas, & foramina, per quæ omnes illarum voluptates colarentur. Dissipauit cisternas, ut illi, qui ad eas perrexerint inuenientes eas aridas ad uiuum crucis fontem confugiant, & ad illos riuos qui ex diuino illo torculari defluunt, reuertantur, suasque animas fitientes cælesti aqua reficiant.

Ibi dissipauit substantiā suam uiuendo luxuriosè. Quid nō faceret adolescens, in libertate cōstitutus, tāq; potēti hoste sicut appetitui sensuali concussus, a quo paucissimi uictoriā reportare cōsuescūt. Dicitur Dauid, tres capitales hostes habuisse, quos etsi omnes vicit, unos tamen difficilius, quam alios superauit. Quorum vnus fuit potentissimus ille gigas Goliath, quem tamen proprio illius gladio interfecit. Alius fuit Rex Saul, quem sua patientia uicit. Tertius autem hostis, qui fuit filius eius Absalon, quē ex fuismet uisceribus genuerat, hic regnum illi abstulit hic eius canos dedecorauit. hic uenerabilem eius senectutem persecutus est, hic denique eum per mōtes nudatis pedibus, plorātem, atq; afflictum aufugere coegit. In quo significatum est, quod quamuis honoris, diuitiarumq; appetitus fortissimi sint, multo tñ fortior, & periculosior esse solet carnaliū voluptatū cōcupiscentia, quę ex ipsamet carne proficiscitur. Et sic multi reperiuntur, q alios appetitus viriliter uincunt, ab hoc aūt domestice hoste, & ipsiusmet carnis filio miserabiliter superantur. Ex quo colligitur q̄topere errant illi qui corpora sua delicate tractant, cum in hoc crudelissimo huic hosti denuo uires addant. Quapropter illos S. Iob reprehendit singulis peculiariter dicens. Pauit .n. sterilem, & quæ non parit, & uiduæ benę non fecit. Hæc sterilis, quæ non parit, est caro nostra, quæ ex se nullam vnquam uirtutem pfert. Quid non sufficeret dicere sterilē? Sed addidit et & quæ non parit? Aduertite quia hoc dixit vt eius sterilitatem magis exaggeraret; si.n. bonū aliquod opus facit, renuēs & inuita facit. Lapis ex natura sua deorsum descendit, & ita uiolenter illum facitis ascendere, ubi primum autem uis illa deficit, statim deorsum reuertitur. Talis est caro nr̄a, q̄ violenter, optimè quidem sursum ascendere atque bonum aliquod opus operari facitis, sed cum primum illā dimiseritis, & illa prior animi contentio defecerit, illico turpem pro pensionem sequitur. Vidua est peccatoris anima, quę sponsum suum, Deum secum nō habet. Curam habent peccatores (ait Iob) sustentandi, & saturandi sterile corpus, miseræ uero animæ quasi desertę uiduæ obliuiscuntur. Quoad plurimum quotannis eam semel reficiunt, atq; utinā tunc quō oportet reficeretur. Quotannis semel tantummodo peccata sua cōfitentur, atq; ad sanctissimum altaris sacramentum accedunt, & tunc Deus nouit quō, & pp quem finem hoc faciunt. Sed dicet aliquis. Pater sum fastidiosus, nec me præparatum experior, ut crebro peccata mea confitear, & sanctissimum dn̄i nostri Iesu Christi corpus assumam. Quid? qn̄ caro tua fastidit, non quæris mille salsamenta, vt possis manducare? Quare igitur aliquod salsamentū ad animam non perquires? nescis animæ salsamentum esse cū uiris probis cōuersari, deuotos sermones audire, sanctorum uolumina lectitare, iudicij denique, & mortis recordari? considerare quō alius perditus tibi similis mortuus est, qui tecum peccauit, quique fortasse nunc tormentis cruciatur propter peccatum, quod persuasione admonitus commisisti? Hæc sunt animæ salsamenta. O si ex omnibus horis, quas uane, & otiose in toto die consumis unam manè, & aliā uesperi in harum rerum consideratione consumeres, quam procul animę tuæ fastidium expelleres: quomodo faceres, ut res cælestes arden-

ardentissimo desiderio, ac fame appeteret, &
ex diuinis cibis gustum perciperet. Verun-
tamē, hoc est malū: ꝙ pauit sterilē, & quę nō
parit, & viduæ bn̄ non fecit. O fratres meis
attendite quod uobis dicit S. Paulus: carnis
Ro. 13. curam ne feceritis. Hoc.n. est crudelissimo
huic hosti vires addere, ut uos superet, atque
in infernum detrudat. In hoc profanus hic
iuuenis occupabatur diuitias suas consu-
mens in addēdis uiribus sensuali appetitui.
11 *Viuendo luxuriosè.* O quot iuuenes huic
similes fortasse in hac urbe sunt, q̄ postquā
cibis, potuq; satiati sunt, totū diē in ambulā
do & cursandis uijs consumūt hāc, & illā fę
minam aspicientes, unde turpitudines & a-
bominatione oriuntur, q̄ ne aer illorum ꝓ-
latione corrumpat, silentio ꝑtermitti opor-
tet. O Deus infinitæ maiestatis per clemen-
tiam tuam te rogo, ut tantæ dissolutioni,
& corruptioni remedium adhibeas. Fratres
charissimi aduertite, quia uos perditus quæ-
rentes occasiones ad creatorē uestrum offē
dendū. Attēdite q̄d Spūs Sācti singulis di-
Ecc. 9. cat. Ne respicias mulierem multiuolam,
ne forte incidas in laqueos illius. Cum salta
trice ne assiduus sis, nec audias illā, ne forte
12 pereas in efficacia illius. Virginem ne cōspi-
cias, ne forte scandalizeris in decore illius.
Ne dies fornicarijs aīam tuā in ullo, ne per-
das te & hereditatem tuā. Noli cō spicere in
uicis ciuitati, nec oberraueris in plateis il-
lius. Notate diligenter in hoc capite in oīb.
fœminarū statib. pericula maxima hoīb. in-
uenta fuisse à sapiente. Et sic ne ad aspicien
dā quidē fœminam aliquā facultatē homi-
ni concedit: nec ad nuptam, nec ad virginē
solutam, quæ est multiuola, quia oēs deside-
rat, nec ad saltatricē, nec ad virginem hone-
stam, & cōclusam, nec comptam, & exorna-
tā, nec ad incōptam, & in decorā. Et deniq;
cōclusit dicens, ne circūspicias speciem alie-
13 nā. Solas uiduas in hoc capitulo prætermit-
tit, nec de illis meminit. Cuius rei causam
esse arbitror, qa viduę illius t pis fortassis in
perpetua clausura, & recollectione mora-
bantur. Nec de monialib. loquit. Verum est
tunc nō fuisse moniales sicut nūc: uirgines
aūt, q̄ sese in clausurā recipiebant cū magna
obseruantia, & animaduersione uiuebāt. Vt
apparet in virginib. q̄ erant inter gentes. Sā
ctior.n. & magis cōsecrata religio, quæ erat
Romæ erat uirginum. Vestaliū, q̄ virginita
tem uouebāt, & ideo ab infantia illas in cu-
stodia maxima claudebant. Tantus aūt erat
rigor, & seueritas, quæ cū illis in hoc serua-
batur, ut q̄ contra uotum suū fecisse dephē
deretur, uiua à populo Romano inhumare-
tur, ille āt dies ater, & infælix haberetur. O
q̄tum erat hic dicendū, & plorandū, ꝙ cum
Moniales sponsæ Iesu Christi post septē pa-
rietes, & ferreos cancellos custodiant, illuc
tn̄ uaditis, ut eas solicitetis, & cōturbetis. O
maledicti profanatores diuini honoris, non
conteti estis seculare honorem, pudicitiāq;
peruertere, sed religionum ēt castitatē deco
rūq; vultis destruere? Heu, heu, q̄ acri suppli 14
cio pro tanto sacrilegio puniendi estis, nisi
vos à tanta turpitudine, & abominatione co
hibueritis, acerrimamq; pænitentiam egeri-
tis, uerum est āt, ꝙ cum hi profani hoīes in
ueniāt, quibuscum Deum offendāt, deerit il
lis locus, ubi turpitudines suas exerceant. O
nequitiā attrocissimo Dei supplicio dignis-
simam, etenim quid perniciosius, quoq; ma
iorem reipublicæ desolationem afferat: quā
esse personas, quæ domicilia ad peccatrices
recipiendas pręparata habeāt, in quib. turpi
tudines suas exequantur? Heu, heu, ò Deus
quot forte sunt hmōi in hac ciuitate, tot do
mus, in quib. animę vendunt, & peccata gra
uissima celantur. Hic uero, ubi tot sunt pue 15
ri, & iuuenes, qui non hn̄t patres, à quib. gu
bernentur (sicut hic filius prodigus) talē oc-
casionē ad suorū turpium appetituum exe
quutionē reperientes, quid nō facient? aut
à quo se flagitij genere cohibebunt. O quā
tum hoc lamētabatur S. Propheta Esaias di Esa. 42.
cens laquei iuuētum oēs, & in domibus car
cerum absconditi sunt: facti sunt in rapinā:
non est qui eruas in direptione, nec est, qui
dicat: redde. Sicut Deus construit monaste
ria ad saluandas animas, ita ēt diabolus do
mos, & diuersoria erigi t ad illas perdēdas.
Et notate ꝙ uocat S. Propheta has domos
carceres, in quibus sunt cōpedes, & cathanæ
ad calligandos adolescētes, ut in diaboli ser 16
uitute deuincti maneāt, & ferè publicè hoc
iam fit, nec est, qui tantæ peruersitati reme-
dium adhibeat. Nec est qui dicat, redde, nō
est qui dicat diabolo, dimitte aīam istam,
quam præ dentibus defers. Si uidetis lupum
transire, ouemque in ore asportare oēs pro
clamans dicentes: dimitte, dimitte illam,
cum autem tot animas Sathanæ dentibus
asportari uideatis, ne minimam quidem
uocem perferetis ad tantæ calamitatis re-
medium? Quanta urbanitas, ac diligentia
fuit olim inter Romanos, quia ministri iusti
tiæ,

tiæ uniuſcuiuſq; viuendi rõnem inquirebãt,
Quod ãt inter Christianos non ſit eadem
cura, & ſolertia, miſerabile eſt. Cũ fœminæ
Nu. 25. Moabitides iuuenes Hebræos deciperent,
eosq; ad idola ſua adoranda inducerent, ira
tus Dñs dixit ad Moyſen: Tolle cũctos prin
cipes populi, & ſuſpende eos contra ſolem
Origenes. in patibulis Origenes ſuper hunc locũ di
cit ꝙ detinente ſe Moyſe nec principes pu-
nire audente, qui illius peccati maiorem ha
17 bebant culpã, eo ꝙ illud ſimularent, ſacer-
dos Phinees opus illud magni zeli fecit, ſ.
duos, qui publicè peccabant, interfecit, qđ
cũm alij vidiſſent, in diſſolutos illos adole-
ſcentes impetum fecerunt & minimo tẽpo-
ris ſpacio uiginti quatuor millia diſſoluto-
rum adoleſcentium occiderunt. Quo ſuppli
cio ſumpto audita eſt uox de cœlo dicens.
Phinees filius Eleazari filij Aaron ſacerdo-
tis auertit irã meam à filijs Iſrael: quia zelo
meo cõmotus eſt contra eos, ut non ipſe de
lerẽ filios Iſrael in zelo meo. O ſi Deus nõ
bis iudices huius diuini zeli plenos largire-
tur, quot peccatis in rebuſpublicis obuiare-
tur. Quia.n. hi iudices in republica nõ ſunt,
18 iuuenes ſubſtantias ſuas in peccatis conſu-
munt, ſicut hic, de quo meminit S. Euange-
lium, qui ſubſtantiam ſuam luxurioſe viuen
Plutar. do diſparuit. Adeo turpe, & infame uitium
eſt hoc, ut licet Plutarchus vir gẽtiles eſſet,
dixerit, ſi te ab hoc uitio cohibere cupis, ho
Ariſ. in pble. nores expete. Viſum eſt.n. huic viro ſapien-
ti, ꝙ ipſo facto, quo quis honores expeteret,
hoc uitium fugiturus erat, ne in tantã infa
19 miã deueniret. Et ſic Ariſt. in problematib.
rõnes reddens, quare hoc uitium tantopere
hoĩem dedecorat, tandem hanc rõnem aſſi-
gnat, ꝙ hoc uitiũ eſt beſtialius cæteris om-
nibus, & ita qñ homini dicitur illũ ſẽſualẽ eſ-
Pſal. 17. ſe beſtiã illum eſſe ſignificat. Quapp Dauid
dicebat: Qm lumbi mei impleti ſunt illuſio
nib. Heu miſerum me: non ſolum (inquit S.
Propheta) turpe hoc uitium Deũ mihi ab-
ſtulit, ſed & honore me priuauit, nã qñ per
uias tranſeo, oẽs mihi ſuſurrant dicentes, ec
ce concubinarium. Ob hãc cauſam permit-
tens dominus Ieſus, vt in ſanctum diſcipulo
rum ſuorum collegiũ alia uitia ſicut ambi-
tiones, cõtentiones, infidelitates, ac denique
inuidię ingrederentur, nequaquam illos à lu
xuria pertingi permiſit. Alia peccata unam
hominis partem, ſ. animã inficiunt, hoc au-
tem utrumq; corpus, ſ. & animã contaminat.
Quare admonens nos B. Paulus, & dicens, fu
gite fornicationẽ, huius rei rõnem reddens
ſubdidit: qm.n. peccatum quodcunq; fece-
rit hõ, extra corpus eſt: qui aũt fornicatur in
corpus ſuum peccat. An neſcitis, qm mẽbra
veſtra templum ſunt Spiritus Sancti, qui in
vobis eſt, & non eſtis veſtri? O quã efficax
ratio eſt hæc. Ne corpora ueſtra (inquit) in
ficiatis, ſiquidem non ueſtri quidẽ ſed Spiri
tus ſancti eſtis. Ne tm latrocinium commit
tatis furantes ꝙ eſt Spiritus Sancti, & dan-
tes illud meretrici. Atque ad hoc (ait) fugi- 20
te fornicationem. Ne cũ hoc uitio colluctẽ- Simile.
mini, ſed q̃tum potueritis illud fugite. In-
ſipientiæ.n. eſt cum aliquo obſcæno, & fœ-
tido colluctari, quem etſi proſtraueris, ab il-
la tñ inficieris, & lutaberis. Tam immundũ
eſt hoc uitium, ut amẽtia ſit cũ eo colluctari,
quis.n. illud ſuperaueris uix, tñ abſq; vlla
macula remanebis. O fratres mei per chari-
tatem Dei uos rogo, vt hæc S. Apoſtoli ver-
ba in cordib. ueſtris imprimatis, illaq; accu
ratiſſimè obſeruetis. In hoc.n. ſalus ueſtra
ex magna parte cõſiſtit. Aïaduertite q̃ cor-
ruptus ſit uniuerſus orbis. Oẽ offendiculũ,
& occaſionẽ quoad poteritis euitare curate.
Et poſtquam omnia conſummaſſet, &c. Et
ipſe cæpit egere. Vos Deus ñ eſt, totũ ẽ fames 21
& ærumna. Vñ de peccatore dixit Eſaias, de
clinabit ad dexteram, & eſuriet, & comedet
ad ſiniſtrã, & non ſaturabitur, i. quocunque Eſa. 19.
pergat peccator ſine Deo; licet de reb. oĩb.
mundi comedat, non ſaturabitur, ſed ſemp
eſuriet. Quemadmodum.n. uelle herbis leo Simile.
nem, aut carnibus equum paſcere, ſtultum
eſſet: hi.n. cibi iſtis aïalibus non conueniũt.
Sic ẽt & multo ẽt minus ſecularia aïæ con-
ueniunt. Sicuti chirothecæ ad nihil aliud
proſunt quã ad operandas manus, nec ua-
gina ad aliud q̃ ad tegendum enſem, ſic hũ
manus animus cum ad nihil aliud creatus
fuerit, q̃ ad ſolum Deũ, in vlla re niſi in Deo
requiem, tranquillitatemq; repetit. Et cõ- Hier. 2.
medet ad ſiniſtram & non ſaturabitur. Idcir 22
cò dicebat Deus; quid inuenerunt patres ue
ſtri in me iniquitatis, quia elongauerunt ſe
à me, & ambulauerunt poſt uanitatem, &
uani facti ſunt, i. ſine me uacui remanſerũt,
uidetur mihi hic adimpleta eſſe parabola
illa Ionathan, de arboribus, quæ regem eli- Iudic. 9.
gere nolebant, dixeruntq; omnia ligna ad
rhamnum ueni, & impera ſuper nos. Quæ
reſpondit eis, ſi uere me regem uobis con-
ſtituitis uenite, & ſub umbra mea requie-
ſcite. In his uerbis acceptans rhamnus ſce-
ptrum,

ptrum ostēdit q̄ stultè,& insipienter a cæteris lignis fuerit electa dicēs illis ut sub umbra sua requiescerent. O q̄ iucūda umbra est rhamni? O hō insipiens quicquid p̄ter Deū quæris est rhamnis,quæ te compūget,& percutiet,nec illius umbra tibi aliquid proderit.

In se autem reuersus,&c. O quam procul a se abest peccator,per Esaiam dicebat Deus
Eccl.46 redire præuaricatores ad cor. Nihil longius à peccatore abest q̄ peccator à semetipso. Ex
23 tra se incedit. Fame,& inopia coactus reuer-
Deu.30 sus est hic iuuenis in se. Sic S. Moyses,postq̄ populum uarijs supliciorum generibus comminatus est,addidit dicens: cum ergo uenerint super te omnes sermones isti, benedictio,siue maledictio,quam proposui in conspectu tuo,& ductus pænitudine cordis tui reuersus fueris ad eū in toto corde tuo, &c: idest,labores te redire compellent. Sic pijssimus pater cum hoc prodigo fecit mittens n regionem illam famam ualidam,vt labor & necessitas illum in se facerent redire. O admirabile Dei artificium, quot inuentiones, & modos inuestigat, ut nobis succurrat?
Eccle.1 O quam meritò dicit Ecclesiasticus: Multiplicationem ingressus illius quis intellexit? Mille ingressus habet Deus ad animas conuertendas:multasque secretas caueas quas p̄ter ipsum intelligit nemo. Alios benè tractat diuitias illis largiens; alios uerò malè, pauperta te & afflictionibus illos opprimēs.
24 Nulla illi ianua clauditur,quin ipse aliam aperiat,multiplicat aditus ad ingrediendum. & peccatoris animum redigendum. Signum est quod maximum habet animarum appetitum,siquidem tot aditus ad illas inuestigat In quo etiam adnotatur resistentia, quæ in nobis est,cum Deus,tot modos,& ingressus perquirat,vt uoluntatem suam exequatur. Etiam per peccata,quæ sunt in peccatore,& per illorum cōfusionē ingreditur Deus in animā. Benedicant tibi Hierarchiæ Angelorū Deus infinitæ gloriæ,qui uilem terræ uermiculum tanti æstimas,tot rationes exquirens, ut illum ad te conuertas. Verum heu fratres
25 quam digna lachrymatu est durities, rebellioque nost ra. Neq; .n.labores,neq; indulgētiæ,neq; pollicitati ones,neque comminationes sufficiunt,vt nos ad tam pium Deum,ac Dominum faciant reuerti.

Imitemur igitur fratres charissimi hunc peccatorē,per necessit ite oppssus in se reuersus dixit; *Quanti mercenarij,&c. Surgam, & ibo ad patrem meū,& dicam ei,&c.* Perpēdi te diligenter q̄ cognoscens miserias,ac scelera sua intra se cogitauit,quid,& qūo patri suo dicturus esset petens ab eo miam. Sic oportet vnumquemque uestrum intra se peccata sua euoluere,& ordine illa disponere, qūo in confessione ea dicturus sit. Si subito in domicilium introitis, cum ex solis splendore ueniatis nihil prorsus intuemini: postq̄ autem paulum quiescitis,statim clarè omnia, quæ in eo sunt uidetis. Sic subito intra uos ingredientes,nullum penitus peccatum uobis in mentem uenire vr̄,si āt paulisper uos collegeritis,& requieueritis, conscientiamq; uestrā scrutati fueritis,statim uidebitis miserias, q̄ in ea sunt. Ne contenti sitis semel qūocunq; conscientiam scrutari,sed hoc semel,& sępissimè uos facere oportet. Si suspicamini latrones domum uestram ingressos fuisse,nō qe scetis quousque illos omnes foras expellatis si.n.intus unus remaneret, uos interficeret. Quid prodest, peccata uestra confiteri si per negligentiam uestram vnum mortale uobis remanet: cum hoc tm̄ uos in æternum perdere sufficiat? Non solum autem qn̄ ad cōfessionem accessuri estis hanc præparationem vos facere oportet,sed ēt ad patrem uestrum cōfugere debetis,ut in oratione ab illo miam postuletis. Tunc prius uos præparati conuenit cogitantes qūo vaditis,ut cum Deo infinitæ maiestatis loquamini,& res uestras agatis,cum vos uilissimi vermiculi sitis. Sic admonet Ecclesi.dicens: Ante orationem præparat aīam tuam,& noli esse quasi homo, q̄ tentat Deum. *Et surgens uenit ad patrē suū.* Cum primum bonum in corde suo proposuit,statim illud opere compleuit. O quantæ confusionis est frater mi,lasciuiam,neglig ētiamque tuam inspicere? Quoties proponis te ad Deū conuertendū esse,& sicut antea in peccato remanes. Vide cui te comparat Spiritus Sanctus dicens. Sicut ostium uertitur in cardine suo,ita piger in lectulo suo. Sicut ostium(inquit) in cardine se reuoluens stridet:illa etiam conscientia tua uarijs peccatorum morsibus stridet, nec tamen consurgis ab hoc maledicto lecto,in quo iaces, existimans q̄ hodie non factum fuerit, cras faciendum esse. O miser si scires quot peccatores cum ijsdem propositis, quæ tu habes perierunt. Quod si mihi nō uis credere uide quam aperte hoc dicit Ecclesiast.his uerbis: repromissio nequissima multos perdidit. Atque ita te perdet,qui nequissimè tibi uitæ longitudinem iterum,atq.iterum prōmittit.

Simile. (right margin, beside "sua euoluere")
26 (beside "dientes,nullum")
Simile. (beside "conscientiam scrutari")
27 (beside "postuletis")
Eccl.1. (beside "tis,cum vos")
Pro.26. (beside "confusionis")
28 (beside "ostium(inquit)")
Eccl.29 (beside "faciendum esse")

Surre-


Surrexit igitur porcarius ficut erat immũ
dus,& obſcænus,& in domum patris ſui per
Pſal.53. rexit. *Vidit illum pater ipſius, & mĩa motus*
eſt. Deus illius cor commouit præueniente
gratia ſua,vt conſurgeret, de qua dicit Da-
Iob.23. uid Mĩa eius prẹuenit me. Et Iob. Deus mol
liuit cor meũ,& oĩpotens conturbauit me.
Et quemadmodum pia mater uidens filium
29 ſuũ infantem tenerũ elaborãtem,vt ad ſe ac-
cedat,ipſa ad illũ currit,vt eum adiuuet,ma-
ximiq; amoris viſcerib. eũ amplectitur. Ita
Simile. Deus,q per gratiam præuenientem peccato
rem excitat,vt primũ eum p libertatem libe
rumq; arbitriũ commotum intueť,& uolẽtẽ
ad ſe uenire aĩaduertit, ſtatim cum auxilio
Iob.14. ſuo illi occurrit. Vt dicit Iob. operi manuũ
tuarum porriges dexteram. Atq; hoc ſignifi
cat quod dicit S. Euangelium q̃ occurens:
Cecidit ſuper collum eius,& oſculatus eſt eũ.
Dixitq́; & filius: Pater peccaui,&c. O q̃ dili-
genter adimpleuit hic peccator, quod Deus
Hier.13 per Hieremiam maxima cum affectione po
ſtulat ab aĩa peccatrice dicens,tu autem for-
nicata es cum amatorib. multis. Et paucis in
termiſſis inquit. Frons mulieris meretricis
facta eſt tibi,& noluiſti erubeſcere. Ergo ſal-
tem amodò uoca me,pater meus,dux uirgi-
30 nitatis meæ tu es. Nunc ſaltẽ (inq̃t dñs) ſua
uia,& maximi amoris plena uerba mihi dic
quibus cor meum mollias, & viſcera mea te
nera reddas. O Deus maieſtatis infinitę quã
topere delectaris dñe qñ anima perdita ſine
pudore te patrem ſuiq; primi amoris ducem
te appellat. Quare potius non dedignaris tã
malorum filiorũ pater eſſe? quare illis nõ di
cis,ne me oro veſtro aſſumatis,nec uos filios
meos nuncupetis,ſiq̃dẽ tã iniqui eſtis: O nõ
Simile. recte dicis. Quis.n. eſt pater tanto furore cõ-
citatus pp iniquitates filij ſui,q ſi cum illum
gladio, vult percutere audiat illius uocã hu-
militer dicẽtis,me filium tuum ò pater tam
crudeliter uis tractare? cor eius non molle-
fiat,eiusq́; aĩus mitigetur,gladiũq; a manib.
abſq; filij ſui ictu dimittat? Hoc igiť eſt qđ
Deus hic petit. Saltẽ amodo,&c. ſaltẽ (inq̃t)
31 nunc quum iã te volo percutere ſuauib. uer-
bis me alloquere, quib. cor meum mitiges,
& ad mĩam prouoces. Hic proſtrentur ardẽ-
tiſſimi Seraphim,atq; oẽs cœli ptã tes,& pro
nobis huic clementiſſimo dño pro tã ſingu-
lari beneficio innumeras gratiarum referant
actiones. O fœliciſſimum tp̃s quib. te verbis
exaggerabo? aut quõ fẹlicitatẽ tuã ſatis di-
gne potero recenſere? conticeſcat lingua, &

loquatur conſideratio,hęc.n. ſuauiſſima my
ſteria melius ſentiri quã dici pñt. Quondam
ſoli ſummo ſacerdoti ad ſancta ſanctorũ in
gredi licebat,vt ſuorum,populiq́; peccatorũ
veniam poſtularet,atq; hoc ſemel tantum in
anno,quouſq; autem ipſe exiret, nemini fas
erat in tabernaculum ad petenda beneficia
introire,præcipiebat Deus nequis in ſancta 32
ſanctorum ad loquẽdũ cum ipſo, prę:erquã Leu.16.
ſummus ſacerdos ueſtitus pontificijs,ijsque Exo.28
plurimis adamantibus,alijsq́; pretioſiſſimis
margaritis exornatis,indutus introiret. Poſt
quã autem Deus pro nobis factus eſt hõ, &
inops,atq; cum hoĩbus conuerſatus eſt, con
ſenſitq́; ut ſecum hoĩes loquerentur, non ſo
lùm ſe ab hoc perditio,immũdo,horrido,&
obſcæno peccatore non abſcondit,uerum ẽt
illi obuiam exijt, in brachijsq́; ſuis illum re
cepit,ſuauiſſimeq́; eius faciem oſculatus eſt,
qñ ſponſus abijt, quia cum ad ſponſæ oſtiũ Can.5.
pullaret,illiq; diceret,aperi mihi ſoror mea,
ipſa ſe excuſauit dicens, expoliaui me tuni-
ca mea,qũo induar illa? quæ tñ poſtea ſurre-
xit,& per totam ciuitatem perrexit, ubi cu-
ſtodes illã inuenerunt,& ut ipſa dicit, vulne
rauerunt me,& tulerunt pallium meum. Et
ita vulnerata,pallioq́; nudata acceſſit ad hor
tum,vbi cognouit ſe illum inuenturam eſſe, 33
ipſe aũt nõ illi clauſit ianuas, etſi ipſa nolue
rat illi aperire, qñ ad eius oſtium ſpõſus pul
ſauerat, nec illi aſpectum ſuum denegauit,
imò tãta cum affabilitate,& benignitate illã
excepit,illã (inquã) ita vulneratam,pallioq́;
denudatã uenientem miſerans, ut illi dicere
cœperit, pulchra es amica mea, & decora ſi-
cut Hieruſalẽ, terribilis ut caſtrorum acies Cant.6.
ordinata,acſi diceret,fortiſſima es, & terribi
lis, ut caſtrorum acies ordinata, ſiquidẽ me
ita ſuperaſti. Ecce fortunatũ tp̃s, in quo ui-
uimus,cum iam nõ dicit dñs ut unus tñ ad
loquẽdũ cum ipſo ingrediatur,atq; ut hic ſit Mat.11
ſacerdos, & dum ille ſecũ locutus fuerit, ne- Exo.25
mo in tabernaculum ingrediať,ſed dicit, ue
nite ad me oẽs qui laboratis,&c. Antea præ
cipiebat dicens,nequis appareret in conſpe-
ctu ſuo uacuus,Nũc autẽ non ſolũ expectat 34
eum, qui ad ſe uacuis manibus accedit, ſed
illi ẽt obuiam exit. Etenim quid deferebat
hic pauper præter nuditatẽ,famem, ac defa-
tigationẽ? ecce aũt qũo illum recipit. Eia eia Ro.12.
peccator animum recupera. Porrige manũ
tuã,ſurge,& ad Deum confuge, qui ſi te ſo-
lum deduxeris ipſe contentus eſt. Vide quid
dicat Beatus Paulus, obſecro uos fratres per
miſe-

misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiã uiuentẽ, i. ut uosmetipsos offeratis. Dicis o peccator, te non habere q̃d ad Deũ deferas, quia pauperes, ne te cũ hoc excuses, te.n. solũ Deus cupit, quapp propera, nec sis piger, uide q̃ libenter, & humane hũc pauperem recipit: Alter esset, qui diceret. O perdite, quare te nõ puduit, ita corã me apparuisse? ubi est portio tua? vbi habes diuitias, quas ego tanto cũ labore cõparaui? Attende
35 frater infinitam Dei clementiã, nihil.n. horũ dicit, nec illum exasperat, sed amplectit, & indui iubet, atq. statim illi cõuiuiũ pparat, & cum maximo gaudio cũ ad mensam suã sedere facit. In quib. oib. significatur, Deum nõ solum peccatori peccata dimittere, sed ipsum virtutib. gratiaq. sua exornare, & spiritualiter reficere. Idcirco B. Paul. cum Deum patrem mĩarũ appellasset, addidit, dicens. Et
2. Cor. 1 Deus totius cõsolationis. In quib. uerbis aliquid diuinæ mĩæ addidit, quo abundantissimã Dei in hoĩes pietatẽ explicauit. Miseri-
36 cordiæ namq. solum vĩ peccatorum venia competere. Deus autem non hoc contentus est, sed ex iudice dimissor, ueniæq. largitor, cõsolator plurimorumq; donorum, ac gratiarum, & postea cælestis gloriæ largitor efficitur, ad quam nos perducat. Amen.

Dominica III. In Quadragesima.

Erat Iesus eiiciens dæmonium, & illud erat mutum, &c. Luc. 11.



Icitur hic diabolus mutus ab effectu, q̃a reddit hoĩes mutos. Sicut ẽt dicere solemus (Simile.) diem aliquem esse tristẽ non q̃ dies sit tristis, sed quia nos
Rom 8. tristes reddit. Et sic intelligitur illud Pauli dicẽtis? Spũs postulat p nobis gemitib. inenarrabilib. Quid? spũs sctũs postulat? Nũqd aliũ superiorẽ hẽt, a quo postulet, cũ ipse sit Deus infinitus? & qũo in summa, & pfectissima lætitiæ potest esse luctus, aut gemitus?
Matt. 9. Intelligitur ergo quod postulat, quia nõ po-
Chrys. stulare facit, gemit, quia nos gemere facit.
hom. 41 B. Matthæus dicit, hunc hominem dæmo-
su. Mat. nium habẽtem cæcum etiam esse. Et Diuus Chrysos. dicit, illum etiam esse surdum. Ecce hunc miserum mutum, cæcum, surdum, & dæmonium habentem Quis huiuscemodi hominem non miseraretur? & tã miserabilior est uisu iuuenis pulcher, optime videns, audiens, atque eloquentissimus si in peccato mortali commoratur. Ille enim sic cæcus, & cum omnibus infirmitatibus suis poterat esse iustus, & Deo gratus. Tanta autem est hominum cæcitas, ut illi ita corporali morbo laboranti compatiantur: illius autem cuius anima mortua est, si corporalem habeat valetudinem, non misereantur. Permittit Deus, diabolum in vnius hominis corpore hanc stragem edere, vt ex hoc quantopere animam destruat, cognoscatur. 2
De diabolis dixit Dauid; Superbia eorum Psal. 73.
qui te oderunt ascendit semper. Et cum hac Esa. 14.
superbia, quæ semper in illis uiget, cum qua dixit Sathanas: In cœlum ascendam, super Sap. 7.
astra Dei exaltabo soliũ meum, similis ero altissimo. Et cum sciat animam iusti sedem esse sapientiæ, pretiosiorem que cælo empyreo, magnopere curat, siquidem se uno cælo expulsum videt, in aliud præstantius conscendere, quæ quidem est anima, vt inde Deum eijciens, in ea solium suum constituat, quod fit eleuata super astra Dei; hoc autem facit, cum iustos in fraudem inducit, ac peruertit. Etenim astra Dei, quæ vitæ nostræ noctem illuminant, sunt naturalis ratio, fides infusa, & acquisita, & diuinę 3
legis lumen, & cum contempta ratione, fide, diuinaque lege homo diabolo obedit, tunc diabolus solium suum superastra Dei exaltat. Et sicut Deus cum in animam ingreditur, totam illam vult possidere, nec vna parte contentus est, sed cor, memoriam, intellectum, voluntatem, oculos, manus, pedes, omnes deniq. hominis partes in sui seruitio uult occupari, hoc.n. significat quod est apud S. Lucã: Diliges dñm Deum tuum Luc. 10.
ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnib. virib. tuis, & ex tota mente tua. Cuius præcepti, sicut diligentissimus exequutor dixit B. Paul. Viuo autem, iam non ego, 4
uiuit uero in me Christus. Ita diabolus quãdo alicuius hoĩs dominatur, omnem eius Gal. 2.
virtutem, & substantiam desiderat sugere: atq. idcirco, nõ solum eum mutum, sed cęcum ẽt, & surdum efficit, dominium super animam, & corpus illius (si potest) accipiẽs. Quod cũ ita sit fratres charissimi, uos ego Dei nomine exhortor, ne illi aditum patefaciatis, quia adducit secum alios septem nequiores; se non solum autem septem, sed si ipse posset, totum infernum in domos vestras uellet inducere. Vt primũ Dauid adul-

tertium commisit, statim fidelis seruo suo.
2.Re. 11 Vriæ infidelis fuit: ex infidelitate autem illa
Gene. 4. in homicidium deuenit. Sic Cain ex inui-
dia in perfidiam uenit, dolo se fratrem suum
in agrum deducens, & postea illum interfe-
cit, nec in hoc permansit, quousque despera-
uit. Atq. idem fecit Iudas, qui ex nimia cupi
ditate in latrocinium deuenit: de illo enim
Ioan. 12 dicit B. Ioannes. Fur erat, & loculos habens,
ex latrocinio autem in diuini magistri sui
proditionē uenit, & tādē laqueo se suspēdit.
Ecce quare Deus permittit, ut diabolus ho-
minem mutum & surdum efficiat, ut ex hoc
5 intelligamus, quot mala in illius aīa opera-
tur, quam quidem surdam, mutam, cæcāq.
Simile. efficit. Qui cum tranquillitate in quodā do
Hie. 37. micilio vult quiescere, iubet oēs suos conti-
cescere, & ianuas illius claudi, ne lux ingre-
diatur. Hoc ipsum curat Sathanas, s. ne præ-
dicatorum uoces audias, ne ad te lux ingre-
diatur, nec cum hominib. conuerseris, qui ti
bi veritatem dicant, sed cum assentatorib',
& mendacibus, atq. illi fidem habeas, ut di-
cebant S. Hieremias Regi Sedechiæ: Vbi
sunt Prophetæ uestri, qui prophetabant no-
c. bis, & dicebant. Non veniet Rex Babylo-
nis super uos, & super terrā hanc? O infelix
peccator, qui Dei nunciis nō credis, qui tibi
6 dnt te cras moriturum, & a peccatis tuis in
infernum præcipitandum esse: aliis uero tibi
similib. fidem adhibes, qui tibi debent: lōga
est uita, satis tēporis erat ad agendā pnīam,
non ueniet ira Dei super te. Hæc omnia cu-
rat diabolus faciens te surdum ad oē bonū
audiendum, ut in te quietissime requiescat.
Psal. 74. sic S. Propheta Dauid lamentabatur, dicēs:
Hieron. Posuerunt Hierusalem in pomorum custo-
Simile. diam D. Hieron. hoc declarans dicit hoc si-
gnificare, q quēadmodū dominorum hor-
tis, in quib. pretiosi fructus sunt, uerno tem
pore, cum iam sunt maturi, custodes appo-
7 nuntur, ne quis illos furetur, ita diabolus cū
uideat peccatorem esse, quasi hortum ma-
turorum fructuum, qui disco, mensæque,
suæ sunt apti illum diligentissimè custodit,
ne quis eum sibi surripiat: custodit autem
plurima inconuenientia, & offendicula illi
offerens, ut de malis in deteriora progredia-
tur: Quòd si ad prædicationem uult ire,
aut cum aliquo seruo Dei conuersari, impe-
Simile. dit illum quominus hoc faciat. Sicut qui ar
cem obsidione premit, curat ut nullum ali-
mentorum genus ad obsessos ingrediatur,
quo illo securiores habeat. Hoc est hominē
a diabolo surdum, cæcum, & mutum reddi,
ut nulla ianua salus ad eam ingrediatur.
Quemadmodum autem hic miser corpo-
raliter afflictus in clementissimo Iesu reme-
dium inuenit, ita illud inueniet peccator
quantumcunque ab ipso Sathana perditus,
destructusque sit, si sicut debet ad hunc diui
num medicum accesserit. Hæc significauit
hic optimus Dñs per Esaiam, dicens. Quie-
scite agere peruerse, discite benefacere, quæ-
rite iudicium, &c. Si fuerint peccata ue- Esa. 1.
stra, ut coccinum, quasi nix dealbabun- 8
tur, & si fuerunt rubra sicut uermiculus, ve-
lut lana alba erunt. Has duas similitudines
harum duarum rerum ponit, quarum vtri-
que difficillimè colorem amittit, ut intelli-
gatur quantumuis culpa inueterata sit, &
quantumcunq. altas radices in aīa egerit, si
verè, & ex aīo ad hunc diuinum medicum
cōfugiatur, omnib. peccatoris malis esse re-
medium adhibendum. Quapropter o frater
peccator confidentes accede, & graui pecca-
torum tuorum dolore percussus, proponēs
te iam amplius tam bonum Deum non esse
offensurum, attende te esse mutum, & tēpus 9
iam esse, ut de te dicatur, quod de illo dictū Aug. li.
est, s. *Locutus est mutus*. Quot sunt dies ex 2. de vi-
quo ad pedes auditoris pœnitentiarij non lo- sitat. in-
cutus es? Humiliter ergo Dñm exora, vt ti firmor.
bi spiritum largiatur, quo nunc loquaris, si-
cut oportet, ad aīæ tuæ salutem B. Aug. ait:
Arbitrare qn coram sacerdote es, te coram
Angelo esse, quem tibi Deus mittit, vt tibi
medeatur, & sanet: quapropter arcana tua
illi reuela purè, ac syncere cum illo loquēs,
& addit, dicens. Non te pudeat coram uno
dicere, quod non te puduit coram multis
forsitan, & cum multis facere. Nam homi-
num esse peccare, christianam a peccato de- 10
sistere, diabolicum vero perseuerare. Pecca- Iob 31.
sti (inquit) tāquam homo, surge igitur sicut Psal. 94.
Christianus, ne quasi diabolus in peccato Greg. li.
perseueres, ut tibi cœlum aperiatur, aperi tu mora. c.
cor tuum. Dicit, nos a peccato surgere chri- 13. & c.
stianum esse, quia sine gratia, & auxilio 14.
Iesu Christi hoc fieri non potest. Vnum
ex illis, de quibus magnopere gloriabatur
Iob hoc erat: Si abscondi (inquit) quasi ho-
mo peccatum meum. Vbi ponit dictionem
iniquitatem meam. Vbi ponit dictionem,
si, pro nō, ut Psal. Si introibunt in requiem
meam, i. non introibunt. D. Gregorius per-
pendens uerba, illa Iob dicit, quasi homo, i.
quasi debilis. Magna. n. est debilitas hoīem

uulneribus suis non mederi, eo q illa nox uult reuelare. Si in illo tpe hoc faciebat S. Iob, reuelans peccata sua qui illis remedium adhiberet, quanto maior ratio nunc est, ut nos idem nunc faciamus, cum huius rei diuinum præceptum habeamus, & hoc in sancta confessione facere debeamus, quod est diuinum salutiq; nostrę necessariũ Sacramẽtum? Perpendit etiam illic B. Grego. Deum nõ maledixisse homini quum peccauit, sed quum se excusauit si.n. primi parentes sta-
11 tim se accusarent, statim illis peccatum dimitteretur. Quamobrem fratres mei diuinæ Maiestatis noĩe uos rogo, ut debilitatem hanc procul eiiciatis, & aduersitatis tps iã loquẽdi esse pcipue cum iã simus in medio Quadragesimæ, & ferè oẽs estis muti, qui peccata uestra non estis cõfessi. Qñ hoc facere speratis cõfugite, cõfugite ad tam cęleste remedium, siquidẽ illo tantopere indigetis.

Quidam autem ex eis dixerunt. In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. O terribilem malitiam? ecce ingenium diaboli, qui cum opera Iob nõ posset uituperare, qñ dñs illa laudauit, intentionem, qua illa
Iob.1. faciebat, uituperauit, dicens. Nunquid Iob
12 frustra timet Deum? Nonne tu uallasti eum ac domum eius? Hunc igitur maledictum patrem oẽs eius filij sequuntur, sicut illi filii Amon, de quibus dicitur, q cum nuncii Dauid uenirent, ut eos de obitu patris sui
2.Re.10 cõsolarentur, ipsi dixerũt illos speculatores, & exploratores esse, qui ad explorãdum regnũ ueniebant. Opus pietatis, opus iudicãt crudelitatis. Ita hi miseri Pharisæi, quasi filii talis patris semper (uideri suo) quid in sanctissimis Saluatoris nostri operibus calũniarentur, inueniebant. Viceuersa faciunt iusti, qui qñ opus est manifestè malum, qđ nequaquã excusari potest, intentionem saltem excusare curãt. Quid nequius, q Christum dñm morti tradere? & tamen curat san
13 ctissimus dominus illorum intentionem excusare, dicens. Quia nesciunt quid faciunt.
Luc.23. Sic S. Ioseph malũ opus, quod fratres eius fecerant, uendentes illum excusabat, dicens, illud esse artificium, quo Deus usus fuerat,
Gen.45 ut inde tantũ illud bonum eliceret. Nolite (inquit) pauere, neq; uobis durũ esse uideatur, q uendideritis me in his regionibus, pro salute.n. uestra misit me Deus ante uos. Non sic impij, non sic, nam sanctissima etiã
Hier. 8. iustorum opera calumniare curant. Pro magna maledictione dixit Deus. Ecce, ego mittam uobis serpentes regulos, qbus non est incantatio, & mordebunt uos. Multo tamẽ maior maledictio, & supplicium Dei est per mittere ut sint homines serpentini, & uenenosi, quasi basilisci, quibus nihil prędicator, nec prædicatio, nec ipse Deus cum tot, tantisque miraculis prodest: sicut apparet in his sceleratis Pharisęis. Liberet nos Deus fratres a tanto malo, ne in similem peruersitatem deueniamus. Ne autem in hoc preci pitium incidatis, linguas uestras summopere cohibere curate. Non appelleris susurro 14
in uita tua, & lingua tua ne capiaris, & confundaris: super furem enim est confusio, ait Ecclesiast. Ne facias quare murmurator ap Eccle.5.
pelleris. Sunt quippe homines, qui uſ hoc murmuratoris nomen uelle comparare, qñ autem quis cognomẽ aliquod comparauit, plurima iam fecit. Et sic uocatur hic murmurator latro, quia rẽ tam pretiosam sicut famam furatur, & dicitur qđ in confusione capietur. Et alia translatio legit hic: Insidiatorem in sanguinis sequitur ignominiam. Ponderate q crudeli nomine murmuratorem appellat. Iustifica pusillum, & magnum similiter, i. de omnibus, tam de minimo, quam de maximo oportet te benedicere. 15
Eo q tantum latrocinium fit, quod lingua committit, uocatum est a Dauid per antonomasiam iniustitia, & sic dixit. Quid glo Psal.51.
riaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Tota die iniustitiam cogitauit lĩgua tua sicut nouacula acuta fecisti dolum Res est mirabilis q dicit Dauid, linguam iniustitia cogitasse. Si uadis ad domum fabri ferrarij & dicis illi, ut tibi calceos faciat, nescit illos facere, quod si facit, sunt pessimi. Si uadis Simile.
ad domum sutoris, ut securim tibi faciat, idem erit: sutor enim calceos, faber uero secures nouit conficere. Sic uoluntas nescit intelligere, sed uelle, intellectus uero nouit imaginari, & intelligere, non antẽ uelle, & 16
amare, sic lingua nescit cogitare, sed loqui, & ideo qñ lingua murmurat, & proximum suum infamat, dicit Spiritus sanctus illam talia loqui, q aperte cognoscuntur, nõ ab intellectu quidem, sed ab ipsa lingua fuisse cogitata, cuius officium nõ est cogitare, sed loqui. Et dicit eius uerba esse quasi calceos a fabri ferrarii manu confectos, & quasi securim a sutore fabricatam, i. illa uerba contra oẽm ratione, & iniustitia plena loqui, siquidem cum illis tam pretiosam rẽ sicut famã proximo suo aufert. Cui quidem iniustitiæ

satis

satis difficile remedium adhibetur. Nã sicut morsus canis rabiosi, & ictus sagittę ueneno
Simile. fæ rarò bene curatur, ita murmuratio rabio si hoĩs sicuti canis (de quo dr̃: Venenum aspi dum sub labijs eorum) rarò, aut nunquã benè aufertur. Quanuis.n. te retractes, semper
Psal. 13. tñ quodam infamiæ uestigium in auditorũ aĩs remanet. Atq; ut huius talis mali grauitatẽ melius cognoscatis, notate metuenda
27 quædam uerba Ecclesiastici, dicentis: Multi
Eccl. 28 ceciderunt in ore gladij, sed nõ sic quasi, qui interierunt per linguam suã. Et paulo post: Mors illius, mors nequissima, & utilis potius infernus, quã illa. O sancte Deus? quam pestifera res est mala lingua, cũ sit nequissima mors, quæ in aĩa causatur, sicut hic dicit Spiritus sanctus, & est peior inferno, qui iustos non torquet, mala aũt lingua magnopere illos cruciat. Quis amodo linguã suam esfrænate audebit immittere, pcipuè cum hæc intelligat? Optime ea considerate fratres mei intra uestra Christiana pectora: nulla.n. sunt uerba, quib. hæc satis dignè exaggerari possint: Ipse autem: *Vt uidit cogitationes eorum, &c.* O si hoc peccator, q non solũ eius opera, uerũ, & cogitationes ẽt à Deo perspiciũtur, q cautus uiueret. Pro magna exagge
Rom. 1. ratione dixit B. Paulus. Et sicut non proba-
18 uerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobũ sensum, ut faciant ea, q̃ non conueniunt. Effectus peccati est hoĩs intellectum à consideratione præsentiæ Dei segregare, huius.n. rei obliuio plurimorum malorum causa est, sicut hic dicit S. Apostolus: Sicut non probauerunt, i. sicut nunq̃ in cognitione sua Deum portare curauerunt, nec res interiores à Deo perspici crediderunt, nec ipsum illis adesse putauerunt, aut de Deo meminerunt, ac si non esset Deus: idcirco in pęnam tantæ negligentiæ, & incõsiderationis tradidit illos Deus in reprobũ
Psal. 53. sensum. Hoc ẽt significat Dauid; dicẽs: Fortes quæsierunt aĩam meã, & nõ proposuerũt
19 Deũ ante conspectũ suum. Illud; Et, significat, quia in quo declarat Propheta illos ne-
Psal. 85. quaquã tyrannos futuros fuisse, si aduertissent se à Deo aspici. Alibi ẽt dicit: Deus iniqui surrexerunt super me, & Synagoga potentiũ q̃sierunt aĩam meam, & non proposuerunt te in conspectu suo, i. quia non ppo suerunt te in conspectu suo. Et de illis male
Dan. 13. dictis senibus dicit Daniel ad tñ illud malum committendum tria notabilia fecisse; videlicet: Euertunt (inquit) sensum, & declinauerunt oculos suos, ut non uiderent cœlum, neq; recordarentur iudiciorũ iustorũ. Primum quod fecerunt fuit à summo usque deorsum sensum suum euertere. Rõnem infrà, ut conculcaretur, sensum uero supra, ut dñaretur, cõstituerunt, quę sane est euersio & abusio lachrymatu dignissima. Secundo, declinauerunt oculos suos, &c. Vrgentissimum.n. remedium est ad nos à uitijs cohibendum animaduertere nos a Deo uideri.
Nec recordari sunt iustorum iudiciorũ Dei 20
quibus punire solet eos, qui illũ offendunt. In medio autẽ posuit oculos à Deo semouere, quasi significans hãc esse cæterorũ oĩum malorum causam. Etenim quis esset tã temerarius latro, qui uidens iudicẽ iuxta se esse, Simile.
eiusq; manus intueri, furari auderet? Idcircò nos admonet B. Paulus, dicens. Siue ui- 1. Tes. 5
gilemus, siue dormiamus, simul cum illo uiuamus, i. cum Iesu Christo. Non solum significat in hoc ne extra gratiã Iesu Christi cũ peccato mortali recũbere audeamus, sed ẽt ut sp simus uiui cum eo in uigilijs. s. cum illo, & in somnis cũ illo, considerantes illũ sp nostras etiam cogitationes intueri, ut dicebat Dauid. Et oẽs uiæ meæ in conspectu Psal. 118
tuo. Sic in illo loco Iob ubi dicitur. Quare Iob. 7.
posuisti me cõtrariũ tibi? Hebręus textus dicit. Quare posuisti me corã tibi? Ratio autẽ 21
quare nos coram se ponit, hæc est, ut diligenter euigilemus, & pudeat nos uilissimam ẽt aliqui cogitationem habere, qua tam sãctos oculos, sicut sunt oculi Dei, offendamus.

Cognoscens igitur Deus iniquas cogitationes, quibus peruersi illi arbitrabantur se in nomine Beelzebub dæmonia eijcere, efficacissimis rationibus cœpit comprobare eorum cogitationes falsas esse. Quarũ prima hæc est. *Oẽ regnum in seipsum diuisum, desolabitur.* O quam diuina est hæc domini sententia? Prius autem ex illã fructum percipiamus ad conseruationem regni, quod diuina Maiestas habet in terra. Omnes unanimiter curemus conuenire, præsertim ij, qui 22
hoc admodum necessarium negotium salutis animarum tractamus. Si enim in confessoribus, & prædicatoribus non fuerit amor, & concordia parum utilitatis populo poterunt afferre. Et si ea, quę unus prædicator prædicat, & docet, alius dedocet, dicens illa non esse tam mala, & fieri posse. Et si peccatum, quod unus confessor non absoluit, q̃a non conuenit, alius ipsum absoluit, quõ stabit regnum Dei? Atque si cæteri Christiani

tanquam

tanq̃ canes se mordent, & deuorant, quid
Gala. 5. superest, nisi quod dicit B. Paul⁹, his uerbis:
Quod si ad inuicem mordetis, & comeditis
uos, uidete ne ab inuicem consumamini. Si
quũ aĩalia in arca Noe cõmorabantur, leo,
tigris, lupus, & oĩa fere alia animãtia crude
litate sua uterentur, mitia a crudelib. come
derentur, & postea ipsa inter se consume-
rentur. Idcirco prouidit Deus, ut ad eorum
23 cõseruationẽ oĩa illic essẽt; Hoc ipsũ igitur
Psal. 33. ad huius cœlestis regni conseruationem re-
quiritur. Idcirco unicuiq; nostrũ dicit Spiri
tus Sãctus; Inquire pacem & psequere eam.
Nec expectes ut ipsa domũ tuã ueniat, se se-
que tibi offerat: sed tu illam ingre, & donec
Simile. consequaris, prosequere, tua mala propensio
ne te exue, teque ipsum supera. Vide quõ
uenator leporẽ insectator, non solum.n. ca-
nis, sed & ipse ẽt currit, & non solum currit,
sed uociferatur quousque tande illum asse
quitur. Efficacius igitur oportet te pacem
persequi, cum leporẽ sit pretiosior, & non so
lum cum diligentia tua debes currere, sed
etiam uociferari, instantissime illam a Deo
exposcẽs. O fratres charissimi, si intelligere
24 mus quanti nostra hoc intersit, quã libẽter
aliquid de iure nostro perderemus, ne cum
fratribus nostris pacem amitteremus. Siqui
dẽ ex eo tot peccata, rerũq; publicarũ diru
tiones oriuntur, ut aperte significauit Da-
uid, dicens. Conturbatæ sunt gentes, & incli
nata sunt regna. Ex hominũ discordijs, per-
turbationes regnorum & ruinę dimanãt. Et
Esa. 19. ita medium, ꝙ Deus habuit ad euertendum
Aegyptum fuit, efficere, ut inter eos discor-
dia uersaretur. Vt in Esaia dicitur. Et cõcur
rere faciam Aegyptios aduersus Aegyptios
& pugnabit uir contra fratrẽ suũ, & uir con
tra amicũ suũ, &c. Quis hanc sanctã Eccle-
25 siã tantoperè fulciuit, aut quis effecit, ut a
potentissimis tyrannis tot uictorias reporta
Act. 4. ret, nisi charitas feruẽtissima? Qua (ut dicit
in Act.) Multitudinis credentium erat cor
Cant. 7. unum, & anima una. Et ideo de illa dicitur:
Quid uidebis in Sunamite, idest, captiua di
uinæ obedientiæ nisi choros castrorũ? Duo
dicuntur, chori. s. & castrorũ, exercituũ mili
tariũ uirorum. Chorus est qdã uocum cõcẽ
tus: in castris autem sunt arma ad prælian-
dum, atque hæc oĩa largitur charitas, s. cor-
dium cõformitatem, & arma, idest, uirtutes
ad præliandum. Et ideo dicitur. Quid uide-
bis in hac Ecclesia captiua obediẽtiæ Dei,
nisi cordium consonãtiã, ex qua ad resisten-
dum fortitudo dimanat? Vt hanc pacem ha
beremus, direxit Christus Redẽptor noster
oĩa, quæ in suo sancto Euangelio prædica- Ioan. 16.
uit, ꝙ conuincitur ex eo, quod dixit. Hæc lo
cutus sum uobis, ut in me pacem habeatis.
Hoc autem, ut ait gloss., intelligendum est,
non solum de ijs, q̃ Dñs Iesus in ultima cœ-
na prædicauit; sed de omnib. etiam, q̃ antea
docuerat. Quamobrem p reuerẽtiam huius
superni Principis pacis, & p amorẽ, quo illã 26
tantopere nobis cõmendauit, eius noĩe vos
adiuro, ut inuicem uos unire, & conforma-
re cum magno amore, & charitate curetis,
sufferentes uos inuicem, sicut Deus quoti-
die uos suffert, cũ illũ sæpissime offendatis.

Ex hoc uniuersali principio infert Dñs
cõclusionem illam, dicens; *Si autem Satha-
nas in seipsum diuisus est, &c.* Quod absq;
dubio sequeretur si ipse unũ diabolum in al
terius diaboli uirtute eijceret, & alij contra
alios facerent. Scđa rõ hæc est; *Si ego in Beel-* Simile.
zebub eijcio dæmonia, filij uestri, &c. Qui p-
pendit aurũ, ne forte aliqua in pondere in-
sit fraus postq̃ in una statera pensauit, in al-
tera illud iterum ppendit: sic dicit hic Dñs
his, qui de sanctissimis miraculis suis detra-
hebãt. Pẽsate (inquit) illa in alia statera, pẽ 27
sate illa in filiis uestris, & aĩaduertetis uos
a passione uestra excæcari, & decipi. Et siqui
dem filii uestri, qui sunt discipuli mei in no
mine meo dæmonia eijciunt, uos autem di
citis, ꝙ eos non eijciunt in nomine Beelze-
bub, quare de me dicitis, quod de illis non
dicitis? In hoc ergo uidebitis, qđ præ mali-
tia deliri, & insani estis. Tertia rõ est; *Cum
fortis armatus custodit atriũ suum, &c.* Hic
fortis est diabolus, & dicit B. Chrysost. cum Chrys.
fortẽ appellari, quia ignauia, & pusillanimi
tas nostra illi uires addit. Etenim quis Mau
ros fortes reddit, nisi Christianorum pusil-
lanimitas? hĩc ẽt uires accipit Sathanas, quia
uidet nos minima quaq; tentatione, quam
nobis offert statim superari, & deuinctis ma 28
nib. eius ministerio submitti. Si.n. illi resiste
re uellemus, facillime eum uinceremus. Di
citur autem armatus, ut dicit Theophila- Theop.
ctus, qa hẽt septem peccata mortalia tanq̃
arma, qbus nobis bellum infert. Etiam ma
li homines, & malę mulieres, & famulus
quem domi tuæ habes, qui est leno tuus, hi
omnes sunt arma Sathanæ, quid enim est fa
mulus ille, nisi ensis Sathanæ, quo alterius
fœminæ, & tuam simul animam occidit?
Et maledicta uetula, quæ de domo in do-

mũ ambulat quasi cymbalũ S. Antonij, q̃d
Simile. aliud est nisi armatura Sathanæ? Sunt ollæ
ueteres, q̃ q̃a iam plurimas carnes coxerũt,
cõfringuntur, postea uero aliarum sunt te
gumenta Ita hæc maledictæ uetulę postquã
plurimis turpitudinibus, quas in se exercue-
runt, confractæ sunt, aliarum ollarum tegu
menta sunt, & quasi testæ confractæ de do-
29 mo ĩ domum deferunt ignẽ, q̃ sunt nuncij,
quib. aĩas comburũt. Vę miseris uobis, q̃ ter
ribilibus tormentis peccata, q̃ in diuinã Ma
iestatem committitis, soluturę estis. Si pau-
per cicera manducaturus est, quia nõ habet
Simile. coclear, facit ex pane coclear, quo cicera sua
manducat: quibus consumptis comedit e-
tiam coclear. Sic diabolus cum sit pauper u-
tit' ijs tertijs, quasi coclearibus, ut cum illis
alias plurimas aĩas deuoret, quos ẽt postea
manducabit. O coclearia Sathanæ, quot dã
na rebus publicis infertis, q̃.n. dæmon p̃ se
solũ nõ audet, nec põt facere, id uestro auxi
lio adiutus efficit. Dñs dixit: Qui scãdaliza
Mat.18. uerit unum de pusillis istis, &c. Expedit ei,
ut suspendat' mola asinaria in collo eius, &
demergatur ĩ profundum maris. In q̃b. uer
bis uidetur designare remedium, q̃ his tali-
bus adhibendũ est, ille, in cuius collo mola
30 suspenditur, & immittitur ĩ profundum ma
ris, ita submergitur, ut nullo unquã tpe am-
Simile. plius appareat. Sic ille qui occasionem præ
stat se seq; offendiculum facit, quo fratres
sui peccent, deberet a gubernatoribus illuc
includi, ubi nunquã amplius uideretur. His
armis munitus Sathanas custodit atrium
suum, quæ q̃dem est anima peccatrix, & cu-
stodit eam (sicut antea dicebamus) quasi q̃
immaturorum fructuum horum ad men-
sam suam custodit.

Et in pace sũt oĩa q̃ possidet. O q̃ miserabi
le est uidere quã pacificè diabolus plurimos
peccatores possidet. Hoc est enim q̃ ipse
magis curat, uidelicet, ut tu ô peccator cum
tranquillitate maxima, & sine aliquo scrupu
31 lo in peccato commoreris, nec Deũ timeas.
Psal.136 Dicit Dauid: Quia illic interrogauerunt
nos, qui captiuos duxerunt nos, uerba can-
tionum. Et dicit illos hæc sibi dixisse; Hym
num cantate nobis de canticis Sion. Quem-
admodum igitur illi Babylonici uolebãt, ut
Hebræi ĩ captiuitate côcinerent, & cum ca-
ptiui essent, delectarẽtur: ita diabolus pluri-
mis modis curat, ut peccator in miserrima
hac seruitute sicut est peccatũ, delectetur, &
quiescat, ut illũ sub sua potestate securius te-
neat. O infœlix captiue quare non dicis idẽ
q̃ illi dixerunt? Quõ cantabimus canticum
Dñi in terra aliena? Ne rideas, sed potius la-
mentare, & cũ lachrymis; & planctu a for-
tiore, q̃ est Iesus Christus filius Dei, auxiliũ
deprecare. Nã aliter nunquã hac misera ser-
uitute liberaberis. Hac etiam supradicta rõ-
ne ostendit Dominus se diabolo fortiorem
esse, siquidem illũ ab ea possessione expelle-
bat, quam ille cũ tranquillitate possidebat. 32

Peractis his rationibus cõuersus Domi-
nus ad hoĩem, quem sanauerat, & dixit il-
li. *Cum immũdus spiritus exierit ab hoĩe, &c.*
In q̃bus uerbis illũ admonuit, tanq̃ diceret: Eccl. 6.
Caue ne ad te reuertat'. Etenim hæc est una
ex maximis hoĩs miserijs; quod ubi primum
Deum recipit, illũ a se statim expellit, aditũ
patefaciens, quo diabolus iterum ad se in-
grediatur. Hoc significauit Ecclesiasticus di
cens: Quasi lapidis uirtus p̃batio. erit in il-
lis: & nõ demorabũtur proijcere illam. Gra-
uissimus est Deus homini mũdano, non põt
Deũ sustinere. Si unũ diem illum in aĩa sua
habet, statim defecisscitur & illũ a se proiicit. Simile.
Sicut, qui torcularis pondus humeris aspor
tat, statim ut opportunũ locũ reperit, illud
a se eiicit. Ita peccator si aliquantisper Deũ
sustinet, tantũ onus sibi uidetur sustinere, ut 33
locum & occasionem quærat, quo eum a se
p̃iiciat. Postq̃ autem illũ proiecit, tã leuis, &
hilaris manet, sicut qui grauissimum quod
cã onus deposuit. Idcirco dicit, quasi lapidis
uirtus probatio, idest, quasi p̃batio lapidis.
Sicuti qui probat ut se grauissimo lapide o-
neret; uirtus erit in illis, & non demorabun-
tur proijcere illam, scilicet, uirtutem: non
enim norunt illam. Quibus autem cogni-
ta. permanet usq; ad conspectum Dei. Qui
semel Deum sapit, & in diuinis rebus gustũ
reperit, uitã potius deperdet, q̃ Deum re
linquit. Atq; ideo subdit, dicens: Audi fili, &
accipe consilium intellectus, & ne abijcias
cõsiliũ meũ, iniice pedẽ tuum in cõpedes il- 34
lius, & ĩ torques illius collum tuũ subiice hu
merũ tuũ, & porta illã, & ne acedieris uincu-
lis eius. Si Deus (inquit) sua diuina lege pedi
bus tuis cõpedes immittit, collo torquem
iniicit, humerosq; cathenis alligat, omnia il
li libẽtissimè humeros, pedes, & collũ offer;
hoc est. n. amici consilium, & hæc est diuina q̃
dã libertas. Habet Deus cõpedes, & cathe-
nas quibus iustos uincit, ne ab eo recedant:
quæ est sancti Euãgelij suauitas, qua illos in
circuitu suo deuictos tenet. O mirifica uer-

ba & admirabile consilium. Beati illi, qui hoc sequuti fuerint fideliter in obedientia perseuerantes vsque ad cõspectum Dei, quæ est gloria, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Feria II. post Dominicam III. in Quadragesima.

35 *Quãta audiuimus facta in Capharnaũ fac & hic in patria tua, etc. Luc. 4.*

Dionis. de diuinis nomini. c. 4.



Iacob. 1.

DE Dño Deo nr̃o, qđ est sum̃mũ bonũ, & pinde diffusiuũ sui, dicit B. Iac. Qui dat oĩb affluẽter, & non improperat. Atq. ex hoc intelligunt iusti, q̃ etsi in hoc seculo hoĩes vrbani, & sapientes ab his, a quib. plurima acceperant, bñficia, alia denuò recusãt postulare: apud Deũ tñ nõ sic fieri oportet, sed plurima a diuina Maiestate beneficia percepta debet eẽ causa principalis, quo plura ẽt denuo postulẽtur. Quẽ q̃a clementissimũ, liberalissimumq. ex parti sunt, illũ semp eundẽ futurũ, nec ulla 1 tẽporum diuturnitate cõmutandũ sperant. Quod quia nõ fecit Asa Rex Iuda grauiter a dño reprehẽsus est p Prophetã Ananiam.

2. Pa. 16. Cũ enim Deus illi concessisset insignẽ quandam uictoriã ex Aethiopibus, cũque paucis post diebus à Rege Israelis ad bellum pmotus esset, non à Deo quidẽ, sed a Rege Syriæ auxilium poposcit. Quamobrem nõ solum asperrime rephẽsus, sed punitus etiam, & infirmitate pcussus fuit. Nõne (dixit ei Propheta) Aethiopes, & Lybies multo plures erant, quadrigis, & eqtibus, & multitudine nimia, quos cũ in Dño credidisses, tradidit in manu tua? oculi enim Domini contemplantur uniuersam terrã, & præbent fortitudinem his, qui corde perfecto credunt in eum. Stul 2 tè igitur egisti, scilicet, quia habuisti fiduciã in Rege Syriæ, & non in Domino Deo tuo & pp hoc ex præsenti tempore aduersam te bella cõsurgent. Notate uerbũ illud propter hoc in quo significatur Deum uelle ne simus pusillanimes, sed ad eũ confugiamus, & beneficia maxima deposcamus. Melius fecit S. Iacob, qui cũ Deum rogaret, ut se à fratre suo Esau liberaret, prius impetrata a Domino beneficia recensent, dicens: Domine minor sũ cunctis miserationibus tuis, & Ge. 32. ueritata, quã expleuisti seruo tuo, In baculo meo trãsiui Iordanẽ istũ, & nunc cũ duabus turmis regredior. Erue de manu fratris mei, q̃a ualde eũ timeo. Cũ igitur Deus infinitæ sit liberalitatis, quiq; nunq̃ defecisscitur beneficia conferre, & iniuria se afficit dicit, q̃do hoĩes ad eũ non confugiunt quare petentibus Nazarenis ut ea miracula q̃ alibi operabatur in patria sua facere, noluit hoc concedere? Præcipuè cũ dicat Plato hoĩem pro Plato. patria mori, non esse mori, sed soluere q̃ debet, nõ enim minus, q̃ uitam patriæ, in qua 3 nati, & educati sumus nos debere affirmat. Tullius. Cumq; semel Tullius interrogaretur, quare rantoperè patriã suã diligeret? respondit, dicens: q̃a illi oĩa, & uitã etiã debeo. Hæc (inquit) me aluit, hæc me honestè produxit ad hanc ætatẽ, Siquidem ergo filius Dei conceptus, conseruatus, educatusq; fuit in Nazareth, quare illã saltẽ fidelitatem, & amorẽ patriæ suæ non præbuit, quã illi suis patrijs p̃stiterant? quare cuiũ suorũ petitionem non cõcessit? Ex hoc cognoscetis fratres quales illi erant, & quã graue peccatũ sit ingratitudo, quando quidẽ infinitam Dei liberalitatẽ impedit. Quia aũt hi acceptis Dei beneficijs se ingratos præbuerunt, indigni redditi sunt alia denuo recipiendi. Maximum bene 4 ficiũ fuit uerbũ diuinũ in eorũ patria incarnatum fuisse. Et illic tã sãctas personas sicut B. Annã, Ioachim, & sanctissimam uirginem Mariã Dominã nostrã, & super oĩa sanctum sanctorum Iesum Christum filium Dei tandiu cõmoratum fuisse. Paruum beneficium esse arbitramini in loco in quo uiuitis sanctos hoĩes habitare? Ne illud parui faciatis: maximum est enim Dei bñficium. Et sic uerba illa, quæ dixit Dauid: Credo uidere bona Psal. 26. Domini in terra uiuentiũ, a nonnullis declarant (& meritò quidem) de Iudæa intelligi. Sic enim illam uocauit Esaias, dicens. Quia Esai. 53. abscissus est de terra uiuentium. Sic etiam illam nuncupauit Ezechiel, eum dixit. Dede Eze. 32. runt enim terrorem suum in terra uiuentium. Hoc autem nomine terra illa a sanctis Prophetis uocabatur, quia homines il- 5 lic in Dei obedientia uiuebant, multique Dei serui illic commorabantur, atque cæteris omnibus populis ideo adorantibus in illa uerus Dei cultus habebatur. Cumq; Dauid inter gentes exularet, sperabat se aliquando in illam terram uenturum esse, in qua Deo uero seruiebatur, quod sanè sanctissimum erat desiderium, & quod inter monia huius seculi bona desiderare de-

beremus. Singulare enim Dei beneficiũ est inter plurimos iustos habitare, quia optimũ præbent pietatis exemplum, aliorumq; bonorũ causa sunt. Nazareni aũt hoc tãto bono uti nesciuerunt, nec pro iã ineffabili beneficio sese Deo gratos præbuerunt, quod est maximum malum. Dicũt Medici pulmonẽ in humano corpore, & in cæteris animalibus esse quasi uentilabrum, quod maximũ cordis calorem temperat, & refrigerat, ne nimio calore suffocetur; quod beneficium sa-
6 pientissimus autor naturę constituit, pulmonemque ita disposuit, ut cor illi hoc modo remuneraret, scilicet, ut pulmo cõmuniuenarum sanguine, quo cæteræ corporis partes aluntur, non sustentetur, sed purissimo quodam, & delicatissimo, qui est arterialis sanguis, qui in ipsius cordis sinu conficitur, & purificatur, ut qui propinquior Regis minister est, cibo regio sustentetur. In quo nos Dñs diuinitus admonet, & docet, ut grati simus, siquidem decreuit, ut irrationales etiã partes gratitudine uterentur, significans irrationales etiam partes gratitudine uterentur, significans irrationaliorem esse illum, qui benefactori suo fuerit ingratus. Quod si pro
Psa.104. corporalibus beneficijs Deus non gratos es-
7 se uult, sicut perpendit Dauid, qui referens corporalia beneficia quæ Deus in Hebræos contulit, sicut fuit quod eduxit eos cum argento, & auro, & non erat in tribubus eorum infirmus. Res mirabilis. Quando uoluit Dñs Hebræos de Ægypto educere, ne quis propter infirmitatẽ in seruitute remanere, oĩum ualetudini miraculosa quadã prouidentia (nã ut talem illã cõmemorat hic propheta) consuluit, ita ut inter tantam hominum multitudinem, sicut duodecim tribus, nullus ęgrotaret, quod beneficium postquam cum pluri mis alijs retulit, dicit oĩa illis facta fuisse, ut custodiãt iustificationes eius, & legem eius requirant. Si ergo pro terrestribus, & tẽporalib. beneficijs, quæ in cõparatione cælestium donorũ
8 rũ uilia sunt hãc gratitudine Dñs exposcit, quid pro spiritualib. postulabit? & quãto rigoriosius illorũ ingratitudinẽ puniet? Super quod notate mysteriũ, quod est in libro Numerorũ, ubi dicitur. Interea ortũ est murmur populi
Nu.11. quasi dolẽtiũ pro labore cõtra Dñum. Quod cũ audiuisset iratus est, & accensus in eos ignis dñi deuorauit extremã castrorũ partẽ. Sup hũc locũ (dicit quidã interpres) ualde pẽsandũ esse, quod anteq Dñs Hebręis legem prębuisset eorũ murmurationes non puniuit, postquã autẽ legem illis dedit, semper illos supplicijs affecit, quotiescunq; murmurabãt. Ex quo apparet, quod quanquã antea maxima in illos beneficia contulerat, nõ tñ eos tam diuinctos sibi esse iudicabat, sicut postquam illos diuinam legẽ erudiuit, clarioremq; sui cognitionẽ illis præbuit. Et sicut magis diuinctos sibi eos tũc puniebat quia grauius peccabant sicut dixit B. Petrus de quibusdam pecca- 9
toribus. Melius.n. erat illis non cognoscere uiam iustitię, quam post agnitionem retror sum cõuerti ab eo, quod illis traditum est san- 1.Pet.2.
cto mãdato: Et ita dicit sanctus Textus. Sed & Moysi intoleranda res uisa est. Vero intolerabile est in populo Dei murmurationes, blasphemias, & ingratitudines audiri. Hoc autem non oĩbus quidem intolerabile uidetur, mali namque principes, & prælati Dei
offensiones nõ sentiũt. Moysi, & illis, qui ip- Nu. 25.
sis spiritum habent, peccata intolerabilia ui 1.Ma.2.
dentur. Sicut Phineæ, Nathatiæ. Et sicut Da 1.Re.17.
uidi, qui ferre non poterat castra Domini a 3.Re.18
gigante Goliath contumelijs affici. Et Helias, qui Pseudo prophetas non potuit tole- Marc.6.
rare. Et sicut gloriosus Baptista non potuit iniquum Herodem perferre. Moysi intoleranda res uisa est Nomen illud Moysi, magnam habet emphasim. O fratres mei, quare hæc audiẽtes pudore non confundimur? 10
& quare corda nostra timore nõ operiũtur, cum ineffabilia beneficia, quæ a Deo accepimus, consideramus, præsertim hoc profunde animaduertentes, nos ab eo in hac sancta Ecclesia, tot tãq; diuinis sacramentis exornata, sanctissimique Euangelij suauitate dulcorata constitutos fuisse, quæ iure optimo potest terra uiuentiũ nũcupari? Vbi sunt tot iusti, quorum exemplo ad omnẽ pietatẽ possumus cõmoueri, nos uerò omnib. his beneficijs ingratos nos ostendimus. Quæ supplicia nobis præparata esse arbitramini pro tot sceleribus, quot quotidie, cum Christiani simus, perpetramus nõ statuentes oculos in ma- 11
xima beneficia, quibus altissimæ Maiestati deuincti sumus, sed horũ omnium immemores peiora opera, quã infideles fortè facimus? Quippe seuerius, quã illi in inferno puniemur, nisi nos pñiam receperimus. Quod significa
uit B. Paulus in illis grauissimis uerbis, quæ Rom.1.
dixit ad Romano. Reuelatur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum, eodem qui ueritatem Dei in iustitia detinent. Reuelauit (inquit Sanctus Apostolus) mihi Deus iram, &

supplicia

supplicium suum descensurum esse super illos q ueritatem eius in uinculis,& carcere deti- net. Meritò profectò conqueritur ueritas,& fides Dei de omnibus hominibus huius sæculi. Tam de Mauribus,quam de gentibus, & Iudæis:multo auté maiori ratione de prauis Christianis potest conqueri. Quod hæc rõne comprobatur. Si illustrissimus quidam
Simile. maximæ autoritatis dominus domum tuã accederet & illi ostium nolles aperire, ma-
22 gnam ei inferens iniuriam. Si autem aperto ostio illum in domum tuã includeres, & ad stabulũ quoddã alligares dicés ei:in hoc hor rido,& obscæno loco uinctus cõmoraberis, neq; hinc exibis. O q̃ maximam iniuriã tanto uiro inferres,multò quidem maiorem,q̃ si ei ostium nõ aperuisses. O utinã ex hoc scese rum nostrorũ grauitaté intelligeremus. Cogitate fratres Mauros,Iudæos,& gentes cum fidei ueritas nobilissi ma q̃dam res sit,illã ad se in gredi non finere,sed ei ostium claudere
23 Christiani ãt aditum illi patefaciunt,uerũtñ illã i n intellectu uinctã retinent. Ibi eris (aiunt)compedibus alligata,neq; usq; ad uolũ taté salté exibis,ut tui amore capiatur: nec ad oculos,aut os,manus,pedes,in nulla quippe harum rerum Christianos esse demõstramus,sed in uisu , audi, operibus, & denique gressibus multi ex nobis pagani apparemus In nihilo horum splendet fides nostra,nõ.n. adhæc peruenit,q a est intus in intellectu alligata cathenis. O sancte Deus q̃ta iniustitia, crudelitas,& iniuria est fidei ueritaté,in horridi & immundi intellectus stabulo alligatã retineri. O q̃ seuere descẽdet ita Dei superoẽs talem iniustitiam facientes. Quapp fratres exoluite hanc ueritaté,finite illam ad uoluntaté pdire,ut uoluntas rerum fidei amore capiatur,& ad oẽs corporis partes illã extendi
24 finite,vt in omnib. sensib. actionibusq; nostris Christiani esse uideamur. Loquimini,aspicite,ambulate,& operamini sicut illi, qui aĩæ immortalitaté,gloriãq; ac tormẽtorum inferni æternitaté credunt. Ne in hoc solum modo cõfidatis dicentes:Christiani sumus.

In hodierna.n. S. Euangelij lectione nobis diuinus Magister ostendit parum apud diuinam Maiestatem titulos ualere,de quib. homines gloriantur,quibusque cælestemgloriam se consecuturos arbitrantur,cum tamẽ sceleribus, miserijsque suis alligati teneant. Putabant Nazareni,se ad sanctissimi Redẽptoris nostri opera ius maximum habere,eo quod filius esset ciuis illius ciuitatis. Nec uerò animaduertebant se propter ingratitudinem,q̃ illi bñficio,cæterisq; quæ à liberalissima dñi manu acceperant,nõ solum effectos fuisse indignos alia denuo recipiendi,uerũm ét dignos,ut q̃ acceperãt in maioré ipsorum condemnationem verterent. Sic existimant Christiani,q a sub Iesu Christi Euangelio uiuunt,suum iam esse cęlum,nec se in infernũ immittendos esse arbitrant. Fratres ne decipiamini. Si.n.nihil pter solam fidem habue-
ritis,pp istam tam grandem ingratitudinem 25
ipsa fides in maioré cõdemnationé uestram Psal. 14.
conuertetur. Videte quid dixerit Dauid interrogãs Deum;dñe quis habitabit in tabernaculo tuo,aut quis requiescet in monte sancto tuo? Quid habituri sunt(inquit) qui in tua sancta aula habitaturi sunt? dñt ne hére conditiones,quas hñt commendatores Maltæ? aut quas habere oportet illos,qui Salmanticæ collegia expetunt sufficiet ad habitãdũ in tabernaculo dñi,q̃ quisquam sit uir primarius,& illustris? q̃ sit,dux,aut rex,an uerò paupertas, & humilis ac abiectus status hoc impediet. Non profectò,nec prius illud concedit,nec posterius tollit. Quis igitur erit rñdet dicens;Qui ingreditur sine macula,& operatur iustitiam,qui loquitur ueritatem in
corde suo,nec fecit proximo suo malũ. Qua 26
tuor reb. constare debet interrogatoriũ,quo sit comprobatio. Prima est,ne maculã peccati habeat:qui ingreditur sine macula. Secunda quod sit vir illustris heroicis operib. assuefactus. Qui operatur iustitia. Qui ãt magnanimi, & virilis sunt pectoris, non contenti sunt hæc duo simpliciter habere,quæ hic dicit Dauid,sed adimplent quod dicit B. Paulus:odientes malum,adhærẽtes bono. In his uerbis nos admonet,ut non solum nos a malo abstineamus,sed ut capitali etiam odio il lud execremur. Multi.n.sunt,qui se a malo
cohibent,aut propter alios respectus,non au 27
tem quod malum odio habeant. Quod si respectus illi cessarent id opere compleret. Apostolus autem hortatur ut capitali odio illud habeamus,tantamque inimicitiam, & odium in illud concipiamus,vt quemadmodum cum nostrum maximum inimicum audimus, aut uidemus, in corpore nostro sanguis reuoluitur, & maxime conturbamur, sic etiam cum sese nobis peccatum ante oculos obtulerunt, præ terrore & illius odio contuebemur. Et ita notat Bea-
tus. Chrysostomus uerbo, quod illic est in Chryso.
contextu græco, non quodcunque odium

sed uehementissimum, & capitale significari. Vult.n.spũs sanctus nos atrocissimum, ac sanguinolentum bellum peccato inferre. Eadem rõne nobis persuade D. Paulus, ut bono adhæreamus, non solum dicit ut benè faciamus, sed q̃ virtutem maximè diligamus, bonumq; ardentissimo aĩ affecto amplectamur. Nec contentus est admonens uos ut illud amemus, qđ in cõsequentia præcedẽtis snĩæ dicturus, fuisse videbatur, cũ.n.dixisset
18 malum odio habete, videbatur cõsequenter dicturus, & bonum diligete, non verò dicit, nisi vt bono adhæreamus. Sumit metaphoram ẽm B. Chrysostomum à cõglutinãdo, q̃ dicit illud significare naturalem vim verbi Græci, conglutinari.s. bono. Nã glutinum fortissimæ rei, ad q̃ accedit, adhæret. Exhortatur Dauid hoĩem diceñs: Declina a malo, & fac bonũ. Atq; hic ẽt in hoc Psalmo non dicit amplius, q̃ qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Sed B. Paulus altius hoc attullit illud, q̃ dicit Dauid a plurimis fit quia non est nimis difficile, qđ autẽ uirorũ est opus uitia summoperè execrari. virtutes verò summa aĩ contentione amplexari.
19 Tertia conditio, quã habere oportet, qui in atria Domini ingressurus est hãc esse dicit; Qui loquitur ueritatem in corde suo, idest, vt talis internus esse curet, qualis exterius desiderat apparere. O quàm cœlestis doctrina? O utinam hoc unum uerbum attenderetis, in hoc enim uno plurima includuntur. Cura, fraterni, siquidem exterius nolles malus apparere (nullus est.n. quantum uis flagitiosus homicida, qui malus uellet iudicari) talis interius esse, qualis exterius reputari uelles. Et sic plurima bona animæ comparabi. Quarta conditio est, quod ꝓximo suo non effecerit. Nec fecit (inquit) proximo suo malum. Hoc modo paucissimi in cęlum ingredientur. Quis.n.erit, qui aliqđ incommodum proximo suo, non intulerit? Attamen intelligendum est, q̃ si dãnum aliquod proximo intulit, quò melius potuerit, illud resarciuerit. Circa quod scitote ma
20 ximam esse plurimorum hominum cæcitatem, qui se proximis suis malum non fecisse arbitrantur, nisi diuitias, honorem, aut uitam illis abstulerint, aut corporale aliqđ damnum intulerint. Quòd si fratri tuo malum exemplum præbuisti, aliquo modo modo ad peccatum mortale prouocasti, tunc proximo tuo malum te non fecisse arbitraris. Adhuc equidem leuius malum esset, si hoĩes depdareris, eosq; in vijs, & montib. interficeres. Nam si illic depredareris, arriperes pecuniam, & si interficeres hominũ corpora interficeres, hic aũt aĩas deprædaris, & qđ natura sua immortale est occidis, & esse suum, gratiæque uitam, quę quidem sunt inæstimabilia & maioris ꝑtij, ut ait D. Th. (q̃ Bonum naturæ totius vniuersi) facis amittere. Cura igitur frater charissime quoad poteris destructiones, & incommoda quæ in animabus fecisti, resarcire, ut meritò de tè dicatur: Nec fecit proximo suo malum. Vt si 21
cęlestium bonorum particeps fieri merearis. Quin aliter diuino Dei conspectu nullo unquam tempore perfrueris.

In ueritate dico uobis, multæ uiduæ erãt in diebus Heliæ &c. Hic oñdit dñs se malle alienos humiles, & gratos, quam ciues suos superbos, & ingratos. In illa maxima fame ꝓuidit uiduæ Sareptanæ, q a licet alienigena erat, tãtã charitatem in illa S. Propheta Helias inuenit, ut cũ parum farinæ sibi filioque suo hẽret, nõ dubitauerit ex illa panẽ cõficere, ad Dei ꝓphetã cibãdũ. Vt dñs in eo liberalis cognoscatur, quì erga ipsũ sese in paupérib. suis liberales oñdũt. Eliseus ẽt Naamã syrũ lepra curauit, q a patriã suã relinquens humiliter cũ magnis donis in terram Israel ad inquirẽdã salutẽ uenit. Et ita spũalẽ salutẽ nõ inuenirẽt nisi illi, q eã q̃sierint sicut oportet. Notate maxime q̃ in his omnib. dicit dñs Nazarenos illos, & uiduas tpis Helię, leprososq; tẽporis Elisei ab illis sc̃tis auxilia, & fauores nõ accepisse ꝓpter parũ honoris, & reuerẽtię, q̃ illis ꝓstabãt. Hæc est valde 22
necessaria materia his tẽporib. in q b. fanta sãctorũ honori est cõtradictio. Quamobrẽ si sanctorũ auxilia volumus impetrare, illos curemus maxime honorare, si qdẽ videmus q̃ manifestè nos hoc dñs in hodierna S. Euãgelij lectione doceat. Tribus de causis inter aliàs plurimas maximũ honorẽ sc̃tis viris arbitror dẽri, si aũt viuis dẽtur, multo maiorẽ mortuis oportet exhiberi, qui sunt iam in gratia cõsũmata q̃ est gloria, cũ securitate, q̃ illã nunq̃ amplius amittent. Prima est, quia sunt sãcti, & optimi: honor. n. est tributũ qđ dã, q̃ uirtuti debetur, & sic vnusquisque est debitur, & tributarius uiri sancti. Si honore afficis sanctum, non ideo beneficio aliquo illum deuincis, soluisti.n.qđ illi iure debebas. Et ita ꝑcipit B. Paulus Dei nomine, cum dicit, reddite ergo omnibus debita; cui tributum, tributum, cui uectigal, uectigal, cui timorem,

Chryso.
Psal. 36.
D.Th. 1. 2.q.113. a.9.ad 2.
3. Reg. 17.
4. Reg. 5.
Ro. 13.

moreṽ timoreṽ; cui honorem, honoreṽ: nemini quicꝗ debeatis. Hic eſt honor ſolidus, quo nō diuitiæ quidem, nec nobilitas, nec officiũ ſed ipſamet pſona virtute pdita, condecorať. Sedo Sctis honoreṽ demus exhibere pp bñficia, q̃ ab illis accepim⁹. Nã in Xpo Ieſu per Euãgeliũ ipſi nos genuerũt, ut dixit S. Paul⁹ ſe Corinthios p Euãgeliũ genuiſſe. Nō ſolũ
1. Co. 4. ãt nos Chriſto genuerunt, ſed dulciſsimo doctrinæ ſuæ lacte ſuſtẽtarunt. Quis poterit ſudores, & defatigationes receṽſere, quas S. Mar
24 tyres & confeſſores ptulerũt, vt hãc ſanctiſſimã fideṽ, q̃ eſt in mundo, ſeminarent? Qñ illis ſatis dignos honores reddere poterimus, qui in initio regiones has ad catholicã fidem cõuerterũt, maioreſq; noſtros ad Dei cognitioneṽ erudierunt; à quib. paulatim ad nos puenit? Quæ ſatis digna officia illis pſoluemus qui hãc fidem & cognitioneṽ Dei pteritis his tpibus integrã, incolumeq́; ſuſtinuerũt, quo fœliciſſima hæc ſors nobis eueniret, ne in infidelitate naſceremur. Quid ãt illi debemus pro cõtinuis precibus, quib. apud Deum pro nobis intercedũt? Quot calamitates nobis ẽ venirent, niſi illorũ patrocinijs muniremur
25 Vt aũt uobis verum fatear his oĩb. nō tm̃ ad eorũ honoreṽ cõmouẽdi ſumus, q̃tum, pp amicitiã, & grãm, qua Deo vniti ſũt, illos de-
Pſ. 138. bem⁹ uenerari. Hoc ſignificãt uerba illa Prophetæ dicentis: Mihi aũt nimis honorificati ſunt De⁹, i. q̃a amici tui, i. vt illos oĩ honore & reuerentia colã, ſufficit mihi ſcire, illos eẽ amicos tuos, & tibi placere, teq; pcipere, ut illos diligamus, & maxime ueneremur. Diligit ſpõſa ſeruũ nō ob aliã cãm, niſi q̃a ſcit illũ à ſponſo ſuo diligi, nō verò ad ſerui merita attẽdit. Hæc ẽ charitas pfecta, & Deo grata, ut p eũ, & in eo res diligañt. Qđ ſi uelitis cognoſcere q̃topere Deus amicos ſuos hono
Exod. 7 rat, & diligit, ex hoc maxime cognoſcetis, q
26 illos Deos mũdi cõſtituit Et ita dixit Moy-
Ioan. 1. ſi: ecce conſtitui te Deum Pharaonis; Non contentus fuit illis, quæ dicit D. Ioannes quòd dedit eis poteſtatem filios Dei fieri: ſed eos Deos etiam efficit per participationem, vt ipſe dominus dicit his uerbis, ſi illos dixit Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt,
Ioã. 11. & non poteſt ſolui ſcriptura. Sicut dicitis vulgo de quodam qui plurimum ualet apud regem. Eſt qua ſi rex in Caſtella, ita ſunt amici Dei. Ipſi vniuerſo orbi dominantur, regnum Dei illis obtemperat, aqua, ignis, ſerpentes, omnia animantia, atque omnes inſenſibiles creaturæ. Animaduertite audaciam

Sancti Ioſue præcipientis ſoli ut ſiſteret. O admirabileṽ auctoritatem, q̃d nō poterit ille, q potuit facere ut totum cælũ quindecim horas, & plus ẽt ſiſteret? Hoc ãt fecit quaſi imperans ſicut dñs, & Deus dicẽs, ſol contra Gabaõ ne mouearis, & plurima miracula legimus à ſanctis facta fuiſſe, illiſq; creaturas ita obediſſe, acſi ipſi eſſent illarum creatores. Ioſue.
Quid ãt dicam de familiari conuerſatione illorum cum Deo: & de diuinorum arcanorũ cõicatione, ſicut gloriabatur Dauid dicens. 27
In certa, & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Et ipſe dñs dicebat; Nũ celare potero Abraham, quæ geſturus ſum. O diuinam amoris teneritudinem, tam uinctum amici ſui amore ſe Deus inuenieba, ut aliter facere uix poſſet. Adeò ut arcana, quæ Angelis noui teſtamenti patribus reuelarit, ex quibus ea Angeli didicerunt, ut affirmat S. Paulus dicens, vt innoteſcat principatibus, & poteſtatibus in cœleſtibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei &c. quam fecit in Chriſto Ieſu dño noſtro. Tanta erat hęc familiaritas ut ſancti Deo quaſi cõſulere, ſicut amicus alteri amico cõſueſcerent, ſicut dicebat Abrahã. Nunquid perdes iuſtũ cum impio, & paulo poſt. Abſit à te dñe, ut hanc rem facias, & poſtea. Non eſt hoc tuum, qui iudicas oẽm terram. Moyſes aũt quam crebrò, Deo conſilia dare conſueuerat, ut in Exodo, cur dñe iraſcitur furor tuus contra populum tuum. Ne q̃ſo dicant Ægyptij, callidè eduxit, eos quieſcat ira tua, & eſto placabilis. Dicent (inq t) Ægyptij te eſſe fallacem Deum. Et alibi, ut audiãt Ægyptij, de quorum medio eduxiſti populũ iuſtũ, &c. & paucis intermiſſis. Et dicant, non poterat introducere populũ in terrã, pro qua iurauerar, idcirco occidit eos in ſolitudine. Hæc conſilia, & alia huiuſcemodi dat hõ Deo, non quaſi intelligẽdo Deum ſuo conſilio indigere, ſed ut p huiuſmodi rõnes ipſum flectat atq; furorem eius auertat. O cæli, & ſtellæ obſtupeſcite ſup hoc, & portæ eius admiramini vehementer, q uilis terræ uermiculus Deo conſulit, & dicit quidnã fieri oporteat. Dñs ãt infinitæ maieſtatis nō illi reſpondet dicens, quiſnam es tu o formica, ut mihi conſulas? ſed incredibili quadam clementia illum audit, & ſicut q eius cõſiliũ recipit, illiq; obtemperat, dicit, dimiſi iuxta uerbum tuum, uiuo ego, & implebit gloriã mea ſuper uniuerſa terra, acſi diceret. Faciam quod mihi conſulis ut amicus, ego illis ignoſco ſicut tu iubes. O benedictus ſit talis
Pſal. 50.
Gene. 3.
Ephe. 3.
28
Gen. 18
Exo. 32
Nu. 14.
29

De⁹. O glorificatus talis amor: q̃d hoc Dño benignius? quid tã diuino amatore amabilius? O quantum oblector dñe, & quantopere exultat spiritus meus, quum de te o potẽtissime rerum oĩum Dñe hæc audio, & lego quanto magis hæc tua beneuolentia illos ad tui amorẽ inuitat, quam singularium beneficiorum, quibus eos alis inumera multitudo: Nec uero diuinus hic iustorũ hoĩum amator contentus est illos dum in hoc sæcu-
30 lo uiuunt maximi æstimare, ineffabilibusq. honoribus, honorare, verùm mirabile est visu quot miraculis eos post mortem condecorat. Non aũt hoc solum, sed post plurimos annos eorũ respectu plurima in alios homines confert beneficia postq̃ plurima sæcula transacta fuerũt, ex quo Dauid mortuus fue-
Esa. 37. rat. Dixit Deus: protegam ciuitatem istam ppt Dauid seruum meum. O perseuerantem Dei amorem post mille annos, & multò plures transactos nũc respicit ad Dauid. Dauid in cinerem conuersus, locũ, & regionem illã protexit. Et magis profuit mũdo unius hoĩs mortui recordatio, q̃ viuorum omniũ iustitia. O maximã uiri iusti commendationem.
31 Quid aũt admiramur, q̃ Deus amicos suos tanto honore afficiat, cum corrigiam, calceum, tunicam, & deniq; baculum & quidcũ que illorum fuit, tãtopere honestet? Quot, quamq; innumerabilia miracula uisa, & audita sunt fieri, cum quis sanctorum ornamẽta pertingeret? Transibat B. Petrus per plateas Hierosolymæ, & in eis ægri collocabantur, ut saltem eius umbra tangerentur, & sa-
Act. 9. narentur. Quid amplius huic honori addi põt? q̃ tãtopere Deus S. Petrũ honestaret, ut non solùm eius uerbo, sed vmbra ẽt omnis humana infirmitas sanaretur. O immensam Dei probitatem, qui ea, quæ ne sibi quidem
32 uoluit assumere, puro hoĩ concessit, quid minus ad hoĩem spectat, q̃ vana umbra corporis? non solum aũt hoĩem quasi oĩpotentem effecit: sed ipsammet umbræ tribuit ptãtem. Nunquid verba erunt, quibus tantus honor satis dignè valeat recenseri? Quod si tanto honore vmbra afficitur, quo arbitramini ipsam personam condecorandam, si ita tunica sumatur, quanto magis anima efferetur? O maledicti, cæci, atq; amentes hæretici, q̃ nos irridetis, quia sanctorum ossa, uestes, calceos & baculos honoramus, his instrumentis sanat dominus infirmos, dæmones expellit, mortuos deniq; resuscitat, quos cum tantopere Deus honestet, nonne illos merito uenerabimur? Nunq̃d cũ eos Deos tãti faciat, nõ ego illos maximi æstimabo? Hæc oĩa nobis dixi fratres, vt vos ad sãctorũ honorẽ & imitationẽ cõcitarẽ. Ad hoc eorũ uirtutes, & præclara facta exaggeramus, illorumq; honorẽ recensemus, vt vos inuitemus ad ipsorũ uestigia sectanda, si uerum honorẽ cupitis adipi-
sci. Verum Heu dolor, qũo hoc dicens ꝑ ma- 33
ximo animi dolore, me à lachrymis poterõ Mala. 3.
cohibere: q̃ cũ Deus tã magnificus ac liberalis amicus fit, tã paucos tñ in toto terrarũ orbe amicos reperiat. O q̃to cũ affectu Deus de hoc quærebat per Malachiã prophetã dicẽs: Inualuerunt super me uerba uestra dicit dñs & dixistis: quod locuti sumus contra te? Dixistis uanus est q̃ seruit Deo, q̃ emolumentũ q̃a custodiuimus pcepta eius, & q̃a ambulauimus tristes corã dño exercituũ? O q̃ male locuti estis, ineffabilia.n. sunt emolumẽta seruorũ Dei. Et statim post pauca addit propheta dicens, & erunt mihi, ait dñs exercituũ in die qua ego facio, in peculiũ, & parcã eis sicut parcit uir filio suo seruienti sibi, & conuertimini, & uidebitis q̃d sit inter iustum, & impiũ, inter seruiẽtẽ Deo, & nõ seruiẽtem ei. Etiã in hac uita experiunt serui Dei, q̃d inter vnũ, & alterum intersit, sicut apparet ex ijs, q̃ s diximus. Hæc ãt oĩa q̃d sunt, si eum illa futura gloria cõferant, quam Deus præparauit diligentib. se? q̃s ãt illam poterit penitus ex-
plicare? Hoc tñ unum dicã, q̃ si tanta est in 34
exilio sanctorum ptãs, quanta erit cum in ꝓprio regno commorent? Qũo fratres charissimi cũ hæc audiatis præ nimio desiderio imitandi hos sanctos corda uestra in istis Christianis pectoribus non pullulant, & quare nõ curatis tam grati, ac magnifici Dei fidelissimi amici esse? O per eius reuerentiam uos, rogo ut his rebus, quæ hic Dei nomine uobis dicta sunt, sed eum magnopere diligendum
incitemini, & sanctos homines, tam uiuos, 35
quam defunctos summopere honoretis, si quidem Deus illos tanto honore ueneratur. Et quandoquidem uidetis dominum in hoc Euangelio nobis dicere rationem, quare uiduæ temporis Heliæ, & leprosi temporis Helisæi auxilia ab his sanctis non receperunt, neque Nazareni isti à clementissimo Iesu beneficijs, quæ postulabant, affecti sunt, hanc esse, scilicet, quòd debitum illis honorem, & reuerentiam non præstiterunt, utinam diuinam clementia uirtutem nobis, & efficaciam largiatur, ne in tantum, malum deueniamus.

Solum-

Solummodo quia illis dixit Dñs Iesus: *Nemo propheta acceptus est in patria sua. Repleti sunt oẽs in synagoga ira. Et surrexerunt & eiecerunt illum extra ciuitatem, & deduxerũt illũ usq; ad supercilium montis, ut inde præcipitarent illũ.* Cũ ãt dñs ille eẽt, q cum ineffabili ueritate dixit; potestatem habeo ponendi aĩam meam: cum nondũ tps sãctissimæ mortis suæ aduenisset, liberè p mediũ illorum transit. Ecce q̃ apertè ostenderunt
36 verum esse, ꝙ illis dñs dixerat, s. in illis non esse dispositionẽ ad Dei beneficia recipienda, cum tam immerito, & absq; ulla rõne il-
Simile. lum uellent præcipitare. O diabolicam peruersorum hoĩum ingratitudinẽ: liberet nos Deus ne in tantam cæcitatẽ, & malitiam incidamus. Si uerum est, ꝙ in bruto ẽt animali hoc uitium pessimum apparet, quanto peius in homine uidebitur? Si canis quem dñs eius aluit, & sustentauit, postea contra ipsũ converteretur pessimũ, & infidelissimum illum iudicaretis, & si possibile esset illum in ignem immitteretis, quãto igitur peius hoc uitium in hoĩe iudicabitur? Caue frater mi ne sis ingratus, qa Deus à te recedet, sicut ab his recessit, si fueris ingratus. Et diligenter cura huius diuini dñi patiẽtiã imitari, q
37 cum tanta mansuetudine per medium illorum præterijt, qui ei mortẽ inferre cupiebãt ne minimum quidem impatientiæ uerbum illis dicens. O Christe reparator uitæ, summeq; mundi magister, tu Domine nos doce contradictiones, & iniurias, quas ꝓximi nostri nobis fecerint, patienti animo tolerare, ut sic per medium aduersitatum transeũtes gratia tua adiuti ad cælestem gloriam securi peruenire mereamur. Amen.

Feria III. post Dominicam III. in quadragesima.

Si peccauerit in te frater tuus, vade et corripe eum inter te, & ipsum solum. Matt. 18.

1 Bas. sup Cant. BAsilius Magnus super Cãtica cãticorum maximã quandã cõsiderationẽ adnotauit, s. ꝙ cum Spũs sanctus in toto illo libro egisset, quõ anima Dei ministerio progredit̃, & melior, ac melior in dies efficitur: tandem in ultimo capite assignat diligentiam, quam ipsa anima sic in charitate radicata in proximorũ suorum remedio adhibet, quod significatur in hoc, quia qñ sponsa in suauissima spõsi cõuersatione cõmorabatur, dixit illi? Soror nostra parua, & ubera non hẽt, quid faciemus sorori nostrę in die qñ alloquenda est? In his omnibus significat Spiritus sanctus desideriũ seruorũ Cant. 8. Dei, atq; unam præcipuis illorũ curis eẽ de ꝓfectu, & remedio proximorum suorum, quos in spiritualibus defectibus commorari sentiunt. Aut qa à Deo gratia exciderũt, aut qa in ea parũ proficiunt. Hic est agõ, & 2 afflictio, qua premebat̃ D. Paulus, cum qua ad Galatas dicebat. Filioli mei, quos iterum Gala. 4. parturio donec formetur Christus in vobis. Sic anima quanto maiori Dei amore capta est in intimiori conuersatione diuinę maiestatis cum Deo loquit̃ dicens, qd faciemus, vt proximo, & fratri meo remediũ adhibeatur? & anima eius intui diuini amoris cõnubio maneat collocata? cui respõdet illic spõsus dicẽs. Si murus est, ædificemus sup eum propugnacula argentea, si ostium est cõpingamus illud tabulis cedrinis. Duo sunt initia, & fundamenta, in qbus Christiana uita consistit alterum est ut gratię Dei in animas nr̃as introire uolenti aditum patefaciamus alterũ uero ut postq̃ fuerit ingressa, illã firmiter retineamus, licet plurimę voluptatũ, aut laborum tentationes nos ad aliud inuitẽt. Quapp qui de ꝓximorum suorum salute agit, curare dẽt, ut sint ostium, & murus. Ostium, ut diuina gratia ad illos ingrediat̃, murus uero, ut se ab atrocissimo hoste tueãtur, acceptamq; gratiã ualeãt conseruare. Et sic congrue secundum sponso desiderium sponsus rñdisse apparet, dicens ad spiritualẽ proximorum ędificationem summopere curandum esse, ut a se peccata, expellant, quib. Dei gratia impeditur, & maximo animi robore fulciantur, ut uniuerso malo resistant, quo accepta dona conseruare, & augere possint. Hoc ẽt apparet in S. Moyse, de quo dicitur. Dixitq; Moyses Hobab filio Raguel Nu. 10. Madianitæ cognato suo, Proficiscimur ad locum quem dñs daturus est uobis, ueni nobiscũ, ut benefaciamus tibi, quia dñs bona permisit Israeli. Principalis effectus charita 4 tis Dei, est amor proximi, principalis autem amor ꝓximi est illum ad Dei ministeriũ adducere. Atq; ideo, ut diximus, vnũ ex præcipuis desiderijs seruorũ Dei est ꝓximos suos ad eius seruitiũ adducere, ut uidemus hic in sãcto Moyse, q selectissimis uerbis illum inuitat dicẽs, proficiscimur, &c. Veni nobiscũ &c. Quasi dicat. Ne deterrearis eo ꝙ nos in has

hac solitudine peregrinos aspicias. Nā iter
facimus, sperantes non in vanum, sed in pro
missionib. Dei ad abundantissimam quan-
dā hæreditatem: Atque vt illum infidelita-
te, & gentilitate abstrahat, statim tempo-
ralia ei bona promittit. Carnales enim ho-
mines sæpenumero his bonis saginati, & at
tracti ad bonum accedunt, contra uero qui
conuertendi sunt magnos labores aspicien-
tes deterrentur. Idcircò dixit Diuus Paulus
5 Agrippæ: Opto apud Deum, & in modico,
& in magno, non tātū te, sed etiam oēs, qui
audiūt hodie fieri tales, qualis ego sum, ex-
ceptis uinculis his. Ne illos laboribus per-
terreret, dicit se etiam si illos Christianos
videre cupiebat, sicut & ipse erat, non tamē
Act. 26. optere illos in vinculis cernere, sicut & ipse
cōmorabatur. Vnde maximū Pauli deside-
riū cognoscetis, siquidē dicit in modico, &
in magno, idest, siue cū paruo, siue cum ma
gno labore suo omnes à maximo usque ad
minimum Christianos fieri cupiebat.

Ex hoc ītelligetis charissimi, q̄ graue ma
lū sit ad fidē conuersos improperare, & in-
iurijs afficere, illosq; male tractare siquidē
6 q hoc faciunt, alios deterrēt, & impediunt,
quominus ad catholicā fidē conuertantur.
Videte quot rōnes quæsiuit Moyses? vt ho-
minem illū ad Dei cognitionē attraheret, ꝙ
vt faceret nihil intentatum reliquit, prius
illum tpalibus bonis inuitat, cumque ille
Nu. 10. rñderet dicens. Non uadam tecum, sed re-
uertar in terram meam, in qua natus sum.
(Hoc est.n. peccatoris ingenium, & duritas.
Nec.n. Dei promissionibus commouetur,
nec uidens alios plurimos uirtute præditos
maximo cum spūs feruore ad cælum prope
rātes, concitatur, sed vult in idololatrijs, &
sceleribus suis remanere.) Cumq; iterū illū
admonuisset Moyses, respondit. Non vadā
nobiscū. Ne tantopere (inquit) contendas
nō.n. vadam p uiam, per quam uos uaditis,
7 nec ad terram, ad q̄ iter facitis. Mane igitur
maledicte, aliquando enim hoc persolues, &
te pœnitebit, atque præ dolore barbas dila-
niabis, nec tamen quicquam tibi proderit.
Nunc illi dicit. Noli nos relinquere, tu.n.
nosti in quibus locis per desertum castra
ponere debeamus. Et eris ductor noster.
Cumque nobiscum ueneris quicquid opti-
mū fuerit ex opibus, quas nobis daturus est
dñs, dabimus tibi. Dicit ei sibi societate eius
opus esse, & plurima alia dona illi promit
tit, considerans illum per temporis discur-
sum fidei ueritatē cogniturū esse, atque ut
vnū uerumq; Deum cognosceret, esse illu-
minandum. Hæc est charitas, & zelus feruo-
rum Dei, videlicet aliam, atq; aliam uiam
inuestigare, ut proximi sui aīæ medeantur,
illamq; ad Dei seruitiū alliciant. Ad hoc ēt
propositum aliud admirabile exēplum repe
rietis in libro Iosue. Vbi legit ꝙ cum Rube
nitæ, & Gaditę, & dimidia tribus Manasse Iof. 22.
reuerterentur in regiones, quas illis dede-
rat Moyses ante Iordanem, cumque uenis- 8
sent ad tumulos Iordanis in terrā Chanaā,
ædificauerunt iuxta Iordanē altare infinitę
magnitudinis, ad deprecandam Dei miseri-
cordiam, ut illis in sui amore perseuerantiā,
pacisq; conseruationem cum alijs tribubus
Israelis largiretur. Quod cum audissent cæ
teri filij Israel, qui in terra promissionis mo-
rabantur, conuenerunt omnes in Silo in ta
bernaculo domini diuini honoris, & proxi
morum suorum salutis zelo inflammati,
arbitrantes illud, quod alij fecerant, super-
stitione aliquam fuisse. Miseruntq; ad illos
nuncios suos, qui uenerunt, dixeruntque il-
lis. Hæc mandat omnis populus dñi. Quæ
est ista transgressio? Cur reliquistis domi-
num Deum Israel ædificantes altare sacri- 9
legum, & à cultu illius recedentes? Videte
(aiunt) qualē Deū reliqueritis, non quencū-
que Deū ex mendacib. reliquistis, sed Deū
Israel, qui solus verus est Deus deseruistis.
Quod si putatis immundam esse terram
possessionis uestræ, transite ad terram, in
qua tabernaculum domini est, & habitate
inter nos, tātum vt à dño, & à nostro cōsor-
tio non recedatis ædificatio altari p̄ter alta
re dñi Dei uestri. Ac si dicerent: Estote boni
licet sit cum expensis nostris. O incōmuta-
bilis Deus si tā ferūentem spūm in his no-
stris tpibus hēremus, quot hoīes à peccato
abstraheremus, q quidē se excusant dicen-
tes, se necessitate coactos peccata cōmitte- 10
re, & eo ꝙ nō sit, q huic calamitati remediū
adhibeat, in peccato multo tēpore commo-
rantur. O quot fœminæ pudicitiam, hono-
remque suum amittunt, & quot homines
vilissimis, turpissimisque operibus inten-
dunt, eo quod nullum aliud necessitatibus
suis remedium se inuenire posse arbitran-
tur. O q̄ pium opus faceretis ij, qui diuitia-
rum copiam habetis, quiq; hoc facere pote-
stis si huiuscemodi homines temporalibus
bonis inuitaretis, quamuis sit cum sumptu
uestro, ut eos à peccatis, in quibus iacent ab
strahe-

straheretis. Quid autem uirum., quod hoc faceretis: cũ ministri Sathanæ donationes, &
Iudas. munera largiantur, vt illas ad diaboli seruitutem alliciant? sicut adnotauit sanctus Iudas in sua epistola, de quibusdã animarum euersoribus dicens. Væ illis, qui inuia Cain abierunt, &c. Hi sunt in epulis suis maculæ conuiuantes sine timore, semetipsos pascentes: nubes sine aqua, quæ à uentis circun
11 ferunt, arbores autumnales infructuosæ: bis mortuæ eradicatæ: fluctus feri maris despumantes suas confusiones: sidera errantia quibus procella tenebrarum conseruata est in æternum. Væ (inquit) illis qui uestigia Cain sequuntur, qui (ut Hebræi dicũt) nullam aliã vitam præter præsentem esse arbitratus est. Et hanc dicunt fuisse causam, quare fratrem suum occidit. Abel enim affirmabat aliam esse uitam, præmiumque bonis, supplicia vero malis esse præparata. Et maledictus Cain illum in errorem suum uolebat inducere, qa verò Abel illi uoluit assentiri, illum interfecit. Et ideo illis, qui alios uolunt peruertere dicitur. Væ illis, &c. Quod autem primum de hisce dicit, est hi sunt in epulis
12 suis maculæ conuiuantes, idest, quod se liberales præbent erga eos quos uolunt in errorem inducere, illisque munera largiuntur, ut eos peruertant. Notate diligenter per charitatem, quod referens hic sanctus Apostolus tot horum scelera, quod prius dixit, fuit: maculæ conuiuantes. Itaque dicit de illis: hi sunt sine timore seipsos pascẽtes, idest, quod sine scrupulo præsumunt, se aliosque gubernare (hic.n. pascere idem est quod regere, ut nonnulli doctorũ Græcorũ adnotant) appellatque illos nubes sine aqua, quæ à uentis cir
Simile. cunferuntur. Nubes siccæ, cum nõ sint aqua oneratæ facile à uentis, quocunq; spirant, commouentur, & quã præterunt nõ irrigãt, nec quicquã psunt, sed aerẽ obscurant. Ita hi miseri à passionibus suis sine tranquillita
13 te cõcussi, nullã alicui afferunt utilitatem, imo proximos suos obscurant, & excæcant. Etiam de illis dicit, ꝙ sunt fluctus feri maris despumantes confusiones. Sumit metapho-
Simile. ram ex fluctibus maris, q ex tempestatibus oriuntur. Quæ in mari concitantur, fluctus in littus prorumpunt, & spumas suas foras emittunt cũ immunditijs, quas ex interiori maris pelago deducunt. Ita hi ex cordium suorũ tẽpestate uerba, & exteriores motus fm, quòd interiùs latet, emittunt. Ita tumidi, uani, iracundi, ac turpes exteriùs sunt, ut quã deprauata sint illorũ corda satis manifeste demonstrent? Etiam illos uocat sidera errantia assumens metaphorã à cometis, & inflammationibus ignis, quæ aliqñado in aere apparent, & nullũ habent regularẽ motum, sed modo huc, modo illuc diuagantur (non sicut planetæ) & breuiter splendent, statimque iterum obscurãtur. Tales sunt hi miseri inordinati in omnibus actionibus suis, quorum splendor, fastus, & autoritas in instanti euanescit. Quibus ꝓcella tenebrarum cõseruata est in æternũ, idest quibus infernales te- 14
nebræ in æternum præparatæ sunt. De his igitur, quos sanctus Apostolus tot nominibus nũcupat, & tot reb. cõfert, vt eorum per uersitatũ, diuersaq; peccatorum genera qb. infecti corruptiq; sũt, magis exaggeret, hoc primũ dicit, uidelicet, ꝙ tantopere uitia suã diligũt, & ita illa in ꝓximis suis imprimere desiderant, ut ad illos hæc uitia inducendos, eorumque animos captandos, eis conuiuia faciãt atque etiam munera largiantur. Quare igitur nos tanto amore uirtutes non diligemus, ut illas in omnium cordibus imprimere exoptemus, & si necesse esset illos donis, ac beneficijs ad uirtutes deducere, & deduceremus, siquidem serui Sathanæ hoc 15
& multò etiam plura faciunt, ut homines ad malum alliciant. Hæc sanè omnia ex diuini amoris defectu proficiscuntur, quo si inflammati essemus, ex illo proximi amor, & salutis eius desiderium & cura dimanaret. Et sic in hoc sancto amore innititur quo dominus in hodierna sancti Euangelij lectione nobis præcipit dicens.

Si peccauerit in te frater tuus, Idest, cõtra te. Durissimũ est (dicetis uos) ꝙ mihi Deus præcipit, ut si qs me iniuria affecerit, ego ipse sim eius medicus, q illi medicinã pstẽ eũq; admoneam. Si Deus dixisset, si uicinus tuus peccauerit in fratrẽ tuũ, tu esto intercessor, 16
& inter eos pacẽ cõpona, tolerabile esset, sed ꝙ cũ sim ego offensus mihi pcipiatur, vt offensori meo cõsulã, cũq; ego sim vulneratus alijs medicinã pbeam, hoc eqdẽ ò pater ego nequaq intelligo. Optime credo, hoc à uobis non intelligi, scritis autẽ quare hoc non intelligitis? huius rei cã est, qa in uobis uetus hõ dominat. Hoc verò pceptũ est, nouũ est.n. amoris præceptũ, de quo dixit Domi- Ioã. 13.
nus, mandatũ nouum dedi uobis. Si igr est nouum, omnia, quæ ab illo exierint, noua erunt, & quia hoc fraternæ correctionis præceptum ex illo ꝓficiscitur, nouum etiã erit.

Quia

Quia autẽ tu in peccato es uetus, iõ admira- Gregor. ho. 27. sup euãgel.
bilis B. Gregorius hęc uerba dicit: Vt n. mul
ti arboris rami ex una radice prodeunt, sic
multæ uirtutes ex una charitate generãtur.
Si ergo radix noua est: oĩa, q̃ ab illa ꝓdeunt
noua erunt. Nimis antiqua est charitas, ꝓce-
ptumq; ꝙ ex ista radice ꝓficiscitur dr̃ autẽ
noua, q̃a ab antiqs male intellecta fuit, &
idcirco illã diuinus hortulanus in lege gra-
tię iterũ denuo plãtauit. Ex hoc cognosces
17 fratres qualis sis, cùm dicas iniuriam vlcisci
mediũ vultũ abscindere, sanguinẽq; affunde
te punctum esse honoris. Dic hõ q̃sñã plus
de honorib. intelligit tunc, an Deus? certũ
est q̃d Deus. Si igiẽ Deus ꝑcepit ut nõ solum
fratri tuo ignoscas, sed ẽt illum conuertas
q̃uo dicis tu iniuriã vlcisci, honorem esse? Se
duo viri nobiles inter se contenderẽt, utrum
q̃dã res esset honoris an dedecoris, & uide-
rẽt regẽ summo studio illã apprehendentẽ,
nunq̃d illã dedecoris esse iudicarent? nõ pro
fecto, sed nimis honestam, & gloriosam esse
ducerẽt. Non ergo vides ò peccator quoties
Deum ostẽdistis dic, q̃ñ cõtra illum peccasti
vsus est tecũ correptione fraterna, an vultũ
tibi medium abscidit? Optimè posset Deus
imperare ut uiuus statim descenderes gehẽ-
18 nalib. ignib. concremãdus, sed noluit, nisi
te fraternaliter corripere. Quorsum arbitra
ris tot ꝓdicatores tot auditores pniarios, tot
stimulos, tot deniq; morsus consciæ tibi a
Deo mittit, nisi ut te fraternaliter corrigãt?
si igiẽ Deus te nõ punit, imò tibi remedium
adhibet atq; hoc sibi honestũ, et gloriosũ du
cit quare tu fraterni sãguinis effusionẽ ho-
norabilẽ esse tibi persuades? Cõfundere fra-
trer mi, & tã sancto ꝑcepto caput submitte,
sicut est hoc, quod tibi Deus ꝑcipit, & ea cle-
mẽtia cum proximo tuo utere, qua pręporẽ
tissimus Deus sæpenumero tecum utiẽ. Q̃d
si cum ꝓximus meus contra me peccauit,
eius remedium teneor curare, q̃d mirum ꝙ
19 hoc facere debeam, q̃ñ in alium peccauit?
Declarat igitur dominus quomodo hæc
correptio facienda sit, & dicit in negotio se-
certò: *Inter te & ipsũ solum fieri oportere*. O
ineffabilem Dei probitatem q̃ tanti pecca-
torẽ æstimat, eiusq. honorẽ tantoperè zela
tur, vt secretum eius peccatum nolit publi-
cè, sed secreto corrigi. Siquidem igitur tu
uilis uermiculus cum sis tãtam honoris tui
Deus curam habet, maximam ẽt rationem
oportet te honoris illius habere. O quantũ
hac consideratione cõmoueri deberemus,
ut diuinum honorem summopere zelare-
mus, siquidem Deus tãto studio honorẽ no-
strũ curat. Sed quemadmodũ medicus si in- Simile.
firmũ dieta sanare pt nõ ꝑcepit illi, ut, sãgui
nis effusionẽ patiaẽ, & si apostema ei⁹ lenib.
& suauib. unguentis põt resoluere, non uti-
tur cauterio, & si una potione dulci illi me-
deri põt. non ꝑcipit, ut potiones amaras su- 20
mat, uidens autẽ his facilib. medicamentis
se illius necessitati occurrere, eamq; subleua
re non posse alia, laboriosa adhibere curat.
Ita præcipit dñs, ut si frater tuus hac secre-
ta correptione non fuerit emendatus quæ
q̃dem suauissima quædam medicina est a-
lia asperiora, & duriora adhibere cures. *Ad-* Exo. 25.
hibe (inquit) *tecũ unũ aut duo*. Hos aũt opor
tet esse hoĩes maximi secreti, & charitatis.
Præcipiebat Deus candelabrum in templo
poni in quo septẽ lucernæ in suo conspectu
semper arderent: & quia lucerne semper ar-
dẽtes fungos producturę erant, emunctoria
quoq; fieri iussit, & vbi quæ emuncta fuerãt
extinguenda erant ex auro purissimo cõfici
præcepit, nec uero fungos illos q̃ emũcti fue
rãt in terram immittit iussit. Et ita dicit, e-
munctoria quoq; & ubi ea, q̃ emũcta sunt,
extinguanẽ, fiãt ex auro purissimo. Nolebat 21
Deus ut fungorũ fumus in tẽplo male ole-
ret. Hæc oĩa hñt mysteria, & in legis gratiæ
statu aliud spũaliter repræsentant. Lucernæ
in flãmatæ debent esse oẽs fideles, q̃ charita-
te ardeãt, & bono exẽplo omnib. illucescãt,
Quia aũt sumus miseri plerunq; fungos pro
ducimus, & peccatis splendorẽ nostrũ obscu
ramus: ideo constituit diuina Maiestas ut e-
munctoria essent. atq; hæc ex aruo purissi-
mo fabrefacta, & si fieri possit, in eis fætor
cõsumator, ut alij peccata nostra nõ oleãt,
nec intelligãt. Reprehensionẽ. n. ab hoĩe cha
ritatis studioso fieri oportet, atq; secretò, q̃ñ
aùtẽ fungus in emunctorijs extingui noluc
rit in aureum discum, nõ autẽ in terram im
mittendus. Hoc est ꝙ q̃ñ fratrem tuum co- 22
ram alijs reprehenderis illi sint tales, q̃ eius
famam non conculcent, sed qui charitatem
habeant ad recipiendos, & tegendo illius
defectus. Dicens etiam, ꝙ emunctoria sint
aurea significat, uerba dẽre esse mitissima,
& ex charitate maxima profecta; quibus fra
terna correctio facienda est. Ne perhorre-
scas frater mi aliena peccata, sed proximi 2. Reg.
tui imbecillitati compatere, caue ne Deus 13. 26.
te a manu sua dimittat, & maiorem rui- & 18.
nam facias. Absalon maxime sensit, & sua
pro-

propria manu peccatū fratris sui Amnō cū Thamar puniuit. Hic aūt fratri sui peccatum ita horrēs, unde in quot peccata postea inciderit. Publice. n. in omniū cōspectu ingressus est in tentoriū vbi erant uxores pr̄is sui Dauid, & dormiuit cū illis, nec vero expectauit, ut ab aliquo interficeretur, sed ip-
Gala. 6. semet se suspendit: crines. n. eius quercui adhæserunt a qua suspēsus remāsit, ubi crudeli morte occisus est. Iō B. Paul. dicit, qn̄ aliquem reprehenderis, sit in spū lenitatis con
23 siderans te ipsum ne & tu tenteris. Qn̄ uter
Simile. est plenus aere, & illū uis euacuate nō est bonus modus si super illum ascendas, & pedibus conculces: sic. n. uter crepabit, & peribit tu uero procides, ꝙ percutietis: sed solue funiculum oris eius sapienter, & aer exibit. Sic a peccatore non conculcando illum, aer abstrahendis est, nam aliter impatientia crepabit, & tu ēt pp hanc stultitiam peccabis. Sed solue funiculum: hoc est modum inuestiga quo prudenter vitium a peccatore abstrahas. Etiā charitas docet, ut fratrē tuum unius uitij reprehendēs salubres admonitiones illi præstes, quo nec in ipsum nec in alia
24 iterum incidat. Super tr gesimumprimum
Lira su. caput Prouerbiorū adnotat Lira de matre
Prou. 3. Salomonis (& hoc dicunt doctores hebręi) ꝙ uidit manè quodam filium suum regem multū dormisse, & uniuersum populū superare, qn̄ Rex a summo surrecturus erat, ut possent in tēplum ingredi ad matutinum sacrificium offerendum: ipse. n. Salomon templi claues secum habebat, ne aūt illum excitarent non ingrediebantur in templū. Quā negligentiam filij sui animaduertens Bersabee introiuit ad illum, ut eum excitaret, & uerba illa quæ sunt apud trigesimūprimū caput Prouerbiorum, dixit ei. Quid dilecte mi? qđ dilecte vteri mi? q id dilecte uotorū meorum. Quæ (inquit) fuit hæc ignauia fili mi? Filiū suum prudētissime reprehēdit, ne
25 illum exasperet: nā etsi illa eius mater erat, filius tn̄ erat Rex, & ut talem illum cum maxima animaduersione, & prudentia corrigi ti mitissimis uerbis illum alloquēs, vocās eū filium uiscerum suorum, & in quo oīa eius desideria cōpleta sunt, nec plus ei dicit circa delictum, ꝙ cōmiserat ꝙ forte fuerat lascinia, sed tm̄ ei dicit, qd? qūo hoc fecisti? qūo tantopere voluptati te tradis, ut sacrificium, & diuinum cultum impedias? Et post hoc sumpsit occasionem docendi cum plurima, & saluberrima documenta dicens. Ne dederis mulierib. substantiā tuam, & noli regib. dare uinum, & paulo post, Date siceram mærētib, & uinum his, qui amaro sunt animo. Hoc igitur stylo oportet uos fratres mei cū proximis uestris uti, salubriter, & charitatiue eos corrigentes, simulque aliquas sanctas admonitiones illis præstantes, vt vehementer domino seruiant.

Quod si te audierit, lucratus eris fratrem tuū. In quo significat, ꝙ quū hō mortaliter peccat, pditus manet. Tantā aūt oportet eē charitatem tuā, ut fratris tui salutē lucrum tuū esse arbitreris, licet. n. nihil aliud vtilitatis esset, hoc unū maximū eēt lucrum, & tu 29
tales debes illud habere, q̄q̄ tibi nullum bonum redundet. Quanto magis ꝙ ēt maximæ utilitatis opus est hoc animæ tuæ, ut expresse affirmat D. Iaco. dicens. Fratres mei, Iaco. 5.
si quis ex uobis errauerit a ueritate, & conuerterit quis eum scire debet, qm̄ qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ saluabit animā eius a morte, & operiet multitudinē peccatorum. Notat veritatem illic non pro sola propositionali ueritate tm̄ as- Lira.
sumi, sed, ut dicit Lira, pro veritate fidei, uel 27
moris. Nam ēt in morib. est ueritas, quæ est Psal, 61.
confirmitas quædam vitæ cum regula, & lege diuina. Vnde uniuersa virtus est ueritas, & oē uitium mendacium. Et sic intelligit ꝙ dicit Dauid. Mendaces filii hominū in stateris, quid? nō sunt hoīes, qui staterā p manib. nunq̄ acceperunt? Quare igit homines in stateris mendaces esse dicis? Stateram uocat rōnem, q̄ tibi dn̄s dedit, ut ea uniuersas res perpēderes. Malum ac bonum corā te proposuit, tu uero in hac rōnis statera debes perpendere quodnam si grauius, & magis pendeat. Quod si in rōne tua malū magis appendet, q̄ bonum, & creatura apud te magis ualet, q̄ creator, Deumq. pro voluptate, honore, aut pro aliqua alia re commutas, mendax ex statera tua, siquidem examē
in ea partem, in q̄ nō deberet, inclinatur. Et 28
ita quotiescunq. peccamus, mendaciter perpendimus, quia in iudicio nostro magis appendet illud, ꝙ diligimus, quā Deus. Hinc cognoscetis fratres charissimi, quid sit peccatū, & quantā iniuriam Deo inferatis, siquidem protunc næui as illas, uoluptatē, aut honorem pluris, q̄ diuinā maiestatē æstimatis. Stateræ igit, quæ tā mendaciter perpendūt, quia aliud merentur, nisi ut in inferni palo suspendantur? O quis tibi ad aurem loqueretur. O peccator, quando tam mendaciter

diciter perpendis, Deum pro creatura commutans, & tibi cũ ardentissimo spiritus feruore diceret. Habes aīam peccator? habes animam infelix? ubi est rō, & iudicium tuũ? quis te tantopere excęcauit? Quis te in tantā amentiā redegit, vt tantam creatori tuo iniuriam inferat? Ea pp dicit Dauid, omnes in stateris mendaces esse, quia oēs peccant, & hoc est a veritate errare. Et ideo dicimus verba illa, si quis errauerit a veritate, intelligi qđ si quis errauerit a fidei vel moris veritate. Et notādum est: conuertere non in manu quidem iusti, sed in potestate Dei, & in
29 eius voluntate peccatoris conuersionem sitam esse. Idcirco verba illa, Et conuerterit quis eum: intelligenda sunt hoc modo, i. si quis ex se fecerit quod ad peccatoris conuersionem requiritur. Nam vt dicit Aristo.
Arist. 2. Top. ca. 2. Non in manu oratoris est persuadere neque medici sanare, sed nō prætermittere, q̃ sunt necessaria, sufficit ad bonitatem oratoris, vel medici. Ita dicit hic D. Iaco. Qui alium conuerterit, i. qui per se omnia quæ ad peccatorum conuertendum sunt necessaria fecerit, licet de facto illum non conuertat, coram Deo meritum non amittit, nec desinit esse misericordiæ opus. Defectus.n. non ipso quidē, sed in obstinato, & in varijs sceleri-
30 bus delibuto peccatore est, in quo reprehensio non magis imprimitur, quam in lapide.

Quod si nō audierit, dic Ecclesiæ. Si aũt Ecclesiā nō audierit, sit tibi sicut Ethnicus, et Publicanus. Ecce quot rōnes ad aīam conuertendā Deus inuestigat. Primum vt sit correctio per amorem. Deinde per verecundiam. Ideo dixit. Adhibe testes, vt corā illis erubescat & confundatur. Tertio per supplicium, & idcirco dicit, *Dic Ecclesiæ*. Vt aũt huiusce modi homines intelligant quantopere prælatorum, & Ecclesiæ supplicium, sit timendum: addidit dicens. *Amen dico uobis, qua-*
31 *cunq; alligaueritis super terrā, etc.* Si illos excommunicaueritis, apud Deum ēt excōicati erunt. O q̃ graues flagellum est excōicatio, ex bono, quo hominem priuat, perpici pōt. Nunquid nostis quid significet uerbũ illum, sanctorum communionem, qꝫ in articulo fidei in symbolo Apostolorum recitatis? Dicet aliquis. Nescio pater. Fieri ne pōt qꝫ cum in hac ciuitate tanta sit eruditio, tu tamen hoc ignores? Hæc est una ex miserijs lachrymatu dignissimis, quæ sunt in Ecclesia Dei, uidere, s-quibus rebus prædicatores homines detinet. Et qꝫ peius est homines, primarij inuenientur, qui hos articulos nō intelligant. Satis profecto digni sunt, q̧ hoc ignorent, siquidem eos pdicatores audiunt, qui de rebus his tam essentialibus, nunquā agũt. Intellige igitur articulum illũ hoc significare: sc. licet, credo certam esse communionem inter sanctos, qꝫ ij qui sunt in gratia ex vno capite, qui est Iesus Christus, cōmunicant, & pp eius merita plurimas gratias, & dona a Deo accipiunt. Etiam hoc significat, & alij alijs inuicem nos communicamus, & fauemus, sicut siquis orat, ieiunat, 32
& eleemosynā erogat pro me. Circa quòd notate aliqua opera pia esse, quæ alijs applicare possumus, alia vero, quæ nō possum⁹. Bonum opus in gratia factum quatuor effectus hēre pōt. Sicuti si ego die Dñica missam audio, primum ego gratiam acquiro. Secundo adimpleo præceptum. Tertio gratifico me, & bonũ virtutis habitum gigno. Quarto satisfactorium peccatorũ meorum opus efficio. Tres illos effectus nequeo ego alijs applicare, quartũ uero sic. Et qũo intelligitur illud B. Aug. dicentis, qꝫ Ecclesia nō Augus.
haberet nunc diuinum Paulum nisi S. Stephanus pro illo exorasset? Dico hoc esse sicut qñ quis erogat eleemosynam, quam ali- 33
quis sibi dedit, & acquisiuit, & non ille. Itaque qñ æternus pater pp sancti oronem gratiam in nos confert: huius beneficij gratificatio Iesu Christo reddenda est, qui multo antea quā sanctus illud ab æterno patre postulauit. Petiuit etiam, ut orationem hāc audiret, quando illam sanctus faceret. Et sic illud, & fecit S. Stepha. quodq; B. Paulo promeruit, non fuit de iustitia, sed de congruo. Nam Iesus Christus R. N. illud Dei iustitia lucratus est. Et ita dicimus sanctum orantem pro peccatore conuersionē eius de congruo, non autem de iustitia promereri. Pos- 34
sumus tamen pro alijs satisfacere, & hoc significat illud, sanctorum communionem. Alex. de Ales 4. p. q. 37.
De quo videndus est Alexander de Ales, de officio Missæ, & B. Augustinus super versum illum. Particeps ego sum omnium timentium te. Et hoc cognoscetis fratres quā Aug. su. Ps. 118.
merito timendæ sunt pœnæ, quibus sancta mater Ecclesia homines malos punit.

Ex hac sancti Euangelij doctrina sequit quantum prælati, patresfamilias, & prædicatores inferiorum suorum corruptionē facere teneantur. Si enim vnicuiq. proximorum hoc a Deo præcipitur, quanto magis illud præcipiet ijs, qui hoc ex officio facere tenne-

tenentur? Hic Sol materialis, quo tantopere
Simile. fruimur, nunquã quiescit. Qđ si in sui itine-
ris progressu aliquos planetas virtuosos in-
ueniat, sicut Iouem, aut Venerem: magnum
cum illis facit temperamentum, si aũt inue-
nit cometas, qui pessimas afferunt influen-
tias, illorum malitia tẽperat, atq; ẽt si põt oĩ
no illam abstrahit: Talem oportet esse iustũ
de quo dr̃. Homo sanctus in sap. ẽtia manet
35 sicut Sol. Nõ oportet iustum qescere: nam
Eccl. 17. in via Dei stare, retrocedere ẽ, ut dicit B. Ber
Bern. in nardus. Et inueniens viros pbos debet cum
ser. 2. de illis operari ex sancta eorum conuersatione
puri. in fructum percipiens, eosq; ac uirtutem exci-
fine. tans. Si aũt malos planetas inueniat, qui sũt
peccatores, debet curare, eorũ malitias corri
gere, conscientiasque reformare. Et qa pecu
liariter dixit Deus prædicatorib. & prælatis.
Mat. 5. Vos estis lux mundi, ij multo magis cæleste
hanc doctrinam adimplere tenentur. Quia
Seneca. ẽt Seneca licet Gentilis dixit. Amici uitia si
feras facis tua. Quanto magis Prælatus si
subditi uitium dissimulat. Obstupendũ est
Ezec. 3. ꝙ dicit Deus Ezechieli. Fili hoĩs speculato-
rẽ dedi te domui Israel, & audies de ore meo
verbum, & annunciabis eis ex me. i. homun
36 cio uide ꝙ te erexi, & seruorum meorũ spe-
culatorem te feci. Et ibidem dicit quid iu-
stum facere oporteat ne peccator fiat, quid
vt peccatori facere cõuenit, ut iustus efficia-
tur. Et statim prophetam comminantur ne
taceat, ꝙ si tacuerit, oĩa soluturus est. Si di-
cente me (inquit) ad impium, Morte morie-
ris: non annunciaueris ei, &c. Sanguinẽ autẽ
eius de manu tua requiram. O metuendum
verbũ ꝙ nam est marmor, ꝙ te audit, & præ
timore non constringitur? quis est prælatus,
qui hæc sciens tacet? Quive est subditus, qui
ei non obedit, cum utriusq; salus in illo aga
tur? O miseros utrosque, miseros prælatos:
quia non aĩaduertunt, quid subditis suis cõ
ueniat, quod si animaduertant, miseros il-
los, quia tacent, & illos non admonent, ideir
37 co.n. uitia quasi atrocissimi lupi ĩ oues suas
irruũt & magnã earum stragem edunt. Oẽs
bestiæ agri uenite ad deuorãdũ, uniuersæ be
Esa. 56. stiæ saltus, dixit Esaias. Et huius rei rõnẽ red
dens dicit, Speculatores eius cæci oẽs: nescie
runt, uniuersi. i. Nã si speculatores sunt cæci
quõ subditos admonebunt? Nõ cõtẽtus esse
debet prælatus latrando, reprehendendo, &
admonendo in cõmuni, etsi hoc magnæ est
utilitatis. Sed quãdo animaduerterit necessi
tatem offerri, peculiariter, & secreto debet
psuadere, & admonere subditos suos. B. Pau
lus aĩarũ zelator nõ cõtẽtus erat Iesu Chri
fidem, peccatorumq; pniam in cõi persua-
dere, ut ipse testatur, sed peculiariter de do- Act. 20.
mo in domũ ambulabat docẽs, q̃ fieri opor
tebat. Vos scitis (inq;) a prima die, qua in-
gressus sum in Asiam qualiter uobiscũ fue-
rim seruiens dño cum oĩ humilitate, & la-
chrymis, &c. quõ nihil subtraxerim uobis
utilium, quominus annunciarem uobis, &
docerẽ uos publicè, & per domos. Et ad Ti- 38
motheum dicit. Testificor coram Deo, &c.
Opportunè, importunè i. in oĩ tpe. Ad rem 2. Ti. 4.
enim tam necessariam tractandam non est
quare tpis opportunitas perquiratur. Om-
ne tps ad hãc rem opportunum est. Et illic,
ubi Esaias bestias inuitat, ut ueniant ad de- Esa. 56.
uorandum, ẽt rõnem hanc reddit dicẽs. Ca-
nes muti non ualentes latrare. i. non solum
prælati sed & prædicatores ẽt, quia uirili pe-
ctore, & cum seueritate peccatores non re-
prehendunt, locum cedant, ut uitia ingre-
diantur. Quipp. uideant quanti illorum re-
ferat rem hanc uerè, & ex aĩo tractare, ꝙ si
animum non habent ad ea patienda, q̃ illis
superuenerint, munus relinquant, ꝙ nequeũt
gerere. O q̃ constanter prædicatores habuit
olim mũdus. Quam uirili pectore perrexit 39
Hiere. vt Dei noĩe diceret Hebræis in Aegy Hier. 43
pto cõmorantib. Nabuchodonosor mitten
dũ esse a Deo, q hominibus partim captiuos
ducere, partim gladio interficeret, qui in de-
lubris Deorum Aegypti ignem succederet,
& uniuersam Aegyptum depredaret, eiusq;
diuitias secum duceret, & hoc tam facilè si-
cut pastor pallio suo amicitur, & de uno in
aliud ouile transmigrat. Et amiciet (inquit)
terra Aegypti sicut amicitur pastor pallio
suo. Et egredietur in pace. Propter hoc, ꝙ il
los S. Propheta admonuit, dicit Epiphan.*
Hebræos consurrexisse, illumq; lapidib. ob
ruisse. Hoc dẽt seruus Dei a mundo spera-
re, ꝙ si ad hoc tolerandum robustum, ac cõ
stans pectus non hẽt, ne hoc munus susci- 40
piat. Videte q̃ præstantem, inuictumq; ani-
mum habebat S. Paulus, qui ad eos, q illum
pp ueritatis prædicationẽ, & ꝙ eis uitia eo-
rum annunciabat, odio habebant, tñ cupie-
bat reuerti, ut illos asperius reprehenderet. Gal. 3.
Quorum animos tam beneuolos in se qua-
dam tempore habuit, ut de illis diceret. Te-
stimonium enim perhibeo uobis, quo aĩam
si fieri potuisset. i. si liceret, oculos uestros
eruissetis, & dedissetis mihi. Ergo inimi-

cus

cus uobis factus sum, verum dicēs uobis? & uobis(inquit B. Apost.) veritatem prædicauerim,tale in me odiū concepistis? Sed non idcirco a debito officio meo desistam. Vellē autem esse apud vos modo, & mutare uocē meam,qā cōfundor in vobis. Desidero(inquit)uobiscum esse, ut non ea mansuetudine uobis loquar, qua vsq; adhuc loqui consueueram,sed ut ea acrimonia uos reprehen
41 dam, qua digna sunt scelera vestra. Nā paruo spūali prouentu vestro erubesco. Hoc est prædicatoris pect⁹. Hoc animi robore oportet hoc munus geri. Vtinam diuina maiestas spiritum suum nobis omnibus largiatur,quo sicut tenemur, hoc diuinum præceptum adimpleamus,correctionemq; fraternam mundo tam necessariū uiriliter, & charitatiuè faciamus, ut sic alteri alteris nobis inuicem fauentes in uirtute proficiamus, & gratiæ augmentum percipiamus,qua ad cæ-
42 lestem gloriam peruenire valeamus, Amen.

Feria IIII. post Dominicam III. in Quadragesima.

Accesserunt ad Iesū ab Hierosolymis Scribæ, & Pharisæi, &c. Mat. 15.

IN hoc S.Euāgelio detegitur q̄ ex īstituto improbi hoīes, iustorum persecutionem, calumniamq; suscipiunt. Et q̄ diligēter,quantaq; animi cōtentione uiros sanctos Deus a malorum calumnijs defendit. Magnū malum est de quocunq; proximo murmuratio,adeo ut descri
Rom. 1. bens B. Paulus maximum quendam grauissimorum scelerum catalogū,in q̄ deprauati hoīes,quiq; a Deo in desideria cordiū suorū traditi sunt (in supplicium peccati,ꝙ cōmiserant Deū non glorificando,sicut ipsum dignissimum esse intellexerunt)inciderat,illis oīb. peculiariter addiderit dicens, detracto-
1 res Deo odibiles. Itaq; uocans illos repletos oī iniquitate, malitia, fornicatione,auaritia,plenos inuidia,homicidijs, contentione &c. nulli horum uitiorum addidit uerba illa:Deo odibiles,nisi cum dixit,detractores, quia etsi oīa peccata sint Deo odibilia, illa tñ peculiariter diuinæ maiestati dñr odibilia, q̄ ita sunt unius peccata, ut ad plurimos extendant,sicut peccatum hæresis,de quo dicit B. Paulus,sermo eorum, vt cancer serpit. Atq; huiuscemodi est ēt peccatum murmurationis. Nam illud,ꝙ hic dicit,tu alijs,& alijs,& plurimis dicis,& sic per primum infectum plurimi inficiuntur. Mirabile fuit ꝙ
cum primū Maria de fratre suo Moyse mur Nu. 12.
murauit, statim apparuit cadens lepra sicut nix. Quæ nā potuit esse causa quare in supplicium huius peccati hæc infirmitas poti⁹ q̄ alia illi aduenerit? Cui⁹ rei mysteriū fuit, quia inter morbos lepra est magis horrida,
& contagiosa,quæq; citius alios inficit. Atq; 2
ad significandum nullum esse uitiū, ꝙ tam citò, & uelociter alijs hoīb. adhæreat quam murmuratio, idcirco decreuit diuina maiestas,ut illius murmurationis pœna esset lepra. Quam crebro fieri solet, qđ ubi primū quis ad murmurationem linguam emittat oēs circunstantes eū sequantur,nec fere hoc
sentiunt. Idcirco B. Paulus ad Hebræos ad- Heb. 12
monebat dicēs. Ne qua radix amaritudinis
sursum germinans impediat, & per illam in 3
quinentur multi. Amaritudinis radicē nuncupat proximo officere, ex qua pestis proficiscitur qua plurimi contaminantur. Et Ec- Eccl. 11
clesiast. dicit. A scintilla.n. vna augetᷣ ignis, & ab vno doloso augetur sanguis.i.peccatū. Dñt plurimi. Dñe hoc dico, Ego nō illi hoc impono, sed si mētior, per os alterius.s.talis hoīs mentior. O maledicte,fortasse in hoc tam graue peccatū,& grauius ēt, q̄ alter cō-
mittis. Apponit quispiam ignem domui, & Simile.
nihil facit amplius, sed qui in illū insufflat, efficit ut citius,domus ardeat. Et forsitan si ille non inflasset,domus non concremaretᷣ, licet alius illi ignem applicuisset. Sic q̄ ignē ꝓximo suo apponit,est qui prius infamiam dixit. Tu uero,q̄ illam iterum protulisti,atque repetijsti, es qui ignem istum insufflas: Et dicit hic Spūs sanctus,quod sicut ex una scintilla ignis maximus inflammatur,ita ex deprauatis unius hoīs uiscerib. unum uerbū prodit,quod ab alijs insufflatur,ut citius inflammetur, & complura peccata committā-
tur. Atq; ideo una ex rationibus, quare hoc 4
vitium tam execrabile Deo est,hæc est,quia omnibus statibus communius, uniuersum hominum genus inficit. Etiam & agricola aratro nimiū defessus de alijs detrahere non satiatur: Et quanquam hoc uitium tam execrabile est Deo, quādo tamen murmuratio est de seruis, discipulisq; eius, & de Ecclesiasticis uiris,tunc lōgè maximè diuinæ maiestati est odibilis. Adeo,ut cum Hebræi murmurarunt de Moyse, & Aaron dicentes, cur indu-

induxiſtis nos in deſertum iſtud? &c. Rñde-
Exo. 16. rit Moyſes dicẽs. Audiui. n. murmur ueſtrũ
contra Dñm, nos uero qd ſumus, quia muſ
ſitaſtis contra nos, & paulo poſt dicit. Nec
contra nos eſt murmur ueſtrum, ſed contra
Dñm. Ex quo apparet murmurationẽ, quæ
fit contra prælatos, qui loco Dei conſtituti
ſunt, non eſſe cõtra hoĩes, ſed contra ipſum
Deum. Vt uideatis quid facitis, aut qui cum
5 contenditis Pater noſter S. Franciſcus dixit
ſe quatuor prærogationes ordini ſuo impe-
traſſe, quas ſibi Ieſus Chriſtus redẽptor no-
ſter ꝓmiſit, qñ in eo ſanctiſſima uulnera ſua
impreſſit. Quarũ una erat, ꝙ qui ex malitia
ordinem ſuum perſequerentur, dies eorum
Dñs abbreuiaturus erat. Satis uero credibi-
le eſt ſanctũ uirum hoc a Dño non petiiſſe:
ſed perſecutionẽ, qua ſcelerati hoĩes ſeruos
Dei inſectantur Chriſtus redemptor noſter
ſibi fieri iudicat. Hi miſeri, qđ refert S. Euan
geliũ, cõtra ſanctos Dñi Apoſtolos, & mul-
to furioſius contra ipſum innocentiſſimum
Dñm linguas ſuas diſtringebant, non conij
6 ciebant oculos in malitiam, cum qua acce-
debant, & in alia plurima uitiorum genera,
quib. ad ſummum uſque repleti erant, rẽ ue-
Simile. ro tam leuem, tamq; paruæ entitatis aĩad-
uertebant, ſicut erat, ꝙ diſcipuli Dñi panem
illotis manib. manducarent. Siquis uineam
haberet graminibus, rubiſq; repletam, quã
ex longo tempore non coluit: maxima ta-
men cum ſolicitudine per alienas uineas in-
cederet euellens herbas quæ uitibus nihil of
ficiunt, inſanus iure optimo crederetur. Ad-
huc etiã amẽtior, & peior eſt, qui cum ſit ua
rijs uitiorum generib. repletus de aliorũ de-
fectibus agit. Liberet uos Deus, o fratres a
tanta miſeria, ꝙ de conſcientijs ueſtris non
Simile. curantes alienarum rationem habeatis. Ni-
hil aliud vult Sathanas, niſi uos extra uoſ-
metipſos uidere, ſicut Aegyptianus, & latro
7 quod magis exoptat eſt uidere hoĩem extra
domum ſuam, ut ipſe ſecurus ingrediatur,
& oĩa, quæ inuenerit, deprędetur. Sic unum
ex iis, quæ magis experit Sathanas, eſt uos a
uobis ipſis extrahere, ſic. n. ſecurꝰ introibit,
& quęcunq; in animabus ueſtris inuenerit,
diripiet. Ne illi fidem habeatis, ẽſt. n. aſtutus
nimis. Sed intra uoſmetipſos cummoramini,
ni, & in conſcientias veſtras oculos conijci-
te, ut earum ruinas, & defectus reſiciatis.

Accedentes hi cum hac inſulſas qõnes vi
dete qualiter a Dño tractẽtur. *Quare* (inqt)
nos trãſgredimini mandatũ Dei propter tra-
ditionem ueſtram. Vbi nõ ſolũ diuinæ legis
tranſgreſſores & latrones, ſed & hypocritas
ẽt, tinea plenos appellauit, quorũ uirtus oĩs
eſt in labiis, cur aũt a diabolo poſſidetᷣ. Hic
nos docet diuinus magiſter qualiter cum il
lis, qui ad nos cum ꝓximorũ murmuratio-
nib. accedunt, gerere debeamus. Accerrimis
uerbis illos obiurgantes, & ſic de iuſto, q ad
cęleſtem beatitudinem ingreſſurꝰ eſt, dixit
David. Et opprobrium nõ accepit aduerſus 8
proximos ſuos. Et B. Hieron. uertit ex He- Pſal. 14.
bræo. Non ſuſtinuit opprobrium ſuper ui-
cino ſuo. Et felix uertit clarius opprobrium
non tulit aduerſus proximum ſuũ. Oppro-
brium accipit contra proximum ſuum qui
contẽptum, aut iniuriam uidet irrogari cõ-
tra ꝓximum præſentem, uel abſentem, q̃ ac-
ceptat, oblectatur, & ſuſtinet cum debeat ſi
poſſitis impedire, ſilentium detrahentib. im
ponẽdo, aut ſi habeat authoritatem, illos re-
prehendendo, ſicut hic fecit Dñs, aut ſaltem
acerbum aſpectum oſtendendo, ſignificans
ſe illud audire nolle. Immanis etenim eſſet
qui fratrem ſuũ canib. lacerari perſpiceret,
& vocib. ſaltem illum nõ defenderet. Adhuc
ẽt immanior eſt, qui uidens proximi ſui fa- 9
mam a detractorib. confringi, & cõculcari,
nec eis ſilentium curat imponere, uel ſaltem
ſi magis non poſſit, triſtem vultum eis oſtẽ
dit præcipue cum in Prouerbiis dicatur. Vẽ Pro. 25.
tus Aquilo diſſipat pluuias, & facies triſtis
linguam detrahentẽ. Et ait, dicit D. Hiero. Hieron.
ſi deeſſet auditor, non eſſet murmurator, ne
mo. n. libenter aliquid illi narrat, quĩ narran
tem grauiter, & moleſte audit. Tu uero qui
murmurationem libenter audis, facis ſicut Simile.
qui præbet fallamentum comedẽti carnem
proximi ſui, quę quidem eſt eius fama, & ho
nor. O diabolicam crudelitatem nõ ſolum
canes non deterrere, ſed illos ẽt concitare, ut
fratribus ſuis maiores morſus infigant. Di-
ſcite fratres ex Ieſu Chriſto ſanctiſſimo ma 10
giſtro ueſtro, & attendite quã acriter hos re-
prehendit. O infœlix, qui fratrẽ tuũ dedeco
rare, & infamare curas, & propterea nimis fa
tigaris, ſicut Phariſæi, qui ad hoc ſolum ex
Hieroſolymis cũ tanto diſpendio, & labore
tot millia paſſuum ambulãtes uenerunt, ut
proximis ſuis honorem auferrent, & tãdem
inciderunt in foueã, quã fecerunt. Mirificẽ
depingit Propheta, quãtopere ſibi officiãt, Pſal. 7.
q in proximos ſuos iniquo ſunt aĩo, dicens.
Ecce parturit iniuſtitiam, cõcepit dolorẽ, &
peperit iniquitatẽ. Lacũ aperuit, & effodit

eum,& incidit in foueã, q̃ fecit. Cõuertetur dolor eius in caput eius, & in uerticẽ ꝑsius iniq̃tas eius descendet. Dicit ꝙ peperit iniustitiã,& concepit dolorem. Qui modus loquendi est hic sancte Dauid? peregrino & inusitato sermone uti uideris. Qñ.n.visum est,q mulier prius pareret,q̃ conciperet? ita passio hoĩem excæcat, illumq; tam subuer-
11 sum amentemq; reddit,ut oĩa peruertat. Cõ ceperunt(inquit) dolorem ex operib. fratrũ suorum, & præ rabie inquieti insaniunt. Et postq̃ quasi parturientis rabies dolores perpessi sunt,quod in lucem prodijt,fuit maxima quædã malitia, & iniquitas. Ecquis fuit eorum finis? Lacum aperuit,& effodit eum, &c.ipsi calumniati,& ignominia affecti remanserunt, dñs.n. illis comprobauit eos esse latrones, hypocritas, & deprauatæ conscientiæ. Cauete fratres ne cuiquam malefaciatis, illa.n.uia, qua uicino uestro officere cogitatis,permittet dñs,vt vos destruamini. Et qua ratione tu proximo tuo honorem adimere conaris, eadem ratione permittet Deus, ut ipse altius efferat,tu uero infamia quadã afficiaris sicut his miseris contingit.

Nũc ꝓbat illis dñs eos latrones esse dicẽs.
12 *Ndm Deus dixit,honora patrem tuũ,& matrem tuam.* Hunc autem honorem,& beneficium,ꝙ Deus præcipit liberos parentibus præstare,uos illis aufertis, vt uobis præbeatur. Tã perspicua est hæc obligatio, ut Aristoteles dixerit,non minus stultum,aut superuacaneum esse de honore parentib. tribuendo,q̃ de candore niuis disputare:quorũ neutrum aliquem latet. Tam excellens autẽ est hoc præceptum,ut illud quasi caput iustitiç proximi dñs collocarit. Posset aliquis merito dubitare quare præcepta decalogi in duabus tabulis scripta fuerint, cum in una tantum scribi potuerint? Et qñquidem in duabus scripta fuerunt,quare cum sint decẽ, in singulis quinq; scripta nõ fuerint,nõ autem in altera tria, in altera uero septẽ, q̃ quidem
13 disparitas maxima esse apparet. Quis dubitat hoc non fortuito quidem, sed cum maxima sapiẽtia,& mysterio factum fuisse? Et ꝑtermissis alijs rationib.hæc habetur principaliter.s cum duæ præcipuæ sint partes, in quib.uniuersa iustitia consistit, altera uidelicet,qua Deo; altera uero qua proximo debitum reddimus, ne iustitiæ partes confunderentur,uoluit dñs,vt in duab.tabulis scriberentur. Noluit autem vt æqualiter diuiderentur, ut præceptorum ordo & excellentia

Arist. in Topicis

ꝑspiceretur, atq; ut cognoscerent hoĩes hoc esse maius,& principalius præceptum in iustitia proximi. Et idcirco uoluit hoc præceptum de honorandis parentib.esse prius, ꝙ in secũda tabula scriberetur, sicut ꝑceptum diuini amoris est primum in prima. Et animaduertendum est ubi nostra translatio dicit. Honora patrem tuum,& matrẽ tuam. Exo. 20
In Hebræo est, Chabad quod propriè significat onerare, q̃a præcipit Deus,parentes do 14
nis,ac munerib.a liberis onerari. Licet re vera idem si honorare,qđ onerare,eos.n. quos honorare volum⁹ donis & beneficijs oneramus. Mirabile autem est uisu q̃ plenæ sint sacræ literæ benedictionib. illis,qui sic parẽtes suos honorauerint, repletæ etiam cõminationibus illis,qui eos nõ coluerint. In Eccles. dr, Sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam. Qui honorat patrẽ Eccle.3.
suum iucundabitur in filijs,& in die orationis suæ exaudietur. Magnos thesauros promittit hic dñs honorantibus parentes suos. Prius hic loquitur de honore matris, quam patris. Pater.n.necessario a filio vester honorandus. Matri verò magis filius audet inobedire,q̃ patri,sicut urduarum filijs accedit: 15
qui superbè,& cõtumeliosè matres suas tractãt. Idcirco S. Tobias dixit filio suo. Cum acceperit Deus animam meam,corpus meũ Tob.4.
sepeli,& honorem habebis matri tuæ omnibus dieb uitæ eius,memor.n.esse debes quę & quanta pericula passa sit propter te in utero suo. Atque ideo dicit hic dñs, q honorat matrem thesaurizat. Et qui honorat patrẽ iucundabitur in filijs,& in die orationis suę exaudietur. Iustum est equidem,ut ille qui se in patres suos clemẽtem præbuit, liberos etiam suos in se pios, ac benignos experiat. Et siquidem propter Deum parentibus obedivit. Deus eius precibus obtemperet. Itaque qualem te in parentes tuos prębueris,tales sese liberi tui in te præbebunt. Iõ Noe, Gene.9.
cum filius suus Cham in eum peccaret, dixit. Maledictus Chanaan. Quid? Peccante filio maledicit nepoti? Sic. Et uoluit in hoc significare. Hoc sit supplicium Cham,quod 16
sicut tu in patrem tuum te malum & impudicum ostendisti,talis filius tuus Chanaam sit erga te. Etenim hoc suppliciũ est ex crebris,quibus Deus homines huiuscemodi punire cõsueuit. Et diligenter pensare primam seruitutem, quæ in uniuerso mundo audita est,fuisse hanc, quam Noe filio suo iniecit, addens inferius: seruus seruorũ erit fratrib.

suis.

suis. Itaq. pp peccatū,nec vero ꝓpter quod-
cunq. peccatum, sed propter peccatū cōtra
honorem patris introducta est seruit⁹ ĩ mū
dum. Nam qui patrem non honorat nō est
dignus, qui ut filius,sed ut seruus tractetur.
Nec vero contentus est dicere, ꝙ esset sim-
pliciter seruus, sed dixit: seruus seruorum,q.
est miserrima seruitus. Bonus autem filius
iucundabitur in filijs. Lōgum esset nunc be
nedictiones recensere, quibus Deus illos be-
17 nedicit, qui parentes suos honorant, illisq.
in eorum necessitatib. succurrunt, sicut de-
Eccl. 3. bent. Quod si qs tertium caput Ecclesiasti-
ci legerit, in maximā admirationem rapiet,
videns qd diuina maiestas circa hanc mate
riā dicat. In quo significauit quantopere ve
lit,ut hoc præceptum impleatur, cum illud
obseruanti tot,tantaq; beneficia promittat.
Vnū aūt ex ijs quæ a secularib. hoībus plu-
ris æstimari solent, est ꝙ dixit cum primum
Exo.20. hoc pceptum statuit,dicens, ut sis longæuus
super terrā. O quot annos: vixit Sem filius
Gen.11. ille optimus qui patris sui pudenda pallio
Isid.lib. cooperuit:qui quidē sexcentos annos uixit,
5. Ety- ut patet in Genesi. Et construxit Hierusalē,
mo Ge. ibiq. fuit Rex ut ait Isidorus, Et erat trecen
14. torum nonaginta annorū qn panē & uinū
18 obtulit Abrahæ, qui illic dr Melchisedech
Sacerdos Dei altissimi. Sup quo notari po-
test siquidem Deus pollicetur honoranti pa
rentes suos uitā augendam esse, eum, q pa-
rētes nō honorauerit, magnopere debere ti-
mere,ne De⁹ dies ei⁹ abbreuiet, & coarctet.

Ex maledictionibus aūt, qbus contra hu-
ius pcepti transgressores sacræ literæ fulmi
nant,duas tm̄modo uolo recensere, quarum
Altera habet in Deuteronomio,ubi dicit. Si
Deu.21. genuerit hō filiū contumacē & ꝓteruum, q
non audierit patris ac matris imperium, &
coercitus obedire contempserit, apprehen-
dent eum, &c. & lapidibus obruet eum po-
pulus ciuitatis: & morietur, ut auferatis malū
19 de medio uestri & uniuersus Israel audiens
pertimescat. O maximū diuinæ iræ indiciū?
neque.n. contentus est Deus ut unus carni-
fex illi mortem inferret, se uoluit ut uniuer
sus populus in eum irrueret,ad maiorem hu
ius sceleris detestationē. O Deus si nunc hęc
lex obseruanda esset,quot filij in singulis op
pidis lapidarent? Audite igitur alteram, quę
fortasse uobis terribilior uidebitur,& in ma
iorem stuporem uos inducet. In libro Pro-
Pro.30. uerbiorū dicit. Oculum, qui subsannat pa-
trem, & qui despicit partū matris suæ suffo-
diant eū corui de torrentibus, & comedant
eū filiæ aquilæ. O sancte Deus, q̄ tremenda
res est hæc? i. quod mala morte moriatur,ubi
nullus eū mori uideat, sed aues sint cadaue-
ris illius sepultura. Quā graue peccatū hoc
esse arbitramini fratres, cū illud ipse miseri-
cordiarum pater tāta maledictione puniat?
Rem quandam uobis dicam,q Valentiæ cō
tigit. Impositū est falso crimen grauissimū
cuidā iuueni, & factū est patibulū nouum,
in quo suspenderet, cumq; à carcere abstra- 20
ctus,in locum,ubi suspendendus erat, duce-
retur, ut se iuuenis illic uidit, obstupefactus
proclamauit,& dixit,uerè iustè morior,non
pro falso crimine,quod mihi imponitur,sed
quia in hoc ipso loco in matrē meā uiolen-
tes manus intuli, & tunc illa tāto scelere, &
impietate indignata hāc mihi maledictionē
iniecit dicēs: O utinā in hoc ipso loco suspē
sus aspiciaris. Hoc exemplo cōmouemini,ò
parentes ne filijs uestris maledicitis, licet
illi maximā uobis occasionē præbeant. Plu
rimum .n. ualent parentum maledictiones
erga Deum. Vos autem, ò liberi patres ue-
stros ueneramini, diuinorumque supplicio
rum seueritatē pertimescite, quibus huius p
cepti transgressores etiā in hoc seculo, mul-
tò autem grauius in futuro puniri solent. 21

Addit amplius Dn̄s in istorum Pharisæo
rum reprehēsionē dicens: *Hypocritæ bene pro
phetauit de uobis Isaias &c.* Dicet aliquis.
Quare toties hos hoīes redēptor noster hy-
pocrisis rephendit? nunqd nō est minus ma
lum esse quenq̄ hypocritā,q̄ ꝓfanum popu-
loq; ac proximis scādalum dare,sicut in hac
tēpestate ferè oēs sunt pauci .n. hypocrisim
prę se ferre curant, sicut ueteres olim facere
cōsueuerant, sed malunt ꝓfani, q̄ hypocri-
tæ apparere? Dico duplex esse hypocritarum
genus,alij n. sunt, qui in exterioribus operi
bus probitatem demonstrant, licet interius 22
ambitione uanitateque sint repleti, atque etsi
in corde suo sunt mali (prauitatis suæ Deo Simile.
rōnem reddent) nobis saltē sunt utiles. Sta-
tua, q iuxta ficulneam posita est prodest ad
deterrendos passeres,ne ficus comedant: Sic
hypocrita, q exterius bona opera facit, est
statua,qa exterius sanctus apparet, interius
uero plenus est paleis, & uanitatibus, & si- 1.Re.16.
cut dixit Deus Samueli. Homo enim uidet
ea,quæ apparent: Dominus autem intuetur
cor.Cumq; homines nihil aliud quam exte-
riora aspiciant, est illis utilis huiusmodi
hypocrita, eius enim exemplo se a malis co

hibent: itaq; hic hypocrita si est malus, sibi soli officit. Alterum est genus hypocritarũ ꝓfanorum, q in nulla alia re, nisi in lingua, & uerbis hypocrisim habent: opa ãt peruersa faciunt. Iustitiã ꝑdicant, & deprædantur: & malè facientes uolunt significare id ꝙ faciunt sanctissimũ esse, & cũ peccato honorè uolunt aquirere: sicut illi Pharisæi, qui dicebant ceco. Da gloriam Deo. Quasi diuini
Ioan. 6. honoris zelatores essent, ꝙ quidem ipsi non intendebant, nec illud faciebãt, ut inde altis-
23 simæ maiestati honor dimanaret, sed ut gloriã Christo Redẽptori nostro abstraherent. Ideo dicebãt, Ne credas hoĩem istũ tale opꝰ fecisse, sed Deus hoc fecit, & illi da gloriam. non autem isti. Talis erat maledictus Rex. Achaz, cui cum Esaias diceret. Pete tibi si-
Esai. 7. gnũ a Dño Deo tuo, &c. Rñdit: Nõ petã, & non tentabo Dñm. Quæ rñsio nõ ex humilitate qdem, & religione processit, aut ne faceret contra domini ꝑceptum ꝙ in Deuteronomio scriptum erat. Non tentabis dñm
Deut. 6. Deum tuum: & tunc miraculum petere nõ erat Deum tentare, siquidem ipse Deus ꝑcipiebat tunc, ut illud postularet. Noluit aũt petere miraculũ ne gloriã illam Deo daret, nolebat. n. Dei oĩpotentiã in miraculo ꝑspici, erat. n. idolo latria, & fingebat se ꝑp Dei re-
24 uerentiã nolle miraculum exposcere, liberet nes Deus à tali ꝑuersitate. Hoc hypocritarũ genus multò peius est altero superadicto.

Tales erant hi miseri: q utilitates suas expetentes ordinationes in rapina fundatas decernebãt, fingebant ãt se ꝑp sanctimoniam, atq; ut maius Deo ministerum fieret, illas constituere. Ideò tã acriter illos Dñs repræhendit uocãs eos hypocritas citãsq; Esaiã.
Esa. 29. *Bene* (inquit) *prohetauit de uobi Esaias dicẽs. Populus hic labijs me honorat, cor ãt eorũ longa est a me.* In nulla alia corporis parte hñt sanctimoniã, præterq̃ in lingua. Super hæc uerba notandum est, ꝙ sicut ut aliqs sit ꝑfectus hõ, oportet corpus & aĩam habere:
25 ita ut sit qsq; perfectũ: fidelis dẽt habere internas & externas uirtutes. Virtutes internæ sunt fides, spes, charitas, humilitas, &c. Externæ sũt q̃ corpore exercent̃, ut eleemosynę, abstinentia, mortificatiões, &c. Et ideo de aĩa iusti dicit̃. Quæsiuit lanam, & linũ, & operata est consilio manuũ suarum. Per hęc
Pro. 31. duo lanã uidelicet, & linũ duplices uirtutes designantur. Vestis linea est interior, uestis autem lanea est exterior. Et aĩa sancta lineis laneisque uestibus se curat exornare, i. uirtutibus interioribus, & exterioribus se conat induere. Præterea aĩaduertendũ est quemadmodũ in hoĩe ab aĩa corpus uiuificatur: ita in iusto uirtutes exteriores a uirtutib. interioribus uita & esse accipere. Ex quo manifeste apparet præcipuum, ꝙ seruus Dei curare debet esse, ut aĩum ꝑficiat: cuius ꝑfectio in illis interioribus uirtutibus cõsistit, Idcircò Psa. 118.
Dauid dixit. Confitebor tibi in directiones cordis, in eo ꝙ didici iudicia iustitiæ tuæ, i. cũ ego à te dñe fuerim edoctus, & intellexerim finẽ, & intentionẽ legis tuæ esse, ut tibi 26
seruiamus, teq; in cordis rectitudine diligamus: idcirco tibi cum hac rectitudine seruire, in eoque oẽs meas uires, & conatus adhibere decreui. Hinc cognoscetis q̃ longe errent, q initiantes in uirtute instruũt, q oẽm diligentiã adhibent docendo eos, ut oculos exterius claudant, & ualde cõpositi modesti que incedãt: cũ tñ interiorem rectitudinẽ illos nõ erudiant. Nam licet exteriora merito debeant cõmendari, nihil tñ absq; interiori uirtutũ cõcentu prodest. Melior ãt uia ut qs exterius se componere, & mortificare norit, est prius interiorã cõponere; corpus quippe nihil aliud est quam aĩę umbra, & sic faciet qdcunq; ipsa fecerit, illãq; sequet̃ sicut um- 27
bra sequit̃ corpus. Et quemadmodũ ex optima humorũ proportione (in qua corporis salus cõsistit) optimus, & uiuus faciei color resultat: ita cõpositi spiritu facile cõponitur & corpus. Ideo Ecclesiast. dicit: Sapientia Eccles.
hoĩs lucet in uultu eius. Atque ipsa natura corporis constructionem à corde exorditur, ut ex illo in cætera oĩa mẽbra naturalis calor deriuet̃. Nam sine illo calore qũo cætere mẽbra accŕescerent? Sic spũalem fabricatio nẽ ab aĩæ interiori initium sumere oportet. Ad hoc aũt permagni interest sanctorum librorum crebra lectio, feruida oratio, diuinorũ mysteriorũ assidua meditatio, cęlestiũq; donorũ, q̃ a liberalissima Dei manu percipimus continua recordatio; diuinorũ denique sacramẽtorũ deuota frequentatio. O fratres 28
charissimi si uobis penitus ꝑsuadere possẽ, ut his sanctis exercitationib. uos offerretis, earũq; amore ardentissimo caperemini. Hęc est. n. ꝑcipua cã quare tã procul cor nostrum à Deo abest: s. qa ab his sanctis exercitationibus nimis remoti simus. O Deus infinitæ maiestatis, per clementiã tuam te deprecor, ut horũ fratrũ meorũ uoluntates inclines, ad hæc, quæ illis tuo noĩe commendaui opere complenda; siquidem illorũ tanti refert.

Vna

Vna ex sublimioribus, & præstantioribus sentẽtijs: quas Plato protulit, ꝑp quam hoc nomen diuinũ adeptus fuit hæc est. Scilicet. Nemo uobis persuadeat esse maius aliquid ea uirtute, quæ dr̃ pietas, qua uidelicet diuinum nomen colimus,& ueneramur. Quod quidem uerum est, quapp in hac maiorem ardorem, & efficaciã adhibere deberemus. Et ita nobis commendat sapiens dicens. Oĩ custodia serua cor tuum, quia ex ipso uita procedit. Notate q̃uo dicit: oĩ custodia, qd' sanctis illis exercitationibus conficitur, quę cor in diuino amore faciunt uiuere. Ex hoc sequitur, quot quantasque diuinæ maiestati gratias agere debeamus, quia tot dona, & præmia largiens hoĩbus in ijs reb. diuinum cultum constituit, quæ magis in potestate nostra sitæ sunt. Si illum in eleemosyna erogand a collocaret, quid facerent pauperes? Si in sacrosanctis locis uisitãdis, q̃d facerent claudi? Si in ieiunijs, disciplinis, & cilicijs, quid facerent infirmi? Ideo illum in re, quã oẽs pñt facere, constituit, qui est amor. Hoc uoluit dñs significare cum p̃cepit Moysi, ut postquam populum annumerasset (quod factũ est postea) unusquisq; solueret dimidiũ sicli ad conficiendũ tabernaculum. Et diues (inquit) nõ addet ad dimidiũ sicli, & pauper nihil minuet. Quid dñe? Nonne bonũ esset, vt diues plus daret, quã pauper? Dico in hoc Deum significare noluisse, cum illa fuisset quędã diuini cultus protestatio oẽs pariter hanc cordis rectitudinem, synceritatemque & charitatem habere debere. Oẽs.n. nos in amandi facultate facit æquales: Pauper ꝑp inopiã suã non hac obligatione liberabitur. Si quidẽ igitur fratres mei dñs tanta in oẽs liberalitate usus est: dilligentissimè curemus nos præcipue cordiũ nostrorũ reformationi tradere, ut illa interioribus, & exterioribus virtutibus desiciamus: Diligenter etiam laboremus ut illas secundum corporales uires exerceamus, cum (vt dictũm est,) vtrũq; sit necessarium. Hoc est, quod his Pharisęis deerat: & ideo ipsis dicit Dominus; Hipocritæ bene prophetauit de uobis, &c.

Plato.

29 Prou. 4.

Exo. 30 Num. 1

30

31

Verum heu, heu, quot hoĩbus hodie dici potest, idem quod Iesus Christus illis miseris Pharisæis dixit: *Populus hic labijs me honorat, cor aũt eorũ longe est à me*. Vereor ne de plurimis cantoribus dici hoc possit, qui sæpenumero magis curantes auditorum auribus, q̃ Deo placere, attentius uocũ concentum, q̃ cordis affectũ, deuotionẽq; aĩaduertunt. Quamobrem ualdè timendũ est ne eis dicat illud Amos. Aufer à me tumultũ carminorũ tuorũ, & cantica lyræ tuę nõ audiã. Dicit dñs. Notate q̃uo has musicas, quas nos cõsentaneas iudicamus, tumultũ, confusionemq; appellat. Refert Cæsarius cum in quadam ecclesia presbyteri maximi musici solẽniter decãtarent, cumq; suas dulces, & canoras uoces suauissimè duplicarẽt, uidisse seruum Dei, qui iq; eadem ecclesia erat, Diabolũ in sublimi stantem, saccũq; sinistra manu habentẽ, dextera uero uoces illas, & concentus colligentẽ, quousq; saccum repleuit. Peracto aũt diuino officio illi inter se gloriabat' dicẽtes. O qua optimè declinauimus. Quibus dixit seruus Dei. Etiã. Optimè continuistis, q̃nquidẽ saccum repleuistis. Admiratiq; illi quare seruus Dei hoc dixisset, ipse reuelauit illis uisionem, quã uiderat. Eia patres mei attendite q̃n decãtatis, ne diaboli saccum uocib. repleatis, & cãtus in luctũ, & confusionẽ uobis conuertat'. Canite, canite uocib. corda uestra quoad poteritis in Deo collocantes. Ne de nobis dicat'. Populus hic labijs me honorat, cor ãt eorum longe est à me. Ad uos autẽ me uerto uiri nobiles, qui cum plurimas orationes recitetis, nõ facitis quod dicit B. Augustinus. Scilicet, cũ oratis Deum hoc uersetur in corde ꝙ profertur in ore. Sed ita recitatis, ut nullã aliã attentionem, nec intentionem habeatis, nisi qualiter horas & laborem recitandi finiatis. Vereor ne suprã uos illa Dauidis maledictio cadat. Oratio eius fiat in peccatũ. Nã, vt Theologi asserunt licet hõ non teneatur semper orare ad dñm, cum tñ orat oportet illum meminisse, orare, esse cum Deo, loqui cũ eo agere sibique necessaria ab ipso postulare, ad qd' requiruntur duo, attentio uidelicet, & reuerentia dño cum quo loquitur. Quæ si p negligentiã nostram quum oramus, nobis desunt saltẽ à peccato ueniali non excusantur. O terribilem infælicium filiorum Adæ calamitatem? Et hoc infælicitas nostra maximè cognoscentur, ꝙ plerunq; vnde vtilitatẽ & spiritualem ꝓuentũ elicere deberemus, in de incõmodũ auferimus. Et peracta oratione fortasse potius habemur quare à Deo ueniã, q̃ præmium ex illa postulemus; Etiã est valde miserandũ, ꝙ uniuersi ferè hoĩes plebei in maximis festiuitatib. ad ecclesias ueniunt ad cantus laudesq; Dei audiẽdas, nec uero ad illas plus attendunt, q̃ si essent statuæ. Nec aliud sentiunt quã ꝙ corporaliter mu-

Amos 5.

Cęsari.

32

33 August.

Ps. 106.

lege D. Th. 2. 2. q. 83. ar. 13.

34

musicus illis,& uocum concentib. delectan
tur,ac si ad theatra pergerent ad comædias
audiendas. Et ita alij alijs dñt eamus in illud
tēplum,quia illic solenne cōpletorium cum
musica celebratur,& nihil aliud uolunt,quã
sicut comædijs delectari. Et sic ex ardentissi
Iob.24. mis dñi laudib. quasi gelu frigidi exeũt. His
contingit illud Iob dicentis:calcatis torcula
rib. sitiunt. De q̃bus timendum est ne dica-
tur qđ dixit Deus p Malachiam, his uerbis.
35 Dispergã super vultum vestrum stercus solē
nitatum uestrarum, O summe Deus q̃ terri-
Mala.1. bilia uerba? Videteq; turpi, & deformi noīe
nuncupat Deus solēnitates,quas ipse conse-
crauerat, vt exaggeraret q̃ graue malum est
illorum,q res tã sanctas sicut festiuitates ita
cōtaminarunt,ut à Deo stercora nuncupen-
tur. O frates charissimi per clementissima
Saluatoris nostri Iesu Christi uiscera vos ro
go, ut res diuini eius ministerij uerè, & ex
aĩo operemini,atq; in orationibus sacrosan-
ctisq; officijs sitis sicut oportet cũ maxima
attētione,deuotione,& reuerētia, vt ex oĩb.
spiritualē prouentũ eliciatis; gratiãq; adipi-
sci ualeatis,qua cęlestis gloria cōparatur, ad
36 quã nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Feria V. post Dominicam III. In quadragesima.

Surgens Iesus de Synagoga introiuit in domum Simonis. Luc 4.

REfert S. Euãgelium q̃ pdicante
dño Capharnaũ stupebãt in do
ctrina eius:q a in ptãte erat ser-
mo ipsius. Peracta verò concio
ne surrexit, q̃ introiuit in do-
mũ Simonis. *Socrus aũt Simonis tenebatũ ma
gis febribus.* Atq; ideo illuc introiuit,vt cum il
la miam faceret,eiq;salutē cōferret,vt uos in
1 hoc doceret oēs doctores& pdicatores opor
tere doctrinã suã operib. miç cōprobare. Id-
circò B.Paulus ad Romanos dicebat. Vobis
autē dico gentib. quãdiu q dem ego sum gē
Ro.11. tium Apostolus, ministerium meũ honora-
bo, si quo ad æmulandum prouocem carnē
meam,& saluos faciã aliquos ex illis. Ille mu
nus suum honorat,qui optimis uitę suę mo
rib. illud comprobat. Et sic in Leuitico præ
Leu.19. cipiebat Deus,dicens. Agrum tuum nō seres
diuerso semine. In quo significabat in spiri-
tuali agro,q sunt fideles non oportere bonã
doctrinã cũ malo exēplo seminari. Quũ.n.
prædicator aliter dicit, & aliter facit diuer-
sum semen serit in agro Dei. Dabo operam
(ait S.Apostolus) vt quãdiu vixero ministe
rium meum bonis morib. optimaq; uiuēdi
rōne honorē. vt si fortasse cũ Hebręi meum
bonum exemplum aspiciãt,meq; tot p Iesu
Christo labores patientē intueantur, ita ad
fidē amplectanda concitētur. Quia pdicato
ris munus est, alios ad bonum prouocare,
ideo dicit,prouocē,&c. Est ualde notãdum
B.Apostolum sibi tribuere illud q̃ pprium 2
est Dei,s.hoīes saluos facere. Vt saluos faciã,
inquit, &c. Hoc autē intelligit se uelle hoīes
saluare,vt coadiutorē, ministrumq; Dei,nō
autem vt causam principaliter efficientem.
Quid igitur emolumenti inde hauriet? Ad
hoc inferius rñdet dicens. Si.n.amissio eorũ
reconciliatio est mundi, quæ assumptio nisi
uita ex mortuis? i. si per Hebræorum ruinã
gentes à Deo reconcialiatæ sunt,ut saltē ipsi
Iudæi cum viderent gentes idololatras in tã
sublimi uirtutis perfectione constitutas, in-
uidia commoti ad Deum conuerterentur, si
igitur ex illorum ruina tantã utilitatē Deus
abstraxit, qd ex ipsorum cōuersione depro-
met, nisi mortuorum uitã illis.n. conuersis
gentes in virtute magis inflãmabuntur. Pro 3
bat autē cōuersionum hãc possibile esse di-
cens. Quod si delibatio sancta est,& massa.
Delibatio est minima quædam pars cuius-
cunq; rei. Sicuti parum panis, aut vini in cō
paratione multi, &c. Eiusdemq; naturæ est
pars,& totum. Qđ si una igni scintilla sur-
sum ascendit, eand eēt qualitatē ignis totus
hēt. Et si parum terræ deorsum descendit,to
ta etiam terra similiter descendet. Cumq; Iu
dæorum uniuersitas sit quasi massa magna;
Apostolo autē,alijq; discipuli cum reliquis,
qui ex Iudaismo in initio ad catholicã Iesu
Christi fidem cōuersi sunt,oēs quasi particu
la sint in cōparatione remanentum Iudæo
rum,quemadmodum delibatio.(idest pauci
illi,qui crediderunt)bona fuit,sic etiam pōt
esse uniuersa massa. Hoc est oēs Iudæi. Cir- 4
ca quod,hoc maximè cōsiderari necesse est.
B.Paulum sibi persuasisse sufficientissimum
medium oīum,quæ sub cęlo sunt ad tam ad
mirabile opus conficiēdum,sicut erat ptina
ces illos Iudæorum aĩos ad Iesu Christi fi-
dem conuertere, esse bonum exemplum.
O admirabilem optimæ uitæ docentis effi- Psal.91.
caciam? Atq; etiam plurima bona opera &
virtutes in prędicatore requiruntur,quarum
una est patientia,sicut dixit Dauid. Bene pa
tientes

tientes erunt: ut annuncient, &c. Non dicit
benè loquëtes erunt boni prædicatores: sed
bene patientes, alia uirtus est, ꝙ ab omni se-
culari puluere, & palea immunes sint. Et sic
Esa. 52. Esaias dixit. Quam pulchri super montes pe
des annūciantes, & prædicātis pacē, annūtiā-
tis bonum. Et q̄q̄ illic in sensu historiali loq
tur de illis, qui Hebræis redemptionis suæ
nuntios tulerunt: in sensu autem propheti-
co spirituali de prædicationibus intelligitur
Et sic ꝙ primum in ꝓdicatorib. animaduer-
tit, prius quam os, & uerba, sūt pedes. Quam
pulchri (inquit) sunt pedes &c Mirabile est
ꝙ ueniat nuncius Hierosolymis Babylonē,
& mundis pedibus accedat. Maximū est, &
ualde mirabile, ꝙ ita in prædicatione tua ui-
5 uas, vt pedes tuos seculari vanitate, & utilita
te nunq̄ inficias. Veruntamen super omnia
requiritur, vt prædicator charitatem, clemen
tiamq; maximā erga pauperes habeat. Admi
rabilis est cōsideratu charitas, & mīa B. Pau-
li, singularisq; diligentia, quam in subueniē-
do pauperibus adhibebas, non solum in spi
ritualibus, sed in corporalibus etiam necessi
tatibus. Et quam diligenter populis commē
dabat, ut eleemosynarū collectas faceret; ut
eas ipse ad pauperes deferret. Dicit.n. Neces-
sarium ergo existimauit rogare fratres ut ꝓ-
ueniant ad vos, & ꝑparent repromissam be-
nedictionē hāc paratā esse. Vt aūt esse pluri-
ma eleemosyna addidit dicens, sic quasi be-
6 nedictionem, non quasi auaritiam. Hoc ātdi
co. Qui parce seminat, parce & metet. Et qui
seminat in bñdictionibus, de bñdictionibus
& metet. Aduertite qūo illos ad magnas ele
emosynas erogandas prouocat dicens: quan
to plus dederint, tanto illos plus collecturos
esse. Tanta lætitia afficiebatur liberales illos
& misericordes in pauperes animaduertens.
vt inferius dixerit, quoniam ministerium hu
ius officij non solum supplet ea, quæ desunt
sanctis, sed ēt abundat per multas gratiarum
actiones in dño, per probationem ministerij
huius, glorificantes Deum in obedientia cō
7 fessionis uestræ in euāgelio Christi & simpli
citate communicationis uestræ in illos, & in
oēs, & in ipsorum obsecratione pro uobis.
O admirabilem tam S. Apostoli pietatem?
Videte q̄d dicat. Ex hoc (inquit) ministerio
meo, ꝙ facio eleemosynas q̄rens non solum
sanctorum pauperū remediū, sed maxima ēt
utilitas dimanat, s. ꝙ non cesso Deo gratias
agere ꝑp hoc quod hoc ministerio meo de
obedientia fideq; uestra in Euangelio Iesu
Christi experior, uidens simplicitatem, qua
bona uestra sanctis illis, oībusq. alijs pauperi
bus communicatis, & simul pauperū illorū
gratitudinem animaduertens, qui cum ma-
ximo spiritus feruore pro uobis Deum exo
rant. O quis linguā, & spiritum habere, ut
uerba hęc charitatemque quam hic S. Apo-
stolus manifestat, gaudiumq; quod ex unorū
largitate, & misericordia, atq. aliorum grati
tudine percipiebat, satis dignè posset exage 8
rare. Super oīa autē uellem, ut magnopere
pensetis quod dicit hic S. Apostolus, s. singu
larem fidei, & obedientiæ S. Euangelij pro-
bationem esse bona, quę à Deo accepistis cū
omnibus egenis cum simplicitate cōicare.
Hoc igiť docet diuinus Magister, cum pera-
cta cōcione ad uisendam infirmam pergit.
Hæc āt doctrina non prædicatoribus tm̄, sed
& patribus ēt familias, & longè maximè pla
tis conuenit. Parum enim vtrorumque ad-
monitiones proficiēt, si eorum subditi illos
crudeles, & sine misericordia prospiciunt.

Et rogauerunt illum pro ea: & stans super illam imperauit febri, & dimisit illam. Opti
mum pietatis exēplum nobis hîc B. Petrus,
eiusq; socij præbuere cum intelligentes oēs 9
quanto amore, & reuerētia S. Petrus socrum
suam coleret, illi fauere voluerunt simul cū
illo dñm pro infirma exorantes, ut illi salu-
tem cōferret, sicut realiter contulit. Ex quo
apparet quanti referat bonū generū habere,
filiamq; optimo uiro locare, ideo.n. hæc bo-
na uetula socrus S. Petri tantum bonū à do-
mino adempta est. Et si in hac re non tempo
ralem utilitatem præcipuè oportet intendi,
sed illud potius, quod ad Dei ministerium
spectat, & ad filiæ uestræ salutem pertinet.
Idcircò summopere tenemini, diligentissi-
mè aduertere, cui uiro eam locatis, illamq;
viro optimo debetis tradere, siquidem illam 10
locare uobis incumbit. Quod adnotauit B.
Paulus, his uerbis. Qui iudicauit in corde
suo seruare uirginem suam benefacit. Igit,
& qui matrimonio coniungit uirginē suam 1.Co.7.
bene facit, & qui non coniungit, melius fa-
cit. In quibus uerbis docet bene facere lo-
cando, aut nō locando filias, vtrumq; esse in
potestate parentum. Quia uerò tam arduæ
rei cura parentibus a Deo cōmissa est, opor
tet illos, diligentissimè animaduertere quo-
modo hoc faciunt, ut ad filiarum suarū spiri
tualem salutem faciant. Et sic ubi nos legi-
mus quid faciemus sorori uestræ in die quā-
do alloquenda est? in Hebræo habetur, Cant. 2.

quando de ea multum, & sæpe loquendum est. Qñ.n. uirgo uiro tradenda est, oportet hoc sæpenumero loqui, & animaduerti, ut in re tam necessaria, & ardua non erretur, & necesse est magis attendi, quæ ad Dei gloriã, animæq; illius salutem spectant, q̃ diuitias, tẽporalesque utilitates. Philosophus Themistocles, (ut refert Valerius Maximus, & Tullius) habebat filiam, quã duo uiri in uxorem petebant, quorũ alter erat diues, & stultus, alter uerò sapiens, sed pauperrimus. Tunc dixit Philosophus: Malo filiam meam locare uiro indigenti pecunia, q̃ pecuniæ indigenti uiro. Sñia est tanto Philosopho dignissima.

Va. Ma. li. 7. c. 2. Tull. de Offic.

11 Super quo notate mysterium, s. quod sponsa dr̃ habere defectum, quod ipsa fatetur dicẽs: Nigra sum. Et inferius dicit. Nolite me considerare, ꝙ fusca sim, quia decolorauit me sol, de spõso autẽ non dr̃, ꝙ habeat defectũ. Imò de ipso dr̃; Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus. Et paulò post: totus desiderabilis. In quo docet Spiritus sanctus æquius esse uirum in matrimonio fœminæ, q̃ fœminam uiro excedere, i. cõuenientius esse, quod uir fœminam excellentia superet, quã ꝙ ab illa superetur. Cum.n. mulier affectione potius, quam rõne moueatur, nisi in uiro suo bonas qualitates fuerit experta, in eius odiũ deueniet. Vir autem, q

Cant. 1. Cant. 5.

12 magis ratione, quã passione ducitur melius uxoris suæ disparitatem dissimulat. Itaque ad matrimonij concordiã requiritur, ꝙ semper uir uxorem excedat, non autẽ uxor uiro suo præstet, uirum.n. oportet esse caput fœminæ. Pro quo facit, ꝙ Abraham prius uocabatur Abram: & Sara uocabatur Sarai, dixit autem Deus Abrahæ, addamus unam literã, Sarai ãt comminuamus, & sic auctũ fuit nomen uiri, comminutum uero nomen uxoris remansit. Nunquam uxor debet uiro suo iudicio, sapientia, aut alia re præstare. Nam ex hoc statim oritur contemptus ex cõtemptu aũt aliæ plurimæ calamitates dimanãt. Ideircò oportet uos aduertere, ut talem tam bonũ tamque prudentem uirum filiæ uestræ eligatis, ut illa nunquam ad illum negligendum deueniat, O quantum est circa hoc lachrymandum? tam crudeles.n. sunt patres in aĩas filiarum suarum, ut nunquam attẽdant, qũo ipse melius Deo possint seruire, sed quomodo ditiores, potentioresque erunt. Et aliqñ

Gen. 17.

13 permittit Deus, ut qñquidem filiã tuã uiro improbo matrimonio coniunxisti, non ob aliam causam, nisi eo, ꝙ diues erat post paucos dies uniuersam substantiam suam, dotẽque, quam illi dedisti, ludendo consumat, & sic omnia dissipata manent.

Imperauit febri, & dimisit illam. Statim in illo instanti obedijt febris domino, & ab illa muliere recessit. O q̃ maxima confusio est hoĩbus uidere, qũo creaturæ oẽs, absque ulla repugnantia creatori suo obtemperãt, solus autẽ hõ non obedit. Quod autẽ peius 14
est, si huius rei causa quæratur, nihil aliud respondere possum, nisi hanc esse huius inobedientiæ causam, s. quia maiora, & præstantiora beneficia, q̃ aliæ creaturæ, à Deo accepit, i. quia illi Deus liberum arbitrium concessit, quod inferioribus creaturis non tribuit. Cum que se in uoluntate liberum experiatur, præ nimia arrogantia effertur, quasi Lucifer, qui ex fauore, occasionem accepit, vt esset, qualis nunc est, Videris tibi, ò frater dignas gratias Deo referre? qui quia ab eo rationalem spũm accepisti, id propter illum nõ uis facere, quod bruta animalia, lapidesque, ac cæteræ omnes insensibiles creaturæ faciunt? quare pudore non confunderis, cum 15
hoc de te dicatur? O Christe supernæ mundi Magister quàm optimũ nobis quatenus Esai. 61.
homo perfectissimæ obedientiæ exemplum præstitisti? Et sic cum celebrem illam prophetiam Esaiæ, dicentis: Spiritus domini super me, diuinus hic Dominus legeret, ipse dixit illam de se intelligi, dicens se Spiritum sanctum quasi gubernatorem, & dominatorem, quatenus hominem habuisse, in quo maximam obedientiam, qua Spiritui sãcto, inquantum homo, obediuit, denotauit, Luc. 4.
docens nos qualem obedientiam Deo haberem deberemus, si essemus quales non esse oporteret. Veruntamen ij sumus, qui nõ super nos quidem, sed sub pedib. nostris Spiri- 16
tum sanctum gerimus, eius inspirationes, & pcepta negligentes. Quo supplicio arbitramini tãtam malitiam satis dignè puniri posse? Quare Domini furorem non pertimescitis? Notate quodam exemplum, quod uos faciam obmutescere, ita, ut non habeatis, quid mihi possitis rñdere. Qñ quis tondetur dẽt esse nimis quietus: si illi dicit tonsor, eleua caput, statim eleuat, si declinare iubet, continuo illud declinat, si iubet aperire os, aperit, denique si illi huc, aut illuc uerti iubet; oĩa libẽtissimè adimplet. Quod si illũ interrogetis quare illo hoĩe gubernetur: respõdebit, quia habet in manu nouaculã, & sup caput meũ illam uibrat, & iuxta fauceas meas ponit,

ponit, & in magno discrimine constitutus sum, ne aliqd' vulnus mihi infligat. Attendi
Esth.13 te nunc. Nũquid oĩa in ditione Dei nõ sunt posita? sic dr, quia in ditione tua cuncta sunt posita. Nunquid Deus non habet in manu sua ancipitem nouaculam? sic certè, sic. n. di-
Psalm.7 citur, nisi conuersi fueritis gladium suũ ui-
Iob.13. brauit. Nunquid super uos manum suã non habet positam? talẽ ãt manum, quã magnopere pertimescens Iob dicebat; Manum tuã longe fac à me, Siquidem igitur hic Dñs uo
17 bis dicit: caput extollite, hoc est cælestia contemplamini, &c. caput reclinate per humilitatẽ, vultum cõuertite, & proximis uestris loquimini, inimicisq; vestris ignoscite. Aperite os, i. laudate me, quare huic potẽtissimo Dño non obtemperatis: obeditis tonsori timẽtes ne vos percutiat, quare igit' non timetis, ne à Deo percutiamini? cauete ne ancipiti illo gladio vos abscindat, qui quidem corpus occidit, animã uero in infernum perpetuis ignibus cõcremandã detrudit. O vtinã æterna Dei Maiestas oculos uestros aperiat, vt hæc tam necessaria penitus cognoscatis.

Sequitur in textu. Et continuo surgẽs ministrabat illis. Ecce quare Dñs uobis salutẽ
18 confert, ut. s. cum primum à morbo surrexeritis, illi seruiatis, sicut hæc bona mulier fecit, q̃ statim ualetudinẽ virisq; suas in illius ministerio occupauit, qui sibi salutem concesserat. Non equidem vos ita facitis, sed ad nihil aliud ualetudinem accidere uidemini, quã ut illa quasi armatura contra Deum vestrum muniamini. Vide miser quid dixeris, quando in lecto ægrotus tenebaris? & vide quid feceris postquam ualetudinẽ recuperasti. In quot turpitudines, cupiditates, ambitiones, postea immissus es. O cęlũ, ò terra super tãta iniquitate obstupescite. O quoties bonus Dauid Sauli seruiuit, q̃ ingratus autẽ huc, atq; illuc maledictus Saul tanta solicitudine fatigatus incedebat, illumq; persequebat', ut occideret, cumq; tã maledicta solici
19 tudine premeret', illum Dauid in potestate
1. Reg. sua habuit, eiq; mortem potuit inferre, qñ
24. partẽ pallij eius abscidit: ꝓ cum cognosceret Saul dixit illi iustior tu es quã ego, tu. n. tribuisti mihi bona, ego aũt reddidi tibi mala. Et statim post parum temporis illum insectatus est iterũ, & conatus est eũ occidere. Sic tu facis cũ Deo: animaduerte ò peccator te à Deo in lecto iuxta mortẽ teneri, tu uero dicis: O Domine iustior tu es quam ego. Tu enim tribuisti, &c. ego emendabor, ego tibi seruiam, ut ãt primum à lecto surgis statim illum offendis. An diuitias bonitatis eius & patientię, & longanimitas contẽnis, ignorat qm̃ benignitas Dei ad pnĩam te adducit?
Aduertite Ezechiã, quã ingratus ab infirmitate quadã exit, cum tm̃ illi Dñi beneficium fecisset, vt pp unam lachrymam, quam effu Rom.2.
di, quando Esaias illum cõminatus est, vt ad montẽ prępararetur, quindecim annos uitæ Esa.38.
eius addiderit, dederitq; signum, ut sol decẽ gradus regrederetur. Angelumq; miserit, q 10
cõplures ex hostib. eius interimeret cum ille in maximas angustias ab eis esset redactus. Postquã autem ualetudinem, tm̃que bonũ perceperat, cum tãta ingratitudine exit, vt de illo dicatur: sed nõ iuxta beneficia, quę acceperat, retribuit, quia elatũ est cor eius, & cum superbia thesauros suos Babylonicis ostendit, & facta est cõtra eum ira Dei, & 2.Pa.32
contra Iudã, & Isdraelem. propter peccatum enim Regis solet Deus uniuersum regnum punire. Ecce quid ab infirmitate surrexit, ut scilicet ualetudine sua illũ offenderet q eam sibi concessit. Idcircò ego dico continuam quandam orõnẽ fieri oportere. Et vnumquẽque Deum sic debere exorare. O dñe conce- 21
de mihi q̃so gratitudinem cum bonis, q̃ mihi largiris. Nolo bona sine gratitudine, sine qua oĩa sunt aconitum, & venenum. Homini ingrato plus officit bonum, q̃ uniuersa mundi mala, siquidem bonis superbus exurgit, malis ãt humiliatur. Rogate igitur Deũ fratres charissimi, vt uos gratos faciat, Et qñ à morbis exurgitis incipite illi ex animo seruire. Et cauete ne sicut ire sicut ira Dei contra Ezechiam, eiusque regnum facta fuit: sic etiam contra uos exurgat. Non. n. vnum vobis, alium uerò alijs Deum esse oportet.

Cũ autẽ sol occidisset, omnes qui habebant infirmos, &c. Post solis occasum infirmos ad Dominum tulerunt, q̃a dies festus erat, nec vero antea illos deferre audebant, festum. n. violare sibi videbãtur, si infirmos ante solis occasum deferrent, ut illis manus imponeret salutemq; conferret. Sic enim illos falsi prædicatores docebant, cum tamen res sit, 22
qua festum summopere sãctificatur, ꝓ peractis diuinis officijs infirmus subueniatur. Sane deferebant ægros diuersis infirmitatibus ad Dominũ, vt illis valetudinem impertiret. Et sic modo fieri, oportet, quod sani morib. debent omnibus possibilibus vijs, & rationibus infirmos, (hoc est peccatores) ad verum medicum Iesum Christum spiritualiter

ter sanãdos deducere. Maius, & pstãtius factum, quod hõ in toto hoc orbe põt gerere est vnã animã lucrari. Hæc est.n.pretiosior, & meliores, quæ in uniuerso mũdo est. Quibus modis, & stratagematis vteretur homo si industria sua se imperium posse cõparare cognosceret. Has igitur, & multò plures rationes, & diligentiã oportet nos ad animã lucrandã adhibere. Idcircò B. Paulus dicebat,

2. Ti. 2. omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutẽ consequantur Nullo labore, aut difficultate nos in hoc charitatis opere reuoca-

23 ri deberemus. O fælicẽ & beatũ illũ, qui hæc intelligit, & omni possibilitate sua exercet.

d. Th. 3. p. q. 42. ar. ad 1. & Ca. ibi & q. 47. arti. 6. in Cor. *Exibant aũt dæmonia à multis clamãtia, & dicentia, quia tu es filius Dei.* Quæritur inter sanctos doctores vtrũ cũ diaboli hęc dicerẽt, Christũ Iesum filium esse Dei cognoscerent? Respondent aũt q non. Quare igit illũ Dei filium nuncupabant, nisi illum talẽ esse existimabant? Hoc faciebant suspicãtes ex multis signis, q̃ in illo animaduertebant, illum esse filium Dei, & affirmabant q nesciebant, sed quod tantũmodo suspicabant. Talis es tu ò peccator fili diaboli, & eius imitator, q plurimis dicis, non q scis, sed quod

24 opinaris. Atq; etiam in hoc es peior diabolo, qui etsi q nesciebat, affirmabat, illud tamen, quod dicebat, erat in honorem Iesu Christi filij Dei, siquidem illum filium eius appellabat. Quod autẽ ut dicis est plerunq; fratris tui uituperium, & ignominia. Vide ergo q̃ graue sit malum istud cum in hoc sis peior diabolo. Hoc aũt peccatum male de proximis iudicandi peioribus hominib. est

Ecc. 10. communibus. Vt dicitur in Ecclesiastico: In uia stultus ambulans, cum ipse insipiens sit omne stultos æstimat. Qui a duos dies à turpitudinibus tuis nõ potes abstinere, arbitraris, ne religiosos qdẽ viros ab ipsis abstinere posse. Ita ille magno Holophernis hostiarius, cũ ipse esset carnalis & turpis suspicaba

Iudi. 14 tur Holophernem cũ Iudith dormire, & uiceversa erat: qm̃ sancta Fæmina crebro se

25

Iob. 15. Deo cõmendauerat. Etiã Iob de impio dicit, cum pax sit, ille insidias suspicat. Nõ credit qd reuerti nõ possit de tenebria circũspectãs undiq; gladius. Qua impius uidit hominem aliqñ malum fuisse arbitratur eum sẽ p esse malum. Impossibile esse iudicat quẽquam de culpæ tenebris ad sanctæ uitę lucẽ cõuerti. O q̃ magnum malum, & q̃ diabolica est hæc deceptio uide infælix q dicit Ecclesiasticus, facile est.n.in oculis Dei subito honestate pauperem, idest, peccatorem. Et

Ecc. 11. alibi. A mane vsq; ad uesperam mutabitur

Ecc. 18. tempus, & hæc omnia citata in oculis Dei. Quam breuiter solet Deus peccatorem conuertere. Hoc autem non intelligunt filij perditionis. Quam uice versa faciunt serui Dei qui de nemine malum suspicantur sicut dicit B. Paulus charitas non cogitat malum, 1. Co. 13

Exod. 8. idest, ubi charitas commoratur, ipsa de omnibus bene cogitare docet. In Exodo legitur quod qñ Pharao dixit Moysi, & Aaron: Do-

26 minum, ut auferat ranas à me, & à populo meo, & dimittã populũ, ut sacrificet Domino, illi libentissime hoc fecerunt, & dicit ibidem sanctus textus q egressi sunt Moyses & Aaron à Pharaone, egressi sunt (in q̃) contenti, & valde læti, sicut perpendit in hoc loco interpres quidam, arbitrantes regem iam esse mitem, & sperantes populum statim dimittendum esse. Cum ipsi boni essent, nullum malum de rege suspicabantur. Non cogitabant humanum cor tantã malitiam posse concipere. Et postquam Moyses in cacumine montis Sinai certior factus est de idololatria, quam Hebręi cõmiserant, qa Deus

Exo. 23 illi dixit: vade, descende, peccauit populus tuus &c. feceruntq; sibi uitulum conflatilẽ, & adorauerũt eũ. Descẽdit uir sãctus de mõte cum Iosue, quib. descẽdentibus dixit Iosue Moysi. Vlulatus pugnæ audit in castris. Ex quo colligitur Iosuę non fuisse in cacu-

27 mine mõtis, nec audiuisse Deũ cum Moyse de peccato illo agẽtem. Et iam apertè apparet Moysen nihil de illo scelere reuelasse Iosue, qa iusti non delectantur de proximorum peccatis loquendo. Hic etiã synceritas, & innocentia Iosue detegitur, qui quodcunque aliud infortuniũ de tumulto illo suspicaretur, potius q̃ illos in idololatriã incidisse iudicaret. Cui Moyses respondit. Non est clamor adhortãtium ad pugna, neq; uociferatio compellentium ad fugam, sed uocem cantantium ego audio. Quasi diceret, utinã clamor ille esset pugnæ, ut haberẽt occasionẽ proclamãdi ad Deũ, & ab illo auxiliũ po

28 stulandi. Hæc autẽ non est proclamatio, sed gaudiũ, qa Deũ offenderũt. Nõ solũ àt qui à Deo illuminati, charitatemq; pleni sunt ab his suspicionib. cauẽt, verũ de ijs ẽt, qui naturali tm̃ ratione ducebantur, vobis dicam exemplum, q est in libro Genesis, vbi dr̃ cũ

Gen. 26 esset S. Patriarcha Isaac in terra Abimelech regis Palestinorum, cumq; dixisset Rebeccam sororem suam esse, prospiciens rex per

fene-

fenestrā uidit eū iacētē cum Rebecca vxore
sua. Et accersito eo ait: perspicuum est quod
uxor tua sit. Aduertite nunc p charitatē gen
tilis regis probitatē, qui uidens Isaac ludentē cum Rebecca noluit illū cum sorore sua
incassum iudicare; sed rē hanc in meliorem
partem uertit dicens; absque dubio hæc est
uxor eius, siqdem cum ea iocatur. Nos verò
cum Christianissimus, cumq; maiori ratio-
ne ab hoc malo nos abstinere debeamus sta
tim nos temere pcipitamus, & quod peius
29 est, illa, q temere, & insipienter iudicamus,
statim alijs reuelamus occasionem illis præ-
bentes, vt etiam & ipsi ita iudicent. Et aliqñ
ea dicimus, sic ut certa, & iā deliberata, non
vero sub suspicione constituta. sicuti hi dæ-
mones, qui id quod suspicabantur, absolutè
affirmabant. O terribilē miseriam, & ęternis
tormentis dignissimā, cauete fratres reueren
tiam Dei à tā perniciosa peste, sicut est hæc
ex qua tātum proximis vestris prouenit de-
trimentum, vobis autem tam graue rema-
net peccatum. Tu quis es (dicebat Beatus
Ro. 13. Paulus) qui iudicas alienum seruum. Domi
no suo stat, aut cadit: stabit autem. Potens
enim Deus est statuere illum.

Sequitur in textu. *Et increpans nō sinebat*
30 *ea loqui.* Noluit Dñs à dęmonijs laudari do-
cens etiam, in hoc nos debere erubescere cū
à malis laudamus. Etiam Seneca dixit: Sit ti
Seneca. bi tā triste laudare à turpibus, quā si laudaris
ob turpia. Homines prudentes debent ver-
ba æstimare ſm qualitatem eorum, q ea lo-
quuntur, & si quibus homines diabolici te
laudant, signum est, te illis esse similē. Cum
tales homines res bonas non soleant com-
mendare. ¶ *Facta autē die, egressus ibat in de
sertū locū.* O diuinum, & admirabile exem-
plum, nunquam Dñs erat otiosus, nec ma-
ne, nec uesperi cessabat benefacere. Manè in
synagoga pdicabat, & statim illinc exibat
31 vt opera pietatis faceret, vesperi autem ægris
manus imponebat, illisq; ualetudinem con
ferebat, & ubi primum dies illucescit, in de-
sertum pergit ad orandum, contēplandum,
& pro nostris sceleribus lamentandum. Di-
scite fratres mei ab hoc diuino Magistro, ut
in uirtutis uia non deficiatis, sed semper ul-
terius progrediamini, ut in sanctis exercita-
tionibus, quas cæpistis proficiatis. Et ad hoc
utimini consilio quod S. Propheta Dauid
Psal. 54. nos admonet dicens: iacta super Dominum
curam tuā, & ipse te enutriet. Et nō dabit in
æternum fluctuationē iusto. Quod B. Hie-
ronymus ex Hebręo uertit dicens, iacta sup
dño tuū amorē & tuā charitatem, & ipse te
enutriet. Ipse te enutriet, & saginabit, ut ani
ma tua sit fortis, & cōstans, ne quolibet uen
torū flatu sicut arundo moueatur. Non da-
bit (inqt) in ęternū fluctuationē iusto. Hanc
autē pseuerantiā ad huius cælestis dñi imita
tionem esse oportet, in operū pietatis exer-
citatione & in recollectione sanctæ orōnis,
diuinarūq; rerū contēplationis simul. Pluri-
mi.n. sunt, qui q in diuinæ orōnis, & contē 32
plationis studiū diligēter incumbunt, maxi
ma à dño beneficia cōsequuntur, feruorem
que in operibus pietatis comparant. Postea
vero adeo his exteriorib. exercitationib. as-
suefiunt, ut interiorum, vñ bonum, qꝫ habēt Apoc. 2.
abstraxerunt, fere obliuiscantur. Hos repre-
hēdit dominus prælati Ephesi noīe dicens,
scio opera tua, & laborē & patientiā tuam, &
q nō potes sustinere malos, &c. sed habeo
aduersum te pauca: qꝫ charitatē tuā primā
reliquisti. Memor esto itaq; unde excideris,
& age pñiam, & prima opera fac. Sin autē vę
nio tibi, & mouebo candelabrū tuū de loco
suo, nisi pñiam egeris. Dico fratres mei eos,
qui feruorē orationis, & deuotionis, quā in
principio suę cōuersionis habuerint, pp ne-
gligētiā perdiderant, oportet his uerbis ma
gnoperè deterreri, & sic uos Dei nomine ad 33
moneo, eos q ab incepta orōnis exercitatio
nè destitistis, sup uos reuertamini curantes
suauissimi Iesu Christi filij Dei, uestigie se-
ctari, quā post tot exteriores exercitationes
miæ, egressus ibat in desertum locum. Exte
riori domus, & cubiculi uestri angulo deser
tum tranquillum efficite, ubi diuino amore
curetis inflammari: interiorumq; atq; exte-
riorum potentiarum defectus & ruinam, q
plerunq; ex corporalib. exercitationibus so
lent prouenire, diligētissime reficere labora
te. Et sic in diuina gratia proficietis, qua cę-
lestis beatitudo recipitur. Ad quam nos per
ducat Iesus Mariæ filius, Amen. 34

Feria VI. post Dominicam III. in Quadragesima.

Venit Iesus in ciuitatem Samarię, quę dicit Sichar. Ioan. 4.

REfert Gloriosus Euangelista Sanctus
Ioannes dominum propter Pharisæo
rum malitiam Iudæam reliquisse, & Gali-
læam

læam perrexisse. Vt aūt de vna in aliam prouinciā migraretur, necessario per mediā Samariā prætereundū erat, & dicit S. Euangelium Dñm ex itinere fatigatum ad agrū, q iuxta ciuitatē Sichar erat, accessisse, quem Iacob filio suo Ioseph quondā reliquerat. Et in hoc agro erat puteus, ad quē accedens Dñs.

Fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontē

Iter faciebat optimus Iesus non equitās, sed nudis pedibus. O q̄ta confusio est hęc Christianis huius tpis, præsertim Ecclesiasticis viris.
2 Tantus est fastus, & apparatus quē superbia nostra nobis attulit, ut iā nō Christiani qdem, sed gentiles esse uideamur, atque illis ēt excedamus. In libro Iosue dr̄, quod oppu-
Iosu. 11 gnātib. filijs Israel terram promissionis dixit Deus Iosue, se illi reges, qui in eū cōsurrexerant, traditurū esse, pręcipitq; ei, ut eorum spolia sibi suisq; acciperet, & peculiariter illi iussi, ut equos eorum subneruaret, currusque triumphales igne cōbureret. Et dr̄ ibidem, fecitq; sicut præceperat ei Dñs, equos eorum subneruauit, currusq; cōbussit igni. Mysteriosum fuit pfecto pceptū hoc ne Hebræi, qui erant populus Dei, & amici eius in equis, & curribus incedere assuefierent. Hi
2 .n. fasti maximam secum amentiā, & arrogātiā afferunt. Sufficit homini, ut rebus necessarijs moderate utat̄. Hinc est, q̄ non iussit Deus Iosue, vt iumētā, & humilia aīalia subneruaret. Quod gentes triumphalib. currib. utant̄, tolerabile esse vr̄, q̄ aūt Christiani his etiam uanitatib. delectentur, satis magnum malum est. Hoc autem peius est, q̄ nunc gētiles, Turcæ, & Mauri equos, & currus nō habent: Christiani autem ijs abundant. Quod autē longe pessimū est. Ecclesiastici viri, q redditus habent Ecclesię, vix iam domo sua in tēplū uadunt nisi in multis magnę pōpę, & auctoritatis. Oculos igitur in summū sacerdotem Iesum Christum conijciant, & per eius reuerentiam, & imitationem de istis ni
3 mij, & superfluis pompis circuncidant.

Veniebat dulcissimus hominū amator fatigatus post unam aīam. O q̄ parum huius charitatis, & solicitudinis est hodie in orbe
Rom. 5. terrarū. Hoc est, q̄ B. Paulus dicebat: uix .n. pro iusto, quis moritur, idest, pro uirtute, p zelo, pro honore Dei, pro animarum deniq. conuersione. Hoc enim significat hic iustus pro his rebus uix est, qui moriatur, uel minimū quemq; laborē patiatur, pro malo satis multi sunt, qui moriantur, ò quot pro honore, pro utilitate, pro uoluptate, pro amici sui defensione, qn̄ uadit, ut turpitudinē aliquam cōmittat moriuntur. Pro his iniustitijs non desunt, qui uitā suā periculo obijciant, atq; āt moriuntur. Pro iusto autem, i. pro operis executione, quis moritur? nemo quidē præter iustos imitatores Magistri totius iustitię Luc. 15.
qui ut unam animam conuertat tanto cum labore, & defatigatione iter facit. Et sic parabolam proposuit pastoris, qui reliquit nonagintanouem oues, & uenit, ut unā tātum quæreret, significās in hoc, etsi nulla alia aīa pter unam in uniuerso mundo pdita esset, 4
hanc tn̄ uenturum fuisse Dominum, vt quæreret, sicut, & oēs simul quęsiuit. Et ita beneficia sanctissimæ incarnationis, vitæ, & passionis eius nō sunt cōsiderāda quasi generalia omnib. (etsi realiter uniuerso mundo vniuersalia sunt, & ut illa ijs omnib. qui ex illis fructum percipere uoluerint) Sed, ut singularia, & propria vniuscuiusque. Amor enim, quo diuinus Redēptor beneficia hęc in homines contulit, illa propria, & singularia efficit quantum est ex parte sui. Celeriter ibat ut hanc mulierem iuxta puteum inueniret, ne hāc occasionem prætermitteret, sed iam ipse iuxta puteū esset, cū illa ad hauriendam aquam accederet, ut ad bonum faciendum occasiones quærere discamus, sicut nos ad- 5
monet Ecclesiasticus dicens: fili conserua tps. Et alia trāslatio dicit, occasionem obser Eccl. 4.
ua. Obserua (inquit) occasionē benefaciēdi, vt illam arripias. Dicit hoc, quia statim præterit, ni si illam manib. arripiamus. Vult Spiritus Sanctus, ut quasi in specula occasionē expectemus, vt cum primum obreperit, illā apprehendamus, & ea utamur. Occasiones mali. etsi illas nō quęramus, ipse sese nobis offerunt occasiones autē boni, non tam cito reperiuntur. De maledicto Iuda dicit B. Lucas, & quęrebat opportunitatem, ut traderet eum sine turbis. Ad tm̄ insultum tamq. nefa
riā proditionē opportunitatē, & occasionē 6
inqrebat. Quare ergo tu, ò Christiane opportunitatē non inuestigabilis ad facienda, q̄ ad animæ tuæ salutem sunt conducibilia?

Cum Dominus esset delicatissimus iterq; Luc. 22.
longum confecisset, & hora esset quasi sexta quod in illa regione, vbi in meridie tantus est calor, & ęstus, ut ignis à cœlo pluere uideatur, atq; etiam, q a nihil illa die comederat, his omnibus de causis erat optimus Iesus nimium fatigatus. Et sic cū hac defatigatione ad ostium putei sedit, ut uapor ille, qui exibat à puteo aliquid caloris, quo æstuabat,

bat, refrigeraret. O dulcissime redemptor animæ meæ, o potẽtissime cæli, & terræ impera tor, quare ibi sub tãto solis ardore commoraris? Nunquid nõ est aliqua arbor, q̃ te vm
Ioan. 4. bra sua recreet? hederã illam, q̃ Ionæ præparasti, ut eum a solis calore tueretur? quare etiam tibi præparare noluisti? Aquilã illam, quã B. Seruatio tribuisti, vt altera ala quasi ventilabro illũ refrigeraret, altera verò quasi conopæo eum a sole protegerit, quare tibi nõ assumis? vbi sunt Deus meus Angeli tui, q'a tibi non ministrant? O admirabilem optimi Dei nostri charitatem, qua suorum necessitatibus occurrit, ipse aũt quatenus ho
7 mo omnes labores sine vllo refrigerio, & cõsolatione perpeti voluit, quo suum erga nos amorem maximum clarius reuelaret.

Sedebat sic super fontem. Sic fatigatus vt nobis opus erat, sedente corpore anima nõ quiescebat, sed defatigationis suæ cãm cogitabat. Et qũo labores ac defatigationes suæ tã paucis (eorum culpa) profuturæ erant, atque hoc eius pœnã, ac dolorem magis adaugebat. Hoc adnotauit B. Ioan. dicens: Cum aũt tanta signa fecisset coram eis nõ crede-
Ioan. 12 bant in eum. Et D. Marcus dicit. Et mirabatur pp incredulitatem illorum. O admirabilem exaggerationem? q ipse Deus admi-
8 ratur in quem non cadit admiratio. Magis defatigatur mercenarius, quãdo illi merces denegatur, quam defatigatur est labor, quẽ
Matt. 6. in illa p̄omerenda tulit. Merces Iesus Christi Dei nostri est utilitas, & prouent⁹ noster spũalis, q aũt ex laboribus suis fructum nõ percipiamus, hoc illi maiorem dolorem, & pœnam attulit quàm labores corporales.

Venit mulier de Samaria Et inopinatam, quamq. non quærebat uitam, inuenit. O ineffabilia iudicia Dei? Et quam merito dixit
Rom. 9. B. Paulus. Igitur non uolentis, neq; currentis, sed miserentis est Dei. Hæc mulier, nec
9 uolebat, nec quærebat, nec currebat, & tñ misericordiam impetrauit. Ecce illã edololatram, peccatricem, quæ quinque viros habuerat, nũc autem lenonem habebat, in qua cunque partem eius, oculos conijciatis, uilissimam illam esse iudicabitis? Ex mala patria, ex mala generatione, infamem, diuitijs, egentem, & multo magis uirtutibus carentem. Quidcunque in illa reperiri potest Dei donis est indignum. Accedens autẽ ad fontem, quod minus cogitabat, cuiusq; magis immemor erat, animæ suæ salus erat, in quã tamen diuina probitas suos clemẽtissimos oculos coniecit. Sicq. illam nobilem, & honestam reddidit, ut ex infami peccatrice in minimo temporis spatio quodãmodo Apostolam, & Euangelizantem illam effecerit. Magnopere gaudeamus fratres mei, eo qđ tam clementem Deum, ac dominum habeamus: qui cum tam misericors & liberalis sit in eos, qui illum non quærunt, qualis erit in illos, qui eum diligentissime quæsierint, illumque ex toto corde suo dixerunt? si hoc facit cum iis, qui sui obliuiscuntur, quid faciet cum illis, qui ipsius sunt memores?

Dicit ei Iesus. Da mihi bibere. Cui illa respondit, dicẽs: Quam tu Iudæus cum sis, etc. 10
Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis.

Tanta inter illos erat inimicitia, vt ne parũ qdẽ aquę Samaritana Iesu Christo dare auderet, eo q Iudæus esset. Illorum autem dissensionem non miror: sed hoc summopere admiror, quòd cum Christianissimus legẽque amoris profiteamur, maximæ sint inter nos simultates, & odia. Quod si linguarum discordia admirabile illud opus Babylonicę turris conturbauit, & destruxit, quãto magis cordiũ disparitas, & discordia nos oẽs poterit euertere? Quapropter cum tam parum pacis inter nos uersetur, minime debemus Gen. 12
admirari si tam abiectos, atque humi prostratos nos experiamur. Ad rerum omnium 11
naturalem generationem omnia elementa oportet cõuenire, & ablata uniuersa discordia, & repugnantia, quæ inter illa est, in una concordia, & necessitudine coniungantur. Ex hac autem elementorum concordia pretiosæ margaritæ generantur, aurum, argentum, cæteraque decora omnia metalla producuntur, in quibus summopere Dei sapientia illucescit. Quid uero uniuersæ medicinæ regulæ dicent, nisi ex humorum concordia ualetudinem oriri, ipsorumque discordia innumeros morbos, & mortẽ procedere? Suauis autem musica, in quo nisi in conformi uocum concentu consistit? Atq; 12
hoc voluit natura docere ĩ lapide Thirreo. qui si integer in aquas immittitur, non submergitur: si autẽ confractus, & diuisus cõijcitur, statim demergitur in profundum. Sic Respublica, Monasteriũ, & Senatus in amore, & concordia mirabiliter conseruantur, diuisione uero omnia consumuntur, & dilabuntur. Quapropter fratres charissimi vos rogo, sanctissimæque Trinitatis nomine adiuro, ut passiones omnes, & odia deponatis. Attendite totum malum, quod proxi-

mus

mis vestris facere potestis minimum esse, si
cum incõmodo, ꝙ uobis ĩtertis, cõparetur.
Ideò Dauid dixit. Circundederunt me sicut
Ps.117. apes. Merito equidem inimicos apibus cõ-
parauit q̃ parum dãni afferunt illi quem cõ-
pungunt, ipsæ uerò moriuntur. Vt ãt discor
dias euitetis, q̃ sæpenumero ex nænijs, pun-
ctis, & leuissimis uerbis oriuntur, q̃ nullã ha
bent vim, nisi q̃ tu imaginatione tua illis tri
buis, optima utimini prudentia, & consilio,
quod uos docet Spiritus sanctus, dicens: Bo
nus sensus vsq. in tps abscõdet uerba illius,
& labia multarum enarrabunt sensum illi⁹.
Magna est hominum amentia, quod si igno
13 miniosum illis verbum dicatur, aut quod il
Eccle.1. lis molestium attulit: maximè fatigant illud
ante oculos ferentes, & crebro cõsideratio-
ne ruminantes. Est ne (aiunt) possibile homi
nem illũ hoc mihi dixisse? hic ꝓfecto est de
fectus prudentiæ. Hõ prudens abscõdit ver-
bũ, ꝙ illi molestiã allaturum est, nec illud in
cogitationẽ suã patitur venire. Et idcirco di
gnus est qui ut prudens sapiensq. laudetur.
Hæc Samaritana habebat concubinariũ,
& fortasse nõ faciebat scrupulũ de hoc, ma-
ximum uero scrupulũ eẽ ducit proximo in-
digenti parum aquæ prębere. O quot homi
nes huiuscemodi reperiunt, qui res grauissi-
14 mas parui faciunt, in reb. uero minimis se
scrupulosos ostendunt, sicut dixit dñs: Væ
Mat. 23 vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, duces
cæci excolantes culicem: camelũ aũt glutiẽ
2. Reg. 12. tes. Vt Dauid adulteriũ cõmitteret, interro
gabat, an mulier eẽt sanctificata ab immun
ditia sua. Vidistis nũc scrupulũ? nõ habebat
scrupulũ ꝙ mulier illa nupta eẽt, & ipse a-
dulterium cõmitteret, & scrupulum hẽbat
glutiendi culicem. Acsi grauius peccatum
esset ad illam accedere, quæ lege immunda
erat, q̃ ad illam, q̃ uiro tradita erat. Fratres
bonum est vos de paruis peccatis scrupulũ
habere: nam idcirco dixit dominus illis Pha
15 risæis. Hæc oportuit facere, & illa non omit
tere, sed oportet vos multo maiorem de ma
gnis rebus scrupulum habere, siquidem in
illis magis saluatio nostra periclitatur.

Respondit Iesus, et dixit ei: Si scires donum Dei &c. Horũ uerborum optimus quidem
sensus est hic. Mulier si intelligeres quantũ
bñficium Deus in te conferat, cum ego a te
quicquã petã. Si cognosceres quã vtile ẽ ho-
mini aliquid Deo dare, siquidẽ vnum petit,
ut pro illo centũ retribuat, & prius nobis do
nat, ꝙ a nobis exposcit: pri⁹ alterã manũ ad
largiendũ, quã alterã ad recipiendum porri-
git. Et sicut dicit Ecclesiasticus. Ad locum
vnde exeunt flumina reuertuntur, ut iterũ
fluãt. Quod mare secretus quibusdã uenis,
fontibus, ac fluminibus aquas suppeditat, Eccl.'16
quas ab illis palã recipit, sic ẽt Deus ea om-
nia, q̃ illi damus, secreto nobis restituit. O
mulier, si scires quam liberalis est Deus, qui
est hic, qui modo a te petit, tu forsitan pe-
tijsses ab eo, & dedisset tibi aquã viuã. Nota
te ꝙ qñ dicit ipsam a se petituram esse addi
dit hoc aduerbium, forsitan. In quo liberũ 16
arbitrium designauit, ꝙ qdẽ Dei cognitio-
ne non tollit. Et sic multi eum cognoscunt,
qui tamen ab eo nihil petunt. Qñ vero di-
xit, dedisses tibi, non addidit, forsitan. Nam
ut dicit D. Pau. Ille, si Deus fidelis permanet, 2.Ti.2.
negare seipsum non potest. Non ponit sub
dubio se aquam uiuam concessurum esse,
si illam ab eo petieris, sicut, & quõ oportet.
O infinitam Dei probitatem, quot suæ im-
mensæ mĩæ nobis pignora largitur. Nos
uero ex illa fructum nolumus percipere.
Aquam uiuam appellat gratiã, quæ animas
uiuificat, & sic qui illa carent, mortui nũcu- 17
pantur. Idcirco Deus alloquens, & consolãs Isa.26.
Isaiam, quod peccatores populi sui ad gra-
tiam reddituri erãt, dicit: Viuẽt mortui tui:
Et cõsiderans Propheta maximum hoc es-
se beneficium, cum admiratione replicat di-
cens: Interfecti mei resurgent, acsi diceret.
O ineffabilem Dei beneficium, quod pecca
tores populi mei resurrecturi, & uitam gra-
tiæ recuperaturi sunt.

Cumq; illa diceret: *Puteus altus est: vnde ergo habes aquam uiuam? Omnis qui biberit ex hac aqua sitiet iterum, &c.* Vsq. ibi: *Non sitiet in aeternũ.* Ad aquam ex secularib. pu- Simile.
teis hauriendam plurimis funibus opus est.
Vt aliquid ex hoc mundo eliciatur tãto in-
genio, & negotiatione opus est, ut illud ꝓ- 18
curantes homines faciat insanire. Acceditis
ad regium tribunal ad efflagitandam iusti-
tiam. Vt autem illam hauriatis, tandiu com
moraturi estis, totq. funes, & patrocinia q̃si-
turi, & muneri oblaturi estis, ut defatigemi
ni, & quando iam tandem pro uobis fertur
sñia, & plura sunt dispendia, quę fecistis, quã
præcipuum, quod ex lite quærebatur. Qui
uero postulant beneficia, tam cara illa alli-
ciunt, ac si ea emerent, Qui cathedram expe
tit, ꝙ ambituum funes pri⁹ iniiciũt, quã illã
hauriat, ut bñficiũ aliqd cõsequamini, quot
annos illis prius seruitis, a quibus illa spera-

tis adipisci, & quot illos largitionibus corrũpitis? quot pecunias consumitis? nec aduertitis istam esse simoniã, Deũq; grauissimè offendit. O Pater ego nõ largior munera, nec
Simile. pecunias prębeo pro beneficio, sed pro eius redditibus. Dic igitur mihi frater, si uidens ptiosam margaritã & tibi splẽdor magnopere placeret: diceres: Dñe accipe cẽtũ aureos, istius margaritæ splendorẽ mihi uende. hic est.n. qui mihi placet, ocalisque meis est de-
19 lectabilis. Nũquid si tale diceres stultus non crederers? Nũquid ignoras accidẽs sine subiecto uendi non posse, & nescis margaritã simul emendã esse, si eius splendorẽ uis emere? sic ꝑfectò est in beneficijs, de quibus loquimur. Dicis duo illa aut tria millia aureorum qui illius beneficij sunt redditus quotannis, corã oculis tuis maximè rutilare, & hæc te uelle emere affirmas. Hoc aũt fieri non põt, aurei.n. illi sunt accidens, qđ subiecto adhæret: & si redditus emis, beneficiũ simul emis, & maximã Deo infers iniuriã, nec tñ istud animaduertis pp nimiã sitim ardentissimũque desiderium quo teneris bibendi aquam
20 putei huius mũdi. Hæc igitur aqua, quæ tanto cũ labore hauritur, bibenti illã non extinguit sitim, sed sitiet iterũ. Nã uere potius ęq umbra, quã ipsa aqua dici põt. Nec uero qt quis unquã aliquid quæsiuit, contentus est eius umbrã adipisci. Quod oẽs naturaliter desiderant, est uoluptas. Vera autẽ uoluptas in solis diuinis rebus est, cætera enim tpalia huius seculi sunt quædã umbra: sicut dicitur malos in inferno cõfiteri, dicentes. Transierunt oĩa illa tanquã umbra. Vnde infertur
Sap. 1. quã insensati sint seculares hoĩes, qui his rebus terrestribus delectãtur. Sicut cati, q sua met umbra lasciuiunt, & infans, qui umbrã suã amplecti curat, uerũ aliquod corpus es-
21 se arbitrans. De qbus Ecclesiasticus: Quasi
Simile. qui apprehendit umbrã, & ꝑsequitur uentũ, sic & qui attẽdit ad uisa mẽdacia. Ecce quõ
Eccl. 34 Spũs sanctus res huius seculi appellat mendacia. Magicartibus suis efficiunt ut appa-
Simile. reat hic hortus amęnissimus eum arborib. fructibus oneratis: sed qñ acceditis ad colligẽdos fructus, nihil inuenitis, & cognoscitis nihil esse præter solam apparentiam. Tales sunt oẽs res huius mundi, undæ ergo prouenit, quod cum res seculares sint umbrę, non uero aqua uera, quę sitim extinguat illas tantopere diligamus, tantaque solicitudine perquiramus. Ego uobis hoc dicam:
Simile. quando hõ habet solem ante oculos, tunc umbra est post terga, qñ autẽ sol est à tergo, umbra hoĩem pręcedit. Ita etiam qñ Deum ante oculos gerimus, attẽteq; affectuosè ei gloriam contemplamur, à tergo gerimus pręsentis uitę umbram, & quicquid in illa est pro nihilo ducimus. O fratres charissimi si assuesceretis quotidie aliquot horas curã diuina Maiestate uos afferre, & uere, atque ex animo res uestras cum illo tractare, atq; etiam gloriam, quam bonis preparatam habet, tormentaque quibus malos puniendos 22
esse decreuit, assidua animi cogitatione uolueretis: q̃ à tergo oẽs huius mundi nænias gereretis, & illas quasi umbras, nequaquam apprehendere curaretis. Quando Dauid dicebat: Diuitię si affluant, nolite cor apponere, optime credo eum ab omnibus secularibus rebus longe suum euulsisse, Nec uero istud admiror, ipse enim dixit. Prouidebam Psal. 15.
dominũ in cõspectu meo semper, qm̃ à dextris est mihi, ne cõmouear. Cumque solem ante oculos suos ferret, aperte sequitur illũ à tergo gestarum esse umbram. Verũ uę uæ nobis, quãtopere in hoc deficimus? O Deus infinitę Maiestatis, quis nunc uerba haberet quibus hoc satis digne posset amplare? Tu 23
Deus meus mihi efficaciam largire, quo his fratribus tam meis necessariam hanc rem sciam persuadere. Ecce malorum uestrarum fontem. Solem à tergo geritis, ita Dei obliti inceditis tam à tergo illũ defertis, ut hinc proueniat quod umbrã corã oculis feratis. Hinc est quod secularia tantopere studio, ác solicitudine perquiratis. Sin minus dicite quęso, ex quotquot horis sunt in die, quot in Dei cogitatione, & in maximis eius erga uos beneficijs, atq; in arctissima ratione, quã illi de his omnibus reddituri estis, consumitis. O cæci, quare nõ pudore confundimini, scientes plurimos dies præterire, in qui- 24
bus non magis de Deo cogitatis, ac si Deus non esset; nec aliam uitam esse crederetis? Dum igitur tantopere Dei obliuiscamini, illumque ita contemptum post terga deferatis, potius admiror quę non facitis mala, quã ea, quę facitis. Pudeat uos fratres mei quasi gentes uiuere, hęc secularia tanto studio inuestigantes, siquidem postquam illa consequuti faeritis, tam aridi ac sitientes remansuri estis, sicut antea. Quapropter diuinam gratiam, quę ex diuinę probitatis puteo hauritur. adipisci curate: ad quã hauriendum non opus est his funibus, negotijs, & solicitudinibus: & postquam hausta, & bibita

bita est,secularium sitim extinguit,sicut hic
sũma Veritas affirmat,dicens: Qui aũt bibe
rit ex aqua, quam ego dabo ei,non sitiet in
æternum, & quamuis temporalium rerum
sitim extinguit,quo tamẽ plus ex illa bibit
eo maiorem Dei habet sitim, ardentiusque
illum uidere desiderat.

Et dicit amplius: *Sed aqua,quam ego da-
bo ei fiet in eo fons aquæ salientis in uitam
æternã.* Toties gratiã appellat aquã,vt signi-
fice admirabilẽ efficaciam,q̃ hẽt ad aĩas,ab
25 immunditijs suis abluendas. Et ita intelligit
Ezec.36 illud,qđ dixit p Ezechielem: Effundã super
uos aquã mundam,& mundabimini ab om
nibus inquinamentis uestris q̃ qdem diuina
est eius gratia. O si nobis hæc aqua plueret,
cũ tam immundi,& obscœni simus, q̃ mun
Psal.67. di,& decori maneremus. Sic dicit Dauid,
ubi p eo qđ nos legimus:Si dormiatis inter
medios cleros pẽnę colũbæ deargentatæ,&
posteriora dorsi eius in pallore auri. Alij pro
uerbo: cleros, cacabos, & ollas uerterunt,
idest,si tam immundi, & obscœni peccatis
uestris cõmoramini;sicut qui inter immun
das ollas cõmoratur,& quasi carbones effe-
cti estis:postq̃ abluti fueritis pulchri & deco
26 ri eritis sicut columba,in quã solis radij re-
uerberãt, q̃ deargẽtata,& inaurata eẽ uidet.
Sic abluit,& exornat gratia,& fit ĩ eo, q bi-
berit illã fons aquæ salientis in uitã æternã,
idest,aĩas,in qb.cõmoratur tãto cęli deside-
rio inflãmat,ut oẽs eius cogitationes,uerba
actionesque,& uniuersi motus illuc dirigan
Simile. tur,& in hoc totus occupetur. Qđ si hoc uo
bis incredibile uidet, magnetis uirtutẽ con-
templamini,miraculosum.n.qd uidetur qđ
arcus illũ attingẽs talẽ uirtutẽ recipit,ut ubi
cunq; illã colluces, statim motu suo uersus
Septentrionalẽ plagã tendat, & quousq; il-
luc pueniat,nõ sistat. Et cum tot sydera, &
planetæ ĩ cælo sint,oẽs tñ deserit,& sydus il
lud pgit,qđ Hispanè dicitur (*Norte.*) Si er-
go magnes tã admirabilẽ illã uirtutẽ acui p
27 bet,qd mirũ q diuina gratia hunc motum
uersus cælũ animũ tribuat,& q in eis corde
psiliat prę desiderio iam illic commorandi?
Philip.3 Tactus erat gratia Diuus Paulus & illi, de
qb. loquebatur,cum dixit: Conuersatio no
stra in cælis est. Ex his Saluatoris nostri uer
bis tristitiã,& timorẽ maximũ concipere de
beremus,qa siqdem dicit gratiã suã usq; ad
uitã ętemã psilire ab affectu,quia animam
psilire facit, signũ est diuinam hanc gratiã
in plurimis nostrũ forsitan nõ esse, quando
quidem quietissimi sumus ad uitam æternã
minime prosilimus.

Sequitur in textu. *Dixit ad eum mulier.
Domine da mihi hanc aquam, &c. Voca ui-
rum tuum ait ei Dominus.* Quid?dñe Deus
meus nõ potes illi aquã dare absq; facultate
uiri eius? Mulier hęc aqua talis est,q̃ coram
uiro tuo dari possit. Non sunt bona dona,q̃
fœminis dantur,nec tñ corã earum uiris eis
dari possunt:signũ est enim,oĩa esse ad ma-
lum,&c. *Non habeo uirum, respondit mulier,* 28.
habebat enim cõcubinarium. O quantum
est hoc malum, & quã uniuersale in Eccle-
sia Dei. Miserabilis est uisu imbecillitas, q̃
est circa hoc,quod tam fortem & magnani
mum te pbes, ut quaternos hostes aggredia
ris,nec tela,nec Turcas immittentes illa per
timescis,oculus aũt fœminę te deijcit,humi
que prostrat,nec animũ habes ad tã debile
iaculũ superandũ? O pusillanimis,q tam mi
sere superatus es & decidisti,atque tandiu cũ
ista mala familiaritate humi pstatus iaces?
Ideo dicit B. Augustinus: Inter omnia Chri August.
stianorum certamina duriora sunt prelia ca
stitatis, ubi cõtinua pugna,& rara uictoria:
Hoc aũt est pp imbecillitatem, pusillanimi
tatemque nostram. Et ratio quare homines 29
in huius uitij cœno tandiu commorantur,
hęc est,quia alia uitia aliquam hominis par
tẽ liberam relinquere uidentur, nec ratio re
manet tam submersa, quo postea errorem
quem possit cognoscere, hoc uero turpissi-
mum uitium totum hominem penitus uide
tur occupare,atq; illũ amentem relinquere,
sicut affirmat Sanctus Propheta Oseas cum Oseæ 5.
dicit, nõ dabunt cogitationes suas,ut reuer
tantur ad Deum suum,quia spiritus forni-
cationum in medio eorum,& dominum nõ Luc.14.
cognouerunt. Quod si ille q ad nuptias inui
tatus est,se excusauit,quia uxorem duxerat,
quid faciet concubinatus? O quãtũ hęc duo
uos deberent deterrere, uos (inquam) qui
in isto misero,& maledicto statu commora
mini. Maxime autem uerbum illud Oseæ, 30
quod dicit: Non dabunt cogitationes suas
ut reuertantur ad dominum, idest, quod hi
peccatores ne quidem ad dominum reuerti
cogitabunt. O terribilem exaggerationem?
quis est qui illam audiens non obstupescit?
Ne autem in hoc tantum malum deuenia
tis, cauete ab omni illius occasione. Videte
quid dicat Spiritus sanctus; Commorari leo
ni,& draconi,placebit,quam habitare cum Eccl. 25
muliere nequam.


Non

Non hēt uirū. Dixit ei Iesus: Bene dixisti. Vt hoc illa fateretur, dixerat illi dñs: Voca virum tuum, ut ex eius r̄nsione occasionem acciperet, reuelandi se illi. Et ita factum est: nam animaduertens mulieres suas a dño cognosci, dixit. Dñe, ut uideo, Propheta es tu.
Ioan. 10. Videte quid faciat animus malitię, & passionis immunis, Pharisæi postquam Christum R.N. tot, tantaq; miracula facere perspexerant: appellant illum dęmonium habētem:
31 Samaritana autem mulier, cum unum uerbum fuerit locutus, illum Prophetam esse credit, & incipit statim eum orationis res interrogare, dicens: *Patres nostri in monte hoc adorauerunt, &c.* Dñs aūt mitissimè illam erudiuit quænam sit adoratio, & oratio diuinæ Maiestati acceptabilis, hæc verò est q̄ fit in spū.i. Deum intimo quodam affectu, & charitatis feruore diligendo, & in ueritate credendo, & sine aliquo intellectus errore de diuina Maiestate sentiendo. Res est maxima consideratione digna, ꝙ in initio conuersionis huius mulieris tam prolixe dominus cum illa de rebus his tam spūalib. s. de adoratione, cultu, amore, ac fidelitate Deo debita loquatur. In quo nos docet in uirtutis exercitationibus, semper a facilioribus. &
32 suauioribus esse incipiendum, ne forte natura terreatur. Atq; hoc manifestauit diuinus
Matt. 9. Magister mirabilibus quibusdam compara
Luc. 5. tionibus. Dicunt S. Euangelistæ Matthæus, & Lucas, cum a domino quæreretur, quare discipuli eius non ieiunarent, ipsum respondisse. Nunquid possunt filij sponsi lugere, quandiu cum illis est sponsus? Venient autē dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Nemo autem immittit commissuram panni rudis, in uestimentum uetus. Tollit.n. plenitudinem eius a uestimento & peior scissura fit. Neque mittunt uinum no
33 uum in utres ueteres, alioquin rumpuntur utres, & vinum effunditur, & utres pereunt, sed uinum nouum in utres nouos mittunt, & ambo conseruantur. O q̄ diuinæ similitudines: optime apparet cuius sunt, cum sint Dei. In his omnib. significat dñs prudentis hoīs esse, onus imponere ſm uires illius, cui imponendum ex debilib. s. parum, fortibus autem multum. Quia autem carnem pluri mis ieiunijs mortificare, difficillimum est: si hoc nunc in principio hominibus, qui nō assuefacti sunt ieiunare, quosq; nuper ex nauib. in quib. piscabantur, abstraxi onus imposuero, graue & nimis molestū illis esse ui debitur. Volo aūt nunc alijs facilioribus reb. illos instruere, q̄bus magnoperè quasi charissimi filij sponsi quē coram se habent eius amore capiātur, quo amore ita fulcientur, vt postea q̄ sponsus discesserit ieiunēt, atq; alia difficiliora patiantur. Sicut dixit Ecclesiast. Eccle. 3.
Oīa tps h̄nt. Et paulò post. Tps amplexandi, & tps longè fieri ab amplexib. Namum (inqt) volo, ut in his diuinis amplexib. occupētur. Velle.n. eos in initio nimiū onerare, esset idē qđ uelle pannū ueterem panni no- 34
ui cōmissura resarcire, & uinū nouū in vtres ueteres immittere, ut utrunq; periret. Hoc est cōsilium, ꝙ oportet obseruari ab illis. q cū peccatorib. denuo cōuersus cōuersantur: docere debent eos, ut in initio conuersionis suæ sanctorū librorū lectioni, diuinarū rerū cōtēplationi, gloriæ atq; inferni meditationi, orationi deniq; ac crebræ sacrosancti domini nr̄i Iesu Chr̄i corporis cōioni se toto conatu tradāt, hisq; sanctis exercitationib. assuefiant, quę omnes sunt faciles, ac suaues, & animam ad cæteras pęnales exercitatiōes maxime adiuuant, & inflāmant, unde prouenit, ut postea facillimè illas exequantur. De quo aperte patet uoluisse dicere B. Pau- Gala. 5.
lū in illis uerbis: Quod si spū ducimini, non 35
estis sub lege. Ex quibus male intellectis, & reflexis occasionē sumpserunt hæretici quidā, ut maximū quendā errorē asseuerarent, affirmantes iustos non teneri diuinā legem obseruare. Quid aūt uoluerit dicere Apostolus hoc exēplo intelligetur. Mater q̄ habet filiū plurimis uirtutib. exornatum, & elegā- Simile.
tissimū, hæc diligit filium suū pp legis obligationem? Dico etsi nulla esset lex, quæ tale pciperet, attamen hanc matrē eodem amoris ardore filium suū esse dilecturā, quo illū pcipiente lege diligit. Hoc profecto est in viris iustis, in quos Deus misit spiritū filij sui clamantem: Abba Pater. Quosq; adeo Dei amor, diuinusq; Spiritus sancti commouet impulsus, ut licet nulla lege diligere, & bene operari tenerentur, hoc tamen diligentissimè exequerentur. Idcirco permagni inter- 36
est in initijs illis exercitationibus occupari, q̄ animum amore, & charitate inflammant. Nā sicut ignis in densa nube inclusus neq; requiescere, sed huc atq; illuc cursitans toni Simile.
trua concitat, quousq; foras erumpat: sic amor in pectore inclusus, ubi primū vigorē percipit, non sistit, quousque per opera reuelētur. Ecce causam, ob quam diuinus Magister de his rebus in principio conuersionis

huius mulieris loquitur, & tandem sese illi
S'mi'e. manifestè declarauit, dicens. *Ego sum qui loquor tecum.* Ego sum (inquit) iste Messias, quē tu expectas. O fœlicissimas aures, quę tale verbū audierunt? Dicens hæc verba eius intellectū dñs illuminauit, eiusq; voluntatem diuino amore inflammauit. Et ita illuminata & cœlesti charitas captiuata cantarū, funemq. dimisit & pergit bonos nūcios ciuib. suis relatura, vt oēs ad dño seruiendum ppe
37 rarent. Dñs tñ nobis efficaciam concedat, vt inuicē nos ad Deum maximo animi affectu glorificandū confortemus, & semper in ipsius gloria commorari diligentissime curemus, qua cœlestis gloria comparatur, ad quā nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Sabbatho post Dominicam III. in Quadragesima.

Mat. 18. *Perrexit Iesus in montē Oliueti, et diluculo iterū uenit in tēplum.* Io. 8.



DEfatigatus diuinus redēptor prędicando in tēplo in montis aspritatem perrexit, ut in
1 ter duras rupes noctē duceret, & diluculo iterū uenit in templum. Maxima confusio est hæc illis, q se Christianos esse iactant, & in uoluptatib. viuunt, atq; in mollibus lectis vsq; ad meridiem requiescunt. O carnales homines qd ibi speratis? quid ex tanta relaxatione nisi sensualis turpitudo poterit dimanare? uidet hæc vobis bona uia, qua ad cęlum ascendatis? Nōne meministis diuinum Magistrum
Mat. 19 vestrum Iesum Xpm dixisse. Siqs vult ueni re post me, abneget semetipsum, & tollat crucē suā, & sequatur me? Videtur uobis ista bo
Exod. 3 na crux, & bona cælestis ducis sectatio? O cæci, & quam deceptos uos in morte reperietis? Qñ Deus apparuit Moysi dixit ille uelle
2 Hebræos liberare de manib. Ægiptorum, & educere illos de terra illa in terram bonam, & spaciosam, in terram quę fluit lacte, & melle. Non comperitur terra promissionis lacte, & melle fluxisse, sed fuit hæc quædam exaggeratio ad regionis illius ubertatem significandam. Sed est dubium, siquidē dñs uolebat dicere terram illam uberrimā esse, quare hoc non specificauit panis, uictui sunt magis necessaria, nō uerò lacte, & melle, quæ non sunt tam necessaria? Hoc est mysterium, qꝑ cum terra illa promissionis cęlestis gloriæ figura esset melle, & lacte, voluit dominus eius abundantiam, & feracitatem declarare vt significaret quemadmodum lac priusq̃ sit candidum, & suaue sub sanguinis forma est, & sicut mel antequā sit dulce, & sapidū sub spina, & apis aculeo generatur, ita etiā antequam dulcissimę fruitionis Dei suauitatē pcipiamus oportere nos per Martyrij sanguinē (si opus esset) & per spinas & aculeos tribulationum, ac laborū pertransi- 3
re. Sicut Beatus Paulus docebat cum socio Act. 14.
suo Barnaba, de quibus dicitur. Confirmantes animas discipulorum, exhortantesq; vt permanerent in fide, & qm̃ per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Qūo ergo arbitramini uos fratres, cum per sanguinem, & aculeum non transieritis introire in regnum Dei? precipue cum in tāta prophanitate, & abundantia voluptatum viuatis? longe profecto opinione fallimini. Cōijcite fratres charissimi oculos in illū delicatissimum oīum filiorū Adæ, & attendite q̃ fatigatus in montis asperitatem abijt, nō solū autē semel, sed sępissimè, sicut affirmat Diuus Ioannes loquens de Iuda, & dicens:
Sciebat āt & Iudas qui tradebat eum, locū, 4
qa frequenter Iesus conuenerat illuc cum Ioan. 18
discipulis suis. Illuc proficiscebatur etiā noctu optimus Magister, vt ī solitudine, & trāquillitate oraret. Vbique poterat dominus orare, ipse.n. nulla re conturbabatur, quia eius anima erat beata, hoc autem fecit, vt nos erudiret solitudinem quærere ad orationes nostras, & hoc crebro facere debemus, quia dicit dñs: Oportet semper orare, & nun
quam deficere. Quid ad hoc dicemus illi, q Luc. 18
dies, noctesq; absq; ulla Dei recordatione prætermittimus, quiq; nec eius in nos beneficijs commoti illum laudamus pro illis ei gratias agentes nec laborib. oppressi ab ipso auxilium postulamus? O viri, in quorū pectoribus mysteria, & magnitudines Dei se-
pultæ sunt, erubescite uidentes hoīes, qui si 5
cut & uos ex ossibus & carne consistūt in diuina cōseruatione dies, ac noctes consumētes, uobis āt ad hoc faciendum, ne una quidem hora est. Quod si aliquādo, Pater noster recitatis, tāta cogitationū cōfusione cōturbati estis, vt vosmetipsi quid faciatis, penitus ignoretis. Et vix incipitis, cum iā defatigamini. Quadraginta dieb. & quadraginta noctibus perseuerauit Moyses in cacumine mōtis, in magna solitudine orās ad legē

conse-

cōſequendā: poſtea verò alijs quadraginta, vt a Deo ueniā populo impetraret. Sic dixit
Deut. 9. ipſe his uerbis. Et procidi ante Dn̄m ſicut prius quadraginta diebus, & noctibus panem non comedens, & aquam non bibens, propter omnia peccata veſtra, quæ geſſiſtis ante dominū. Et paucis intermiſſis dicit: Et exaudiuit me dn̄s ēt hac vice. Tu autem arbitraris, qui ſuſpitium unum protuliſti, nihil amplius opus eſſe ad ueniam conſequendam, cum tamē ſanctus Moyſes quadragin
6 ta dies, & quadraginta noctes ī oratione, et ſuſpirijs a domino pro peccatoribus exorauerit. Et S. Propheta Daniel de ſe dicit: Ego
Dan, 10 Daniel lugebam trium hebdomadarū diebus. Adeò Sācti illi in ſolitudine, oratione, & lachrymis perſeuerabant, ut a Deo quicquid peterent, impetrarent.

Et diluculo uenit in templum. Nullo vnq̄ tpe tam diligens & cōis boni ſolicitus prædicator viſus eſt. Videte quomodo diluculo ſurrexit, non eſt piger ad ea conficienda, q̄ ad ſalutem noſtram ſpectant: etſi nos negligentiſſimi ſumus ad ei ſeruiendum. *Et omnis populus uenit ad eum.* Dignus eſt laude
7 populi feruor, qui ēt diluculo ſurgebat ad p̄dicationē audiendā. Iucundiſſimū eſt Deo miniſterium cum feruore, & diligētia exhibitum. Pluris æſtimat dominus vnā horā, qua illi cū ſpiritus feruore ſeruis, quā plurimas tepidē, & remiſſe in eius miniſterio cōſumptas. B. Ludouicus ordinis noſtri obijt cū vigeſimumtertiū, & dimidiū annū cōfeciſſet, & duodecim mortuos ſuſcitauit. Nō potuit ille tā breui tempore multa miniſteria Deo exhibere neq; .n. centum annos, ſicut S. Paulus primus Eremita iciunauit. Verumtamen hos paucos annos quo uixit tāto ſpiritus feruore Deo ſeruiuit, ut breui tēpore plurimum meruerit. Sic vellē ego fratres mei vos hoc ſpiritu, & feruore Deo ſer-
8 uire, & diluculo exurgere ad audiendū uer-
2. Ti. 2. bum Dei. Sic admonebat D. Paulus diſcipulum ſuum Timotheū, dicens: Solicite āt cura te ipſum probabilem exhibere Deo operarium inconfuſibilē, In quo ſignificat dignum eſſe confuſione, & ignominia illū, qui tā bono domino remiſſe, & negligenter inſeruit. Sequitur in textu. *Et ſedens docebat eos.* Ego autem ſic prædicante, populoque eius cœleſtem doctrinā attentiſſime audiente; *Adducunt Scribæ, & Phariſei mulierē, &c.* O maledicti, neque enim parum reſpectus habuerunt, ne rem tam neceſſariam ſicut unigeniti filij Dei prædicationem perturbarent. Aliter equidem fecit ſanctiſſima virgo Ma. a Domina noſtra, quæ accedens ſemel cum cōſanguineis ſuis ad oſtium templi domino prædicante; foris ſtetit, neque intro ingreſſa fuit, ſicut refert Beatus Mat- Pſal. 22.
thæus, quod acceſſit ad dominum quidam & dixit ei: Ecce mater tua & fratres tui foris ſtant. Satis credibile eſt ſanctiſſimā Virginē maximè uelle ſacratiſſimi filij ſui concionē audire, ne aūt ſermonem pturbaret, maluit ſe illa ſpirituali conſolatione priuare. Hi impudici nullum bonū reſpectū habuerūt, ſed petulāter p mediā cōcionē ingrdiuntur, &
dicūt: *Magiſter, hac mulier modo deprehenſa eſt in adulterio.* O terribilē miſeriā, q̄ cum uniuerſus populus p̄dicationē & tanti prędicatoris p̄dicationem audiret: miſera illa tūc contra Deum crimē, & cōtra uirū ſuum p̄ſidiā cōmittebat. O quā crebro fortaſsè hoc ī noſtra miſera tēpeſtate agit, q̄ cū alij Deum glorificāt, alij plurimas turpitudines, & ſcelera exercent. De hac materia uix loqui, aut cogitare licet ſeruo Dei, ab utroq; ſe debe- Ephe. 5.
ret cohibere: ſic admonet S. Paulus, dicens: Fornicatio autem, & oīs immunditia, aut a- 10
uaritia, nec nominetur in uobis, ſicut decet ſanctos: aut turpitudo, aut ſtultiloquiū, aut Plato.
ſcurrilitas, &c. Refert Plato in ſuo conuiuio cum Socrates de uano, & ſenſuali homine uellet agere, ut eius diſcipuli intelligerent, quā inuitus de illa materia loqueretur, atq; ut ſignificaret, ſe ſola neceſſitate ad agendū de illa compelli, caput, & faciem operire conſueuiſſe, oſtendens q̄ moleſtè uiros graues, & uirtutes prędıtos de illa materia oporteat loq. Cū igitur de hoc peccato agere neceſſitas nos cogat, diligentiſſime curabo, ut q̄tā potuero modeſtia id faciam. Eſt hoc uitium ignis quidam, q̄ debiles, & delicati, uoluptatibusq; aſſuefacti homines concremātur. Nam de iuſtis dicit Iſaias: Cum ambulaueris in igne non comburetis, & flamma 11
non ardebit in te. Notandum eſt Pprophetā Iſa. 43.
dicere. Cum ambulaueris. Mali enim non ambulat: in igne, ſed dæmon illos in eo uinctos tenet. Iuſti autem in igne ambulant. Quia etſi à carni concupiſcentia tentātur, non tamen ceſſant orare, & ieiunare, diſciplinisq; ac cilicijs corpora ſua mortificare, atq; ad dn̄m in maiori tēpeſtate & tribulatione accedere cognoſcentes: ſicut dicit Diuus Bernardus, ignem luxuriæ prolixum Bernar.
quoddam eſſe martyrium. De his autem q̄

Esa.5. ita in igne ambulant dicit Isaias, quod licet fatigentur, non tamen cōburentur. De hoc sensualitatis uitio loquebatur Isaias, sicut il lic declarat glossa, dicens: Væ qui cōsurgitis mane ad ebrietatem sectandā, & potandum usque ad uesperā, ut uino æstuetis. Cithara, & Lyra, & Tympanum, & tibia, & uinū in conuiuijs uestris, & opus dñi non respicitis, nec opera manuū eius consideratis. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit. Propterea dilatauit infernus animam suam & aperuit os suum absq; ullo termino. Væ uobis (inquit) ò carnales, qui cibis, potibusque uos nimis traditis, ut ad peccandū plures uires habeatis, & pulsatis, musicasque inuestigatis, quibus ad turpem amorem corda uestra excitētur, sicut declarat ibidem glossa interlinearis. Et opus dñi non respicitis, id est, uos ipsos quare creati estis, non respicitis, neq; opera, &c. Tantopere desideratis isti uestræ carni placere, ut terribilia supplicia, quibus dñs hoīes propter peccatum istud in diluuio, & in Sodomā, &c. punierit, nō cōsideratis. Propterea captiuus, &c. Ad literam cōtigit tpe Sedechiæ Iudæos pp̄ter hoc uitiū Babylonē captiuos ductus fuisse, illicq; nobiles, & ignobiles fame, & siti perijsse eo q sapientiā non habuerint, ut a supplicijs, quæ Deus a peccatoribus propter hoc uitiū sumpserat sibi præcauerēt. Itaq; propter hoc peccatū dicit Propheta Deū tyrannos mittere qui nobis bellum inferant, fameque & sterilitate nos opprimit. Nec uerò in hoc mūdo solū nos punit, sed in alio ēt. Et idcirco addit Propheta, dicens, Propterea dilatauit infernus, &c. Propter hoc uitium ampliat infernus animam suā. Est quidā exaggerationis mod': nā infernus nō habet animā, sed uult dicere, infernum hoc sensualitatis vitio adimpleri, & uideri aperto ore sensuales homines deuorando expectare, & licet plurimos absorbeat; nunquam satiari. Et ideò addit, dicens. Et aperuit os suum absque ullo termino, idest, insatiabiliter. O quam metuendū hoc est, q cum hoc uitiū in utroque seculo tam acriter puniatur, uix tamen ullo fræno ab eo ualeant homines cohiberi? Et sic arbitrio plures homines pp hoc unum uitium, quā propter omni alia simul condennari; præcipuè inter illos qui fidem, tantæque synceritatis legem habemus. Peccatum uero adulterij, eo quod simplici fornicatione sit grauius, uobis longè maximè execrabilius esse oportet: à quo multo maiori diligentia cauere debetis. Et sic Iob de illo agens dicit. Oculus adulteri obseruat caliginē. Et paulò post: Maledicta sit pars eius in terra, &c. ad nimiū calorem transijt ab aquis niuiū, & usq; ad inferos peccatum illius. Obliuiscatur eius mīa. O ualdè terribilia uerba! in quibus significat Spiritus sanctus eos, qui huic turpitudini assue fiunt serò emendari, cum dicat. Vsq; ad inferos peccatum illius. Aquas niuium appellat hic sanctus Iob carnales uoluptates, qa sicut niues facile liquefiunt, ita carnales uoluptates sunt momentaneæ. Dicūtur etiam aquæ niuiū, quia homo carnalis in diuinis rebus est niue frigidior, molestum est illi prædicationē, aut missam audire, &c. B. Gregorius per hac aquas niuiū intelligit adulterium. Dicit igitur Iob carnales homines ab his aquis niuium ad nimiū calorem, gehennalesque flammas, q̄ sunt in inferno, esse transituros, ubi diuina mīa eorum obliscetur. Vbi aūt noueritis, quomodo ab hoc uicio caue, ne debeatis quosdā Spūs sancti normas uos erudire uolo, quarum prima illa sit, quā docet Ecclesiasticus, dicens, Mulier si est tibi scdm animā tuā, non proicias illam. Vna ex præcipuis fœlicitatibus cōiugalium est, q alterius ingenium alteri consonet, & q sit una utriusq; uoluntas. Et sicut sunt duo in carne una, ita sint duo in uno spiritu. Et ita cōmendabat B. Paulus discipulo suo Tito, dicens, Tu aūt loquere quæ decent sanā doctrinam. Et paulopost, Adolescentulas ut uiros suo ament. Execramini adolescentulā nuptam, quæ uirum suū ardētissimo amore non diligit, quem si nō amat, ostium habet, per quod pereat. Tepidus amor, qui uirum suum diligit, est ostiū ad offendendum Deū. Ideò in lege ueteri præcipiebatur, ut primo anno coniugij uir nullo publico munere fungerentur, scilicet, nec esse gubernator, aut dux, &c. Derelinqui te omnia (dicebat Deus) ut amor radices agat. Et hoc apparet in Deutero. ubi dr̄. Cū acceperit homo nuper uxorē, non procedet ad bellū, neque ei quicquā necessitatis iniungetur publicè, sed uocabit absque culpa domui suę, ut anno uno lætetur cum uxore. Oportet matrimoniū fortissimis fundamētis inniti, & necesse est, ut uno anno sese ad amorem inuicem inuitent, & in eo confortentur, ut postea inde bita uterque fidelitate conseruentur. Et idcircò

Margin notes: Iob.14. — Gen.19. — 4.Reg.24. — 15 — Greg. in morali. — Eccle.7. — 16 — Tit.2. — Deu.22 — 17 — 12 — 13 — 14

circò volebat Deus, vt q̃ nuper uxorẽ duxiſſet domi ſuæ maneret, nec ad bellum proficiſceretur. Dicit vlterius B. Paulus, vt nuptias admoneret: ſobrias eſſe, id eſt, ut in cibis, & veſtibus moderatæ eſſent. Et ſic dixit: Mu-
1. Ti. 2. lieres in habitu ornato cum uerecundia, & ſobrietate ornãtes ſe, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veſte pretioſa, ſed ꝙ decet mulieres promittẽtes pietatem per bona opera. Et alibi præcepit mulieres
18 coopertis capitibus incedere, & dicit. Nam
1. Co. 11 ſi non velatur mulier, tondeatur. O quam diuinum verbum. Mulierem coopertam, honeſtam, & recollectã eſſe oportet. Pater non vult, tonderi igitur illam eſt ignominioſum. Cooperi ergo te, ſiquidem illud ignominioſum ducis. Si uero turpe eſt mulieri tonderi, aut decaluari, uellet caput ſuum. O quot peccatis obuiaretur, ſi hoc ita ageretur. Dicit ulterius B. Apoſtolus Tito: Admone et illas, ut ſint domus curã habentes. Vt abluẽdo, reſarciendo, ea deniq; faciẽdo, q̃ ad familias ſuas ſpectant, occupatiſſimæ ſint. Et tantopere debet gaudere mulier domi ſuæ incluſa cõmorari, ut neceſſe ſit uirum ſuum il-
Cant. 2. li dicere, idem, quod dicebat ſponſus, ſpõſæ.
19 Surge propera amica mea. Et paulo poſt, Columba mea in foraminibus petræ. Et ſuperius dixerat. Iam.n.hyems tranſijt, imber abijt, & receſſit, flores apparuerunt in terra. Hoc ſignificat uirum debere uxorem ſuam admonere vt exeat, non uero vice verſa ut non exeat. Tã recollectam oportet eſſe mulierem, vt vir eius deſideret iã illã foris videre, & dicat illi. Nunq̃ exitura es foras, ut paululũ recreeris? exi iam, & animum relaxa. Ipſa uerò talis eſſe debet, ut dicat, Dilectus meus mihi, & ego illi. Nullũ eſt aliud tñ ſolatium, & oblectatio, q̃ animum meũ lætificet, omneſq; meas moleſtias reuelet ꝓter te, ò vir amantiſſime. Huc ſpectat ꝙ in Geneſi dicitur, videlicet ꝙ cum Angeli ab Abrahã
10 fuerunt excepti, cũ iam ad menſã aſſiderẽt,
Gen. 18. dixerũt. Vbi eſt Sara vxor tua? id eſt dña huius domus, vbi eſt? in quo oſtenditur mulierem ne corã hoſpitibus quidem debere cõparare. Et licet nimis de illa q̃ſierunt, nunq̃ tñ ſancta Sara prodijt, ſed ut ibidem apparet promittentibus illis, Sarã concepturã eſſe, hoc audito, Sara riſit poſt oſtiũ tabernaculi. Quo ſi cũ tanta ætate iã eſſet ꝓuecta, corã hoſpitibus noluit apparere, qd faceret, cũ iuuenis eſſet? vt ſanctimoniã, & collectionẽ fœminarum tꝑorum illorũ cognoſcamus.

Secunda regula Spiritus ſancti hæc eſt. Non zeles mulierem ſinus tui, ne oſtendat
Eccl. 9. ſuper te malitiam doctrinæ neq̃. Et alia trãſlatio dicit, vxorem, quam complectur proſequaris zelotipia, ne vere compleatur id, quod ſuſpicaris. Attende fœminarum eſſe debilitatẽ, & paruũ ingeniũ id, quod illis prohibeatur facere; ſolũmodo, q̃a illis hoc prohibet. ¶ Tertia, & vltima regula eſt quod dicit Eccleſiaſticus his verbis: Noli eſſe ſicut Eccle. 4.
leo in domo tua euertens domeſticos tuos, 21
& opprimens ſubiectos tibi. Nonnulli homines ſunt, q̃ ingreſſi domum ſuam, ſenſum & humanitatem omnium in oſtio reliquiſſe videntur. Et quaſi eſſent leones in leonaria incluſi, ita rugiunt, atque ictibus, & rugitibus omnia uolunt efficere, qui ne bonam q̃dem reſponſionem, aut humanum uerbum ſciũt loqui: ex quo prouenit, ut ab uxoribus famulíſque ſui odio habeantur. Quapropter vxores cum alijs extraneis amicitiam ineuntes ad omnia in familiaribus ſuis auxilium reperiũt, vt heri ſui furias vlciſcantur. Quapropter fratres mei, vos qui matrimonio alligati eſtis mites & ſuaues domi veſtræ vos præbere, ut ab omnibus diligamini.

His ſanctis admonitionibus huic grauiſſi- 22
mo malo remedium adhibebatur, ne in eandem miſeriã & confuſionem incidatis, in q̃ hæc mulier de qua loquit̃ ſanctũ Euangeliũ lapſa eſt. Quæ cum coram clementiſſimo dño delata eſſet, illi, qui eã deferebant inſtantiſſime domino dicebãt: tu ergo quid dicis? piiſſimus autem dominus inclinans ſe deorſum. *Digito ſcribebat in terram*. Quid domine Deus meus nim.ũm te iſti ſolicitãt, tu uerò lenter in terra ſcribendo commoraris? O iudices huius ciuitatis N. attendite, ꝙ uos hic totius ueritatis Magiſter doceat: ꝙ quantumcunque à partibus ſolicitemini, nõ tñ tráquillitatẽ, grauitatemque ueſtram amittentes, ꝑturbemini. Delinquentis cau- 23
ſam diligentiſſime penſate, Deumque exorare, ut illi uires, animumq; concedat, quo pœnã ſibi à uobis impoſitã patienter ualeat tolerare. Dñs uerſus terrã ſe inclinat. Tu etiam ad ſententiã ferendam aſpice in terram; & conſidera illũ omniũ eſſe matrem, teq; & delinquentem ex eiſdẽ terræ uiſceribus ꝓdijſſe, in eandẽq; utrunq; domũ, q̃ eſt terra eſſe deuenturum animaduerte. Et ſic quid facis penſabis, & cum cõpaſſione, mitem ꝓferes ſententiã. Mos eſt, cum aliquis delinquens iudicem fugiens ad alicuius viri nobilis do- Simile.

mum confugit, diligentissimè curare, illum in toto loco recondere. Tūc exit dñs ille ad ostium, & magnæ urbanitatis sermone iudicem, & eius ministros detinet, & in terea delinquentem per aliquod foramen dimittit. Nemo unq̃ ita succurrit homini ad se cōfugienti, sicut Christus redemptor noster huic mulieri subuenit: q̃ vt à iudicum manibus eximeret, duos parietes disrupit. Cui facto nullum unq̃ simile in mundo auditum est. Huius āt rei una causa fuit quia hæc mulier
14 etsi uincta ducebatur summopere confidebat, si quidem coram perenni pietatis fonte apparitura erat, guttā misericordiæ ad sibi subueniendū nō defuturā. Et tāto dolore ac pnīa afficiebatur, tamq; firmiter emendam proposuerat, ut bona illius dispositio aliqua causa fuerit, vt illi dñs faueret, atq; vt vir nobilissimus duos parietes disrupit, qui in mūdo rumpi non solent: quorū primus hic est. *Qui sine peccato est uestrum, primus in illam lapidem mittat.* Nō.n.in mūdo à iudice hoc peti solet, & dici: si sine peccato es delinquētem hunc condemna: Et si iudices meliores, & sanctiores alijs popularibus hominibus esse
25 se oportet. Secundus paries fuit, eorū peccata coram ipsis scribere, suppliciumq; ac iudicium Dei, q̄ pp illa merebantur, demonstrare. Quod cum ipsi intellexissent, vnus post
Simile. vnum exibant incipientes à senioribus. O fœlix mulier quæ in tā clementis dñi manus deuenisti, solent monachi qñ aliquis delinquens ad monasteriū confugit, vt illum à iudicum potestate liberent: monastica veste illum induere, coronamq; in modum monachi illi efficere, eumq; adeo permutare, ut licet iudex illū intueatur, non eū cognoscat & cum foras deducunt, in tutissimo loco cōstituūt. Sic fecit hic dñs: hanc.n. mulierē ita immutauit, ut illi vetus culpæ indumentum ademerit, nouaq; gratiæ ueste eam induerit, & sic permutata remansit, vt iam Sathanas
26 illam suam esse non cognosceret. Illámque deduxit quousq; collocaret in cāpo, qui est, *Noli amplius peccare.* In quo si ipsa pseuerarret, tā secura esset, ut nullus Sathanæ minister illam posset apprehendere. Si.n. illa amplius non peccaret, totus infernus simul illi nequiret officere. O admirabile fiduciæ exēplum miseris peccatoribus, siquidem cum hæc mulier ante domini pedes inuita duceretur, ex necessitate uirtutem nouit efficere, & sic animæ, corporique suo salutē inuenit: roni consentaneum erit, vt qñquidem illā in peccato imitamur, in pnīa etiā ipsam imitemur. Vnaquæq; Christianarum animarū est spōsa Dei, eius ptiosissimis donis exornata. Et cum peccat mortaliter adulterium committit. Qd anima eius sponsa sit, ipse Deus promisit p Oseam dicens sponsabo te mihi Ose. 2.
in fide, & sciēs q̄ ego dñs. Quæ sponsalia Ber. ser.
considerans B. Bernardus dicebat, non me 2. sup.
capio præ lætitia, q̄ illa maiestas tam fami- Cant. 7.
liari, dulciq; consortio nostræ se inclinari in firmitati minimè dedignatur. O anima mea 27
quot beneficijs Deo tuo deuincta es, q non solum te creauit, & redemit, verum adeò te dilexit, vt te in sponsam accipere decreuerit. Quod cū ita sit animaduerte qualem tu superno sponso fidelitatem debeas. Ideò si quis omnia mundi tormenta, cunctiq; inferni cruciatus contra te conuenirent, deberes malle illos omnes perpeti, q̄ suauissimum hunc sponsum tuum uel minima quaquam cogitatione offendere. Quas cōditiones ha- Cant. 7.
bere oporteat sponsam, assignat sponsus in canticis dicēs statura tua similata est palmę, comæ capitis tui sicut purpura regis, oculi tui sicut piscinæ in Esebon. O altissimā mysteriorum profunditatem: ecquis illā intelli 28
gere, ac declarare poterit? Palma contrà cæterarum omniū arborum naturam quo magis accrescit & in sublime ascendit, eo eius stirps crassior est. In alijs arboribus est vice versa incipit.n. stirps nimis crassa, & quo altius ascendit arbor, eo magis attenuatur. Habere igitur statum sicut palma, est significare, animam, quæ maximo spiritus feruore Deo seruire incipit, & postea paulatim, in virtute frigescit ac deficit, & sic in peccatum incidit, non esse dignam quæ Iesu Christi sponsa sit, sed illam potius, quæ est quasi palma, hoc est, quæ cum spiritus feruore, & affectu incipit, & postea magis ac magis in illo in dies proficit. Secunda sponsę conditio hæc est: comæ capitis tui sicut purpura regis. Comę sunt cogitationes, quas oportet 29
esse rubras quasi purpuram, tinctas.s. in canalibus, q̃ sunt sanctissimi redemptoris nostri vulnera. Qd eius cogitationes illa consideratione crebro perfundendæ sunt. Atque hinc illi prouenit q̄ magnos, & cōscissos habeat oculos sicut piscinæ in Esebon. Quasi gemini lachrymarū lac⁹, q ex assidua vulnerū dñi contēplatione dimanant, dicit et spōsus. Nasus tuus sicut turris Libani. Nasus q est odoratus instrumētum significat spē, q a sicut naso ea quæ sunt longe percipimus, ita

spes

spes cælestē beatitudinē, quæ à nobis lōgissi
me distat, adoramus. Quā quasi firmissimā
turrim esse oportet, in optima quaq; uita in
nitentē: Sicut vita coccinea labia tua, id est
Cant. 4. labia tua sunt nimiū rubicunda, q̄ sanguinē
uidētur effundere, quæ significāt uerba ardē
tissima charitate inflammata, quib. omniū
animos diuino amore connectit, sicut uita
feminæ capillos alligat. Dentes tui sicut gre
Cant. 2 ges tonsurarū, q̄ ascendunt de lauacro oēs gē
mellis fętibus; & sterilis non est in eis. O quā
30 mirifica similitudo p dentes pposita designa
tur, dentes. n. adeò fortes sūt, ut dicat Plinius
Pli. li. 7. etiā in ignē immittantur non cōburi, & esse
nat. hist. impassibiles. Talia oportet esse aīæ sanctę p
posita tā firma, ut nullo labore impediantur
sed oīa opere cōpleātur, & nullum sit sterile.
Collū tuū sicut turris eburnea, hoc est fides,
q̄ quidē est collū per q̄ spes & charitas ingre
dit. Hęc āt debēt esse sicut ebur, q̄ prę nimia
uetustate rubicundum efficitur. Sic fides cha
ritate formata martyrij cupida esse solet.
Duo ubera tua sicut duo hinnuli gemelli ca
31 præ. Hæc ubera sunt pietas, & misericordia.
Venter tuus sicut aceruus tritici uallatus li
lijs. Hæc est aīæ capacitas, quæ esse debet si
cut aceruus tritici, q̄ plurima meritorū uir
tutumq; ac bonorum operum, nō siccorum
quidē, sed florentium & pulcrorum hēt gra
na. Hæc sunt conditiones, quib. ornanda est
anima, q̄ tam superni dn̄i, sicut Dei sponsa
est. Ipse pro sua infinita clementia nobis fa
ueat, quo oēs illas exactissimè possidere dili
gentissimè curemus. Si āt aliqua harum spō
sarum mortaliter fortasse peccauerit, intelli
gat se tunc adulterium perpetrare. Nā adulte
rium est perfidia q̄dā, & proditio, q̄ uxor cō
mittit contra fidelitatem suo uiro debitam.
Cumq; satis usitatū sit in sacris literis amici
tiam quam Deus cum hominibus contraxit
matrimoniū nuncupari, sic peccatum q̄ fa
cit animam contra hanc amicitiā, operari le
32 gitimo elegantiq; loquendi mō fornicatio,
& adulterium appellat. Veruntn̄ homo cūsit
arctissimi cordis, non habet patientiā, ad tā
tam iniuriā perferendā. Deus aūt hominum
amator cum infinitam habeat pietatē, post
quam iniuria affectus est, offensores suos ad
pacem, & miam, ueniamque inuitat, ut appa
ret in Hieremia, tu autem fornicata es cum
amatoribus multis, tamen reuertere ad me
Hier. 4. dicit dominus. O benedictus, & glorificatus
sit talis Deus: Quæ est infœlix anima, quę tā
lem, ac tantam misericordiam contemnit?

Non solum autem hæc misericordia ad ue
niam peccatores inuitat, sed etiam insinuatio
nes, & uarios modos inuestigat, quib. illos Osee 2.
ad se alliciat. Et sic narrans Oseas quomodo
anima a Deo recedit, dicit, uadam post ama
tores meos, qui dant panes mihi, &c. & dicit
Deus, propter hoc ecce ego sepiam uiam tuā
spinis. Et paucis intermissis, & sequet amatō
res suos, & non apprehendet eos, & dicet, ua
dam, & reuertar ad uirum meum priorem, 33
quia benè mihi erat tunc magis quam nūc.
Sumit hic metaphoram ab homine, qui ma
ximo uxoris suę amore captus est, ipsa verò
post alios abire cupit; Quid faciet hic ama
tor? nunquid occidit illam? Non, si enim
illam interfecerit, idem sentiet ac si se ipsum
interficiat; quid igitur faciet? Ipse scit illam
media nocte surrecturam esse, ut dilectum
suum quærat, Serit uiam, qua transitura est,
tribulis, & spinis. Tunc ipsa præteriens percu
titur, & dicit, & uolo reuerti ad uirum meū.
Hoc facit Deus ardentissimo tui amore ca
ptus, tu uerò ô anima es ingrata, & inordina
ta affectione creaturas prosequeris. Anima
igitur Christiani si hanc proditionem con
tra Deum tuum commisisti, conuertere ad
eum, prosterne te ante pedes eius; ab illo mi 34
sericordiam implora, deijcere te ad pedes au
ditoris pœnitentiarij, qui eius loco constitu
tus est, & ibi pure, ac syncera peccata tua cō
fitenti adulteriaque tua manifestanti, eius
nomine tibi dicetur: ego te absoluo, Vade,
& amplius noli peccare. Hæc est enim una
ex rebus magis necessarijs in hoc negotio
firmissimum, scilicet, propositum millies po
tius moriendi, quàm tam supremam Maie
statem iterum offendendi, quod multis deest Simile.
Quando taurus quenquam insequitur reiia
quit illi pallium, & illud in eius cornua im
mittitur, postquam autem taurus pręterijt ac 35
cępit pallium suum, & cum tranquillitate re
cessit, quasi nihil unquam sibi tale contigis
set. O quot peccatores, uidentes se in grauis
simi morbi, angustijs cōstitutos, aut in sācto
quadragesimæ tempore pallium immittūt;
idest, malum statum relinquunt, malè partas
diuitias restituunt, inimicis sui ignoscunt;
quia se tauri cornibus oppressos animaduer
tebant. Transacto autem morbo afflictione
aut sancto tempore, pallium suum, sicut an
tea recuperant, & eadem mala, q̄ anteą exer
cebant, iam denuò exequuntur, hęc uero fa
cientes tā secari, & tranquilli sunt, ac si nun
quam tale actum fuisset. O maximam filio


rum Adæ miseriam quo rigore, & seueritate cōtemptus istos, & proditiones arbitramini esse puniendos? pudeat uos fratres mei promissam Deo fidelitatem quasi pueros toties violare. Faciat vnusquisque quod dicit propheta Naum: intra in lutum, & calca, subigens tene laterem. In his uerbis te admonet Sanc. Propheta, ut intres in cor tuum quod redditum est lutum, quia diligit lutū, & in illa, q̄ diligit, transformatum est, & dicit ut illud dolore, ac pœnitentia conculcet, pede (vt aiunt) collum eius comprime, contere illud, eius alias confringe ne amplius post turpes & immundas uoluptates reuertatur, & te deserat. Et sic corda istud, quod quasi later effectum est, q̄ est lutum coctum, per q̄ significatur cor maximo secularium rerum amore inflammatum, obduratumq́. atque illis nimium adhærens, subigens tene illud, nec abire sinas. In his oībus Spiritus sanct. nobis perseuerantiam cōmendat. Ad quam retinendam dicit, necesse cordis passiones vitæ asperitate mortificare. Nam hoc mō vsque ad vitæ cōsummationem in suscepta gratia firmiter perseuerantes saluationē cælestis gloriæ consequentur. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Nahū. 3

36

37 Dominica IIII. in Quadragesima.

Abijt Iesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis. *Ioan. 6.*



HÆc verba dependent ex illis, q̄ præcepit dominus paralytico, quē sanauit, & dixit, Tolle grabatum tuum. Cum pharisæi in dominū Iesum furore concitati remanerent, quia iussit illi in Sabbatho lectū asportare, vociferationib. cōclamātes, & dicentes, Sabbathum illa lecti asportatione violari, atque ut dominus eos erudiret quibus rebus Sabbathum obseruaretur, & has malitias ab eorum animis euelleret supremam quandam concionem ad eos habuit, in qua illis manifestè comprobauit in illo, nequaquam Sabbathum violari. Vidēs autem nihil horum prodesse, illos malitia sua obduratos atque excæcatos deseruit, & abijt trans mare Galilææ. Liberet nos Deus a tam terribili supplicio, quod propter scelera nostra nos diuina Maiestas deserat, & a nobis recedat, sicut ab illis Pharisæis, & Iudæis recessit relinquens illos sicut ipsi merebantur. Hoc supplicio cōminatus est Deus peccatores per Ezechielem dicens, & requiescet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus a te & quiescam, nec irascar amplius, eo quod non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ, & prouocasti me in omnib. his. Hæc dixit postquam maxima, & grauissima scelera commemorauerat, quibus illum homines offendunt. Eo quod (ait Dominus) minimam gratitudinem, & considerationem, quam habent acceptarum misericordiarū animaduerto, & quia ex omnibus beneficijs quæ a me acceperunt, contra me sagittas efficiunt. Ideo (inquit dominus) ex instituto uolo ut indignatio mea super illas requiescat, & contra eas summopere irasci. Hoc autem supplicium erit, auferetur zelus meus a te, id est, relinquam te quasi rem perditam, ita ut sit idola adoraueris, si in uarios errores incideris, si denique alia grauissima scelera perpetraueris omnibus his taceam, nec ullam de te rationem habeam. Et tunc manebit Christianus, (sicut dicit Esaias) de Synagoga, & derelinquetur filia Sion sicut umbraculum in uinea, & sicut tugurium in cucumerario, in quæ ingrediuntur colubri, & lacertæ, aliaque immunda animalia, nec est qui eis ingressum impediat, aut qui postquā ingressa sunt illa deterreat, & foras expellat. Timete fratres charissimi magnopere hoc supplicium Dei, est enim ualde seuerum. Quod si quis dicat, filiū Dei a Iudæa exire, & in Galilæam pergere supplicium appellas? Nihil aliud Iudæi desiderabant, hoc ipsi summopere expetebant, ne Iesus Christus cum illis cōmoraretur, nec illum vllo vnquam tempore viderent. Hoc igitur est maximum Dei supplicium, & summopere metuendum, quando Deus peccatorem punit permittendo, ut ppria eius uoluntas adimpleatur, pati Deum ut peccatoris uoluntas adimpleatur, maximum est illi supplicium. Hoc dixit Dauid pro magna maledictione, tanq̄ prophetans quod peccatorib. accidit: fiant cōtra Dominum semper. Non dixisse potius o S. Propheta, fiat Dominus cōtra illos semper? nō, quia nunq̄ Dominus fieret contra illos, nisi ipsi prius fierent contra Dominum, & esse cōtra Dominū est causa perditionis eorum. Et sic cùm ipsi cōtra Deum sint, ipsimet sibi bellum inferunt suos appetitus cōtra Dei uoluntatem adimplentes. Ac si diceret. Nunquam

Ioan. 5.

Ezec. 16

Esai. 1

Psa. 108

Sap. 12.

quam à peccatis exeant. Quę igitur grauior est pœna, & maior infelicitas? Talem illam
Rom. 1. esse dicit B. Paulus cum dicit. Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum. O admirabile Dei iudiciũ, q̃ hoĩem puniat permittens,
Oseę. 4. vt suis desiderijs satisfaciat, nec illi in re aliqua resistat. Et ita dicit per Oseam. Particeps idolorum Ephraim dimitte eum. Desine (inquit) illum uoluntati suæ in re tam iniqua satisfaciat. Et ibidẽ dicit ipse dominus. Non uisitabo super filias uestras cum fuerint fornicatę. Satis effrenatẽ possunt voluptatibus perfrui, neque.n. uereamini me illis esse restiturum. Hoc supplicio dignus est ille, qui ex suauissimis Dei admonitionibus, & reprehensionibus fructum non uult percipere dignus est (inquam) vt relinquatur, neq; sit, qui eius peccatis resistat ad maiorem ipsius confusionem, ac condemnationem.

Præterijt Dñs mare, & turba plurima sequebatur illum. Et subijt in montem, atque illic summa cum tranquillitate, cum sua humili, & deuota societate sedebat. Et postquã cum illis cælesti sermone, & conuersatione locutus est: sanctissimos oculos suos eleuauit; atq; vt maximam illam hoĩum multitu-
6 dinem aspexit, quæ ad eum uenerat de illorum remedio cæpit agere. In hoc singularẽ nos doctrinã erudiuit; vt priusquam bonum aliquod opus faciamus, oculos sibleuemus, eosq; in Deo constituamus, atque eius amore cõcitati quicquid facimus faciamus. Nec vero bona opera tãmodo, sed illa etiam, q̃ dñr indifferentia oportet nos ad diuinã ma-
1. Cor. 10. iestatem dirigere. Sic.n. nos docet B. Paulus dicens, siue ergo manducatis, siue bibitis, vel aliud, quid facitis: oĩa in gloriam Dei facite. Atq; etiam si gloriam exoptatis non debet esse solummodo, ut uos quiescatis, sed vt cum magis Deo uniti sitis, illum melius laudare ualeatis. Et Christus R. N. suum
Ioan. 17 æternum Patrem exorans dicebat. Clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. Sic debes tu desiderare glorificari, vt Deum
7 magis glorifices. Ad hoc etiam gloriãm cupiebat Regius Psaltes cum diceret. Educ de
Ps. 141. custodia aĩam meam ad confitendum nomini tuo, i. vt te melius possim glorificare Sanctus Thomas ait, iustũ in omnib. operib. bonis moraliter mereri, q̃a uirtualiter sunt relata ad Deum opera moraliter bona. Sed securius, & utilius est, ut crebro intentiones uestras renouetis oĩa opera uestra bona ad Dei gloriam referentes, ipsaque quo ad fieri
D. Tho. 2. 2. q. 44 artic. 4.

poterit purificantes ita, ut opera bona absq; ulla vtilitatis propria cupiditatis commistio ne faciatis. Et peculiariter Dñm imitantes, qui uolens egenis illis in eorum necessitate subuenire, oculos subleuauit, idem vos oportet facere quando pauper à vobis postulat, vt sibi succurratis, ne ad eius repeciata uestimenta attendatis, sed solum suspicite, vbi Iesus Christus commoratur, cuius causa uos uitam dare oportet, quanto magis id quod à vobis mendicus efflagitat, quod quidem 8
satis parum est.

Sequitur in textu. *Dixit ad Philippum. Vnde ememus panes, vt manducent hi?* O admirabilẽ Dñi prouidentiam; q̃ quo tpe hoĩes illi sui ipsorum magis obliuiscebãtur, tunc curat diuina Maiestas eorum necessitatibus subuenire. Super hunc locum uellem fratres charissimi, ut diligenter animaduertatis hanc tpalium bonorum solicitudinem, & nimium curare, quid comedemus, & quibus uestimentis operiemur, &c. maximum quodam esse malum; Quod ex eo comprobatur, q̃ qñ Spiritus sanctus in sacris litteris grauia peccata vult exaggerare, fidei defectui illa attribuit, aut illa gentium peccata 9
nuncupat. Et sic loquens dñs Iesus de crudelitatibus, & iniurijs, quas tyranni seruis suis facturi erant dixit. Sed hæc omnia facient uobis pp nomen meum, quia nesciunt eum, qui misit me. Et alibi. Hæc facient uobis, quia non nouerunt patrem, neque me. Atq; vt ipse dominus Apostolorum suorum ambitionem magnopere exaggeraret, dixit. Scitis, quia principes gentium dominantur eorum, &c. Non ita erit inter uos. Quasi dicat. Hæc dominandi cupiditas est paganorum. Atque etiam quum in sanctissima cæna, facta est inter eos contentio, qui s eorum videretur esse maior. Dixit eis: Regis gentiũ dominantur eorum, & Vos autem non sic.
Ioan. 15
Ioan. 16

Ex hoc igitur cõsiderare poteritis, quam graue malum sit tpalis solicitudo, & diuinæ prouidentiæ diffidentia. Cum ilud etiam 10
Dñs gentium peccatum appellant, ipse enim dixit. Nolite ergo soliciti esse dicentes, quid mãducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur. Hęc.n. omnia gentes inquirunt. Hoc autem malum aliorum multorum est causa, hinc.n. latrocinia, atque damna, quæ sibi homines inuicem faciunt dimanant. Videns igitur diuinus Magister solicitudinem hanc ad sibi seruiendum impedimento esse, conatus est hominibus tam uerbo, quam
Matt. 6.

opere

opere persuadere, ut in nos in suas manus cõ
ijceremus uniuersas solicitudines nostras
illi committentes. Plurimasque rationes at-
tulit, quibus hoc hoībus suadere, dicens:
Matt.6. Nonne aĩa plus est q̃ esca, & corpus plus q̃
uestimentum? Respicite uolatilia cœli, quæ
non serunt, neq; metunt, neque congregant
in horrea. Et paulo post: Et de uestimentis
quid soliciti estis? Cõsiderate lilia agri, quõ
11 crescunt, non laborant, neque nent. Et post:
Si.n. fœnum agri, quod hodie est, & cras in
libanum mittitur, Deus sic uestit, quanto
Simile. magis uos modicæ fidei? Et concludit, di-
cens. Nolite ergo soliciti esse, &c. Scit enim
Pater uester, quia his oībus indigetis. O quã
efficaces rationes sicut à tali ore, & pectore
prolatæ. Habe tu (inquit) curam seruiendi
mihi, & ego habebo curam suppeditandi ti
bi necessaria. Quando habes filium, qui quã
tum potest sibi acquirit, tu illius curam de-
ponis. Si autem uides illum totum tempus
consumere in ministrando tibi, & fere suiip
sius obliuisci, tunc tu ipse solicitudinem ge-
res inquirendi illi omnia necessaria. Multo
maiori fidelitate Deus hoc facit.
12 Postquam diuinus Magister hominib. ser
mone suaserat, ut in ipso sperarent, nunc
idem opere persuadet. Illam.n. maximam
hoīum multitudinem, quæ diuini eius con-
spectus desiderio, absque alimentis illum se
quebantur, ipse mirabiliter cibauit. Sed quid
miramur Dñm eis prouidisse, qui illum se-
quebantur, cum illis, qui eum offendunt
abundantissimè prouideat, cum eum actua-
liter offendunt? Ineffabiles est Dei proui-
dentia curaque, quam de creaturis suis ha-
bet. Et sic ubi nos legimus. Mensam quoq;
Num.4 propositionis inuolent hyacinthino pallio.
Et paucis intermissis, panesque semper in ea
erunt. Est in Hebræo contextu: Panes facie
rum, i. faciei: Hoc est uultus Dei. Et sic pa-
nes propositionis, i. panes, qui semper ap-
poni debent ante faciem Dei. Hoc aũt non
quia Deus manducaturus esset illos, sed vt
suam ergo nos prouidentiam declararet, si-
gnificãs sustentationem nostram semper es-
13 se coram Deo; ipsumque uictus nostri soli-
citam curam gerere, sicut mater, quæ mul-
tos habet pueros, semper apud se panem ha-
bet. O si hoc consideraremus, quot mala cui
taremus, & quot bona, q̃ pp hanc nimiam,
& maledictam solicitudinem non facimus
diligentissime faceremus? Omnibus uobis,
compertum est fratres charissimi cuncta,
quæ Deus creauit, officia sua in mundo ha-
bere, atque in illis occupata esse, nihilque in
uniuerso esse otiosum. Cœli uoluuntur, &
reuoluuntur, planetæ influunt, & illumi-
nant: terra fructificat: plantæ accrescunt,
suosq; fructus ferunt. Aqua etiam producit
quicquid potest animalia diuersis munerib.
funguntur ad hominis seruitutem. Et ipse
homo inter animalia, officia diuidit sm dis-
positionem, & aptitudinem, quam illis na-
tura præbuit. Et dicit: hic canis aptus est ad
custodiẽdam domum, & hic ad seruandum 14
pecus, hic uero ad uenandum. Equus, & mu
la apti sunt ad deambulandum in illis: mu-
lus, & asinus ad onera asportanda: bos deni-
que ad colendos agros conducit, &c. Non
igitur erit rationi consentaneum, ut sciat
homo quodnam sit eius officium? Nunquid Psal. 88.
solus ille otiosus, & sine officio erit? Nun-
quid uanè constituisti oēs filios hominum?
dixit Dauid. Absit, q̃ solũ hominem, cui ni-
hil eorum, quæ in uniuerso existunt, uanum
est, inaniter, & uanè creatum esse dicamus.
Dicet aliquis; Non uides q̃ intenti sint oēs
in diuitiis moliendis, acquirendis, ac lu-
crandis? Oēs profectò istæ sunt curæ uanæ,
sicut si plurimos hoīes uideretis maximæ
laborantes, & insudantes in lapidibus ex vna 15
in aliam partem in campo maximo tradu-
cendis, & hoc ob nullam aliam causam fa-
cerent, nisi ut in aliqua re occuparentur.
Quis tam male occupatus hoīes non mise-
raretur. An non de illis, quasi de insensatis
murmuraret? Quid est fratres mei elabora-
re, ut diuitiæ, quas alij possident, in manus
uestras deueniant? in quem finem omnes
hominũ negotiationes, contractus, & actio-
nes diriguntur, nisi, vt illius, & alterius,
ac denique singulorum minuta ad me ue-
niant? Ad hoc emo, vendo, & conuentio-
nes facio. Quid igitur aliud est hoc, nisi la
borare in terra, & lapidibus ex una in aliam
partem transferendis? Nõ ergo ad rem tam 16
uanam, tamque inutilem homines creati
sunt. Nam acquirere, arare, plantare, ac do-
mum construere omnia sunt propter homi-
nem, non uerò homo pp illa. Nec vero hõ
ad edendum, bibendum, & se delectandum
creatus est, quia etiam Seneca etsi gẽtilis di- Senec.
xit. Maior sum, & ad maiora natus, q̃ vt vile
mancipium sim sensuũ meorũ. Quisnã igit
erit proprius hominib. finis? cum ipse oībus
animantibus finis constituat: iustius est ut,
qui sit suus finis cognoscat, & quale eius of-
ficium,

ficiũ, vt illud exerceat. Ad hoc rñdet B. Au-
August. guſtinus dicens: Creauit Deus hoîem, ut
ſummum bonum intelligeret: intelligendo
amaret, amãdo poſſideret, poſſidendo frueretur. O quanta confuſio eſt nobis hęc uerba
audire ꝙ proprium hoîs munus eſt ineffabilem Dei pulchritudinem, infinitam potentiam, inaceſſibilem probitatem, æternam
deniq; ipſius ſapientiam contemplari. Vt ex
hac cæleſti contemplatione intimus illi Dei
17 amor in uiſceribus oriatur. Quid igitur miſerabilius eſſe poteſt, quã ꝙ in illo, ad quod
creati ſunt, minus hoîes occupentur. Itaque
ꝙ hõ minus facit, eſt ꝓprium eius munus.
Sin minus dicite, quot horas in die, aut in
hebdomada, aut in menſe, aut deniq; in anno in excelſa Dei probitate contemplanda
conſumitis? O cæcos uos? quantopere a diabolo fallimini: quõ.n. Deũ diligere poteſtis
ſi raro, aut nunquam illum cõtemplamini?
Sine amore autem Dei quomodo ſalui fieri
poteſtis? Præterea dicit B. Paulus, de prædeſtinatis;
Ephe. 1. In quo etiam nos forte uocati ſumus prædeſtinati ſm propoſitum eius, qui
operatur oĩa ſm̃ conſilium uoluntatis ſuæ,
vt ſimus in laudem gloriæ eius. Ideſt ut co-
18 gnoſcentes eam noctes, dieſq; in eo laudando, & glorificando conſumamus, & ut hic in
terra id facere amodo incipiamus, quod in
cęlo in æternum ſumus facturi; hoc eſt.n.
opus, in quo cœleſtes ſpiritus occupantur.
Illuc.n. aſcẽderunt tribus, tribus domini te-
Pſ. 121. ſtimonium Iſrael ad confitendum nomini
domini. Tu igitur ô infelix, qui ne vnã q̃ lẽ
horam in Dei laudibus conſumis, merito timere potes, quod non es ex prædeſtinatis.
Ad propoſitum redeamus. Quorſum nobis
hæc dicis modo ô Pater? Scilicet ut uos in-
Simile. terrogem, quænam ſit cã, quare cum hoc ſit
proprium munus ueſtrum, cumq; homines
ſitis rationis capaces, & conſilij, illud tam parum exerceatis? Et quare cum tot horæ ſint
ad ſecularia negotia tractanda, ne una quidem ſit ad hoc negotium agendum. ex quo-
19 ſalus ueſtra magna ex parte depẽdet? Quod
ſi uera dicitis. oẽs fere rñdebitis nimiam curam, & ſolicitudinem rerum, quæ ad humanum uictum attinent uos, ita ſuſpenſos, &
Simile. inquietos trahere: Et ſi pluribus horis dies
conſtaret, omnes tñ uobis paucas uidendas
eſſe, ad hæc ſecularia negocia pertractanda.
Atque ſi unam horam mane, & aliam noctu
in his, quæ ad animarum ueſtrarum ſalutem
ſpectant, conſumeretis, ſtatim arbitraturos
eſſe, uobis neceſſaria eſſe defutura. Huius autem rei cauſa eſt, quia omnem fiduciam in
manibus, negotiationibusque ueſtris ſitam
habetis. O homines diffidentes, homines cęci, atque totius boni indigni? Et nõ recordamini uos Patrem veſtrum cœleſtem habere
qui terræ uermes alit, quique herbas pulcherrimis coloribus induit, quare diuinæ eius prouidentię non confiditis, & quare nõ
creditis propter tempus, quod in illius
miniſterio conſumpſeritis, diuitias ueſtras 20
non eſſe minuendas? nec uobis eas neceſſarias eſſe defuturas? Ecce fratres quare uobis quod ſit munus ueſtrum oſtenderim. Atque ut unam ex præcipuis cauſis intelligatis, quare hoc non exerceatis? Perrexit
Eſau ad uenationem, & per montes &
colles peragrauit, ac fatigatus eſt, nec tamen patris ſui benedictionem, primitiaſque conſecutus eſt; ſed illas comparauit
ſanctus Iacob, & ſi illis laboribus defatigatus non fuit. O quot fruſtra fatigantur: Melius eſt.n. illi, quem Deus adiuuat,
quam qui nimis diluculo ſurgit. Non quod
nimis negotiatus fueris, plurimaſque fraudes perpetraris, filios tuos deteriores relinques. Ne ſis ô frater ſicut ille, de quo dicit 21
Habacuc: Immolabit ſagenę ſuæ, & ſacrificabit reti ſuo, quia in ipſis incraſſata eſt pars Haba. 1.
eius, & cibus electus eius. O miſerum illum,
qui ſolis ſuis uiribus, & induſtria ſe locupletandum, & plurimos cibos præparaturum
eſſe arbitratur. Et negotiorum uerriculum tendit quo illud, quod expetit ex piſcetur. Vę homini illi. Hic enim reti ſuo ſacrificat, atque negotiationibus, doloſiſque
conuentionibus ſuis immolat: illis enim eorum, quæ habet gratias agit, tu vero ô homo, in nullo alio ponas fiduciam tuam, niſi
in patre miſericordiarum eius miniſterium
ex animo ſuſcipiens; ipſe enim tibi ſuccurreret. O fratres chariſſimi uos & ſemel, & millies ante ſingulorum pedes proſtratus exoro, ut deinceps diligentiſſime
officium, ad quod à Deo creati eſtis, exer- 22
ceatis, atque in eo parum temporis mane,
& parum ueſperi conſumatis, ſperantes non
idcirco uobis temporalia bona eſſe defutura. Imò uero hac ratione uos illa melius cõſecuturos eſſe confidentes. Oculos conijcite in optimum Ieſum, attendite quomodo
in hac neceſſitate illos cõſulit, q̃ illam non
poterant ſubleuare: *Vnde ememus panes ut manducent hi?* Quare igitur uos illum non cõ
ſuletis,

fuleus, qui minimo quoq; oculorum nutu oībus necessitatibus uestris potest subueni re? Confugite, confugite ad Deum, in oratio ne, atq; illum laborum, miseriarumq; uestra rum certiorem facite: respicite hoc sidus aq lonis: ipsum est.n. ꝙ in nocte tribulationis nauigantes gubernat. Nunquid ad præceptū tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suū? In petris manet, & in præruptis silicibus commoratur, atque in accessis rupi
23 bus. Inde contemplatur escam, & de longe
Iob.39. oculi eius prospiciunt, ait Iob. O rem admirabilē, ꝙ irrationales aues doctrices nostræ Deus esse uoluit. Attendite aquilam, quæ à Deo edocta ꝑ naturalem instinctum, qui ab illi datus est, in rupes sublimes conscendit, atq; inde prospicit escas, quas manducatura est. Fac tu ita o frater, & in sublimes diuinarum rerum cōtemplationis rupes conscende: illi. n. te Deus illuminabit non solū quō saluandus sis, sed ēt tibi licitas uias, & rōnes
4.Re. 4. aperiet, quibus tibi necessariū uictum acquiras. Vade, &c. Et ingredere, & claude ostium tuum (dixit S. Eliseus uiduæ) atque ibi uasa tua oīa oleo replebūtur, quo necessitati tuæ succuras. O frater si scires in angulo domus
24 tuæ includit, atque ibi uerè, & ex aīo cū Deo ageres, quam libenter uerbum suum ipse ad impleret, ꝙ dixit: Et hęc oīa adijcientur uobis: hoc est quod diuina Maiesta dixit, quod non aduertimus, & si illud ferè quotidie legimus. Tu autē cum oraueris, intra in cubiculum
Matt.6. tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus, q uidet in abscōdito, reddet tibi. Domi tuę habes salutis fontem, illic ab ea, tanquam à patre ex posce, &
Chryso. licet illū non uideas, ipse tñ tibi subueniet. Idcircò dicit B. Chrysostomus, quando aliqua necessitate premimur oportere nos fiduciæ anchorā non in mare q̇dem, sed in cæ
Psa.122. lum immittere. Sic faciebat Dauid cum dice
Simile. bat: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. Sicut pueri, quibus cū primū aliq̄d
25 lætum, aut triste offertur, statim in genitrici suę sinu abscōditur, sic iusti in uniuersis euētibus ad Deum confugiunt. Et sic vbi uos legimus: sicut ablactatus est super matrem suam, alia trāslatio dicit: Qualis ablactatus super matrem suam talis in me aīa mea, i.
Psa.130. quemadmodum infans in maris suæ sinu protectus cessat plorare, neque alicuius rei curam habet, quia ætas eius non patitur illum de aliqua re solicitudinem agere, sic iustus omnes curas suas in Deo constituit.

Sequitur in textus. *Respondit ei Philipus: Ducentorum denariorum, &c.* Quem subsequitur Andreas, dicens: *Est puer unus hic: &c. quid inter tantos?* Vnus dicit magnā pecuniarū copiā non sufficere, ad emendos tot panes, ut modicū quisq; accipiat: alter uero dicit non esse panes ad incipiēdum manducare Ab omnibus paupere, qui fame fatigati, ueniebant: expediuntur. Pronosticum fuit hoc modicæ charitatis, qua hodie diuites in pauperes utuntur. Vadit pauper à uiro no- 26
bili eleemosynam petiturus, at ille dicit, ne minutū quidem dare possum: Deus te adiuuet. Satis magnā familia alendam habeo. Accedit ad megnates, & singuli dñt: Deus tibi faueat frater, q̄a debeo plusq̄ habeo. Dicit pauper: dñe si tu mihi eleemosynam non porrigis, quis largietur? Ita (ait) ad mercatores, qui sunt locupletissimi. Pergit ad mercatorem, & dicit ei: domine pp Deum, da mihi eleemosynam: qui statim respondet. Ne minutum quidem habeo: nam viri nobiles nō soluunt q̄ mihi debent. Vadit ad canonicum, & ad beneficiarium, dicitq; illi. O dñe succurre mihi in hac necessitate. At ille rñdet, dicens: profecto frater loculos mecum afferre nō assuesco, sed illos domi relinquo; 27
Deus tibi auxilietur. Quid uobis uidetur de hac Ecclesiastici uiri rñsione, in quo omnē pietatem oportere habitare: qui Ecclesiasticos redditus nulli alij nisi sibi, & cui ipse scit Baru. 6.
habere vult. Propheta Baruch prædixit Hebræis maximam quādā abominationem, q̄ Babylone aspecturi erant. Coronas certe (inquit) aureas habent super capita sua dij illorum. Vnde subtrahunt sacerdotes ab eis aurum & argentum, & erogant illud in semetipsis, dant autem ex ipso prostitutis, & meretrices ornant. Nō mirum erat quod idolorum auro maledicti illi sacerdotes meretrices suas exornarent, aliaque mille turpitudinum genera perpetrarent, siquidem idololatriæ erāt. Q̄d autem Christiani sacerdotes 28
aurum donum in prophanitatibus, ludis cū uiuijsque consumant, & illo propinquos locupletare uelint, & quod peius est, si quis eorum in tm̄ malum deueniret, ut aurum Dei in concubina sua exornāda cōsumaret: hoc profecto est sanguineis lachrymis lachrymādum. O terribilem abominationem? q̄ terribiliter a diuina iustitia punietur? Ecce qūo oēs pauperē expellunt, dicētes? dñs te adiuuet. Idcirco optimè dicit Dauid, Tibi derelictus est pauper. Tibi domine pauperis cura Psal.9.
incum-


incumbit. Oēs illū deferūt, & tibi remittūt.
O pater clementissime tu pauperib. auxiliā-
re, illisq. patientiā largire, quo has crudeles
diuitium rñsiones patienter ualeāt tolerare.
Diligenter etiam modicā illorum S. Apo
stolorum fiduciam animaduertite. Cū dñm
tot tantaque miracula facientem vidissent,
nondum de illius potentia fiduciam conce-
perant, & posset hominibus illis occurrere.
Nunquam hæc caro se totam penitus Deo
29 committit, illiq. oīno confidit: licèt diuinæ
maiestatis promissionib. fulta sit, semper tñ
trepidans incedit. Qñ Hebræi Iordanē tran
sierunt, etsi securum trāsitum illis dominus
promiserat, dicit tñ sacratus textus. Festina-
Iosue 4. uitque populus, & transijt, properabant He-
bræi timentes ne illos aqua absorberet, acsi
Deus non haberet potentiam ad illā multo
tempore retinendā. Quod aūt in hac re ma-
gis admiror est, quod dixit Moyses. Cum ei
Nu. 11. Angelus Dei noīe dixisset, sanctificamini,
cras comedetis carnes, atque illas per inte-
grum mensem ei abundantissimè promisit,
asserit Moyses. Sexcenta millia peditum hu-
ius populi sūt, & tu dicis, dabo eis esum car
nis mense integro? Nunquid ouium, & boū
30 multitudo cædetur, vt possit sufficere ad ci-
bum? Attendite diffidentiam; cuius aut diffi-
dentiam nisi Moysis, qui tot Dei mirabilia
perspexerat, & per cuius manus illa Deus
fuerat operatus? Et tñ tot illis carnes à Deo
concedi sibi impossibile videbatur. Cui re-
dit Dñs. Nunquid manus Dñi inualida est?
iam nunc videbis, utrum meus sermo opere
compleatur. O quam rara est virtus fiduciæ?
Has iustorum diffidentias uobis hic retuli,
nō vt illis diffidentias uestras excusetis, sed
vt a Dño singulare hoc fiduciæ donū instan-
tissimè postuletis: siquidē oē datu optimū,
& oē donum perfectum desursum est, descē-
dens a patre lumi num, ut dicit B. Iacobus.
Iacob 1 Videns illos Dñs ita diffidentes dixit eis:
31 *Facite homines discumbere.* Quod ipsi cōfe-
stim diligentissime fecerunt in quo appa-
ret, qp licet in initio illam habuerint diffidē
tiā, si tñ qñ illis dñs præcepit, ut facerent ho-
mines discumbere, replicarent, aut pertina-
ces essent, dicentes, quorsum sedebunt cum
non sit, quod manducent? illos seuere (cre-
do) reprehenderet, primos enim defectus, &
fragilitates non debemus admirari tantū,
quantum illas, quæ continuantur. Quapro-
pter, o homo si peccasti, celeriter ad Deum
tui cōuertere, ne expectes, ut in peccato ita-
scas. O quot sunt hodie in hac miseria sub-
mersi, quibus quidem merito dicere posse-
mus verba illa, quæ dixit Propheta Baruch, Baruc 3.
(etsi ad aliud propositum.) Quid est (inqt)
Israel, qp in terra inimicorū es? Inueterasti
in terra aliena, coinquinatus es cū mortuis:
deputatus es cum descendentibus in infer-
num. Dereliquisti fontē sapientię; Quid est
hoc, o hō habens fidem, qp adeò in morte, &
in culpa inueteratus es, acsi esses unus ex dā-
natis, qui iam in impiorū sedib. commorau
tur. Reuertere, reuertere ad te: siquidem ha-
bes opportunitatē, & tps, ut tibi remedium
adhibeas. Vide q̄ celeriter restaurant serui 32
Dei, & reficiunt ruinas, quas fecerunt.
Facite homines discumbere, &c. Et mulie-
res stabūt, nec debet ēt discūbere? quid præ-
cipis dñe, ut soli hoīes discumbant? Si nunc
istud præciperet, diceremus; Attende Domi
ne mulieres magis defatigates accedere, quā
hoīes, cum. n. (*Enchapinadas.*) ueniant labo-
riosius est illis iter facere. Inuentionem istā
fortasse Sathanas inuenit, illamq. in Hispa-
niā introduxit. (*De unos chapines de vna ua
ra.*) Et quia in periculo versatur procidēdi,
& confringendi caput mulier illa, quæ hęc
calciamenta defert, opus est illi famulo, qui 33
eā manu ducat, quod non est nimis honestū,
nec occasio illa unus boni: imò uero mali, at
quęs ut uestis cum illis adæquet necesse est
alium cubitū panni illi addere, quo quidem
unus esset pauperē operiri. Quam arbitra-
mini esse causam, cur nec in Gallia, nec in
Germania, nec alibi, nisi in sola Hispania
hoc calciamentū genere mulieres vtuntur?
Hęc est pfecto huiusce rei cā; quia tūmodo
Hispaniæ fęminæ sunt magis superbę, & in-
uidę, Et quia sunt aliquę quæ uidēt alias al-
tiores esse quam ipsas, inuidia discerpūtur.
Quod igitur erit remediū ad hoc euitandum? 34
qp sint oēs æquales, & q̄ est vana afferat cal-
ciamenta unius cubiti, & alteri altiori se par
efficiet. In illis tēporib. fortasse nō erāt uani-
tates hæ, sed ipse mulieres pedites, & cū pla-
nis calciamentis iter faciebant, & sic nō pp.
hoc magis defatigatæ, q̄ hoīes accesserunt.
Atque etsi S. Euangelista dicit Dominū
iussisse homines discumbere, sub hoīs noīe
mulieres etiam intelliguntur. Oēs per ordi-
nem recubuerunt. Nam in diuinis cōuiuijs
non sunt digni, qui comedant, nisi homi-
nes bene ordinati. Quæ autem sunt a Deo
ordinata sunt, ait B. Paulus. Iam orbis ppter Roman.
peccata nostra effectus est effigies quadam

inferni, de quo dicit Iob. Vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Quando Deus Hebræis, dedit Manna totus campus illo plenus erat, & positæ erant illic mensuræ quædam, vt qui multos liberos habebat, multas mensuras deferebat, qui vero pau-
Exo.16. cos, paucas etiam colligebat. Oēs per mensuram deferebant Manna, non ꝙ deesset, siquidem (ut dixit) uniuersus campus erat repletus, & ad oēs faciandos supererat, sed q̃a vult Deus in omnib. mensuram, ordinē, ac moderationē esse. Quæ si fuerint, erit abun
35 dātia, sin minus fames ac miseria nō deerit.

1 *Accepit ergo Iesus panes, & cum gratias egisset, &c.* Antiqua nimis consuetudo semp fuit, mensam, & ea quæ comedenda sunt benedicendi, Dñoque gratias agendi, qui illa
1.Reg.9 sua diuina prouidentia administrat. Et sic interrogauit Saul puellas Hebręas, quę egrediebantur ad hauriendam aquā, & dixit eis. Nunc hic est videns? Quæ rñdentes dixerūt illi, illum expectari in ciuitate. Neque enim (inquiunt) comesturus est populus, donec ille ueniat, quia ipse bñdicet hostiæ, & deinceps comedent, qui uocati sunt. Prius nēturus erat uidens, & oīa benedicturus, & po-
36 stea uniuersus populus comesturus. Modo uero quasi immanes belluæ plurimi uestrū ad mensam sedetis, nec dicitis. Benedictus Dñs Deus noster, qui hæc largitus est nobis. Cępit Dñs suis sacratissimis manib. panem frangere. Considerandum nunc est qua lætitia, & gustu conuiuæ manducarent, per quas manus præteribat, ut maximā cibus ille non afferret uoluptatē. Videbitis vetulam fragmentū panis manducare, & cū tanta suauitate illud comedit, acsi gallinas, aut pretiosos cibos manducaret, quia cibus ille per manus Dñi sibi uenit. Cōtra uero diues quidā splendide comedit, nihil tū illi sapit,
37 nec proficit, quia pauperum sanguinē manducat, sicut Balthasar, qui comedens cū concubinis suis prospexit digitos destructionē suam in pariete describentes. Tunc facies regis commutata est. Et sic cibus illi nō pro-
Dan.5. fecit. O diues cum ad mensam sedes, quā amaræ tibi buccellæ istæ uiderentur, si iram Dei contemplareris. Beati, qui de manu Dei comedunt: hi.n. cum alacritate manducant, & repleti manent, atque etiam plurimum illis superest, sicut superfuit his hodie. In sola nāque mensa Dei est saturitas, & abundantia, in mundi autem mensa, uniuersa sunt fames, & inopia, quasi cibus insomnij, ex quo expergiscens hō deceptus manet. sic dicit Esaias Sicut somniat esuriens, & comedit, cū autem fuerit expergefactus, uacua est aīa eius. Et sicut somniat sitiens, & bibit, & postquam fuerit expergefactus lassus adhuc sitit, & aīa eius uacua est: sic erit multitudo oīum gētiū. Nūc vobis hæc vñr magnæ esse existentiæ, quia soporati incedītis, cito expergiscemini, quod erit in hora mortis, & deceptos uos experiemini. Pręcepit Deus Ezec.5.
Ezechieli, & dixit. Sume tibi laterem, & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatem Hierusalem. Quid Dñe? tam diuitem, atq. populosam ciuitatem in re tam vili, & 38
fragili sicut latere iubes describi? Etiā (ait Dñs) ut uideatis quam parum permanentię pictura, & pulchritudo illa secum habeat, quam si duæ guttæ aquæ super laterem incidant uniuersam inficient, & delebunt. Hæc est igitur stabilitas Hierosolyme, atque omnium mundi ciuitatum, cæterarumq; rerū, quæ in eo sunt, quas minima quęque gutta aquæ, & tenuissimus quisq; flatus oēs obliuit, & cōsumit, possessoresq; earū famelici, vacuiq; remanent. Quæ cū sint frēs charissimi oēs Dei cōuiuæ esse diligentissimē curemus, ut cū ei⁹ hospites hic p grām fuerim⁹, postea p gloriā in cęlesti aula conuiuemur. 39
Ad q̃ nos pducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Feria II. post Dominicam IIII. in Quadragesima.

Trope erat pascha, Iudæarū, et ascēdit Iesus Hierosolymam, & inuenit in templo vendentes, etc. Ioan. 8.



N hoc Euāgelio dilectissimi fratres, admirabile quodā, & valde notandū fctm̄ refert, ꝙ dñs Iesus ingrediēs ī tēplū fecit. Videlicet, ꝙ pecus, qđ ī eo 1
erat, foras eiecit, flagellisque uenditores a templo expulit, mensasque cum nummis in terram subuertit, atque illos reprehendit, quod domum patris sui domum negotiationis efficerent. Et tunc dicit Sanct. Euangelium adimpletum fuisse, quod de illo prophetauerat Dauid, dicens, Zelus domus tuæ comedit me. Hoc zelo diuini honoris opor Psal.86.
tet prælatum prædicatorem Euangelicū, & oēs, qui Ecclesiasticam gubernationem habent, aut seculari dominatione funguntur

comedi, & diligenter notate uerbũ hoc: Zelus domus tuæ comedit me. Nam quemadmodum ille, qui aliquid comedit, illius dominat.r cõsumẽs, atq; illud in se conuertit. Sic hoc zelo oportet seruũ Dei deuorari, & consumi, atq; in illũ conuerti. Ita vt honor, diuitiæ, & uita, oĩa a Dei zelo cõsumantur: & zelus debet viuus, & potẽs remanere. Verum heu, non est hæc intestina charitas, ut hoĩes se a diuino zelo comedi patiãtur. Nã
2 vt minimã quamq; uoluptatẽ nõ amittant, aut leuissimã quanq; difficultatem non patiãtur: nullus est qui diuinum honorem (vt debet) zelare uelit. Aspicite patres ac Domini mei cęlestem magistrum vestrum Iesum Christum, in quo non solum adimpleta sũt verba illa; Zelus dom⁹ tuæ comedit me, sed etiam ꝙ ibi sequitur. Et opprobria exprobrantium tibi ceciderũt super me. Zelus (inquit) domus tuæ pater mi uitam meam consumpsit, & comedit, & opprobria ac contumelia dedecorantiũ te ceciderunt super terga mea, q̃a ipsa summopere dolui, & pro illis mortuus fui. Quot iniurias perpessi fuistis ijs, qui in Iesu Christi filij Dei loco constituti estis, aut quot opprobria pro honore
3 æterni eius patris pertulistis? Miserabile est profecto. Quomodo erit zelus ad offerendum honorem, ac uitam etiam pro hac re, cum in prælato, aut prædicatore vix reperiatur zelus ad uerbum cum spiritu & efficacia loquendum, ut proximi in diuino amore in-
1. Ti. 1. flammentur? Hos admonet B. Paulus, dicẽs. Finis pcepti est charitas de corde puro, & cõscientia bona, & fide non ficta. i. finis, quem expetit lex, est, ut charitas Dei, & amor proximi dominetur in nobis, atque hunc dicit oportere esse finem prædicationis, gubernationis, omniumq; solicitudinum nostrarũ, qui est finis legis Domini, & dicit ibidem ꝙ hodie agitur ad literam. s. a quibus quidem aberrantes conuersi sunt in uaniloquium.
4 Dicit plurimos ab scopo diuinæ legis aberrare factos loquaces vanarum rerum, nec ex animo loqui, atq; cum efficacia sciũt reprehendere, quorum quidem uita, & doctrina
Chrys. vana est. Dicit B. Chrysostomus super hunc locum Apostolum hic metaphoram sumere ab illis q. cũ scopum in sagittas directuri essent, huc atq; illuc aberrãt. Per Prophetam
Hie. 23. Hieremiã dicit Deus: Propheta, qui habet somnium, narret somnium, & qui habet sermonẽ meũ, loquatur sermonẽ tuum verè. Quid paleis ad triticum dicit Dñs? Nunqd non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dñs: Et quasi malleus conterens petrã? Propheta (inquit Deus) qui habet doctrinam, q̃ somniauit, loquatur illam, quasi somniũ suum. Siquidem aũt doctrina mea non est eius in somniũ, quare illã uere, & cũ maxima animi constantia non loquitur? Quare tã excellenti tritico uanæ rhetoricæ paleas commiscet? Verba quidẽ mea ignis, & malleus, sũt, si pdicatores illa sicut oportet, & cũ debito 5
1. Ti. 4. vitæ exẽplo loquerentur. Ideo S. Paulus dicebat: Opus fac Euangelistę, ministerium tuũ imple, sobrius esto. Fac (inquit) opera Euangelistæ, viue sicut prædicas; ita ut siquidem doctrina est Euangelica, uita ẽt sit Euangelica. Atque totam rem cõprehendit, dicens: Sobrius esto. Denotans sobrietatem maximam esse ad Euangelicam uitam dispositionem. Eo ꝙ hic zelus deficit est hodie dom⁹ Dei, quæ est uniuersalis ecclesia sicut est.

Mat. 11 Dr igitur S. Euangelium, ꝙ, *Inueniet in templo vendentes, &c. Et cum fecisset quasi flagellum.* Res est obstupenda uidere hic dominũ, qui dicit: Discite a me quia mitis sũ. De quo dixit gloriosus Baptista: Ecce agn⁹ Dei, nunc hoĩes illos tanta cũ seueritate flagellare. Quis unquam vidit agnum lupos 6
Apoc. 5. insectantem? ne hoc admiremini fratres: Hunc. n. mitissimum agnum uocauit B. Ioãnes leonem, dicẽs: Vicit Leo de tribu Iuda. Nam erga peccatores pænitentiam agentes est agnus, in peccatores uero duros, & proteruos est leo fortissimus. Depone diuitem tuam, & mitissimum, suauissimumq; illum inuenies. Hoc est autem maximẽ pẽsandũ, quod ipsi flagellati capita submiserunt, nec legitur de illis quod dixerint Dominũ male facere puniendo illos, etsi ipsum interrogarunt, qua cum potestate hoc faceret. Vt cognoscatis quot peccata, & publicæ abusiones poterant impediri, atque illis remedium posset adhiberi, si rectores, & gubernatores urbium (cum iam satis notam, omnibusque perspectam habeant potestatem) 7 ad hoc faciendum disponi uellent. Prætor autem ut uiro nobili complaceat, eius peccata dissimulat, ut quando aliquid ab eo petierit, libenter faciat. Si semel ei cum urbanitate loqueretur, & quantopere Deus publicis ludis, quæ in illius domo exercentur, offendatur, illi optimis uerbis significaret illumque ne tale permitteret rogaret, atque si secundo rogatus nollet hoc facere, mensas illi concremaret. Et contra lusores

per

per terminos iuris cum rigore procederet, non ex ludis tot mala, totq; diuortia coniugalium sequerentur, quæ quidem fiunt eo, q uiri uxorum suarum patrimonia ludendo consumunt. Et scitote nullũ esse malum adeò malum, cui malũ bonũ esse uideatur. Sed siquis pp demerita sua se puniri aduertit, tacet, & suppliciũ suffert, quia intelligit se pp honorem Dei, bonumq; publicũ supplicio affici. Verum tãta est gubernatorum ignauia, & pusillanimitas, ut ne ad hoc faciendũ
8 uirile pectus habeant. Idcircò dictũ
Exo. 18. fuit Moysi. Prouide aũt de oĩ plebe uiros potentes, & timentes Deũ, in q b. sit, ueritas, & q oderint auaritiã, & constitue ex eis tribunos, &c. Mirabile profectò, nõ annumerauit Iethro inter conditiones iudicum, quod essent sapientes: sed dixit illos oportere esse fortes: Deũ timentes & diuitiarum cupidos. Ad denotandum non tam necessariã esse iudicis sciam, quam inuictum anĩmi robur, & vt sit mundus auaritiæ, & si utrumq; iudicibus maxime necessarium est. Vnum aũt ex illi, quæ longe maxime necessaria sunt est præstans aĩ magnitudo, quam quidem constãtissimus ille zelator domus Dñi Dauid
Psal. 100 habebat, qui dicebat. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderẽ
9
Nu. 21. de ciuitate dñi oẽs operantes iniquitatem. Ad hoc propositum notabilis quædam res reperitur in lib. Numerorum, ubi legitur, q cum Chananæi cum populo Israel præliati fuissent, & ab eo uictoriam reportassent: Israel uoto se domino obligatus ait: si tradideris populum istum in manu mea, delebo urbes eius. Exaudiuitq; dñs preces Israel, & tradidit Chananæum, quem ille interfecit subuersis vrbibus eius. Plurimi sunt, qui iniqua quadã pietate commoti, malos punire nolunt, cum supplicium, q de illis sumitur nimis gratum sit Deo. Sicut apparet ex præmio, quo hic Hebræi affecti sunt, quibus pp
10 solum uotum, quod uouerant destruendi malos, gloriosam dñs cõcessit uictoriam, & uoluit, ut diuitias Chananæorũ possideret. Sic igitur oportet facere ministros iustitiæ, qui debent proponere malos punire, atque hoc propositũ diligẽtissime executuri sunt, & gratissimum Deo ministeriũ exhibebũt. Hoc autem æque fieri debet, omnes à maximo usque ad minimum æquali uirga puniẽdo, sicut fecit dominus, de quo refert Sanctum Euangelium, & cum fecisset, &c.

Oẽs eiecit de templo, nemini pepercit. Non sic agitur modo pp peccata nostra, sed si est seueritas, & supplicium, in pauperibus tñmodo exercetur. Statua illa, quam uidit Dan. 2.
Nabuchodonosor habebat caput ex auro optimo: pectus autem & brachia de argento erant, porro uenter, & femora ex ære, tibiæ aũt ferreæ, pedum pars erat ferrea, quædam aũt fictilis. Et cum cecidisset lapis nõ aurum quidem, argentum, aut metallum uel ferrũ, sed fictiles pedes percussit, hoc nunc ad literam agitur. Non est.n. ictus, ad aureum caput, qui sunt Prælati, nec ad argentea pecto 11
ra, qui sunt principes, nec ad æreum uentrẽ, qui sunt iurisperiti, quiliter deuorant, sicut uenter cibos. Nec deniq; ad ferrea fœmora confringenda, qui sunt uiri primarij, tyrannis, qui omnia lacerãt. In solos fictile pedes ictus immittitur, qui sunt homines plebei, pauperes, & abiecti. Hoc audent iudices punire. Ad hoc ẽt, & autor pænitẽtiarius, quãdo cõfessiones audit hoc tñmodo reprehendit uiris.n. magnatibus, & potentibus, ne minimũ qdem uerbũ audẽt loqui. O maximam debilium, atq; fæmineorum hoĩum miseriã? O quam melius uobis esset triremis remigio esse alligatos, quam cum tãta animi fragilitate, & incõstantia reipublicæ dominari.

Ait illis Dominus, Auferte ista hinc, et nolite facere, &c. In quo oñdit & seuerũ illud 12
suppliciũ, q de eis sumebat, erat; quia sub specie sanctitatis tẽplum profanabãt dicẽtes, quia erant res necessariæ ad sacrificia. Iõ illic uendi posse, atque affirmantes se aliud facere ne deesset quid Deo offerretur. Ipsi aũt nihil aliud, q̃ suammet utilitatem expectebant, & idcircò hac cupiditate cõcitati domum Deĩ domum negotiationis faciebãt. Hæc est una ex maximis mundi peruersitatibus, uelle quẽquã sub sanctitati, & religionis specie malũ esse, & peccatũ committẽtẽ se uirtutẽ facere simulare. Hoc est qđ Deus exaggerat, & de quo summoperè conqueritur, dicẽs, & non sufficerat errasse eos circa Sap. 14.
Dei sciam, sed & in magno uiuẽtes inscitiæ 13
bello tot, & tã magna mala pacẽ appellant. Agit illic Spũs sanctus qũo inuẽta est idololatria, & qũo hoĩes nõ contẽti sunt tantis illis erroribus sicut erant alios hoĩs tanquam Deos adorare, sed quod tot tantaque mala, ac spiritualia bella, pacem, ac tranquillitatem maximam nuncupabant. Atq; ex hoc sequutum est quo ulterius dicit. Omnia commissa sunt, sanguis, homicidium, furtum, & fictio. Tot tantisq; malis non erant illi

illi contenti, sed fictionem insuper illis ad miscebant, liberet nos Deus a tanto malo, ꝙ in talẽ fictionem hõ deueniat, ut Deũ offendẽs uelit simulare se uirtutẽ operari. In
Iud. 8. libro Iudicũ igitur, quod postquã Gedeon gloriosam illam uictoriã de Madianitis reportauit in signũ gratitudinis Deo uoluit offerre sacrificiũ, noluit aũt illud in Silo offerre, qui quidẽ erat locus offerendis sacri
Iof. 22. ficijs consecratus (ut patet Iosue.) Deprecatus est autẽ milites suos, dicens. Date mihi in aures ex preda uestra quas ab Ismaelitis, & Madianitis acceperant, (ꝙ idem est,)
14 & responderũt: libẽtissime dabimus. Et fuit postulatarũ in aurium mille septingenti auri sicli, absque ornamentis, monilibus, &c. Fecitq; ex eo locupletissimum oratoriũ, & posuit illud in ciuitate sua Ephra. Et quanquã magno affectu, & deuotione motus est adeo hac nouitate Deũ offendit, ut dicat sanctus textus, & factũ est Gedeoni, & omni domui eius in ruinã. Et pp hoc peccatũ permisit Deus ut ex septuaginta & uno filijs, quos post mortẽ suã reliq̃t, unus septuaginta interfecerit, & postea ille desperans mortuus fuerit. Vt uideatis quantum dãni sibi
15 uniuersæq; familiæ suæ deuotione sua insipienti attulerit Si igitur eo qđ contra Dñi præceptũ fecerit, & magnã domui Domini q̃ erat in Silo iniuriã intulerit, etsi hoc cum bona intentione fecit, maximã sibi illatam iniuriã dominus iudicauit, atque illum acerrime puniuit, quid erit ꝓ irreuerentijs, quæ non cũ bona quidẽ, sed cũ pessima intentione sacris locis fiunt? Tantam contumeliam hanc Deus esse iudicat, ut statim illam punire uelit, sicut apparet, in illo, cum bis uendentes, & ementes è tẽplo magna cũ seueri
16 tate eiecit, atq; in alio terribili supplicio, ꝙ
2. Ma. 3. refertur in secundo Machabæorum, ubi dicitur uenisse Hierosololymã Duce Seleuci Regis Asię, noĩe Heliodorũ, thesaurosque, qui in templo Domini erant deferre uoluisse. Et (dicit sanctus textus) tũc summus Sacerdos ostendit deposita esse hæc uictualia uiduarũ, & pupillorũ. Quapropter, (inquit Sacerdos) rogo te ne has pecunias transportes, erit enim huius templi contumelia, præcipuè, ꝙ per totũ terrarum orbem tanto honori habetur, quod res, quæ in eo deposita est sic ab illo per uiolentiam abstrahatur; Cui Dux Regium mandatum ostendit, dixitque se illi contradicere non posse. Porrò summus Sacerdos, alijq; simul Sacerdotes ad Dominum pro illa iniuria templo illata deprecabantur, simulq; uniuersus populus, & mulieres cilicijs succinctæ pectoribus, inclusæque virgines publice deprecantes, ad templum concurrebant a Domino remedium postulantes. Dux autem nihil illorum æstimans cum satellitibus ad ærarium ingressus est. Sed spiritus omnipotentis Dei magnam fecit suæ ostensionis euidentiam, ita ut omnes, qui ausi fuerant parere ei, ruẽtes Dei uirtute in dissolutionem, & formidinem conuerteretur. Apparuerunt enim illis duo iuuenes qui circunsteterunt eum, & ex utraque parte flagellabant sine intermissione multis plagis uerberantes. Subito autem Heliodorus concidit in terram, eumq; multa caligine circumfusum rapuerunt, atque in sella gestatoria positum eiecerunt, iam quidem ferè mortuũ. Vt uideatis quod supplicium sumit Deus de profanatoribus domus suæ. Et super hunc euentum magnope 18
re considerands est æstimatio, & reuerentia, qua homines, atque mulieres illæ templũ venerabantur, cum omnes unanimiter cõcurrerint exoraturi Deum ne illud tanta iniuria affici pateretur. O quam maxima est hęc nobis confusio, qui tam parui ęstimamus ir reuerentias, & iniurias, quæ nunc passim diuinæ maiestati in nostris Ecclesijs fiunt, ubi sacrosanctum missę mysterium celebratur, in quibus plerunque ineffabile altaris sacramentum custoditur, in quo realiter, & uere Christus redẽptor noster continetur. Quid arbitramini facturum fuisse Dauid, aliosq; S. Patriarchas, & Prophetas ueteris testamẽti, si Dei Maiestatem in suis sacrificijs, & tẽplo haberent, sicuti nos modo habemus? Quanta cum religione, & reuerentia illum colerent? Si tantopere umbra honorabant, quanto magis illud, quod per umbram si- 19
gnificabant, honorarent?

In tabernaculum Moysi tantummodo Sacerdotes ingrediebantur, ingrediebantur autem nudatis pedibus, & nimis ablutis, ac cum maximo silẽtio, & ueneratione, & hebdomada qua ingressuri erant, non bibebant vinum, nec siceram, atque ipsimet Moysi ante tabernaculi constructionem dictum est. Solue calceamentum de pedibus tuis, locus enim in quo stas, terra sancta est. Eia Moyses attende quomodo ingrediaris, nam Exo. 3.
hæc terra sancta est.

O Domine non ita Christiani modo in Ecclesiam tuam ingrediuntur, sed cum tan-

ta pompa, & maiestate, ac si in foro, aut in plateis deambularent. O Christiani, nunquid hic Deum esse nō creditis? Profecto si tales essemus, quales nos esse oporteret, humum, lateres, lapidesque istos uenerari, & deosculari deberemus, eo quod sint in domo Dñi.
20 Illic enim ubi præcipiebatur Moysi, ut calciaméta de pedibus solueret, nemo præter Angelum erat, qui Dei authoritatem ministerialiter repræsentabat. Hic autem ipse Deus, & homo uer⁹ cōmoratur. Prætermitto modicā puritatem, & munditiam altarium, corporaliumq; quæ in plurimis Christianorum Ecclesijs est. Quæ fides, qui affectus, q̄ sensus, aut quæ deuotio est in uiris Ecclesiasticis? ꝙ Deum illū, in cuius cōspectu Angeli, & Archangeli, Cherubim quoque, & Seraphim, uniuersæq; cæli potestates admirati prosternuntur, tanta cum immunditia tractent? Mappas, in quibus ipsi comedunt, uolunt esse nimis mundas, sin minus famulos suos accerrime reprehendunt, alta
21 rium autem linteamina munda esse minimè curant, & licet immūda sint quasi tabernæ mantilia, nihil sibi interesse arbitrātur, nec illis horrorem afferunt. O ingrati hoīes ꝓ tam supremo beneficio has gratias Deo agitis, quia in manibus uestris collocatur, atque hic socius uester commoratur? O fratres charissimi, per amorem illum, quo nobis tam singularia beneficia facere noluit, uos depreeor, ne deinceps ita sit. Verū siquidem illi debitum honorem non possumus exhibere, saltem secundum uires nostras, illum honoremus.

Diligenter aīaduertamus Deum uoluisse ut in templum boues, ouesque, ac columbæ immolandæ, non autē uendendæ afferrētur. Sic faciebat Dauid, siquidem dixit: Introibo in domum tuam in holocaustis, red-
Psal. 65. dam tibi uota mea, quæ distinxerunt labia mea. Si adducis frater sensuales, bestiales-
22 que appetitus tuos in templum, ut eos in holocaustum Deo offeras, mortificationis cultro illos truncās, diuinique amoris igne inflammans, libenter sacrificium hoc Deus accipiet, Sin autem illos emendos, & uendendos affers aspiciens, & cupiens aspici, cupiens & desiderans cupi, peccans, & alios ad peccandum inducens, etsi Deus nunc pro sua pietate dissimulat, non tamen hoc impune ferret, siquidem domi suæ, quæ est domus orationis, tam abominabiles emptiones, & uenditiones exerces, quibus binas templa coinquinas, quorū alterū est hoc materiale, alterum uero est spirituale, qui es tu. Et idcirco Apostolus postquam dixerat. Nescitis, quia tēplum Dei estis, & spiritus Dei habitat in uobis? Subdit conuenietissime, dicens; Si quis autē templum Dei uio 23
lauerit, disperdet illū Deus. O asperū uerbum? ò terribilē cōminationem, quare non 1.Cor.3
contremiscitis filij Adę, siquidem passim, & pro qualibet nænia, quæ se se uobis offert, mortaliter peccatis, animamq; uestram inficitis? Cauete ne uos Deus in æternum destruat. Sic enim uos hic cōminat̃. Dicite, si quis tā impudens, & temerarius esset, ut in hoc materiale templū porcos, asinos, bouesque adduceret, domumq; Dei iumētorum stabulum, & porcorum harā efficeret, quā sacrilegus haberetur? Et si sacrosancti imaginibus abrosis prophana uinolenti Bacchi, aut turpissimę Veneris, aliorumque idolorum delubra constitueret, quo igne, aut quo tormētorū genere puniretur? Quid igitur minus facis tu, ò peccator, qui à te Dei effigiem oblinis nolens cum illo conformari, & in tabula cordis tui turpia uitia, cupi 24
ditates, atque alia pleraque scelera insculpis, quo igitur supplicio dignus est, qui talia sacrilegia cōmittit? Quod si ita est, quare animaduertēs te tot, tantisque criminibus coram Deo alligatū, non trepidas? O cęce, & demens, siquidē cum in tanto periculo constitutus sis toto corpore non contremiscis? Deus tibi sensum, ac prudentiam concedat, ò frater: ut à uia tua mala resipiscas.

Ex his uerbis B. Pauli elicitur alia consideratio tanti, & pluris etiam doloris, sicut est præterita, quę quidem talis est. Siquidem Christianus est templum Dei, ubi ipse habitat, toto tēpore, quo uirū aliquē, aut fæminam persequeris, nihil aliud facis, nisi templum obsidione premere, ut uideas si fora 25
men aliquod inuenias per quod Deum ab illius anima expellas, curās ut illum offendat. Attēde igitur, ò infelix ꝓrorem etiam delinquētes in Ecclesia tutos pari commorari. Quare uis tu, & diligenter laboras ut Deum a loco sacro eijcias omnibus possibilibus rationibus pauperculam fœminam aut alium proximum tuum ad peccandum solicitans? Quod si iniquitas tua iam ad effectum peruenit, Deumque à templo eiecit, restitue, restitue illam templo, quia est Summus Pontifex, (sicut dicit Diu⁹ Paul⁹. Christus assistens Pontifex futurorum bo-

norum) quem Angeli reuerentur, & timent. Dicit aliquis. Quõ igitur illũ restiturus sum Faciens pnĩam & ex aĩo culpam tuam cum maximo animi dolore confitentes, & oĩbus rõnibus, quib. poteris, curans ut idem faciat ille, quem tu ad peccandum induxisti. Eo
26 quod oĩa hæc mala in Ecclesia Dei sunt, ideò nos tam crebro Deus flagellat, atque alijs durioribus quidem flagellis, q̃ hos puniuit, de quibus loquitur S. Euangelium.

Quod si attente considaremus, quid sanctus Euãgelista dicat, inueniemus Dñm flagella non detulisse, sed ex funibus, quib. illi aĩalia sua alligata deduxerant, illa confecisse. Dicit enim. *Cum fecisset quasi flagellum de funiculis, &c.* Atque idem nobiscum nunc agit, nam ex nostrismet negotijs, & ex rebus, quibus intendimus, elicit Deus flagella, quibus nos uerberet. Flagellis trium brachiorũ nos flagellat, quorum unum brachium est sterilitas fructuum, q̃ abstrahit Deus a nostris agriculturis, & laborib. qua nos tam crebrò punit. Sic affirmat Dauid, di
Psa.109. cẽs. Qui cõuertit terrã fructiferam in salsuginẽ à malitia inhabitãtiũ in ea. Efficit De⁹, vt ager, & uinea fertilis efficiatur sterilis, & sicca sine humore. Hoc autem non q̃a sic illi libuit, sed pp malitiam cõmorantium in
27 ea. Idem exaggerat Propheta Ioel denotans, qũo Deus pp hominum peccata fructus a
Ioel 1. dimit. Luxit (inq̃t) humus qm̃ deuastatũ est triticum, confusum est uinum, confusi sunt agricolæ super frumento, & oleo, quia perijt messis agri. In his uerbis significat sanctus Propheta, fructus terræ pudore confusos esse & quasi præ pudore, & confusione, quia tam malis hominib. seruiunt, tamq; ingratis, atque etiam tam inimicis creatoris sui apparere non audere. O quam magnam est hæc exaggeratio, dicere, s. uinum confundi, & non audere apparere in mundo, tu uero non confunderis, quod tam turpiter uiuere ab omnib. uidearis. ¶ Secundum brachium flagelli, quo nos crebrò Deus puniuit, sunt bella, quibus quotidie opprimamur, & affligimur. Mos enim Dei est quos
28 dam peccatores per alios punire, sicut dicit
Zac. 11. Zacharias. Hoc dicit Dominus. Pasce pecora occisionis, qui possederant, occidebãt & nò dolebãt, & uendebant dicentes. Benedictus Dñs diuites facti sumus; & pastores eorum non parcebant eis, & ego non parcam ultra super habitantes terram, dicit Dominus. Ecce ego tradam homines vnumquem que in manu proximi sui, & in manu regis sui, & concidant terram, & nõ eruam de manu eorum. Sumit elegantem metaphoram à domino pecoris, qui ad occidendũ illa custodit, & pascit, & statim explicat metaphoram dicens Deũ esse Dñm pecoris, oues autem potentes, pingues, & malos ciuitatis, q̃ sicut diuitijs pinguescunt, ita ẽt scelerib. incrassantur, & hoc ad maiorem illorum con- 29
demnationem, q̃a ad inferni carnificinã impinguantur. Atque etiam in hac uita illos Deus incipit punire, eosque desinit, ut immaniter sibi inuicem officiant: atque ut reges etiam eorum male partas diuitias iliis adimant. Et ita dicit Deus exponens metaphoram; Ecce ego tradam homines, &c. Et alij alios inuicẽ insectantes terrã schisinis diuident, consurgens Rex contra subditos, & subditi contra Regem, & alij cõtra alios præliabuntur, illosque deseram, ut se percutiant, neq; unos de aliorum potsetate liberabo. Nec uero unos unius ciuitatis per alios ipsius ciuitatis ciues tãtum punit; sed unos 30
etiam Reges per alios punire consuescit, sicut dicit per Hieremiam. Pro eo quod H e. 25
nõ audistis uerba mea. Ecce ego mittam, & assumam uniuersas cogitationes aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonosor Regem Babylonis seruum meum: & adducam eos sup terram istam, idest, ut sit executor iustitiæ meæ. Tali rõne, & ordine disponit Deus hominum negotia, illorumque furores permittit, ut efficiat alios aliorum esse carnifices, ut cõstat ex pphetis. Assyrios Hæbreorũ fecit carnifices, Chaldæos, Assyriorum; Persas autem & Medos Chaldeorum fecit esse punitores. At uero per Macedones, Persas, & Medos flagellauit. Macedonum autem Romanos fecit carnices, & per eos ẽt Iudæos puniuit. Nunc uerò permittit, ut Turcę, & mauri propter scelera nostra Chri- 31
stianorum sint carnifices, ut uitas nostras corripiamus. Et sic demittit inter Reges ambitiones esse, & desideria ampliandi regna & dominationes suas, & ob hanc causam, inter illos bella esse. Et licet eorum finis sit ea quæ expetunt, comparare: ueruntamen Deus hoc ita disponit, ut alij per alios puniantur, ad iustitiam suam exercendam suamque diuinam prouidentiam magnificandam. Et q̃ homines propter malos fines faciunt, ipse ad suæ iustitiæ, & diuinæ uoluntatis excusationem, absque eo quod hoc homines intelligant, disponit. Sic affirmat.

Propheta Michæas, dicens: Ipsi autẽ non co
Mic.4. gnouerũt cogitationes Domini, & nõ intel-
lexerunt consiliũ eius, quia congregauit eos
quasi fœnũ areæ. Quod gẽtes, quas Deus ad
Hebreorũ suppliciũ adduxerat, Domini co-
gitationes non intellexerunt, qui illos qua
32 si manipulos in aream deduxit, ut postquam
Israelis area punita, & purgata esset, illos
contereret, & eorum spolijs uteretur. Qđ si
Deus Nabuchodonosor Regẽ seruum suũ
appellat, non est ꝙ in persecutione Hebræo
rũ nõ peccaret: sed ut signi ficaret se bonam
uoluntatẽ suam adimplere iniquam tyranni
illius intentionẽ, suamq; diuinam iustitiam
illius ambitionem exercere. Deus enim tam
sapiens, potensque est ut ꝑ reflexam regulã
rectum nonerit scibere. Atque etiam aliqñ
ipsum peccatorem suimetipsius carnificẽ fa
cit: sicut apparet in Iuda, qui ipsemet fuit
carnifex: & diuinæ iustitiæ executor, ut in
temporale supplicium peccatique sui exem
plarem pœnam præter atrocissima futuri
seculi tormenta, se ipse suspenderet.

33 ¶ Tertiũ & ultimũ brachiũ flagelli, quo
Deus nos percutit ꝑꝑ scelera nostra, sunt
Deu.28 morbi sicuti dixit Moyses Hebræis: Nisi cu
stodieris, & feceris oĩa uerba legis huius, &c.
Augebit Dominus plagas tuas, & plagas se-
minis tui, plagas magnas, & perseuerantes,
infirmitates pessimas, & perpetuas, &c. do-
nec te conterat. Et remanebitis pauci nume
ro, q̃ prius eratis sicut astra cæli prę multi
tudine, qm̃ non audisti uocem Domini Dei
tui. Et siquidẽ nunc tot pestes, totq; infirmi
tates in nos immittit, meritò credere possu
mus ꝑꝑ peccata nostra esse. Ecce tria bra-
chia flagelli Dei, ut sic puniti, à nostris uitijs
malis resipiscamus, ne æternis uerberibus
flagellandi in infernũ detrudamur. Quã ob
rẽ fratres charissimi hæc Dei tẽpla mundare
diligentissime curemus, oĩaque ab illo pec-
cato eijciamus, præcipue uerò auaritiam ex
pellamus, quã peculiariter illo flagello Dñs
e tẽplo expulit. Est autẽ hoc malũ, ꝙ quasi
in omnibus vniuersaliter dñatur, sicut dicit
Am.9. Deus per Propheta Amos, his verbis: Auari
tia.n.in capite omnium. In oculis tuis affers
auaritiã, semper enim pecunias uelles uide-
34 re, in auribus defers cupiditatem, quia sem-
per audire desideras res lucri. In naribus &
olfactu illam portas, quia à longe oles em-
poria, & negotia, in manibus etiam illa in
geris, semper enim illas plenas nummis ha-
bere uelles. In ore deniq; illam usurpas, sem-
per enim de illa loqui, & agere desideras.
Quid ergo remedij est? Aduertere q̃d faciat
Episcopus cũ materiale tẽplũ purificat. Va-
dit per totũ templum cum hyssopo, & vni-
uersos angulos inuestigare uidetur, hic atq;
illic aquã benedictã effundit, & ubiq; illam 35
dispergit, nisi hoc modo aĩæ tuæ tẽplũ pu
rificaueris absque dubio peribis. Inquire,
inquire per istos aĩæ tuæ angulos, scrutare
quæ peccata sint illa. O quã diligenter scru- Esai.2.
tabatur angulus ille, qui dicebat: Recogita-
bo tibi oẽs annos meos in amaritudine aĩæ
meæ. Veniat aqua benedicta, veniãt lachry-
mæ: O quã benedicta aqua sunt lachrymæ
cordis, effunde, ò frater hanc aquam benedi
ctã dic atq; illic, & ubiq; lachrymare adul-
teriũ, ꝙ cõmi sisti, lamẽtare ieiuniũ, ꝙ fregi-
sti, lamentare tẽpus ꝙ frustra consumpsisti
deplora damnũ, ꝙ proximo intulisti, cõsciẽ
tiam tuam accuratissime porcurre, & im-
munditiæ eius per ostium quod est os per
puram confessionem prodeant. Et firmissi-
me propone diuinam maiestatem à te non
amplius esse offendendam, & sic gratiam
suam tibi Deus largietur, qua sempiterna
gloria comparatur: ad quam nos perducat 36
Iesus Mariæ filius, Amen.

Feria III. post Dominicam IIII. In Quadragesima.

Iam die festo mediante ascendit Iesus in templum, & docebat, & admirabantur Iudæi. *Ioan.7.*

REFERT S. Euangelium ꝙ ce
lebrabatur Hierosolymis festũ
Scœnopegię, ꝙ erat in memo-
riã, ꝙ patres antiq tot annos in
deserto peragrarũt, anteq̃ ꝓmissionis terrã
ingrederent. Hoc ãt festum celebrabat septẽ
dies, & in medio eius, hoc est, die quarto in 1
gressus est Dominus in tẽplum ut doceret
populũq; suam cælestem doctrinam erudi-
ret. Noluit illuc primis tribus diebus ascen-
dere, quia uniuersi in legis ceremonijs ma-
gnopere occupati erãt: & sic minor erat op-
portunitas, ut eos erudire posset. Diligenter
considerandum est hic fratres charissimi,
quomodo quærebat Christus Redemptor
noster opportunius tempus, in quo posset
de animarum salute, & conuersione agere,
cuius quidam insatiabili quidam siti æstua-
bat,

bus. Nullus unquā fuit mercator qui tantum-
August. uis diuitiarū cupidus, qui cū tanto lucrandi
studio in emporia properaret: quanto ardo-
re pergebat optimus Iesus quocunque esset
opporunitas unius aīæ lucrādæ, hoc autem
non propter utilitatē suā, sed pp maximū
suū erga nos amorē. Quis igitur hunc ardē-
tissimū amatorem nō diliget? Et quis omnē
bonam opportunitatem seruiendi illi nō in
quiret siquidem ipse tam diligēter eā inue-
2 stigat ad benefaciendum nobis? O quā accu
ratam diligentiam circa hoc ueteres illi Pa-
Gen. 18 tres habuere, q̄q; diligenter opportunitatē
quærebant ad benefaciendū sicut apparet in
Abraham qui sedebat in ostio tabernaculi
sui, in ipso feruore diei. In meridie peregri-
nos expectabat, ut eos reficeret, illud enim
Gen. 19 erat opportunum tēpus, qn̄ uiatores ab iti-
nere suo requiescere consuescunt. Et sanctus
Loth inuentus est à duobus illis Angelis, q
in forma peregrinorum ueniebant, vespere
sedens in foribus ciuitatis. Vesperi expecta-
bat hospites, q à illa hora solēt peregrini ad
3 domos, & diuersoria concurrere. Et sic Ec-
Eccl. 8. clesiasticus dicit: Omni, n. negotio tempus
est, & opportunitas. Et amicus Dei hāc tem-
poris opportunitatem ad benefaciendū sē-
per inquirit, sicuti uice uersa faciunt mali
ad malefaciendum. Sicut patet de maledi-
Gene. 4. cto Cain de quo dicitur: Dixitque Cain ad
Abel fratrem suum: Egrediamur foras. Cū-
que essent in agro, cōsurrexit Cain aduersus
fratrem suum Abel, & interfecit eum. Vide-
te quam opportunitatem quęsierit ad tantū
illum insultum perpetrandum. Exiuit enim
ad agrū, ut illic a parentibus suis nō aspice-
retur, ne eius mortem possent impedire. O
4 sancte Deus, q̄ obstupenda est uisu uigilan-
tia, quia iniqui hoīes opportunitatē, perqui
runt ad suas malas intentiones exequendas.
Hier. 3. Sic exaggerat Deus conquerens per Hiere-
miam his uerbis. In ijs sedebas expectans
eos (scilicet amatores tuos) quasi latro in so-
litudine. Sicut latro (inquit) ad uias exit, &
illic insidiator uiatores, & in prōptu est, ne
fortè occasio deprædandi prætereat: sic tu ô
peccator (ait dominus) ad uias exis & es au-
scultans in promptu occasionem præter-
mittas committēdi omnia peccata, quæ po-
tes. Es latro peccatorum, deprędatorq; offen-
sionum Dei, qui illis in ijs occurris, vt eas de-
prædens, præ nimio peccandi desiderio, quo
flagras. Deprecor ergo uos fratres mei per
clementissima Dei nostri uiscera efficacis-

simè curetis in hoc diuinæ maiestati respō-
dere, & siquidem tam diligenter occasiones
quęrit ad nobis beneficia facienda, illas nos
et verè, & ex aīo inuestigemus ad illi accu-
ratissimè seruiendū, & qn̄ illas præ manibus
habuerimus, ne frustra eas prętermittamus.
Dicente Dn̄o in tēplo talis, & tā sublimia
mysteria dicit sanctus Euangelista. *Mirabā-
tur Iudæi dicentes, quomodo hic litteras scit,
cum non didicerit?* Cum deberent cōuerti,
magis peruertebantur. Et dicebant fortasse
Chr̄m Redēptorē nostrū literas illa à diabo
lo didicisse, cū illas humanitus nō didicisset
O terribilem peruersitatē q̄ ex tali concio-
ne, & ex tam diuino concionatore, & ex tā
ardenti spiritu tantā malitiā hoīes eliciant.
Ne miremur si nūc populos p̄dicationibus
nostris meliores effectos nō viderimus. Nā
hoc malū satis antiquū est in orbe terrarū.
Sunt significauit B. Paulus, q postquā dixe-
rat, quā speciosi pedes euangelizantium pa- Ro. 10.
cē, euā belizātium bona, statim subdidit di-
cēs. Sed nō oēs obediunt Euangelio: Et citat
Esaiam dicens: Esaias. n. dicit domine qui Esai. 53.
credidit auditui nostro? pauci profecto sal- 6
tem q uiuam habeant fidē, & secundum ar
dentissimā charitatem operentur. Hæc est
maxima exaggeratio B. Pauli q cum prædi
catores sancti sint eorumq; pedes valde pul-
chri, qui q dem sunt eorum passus, viæ, feruo
res, zelus, & sancta intentio omni a hæc pul-
cherrima, quales p̄dicatores nunq̄ in Eccle-
sia Dei defuerunt, p̄cipueq; in illis tempori-
bus maximè abūdarunt: & tñ tā pauci sint,
qui ex sancta illorū doctrina fructum perci-
piant, quid magis obstupendum esse potest?
D. Ioannes hoc magis exaggerauit dicens: Ioan. 12.
Cum autē tanta signa fecisset (scilicet Iesus) 7
coram eis, non credebant in eum. Et hunc
ipsum Esaiæ locum refert, domine q a credi
dit, &c. Atque aliam difficiliorem rem addi-
dit, dicens: Propterea non poterant credere
, s. propter deprauatum affectū ad propriam
gloriam, & ad alia uitia. Dauid verba illa
valde notabilia dicit. Si dormiatis inter me- Psal. 67.
dios cleros pennæ columbæ deargentatæ &
posteriora dorsi eius in pallore auri. Sortes
appellant Hebræi hæreditates, quia illis sor-
tibus datæ sunt. Dicit igitur Propheta secū-
dum quod interpres quidam exponit. Si
Prælatus sederit, & requieuerit sicut qui dor-
mit inter hæreditates suas, hoc est in medio
subditorum suorum unusquisque illorum
erit quasi columba sine felle, doctrinæ eius

sapientia deargentatus,& ardentissima cha-
ritate inauratus. Si igitur hoc est ita quō cō
summus mundi platus Iesus Christus filius
Dei tanta cum tranquillitate inter hoīes re-
quieuerit, illisq; maxima cū efficacia pdica-
uerit plures illorū duriores, ac proteruiores
redditi sunt, sicut apparet in hodierna sancti
Euangelij lectione? Ad hoc respondeo illud
q dicit Dauid intelligendum esse, ex parte
sua illā diligentiam sufficientē esse ad istum
8 admirabilem effectum producendū. Quan-
tò autem potentior, & efficacior erat dñi
pdicatio? Quod si effectum non faciebat, e-
rat pp auditorum peruersitatem, & obstina-
tionem, q qdem impedit quominus predica
tiones, nec miracula ēt proficiāt. Pauci sunt
anni, ex quo frater Andræa de Espoleto or-
dinis fratrum minorū in medio ignis cōmo
ratus est, in quē ter à Mauris immissus est,
& toties indemnis euasit. Quod miraculū
compluribus Lusitanis uiris spectātibus fa-
ctum est, quorum fortasse nonnulli adhuc
uiuunt. Videntes aūt Mauri tm̄ miraculū,
nō modo nō conuersi sunt, ut etū & sanctum
ēt lapidibus obruerunt, illumque atrocissi-
9 ma morte necauerunt. Tāta est illius peruer
sæ gentis obstinatio. Sex mille, & plures an-
ni sūt, ex quo dulcia flumina in mare ingre
di non cessant: mare tamē semper salsum re
manet & amarū. Sic postq Deus Opt. Max.
hunc orbem creauit. magna flumina in il-
lum mittere non cessauit: qui quidem sunt
plurimi sancti, q sanctam doctrinam, opti-
mæq; uitæ exempla mirifica præseferunt.
Et super omnia uenit capitalis ille fluuius
Esa. 11. Iesus Christus filius Dei, maxima cum dul-
cedine, ac suauitate. Non solum autē sicut
fluuius, sed de illo dixit Esaias: Repleta est
terra scientia dñi, sicut aqua maris operien-
tis. Hic autem infœlix mundus cū infinitæ
dulcedinis mare in se receperit, amarus ta-
men, peccatisque plenus remansit.

10 *Respondit eis Iesus, & dixit mea doctrina
nō est mea, sed eius, qui misit me.* Considerate
fratres charissimi quā plena humilitatis sint
hęc verba, qa cum uerum sit oīa qcunque
Pater æternus habet filij esse, ueruntñ oīa
ad Patrem refert, quia illa ab eo acceperat.
O q mirifica doctrina Beati q ex illi sciunt
fructum pcipere, & omnia, quæ habent ad
dñm qui ea sibi concessit, referunt. Sic facie
bat B. Paulus, qui passim affirmabat se gra-
tiā q habebat à dño accepisse. Præcipue aūt
uerba quædam uobis referre uolo, quę circa
29 Quia aūt discipuli tāquā rudes, & imperiti dn̄m de corporali somno loqui arbitrabātur, tūc dixit ei manifestē. *Lazarus mortuus est.* O sancte De⁹? Quid? Fieri ne potuit, mortem aduersus adolescentem elegantem, illustrem, diuitem, atq; potentem præualuisse? Etiam mortuus est, inquit filius Dei. Itaque etiā ēst mors regibus, & principibus. Nulla sunt arma, pulchritudo, nec iuuētus, nec nobilitas, nec deniq; humana potentia quibus mors valeat superari. Idcirco postq̄ Dauid dixit: Ego dixi: Dij estis, & filij excelsi oēs, addidit, dicēs: Vos aūt sicut hoīes moriemini. Licet potētiā maximā in terra habeatis, & quasi Dij sitis in ea, atq; maximi ab oībus æstimemini, & honoremini: attñ estis homines, & sicut tales mori debetis. O si attēte, ac ꝓfunde hoc consideraretis quot peccata euitaretis. Dicite mihi, nunq̄d nō est uerbū spūs sancti dicentis: Fili memorare nouissi- Eccl. 7.
ma tua, & in æternū non peccabis? q̄ si spūs sancti uerbū est, infallibile est. Si igitur est 30
infallibile, qūo licet aliq̄n de morte cogitatis, attñ peccatis? quia de illa nō cogitatis sicut Spūs sanctus vult nos cogitare: idcirco illius consideratio nō efficit in uobis hunc effectum: Naturaliter ea, q̄ a longinquos loco aspiciuntur, apparent minora, qua sunt, sicut apparet in sole, luna, & stellis, qui cum maximi planetę sint, nobis tñ mini apparēt. Sic ēt mortis pericula parua uobis uidētur, q̄a illa acsi nimis remota essent, cōtēplamini, & dicitis cū illo diuite, de quo meminit B. Lucas: Aīa mea hēs multa bona reposita Luc. 12.
in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, & epulare. Qui quidē quanq̄ credebat se esse moriturū, post plurimos tñ annos id futurū esse arbitrabat. Si ergo optimè mortis pericula cognoscere vultis, & ut eius cōtēplatio in uobis efficiat effectus, quos dicit Spūs sā- 31
ctus, oportet uos illā cōsiderare, acsi iā prope obitū essetis, & iā mortis agone prēmeremini, atq; post unā horam inferni tormēta, aut gloriæ beatitudinem expectaretis. Qui peccatū ullū cōmitteretur auderet si hæc assidua animi cōtēplatiōe cogitaret? sic faciebat S. Iob q̄n dicebat: Solū mihi superest se- Iob. 17.
pulchrum. Oīa huius seculi arbitror me relinquere, & nihil ampli⁹ mihi remanere purè, quam ut in sepulchrum deferar. Hoc vnū erit cubiculum meum. De domib. ac diuitijs meis dicetur. Vniuersa hæc fuerunt talis Iob. 15.
hoīs: de sepulchro aūt meo dicetur, hoc est sepulchrū. Et alibi dicebat: Cūctis dieb. qui 32
bus nunc milito, expecto donec ueniat immutatio mea. Quotidie (inquit) mortē expecto, q̄a singulis dieb. atque ēt singulis horis mori possum. O filij Adæ, quare sic nō uiuitis? Quare hæc in cogitationibus uestris verè, & ex animo non euoluitis: cū tā salubria animabus sint medicamēta. Quia diabolus ab his sanctis cōsiderationib. uos curat diuertere. O fratres charissimi, p uiscera miæ Dei nostri, in q̄bus uisitauit nos oriens ex alto, uos rogo, & quanta animi contentione possum, deprecor, ut ex hac cœlesti doctri-

na fructum percipiatis.

Peruenit Dñs Bethaniam quatuor dies post obitum Lazari, cui benedicta Martha obuiam exit,& postea sororem suam Mariã accersiuit,quæ cum multis Iudæis,qui venerant Hierosolymis,ut illam,eiusq. sororem ex fratris sui obitu cõsolarent, cũ illis (inquam)domi morabatur. Illa aũt, vt audiuit surrexit cito,& venit ad eum. Qui autẽ cũ illa erant, cum eã ita celeriter surgentem viderent,sequuti sunt ea,dicentes: *Quia venit*

33 *ad monumetũ vt ploret ibi.* Arbitrabant illã præ mœrore afflictam ad monumentũ pgere, ut illic tota lachrymis perfunderetur, illa uero ibat, ut sese cum Christo redẽptore, nostro cõsolaretur. Ecce vnam ex maximis huius seculi deceptionibus: ꝙ qñ quisquam cælestibus vocationibus, & inspirationibus rñdet, mundoq. atq; cunctis eius vanitatib. renunciat,& ad sepulchrum pergit, quæ est religio,(hic.n.est mortificationis locus) statim mundani homines dicũt. Vadit ad plorandum,atq; ad amarissimam, tristissimãq. vitam degendam. Longe opinione fallimini profecto. Nam qui religionem ingredit, ad nihil aliud venit, nisi vt cũ Iesu Christo

34 sese consoletur,atq; vt inenarrabili quadam exultatione letetur. Pretiosius est spũale qddam religionis gaudium,& oblectatio, quã oẽs ollæ Ægypti,quib.uos fruimini. Et sic vbi nos legimus. Nõ est idolũ in Iacob,hoc est,nõ sunt idololatræ Hebræi, Deus ei⁹ cũ eo.i.vnum Deum glorificant,Hebræi legũt in hoc loco. Nõ est labor in Iacob, neq. af-

Nu-23. flictio in Israel. Quod verbum inter bonos & malos discrimẽ constituit. Nã ĩ malis nihil est nisi labor,& afflictio spũs: sicut dicit

Eccl 1. Ecclesiastes.O quãta cũ afflictione,& labore oĩa tpalia perquirunt, sicut ipsi postea in

Sap. 5. inferno cõfitent. Ambulauimus(aiunt)uias difficiles,&c. In seruis aũt Dei non sunt istæ

35 afflictiones,& amaritudines, cum id ꝙ præsertim expetunt sit regnũ cælorũ bona tpalia absq. defatigatione, amaritudines illis subijciuntur, in illis.n.adimpletur quod dixit Dñs: Primum quærite regnum Dei,& iustitiam eius, & hæc omnia adijcient vobis. Oĩa quibuscunq; egent,quæ sunt satis pauca dñs absq. cordium illorũ amaritudine illis suppeditat. Attendite quã facile acquisierint hebræi terram Chanaam. Apertus est illis Iordanis:ceciderunt vltro mori Hierico, de cælo pro illis pugnabatur,qui erant amici Dei. O quam manifestè dixit Deus hoc p Isaiã his verbis. Vtinã attendisses mandata

mea,facta fuisset siuut flumen pax tua. Vtinã(inquit)pcepta mea cũ attẽtione animaduertisses,nã pax tua tã crebra,& abundãs eẽt sicut flumen,ꝙ semper defluit. O benedictus,& glorificatus sit talis Deus? quid amplius in hac re dici potest? Si igitur Deus mentiri non põt,qa est infinita ueritas, manifeste sequit fideles eius seruos qui pp eum, & ut illum nõ offendant secularib. vanitatibus derelictis ingrediunt pacis flumen inuenire,& de illis dici posse. Non est labor, neque afflictio in Israel. O vtinã diuina maiestas vos illuminet,eos præcipue,qui ĩ dispositione estis,ut hoc faciatis. O quã perspicue, hæc omnia experiemini. Isa 48

36

Interrogauit Dominus, dicens: Vbi posuisti eũ? O Deus bonitatis infinitæ, vbi possunt esse illi, quos tu vbi sunt, ignoras? quales sunt, quos ipse ĩprobas? Hoc est.n. nescire Dei,non approbare. Optimè sciebat Dominus vbi Lazar⁹,positus fuerat: sed dixit hoc vt omnes ad monumentum pergerẽt, miraculumq. illud resurrectionis Lazari aspicerent. Atque etiam vt miserum infœlicis peccatoris statum significaret. Peccatores.n in illum locum peccatum deducit, ut nesciant

vbi nam ipsimet sint,nec in quib. reb. occupentur,quia cum tormentum propriæ conscientię maximum sit,nõ audet peccator in seipso commorari, uolenti enim in se ingredi statim propria conscientia immensitatẽ, quãdã malorum quæ ipse fecit, illi repręsentat,aliamque æternarum pœnarum,quæ illi præparatæ sunt,in memoriã reuocat. Et ita compellitur protinus a se exire, & aliquas res quærere, in quibus occupetur, ne sui ipsius recordetur. Videte igitur qualis erit ille, cui opus est suimet obliuionem quærere, vt peccatorũ suorũ non recordet,vt aliquo mõ possit cum aliqua lætitia viuere, & considerare,in quo nã loco hic erit,cũ extra se commoretur. Hic est miser, & infœlix qui sub malæ consuetudinis lapide sepultus est, quia illic eum peccata eius sepelierunt. 37

38


Iesus ergo rursus fremẽs in semetipso uenit ad monumentũ. Iam dominus plorauerat videns Magdalenam lamentantẽ, & secundo fleuerat pergẽns ad monumentũ, nunc uero tertio ad illud accedens lachrymatus est. Quæ lingua poterit explicare,quid clementissima amatoris hominũ viscera sentirent, cũ videret oĩa miracula,q̃ operabatur, non sufficere, ut illa marmorea corda conuerte-

ret? Homines stultè pro nihilo solēt lachrymas effundere, vt inquit Dauid, Frustra conturbatur omnis homo, i. pro rebus nullius
Psal. 38. momenti, quis aūt crederet dn̄m pro nihilo fuisse lachrymarum. Non legitur dn̄m plorasse qn̄ flagellatus, spinisque coronatus, ad crucifixus est. Fleuit aūt in cruce pendens pro peccatis nostris æternum patrē exorās.
Heb. 1. Cum clamore ualido, & lachrymis, &c. sicut
Luc. 19. dicit D. Paulus. Et fleuit super Hierusalem atq; hic ēt pertinacem illum infelicium Iudæorum duritiem cōsiderans, qui ne tanto qdem miraculo sicuti hoc erat mollificādi
39 erāt. O Christe suauissime aīarum nr̄arum magister, quātopere ī hoc tua immēsa mīa, & amor in homines illā cessit? in tuis. n. doloribus, ac afflictionib. non fleuisti, pro nostris uero criminibus lamentatus est.

Dicit dn̄s ijs qui aderant. *Tollite lapidem.*
August. Super quod dicit B. August. Non poterat lapidem amouere, qui mortuum poterat suscitare? Poterat sane, sed quæ in potestate nostra erant, nobis reliquit, quæ autē maiora erant virib. nostris, sibi sumpsit. Fac tu qđ potes, & Deus faciet, quod tu nō potes. Ablato lapide voce magna clamauit. *Lazarus veni foras.* Significās in hoc peccatores nimis
40 obduratos vocibus, & terroribus reprehendi oportere, vt è peccatis suis resurgant. Nō sufficit quicunq. terror ad hos a peccatis abstrahendos. Si animaduerteritis, videtis ficedulas quæ in turri' cymbalaria commorantur, & illæ quæ sunt nouæ ubi primū cym-
Simile. balarius cymbalum mouere incipit, statim oēs aufugiūt arbitrātes turrim in terrā corruere, illasque præcipitare, illæ vero quæ sunt veteres, etsi cymbalū pulsetur, & magnum sonitū edat, nihil timent, nec cōmouent, sic ēt peccator, qui est nouus in peccato statim, vt reprehēnsionē audit, aut cū terrore corrigitur arbitratur se a terra absorbēdum esse: quia cū non sit tam deprauatus, nec tam cę
41 cus peccati grauitatē melius cognoscit, cūque voluntas in malo penitus nondum resideat statim fugit, q à tot cōscientiæ morsus, totq. labores, & inuersiones, quas peccatū secum affert, non pōt perpeti. Peccator autē vetus, & qui ex longa cōsuetudine in peccatis obduratꝰ ēst, etsi vicinū suū mori videat, etsi Deus eius filiū occidat, etsi cymbalum pulsetur, & plurima mortis signa pspiciat, nō fugit, nec malū primescit, quousq. illum repentina mors occupat, atq. illum in peccatis cōmorātē in infernū pcipiat. Qđ cū ita sit peccatores ij, qui ita obdurati estis ex terribilib. reprehensionib. & fortissimis rōnib. quas quotidie auditis fructum pcipite, & a peccatis vestris resipiscite, antequā vos interitus cōprehendat, & absq. remedio uos expeciamini. Ecce āt Lazarus linteis alligatꝰ, sindoneq. pdijt inuolutus: qđ fuit alterū miraculū, videlicet, qđ omnib. mēbris alligatus ambularet. Dixit eis Iesus. Soluite, hoc dixit S. Apostolis. Accedite peccatores cū contritione ad apostolicos confessarios, ut ptāte q̄ hēnt vos absoluentes, uosq. a peccatorū vinculis liberi, gratiaq; repleti remanentes, postea cælesti gloria perfrui valeatis. Ad quā nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen. 42

Sabbatho post Dominicam IIII. in Quadragesima.

Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Ioan. 8.



Vm Christus Redemp N. sit lux vera, ex hoc īfertur, sicut ipse hic dicit, qđ ille, qui eum sequitur, cum lucē sequatur, non ambulat in tenebris, sed
1 habebit lumen vitæ Christum Iesum sequi, aperte loquendo, est illum imitari B. Ioannes dixit; scimus qm̄ cū apparuerit, similes 1. Io. 3.
eierimus. Qui igitur in gloria Iesu Christo filio Dei similis esse voluerit, prius debet in hac vita illi similis fieri. Et sic vna ex admirabilib. reuelationib. q̄ huic glorioso Apostolo factæ sunt fuit, quam i Apocalypsi refert, q̄ ad imitationem nostrā spectat. Vidi (inqt) similē filio hoīs, i. similitudinem filij hominis vestitum podere, hoc est, veste linea alba indutum a capite vsq. ad pedes, in Apoc. 1.
signū puritatis, & innocentię, quā nos oportet imitari. Itaq. hic reuelata est B. Ioanni similitudo filij hominis, q̄ omnes iusti præ se ferre debent. Dicit vlterius se vidisse illum præcinctum ad mamillas zona aurea. Et notate maximum mysterium, s. quòd eandem 2
similitudinem vidit Daniel. Verumtamen sic dicit de illa, & renes eius accincti auro obryzo. Nam hoc cingulum aureum, quo hęc poderis alba accincta erat charitatem, amoremq. diuinum significat, quia quemadmodum cingulum efficit, vt vestis corpori cōiungatur, & sit secura, ne cadat, sic charitas, & amor diuinꝰ effecturus est, vt puritate in-

induti simus; atq; illi magnopere adhæreamus, & non nobis decidat, sed ut semper in ea perseueremus. Esse aũt similitudinem illam, q̃ uidit Daniel succinctam zona aurea circa renes, hanc uerò, q̃ uidit B. Ioães iuxta mammillas cingulum habere, significat maiorem obligationem, q̃ habemus in lege gratiæ præstantiorem puritatem diligentius obseruare, q̃ obseruatores legis, scripturæ tenebantur. Et ideo habet cingulum iuxta pectora, quia in pectore sunt cogitationũ receptacula, & oportet oĩa diuino amore esse nimis alligata, & succincta. Dicit vlterius
3 D. Ioannes: Capitis aũt eius capilli erant cãdidi, uelut lana alba, & tanquam nix, & oculi eius tanq̃ flãma ignis. Capillis albis morũ maturitas, grauitasque, & modestia quasi senectutis significat. Oculi uero lucidi, & splendidi prudẽtiam, sapientiã, intellectusq; acumen, & perspicaciam designãt. Hæc est Christi Redẽptoris nostris similitudo. Hãc debemus curare, in nobis imprimere. Hoc exoptabat S. Paulus in oĩb. Christianis uidere, & ob id terribiles labores patiebatur, sicut ipse exaggerat, dicens: Filioli mei, quos
4 iterum parturio donec formetur Christus in vobis. Aduertite, q̃n amoris teneritudine S. Apostolus homines tractabat, siquidem
Gal. 4. dicebat: Filioli mei. Atq; etiã est ualde notãdum uerbum illud, iterũ parturio. Iam. n. acerrimos dolores tãquam parturientis patiens, illos ad Dei obediẽtiã, & amorẽ adducerat, & cũ illi peruersi fuissent, nõ cessabat denuò labores maximos tolerare, donec formetur Xp̃s in uobis, hoc est, donec in unoquoq; uestrum Iesu Christi similitudo impressa remaneat. Et sicut pictor incipit imaginem depingere, prius obscuras quasdam lineas efficiẽs, & paulatim colores apponit,
5 clarioraq; atramenta adhibet, quousq; perfe ctã prorsus imaginẽ format. Sic ẽt Spũs san
Simile. ctus tanq̃ diuin⁹ pictor, sãctos, sicuti B. Paulum, cæterosq; quasi instrã assumens in hominum cordib. Iesu Christi imaginem depingit, illosq; paulatim uiuificat, atq; in charitate, cæterisq; uirtutib. & Dei cognitione perficit, donec formetur Christ⁹ in illis, hoc est, donec unusquisq; Christus appareat, cũ Iesus Christus in eis maneat insculptus. Et hoc est Christum sequi, qui est uera lux, utq; lumen accipere. Vnusquisque enim effectus recipit secundum qualitatem rei ad q̃ accedit, & quam sequitur, sicut dixit propheta Abdias. Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma, & domus Esau stipula, hoc est, quia Iacob & Ioseph imitãtur, serui dũ spm̃ habebũt, sicut Iacob, & Ioseph, oẽs erunt flãmæ ignis, & sicut tales sursum ascẽdent usq; ad cælum, qui aũt imitantur Esau reprobum, erunt tanq̃ paleæ in perpetuum cõburendæ. Et sic qui Iesum Christũ, q. est uera lux imitantur, habẽt lumen uitæ. Et cũ verũ sit dæmones principes esse tenebrarũ, sicut eos vocat B. Paulus, dicens: Principes
Ephe. 6. tenebrarum harum, qui Sathanã imitãtur, 6
& sequuntur, nõ habent lumen uitæ, q̃ si lumẽ habẽt, est lumen mortis. Volo dicere, q̃ si habẽt sapientiã, est ad faciendum malum ad peccandum, atq; ad proximos decipiendos. De quib. dicit Hiere. Sapientes sunt, ut
Hier. 4. faciant mala, benẽ autem facere nescierunt.
Simile. Videre est quo pisces dum in stagno aquæ pleno cõmorantur, huc atq; illuc cursitãtes iterum atq; iterum magna cũ iucũditate uolutant, sed ubi primum ab aqua auferũtur, statim quasi mortui, remanent palpitantes, nec moueri pñt. Sic ẽt mundani hoĩes secularium uanitatum sectatores in negotia huius seculi immissi, O q̃ ueIociter in illis uo-
7 lutant, & q̃ diligenter & feruide ea negotiãtur, si aũt illinc abstrahantur, sunt quasi iumenta. Mercator quidã, negociator, & usurarius, qui uniuersum mundũ norunt decipere, in spũalib. reb. collocati quasi mortui remanent, tanq̃ pisces a stagno aquæ abstracti. Vespertilio nescit die uolare, nisi noctu. O infelix peccator tu nescis uolare, nisi ĩ rebus peccat, in reb. infernalib. in his quasi vespertilio celerrime uolas. Die aũt, & in reb. q̃ ad aĩæ salutem, Deiq; ministerium spectãt, nescis magis uolare, nec opari, q̃ si esses brutum quoddam animal, & rõnis expers. Cũ
8 ad pedes cõfessoris es, ne verbum quidẽ scis loqui, illinc uero ablat⁹ plusq̃ uiginti loqueris. Non uitæ quidem, sed mortis lumen.
Quãdo Aristoteles dixit: Omnis homo naturaliter scire desiderat: intelligitur uniuersos homines naturaliter desiderare ueritates cognoscere, scire uerò mẽdacia, errores, & fallacias, non est scire, sed ignorare. Vnde infertur solum uerũ esse scibile. Nã ueritas habet se cum intellectu, sicuti lux se habet cum uisu, sicuti igitur solum lucidum est uisibile, ita etiam solum uerum est scibile. Et tu, qui Sathanã sequeris, qui uniuersi mẽdacij, & erroris est magister, tanquam eius discipulus in mendacijs, erroribus, ac fraudibus sapiens remanes, & sic in magno periculo

Arist. 1. Met. c. 1 tom. 3.
Arist. 6. Ethi. c. 1 tom. 5.

lo uersans fide amittendi, atq; in infidelitatem incidēdi. Quod cũ ita sit frater in te reuertere,& emendare, quando quidem nunc tēps,& oportunitatem habes,ut tibi remediũ adhibere possis. Atque ad hoc notate fratres rē quandã adnotatu dignissimã, scilicet,qđ quanuis homo quandiu uiuit in uniuersis malis diabolum pōt imitari: in hoc tamen uno illum imitari non potest,quod est esse in culpa confirmatum, sicuti est diabolus.

Rom. 8. Vt maximam Dei in homines misericordiã

9 cognoscatis: Multos quidem in hac uita Deus confirmauit ne possent mortaliter peccare,sicut de se, deq; socijs suis dicebat beatus Paulus: Certus sum, quia neque uitã, &c. poterit nos separare à charitate Dei. Nunquam uero hominem ullum quandiu in hac uita commoraretur in peccato cōfirmauit. Potest quidem homo ex cæcari,peruerti,& obdurari, non autem in culpa cōfirmabitur. Et ratio est, quia Deus non inducit aliquem ad desperationem,sed ad confidentiam in diuina misericordia. Quod si Deus aliquem in hac uita in peccato confirmaret:hoc esse illum ad desperationem in-

10 ducere,quod est grauissimum peccatũ. Ergo nunquam Deus hoc fecit, nec unquã faciet quæ cum ita sint attende infœlix homo, licet in peccato nunc sis,te ad hanc diuinam lucem posse conuerti,& ex illa participare.

Et habebit lumen uitæ. Lumen uitæ in uno sensu est sapientia diuinarũ rerũ,ut qs Deo seruire norit: & quædã propriorum defectuum cognitio, ut se confundat propter eos,sibiq; remediũ curet adhiberi. Nã sicut corporali luce maculæ uidentur,quæ in tenebris latebant,si accedens homo ad lucem qui est Iesus Christus,defectus imperfectio

11 nesque suas incipit agnoscere,quæ antea nō animaduertebat, & illarum remedium inuestigat. Et quo magis per imitationem ad hanc diuinam lucem accedit, eo magis semetipsum cōtemnit. Si tibi nimis places, accede ad hanc diuinam lucem, & humilitas tua cum illius submissione comparata tibi superbia uidebitur,paupertas tua superfluitas tibi apparebit,patientiam impatiētiam obedientiam denique inobedientiã esse iudicebis. Etiam lumen uitæ significat lætitiã quandam,gaudium spirituale,quo afficiuntur illi, qui ueram obedientiam supernam lucē,qui est Iesus Christus, sequuntur,& sic dicit Ecclesiasticus. Audi fili,& accipe consi

Eccl. 6. lium intellectus, & ne abijcias consilium meum:inijce pedem tuum in compedes illius,& torques illius collum tuum,subijce humerum tuum & porta illam,& ne accidieris uinculis eius,in omni animo tuo accede ad illã. Et paucis intermissis. In nouissimis n. inuenies requiem in ea, & conuertetur tibi in oblectationem. Attēdite quomodo Spiritus sanctus honorem,uoluptatem,atque utilitatem designat,quæ ex diuinæ legis obedientia eius obseruatori proficiscitur,quanuis in principijs omnia aspera uideantur. Et 12

quatuor res commemora, quibus diuersæ corporis nostri partes solent affligi, collum scilicet torq; pedes cōpedibus, humeri onere,manus denique manicis ferreis defatigari consuescunt. Et metaphoram exponendo, tunc diuinę legi humerum subijcimus cum omnia,quæ nobis præcipit, suscipimus. Et quantumcũque grauia sint, facere non recusamus,& tunc pedes in eius compedes immittimus, cum nostro sensuales appetitus refrænamus. Et tunc collũ nostrum in illius torques inijcimus,quando ceruicem,superbiamque eius imperio submittimus. Et tũc manus nostras eius uinculis patimur alliga

ri cum mediãte Dei timore nos à malis operib. cohibemus. Et sic omnia hæc passionē nostrarũ uincula in salubres colligationes cōuertuntur. Et tandem(sicut hic dicit Deus qui mentiri non potest)homo cordis tranquillitatē, spiritusq; suauitatē inenarrabilē reperit,& hoc est ēt lumen uitæ quod recipiunt illi,qui hanc ueram lucem sequuntur. 13

Etiam ex imitatione,& sequela huius diuinæ lucis aliud singulare cōmodum sequitur,quod est sicut hic dominus ipse dicit,*Nō ambulat in tenebris*. Et quanuis hoc sit prius

quam quod dicit,habebit lumē uitę, in hũc 14

tamen locum distulit, ut de hoc admirabili beneficio radicitus agam. Ad quod primum duo notanda sunt,alterum est,licet de omnibus peccatoribus,qui in peccato mortali cōmorantur dici potest illos in tenebris ambulare, proprius tamen hoc de illis dici,qui fidei lucem perdiderunt. Alterum est,hæreticos huius miseræ tempestatis maius damnum animabus attulisse, quã ceteros alios. Nam alij hæretici ut in plurimum speculatiuas hæreses, quæ ad in tellectum spectant homines erudiebant, hi uerò noui hæretici inuaserunt prædicantes, quasi alter Mahoma carnis libertatem, atque omnia quæ cunque mali, deprauatique homines faciebant comprobantes, consideran-

tes

tes hac noua doctrina facile deprauatos pec catores post illos esse abituros, quia quod antea cum aliquo scrupulo, conscientiæque suæ stimulo faciebant, nunc iam magis libere, & sine scrupulo faciunt, cum iam ab hæreticis edocti sint se illud sine peccato facere posse. Et si hi maledicti ieiunia, & corporales afflictiones, quib. corpora mortificantur, eorumq; passiones subiguntur, sustulerunt, uirginum castitatem relegarunt, san-
15 ctissimæ confessioni silentiũ imposuerunt, prælatorum obedientiam sustulerũt, obligationem denique persoluendi decimas abstulerunt, in aliosq; plurimos errores homines induxerunt, quam securitatẽ possumus nos habere magis, quàm aliæ nationes, in quas hæc tam gulosa, tamq; amica carni secta inuasit? Siquidem ubicunque est caro, reperiũtur homines cupidi placendi carni suæ, & inimici illarum rerum, quæ sibi molestæ, & amaræ sunt. Efficacius remediũ, quo ab his tenebris, & erroribus possumus liberari, est quod nos hic summa ueritas docet, dicens, qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Sequamur uere, & ex animo per singularẽ imitationem hunc diuinum magistrum, q
16 est vera lux, & quo diligentius, & efficacius illum secuti fuerimus, eo securiores erim⁹, ne in has tenebras incidamus. Et ita Eccle-
Eccl. 15. siasticus dicebat. Si uolueris mandata conseruare, conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam conseruare, scilicet, facient.

Tam fidelia sunt (inquit) Dei mandata, & eorum obseruantia per ueram obediẽtiam, vt si tu illa circum conseruare uolueris, nec foramen aliquod, aut rimam in eis feceris, illa etiam sic te obseruatura sint, hoc enim significat conseruare, & conseruabunt te, & efficient, ut in æternum conserues fidẽ Deo iucundam, quæ est fides uiua. Impossibile est enim, eum, qui Dei præcepta diligenter custodit, fidem amittere, hic est enim fideiussor, qui illam securam conseruat. Idcirco
August. dicit B. Augustinus hæresim in Christiano
17 nunquam esse primum peccatum, sed semper esse peccatum, & pœnam aliorum pecca
Isa. 2. torum. Et S. Propheta Isaias detegens fontem, ex quo fidei amissio dimanat: sic dicit. Et repleta est terra eius argento, & auro, & non est finis thesauro tam eius, idest, plena est terra Israelis diuitijs, quæ cum nimia cupiditate compararunt. Et repleta est terra eius equis, & innumerabiles quadrigæ eius, hoc est, etiam uniuersa terra Israelis plena est superbia, vanitate, equis, phaleris, quadrigis, perpolitis vestibus, ac profanitatibus. Et repleta est terra eius idolis, idest, hinc dimanaui, ut eius idolis terra repleretur. Ecce quibus uijs in hominum mentes infidelitas inuadit, atque unde prouenit, ut Deus amittatur, & arbitremur lapides esse Deos, & unde dimanat, ut veritas ab hominibus recedat, & nobis mendacia ueritates, esse uideantur, & vnde proficiscitur, ut catholicum sensum perdamus, & hæreticum catholicum esse iudicemus. Dicit S. Propheta, ex eo, quod ter- 18
ra diuitijs affluit, prouenire, ut plurimis peccatis abundet, & ex uitiorum abundantia, ut hæresibus & erroribus uarijs repleatur, & vt verum Deum ignoret: Quapropter irat⁹ sanctus Propheta cõtra eos dicit Domino, ne ergo dimittas eis. Siquidem (inquit) eo quod te sis bonus, ideo illi mali sunt, & qua maiora in eo confers beneficia, eo illi te magis offendũt: ne illis ignoscas: sed peccatum suum damno suo persoluant. Eia ergo (inquit propheta.) Ecce super te iudicium Dei. Ingredere (ait) in petram, & abscondere in fossa humo a facie timoris Domini. Abscõ- 19
dere illic præ timore flagelli Dei in alicuius rupis cauerna aut in aliqua spelunca, ne te Domini uerber inueniat. Vtitur hic propheta eleganti quadam ironia, ac si diceret sic sic, nunquid a Deo abscondi, aut ab eius manibus potestis euadere? Heu nulla est potentia, quæ Deo ualeat resistere ubicunque sitis uos reperiet, ac puniet.

Quid igitur remedij est, ut ab his oĩbus liberemur? Ecce remediũ clarissimũ apertissimisq; uerbis explanatũ, quod ex ipsius Dei ore prodiit. s. *Ego sũ lux mundi, qui sequitur me nõ ambulat in tenebris, sed habebit lumẽ vitæ.* Nec habebit (inqt) peccata mortalia, aut errores, sed nimis uiuáuidem, & splendidissimá: hic est, q per uerã imitationẽ me sequitur. O Christe reparator uitæ, & fili Dei æterni, & cuius mundi es lux huiusne an alterius? te esse alterius mũdi lucem affirmat 20
B. Ioannes dicens. Lucerna eius est agnus, & Apo. 21
loquebatur de illa cælesti Hierusalẽ. Quod autem Dñe huius mundi sis lux: hoc ego sũmopere admiror; quõ. n. fieri põt. ꝙ cum tu sis lux mundi tot homines in tenebras commorentur? Si hic materialis Sol, etsi in cõparatione tui tam paruus est, & tamen uniuersum mundũ illuminat, & in eius conspectu nihil est obscurum, quõ cum tu infinita lux sis, tot in tenebris relinquis? Ad hoc respon

det beatus Ioannes dicens: Quia dilexerunt
homines magis tenebras, quã lucem. O cæ-
cos filios Adæ, o ĩgratos homines. Quis un
quam tale perspexit? Quis tale audiuit? Qđ
homines tenebris potius, quam luce dele-
ctentur: & ipse dominus eisdem uerbis cau-
sam innuit, ob quã omnes non illuminat,
cum dicat, qui sequitur me. Ergo qui eum
sequi, atque imitari noluerit, in tenebris re-
21 manebit, & in dispositione, ut in hæresum
Hebr. 5. tenebras incidat. Etiam D. Paulus ad He-
bræos hoc explicauit, dicens: Factus est om
nibus sibi causa salutis æternæ. Quaobrem
fratres charissimi ne tam singulare bonum
despiciamus: sed hanc ueram lucem sequa-
mur, siquidem propter eius sequelam tot, tã
que præstantia bona nobis promittuntur.

*Dixerunt ergo ei Pharisæi, tu de te ipso te-
stimonium perhibes. Testimonium tuum non
est uerum.* Cõsiderate quõ etsi hoc in Chri-
sto Redemptore nostro locũ non habebat,
quia ipsa est summa ueritatis, in hominibus
tamen quandiu in hac misera uita degunt,
semper est periculosum, & suspiciosum de
22 seipsis in bono testimonium perhibere, q̃a
Pro. 27. plerunque proprio amore excæcamur. Atq;
ideo ne in aliquam uanitatem, ac iactantiã
incidamus, singuli diligentissime curemus
se qui consilium sapientis. Laudet te alien',
& non os tuum, extraneus, & non labia tua.
Idcirco iusti non modo se non laudant, ue-
rum quoad possunt, se, suaq; omnia curant
parui facere, & pro nihilo reputare. Ea uero,
quæ ita bona sunt, ut nequaquam celari pos
Gene. 41 sint, Deo attribuũt. Quando Ioseph coram
Rege præsentatus est, Rexque illi dixit se il
lum accersit iussisse, ut insomnium, quod vi
derat, illi reuelaret, respondit Ioseph. Absq;
me Deus respondebit prospera Pharaoni.
Humillimi cordis uerbum est hoc, in quo
23 Deo quidem gloriam, sibi uero nihil attri-
buit, hoc est, non est cur huius rei mihi gra-
tias agere, aut quare me propter hoc lauda-
re debeatis. Non equidem virtute, aut sapiẽ
tia humana huius somnij interpretatio ex-
ponitur, sed per diuinam Dei gratiam reue-
latur, & illi gratias oportet agere qui hoc
somnium, eiusque expositionem in harum
regnorum remedium dare uoluit. Et paulo
inferius statim ipsemet Sanctus Ioseph di-
cit, quæ facturus est Deus ostẽdit Pharaoni.

Aduertite quomodo oĩa Deo tribuit, &
quomodo altissimę maiestatis probitatem,
prouidentiamque detegit, qui ijs etiam, qui
in illum non credunt qualis erat Pharao, &
eius populus uniuersus beneficia confert.
Ignorabat Moyses, quod cornuta esset fa- Exo. 34
cies eius. i. quod in facie sua lucidos quosdã
haberet splendores. Hoc est ueri humilis in-
genium, quod cæteri omnes uirtutes, ac ra-
dios eius aspiciũt, solus uero ille qui eos ha-
bet illos non tales esse iudicat, sicuti hic ap-
paret in Moyse. Imo postquam faciem suã 24
tantopere illucescere cognouit, quãdo cum
hominib. loquebatur illam operiebat. Etiã
in libro Iob dicitur de iustis. Nunquid mit- Iob. 38.
tes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent ti
bi adsumus? Serui Dei sunt ueloces, & splen-
didi quasi fulgura, suoque bono exẽplo om
nibus illucescunt, ac hominum corda deter
rent, & concidunt, animasq; conuertunt, at
que ad Deum cũ humilitate, & submissa co
gnitione, humilique gratiarum actione re-
deunt dicentes: Adsumus, idest, tibi Domi-
ne gloriam reddimus, siquidem omnia auxi
lio, gratiaq; tua, adiuti facimus, & tu quod
plus es ponis, sicut dixit Isaias. Omnia enim Isai. 26.
opera nostra operatus es nobis. In hoc opor
tet nos laborare, ut sanctos imitentur, scili-
cet, ut tam uerbis, quam operibus humilita 25
tem maximam ostendamus, & multo dili-
gentius curantes humiles corde esse.

Huic tam ignominioso uerbo respondit
eius Iesus. *Si ego testimonium perhibeo de me
ipso, &c.* O ineffabilem optimi Redẽptoris
nostri patiẽtiam, ac mãsuetudinem. Videte
q̃ responsionem illis reddit, & quo tempore
quando illi dixerãt eum esse mendacem, &
omnia quæcunque dicebant falsa uerbis tã
Domine tam acribus, & amaris esse. Quare
dulcẽ responsionem reddis? Salomõ ait. Re Pro. 26.
sponde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi
sapiẽs esse uideatur. Si enim non responde-
ris ostends te victum, illum autem uictorẽ 26
remanere. Quare igitur domine tu his stul-
tis non respondes sicut illi merẽtur? Quum
tibi dixerunt. Magister uolumus a te signũ
videre. Et cũ tibi dixerunt, Magister, scimus Mat. 12.
quia uerax es, asperrime respondisti, dicens;
Generatio mala, & adultera, &c. Et quid me
tentatis hypocritæ? Hic aũt cũ ab illis men-
dax appelleris, tanta cũ mansuetudine illis
respondes? Ita oportebat, ut cœlestis Magi- Mar. 9.
ster faceret, ad prælatos, eosque qui publicis
muneribus funguntur erudiendos, ut cum
mansuetudine, & patientia se excusent. Hoc
faciebat Sanctus Iob, etiam antequam Do
minus suo exemplo in mũdo illud doceret.

Et

Et ſic dicebat. Si cõtempſi ſubire iudiciũ cũ ſeruo meo,& ancilla mea, cum diſceptarent aduerſum me. Dictio illa, ſi, hoc ſignificat. Non me adiuuet Deus ſi cõtẽpſi cũ famulis
Iob.31. meis rõnem ponere. Imo ubi primũ cognoſcebã ullũ ex illis de me cõqueri, ego illum uocabã, & poſtulabã, ut mihi diceret quare conquerebatur, & me apud ſingulos ſeruos meos q̃ de me q̃rebãtur, quo meliori modo poteram, excuſabã, illiſq; rõnem reddebam. quare hoc, & hoc facerem. Non illis dicebã,
27 Serue neq̃ abi in malam rem, diſcede de domo mea, ſed maxima cum manſuetudine cũ illis iudiciũ ſubibã. Maior profectò ratio eſt, ut idem nunc faciatis ij, qui patresfamilias eſtis, aut qui ſub poteſtate ueſtra ſubditos habetis, ſiquidẽ ante oculos ueſtros habẽtis exemplũ potentiſſimi Dei, q̃ tẽ patienter,& manſuete iniuſtiſſimis maledictorum
Mat.20 Phariſæorũ uerbis reſpondet. Sicut ẽt rationẽ reddidit illis,q̃ murmurabant, q̃a tãtam mercedem perſoluerat operarijs, qui ſero in ueniam ad laborandum iuerant, quantam illi,q̃ in labore totum pondus diei ſuſtinuerant. Non illis dixit. Ite in malam rem,quæ uobis cura eſt horũ quę ego facio?ſed illis rationẽ reddit dicẽs. Amice nõ facio tibi iniu
28 riam,nonne ex denario cõueniſti mecũ?tolle q̃ tuũ eſt,& uade. Hęc eſt infinita Dei clemẽtia,q̃ tanta cũ mãſuetudine hominibus rationẽ reddit ſui. Tanta aũt cũ acrimonia illis reſpondit, q̃ cũ uerbis illis adulationis ad eũ accedebant, ut te admoneat frater diligentius oportere te ab eis cauere, q̃ te aſſentatorijs uerbis alloquũtur, q̃ à quodã capitali hoſte O quantum malum eſt adulatio,ſiquidẽ ille, q̃ cõtumelioſis uerbis tã ſuauiter,ac patienter reſpondebat,tam aſpere adulatores rep̃hendebat. In Deuteronomio p̃cipiebat Deus dicens, Qui percuſſerit pro
Deu.19. ximũ ſuũ neſciẽs qui heri,& nudius tertius nullũ contra eũ odiũ habuiſſe comprobatur ſed abijſſe cum eo ſimpliciter in ſyluam ad ligna cędẽda,& in ſucciſione lignorũ ſecuris
29 fugerit manum ferrumq; lapſum de manubrio amicum eius percuſſerit, & occiderit: hic ad unã ſupradictarũ urbium, uidelicet fugitiuorum confugiet, & uiuet. Et ibidem illum Deus excuſabat dicens,quia non ex induſtriã hominẽ occidit, ſic igitur in humana conuerſatione,ſic ſecuris ferrum de manubrio labitur:hoc eſt ſi uerbum ab ore tuo labitur,cũ illud noles p̃ferre, q̃ũ proximũ tuũ offendis, rõ poſtulat ut ſit tibi urbs refugit. Quũ uero ex propoſito,& nimis p̃meditatẽ proximo tuo aſſenationis uerbum loqueris, quẽ cognoſcis eſſe hominẽ debilem, & forte illo uerbo in ſupbiã,& peccatum deuenturũ eſſe, & tamẽ illum aſſentatorijs uerbis alloqueris, & quæris, quibus illi potiſſimũ rõnibus aſſentari,& placere poſſit,atque illũ facias euaneſcere, ad hoc ſpũale homicidium, tantãq; crudelitatẽ defendendã, quæ ciuitas refugij erit? Tanta aũt eſt Dei miſe- 30
ricordia ut iſti, alijq; maiores peccatores ſicut oportet accedãt,in illa refugiũ inueniãt.

Reſpondet igitur Dominus. *Et ſi ego teſtimonium perhibeo, uerum eſt teſtimoniũ meũ.* Lux efficit, ut cætera uideantur, & ipſa per ſe uidetur. Eſt Ieſus Chriſtus redemptor noſter lux, & ueritas, & ab eo ueritatẽ habent oĩa,& eius ueritas a nullo dependet, & omnia quęcunq; dicit,eſt infallibilis ueritas. *Et pater meus* (inquit) *teſtimonium perhibet de me.* Quotquot mirabilia,& p̃ſtantiſſima miracula Chriſtus Saluator noſter in hoc mundo operatus eſt, omnia fuerũt clariſſima teſtimonia, q̃ æternus pater de illa perhibuit. Nã hic pater ſignificat totam ſanctiſſimã trinitatem, q̃ eſt unus Deus, cuius uirtutes humanitas ſaluatoris noſtri tot miracula ope- 31
rata eſt. Ideo dicit, Scio eũ q̃ miſit me,& ad quid me miſit, & ſcio quo uadam; ſcio unde ueni(inquit)& quo uado. Scio me quatenus hominem p̃ uirtutẽ Spũs ſancti conceptum fuiſſe,& mendaciũ me loq̃ non poſſe, finem q̃ue meũ fuiſſe in mundum uenire,ut illum a peccato redimere. Quo negotio peracto ad patrem meum reuertar,qui miſit me.


Vos autem neſcitis unde uenio, &c. Vos ſecundum carnẽ iudicatis, cũ ad nihil aliud (inquit)pręterquam ad corpus filium mulieris,& ut uos arbitramini filium Ioſeph, ad uertatis, ideò uerbis, quæ uobis dico fidem adhibere non uultis,quia carnali iudicio,q̃ eſt cæcum & delirum, non autem ſpirituali iudicatis. Ego nõ ſecundum carnale hoc iu
dicium iudico, ſed iudicium meum uerum 32
eſt, quia quemadmodum iudicium patris mei uerum eſt, ſic iudicium meum eſt uerum Ego enim ſum unus Deus cũ patre, & ipſe p̃hibet teſtimonium de me inquãtum homo ſum omnibus hiſ miraculis, quæ me facere perſpicitis mortuos, ſcilicet ſuſcitando,ægros ſanando,cæcos illuminando, &c. Siquidem igitur per diuinam miſericordiam in hunc diuinum magiſtrum tot teſtimonijs ab æterno patre cõprobatũ, tãtaque

authoritate plenũ iã credimus: sup est nunc, ut illi libentissime obediamus, & plene ea quæ in suo sancto Euangelio nobis præcipit exequamur:& ita hac diuina luce,quam nobis hic cõicabit, quæ est gratia,repleti cælesti gloria in posterum perfruimur: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

33

Dominica in passione.

Quis ex nobis arguet me de peccato? Si ueritatem dico uobis, quare non creditis mihi? Ioan. 8.



ÆC dies dr̃ Dñica in passione, qa ex hac die usq; ad resurrectionem dñi occupatur alma mr̃ Ecclesia in mysterio passionis dñi celebrando, sicut huc usque occupata est persuadẽdo nobis omnibus possibilibus rationibus, ut peccatorum nostrorũ pœñam agamus. Quod si quæratis
1 quare sancta Ecclesia Spiritu sancto illuminata hæc duo coniunxerit, scilicet, quare eodẽ tpe, quo de pœnitentia nostra agit, de sanctissima etiam Dñi passione loquatur? Huius ratio est,quia uera pœnitentia non cõsistit solũ in præteritis peccatis lamentãdis, illis confitendis,atq; pro eis satisfaciẽdo,ue rum summopere necessarium est ẽt illa omnino destruere,intestinoq; odio habere. Nã ad illorũ cõfessionẽ obligati sumus qñ alia necessitas nõ offertur,semel in anno Et hoc .s.peccata odio habere semper est necessariũ saltẽ in uoto, atq; ad hoc Christiana uita dirigitur. Sic Isaias testatur,dicẽs:Iste omnis fructus, ut auferatur peccatũ eius, idest ut sine crimine pietas, & iustitia retineatur. Et licet uerũ sit nos ab omnibus creaturis, scilicet à cælo,terra, & inferno ad peccati detestationem inuitari: nihil tamen ad illud execrandũ tantopere nos inuitat, quam pas-
2 sio Iesu Christi filij Dei. Nã quando homo attentè considerat tale pro peccato sacrificium oblatum fuisse, quam malum atque execrabile sit cognoscit. Maxime hominem commouet scire, & considerare, cum Christus Redemptor noster nimium uitam suã diligeret, (ipsa enim dignissima erat dilectu) tamen adeo peccatum execratum fuisse, tantoque odio illud habuisse, ut hanc pretiosissimam uitam uoluerit amittere, ut peccatũ moreretur. Ex quo apparet dominum

Ca.omnis utriusque sexus de pœni, & remis.

Isai. 27.

quodammodo magis peccatũ odisse, quam uitam suam dilexisse,siquidem ut peccatum occideret illam uoluit amittere. Postquam Sanson fuit apprehensus, excæcatus,& illusus à Philistæis, adeo se ab illis ulcisci desiderauit, ut cum intelligeret se non posse illis uitam adimere, nisi se simul interficeret, se uoluit occidere, ut illis mortem inferret, Et sic dixit. Moriatur aĩa mea cũ Philistijm. Et ita moriẽte illo Philistæi ẽt mortui sunt. Quæ res diuino spiritu operata, est perspicua quædam imago huius mysterij, quia ut 3
Christus Redẽptor noster iniurias,quas peccata diuinæ maiestati inferunt,ulcisceretur, tanto odio inflammatus est in illa, ut ad ea occidenda mori, & ipse simul fuerit dignatus. Quod tantũ malum est peccatum, illudque Deus tantopere execratur, nescio profectò quo uultu, & quo animo tã facile peccare audemus. O si hæc profunde considera remus, quam maximum nobis frẽnũ essent quo a peccatis, quæ passim cõmittimus nos cohiberemus. Cùm Bethleem à Philistæis obsidione premeretur, desideranit Dauid aquã de lacu,& ait: O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna,& quę est in Bethleem iuxtam portam: Irruperunt ergo tres fortes castra Philisthinorum, & hauserunt aquam 4
de cisterna Bethleem, & attulerunt ad Dauid,at ille uoluit bibere, dicens. Propitius sit mihi dominus,ne faciam hoc. Nam sanguinem hominum iustorum, qui profecti sunt, & animarũ periculũ bibã? Liberet me (inquit) Deus ne aquam bibam, q̃ tanto pretio stetit. O si quãdo diabolus,mundus, aut caro nobis tres illicitas offerunt,consideraremus,quanto prætio maximus, ac præstantissimus eques Iesus Christus has aquas persoluit, quantumcunque sitim illarum haberemus, & licet appetitus noster illas nimis desideraret, nobisinetipsis resisteremus, nec illas bibere uellemus. Nam etsi infernum, cœlumque apertum uideremus, non esset tam mirandum, quam Deum in ligno pen- 5
dentem propter peccatum aspicere. Dicet aliquis, ego semper credidi Saluatorem nostrum Iesum Christum mortuũ fuisse, ut ꝓ commisis peccatis moriens satis faceret, nũ uerò arbitrabar eum mortuũ fuisse, ut nos à peccatis coliberet. Longe opinione falleris frater. Nam non minus mortuus est, ut nos a futuris peccatis coerceret, quam ut ꝓ præteritis satisfaceret. Nã ad præterita peccata ꝓsoluenda,te tã tẽ habebat cum infinitam mi-

Iud. 16.

2. Re. 2.

ta maiestate, quæ offensa erat. Et ad hoc suf-
In extr. vnigeni tus de pęn. & remis. ficiebat (ut ait Clemens sextus) una gutta sui sacratissimi sanguinis, aut quicũq; minimus actus. Ad refrænãdos ãt nos, ne iu posterũ peccaremus, efficiendumq; ut peccata odio haberemus, uosq; ad uirtutis exercitationẽ adducendos, & erudiẽdos, ut rebelles uoluntates nostras subigeremus, ad hęc oĩa efficienda magis necessariã mediũ esse iudi-
6 cauit crudelissimã illã mortẽ tolerare. Ita dicit B. Paulus. Dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.

Et in hac Dominica passionis hoc sãctũ
Tit. 2. Euangelium uobis proponitur. In quo refertur quõo innocentissimus agnus Iesus Christus dixit peruersis illis Pharisæis, scribis legis, ac principibus. Quis ex uobis arguet me de peccato. O ineffabilem humilitatem? Neq; .n. cæleste aurũ dedignatum est in sñiarum illorũ fornacẽ collocari, neq; in inuidia
Simile. rũ suorũ igne examinari, ut apertè uerspicerent nullã in illo imperfectionis esse facem. Quis ex uobis, &c. Solent maximi pictores
7 imagines, quas depinxerũt ad ostiũ collocare, ut unusquisq; ptereuntiũ secundũ artẽ, q̃ scit sñiam suam de imagine illa dicat. Sic hodie diuinus R. N. uitæ suæ puritatem diuinis uirtutum colorib. depictam ad ostiũ protulit, ut ab omnib. perspiceretur quam perfecta & sine defectu esset. Solus Christus filius Dei hoc iure optimo & cum ueritate põt dicere, de cæteris. n. dicit Iob. Stellæ nõ
Iob. 25. sunt mundæ in conspectu eius, quanto magis hõ putredo, & filius hominis uermis? Et
1. Ioa. 1 B. Ioãnes licet in gratia cõfirmatus, ut mortaliter peccare nõ posset, dixit. Si dixerimus qm̃ peccatum nõ habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis nõ est. Quanto magis nos miseri, qui hac uirtute & diuina cõfirmatione caremus? Deferebant filij Iacob vas Ioseph, inscij. Et ipse misit ministrum
Gen. 44 suum, q eos persequeret, & apprehenderet,
8 & postquã ad eos peruenit, dixit illis: Nunquid bonũ uobis uidetur, ꝙ cum tm̃ beneficiũ acceperitis, hoc tñ uas aureũ furatũ deduxeritis. Pessimã (inquit) rẽ fecistis, qui responderunt. Apud quẽcunq; fuerit inuentũ seruorum tuorum qđ quæris, moriatur. Et scrutãtes saccos à maiore usq; ad minimum, in uno sacco scyphũ inuenerunt. Arbitrãtur homines nihil aliud esse, quam dicere, aut credere, sãcti sumus, scitote qm̃ iustitiã Dei uos insectabitur, qñ minus arbitrati fueritis & dicet, vbi est scyphus aureus? Quid scis ò peccator, vtrũ requisitã diligentiã in confessione adhibueris, & cũ arbitratus fueris teiã sine peccato esse dicat iustitia. Ecce scyphũ aureum, quẽ furatum deferebas. Ideo B Paulus dicit. Qui ãt iudicat me, dñs est. 1. Co. 4.
Qui saccũ scrutaturus est, & conscientiam, Deus est, quẽ nihil pt latere. Quapp opus est, ut cum maxima aĩaduersione. & timore 9
viuamus. Ab omnibus his satis securus erat Simile.
Christus R. N. siquidem nequaq̃ peccare potuit. Quandiu ferrum est in fornace candens, nõ pt rubigine opereri, sic humanitas in diuinitatis fornace introducta peccati rubigine non potuit contaminari. Dum virga in manu Moysi erat, virga quidem erat, ubi primum ãt ab eius manib. deponebatur, in serpentem conuertebatur: Humanitas no- Exo. 4
stra in nobis est, uenenosus coluber, in uerbo autem, quod est Patris dextera est uirga rectissima, in qua nulla est disparitas, aut iniquitas, quæq; flecti nõ potest. Idcirco audacissimè, & maxima ratione potuit dicere. Quis ex uobis arguet me de peccato? Hic 10
docuit dñs quales eos esse oportet, qui alijs prædicaturi, eosque docturi sunt, uidelicet, ut sanctitatis eius quoad poterint sectatores diligẽtissimi sint. Sic diuina maiestas oĩa disposuit, ut prius in se, & postea in alias res agãt. Hoc apparet in plantis, atq; in cęteris, aĩantibus, prius. n. plantæ accrescunt, postea uero fructum ferunt. Et prius animalia ad debitã pportionẽ perueniunt, & postea gignunt. Sic in uirtutis operibus esse oportet, prius homines debet sibi uirtutes acqrere, & in illis proficere, postea uero curare dẽnt, ut cæteris omnib. psint. Cũ venisset Elias ad Eliseum, misit pallium suum super eũ. Qui statim relictus omnib. cucurrit post Eliã. Itaq; tãgẽs Elias Eliseum pallio suo, il- 3. Re. 13
lius cor conuertit. Ita profecto esse debet 11
ꝙ uitæ innocẽtia, uestitus modestia, ac deni- 2. Co. 6.
que austeritas prædicatoris tanta sit, ut ani- Simile.
mas conuertat, & q hoc nõ faciunt, munus suũ dedecorãt, & p cõsequens ipsum Deum inhonestant, siqdem in eius loco constituti sunt. Ideo sanctus Paulus dicebat. Nemini dãtes ullã offensionem, ut non uituperetur ministeriũ nostrũ Lacerti ambulantes uestigia picturas quasdam manibus impressus in puluere relinquunt, quas tñ postea cauda obliuiur. Ita faciunt plurimi pdicatores, q lingua plurima sãcta cõsilia pdicat, postea

uero illa omnia suo malo exemplo delent.
O Pater mei ego uos humiliter exoro, ut
saltem ꝓ eo quod ad Dei honorem, popu-
lorumque utilitatem spectat, ita innocen-
tes uiuere curetis, ut aliquo modo dicere
possitis. Quis ex uobis arguet me,&c.

Diligēter animaduertite dñm innocētiæ
suæ ostēsionē in hoc tps, cū iā ꝓpe erat eius
trāsitus ad patrē, distulisse. Et in fine cursus
sui immaculatæ uitæ suæ rationē reddere
12 uoluisse, docens nos in hoc quō mori debea
mus, sicut in toto uitæ suę discursu nos quō
uiuere deberemus erudiuit. Et qñqdem tu,
q̄ nam futura sit hora discessus sit penitus
ignoras, cura quotidie cū consciētia tua ar-
ctissimā rōnem ponere. Et scrutare utrum in
ea quicquā sit, qđ te de peccato arguat, &
illi remedium adhibe. Ne in ultimā horam
expectes qñ ꝓ doloribus, & mortis instantiæ
quasi attonitus, & obstupefactus eris, & ni-
hil profectū scies efficere. Hoc enim habent
magni labores, qđ nō solum q̄do eueniunt,
sꝫ et q̄do a longe apparent hominē maximè
cōturbāt, sicut apparet in Hieremia, ubi cū
Deus Hebræos cōminatus fuisset, illisq; di-
xisset. Ecce populus ueniet de terra Aqui-
13 lonis, & gens magna consurget à finibus ter
rę. Sagittā, & scutum arripiet, & non misere
Hiere.6 bitur. Vox eius quasi mare sonabit, & super
equos ascendent, præparati quasi vir ad præ-
lium aduersum te filia Sion. At illi respōde-
runt. Audiuimus famā eius, dissolutæ sunt
manus nostræ, tribulatio apprehendit nos,
dolores ut parturientē. Hoc dicebant maxi
mo Caldæorū timore perculsi. Sic profecto
iā q̄do arctissimi iudicij Dei tribulationes,
& angustiæ aduenerint hoīes deiectos, ac ꝓ
nimio timore languidos reperient solus il-
lius timor, eos ita concutiet, ac cōturbabit,
ut quasi attoniti sint: Vñ pōt dicere unusq;
que illorū, qui terribilē mortis ictum expe-
ctāt. Dissolutæ sunt manus nostræ, &c. Quę
cum ita sint frater ne ea, quæ ad animæ tuæ
14 salutē spectāt, in illā horā facienda differas.
Mirabile est q̄ta cum solertia est ille, qui la-
trúculis ludit Hispanicè (*El Axedrez*) prius-
quam instrumentum, quo ludit quod Hispa
nicè dicitur, (*La pieza*) in quadrangulo collo
cet, aspicit, & respicit, ubi nā illam tuto pos
sit collocare, ne ab aduersario capiatur. O
quam suspensus animi, est dubiusq; utrum
hic, aut illic melius collocet, postquam.n. in
uno loco posuerit, si est periculosus, iā nul-
lum est remedium, nec aliquid prodest,
quod illum pæniteat illic posuisse uelit no-
lit, à contrario capietur. Si ergo in ludricis
rebus, quæq; nihil prosunt tā solicitos nos
præbemus, quare non animaduertemus vbi
animam collocamus, cum sit res tantæ enti
tatis, cumque tam necessarium sit hoc ani-
maduertere. Si enim in peccato sedet, & in
eo te mors occupauerit siue uelis, siue nolis
à diabolo capietur, atque in infernum detru
detur, nec post mortem illum pænitentiæ
genus tibi proderit. O æterne Deus quanta 15
amentia est hæc homines in rebus nullius
entitatis solicitudinē maximam adhibere,
earum uero quæ maximi sunt ponderis, ac
momenti nullam habere rationem, Suspice
igitur hoc negotium quod per magni inte-
rest ò frater, & uerè, atque ex animo illud
age ne postea te deceptum experiaris.

Quis ex uobis arguet me de peccato (ait
dominus.) Et siquidem nemo est, qui de il-
lo merito me possit arguere, & ego bonus
sum. Ergo mea doctrina etiam est bona, &
uera. Igitur: *Si ueritatē dico uobis, quare non
creditis mihi?* Hoc est causa Domine cur ti-
bi nō credunt, uidelicet, quia illis ueritatem
loqueris, quod si eis mendacia diceres, ma-
gnā tibi fidem adhiberent. Tu ipse domine 16
dixisti. Ego rogabo Patrem, & aliū paracle- Ioan.14
tum dabit uobis ut maneat uobiscum in
æternum: spiritum ueritatis, quē mūdus nō
potest accipere. Adeo homines sui ipsorum
amatores sunt, ut mendacia, & abluationes
audire uelint, licet illas realiter assentatio-
nes esse cognoscant, si uero illis ueritas dica
tur, quantumcunq; illis cōducibilis sit illam
nequeunt tolerare, licet.n. ueritas (ut ait D.
Thom.) non possit in uniuersali odiri à quo-
quam, potest tñ in particulari. Et sic inquit D.Th.1
Augustinus, quod homines amant ueritatē 2.q.20.
lucentem, oderunt eam redarguentem. Si- ar.1.
cut apparet in maledico rege Achab, qui Aug.10
de sancto propheta Michæa dicebant. Ego cō.c.23
odi eum, quia non prophetat mihi bonum, 3. Reg.
sed malum. Bonum, idest delectabile. San- 22.
ctum prophetē tibi secundum uoluntatem 17
suam non loqui, etsi ueritatem quæ ei ꝑ ma-
gni intererat, reuelauit, illud tamen malum
appellabat. Iam fere nihil aliud est in homi
num usu præter mendacium, alij enim a-
lios inuicem decipiunt, sicuti Ægyptij q̄ in
tanta tenebrarum confusione commorabā
tur, ut se se inuicem intueri non possent. Et Exo.10.
tanquam Babylonici, in quib. tanta erat lin Gen.11.
guarum disparitas, ac perturbatio, ut sese ne
quaquam

quan q possent inuicē intelligere. Hoc equi dē inter nos hodie agit etsi Chriani sumus, Quapp possumus dicere cum regio Psalte.

Eſa. 59. uerbis ſignificaui Eſaias, dicēs. Conceperūt laborē, & pepererant iniqtatem. Oua aſpidū repēriātur, & telas araneę texuerunt, qui comederit de ouis eorū, morietur, & qp conſonum eſt, erumpet in regulum. His elegantiſſimis metaphoris nobis ſignificat Spiritus ſanctus quantum mali non ſolum ſibi. ſed aliis ēt officere cōſueſcant, ijs prſertim qui ad eos accedunt. Et malum in corde ſuo proponere; peccatum committere, appellat his S. Propheta laborem, & dolorē concipere, illud uero exterius operari uocat, iniquitatem parere. Et compertum eſt idem quod 14
concipitur pari, neque.n. hō concipitur & leo paritur. Et ſiquidem Propheta dicit illos iniquitatē parere manifeſte; ſequitur iniquitatem concepiſſe. Vocat autem iniquitatem iſtā, quā ceperunt, laborem, quia nimis annexus ēſt labor, dolor, & amaritudo peccato. Eo qp contra dictamen conſcientiæ concipiatur, & quia peccatum neceſſario peccatori laborem, & dolorem eſt allaturum, aut in hoc mundo per pnām, aut in altero per infernales cruciatus. Et hanc maledictam eius conceptionem, & partū aſpidum, aut uiperarum partui cōparat. Et licet plurima ſint aſpidum genera, ſicut naturales philoſophi referunt, illæ tamen, de quibus hic Propheta loquitur intra ſe oua concipiunt, eaq; pariunt, & eorum partus eſt ipſarummet aſpidum interitus. Ad hoc alludit quod B. Iaco- Iacob. 1
bus dicit. Vnuſquiſque uero tentatur a con- 15
cupiſcentia ſua abſtractus, & illectus. Dein de cōcupiſcentia cum conceſſerit, parit peccatum, peccatū uero cum conſummatū fuerit, generat mortē. Concupiſcentia (inquit) hominem a bono opere diſtrahit illum ad malum inuitās. Et hæc concupiſcentia, quæ eſt mala fęmina inueniēs occaſionem concipit a conſenſu, & ſtatim ſecreto intra animam parit peccatum. Illud uero peccatū cū fuerit opere exteriore completum, & cōſummatum generat mortem. Vbi uerbum hoc, generat mortem, ſignificat mærorem quen 16
dam, & defatigationem, quę peccatorē magnopere affligit, illumque in maximas anguſtias redigit. Nam antequam opere compleretur, iā erat peccatum mortale ī uoluntatis conſenſu aīamq; occiderat. His uerbis, q̄ hucuſq; dicta ſunt, declarat S. Propheta dānum, qd peccator ſibi ipſi infert cum his cōceptionibus, & partibus, quia uiſcera ſua quaſi araneæ ad texendas telas dirumpunt. In his āt uerbis, quæ poſtea ſubdit, dicens. Qui comederit de ouis corum morietur, declarat grauiſſimum detrimentum qd ijs prouenit, qui cum peccatoribus conuerſantur illi

illi enim curat sua uenenosa oua illis come-
denda cõmunicare, quæ ubi primum come
derint, ex illis basilisci prodibunt: nam ex
unis peccatis proueniunt hoïes in alia gra-
uiora. Quantopere aût audeât mali suis ue-
nenosis ouis proximos suos inficere, ex hac
S. Euangelij lectione cõperitur. In quo dr̃
hos carnales cõsanguineos Iesu Christi Sal
uatoris nostri illi suasisse, ut iret ad faciẽda
miracula illa, ubi maiorẽ honorem ex illis
17 eliceret. Qñ hoïes ausi sunt hoc uere humi-
litatis Magistro suadere uidentes illũ tã san
ctam uitam degere, atq; oĩa secularium tam
ex aĩo contemnere, quid facerent alij sibi si-
mili, debili, & malè morato, & cuius debili-
tas, & modica uirtus, illos ad eum peruertẽ-
dũ inuitaret? Atque ex hoc cognoscetis fra-
tres charissimi q̃ necessariũ nobis sit a ma-
lis conuersationib. recedere cum sit certissi-
mũ diabolos postquã quosdã hoïes uincũt,
illis quasi instrĩs uti ad alios superãdos. Quę
cum ita sint, uos summopere exoro, ut ad
hæc diligentissime aduertatis, quæ sunt aĩa-
bus vestris maximè necessaria. Referens S.
Euangelista suasionem hanc, quam superbi
isti hoïes dño dicebant, statim huius rei ra-
18 tionem reddit dicens: Neque.n. fratres eius
credebant in eum. Non erat mirum, ꝙ illi,
qui in Christum Redemptorem nostrũ nõ
credebant, superbi, inanisque gloriæ cupidi
essent secularesq; honores diligerent, ac ta-
lia uerba loquerentur. Veruntamen quã ex-
cusationẽ habebis tu o Christiane, qui cum
Iesum Christũ crucifixũ credas, atq; in eius
cruce uerã gloriam, atq; honorem situm es-
se fatearis, sæculares tñ dignitates, inaneq;
mundi gloriã tanta animi contentione co-
naris adipisci? quõ tali fidei, talis uanitas, ac
superbia cõsonat? Aperte significas o frater
fidẽ, quã habes mortuã esse. Nã quãuis fides
mortua, fides est, & domum infusum ab Spi
ritu sancto in animã quæ quidẽ non perdit
19 nisi per hæresim. Dicitur tamen mortua, q̃a
nihil uitale in homine operatur, idest, quia
cum in intellectu sita sit, nullos diuinorum,
sanctorumque motuum radios in uolunta-
Simile. tem immittit. Est quasi lucerna posita sub
arcto modio, quæ etsi accensa est, nullam tñ
claritatẽ immittit, quia modij corpore im-
peditur, quo minus lucem proferat. Quod
ergo modius lucernæ impedimentũ est quo
minus illucescat, idem impedimentum est
peccatũ fidei, & multo maius, quia charita-
tem adimit, quæ fidei splendorem donat,

eamq; uiuificat. Quid igitur hæc fides in in
tellectu sita tibi prodest, si iuxta regulas, quas
dñs ille, in quem credis te docuit, non viuis,
cumque te tot tantisq; beneficijs illi deuin-
ctum esse cognoscas, eum non diligis? ò de- Exo. 13
mens, qui tanto bono nescis uti? Ignea illa
columna, quæ Hebræos ducebat, directè il-
los in terram promissionis dirigebat ducẽs
illos noctu tanquam ignis, die uero tãquam
alba columna. Non tamen eos in terrã pro-
missionis introduxit. Nam armorum ui op 10
pugnata fuit, sudantes enim, & laborantes,
superantesq; barbaras nationes, & gigantes
in illam introierunt. Fides, quam in intelle-
ctu habes, optimè te dirigit. Saluationisque
uiam erudit, quæ est Deum tuum toto cor-
de diligere, proximumq; tuum sicut te ipsũ
amare, passionesque tuas superare, & uitiis
tuis sanguinolentum bellum inferre. Et sic
uerba illa B. Pauli: iustus ex fide uiuit: Beat⁹ Rom. 1.
Chrysostomus, B. Ambrosius, B. Hierony-
mus, B. Cyprianus, Tertullianus, & S. Aug.
exponentes dicunt, intelligenda esse de uita
æterna, affirmanteq; fidem esse initium in
hoc sæculo uiuendi in futuro. Et notãter di
cit Spiritus sanctus, Iustus ex fide uiuit, &
non dicit homo ex fide uiuit. Nequis fortè 11
putaret habere fidem, sufficere ad uitã æter-
nã uiuendam: Iõ dixit, iustus ex fide uiuit. i.
ex fide inchoat uitã futuram, quia fides illũ
docet uitam suam ſm legem gubernare. Si-
quidem igitur frater tu hoc initium iã ha-
bes, ꝙ quidem maximũ est donum Dei, dili
gentissime cura confortari, ut hunc opti-
mum Deũ, creatorem, saluatoremq; tuum
semper in omnibus sequaris. Siquidem una
ex rationibus quare homo factus est, fuit ut
re humilem, castum, pauperemque spiritu
&c. esse doceret. Idcirco dicebat Diuus
Paulus, peccatum enim uobis non domina Rom. 6.
bitur, non enim estis sub lege, sed sub gra-
tia. In lege ueteri peccatum quodammodo
fortius erat hominibus, in lege autem gra- 12
tiæ nos sumus peccato fortiores. Nam lex
gratiæ nobis uires impertitur per sacramen
ta Iesu Christi Redemptoris nostri, ad uin-
cendum peccatũ. Voluit æternus pater, ut fi
lij sui socij essemus, ut ipse merita sua no-
bis communicaret. Et sic B. Paulus dicit se Phil. 3.
vniuersum mundum cõtempsisse, ut Chri-
stum Iesum cognosceret. Ad cognoscẽdum
(inquit) illũ, scilicet Christum, & uirtutẽ re-
surrectionis eius, & societatem passionis il-
lius, uidelicet, ut hæc consequeretur. Dixe-

rat superius: pp quę omnia detrimentũ feci, & arbitror, ut stercora. Hæc res est, ac si Christus Redemptor noster nobis diceret: Animaduertite nũc, ego habeo ius contra peccatũ, q a cũ peccator non essem, me tanq̃ peccatorẽ tractauit, & peccatũ cõtra uos ius habet, q a uere peccatores estis. Efficite igit uos unũ mecũ per fidẽ, & amorẽ, & ipso facto ego transfero in uos omne ius ꝙ habeo aduersus peccatum, ut sic ab eo liberemini.

23 Ergo iure optimo dicit B. Paulus peccatum uobis, &c. quia nõ estis sub lege, sed sub gratia. Cum tanto auxilia, & obligatione teneamini, non est consentaneũ ut in uobis peccatum dominari patiamini: sicut illi, qui nõ credebãt in Iesum Christum. Multo tẽpore, anteq̃ Dominus in mundum ueniret dicebat

Psal. 118 Dauid: In ueritate tua humiliasti me, id

Ioan. 14 est, in Christo, q dixit: Ego sum ueritas. Videns ego (ait Dauid) in spiritu prophetico, ꝙ filius tuus humanatꝰ pp me passurus est, nõ possum me cõtinere, quin ad eius imitationem humilier. Adeo autẽ hac considera-

Ps. 130. tione humiliatus est, ut dixerit. Dñe non est exaltatũ cor meũ, neq; elati sunt oculi mei. Neq; ambulaui in magnis, neq; in mirabili

24 bus super me. Si non humiliter sentiebam; sed exaltaui animã meã. Sicut ablactatus est super matrem suam, ita retributio in anima mea. Propter misericordiã tuã Domine (inqt S. Propheta) q̃ me sp custodiuit, cor meũ sp humile permansit, nec oculi mei præ uanitate erecti sunt, semper de me uilissimè sensi. Et per oculos humilitatis meæ manifestatio exibat. Hoc etenim significat; Neque

Plin. li. elati sunt oculi mei. Nam ut dixit Plinius,

11. c. 37. oculi sunt iudices animi. Et qui animo, & corde est humilis, oculorum aspectu humilitatem significat. Neq. ambulaui in magnis neq; in mirabilibus super me. Nunq̃ cogitationes meæ sublimius ascẽdũt, q̃ usq; ad cognoscẽdum me esse pastorem, semper recordor me cũ ouibus patris mei ad frigus & ge

25 lu incessisse, durumq; panis fragmentum comedisse, atq; parũ aquę frigidę bibisse, absq; eo ꝙ homines mei recordarentur. Et ultra hãc cõsideratiõnẽ nunq̃ ptereo. Valde utile est homini de se cogitare ẜm cõditionẽ suã. Nã q̃do ego cõsidero quot corporalibus, spiritualibusq; miserijs pmor, & quam cito iuuenilis ætas pterit, & optima corporis ualetudo, q̃ro hoĩem destituit, & q̃do animo euoluo, q̃ facilis sum ad amittendum bonũ, quãq; pertinax ad retinẽdũ malum q̃ũo q c q̃ de me possum præsumere, cũ me tanquam araneam experiar? si non humiliter sentiebã &c. id est, ego affirmo me nũquã elatam cogitationem habuisse nec in sublimem superbiæ thronum erectũ fuisse, aut æstimatione mei supra tegulas conscendisse. Sed semper mihi amplissimum esse iudicaui quicquid mihi a tua liberalissima manu proueniret. Quod si ita nõ est, sicut ablactatus est super matrẽ suã, &c. Ex manu tua Domine mihi 26
idẽ ueniat, ꝙ uenit puero, q̃do a matris suæ uberibus ablactat, & cũ solita lactis delectatione priuatur, qua antea in matris suæ sinu recumbens fruebatur O quam terribilis pœna est hæc, considerate qualis maneret infans teneræ ætatis subtractus ab uberibus genitricis suæ, quibus alitur, & absq; ullo, q cũ protegat, ac foueat. Hac igitur pœna afficientur superbi, scilicet, omni spirituali consolatione, omnibusque auxilijs, & indulgentijs, quas Deus humilibus suis seruis solet erogare. Ecce ad quẽ humilitatis, ac perfectionis gradũ puenerat sanctus Dauid præ assidua humilitatis Iesu Christi filij Dei cõsideratione. Quare igitur nos non humiliamur siq dẽ hũc diuinum Magistrum uniuer 27
sã hãc humilitatẽ profundissimamq; animi submissionẽ iã exercuisse credimus: qua tantoperè Dauid cõmouebatur, antequã opere cõpleret. Quod si tãto supplicio se se dignum esse arbitrabatur Dauid: nisi hanc humilitatem haberet, cum tanta obligatione non teneretur, sicut nos tenemur: qua pœna nos dignos fore iudicatis, nisi corde humiles fuerimus? per reuerẽtiã huius humillimi Iesu uos rogo fratres charissimi, ut ad eius imitationẽ corda uestra humiliare curetis, atque in omnibus operibus uestris uni diuinæ Maiestati placere uelitis ab omni humana gloria & commendatione oculos amouẽtes. In hoc. n. gratissimum quoddã ei ministerium exhibetur, ꝙ declaratum fuit in illo cãtico ꝙ tres illi pueri cecinerunt. q̃do per

spexerunt se à Babylonici fornacis igne nõ 28

concremari. Nã postquã oẽs cælestes, terre- Dan. 3.

stresq; creaturas ad Dei laudes inuitarunt, in fine tandem dixerunt: Benedicite sancti, & humiles corde Domino, laudate, & superexaltate eum in secula. Vbi dictio illa, &, dicit declarationẽ, & idem significat qd', id est. Et sic sensus hic est. Benedicite sancti: id est, humiles corde Dño. Et est ualdè notandum qd' inter omnes creaturas, quas ad Dei laudes inuitarunt: quia unaquæque in

in suo genere ostendit Deum laude esse di
gnissimum, atq; etiā inter sanctos, quorum
alij una uirtute, alij alia designantur, specia
liter humiles corde inuitarunt, non castos
quidē, non pauperes spiritu, nō denique pa
tientes cōuocarunt. In quo significarūt om-
nē uirtutē, & sanctitatē in cordis humilita-
te inclusam esse, ostendentes, aut esse im-
29 possibile quemquā humilem esse corde, q̄
alias uirtutes non haberet, aut saltem eum,
qui hac uirtute prædictus sit, maximè dispo
situm esse ad cæteras impetrādas. Quis igi-
tur seipsum tanto odio habebit, ut tam he
roicam hanc uirtutem non curet adipisci?


Dixit ergo eis Iesus. Tempus meum nondū
uenit. Festū illud septē dies durabat, quorū
tribus primis in pōpis, cōuiuiis, aliisq; secu-
laribus uanitatibus occupabātur. Et sic tres
illi dies non erant dispositi, ut Dn̄s in eis il-
luc iret ad prædicandū. Istud erat tale tem-
pus, quale illi ad suorū appetituū executio-
nē optabant. Quandocunque irent nullam
contradictionē inuenirēt, quia similes erant
30 alijs prophanitate. Atq; idcircò illis dicit
Dn̄s. *Non potest mundus odisse uos.* Imo filij
huius sæculi in sceleribus suis exercendis si
Simile. bi inuicem auxiliantur. Hoīes qui nimium
potare consuescunt, postquā ebrij sunt, ma
nibus se se inuicē apprehendunt, & sic alte
ri alteros sustinent, ne cadant. Sic hoīes mū
Isa. 5. dani, de quibus dixit Isaias: Væ qui potentes
estis ad bibendū uinum, & uiri fortes ad mi
scendam ebrietatē. Væ uobis (inquit) q̄ oēs
uires, conatusque uestros in secularibus, ac
terrestribus uoluptatibus perquirendis ad-
hibetis, quæ quidē sunt, quasi uinum fortis-
simū, quo inebriamini, & extra uos incedi-
tis. Atq; ut hi ebrii in turpitudinibus uolu-
ptatibus; ac sceleribus suis sustineātur, alii
ab aliis inuicem sustinentur, & adiuuantur,
ne excidant, sed ulterius progrediantur in
31 uitijs, uoluptatibusque suis. Et sic dicit Do-
minus; *Non potest mundus odisse uos* Id est;
mundani, sumitur hic continens, pro cōten-
to. Vos illis, & uobis inuicem fauent.

Me autem odit, quia ego testimonium per
hibeo de illo. Et ideo nolo illuc reuerti tēpo
re, quo nō est dispositio ad proficiendū illis.
Et sic non ascendit Dominus ad festiuitatē
illā primis illis tribus diebus, sed ut S. Euan
gelista ulterius dicit. *Iā die festo mediante*
ascendit Iesus in templum. Et sic cum in ini
tio festiuitatis non fuerit, erat murmur de
eo in turba. *Quidem enim dicebant, quia bo*
nus est, alij autē dicebant, nō, sed seducit tur-
bas. O potētissime fili Dei, ò bonitas infini-
ta, quō hoīes adeò insanire potuerunt, ut de
probitate tua dubitarēt? Ad hoc te ò Redē-
ptor aīæ meæ, peccata mea deduxerunt, ut
nō solū pro illis pœnas lueres, sed ut pecca-
tor et uocareris. Quē defectum animaduer
tūt infœlices homines, o bone Iesu in purita
te tua, ut illā calumniarētur? Considerate di-
lectissimi fratres, q̄to opere in hoc se humilia 32
uit fili° Dei, siquidē consensit, ut hoīes hoc
mō de eius fama disceptarēt, & cū ipse esset
summa bonitas, non deesset qui eum sedu-
ctorē, & malū esse affirmaret. O quātam cō
solationem hinc possunt elicere serui Dei,
qn̄ uiderint sceleratos homines de illorū fa-
ma detrahere, cōsiderātes siqdem aduersus
Iesum Christū filium Dei linguas suas exa-
cuerunt, non mirū esse si de eius seruis de-
trahant, & de illis murmurent, qui sunt qua
si formicæ. Si circa innocentissimum Dn̄m
contrariæ erant sententiæ, quare uultis uos
ut uno ore uestra opera oēs commendent, Simile.
& inter Sanctorum opera referant? Serui, &
homines infimę conditiones expectantes
dominos suos cum nō habent quibus rebus 33
occupentur, accipiunt carbonem, & albos
parietes inficiunt; Sic sunt nōnulli tam sce-
lerati homines, q̄ cū nō habent, quibus re-
bus intellectus suos occupent, & de quibus
rebus cogitent, nigro carbone suæ maledi
ctę linguæ albos parietes inficiūt, quæ sunt
famæ atq; honores proximorū suorum, qui
sunt uirtute prędìti. Et quemadmodum ple
runq; albos parietes inficiēdo manus pro-
prias homines illi coinqnāt, sic nō potes tu
p̄ximi tui famā inficere, absq; eo q̄ animā
tuā contamines. De camelo dicit Plinius, Plin. li.
q̄ cū ad clarum fontē bibiturus accedit, ui 8. c. 18.
dens suam deformitatē in aqua perterritus,
aquam prius unguli inficit, & conturbat:
Tales sūt homines mali, q̄ linguis suis opti
morū uirorū famā, ac uirtutes conantur ob
scurare, quia in eis pessimi eorū mores, tur 34
pissimaq; uiuendi rō reprehēditur. Tantum
malū est hoc, q̄ cū iusti digni sint, qui p̄
eorum uirtutes, probatissimosq; mores lau-
dibus efferātur, iniqui homines de illis de
trahant, eorumq; famā discrucient, eo quod
tam graue, tamque molestum sit, quodque
maiorem afflictionem, quam mors potest
afferre Christus Saluator noster maximis
pollicitationibus discipulos suos ad illud
perferendū præparauerit. Vt patet ex Mat-

thæo,ubi dixit: Beati estis cũ maledixerint
Matt.5. uobis hoĩes, &c. Gaudete, & exultate, qm̃
merces uestra copiosa est in cælis. Et alibi:
Non est discipulus super magistrũ, nec ser-
uus sup dñm suum Si patremfamilias Beel
Mat.10. zebub uocauerunt: quanto magis domesti-
cos eius? Hoc est pmium mundi. Hæc coro-
na iustos afficit. Idcircò quodãmodo crude
lior est mala lingua inferno, nã infernus so-
los malos cruciat, murmurator uerò bonos
& malos cõtorquet. Vnde non erit mirum
35 elicere, linguã grauius officere, & peiorem
esse, q̃ manus. Nam manibus quidem cor-
pus tantummodo, lingua uerò famam pote
ris percutere. Manus absentibus non pos-
sunt nocere, lingua uerò contra absentes a-
trocius superbit, & irascitur. Nõ ad hoc illã
Deus fecit, idcircò.n. ferream illam non fe-
cit, sed carneam, mitẽ, ac suauem, ut uerba,
q̃ ab illa proferent, lenia, ac suauia essent,
non uero aspera, aut amara. Curate igitur
fratres charissimi linguas uestras reformare
cum nobis adeò necessaria res sit. Et sic Da
uid q̃rit, dicens; Quis est hõ qui uult vitam?
Psal.33. &c. Primum quod dixit, hoc fuit, uidelicet,
prohibe linguam tuam a malo, tanq̃ rem
maxime necessariam ad incipiendum serui-
36 re Deo. Et uos fratres, qui crudelissimis pes-
simorum hoĩum linguis uos percussos sen-
titis, in hũc innocẽtissimũ agnũ oculos cõij
cite, & oĩa, q̃ pp uos pertulit, attẽtissime con
siderate, patientiamq; in psecutionib. habe
te, & hic dñs gratiam suam uobis cõcedet,
& in futuro seculo gloriam largietur, ad q̃
nos perducat Iesus Mariæ filius Amen.

Feria IIII. post Dominicam in Passione.

Facta sũt encænia in Hierosolymis, & hyems erat, &c. Ioan. 10.

1 
Estum illud celebrabatur in
memoriam pij illius operis,
q fecit Iudas Machabæus,
qñ templum purificauit. Et
sic festum illud erat quasi q̃-
dam gratiarum actio pro uictoria, quam eis
contra hostes suos dominus concesserat.
Valde consuetum fuit apud Hebræos in
memorim acceptorum beneficiorum festi
uitates celebrare, quia etsi Deus in benefi-
cijs conferendis nimium liberalis est, est tñ
tã arctus (si ita dici pt) in gratijs p concessis
bñficijs exposcendis, ut uix prisci olim pa-
trib. beneficiũ aliqd cõcesserit, p quo æter-
nas gratias non postularet, & illis obliuiscẽ
tib. in memoriã ipse reuocabat, sicuti fece-
rit S. Iacob, cui reuertenti ex peregrinatio
ne sua, dixit, Surge, & fac altare Deo, qui ap-
paruit tibi in uia, qñ fugiebas Esau fratrem Gen. 35
tuũ. Viginti iã anni pterierãt postq̃ dñs hoc
illi bñficiũ fecerat. & quasi heri illi factum
fuisset sic ab eo ipse dñs gratias exigit. Quo
admonit' uir sãct' allocutus est uxores, libe 2
rosq; suos, dicẽs. Surgite, ascẽdam' ĩ Bethel
& faciamus ibi altare dño, q exaudiuit me
in die tribulationis meæ, & socius fuit itine
ris mei. Et qd fuit quare ubi primũ hoc idẽ
dñs Abrahæ terram Chanaan pollicitus est
posteri eius se esse daturũ, statim pcepit ei
ut uniuersam terram illam circuet. Statim
postq̃ ei dixit. Oẽm terram q̃ conspicis, tibi Gen.13.
dabo, & semini tuo usque in sempiternum,
& statim inferius subdit, dicens. Surge ergo
& perambula terram longitudine, & latitu
dine sua, quia tibi daturus sum eam.
Dignissima est eqdem consideratu huius 3
mandati causa, mirabile est.n.q Deus præ-
cipiat homini qeto quiq; domi suæ cũ tran
qllitate commoraret, rẽ tantæ inquietis, ac la
boris, & (humano uideri) absq; ulla necessi-
tate. Quorsum ò æterne Deus homini iã se-
nio confecto pcipis tam longam terram pe
ragrare, tamq; laboriosũ iter ac periculosũ
conficere? Quare ei iubes inter tam diuer-
sas gentes pterire: & in medio barbararũ na
tionũ ambulare? quare ei non concedis, ut
tot annos domum ppriã hẽat, in qua cũ trã
quillitate, & gaudio commoretur? Profecto
pcipua huius pcepti rõ (meo uideri) fuit, q a
uoluit Deus, ut hic S. Patriarcha uniuersam
illã terrã aspiceret, quò tot ciuitates, totque
amplissima, ac locupletissima regna, tot, tã
que amenos, ac pingues agros conspiciens, 4
quæ oĩa eius cã posteris suis concedenda e-
rant, huius bñficijs magnitudinem intellige
ret, & summum oĩum benefactorẽ ardẽtius
diligẽdũ, maioresq; illi gratias agẽdum con
citaret. Et siqdem beneficia, quę in lege gra
tiæ accepimus, multo præstantiora sunt, q̃
hęc, qbus Abrahã affectus est, maiori rõne
deuincti sumus semper maiores gratiarum
actiones ardentissimo amore plenas libera-
lissimo huic benefactori agere. Et sic unum
ex ijs, q̃ B. Paulus in credentib. maxime cu-
piebat, quęque a diuina Maiestati instantis-

ſimè poſtulabat, hoc idem erat dicens: Non
Colo.1. ceſſamus pro uobis orantes, & poſtulantes, ut
impleamini agnitione uoluntatis eius in oĩ
ſapientia, & intellectu ſpirituali, ut ambuletis
digne Deo per oĩa placentes, in omni
ope bono fructificantes, &c. Cũ gaudio gra
tias agentes Deo, & Patri, q dignos nos fe-
5 cit in parté ſortis Sanctorũ in lumine. Qui
eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit
in regnum filij delectionis ſuę, in quo
habemus redẽptionẽ, & remiſſionẽ peccatorũ.
O admirabilis, & dulciſſima uerba. Notate
primũ uerba illa: Impleamini, agnitione,
qui eſt unus ex fontibus gratitudinis. Secundo
notate uerbũ illud cũ gaudio, uidẽtes
nos non uiuere in infidelitate, in qua plurimę
uariéq; nationes uiuunt. Tertiò, diligentiſſimè
penſatæ uerbum. Trãſtulit nos, &c.
Quod ius, quod diligentiſſimus filius Dei rõne
meriti ſanctisſimæ pasſionis ſuę ad regnum
cælorũ habebat, nobis tranſlatũ eſt, q nullũ
ad aliud ius habebamus, ut mortẽ intercedẽ
te repromiſſionẽ accipiãt, q uocati ſunt æter
6 næ hæreditatis. Atq; hic etiã nobis maximã
gratitudinis prębet occaſionem dicens: Repromisſionem.
Nam quod libentisſimè dare
uolumus, ſæpenumerò promittimus.

Dicit ulterius textus; *Hyems erat.* Vige-
Heb.9. bat frigus, tempus arctum, & laborioſum
erat præ nimijs frigoribus, quando feſtum
hoc celebrabatur. Beatus Auguſtinus, ſic di-
Au. tra. cit; Hyems erant frigidi erant, ad illum
46. ĩ Io. enim diuinum ignem accedere pigri erant,
Eut ie qui credit, accedit, qui negat, recedit. Et Eu
thicius dicit tempus frigidum fuiſſe, non
ſolum ob aeris intemperiem, ſed ob infidelitatẽ.
Vnde celebrẽ quandam regulam ad
diuinas literas intelligendas eliciunt; ſcilicet,
quod quando tempus, aut alię huiuſcemodi
circunſtantię adnotantur, tacite ſignifi-
Greg.1. catur, quod in ſpiritu prætenditur. Quæ re-
mor.c.2 gula etiam à Beato Gregorio confirmatur.

Et Hyems erat. Quouſq; tandem fratres
chrisſimi hyems erit? in ſacris literis feruor
in bonã, frigus ãt in malã partem accipitur.
7 Frigida illa ciſterna, de qua dicit; Profundã
obſcurã frigidãq; malitiã ſignificat, Verba,
Thr.2. illa Prouerb. Amittit pallium in die frigoris,
Pro.15. declara: Beda de die iudicij. Et ſicut unus
Beda. ignis aliũ expellit, ita, ẽt unum frigus aliud
Simile. ejicit. Eſtis frigidi & aſſumitis parum niuis
& ſtatim manus remanet ardens, inferni fri
gus in memoriam reuocate, & de illis aſſi-
duo cogitate, & in calorem ſtatim digredie

mini. Ibi erit fletus, & ſtridor dentium. O
quanto dentium ſtridore torquebimini, Luc.13
ſi in illa die charitatis, & bonorum operum
pallio cooperti non fueritis. Iob de
quibuſdam ſic dixit: Quibus non eſt operi- Iob.24
mentum in frigore, Satis magna miſeria
eſt iſta. Caleſcete fratres, caleſcite, nam 8
ſic frigidi non poteſtis arma recipere. Et
ubi diſciplinas, & flagella ſuſcipitis, ſta-
tim uobis è manibus excidunt, quia non
habetis feruorem, ſtatim ut ſanctam exercitationem
incipitis, defatigamini, cum
primum calamum prę manibus accipitis
ad ponendum rationem cum Deo, &
cum proximis ueſtris, ſi quid eis debetis,
illicò eum dimittitis, & manus inſufflatis.
Hyems erat. Illi erant frigidi, uos etiam fri-
gidi eſtis. Quid? nunquam dicturi ſumus; Cant.2.
Iam hyems tranſit, imber abijt, & receſ-
ſit, flores apparuerunt in terra noſtra, vox
turturis audita eſt? gemitus peccatoris nun
quam audiendus eſt? ſemper futura eſt
hyems domi tuæ? ſemper futurus es geli-
dus, & negligens? Non ſi ita per charitatem 9
Dei, ſed ad hunc diuinum ignem accedite,
quò calorem ex eo recipiatis.

Et ambulabat Ieſus, &c. Nunc etiam in
oſtio templi, quæ eſt anima tua, deambu-
lat, nec uerò ingreditur, quia penitus a te
peccatum non expellis. Tota hæc. Quadragesima
ambulauit Deus in oſtio animæ
tuæ per inſpirationes, conciones, optimaque
proximorum tuorum exempla, & ad
cor tuum non acceſſit, quia illi oſtium non
aperis, præ nimio enim frigore ei neſcis
aperire. Helias ſacrificijs & orationibus
efficiebat, ut ignis ex cælo deſcenderet. Et 3.Re.17.
Dauid dicebat: In meditatione ignem ex- Pſal.38.
ardeſcere. In meditatione (inquit) mea exardeſcit
ignis. Dicunt nonnulli, ſum frigidus,
non ſum aptus ad orandum, nec ad confitendum
peccata mea. O demens, es frigidus,
& ignem fugis? uade te orationi, peccataque
tua confitere, & in te diuinus ignis
introibit, caloremque recipies, quò animæ 10
tuæ ianuas Deo poſſis aperire:

*Circundederũt ergo eũ Iudæi, & dicebant
ei: Quouſq; animã noſtrã tollis?* Quæ uerba
ex inuidis cordibus prolata. Hõ inuidus rabie
conſumitur, cũ non inuenit occaſionem
calũniãdi illũ, cui inuidet. Liberet nos Deus
a tali ueneno, quod totam animam replet amaritudine.
Hæc eſt pœna, quam Beatus Paulus Ro.11
miſeris illis Deum impoſuiſſe affirmat, di-

cens: Sicut scriptum est, Dedit illis Deus
spiritum cõpunctionis. O quã graue suppli-
Isa.6. cium in pœnã duritatis eorũ, ut cõpunctio-
nis spiritum haberent, id est, ut terribili quã-
dã inuidia transfigerentur: Tantum est hoc
peccatũ, ut de eo dicatur. Inuidia autem dia-
Sap.2. boli mors introiuit in orbem terrarũ. Hoc
non hominum quidem, sed dæmonum est
11 peccatum. Quod est principiũ sensualitatis
vestræ? caro vestra principium autem iræ ve
stræ? est cholera vestra, & principium cupi-
ditatum vestrarum? mundus. Quod uerò
est initium, vt te pœniteat bonorum meo-
rum, & malis meis gaudeas? Huius tãti ma-
li Sathanas est initium, vt cognoscatis quan
to odio illum habere debeatis. Aliud maxi-
mum malum habet inuidia, in quo à cæte-
ris oĩbus vitijs quodammodo differt, scili-
cet, quod cum singula uitia, singulis uirtuti
bus opponantur, ueluti luxuria castitati, gu
la temperantiæ, superbia humilitati: inui-
dia uerò aliquo modo uidetur omnibus uir-
tutibus esse contraria. Et ita inuidus contra
omnes uirtutes uidetur insurgere, omnibus
illis bellum inferre. Vnde non potest ca-
stum, humilem, temperatum, nec clemen-
12 tem virum tolerare, quia tristatur inquan-
Arist.2. tum aliquis his uirtutibus ipsum excedit.
rhet.ca. Hoc autem semper est paruum, vt Philoso-
11.parã phus dicit, quia dolet de eo, de quo est gau-
à pri.to. dendum, scilicet, de bono proximi. Verun-
6 Ari.li. tamen etsi omnibus uirtutibus, modo su-
2.rh.c.9 pradicto, aduersari videatur, directè tñ op-
1. Cori. ponitur charitati; nam charitas gaudet de
11. bono proximi, inuidus autem tristatur. Op
ponitur etiam (secundum Aristotelem) mi-
sericordiæ, quę charitatis est proprius effe-
ctus, inuidus enim tristatur de bono proxi-
mi, misericors autem tristatur de malo pro-
ximi. Quid commouebat Beatum Paulum,
ut diceret, Quis infirmatur, & ego non infir
mor? Quis scandalizatur, & ego non uror?
ęgrotas tu, etiam igitur ego ægroto, quia tu
infirmari. Quis eum mouet, vt infirmita-
tem uestram, quasi suam piopriam æstimet,
ac sentiat: eiusque remedium, quasi infirmi-
tatis suæ curet, nisi charitas & misericor-
13 dia? quod autem vice uersa tu dicas, quis in
firmatur, quis tribulatur, quis denique in an
gustias redactus est, & ego nõ delector pro-
pter hoc? O maledicta uiscera, ò maledictus
animus, qui tale sibi persuadere potest? hoc
perficit in eo maledictum hoc, atque abo-
minabile uitium inuidiæ, Insuper hæc om-
nia inuidiæ est quædam peccatorum om-
nium uena, ut apertè affirmat Beatus Iaco- Iaco. 3.
bus dicens: Vbi enim zelus, & contentio,
ibi constantia, & omne opus paruum. Vbi
est (inquit) inuidia, omnia mala huius se-
culi infusa sunt. Murmurationes, scilicet,
falsa testimonia, iræ homicidiũ, &c. Et præ-
ter omnia hæc mala inuidia est morbus (hu
mano videri) incurabilis. Ad curandum 14
enim inuidum hominem necesse esset, ut
Deus non benefaceret illi, cui inuidet. Imò
verò vice uersa fiet: nam vbi primũ te bo-
norum proximi tui pœnituerit, statim Deus
illi maiora conferet beneficia. Idcirco dici- Pro. 24.
tur. Cum ceciderit inimicus tuus, ne gau-
deas, & in ruina eius ne exultet cor tuum,
ne fortè videat Dominus, & displiceat ei,
& auferat ab eo iram suam. Ne delecteris
ò frater aliene malo; ipso enim facta Deus
illud a proximo tuo auferet, si uerò eius bo-
na doles, Deus ea adaugebit illi, & tu præ
rabie dissecaberis. Quo magis Saul Daui- 1.Re.18.
dis prosperitates dolebat, eo magis Deus
Dauidi fauebat. Hęc omnia uobis dixi fra-
tres charissimi, ut hoc pestilentissimum ui-
tium inuidiæ summoperè execremini; Deũ
quæ ut illud a pectoribus uestris euellat,
summa animi contentione depręcemini. Et
adhuc rem notabilem uobis de inuidia di-
cam, quam dicit Sanctus Iob: Quod paruu Iob.5.
lum occidit inuidia. Nunquam inuidia præ 15
stantissima virorum pectora aggreditur, sed
viles, & abiecto, atque malæ indolis, stul-
tosque homines inuadit. Quæ maior stul-
titia, quam hominem rationis, ac consilij
participem papiloni similem esse uelle?
Hic enim lucernæ flammam conatur extin
guere: atque in illã inuadens remanente lu-
cerna accensa seipsum concremat; Idem lu-
cratur homo inuidus, dum iusti famam ob
scurare, eiusque honorem extinguere co-
natur. Vt inuidorum hominum exitum co
gnoscatis, & qui sit finis agonum, ac tormẽ
torum, quæ patiuntur, videatis. Sin minus
horum infęlicium Iudęorum, de quibus lo-
quitur Sanctum Euangelium, finem consi- 16
derate. Vitam in tormentis degerunt, & ni-
hil illis profuit: quia omnibus persecutio-
nibus suis ineffabilem gloriam, & hono-
rem quo Iesus Christus in orbe terrarum
& in cælis colitur adimere nequierunt.

Dicunt illi: *Quousque animam nostrã tol lis?* In quibus uerbis detegitur amaritudo, & infernus, quo anima inter duo extrema
uersans

uersans cruciatur? sicut his miseris contigit.
Quorum alterū hoc erat, dicebāt.n. si te in
regē, ac Messiā recipimus multū de iure, &
dominio nostro amittem', & oportebit nos
restituere, quæ iniuste a pauperibus sustuli-
mus, alterum erat, si te non recipimus, te in-
terfecturi sumus, & interficientes scimus vi-
rum iustissimū, innocentissimum, quemq.
aperte opera facientem intuemur, quib cum
verum esse Deū manifeste cōprobatur, a no
bis occidi. Maximū erat intestinū bellum,
17 quo hi miseri vexabantur. O infelix pecca-
tor quā crebro bello ītra te ipsum oppugna
ris? Si a muliere, cū qua tot annos cōuersor,
recedo, voluptates meas relinquo. Et hoc ni
mis mihi laboriosum vr̄, nisi eam relinquo,
toties Iesum Christum iterum crucifigo,
quoties cum ea pecco, & tandem volupta-
tes istas aliqñ æternis tormentis soluturus
sum. O quanta est hæc suspensio, & q̄ crude
le bellum? proximum tuum falsò infama-
sti, & accedis ad confessiōnem, tunc dicit ti
bi auditor pœnitētiarius, Frater nullū aliud
remedium habes præter hoc, ascende in pul
pitum, & publice te retracta. O pater amit-
tā honorem meum. Frater si hoc non vis fa
cere, ito in infernum. Attēdite, in quib. duo-
bus extremis hic infelix verset̄. Tu, q aliena
8 diripuisti, restitue illa dominis suis. O pater
(inquit) si ea restituo pauper, & perditus ma
nebo, sin minus detrudar in infernum. Ecce
ī quas angustias hominē propria ipsius pec
cata redigunt. Cauete autem qñ inter duo
extrema positi fueritis, ne ad illud decline-
Dan. 13 tis, q̄ appetitus vester expetit, alioquin per-
demini. Sācta illa Susanna inter duo extre-
ma se afflictā animaduertit, qñ duo illi ma-
ledicti senes eius castitatem deprædari vo-
luerunt. Et dicebat. Si horū appetitui con-
sentio contra Deum pecco, sin minus infa-
manda sum corā vniuerso populo, dicitque
19 sanctus textus illā ingemuisse, & dixisse, An
gustiæ sūt mihi vndiq. si.n. hoc egero, mors
mihi est, si autē non egero, non effugiā ma-
nus vestras. Sed melius est mihi absq. opere
incidere in manus uestras, quam peccare in
conspectu Dñi. Deus autem illi auxiliatus
est. Neutrum.n. s. nec homo rem apud ho-
mines, nec gratiam apud Deum amisit. O
benedictus & glorificatus sit talis Deus, qui
tam diligenter suos defendit. Diligite fra-
tres charissimi hunc optimum Deum, illi-
que seruite, & in peccati suspensionem non
incidetis. Atque hoc vnum vobis persuade-
te, vos semper in dolore, & amaritudine es-
se victuros, nec vero vnquam gaudio esse
fruituros, quousque illi seruiatis. Videte q̄d
dicebat S. Paul. de Macedonib. Notam au- 2.Co.8.
tem facimus vobis fratres gratiam Dei, q̄
data est in Ecclesiis Macedoniæ, & q̄ñ in
multo experimento tribulationis abundan
tia gaudij ipsorū fuit. Nouū quidē & in or-
be terrarū inusitatum, humanæque rōni in-
credibile est, illos in maximis laborib. non
solū non contristatos, sed summoperè etiā
fuisse lætatos. Quod si Dei gratia, diuinaq;
eius virtus sanctorū martyria suauia effecit: 20
quō suammet legem, quæ morte multo mi-
nus grauis est, suauem nō reddet? Vnde igi-
tur tantus hoīum timor, & ignauia profici-
scitur, vt virtutē sanctamq; & innocentē vi-
tā grauissimā eē arbitrent̄? Huius profectò
pusillanimitatis rō est, quia hæc non consi-
derant cum virib. quas tunc habituri sunt,
cum verè & ex animo ad Deū fuerint cōuer
si, sed cum his, quas nunc ante cōuersionem
hn̄t, quo eorum natura diuina gr̄a nōdum
sanata, nec diuinis viribus est corroborata.
Sicut ægri, q cū ardentissima febri laborāt, Simile.
& idcirco maxima siti æstuant, cumq; tunc
bibere non audeāt, q medicinæ regulis cau- 21
tum est, statuunt se vbi primū sanati fuerīt,
pristinasq. vires recuperarint, ad amœnissi-
mos fontes, quos aliqñ viderunt, esse ituros,
& sese aqua esse saturaturos. Qui postquam
sani facti sunt, cū extincta febri, sitis etiam
extincta est, proposita sua, quæ a febri illusi
statuerant, iam nunc derident. Similis est
amētia, & cæcitas illorū, qui cū peccati mor
bo corrupti sint ad ea nō attendunt, q̄ natu-
ra diuina iā gr̄a sanata, deprauationeq; sua
liberata poterit, & exoptabit, sed ad ea poti'
q̄ cū p culpā sit īfirma cōcupiscit. Qui si ex
aīo ad Deum cōuerterentur, & per verā pœ
nitentiā animarum suarum sanitatē conse-
querent̄, statim falsum hoc iudicium esse co 22
gnoscerent. Quæ cum ita sint dilectissimi
fratres hanc animæ sanitatē procurare inci
pite, et experiemini quō ab ista suspēsione,
qua nunc torquemini exibitis, & quāta cū
spiritus tranquillitate viuetis.

Dicunt amplius: *Si tu es Christus dic nobis
palā.* Quib. cū dn̄s sese Xp̄m esse reuelet, cō-
tra eū lapides accipiunt. O terribilem insa-
niam. Hos nequissimos hoīes imitant pluri
mi mercatores et plurimi dn̄i huius seculi,
q interrogāt Iesū Xp̄m interrogando eos, q
ī eius loco cōstituti sunt, nec vero ītetrogāt

ad

ad sciendũ, sed ut illius, quẽ interrogant sese
sñia tueantũ. Quod si vir ille eruditus, a quo
sñiam quærunt, iuxta voluntatem eorũ non
rñdet, statim illum ignarũ, literarumq. im-
peritũ esse affirmant. Scitote fratres primã
aĩæ miseriã esse ignorantiã. Est autẽ prima
cũ quia sita est ĩ prima animæ potẽtia, q̃ est
intellectus: tũ ẽt quia est primũ supplicium
Gen. 4. quo De⁹ hoĩem puniuit. Nã primũ peccatũ
fuit effrænatus appetitus nimiũ sciendi. Et
iuste Deus hoĩem puniuit, permittens, vt ea,
quæ illi necesse erant, scire, ignoraret, quia
Sap. 11. vt sapiens, dicit: Per quæ peccat quis p hæc,
& torquet. Et sic vbi primum infans ab vte-
23 ro genitricis suæ ꝓdit, statim ꝓdit ignorãs
magis q̃ bruta animalia. Nã agn⁹ statim ut
nascit, matrem suam sequit, & vbera inuenit
Aug. li. B. Augus. quærit, vtrum in statu innocentiæ
cõtra Pe oẽs nascerentur perfectæ ætatis, & cum sciã?
la. c. 21. Quam q̃onem illic non soluit: veruntñ capi
q. 29. te trigesimonono dicit; q̃ vt primũ ẽ ven-
tre exiret, sciret oĩa quæcunq. illum scire o-
porteret, & quæ ad statum suũ pertinerent,
q̃ quidẽ per peccatum impeditũ est. Idcirco
siquidẽ ignorantes sumus, unusquisq. sum-
mopere tenetur illa scire, quæ ad statũ suum
24 spectant, ne Deũ mortaliter offendat, & li-
cet vir eruditus sis oportet tñ te humiliari,
& ea quæ ad tuã spiritualem salutẽ attinent,
qñ opus fuerit cum alio uiro docto cõicare.
Gala. 1. Quod videre est in D. Paulo, qui sic de se di
& 2. cit, Post annos quatuordecim (s. apostolatus
sui, Euangelicęq. prædicationis) ascẽdit Hie
rosolymã, & contulit cum illis Euãgelium
quod prædico in gent b. Ne forte in uacuũ
currerẽ, aut cucurrissẽ. Dicit se ascendisse,
vt ea q̃ pdicauerat, & prædicabat cum B. Pe-
tro, Ioanne, & Iacobo cõ caret. Dic ergo B.
Paul. posiquã tot annos pdicauerat hoc nũc
facere decreuit? Ex hoc ꝑfecto apparet illũ
de reb quæ pdicabat, dubitare, qui aũt de fi-
de dubitat, hæretic⁹ est. Nil tale dicit B. Pau
lus, sed dicit se ascendisse, vt disceret, utrum
25 quicquam sibi ad discendum deesset, utrum
quicquam ignoraret ex illis, quæ oportebat
prædicari, iuit ut alij Apostoli illũ erudirẽt.
siquid forte ignoraret. Non q̃ de aliqua re
illarum, quæ pdicauerat, dubitaret, cum ea
per Iesu Chri reuelationem percepisset. Sed
iuit, ut sciret, utrũ reliq Apostoli pluriũ re-
rum reuelationẽ haberent; Quod quidẽ ap-
tius inf. declarauit, dicens nihil cũtulerunt,
i. nihil me erudierunt, ego. n. oĩa sciebã. Cũ
igit B. Paul. diuino Dei ore edoctus humi-

lietur, & alios interroget, tu qui es uilissimus
terrę uermiculus, ea quæ spirituali saluti tuę
necessaria sunt, ab alijs quærere dedignabe-
ris? Nimis nociua est hęc sꝑbia. Qd si quis
q̃rat, quemnã debeat ĩterrogare? dico illum
debere eundem interrogare, quem hi Iudæi
interrogarunt, sed non qua intentione illi
quæsierunt, nõ. n. percontabãtur desiderãn-
tes verum cognoscere. Volo dicere vos de-
bere eum interrogare virum melioris con-
scientiæ, & magis eruditũ, q̃ si duo fuerint, 26
quorum alter alterum virtute excedat, licet
ab eo literarum eruditione superetur, dum-
modo tñ sit vterq. peritus, ad meliorem vi-
rum, quamuis non adeo peritum, recurrere Ecc. 37.
debetis. Nã vt dicit Ecclesiasticus; Aĩa viri
sancti magis enunciat aliqñ vera, quã septẽ
circunspectores, sedentes in excelso ad spe-
culandum. In hoc autem plerunq. peccant
hi dñi, qui iurisperitos habent, quib. stipen-
dia soluunt, quos semper consulunt. Et qñ
illi eis affirmant id, q̃ interrogant sibi lice-
re, nullus est qui eos ab hac sñia sufficiat re
mouere. Statim dicũt: Hoc licitum esse mi
hi affirmauit doctissimus quidam vir. Et di 27
cunt illũ esse doctissimum, quia ſm volun-
tatem suam iudicauit, q̃ si non faceret, sta-
tim illum stipendio priuarent. Alij sunt qui
ex malitia & cum mala intentione imperi-
tos hoĩes consulunt. Quibus dicit Deus per Ezec. 14
Ezechielem. Homo, homo de domo Israel
qui posuerit immũditias suas in corde suo:
& scandalum iniquitatis suæ statuerit con-
tra faciem suã, & venerit ad prophetam, vt
interroget per eum me. Ego Dñs rñdebo ei
in multitudine immunditiarũ suarũ. Scdm
Hierony. duplicatio dictiõis ssignat vniuer- Hier.
salitatem. Est phrasis hebraica, i. quicunqud
homo. Itaq. vult Deus ut cum bona inten-
tione interrogetis, tantummõ ad cognoscẽ
dã ueritatẽ: atq. ad gubernandum vos ſm il
lã: non verò sicut quidã, qui triginta erudi-
tos viros interrogant, & si vnus cũ eorũ vo- 28
luntate cõsonat derelictis viginti nouẽ, illi⁹
vnius sñiam sequuntur nimis contenti, di-
centes se illud q̃ faciunt, ſm viri docti sen-
tentiam facere, & cum illa securos esse.

*Respondit eis Iesus. Loquor uobis, etc. Ope-
ra, quæ ego facio in noĩe Patris mei, hæc testi-
moniũ perhibet de me.* Per opa vobis locut⁹
sum, meque reuelaui, opera. n. &c. Testimo-
nium perhibent de me. Irrefragabile oĩpo-
tẽtię eius testimoniũ erãt miracula, quæ fa-
ciebat, & modus, quo illa faciebat imperan-
do,

do.s.tanquam absolutus Dñs. Ingrederis in
Simile. domum, ubi plurimi habitant, nec nosti q̄s
nam sit dñs illius domus Et uides ingredi-ē
tem unum cum magna auctoritate, oïb. im
perantem, & dicentē: Tu fac hoc, & tu hoc,
tu tolle istud hinc, tu vero pone istud hic, tu
vade illuc, tu vero reuertere huc. Et cernis
29 oës illi obtemperare: statim dicis: Proculdu
bio hic est dñs huius domus. Sic ingressus
est Christus redemptor noster in orbem ter
rarum, quæ est domus diuersarum creatura
rum imperans uentis, morbis, mortique &
omnia illi obediunt manifestè ostendit se
creaturarũ omnium esse Dñm. Et maximè
notandum est hic consuetudo, q̄ hēbat diui
nus Magister, videlicet, ꝙ quotiescunq; de
doctrina, operibusq; suis loquebatur, semꝑ
suum æternum Patrem eorum autorē no-
Ioan. 7. minabat: ut patet in Ioanne, ubi dicit: Mea
Ioan. 17 doctrina non est mea, sed eius, qui misit me.
Ioan. 5. Et alibi uerba, quæ dedisti mihi, dedi eis. Et
alio in loco: opa, q̄ dedit mihi pr̄, ut faciam,
illa sunt q̄ testimonium perhibēt de me. Et
hic dicit: Opera, quæ ego facio in noïe Pa-
tris mei. Et inferius dicit: Multa opera bo-
30 na ostendi uobis ex patre meo. Ex hoc lo-
quendi modo, quo diuinus Dñs usus est, do
cemur omnia bona opera, quæcunque fece
rimus, dixerim⁹, aut cogitauerimus, ad Deũ
referamus. Et recordemur omnia illa esse
quasdam scintillas, quæ ex illo infinitæ bo-
nitatis igne procedunt. Et sic pro eo, quod
nos legimus: Adiutor meus tibi psallam B.
psal. 59. Hieronymus vertit ex Hebræo: Virtutem
meā tibi cantabo, q̄a Deus susceptor meus
1.Co. 15 es, ꝙ idem est. Et sic B. Paulus dicit. Abūdā-
tius illis omnibus laboraui. Nō ego autem,
sed gratia Dei mecũ. Ne euanescat, fatetur
S. Apostolus ueritatem. Et S. Iudith postq̄
Iud. 13. occidit Holophernem dixit. In manu fœ-
minæ percussit illum Dominus. Non dixit:
Ego illum interfeci, sed, Deus occidit.

Sequitur in textu. *Sed uos non creditis, quia non estis ex ouibus meis.* Ergo sequitur illos
esse hircos Sathanæ, q̄ cũ sit princeps tene-
brarũ, ita suorũ mentes obscurat, ut ne ma-
31 ximā q̄dē lucē aspiciant. Et quo plura pec-
cata cōmittunt, eo obscurior, & densior effi
citur caligo, qua excæcantur. Et ita quāuis
plurima corā eis miracula fiant, non illa ani
maduertunt. Hoc apparet in terribili Aegy
ptiorum cæcitate, qui cum tot miracula co
ram oculis perspexissent, ideo cæci remanse
runt, ac si nihil unquā tale uidissent. De qui
bus dr̄: Adhuc.n. inter manus habētes luctū
& deplorantes ad monumēta mortuorum,
aliam sibi assumpserunt cogitationē insciē
tię. Et quos rogātes ꝓiecerāt, hos tanq̄ fugi
tiuos persequebant. Ducebat.n. illos ad huc Sap. 19.
finem digna necessitas, & horum. q̄ accide-
rant, commemorationem amittebant, ut q̄
deerant tormētis, repleret punitio. O nimiũ
metuēda uerba, o q̄s spiritum haberet, quo 32
illa satis dignè posset explicare, & ampliare.
O Deus infinitæ maiestatis, & pr̄ luminum
per clementiam tuam illumina nunc ocu-
los nostros, quo ꝑtinaciā nostram cognosca
mus, nec quo infœlices hi peruenerunt, nos
deueniamus. Attendite quanta est hæc perti
nacia, & obstinatio, ꝙ nōdum penitus unũ
suppliciũ lamētati fuerāt, cũ iam peccata in
tētabant, ꝑp quæ aliud maius reciperent. Pē
sate diligenter uerba illa, digna necessitas in
quib. dr̄, illos dignè a Deo derelictos fuisse,
atq; supplicium istud dignè promeruisse, tā
quam deprauationis suæ necessitate cōpul-
si, in malis suis ulterius progrederētur obli-
ti oïum, q̄ gesta fuerant, ut tandē in mari ru
bro demergerentur. Sicut & ipsi Hebræos 33
pueros crudelissimè demerserant. O stupen
dũ Dei iudiciũ. Attēde peccator q̄ alios de-
mergis, inde deuenturũ esse, ut tu etiam de-
mergaris. Ex his uerbis cognosceris quæ nā
sint peccata, ꝑp q̄ ꝑmittit Deus hoïes in hāc
cæcitatē, & duritiē incidere. Hic.n. detegit
illos hoc supplicio puniri, q̄ non contenti
sunt suis sceleribus nec solũ ipsi mali sũt, sed
curant ēt ut alij mali sint. Et hoc, vr̄ lex diui
næ iustitiæ postulare, ꝙ sicut de illis, q̄ alios
docent, & inuitāt, ut boni sint, dicit Daniel. Dan. 21.
qui ad iustitiam erudiunt multos fulgebūt
quasi stellæ in perpetuas æternitates. Ita cōō
tra qui alios peruertunt, excæcabũtur, ut in
illas æternas pœnas deueniant, in quos pro-
ximos suos incidere fecerunt. Hoc oporte-
ret aïaduertere eos, qui negotijs, ac muneri-
bus virginum honestatē conantur eripere,
quib. reb. ꝑtiosissimā illā aïam q̄ ꝑdiderūt,
persoluent. In hoc ēt oculos conijciant adu
latores, qui alios ad superbiam incitāt. Hoc 34
ēt considerent patres, qui passim pro leuissi
mis rebus iurant, atq; hanc pessimam hære-
ditatem liberis suis relinquunt. Item ad hęc
attendant dñi, qui noctes, diesq; ludendo, at
que in alijs profanitatibus exercendis con-
summunt, aliosq; ad idem faciendum com
mouent. Item hoc aduertant illi, qui secreta
verba, quæ proximi sui aliquo furore con-

cita-

citati protulerunt, reuelāt, insciumq; homi
nem ad iram excitant, & sunt dissensionum
causa. Etenim hoc est ultimum malum illo
rum septem, de quib. dicitur. Sex sunt quæ
odit dñs, & septimum detestatur anima ei⁹.
Scilicet eũ, qui seminat inter fratres discor-
Prou. 6. dias. Atque hoc est pessimum malum, quia
est causa plurium peccatorum, & perditio-
35 nis plurium animarum. O fratres charissi-
mi per charitatē Dei uos rogo, ut ad hæc tā
necessaria attendatis, nec vos post passiones
1. Re. 12 uestras abire patiamini. Cauete ne uos De⁹
pp hoc destituat, ut in has maximas mise-
rias incidatis. Videte ꝙ dicitur de quibusdā
qui alios impediebant, quominus Deo serui
rent. Erat ergo peccatum puerorum grāde
nimis coram dño, quia detrahebant hoīes
sacrificio dñi. O quanta exaggeratio? gran-
de nimis (inqt) te non esse bonũ, nec sinere,
alios bonos esse, grande nimis malum est.


Sequitur in textu: *Oues meæ vocē meā au
diũt.* Auertite fratres, ꝙ dicit hic dñs se esse
ouium pastorem, non uero ursorũ, aut lupo
rũ, aut canũ, aut leonũ, si vultis Xp̄m Iesum
in pastorem habere, curate vos illius oues ef
ficere mites, temperatos, pacificos, non epu-
lones, quasi lupos uoraces, nō crudeles, tanq̄
36 leones, non deniq; sensuales, ac turpes, quasi
vrsos, sed diuin⁹ eius uocib. obediētes. Ouis
si fortè in uetitum ingressa est, cum primũ
Simile. ei pastor sibilat, statim egredit̄, & illud dere-
linquit. Sic etiam ouis Dei si in uetitum in-
gressa est, aliquodq; malũ ꝑpetrauit, statim
ad diuinam Dei uocationem recurrit, ꝑdica
toris uoci obtēperat, & cōsilio amici, admo
nētis ut malā negotiationē, aut familiarita
tē relinquat, &c. Hoc est signum, ꝙ est ouis
Dei. Eia frater charissimè nũc exi de uetito,
ne fortè ueniat infernalis messis custos, & te
in perpetuam inferni custodiā includat. Nō
solũ aũt ex uetito debes exire, sed pastorem
et tuũ, sicut hic dr̄, sequi debes. Atq; idcirco
alma mater Ecclesia nunc crucis uexillum
ꝓfert cantans, ac dicēs: Vexilla regis ꝓdeũt:
37 fulget crucis mysteriũ. O crux ꝓciosissima,
o uexillũ illustrissimum ꝙ Xp̄i Iesu oues se
quunt̄. Aspicite illud fratres charissimi, mul
to.n. dignius est uisu, q̄ uexilla Cæsarũ, Ro-
manorũq; Imperatorũ. Nō sunt in eo aqui
læ carnifices sanguineis crudelitatis ungui-
bus depictæ. Aspicite illud, solus.n. in eo est
pelicanus solitarius ex pectore suo sangui-
nē effundēs ad uulnera uestra curanda. Eia
oues Xp̄i vestrũ diuinũ pastorē sequimini
vlterius cum ieiunijs, vlterius cũ eleemosy-
nis, vlterius cũ orone, ulterius deniq; cũ san
ctissimorũ sacrorum frequentatione ꝓgre-
dimini, & in oī bonorum operum uestrorũ
executione ꝓcedite. O Christe dulcissime
aīarum nostrarum amor, ouiumq; tuarum 38
diligentissimè pastor, tuam quæso nobis o-
pem, & uirtutem impertire, quo incepto bo-
no ꝑseueremus, nobisque declara quidnam
ouib. tuis daturus sit postquam arctissimũ
huius uitæ pœnitētis actum præterierimus.

Et ego uitā æternā do eis. Nonne auditis
hæc ô hoīes? Nō auditis Deum uitā æternā
ꝓmittentē? Vt igit̄ tm̄ bonum cōsequat̄, quis
erit, q̄ breuissimos huius seculi labores no-
lit tolerare? Dñe Iesu Chr̄e siquidē nobis di
xisti ꝓmium, quo oues tuas in cęlo affectu-
rus es, ꝙ remedium hēs ad custodiendũ hoc
pecus tuum, quandiu in hoc seculo inter tot
lupos, ac immanes belluas cōmoratur, quæ
illud cupiunt deuorare? Et si plures (inquit)
lupi sint, nō rapiet eius quisq̄ de manu mea.
Dummodo illæ a me nolint recedere, totus 39
infernus non sufficiet unam a ptāte mea eri
pere. O dulcissimum uerbum, summaq; sua Sap. 3.
uitate plenũ, iuxta illud, ꝙ antea dixerat: Iu
storũ aīæ in manu Dei sunt, & nō tāget illos
tormētum mortis. i. malitiæ, ô fœlices oues,
q̄ in talem custodiam deuenistis. O q̄ meri- Cant. 2.
to dicebat spōsa; Lęua eius sub capite meo,
& dextera illi⁹ amplexabit̄ me. Lęuā, quę est
sub capite nō aspicit sponsa, dexterā āt qua
illa amplectit̄, optimè intuet̄. Læua spōsi sũt
oīa bona huius seculi, honores. s. diuitiæ, cō
solationes, & cætera huiuscemodi. Ad nihil
horum attēdit sponsa, nec in aliqd illorum
oculos cōijcit, sed tm̄mō futuri seculi ęterni
tatem ꝓspicit, & spūales gratias huius uitæ
aīaduertit. O qs puro corde diceret S. N. Ie
su Chr̄o idē ꝙ dixit Iacob fratri suo Esau:
Hoc unum tantum indigeo, ut inueniam Gen. 33
gratiam in conspectu tuo dñe mi. O q̄ diui
num uerbum hoc. O quis sciret dicere, quid
sentiat anima quando se in fœlicissimo sta
tu cōsiderat inter huius diuini pastoris bra-
chia commorantem, tunc maximo cordis 40
dolore compungitur, ita vt uix corpus eius,
cor ualeat continere eo quòd talem, ac tan-
tum Deum offenderit; qui tot illi cōfert be-
neficia, & indulgentias. Tunc eius oculi in
lachrymarum fontes conuertuntur, quia
24 Sequitur in textu. *Vnus āt ex illis cū esset pontifex anni illius prophetauit.* Hucusq; horum sceleratissimorum hoīum cupiditas demonstrata est: nūc uero eorum superbia, & ambitio reuelatur, q̄ q̄dē tāta erat, in ꝓpterea simoniaci redderētur. Deus.n. pręceperat vt summus sacerdos esset perpetuus illi autem adeo superbi, & ambitiosi erant, in quo oēs dominarentur, statuerint, ne quis summus esset Pontifex amplius, quā uno anno, eo autem anno ille hoc munere fungebat, qui plures pro eo pecunias persoluebat. Et ideò dicit hic S. Euangelista: Pontifex anni illius. Ecce quid ex superbia & ambitione oriatur. Idcircò illā summoperè sacrę literę detestantur. Vnde Dauid dicit. Increpasti superbos, maledicti qui declinant à mandatis tuis. Quasi dicat, oēs peccatores sunt maledicti, superbi aūt inter, oēs à te summa cum seueritate reprehendunt, q̄a sꝑbia malorū oīum est origo, ex illa ingratitudo inobediētia, cupiditas, simonia, ac plurima denique alia scelera dimanāt. Omnia hæc uitia, quæ
S. Euāgeliū refert, q̄bus hi maledicti hoīes 25
repleti erāt, à maiorib. suis hæreditate acquisierāt, q̄ quidē in eis quasi semper dn̄ata sūt, quapp in alia grauissima scelera inciderūt. Idcircò refert sacra Scriptura peculiari quodā effectu inobedientiā magnā, inquam Hebræi inciderūt, dicēs, Iebusæū aūt habitatorē Hierusalem nō deleuerūt: quod fuit contra præceptū dn̄i. Quo facto eius in se furorem cōcitarūt, dignīq; effecti sunt, ut illius indignatio in se descenderet, sicut & descendit: Hoc autem fecerunt cupiditate capti, vt ab eis tributa reciperēt, illosq; subditos sibi haberēt, illisq; tanq̄ dn̄i impetrarent. Et q̄a gētes illas inter se reliquerunt, ꝓpterea facile
in idololatriam ꝓlapsi sūt, sicuti eis dixerat 26
Moyses Dei noīe his uerbis: Non inibis cū eis fœdus, nec misereberis earum, &c. Filiam tuam nō dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo: q̄a seducet filium tuum, ne sequatur me, & ut magis seruiat dij alienis. Et diuina cū ꝓuidētia refert illic mors Iosue, aliorūq; uenerabilium senum, ut cognoscamus q̄tum malū nobis sit, cū Deus à nobis senes aufert, & pcipue illos, q̄ uerbum Dn̄i dicant, & erudiunt cū illi Hebræi post eorū obitū, q̄ eos docebāt, tot insultationes perpetrarint. Hic pessimus Pontifex simoniacus dixit illis. *Vos nescitis quicquam, &c.* Permagni interest si res tali, aut tali mō proponantur. Ille q̄ regio consilio præest, prætor, q̄ se
natui, Decanos, qui canonicorum capitulo 27
præsidet, summoperè curare debent, ut quō res, ex q̄bus regnorū euersiones, uitæ pericula substantiarum denique desolationes, siue horū omniū cōseruatio depēdet: debeant ꝓponere, optimè norint. Quis est hodie q̄ res absque affectione proponat? q̄s alior ī suffragia, & sentētias audit, qui in procedēdi stylo ipsam suam prius non declaret? quis has res cū tanta synceritate. Christianaq; ęquitate tractat, qua singulis libertatem relinquas, vt quicquid dn̄s eis inspirauerit, dicant quod si

Ps. 118.
Iudicū. 1.
Deut. 7.

quis extra præsidis intentione loquatur, sta
tim eũ dedecorat dicens. Nescitis quicquã.
Ita ut uideant eadẽ die, qua alij præferunt, li
bertatẽ p consequens accipere ad inferiores
dedecorãdos. Et plerũq; accidit eos, qui de
proposita re melius sentiũt stultos iudicari;
illorũ aũt sñias q. callidiores audacioresq;
sunt, quisq; iniquius de re iudicãt, preualere.
Ex his uerbis. Nescitis quicquã, infertur
28 illic diuersas hoĩum esse sñias. Et idcirco di
xit. Nescitis quicquam, quia expedit uobis,
ut unus moriatur hõ, &c. Super quo dicit
August. B. August. Caipham male cogitasse, & bene
dixisse. In corde eius assidebat. Lucifer, q. cũ
tam sacrilegum facinus fecit cogitare, quale
erat, ut in Deũ manus inferret: lingua autẽ
ipsius à Spiritu sancto mouebatur, ut uerissi
mã illã rem loqueretur. Ita dicit B. Paulus
Hebr. 1. ad Hebræos. Decebat. n. eum pp quem oĩa,
& per quem oĩa (idest, qui oĩum princ. piũ
est, & finis) qui multos filios in gloriam ad-
duxerat, (.i. prædestinauerat in gloriã) autho-
rem salutis eorũ per passionẽ consummare.
Videlicet, ut moreretur eis gloriã per passio-
nem, ad quam gloriã prædestinati erant. Et
Rom. 3. ad Romanos aliã efficacissimã mortis eius
29 rõnem reddit ipse S. Apostolus dicens. Quẽ
proposuit Deus propitiatorem per fidem in
sanguine ipsius; ad ostensionem iustitiæ suę
pp remissionem præcedentium delictorum,
in sustentatione Dei ad ostensionem iustitię
eius, in hoc tempore, vt sit ipse iustus, & iusti
ficans eum, qui ex fide est Iesu Christi. Hoc
est, Deus pater Iesum Chrm ante omnium
mortalium oculos proposuit, ut in eũ fide
viua aspicientes à quibusuis criminibus sa-
narentur. Hoc autẽ in uirtute sanguinis ip
sius, ut sic ondat iustitiam suam. Nam si p
peccatis, q̃ dimittere decreuit, tot tantosque
labores pertulit: quas pœnas perferent pec-
catores pro peccatis quæ dimittenda non
30 sunt? qp ppõsuit propitiatorem. Super quo
Hieron. B. Hieronymus dicit, añ omniũ oculos po-
suit, ut qui uoluerit, accedat, ut curetur. Cũ
uniuersi Ægyptij ad Pharaonem proclama
rent, alimenta peretes: illis rñdit Pharao di-
cens. Ite ad Ioseph, & quicquid ipse uobis
Gen. 41 dixerit, facite. Hoc nobis etiã præcipit æter-
nus Pater, ut ad sacratissimum filium suum
cõfugiamus, quẽ proposuit ppitiatorem, in
eo. n. salutem, uitamq; reperiemus. Et dicit
in sanguine ipsius, hoc est in merito sangui
nis ipsius. Vñ de beatis dicitur: hi sunt, qui la
uerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in

sanguine agni. Super quo duo illa uerba di
ligenter notanda sunt, lauerunt, & dealba-
uerũt. Verbum, lauerunt, significat culpę re
missionem. Et uerbũ dealbauerunt signifi-
cat gratię infusionem: qua illustrati sic splẽ
didi remanserunt. Quæ oĩa per merita san-
guinis Iesu Christi cõparantur. Et notãdũ
est tria esse huius ueritatis testimonia, quæ
diuersa tẽpora significãt. Primũ est in Apo Apoc. 1.
calypsi, ubi dicitur: Qui dilexit nos, & lauit
nos à peccatis nostris in sãguine suo. Aliud 31
est in epistola ad Hebræos, ubi dr. Quanto Hebr. 9.
magis sãguis Christi, q per Spiritum sãctũ
semetipsum obtulit, immaculatum Deo, e-
mundabit conscientiã nostram ab operib.
mortuis ad seruiendũ Deo uiuẽti. Tertium 1. Ioã. 1.
uero, & ultimum est in prima Ioanis ubi dr:
sanguis Iesu Christi filij eius emundet nos
ab oĩ peccato. Ecce quõ hic sacratissimus Ie
su Christo sanguis in effectũ ad triã tẽpora
ordinem habet, ad præteritum, s. præsens, &
futurum. Nam Christus Redemptor noster
illum effudit pro præteritis, præsentibus, ac
futuris peccatis, q. a oĩa in diuina eis ẽtia bea
tissima eius anima perspexit. Et sic illum pa
ter æternus ante præsentium, præteritorũ,
futurorumq; hominũ oculos proposuit, ad 32
cunctorum tpũm salutem. Valde tñ miran-
dum est B. Apostolũ hic dicere Iesum Chri
stum ab ęterno patre ad ostẽsionem iustitiæ
suæ fuisse propositum. Cum. n. certũ sit in
omnib. diuinæ maiestatis operib. misericor
diã, iustitiamq; pariter concurrere (ut inquit
D. Thõ.) in hoc opere sola Dei mia uĩ illu- D.Th. 1
xisse, totumq; opus unã misericordiã, absq; p.q. 21.
iustitiæ commistione esse apparet. Hic autẽ ar. 4.
dicitur Iesus Christus propositus fuisse ad
ostensionem diuinæ iustitiæ. Deo si pro-
funde hæc considerentur hic misericordiã,
atque iustitiam in summo gradu reperiri.
Misericordia maxima reperitur, quia hoc
in nos beneficium collatum est, cum nobis
nullo iure deberetur. Iustitia etiam in sum-
mo gradu inuenitur, q. a æternus Pater gra- 33
tissimam, ac nimium rigorosam in Iesu
Christo filio suo de cunctis peccatis uindi-
ctam sumpsit. Deus namq. est pater miseri-
cordiarum, & rectissimus iudex, propter
quod cogitauit supremum artificium mi-
sericordiæ iustitiæ, ut summam miseri-
cordiam cum summa iustitia conciliaret, Dam. li.
& inuenit difficillimi pretii solutionem, ut 3 Ort. f
inquit Damascenus. Vnde peccati qualitas de. c. 1.
apparet, cũ tam rigorosa medicina ad illud
curan-

curandum opus fuerit. Et tāta ꝑ eo satisfactio facta sit. Et hic magnopere Dei patientia reuelatus in eo, quod dicit. Propter remissionem pcedentium delectorū in sustētatione Dei, ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore, i. dicit B. Paulus: Peccata digna si [illegible], ut statim puniantur in suis actorib. & peccantes non solum damnari, sed annihilari ēt merentur. Quia esse, quod eis Deus cōcessit, in creatoris sui offensionibus occu-
34 pant cū illi omnibus uiribus suis seruire deberent, Deus autē tali supplicio peccatores
Thre 3. punire non solet, ut in Threnis dicit. Misericordiæ domini, quia non sumus cōsūpti, quia non defecerunt miserationes eius. Non solum autem non annihilat, sed peccatorem etiā diu expectat, neminem enim uellet condemnari, sed oēs conuerti, ne uiuere desideret. Ideo dicit Deū, mira patiētia sustinuisse peccata præcedentium per aduentū filij sui sine punitione, ut ea puniret in Christo, & punita remitteret remissione integra, usque ad introitum cæli, quia iusti ante aduentum Christi gratiam obtinebant, sed non solum
35 effectum, q erat gloriæ consequutio, ad ostēsionem iustitiæ in hoc tpe cum Christo passus est, ut sit ipse iustus, & iustificans. Hic magnificat Apostolus Iesum Christum, significans illum uerum esse Deū, quando quidem animas iustificat, quod est opus Dei. Vel aliter, ut sit ipse iustus, & iustificans, quia ille, qui promittit, & promissis stat, iustus est, q iustitiam operatur. Duo præsertim Deus inter alia promiserat alterum erat mors Christi Saluatoris nostri, alterū uero erat eius fructus, quę est iustificatio, & glorificatio. Et in his uerbis hæc duo adimpleta esse ostendit, quia ipse per sanguinem suum iustificans in promissionibus suis se iustum esse demonstrat. Optimè uos intellexisse oportet, quāti nostra omnium intereat, ut filius Dei, qui
36 infinita singularitate est unus, & perfectissimus, quatenus homo moreretur. Et hac sententia, quam maledictus ille pōtifex protulit occasionem hāc quærens, ac dicens, opus esse Iesum Christum mori: alioquin, cuim rempublicam illam euertendā esse affirmās non solum principes, sed, & uniuersum euā vulgus contra Christū Redemptorē nostrū incitatum est. Nihilq; populū illum magis adeo ab amore, quem pijssimo domino debebat, quā hæc pontificis maximi sententia segregaui. Vt cognoscatis quantum malum sit malus princeps, & prælatus quantumq; detrimentum reipublicæ afferat. Maius etenim incommodum hic maledictus Caiphas populo attulit, quam uniuersi illius hostes afferre potuerunt.

Dicit ulterius sanctū Euāgelium. Hoc āt à semetipso nō dixit. Quia Iesus moriturus erat, ut filios Dei, qui erant dispersi, cōgregaret in unum, idest, in unius fidei, & amoris vnitatem. Nimis autem miserabile est, quod cum unigenitus filius Dei mortuus fuerit, 37
vt nos in uno amore, ac charitate coniungeret, nos moriamur, ut à fratrib. nostris diuidamur, & alijs inuicem contradicamus. Qd saus apertū signum est, nos ab ipso Deo lōngissimè distare. D. Dionysius dicit, ꝗ sicut li- Dionys.
neæ, quæ è centro prodeunt, quo propius cētrum sunt, unde procedunt, eo coniunctiores aliæ alijs sunt, Eo quo longius è cētro segregantur, eo ēt longius aliæ ab alijs recedunt, ꝗ quidem experientia comperiri poterit, si pūctum in papyro assignetur, & ab eo plures lineę circunferantur, sic ēt centrum nostrū est Deus, & nos ab eo quasi lineæ procedimus, & quando in eo per charitatem cōmorantur, etiam nostris proximis per charitatem, & amorem uniti sumus, & quanto lon- 8
gius à Deo recedamus, tanto magis à proximis segregamur. Et sic B. Ioānes dicit, si quis 1. Ioā. 4.
dixerit; qm diligo Deum, & fratrem suum odit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum, quem uidet, Deum, quē non uidet, quō potest diligere? (*Los que j uegan al* Simile.
tejo) Scopum terra cooperiunt, & super illū stipulam, aut quodam lignū imponunt in signum, quia scopus non apparet, ut illuc iactus dirigant. Qui aūt non tangit signū, ꝗ exterius est, quō tanget scopum, qui latet interius? Hoc est, ꝗ dicit Beatus Ioannes, scio frater proximum tuum esse signū scopi, qui 39
est Deus, & quamuis amoris tui iactus præcipuè ad Deū dirigi oportet, quō Deum, q sub fide latet, amare scias si amoris tui iactus ad proximum tuum, qui est signum visibile, quod Deus constituit, ut in illud iactus amoris tui dirigas nescis immittere? Curemus igitur fratres charissimi, ut discamus proximos nostros diligere, & concordes eis fieri, quia hęc est una ex rationibus, quare sā ctissimus Redemptor nr in cruce mortuus est. Nam si proximis nostris per amorē vniti fuerimus propter ipsius reuerentiam, & charitatem, certissimam habebimus graiā, qua futura gloria cōparatur. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius Amen.

Sabba-

Sabbatho post Domin. in Passione.

Cogitauerũt Principes sacerdotũ, ut, & Lazarũ interficerẽt, &c. Ioã.12.

1 AGitur in hoc S. Euangelio, q̃ hodie Christus R. N. ingressus est Hierosolymam cum illo celeberrimo triumpho, quando ab uniuerso populo cum ramis, & canticis receptus est, cum Pharisæi hæc aspicientes, quibus dominus honorabatur, dissecabantur cordibus, & dicebant. Videtis, q nihil proficimus, ecce mundus, &c. Tũc erãt illic nonnulli gentiles summopere desiderantes uidere clementissimum Iesum, atque cũ eo conuersari. Cumque id Andreas, & Philippus illi nunciarent, respondit eidicens: *Venit hora, ut clarificetur filius hoĩs. Amen amen dico uobis, nisi granum frumenti cadẽs in terra mortuũ fuerit, &c.* Hoc dixit, vt significaret gẽtiũ cõuersionẽ se prius mortuo faciẽdam esse, quia eis sua sacratissima morte conuersionem, iustificationemque promeriturus erat. O cælestis metaphora quanto perè miseros peccatores ad spem chortaris? Hæc. n. diuina seminatio ab alijs corpo-
2 ralibus satis longè dispar est. Nam cum semel in sanctissima illa passione diuinum illud granum satum fuerit, sufficientissimum fuit, ut semper usque ad seculi consummationem fructum ferret. Et hoc est, quod D. Paulus dicit: Vna enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos. Atque
Heb. 10 hinc obscurissima quædam uerba, & maximè necessaria intelligeris, quæ ipse Apostolus dixit, uidelicet. Nolo uos ignorare fra
Ro. 11. tres mysterium hoc, ut nõ sitis uobismetipsis sapientes, quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentiũ intraret & sic omnis Israel saluus fieret, sicut scriptũ est: Veniet ex Sion, qui eripiat, & auertat im
3 pietatem à Iacob: Et hoc illis à me testamentum, cum abstulero peccata eorum. Dicit Beatus Apostolus nobis ualde necessarium esse hoc mysteriũ cognoscere, scilicet si Deus magnam Hebræorum partem pp ipsorum perfidiam cadere permisit, inde maximum bonum, s. gentium fidem abstraxit, quò hæc scientes, crebroq; considerantes cũ maiori cautione, & timore uiueremus, ne fortè à Deo sicut, & Hebræi derelinquamur. Atq; et uobis summopere necessarium erat mysterium hoc nosse ut singulari, huic beneficio gratissimi essemus, nec per sapientiã nostram ad fidei lucem nos puenisse credèremus. Et dicit q̃ñ numerus gẽtium electãrũ cõpletus fuerit (hoc. n. significat plenitudo gentiũ) tunc cõuertendos esse Hebræos, Isa. 59.
& adimplendum esse quod prædixit Isaias: Veniet ex Sion, &c. Sed quæritur quis nam sit hic, q uenturus est q̃ñ Iudæi conuertendi sunt, cũ iam Christus Redemptor noster uenerit, eiusque Apostoli sanctum Euangelium iã promulgauerint? quis tam illustre 4
opus facturus ueniet, siquidẽ dicit hic Isaias: ueniet, & ex Sion, &c. Dico, in his verbis prędictum fuisse ab Isaia Iesu Christi Redemptoris nostris aduentum, & fructũ quem effecturus erat. Et sic uult dicere. Veniet, scilicet, Christus ex Sion, quæ est ciuitas Dauid, idest, ex genere Iudęorum, ex genere Dauid. Et quanquam Iesus Christus filius Dei iam regnat in cœlo triumphans, eius tamẽ mors semper est præsens, quia semper denuo diuinam legem sic oportet recipientibus prodest; & ita semper in eis fructificat, sicut dicit idem Apostolus. Credenti in eum, q iù- Rom. 4.
stificat impium, reputatur fides eius ad iu- 5
stitiam, secundũ propositum gratię Dei. Dicere fidem reputari ad iustitiam, non est dicere, fidem mereri primam gratiam de condigno. Nam fides est quædam dispositio ad formam, quæ est gratia, & dispositio præcedens nunquam adæquatur formæ, sed dicere, hoc, est dicere fidẽ à Deo tanquam dispositionem quandã (pro sua misericordia) ad iustificationẽ acceptari, ac si peccator realiter peccato suo ęquale donum offerret. Et quod peccator realiter nõ offert, nec soluit, pro solutione reputatur. Quod si qs huius diuinæ liberalitatis rõnem quærat, indet Apostolus q fides reputatur ad iustitiam, secundũ propositũ gratiæ Dei. Hoc est, q à sic diuina benignitas disposuit miseriarum no- 6.
strarum cõdolens, ut ne quis de se, sed de diuina liberalitate glorietur. Hæc uera fides in Sion fundata est, ibi pdicata, ibi diuulgata, ut dicit Dauid in persona Christi. Ego autẽ constitutus sum rex ab eo super Siõ mon- Psalm. 2.
tẽ sanctum eius prædicãs præceptum eius. Et ita cum dicit, Veniet ex Sion Saluator, & Redemptor cum uenerit, in persona & nõdum uenerit in toto populo Israelitico, secundum effectum iustificationis, restat ut tandem ueniat in effectu, ut recipiatur per fidem uiuam. Et sic omnis Israel saluus erit

erit. Et hic eſt legitimus ſenſus horum uerborum, itaq; dixit. Veniet ad illos, qui illũ nõdum acceperunt. Et tunc enim denuo recipitur, quia tunc uenit ad eos eius effectus.

Dixit ulterius. Et hoc illis à me teſtamẽtũ &c. Teſtamentũ aut ore Paulo, eſt vltima uoluntas teſtatoris, ut ad Hebræos, dicit. Te
Hebr. 9. ſtamentum in mortuis cõfirmatũ eſt. Et ſic in morte Christi redemptoris noſtri uniuer
7 ſæ ꝓmiſſiones Dei ſtabilitatẽ accipiunt, qa
Ioan. 10 oẽs ꝑ huius mortis merita fiebant, quarum
Pſ. 145. una erat ꝓmiſſio cõuerſionis Iudæorũ, ſicuti ipſa ueritas dixit. Et fiet unũ ouile & unus paſtor, & regius pſaltes dicit: Aedificãs Hieruſalem Dñs, diſperſiones Iſraelis cõgregauit. Ecce qũo manifeſtè dicit. D. Paulus uſq; ad ſeculi cõſummationem cæleſte hoc ſatũ fructificaturum eſſe. Et idcirco initio dixi Dñm his verbis nos ad opem maximam cohortari. Certũ eſt. n. ꝙ ſi peccator, q nimiã in ſe fragilitatẽ ſentit ſciret, ſtatim cum ipſe peccat, ꝓ illo peccato ſuo filium Dei denuò eſſe moriturum maximã cõſequendæ ueniæ
8 haberet ſpẽ cũ talis oblatio ꝓ ſingulis peccatis ſuis denuò æterno Patri offerretur. Eandem igit ſpẽ nunc habere poſſumus, qui a tãtum ꝓfuit illa una mors, q̃ Saluator noſter Ieſus Xp̃s pro nobis paſſus eſt, ſi nos ex illa fructum uolumus percipere, quam ſi pro ſingulis peccatis noſtris ſigillatim modo moreretur. O admirabilẽ Dei largitatem, qui tã abũdans remediũ peccatoribus uoluit adhibere? Quæ cũ ita ſint dilectiſſimi fratres per reuerentiam huius diuini Dñi, qui nos tãto amore complectitur, uos rogo, ne huius cæleſtis ſegetis fructus diſperdi patiamini. Siq dẽ illos nũc abundantiſſimè colligere poteſtis, quib. in ſempiternũ locupletemini. To-
9 tam hãc admirabilem doctrinã docuit magiſter ueritatis occaſione illorũ gentilium, qui eũ uidere, & cum illo conuerſari cupiebant. O quanta eſt hæc nobis confuſio? uix .n. eſt, qui diuinam hanc conuerſationem deſideret? O quot myſteria, & ueritates cogno
Leui. 11 ſceremus, ſi per meditationẽ cæleſtiumq; rerum cõtemplationẽ cum hac humanata ſapientia cõuerſaremur? Iubeat Deus in ueteri lege ut piſces, qui non haberent alas, immũdi haberentur, quales ſunt anguillæ, quia ij piſces ſẽper in aquis ſubmerſi, ſunt innatãt: qui uero alati ſunt, aliqñ natãt, aliqñ uero in altum proſiliunt, quaſi extra aquã uolant. Sic ſunt inter homines nonnulli, qui temporalibus rebus ſemper ſubmerſi ſunt nec magis Dei, cæleſtiumq; rerũ recordãtur q̃ ſi eſſent lapides: alij ſunt quaſi piſces alati, qui ita tpalibus neceſſitatibus occurrũt, ut quanuis certis tẽporib. in his aquis innatẽt, tñ quo ad magis poſſunt ad cæleſtem Dei cõtemplationem, conuerſationemq; erigãtur.
Vnde ſanctus Theodoretus iuſtos aptiſſimã animalia alata, uocat, quia licet quaſi terreſtria animalia cũ hominibus conuerſentur, nõ ſolum, ut piſces, ſed ẽt ut aquilæ ad diuinarũ rerũ cõtẽplationẽ euolant. Ex his erat, Theodoretus. 2. Cor. 3
B. Paulus, qui dicit, ſiue mente excedimus 16
Deo, ſiue ſobrij ſumus uobis, id eſt aliquãdo noſmetipſos ſuperantes in admirabilem cõtemplationem euolamus, vbi altiſſima myſteria erudimur, & poſteà non oia, quæ ſentimus, uos docemus, ſed illud ſolũ, qđ humilitas, & abiectio mẽtis noſtræ expoſcit. Et nõ ſolũ in hac diuina cõuerſatione iuſti illuminãtur, ſed recreãtur ẽt, & ſp̃ualiter conſolantur. Hoc ſignificauit Deus per Iſaiã, dicens; Ad vbera portabimur, & ſuper genua blandientur uobis, Qũo ſi cui mater blandiatur 12
ita ego conſolabor uos. O ſuauiſſima, atque dulciſſima verba? Qđ eſt adeo durum marmor, qđ talibus indulgentijs, ijſq; ſuauiſſimis verbis nõ molleſiat, illorũq; particeps ſe non deſideret? Et magnopere notãdũ eſt antea dixiſſe ipſum Deu, Nunquid ego, qui 11
alios parere facio, ipſe non pariã? Si ego, qui generationẽ cæteris tribuo, ſterilis ero, ait dñs Deus tuus? Si, id eſt nõ ero ſterilis. O ineffabilẽ Dei probitatẽ. Quid dñe, non ſufficit, ꝙ me ad ubera tua lactes, ſed vis ẽt me in uẽtre tuo portare. Attendite quib. delicijs afficitur infans cũ eſt ad ubera genitricis ſuæ & ſup eius genua ſedet, q̃ dulcibus uerbis illum alloquitur, ita ut eũ in uiſcera ſua includere uelle uideatur, dicitque ei. Dux mi, mi 12
rex, mi & imperator, qđ faciã tibi? Non hoc ꝓfecto cõtentus eſt Deus, ſed plus hic dicit, & clarius ẽt dicit, audite me domus Iacob, qui portamini à meo utero, qui geſtamini à mea uulua. Quos (inquit) in uetre meo baiulo, ut mihi benefaciens nõ poſſim nõ vobis benefacere, & indulgere. Nã ſicut mulier ꝑgnata, licet uolit, non poteſt nõ educare, & alere fœtũ, quẽ in uentre portat: ſic etiã ego (ait Dominus) nos alturus, uobiſque benefacturus ſum, quia in uiſceribus meis uos fero. O quã admirabilis exaggeratio eſt hæc, quid uobis uidetur fratres mei quam optimum Deum habemus, & quã ſtulti ſumus qui negligentia noſtra tanto bono non fruimur.

mur, et in hoc seculo? O miseri, ac cæci filij Adæ, & quam repente adueniet tempus, cũ eos tantæ ignauiæ pœnitebit, & fortasse erit, cum uobis nihil iam ꝓsit. Aliter quidẽ faciunt illi, de quibus paulo antea loquebamur: qui tam ardenti Dei amore capti sunt, vt tps, quo cũ Deo, aut de rebus diuinis nõ agunt perditum esse ducant. Et quãuis cum eo diu conuersentur adhuc diutius conuersari desiderant. Et hoc ad ardentissimũ illud desiderium, ꝙ inflammatissimis quibusdã
13 uerbis sponsa reuelauit, dicens: Quis mihi det te fratrem meũ sugẽtem ubera matris meæ, ut inueniam te foris, & deosculer te. & iam nemo me despiciat? Apprehẽdam te, & ducam in domum matris meæ. In his omnibus mirabilibus uerbis detegitur ardentissimum desiderium animæ, quæ in virtutis, & perfectionis studio nimium ꝓfecit, quæ quidem ne minimo temporis spacio in re aliqua, nisi in diuina conuersatione uellet occupari. Sicuti uirgines liberè possunt ad fratres suos accedere cum sint infantes, & ad
Simile. vbera matris suę commorantur, & passim illos amplectuntur, milliesque deosculantur, & nunc extra nunc intra domum semp quocunque vadunt, eos absq; ullo pudore osculantur,
14 quia illud à nemine uitio uertitur, nec ipse hoc facere erubescunt. Hæc igitur omnia significant, quod facere desiderãt, atque etiam, quod faciunt animæ, quæ maximo Dei amore captę sunt semper, & vbique clam, & palam de Deo, & cum Dei loqui, & in omnibus se Dei amicos profiteri, atq; hoc tam verbo, q̃ opere demonstrat. O quis in tantum perfectionis gradum perueniret, atque cum Deo conuersationem illam haberet, quam habet virgo cum fratre suo infante, & tenero, qui in genitricis suæ brachijs commoratur. Ecce fratres charissimi hos duos sacræ Scripturæ locos, in quorum altero iustus quasi infans in brachij ac visceribus matris suæ positus, in altero, uerò idem iustus tanquã virgo, quæ fratrẽ suum
15 tenerum deosculari, atque amplexari non cessat, repræsentatur significando per hunc infantem potentissimum Deum. Et hi ita super faciem terræ uiuunt, vt de eis dicat Isaias. Et erit Sabbathum ex Sabbatho, quia de requie mentis homo peruenit ad requiẽ ęternitatis, per unum paradisum ad aliũ pergit. O infelices peccatores, qui per unũ infernũ in alium vultis ire? Vita. n. anxia, & laboriosa quam propter passiones uestras ducitis infernus est, per quem ad alium sempiternum infernum iter facitis.

Vnũ aũt ex illis, q̃ in hac re summoperè lachrymanda sunt, hoc est, ꝙ sicuti tunc Iudæi, etsi populus erat electus à Deo, illisque Messias sæpenumero promissus fuerat, atq; in scripturis, quas ipsi quotidie perlegebãt, ꝓdocti essent: tñ eũ interficere intendebant. Et quo tpe hoc sacrilegum facinus in corde suo proposuerant gentes q̃rebant modos, ac 16
rõnes, ut ad dominum uidendum, atque alloquendum accederent, atque ad hoc sacros Apostolos intercessores proponebant. Sic mõ ꝑp peccata nostra, q̃ maioribus Deo beneficijs deuincti sunt, sicut uiri eruditi, & ecclesiastici, quique Deũ maiori honore colere tenentur, atq; cũ eo frequentius debent conuersari, fortasse plurimũ illorum sunt, q̃ ei negligentius seruiunt, multi uero pauperculi, qui tantam dispositionem nõ hẽnt, nec ẽt tanto beneficiorũ numero deuincti sunt, hi rõnes quærunt, quib. hac diuina dñi conuersatione perfruantur. Accedentib. sanctis Apostolis, ut hoc gentilium desiderium domino nunciaret, respondit Iesus dicens: *Venit hora, ut clarificetur filius hoĩs.* Textus 17
Græcus in hoc loco dicit. Vt glorificet. Vbi sacratissimam mortem sua glorificationẽ suam appellauit, quia eius gaudium, & gloria erat pro hoĩum salute, atque pro æterni Patris obediẽtia mori. O benedictus, & glorificatus sit talis Redẽptor, ac Magister, q̃d pro nobis non faciet, aut quid nobis denegabit, qui tam atrocem mortem gloriã vocat? Tu verò, ô miser homo, ꝓ hoc optimo dño ne minimũ q̃dem laborẽ patienter nosti perferre. Notandum ãt est maximè cũ nõdum eius mortis hora aduenerit Dñm dicere, illã iam ꝑterijsse. Venit (inquit) hora. Iã trãsacta est hora. Mysteriũ vero hoc est, q̃a in sacris literis, quod certo faciẽdum cito esse cognoscitur, pro facto reputatur. Oẽs res huius seculi tam prosperas, quã aduersas, quia certo scimus celerrimè esse trãsituras, oportet nos quasi iam pręteritas æstimare. Et sic Beatus Paulus, cum dixisset. Hoc itaq; dico fratres 18
tempus breue est, subdidit statim, dicens. Reliquum est, idest, sequitur ex hoc, vt, & qui 1.Co.7.
habent uxores tanquã non habentes sint, & qui flent, tanquam non flentes, & qui gaudent, tanquã non gaudentes. Et qui utuntur hoc mundo tanquam non utantur, pręterit. n. figura mundi huius. Admonet sanctos Apostolus, ut oẽs res huius sæculi, siue sint dul-

ces,

ces,siue amaræ,quasi præteritas illas iudicemus,eum tam cito transituræ sint. O quam cœlestis doctrina, & quam utilis illi, qui ex ea vult fructum percipere. Quis propter famem, ut necessitatem Deum offenderet, cũ cras necessitas hæc, & vita finienda sit,illiq. Deus propter huius laboris tolerantiã æternam gloriam largitur⁹ sit? Aut quis sæculares voluptates,et honores æstimabit,quibus cras finis imponẽdus est, siquidem hæc omnia æternis tormẽtis persoluenda sunt? Hãc
19 ipsam rationem reddidit B.Ioann. Ne propter res terrestres homines condemnarẽtur, dicens: Nolite diligere mundum, neq. ea, quæ in mundo sunt, & mundus transit, & concupiscentia eius.

Dicit Diuus Ioannes: Mundum in transitu esse,quia si hoc parum temporis, quod duraturus est stabile, ac firmum esset, non esset mundus tam dignus execratu. Verum hæc parua firmitas, quam vnaquæq; res huius sæculi quantumcunque decora, ac pompatica sit,habet,nos ad eius odiũ summopere incitat. Ideo merito hic mundus anthlæ comparatur, quæ Hispane dicit(No-
20 ria)in qua est rota, quam versat iumentum
Simile. cęcum,& in illa rota sunt quædam vasa fune alligata,quæ cum ascendunt,plena sunt aqua,ex qua magna pars effunditur, & vna post alia apertis oribus ordinata procedũt, & vas, quod inferius est aquam superioris absorbet, & sic cuncta ascendunt quousque ad summitatem rotæ peruenitur.Et ubi primum ad summitatem perueniunt, cuncta aquam effundunt, & deorsum vacua reuertuntur,et quæ antea superiora ascendebant, nunc inferiora descendunt, et sic absq; vlla cessatione volutantur. Ecce imaginẽ quandam mutabilitatis huius mundi, in quo versamur quasi in rota,nunc sublimes,nuc infimi,nunc diuites,nunc pauperes,nunc nobi-
21 les,nunc ignobiles

In hanc anthlea videbitis homines quasi vasa omnes cupiditatis honoris, atque diuitiarum fune alligatos,qui omnes huc,atque illuc cæco passionis suæ iumento deducunt. Videbitis eos ascendentes aqua temporaliũ bonorũ plenos, et si licet nolint magna huius aquæ pars eis effunditur,quia nõ omnia secundum voluntatem eorum fiunt, et qui inferiores sunt apertis oribus ascendunt, vt superiorum aquam deuorent, desiderantes ac dicentes o vtinam Canonicus ille moreretur,vt ego eius Canonicatũ obtinerẽ.O si Episcopus ille moreretur:vt ego ei⁹ Episcopatui præficerer: & sic ascẽdunt,vsq. ad fastigium, & quando se securiores esse arbitrantur supplantationem eis mũdus demolitur, infortuniumq. aliquod eis accidit,& sic tota illis aqua effunditur,cum a summitate illa in qua cõstituti erant,excidant. Sicut ad literã dixit Dauid his verbis:Inimici Domini Psal. 39
mox vt honorificati fuerint,& exaltati,deficientes quemadmodum fumus deficient. O quam elegans similitudo? Proprium etenim est fumi sicut quotidie experimur, qd' quando in aere maior & extensior est, tunc 22
fini suo propinquior est,& tunc citius deficit & euanescit,& vasa illa anthleæ,quę antea aquæ plena in sublimiori loco ascẽdere videbamus, nunc in humiliori,atq. inferiori descẽdere conspicimus, i. ab eis quos antea opprimebant, quibusq dominabantur, & tyrannide conterebant,ab ipsis nunc opprimi, ac conteri experimur. Quæ siquidẽ tam velociter transitura sunt, et hoc modico tempore,quod durant,tam parum stabilitatis habent,maximæ prudentiæ erit, illa, tanquam præterita iudicare. Labores etiam quãdo eis oppressi fueritis: siquidem quod 23
in præsenti est, momentaneũ est, et leue ẽt iam præterijsse arbitramini quãdoquidem cito finis eius imponendus est. Atq. ut vos hoc Dominus doceret,dicit: *Venit cum non dum accessisset.*

Et postquam hic se moriturum esse dixerat,ad redemptionis fructum donandũ dicit: *Si quis mihi ministrat,me sequatur.* Ne illum solum omnia,quę ad salutem nostram spectant,facturũ esse arbitraremur. Atq. ẽt dicit: *Qui odit animam suã,perdet eam, &c.* Res est ponderatu dignissima, quod desinat Deus bruta animantia appetitibus suis absque vlla moderatione perfrui, ceruo,si concedat Deus, vt virides herbas carpat frigi- 24
dasque aquas potet, cæteraq; aĩalia ad libitum absque contradictione viuere permittat,soli autem tam perfecto animali præcipiat, vt semetipsum odio habeat, ieiunijsque atque cilicijs sese inhumaniter tractet, suique ipsius sit carnifex,et in merore, atq. amaritudine vitam ducat. Profecto istud nõ intelligo. Dico omnia a Deo nõ brutis quidem,sed hominibus creari:Omnia subiecit Psal. 8
sub pedibus eius, oues, et boues vniuersas insuper, et pecora campi, volucres cœli, et pisces maris,qui præambulant semitas maris. Et in statu innocentiæ vniuersis rebus

frucre-

fruetetur hō absque vlla taxi quandiu sanus
erat, præter arborē vnā, & hoc solummodo,
vt Deum homo Dominū esse cognosceret.
Veruntn̄, quia per pctm̄ infirmitati sumus,
videns Deus hoïes adeò infirmos appetitū-
que nimis effrænatum, eo, ꝙ originalis iusti
tiæ frænum eis deerat, opus fuit, vt diuinus
medicus nos a cibis cohiberet, atq; parcita-
te, & inedia vos aleret, & ita nobis præcipit,
ne qn̄cunque liber comedamus, ue aspicia-
mus, ne loquamur, nedeniq; ad libitum dele
ctemur, sed cum dieta vitam ducamus, siqui
25 dem infirmi sumus. Idcirco, vult pœniten-
tia affligamur, quin aliter ī infirmitate mo
riemur, sicuti ægro, qui non obseruat dietā
febris accrescit, & in maximo mortis pericu
lo versatur. O quàm maxime vellem, vt hoc
profunda animi cogitatione voluceretis, vt
videntes quam pleni proprio amore estis, &
quantopere voluptates vestras diligitis, pu-
dore confunderemini, atq; perditionē, qua
uos hic Dn̄s comminatur, timeretis. Si em̄
granū tritici absque eo, ꝙ moriatur nullū
fructum ferre pōt, quē fructum feret palea,
quam pp lenitatem huc, atque illuc ventus
deduci? Desinite igitur fratres mei vanita-
tes istas, & curate effici sicut granum tritici,
quod erectum non remanet in aere, sicut pa
lea, sed statim ī terram procidit Sic vos quò
26 mundus pluris fecerit, & altius erexerit, cu-
rate magis abiici, & humiliari.

Dictis his rebus addidit Dominus dicēs.
Nunc anima mea turbata est. Et incipit ęter
num Patrem exorare, sicut qui notat quan-
tam perturbationem fragilibus cordib. hęc
doctrina esset allatura, s. quod qui eum se q
voluerint oportet eos per crucis viam iter
facere, per quam ipse Dominus ambulauit,
pro omnibus nobis orauit, vt patris auxi-
lium impetraret, atque, vt nos doceret ad
quem in necessitatibus nostris cōfugere de-
beamus, ne in eis deficiamus.

Et vlterius addit Dominus dicens. *Nunc
iudicium est mundi, nūc Princeps mundi hu-
ius eijcietur foras, & ego si exaltatus fuero a
27 terra, omnia traham ad meipsum.* Vt ij, qui
eum sequuturi sunt, vndique confortentur:
siquidem cum iam deuictis hostibus certa-
men habituri, & ab hoc diuino Domino,
qui eos antecedit, attracti iter facturi sunt.
O maximam ignauiam nostram, si nunc a
prostrato, atque deiecto hoste nos permitti
mus superari. Nam etsi diabolus magnas
habet vires sicuti dicit Iob: Non est super
terram potestas, quæ comparetur ei, verun-
tamen nihil amplius facere poterit, quam Iob 41.
quod illi Deus permiserit. Exijt Leo, qui in-
terfecit prophetam venientem Bethel, quia 3. Reg.
præceptum Domini violauit, nec vers cor- 13.
pus eius, aut iumentum in quo veniebat, te-
tigit, sicuti ibidem dicitur, quòd venit alter
prophetas, & inuenit cadauer eius proie-
ctum in via, & Asinum, & Leonem stantes
iuxta cadauer. Non comedit Leo de cadaue
re, neque læsit Asinum. O rem mirabilem,
quod Leo famelicus iuxta cadauer, & Asi-
num stans neutrum attingat, quia non ha-
beant Dei facultatem, nisi ad Prophetam 28
occidendum. Licet insatiabilem famam dia
bolus habeat deuorandi homines, et eos si
posset in instanti deuorare vellet, non tamē
capitis sui capillum absque Dei facultate at
tinget. Et postquam Dominus mortuus est,
dæmonemque superauit, etiam securior res Aug. ser
est. Verum quærit Beatus Augustinus. Si mo. 197
ligatus est, quare adhuc tantum præualet? de tpe.
Verum est (inquit) fratres charissimi, quia
multum præualet, sed tepidis, & negligen-
tibus, & Deum in veritate non timentibus
dominatur. Alligatus est enim tanquam
in nexus canis cathenis, & neminem potest
mordere, nisi eum, qui se illi mortifera se-
curitate coniunxerit.

Videte iam fratres, quam stultus est ho- 29
mo ille, quem canis in cathena positus mor-
det. Tu te illi per voluptates, & cupiditates
sæculi noli coniungere, & ille ad te nō præ-
sumet accedere. Latrare potest, solicitare po
test, mordere omnino non potest, nisi volen
tem Non enim cogendo, sed suadendo no-
cet, neq. extorquet, sed petit. Magnæ etiam
est fragilitatis, & stultitiæ hominem se su-
perari permittere, non solum, quia hostis al-
ligatus est, sed etiam, quia maximum in
cruce, ac vulneribus Domini habemus sub-
sidium, quod nos inuitat dīcens. Columba
mea veni in foraminib. petræ. Videte quo- Cant. 2.
modo columba in foraminibus petræ sese 30
à nisis defendit. Multo quidem tutius sese
potest anima a cunctis diabolis in sacratis-
simis Domini vulneribus defendere. Id-
circo Beatus Petrus dicit. Christi igitur
passo in carne, & vos eadem cogitatione ar- 1. Pet. 4.
mamini. O quam fortia sunt arma, animā
considerare se in Domini latere inclusam
commorari. & considerare illum, acerbissi-
mam illam mortem pro peccati euersione
tolerasse. Quomodo cū hac consideratione

peccatum

peccatū intra se audebit admittere? Si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. O Christe dulcissime animarū nostrarum amor, quomodo cum uerum sit te iam in cruce exaltatum fuisse, nos omnes post te non trahis? Quia (inquit) vos o peccatores ita peccatorum funibus uos deuincitis, secularibusq; affectionibus alligatis, ut post me uenire nolitis. Attende o peccator quod
Psal. 18. potes dicere cum Dauid: Funes peccatorū
Simile. circumplexi sunt me. Quemadmodum ca-
31 pistrarij accipiunt linum, & illud nent, retrorsum recedētes, & quo magis retro regrediuntur eo maiorem funem confectum relinquunt, sic etiam tu o peccator retrorsum semper incedis, de malo in peius regrediēs.
Isai. 1. Alienati sunt retrorsum, dixit Isaias: Et quo magis sic nos, eo maiorē funem efficit, quo te illigas, atque ita implicas ut post Deum tuum nolis abire. O Domine animæ meæ hos mihi funes dirumpe quibus alligatus sum, atque in me diuinum hoc uerbum cōpleatur, me ad te quasi magnes attrahe. Quod si ego impedimento sum quo minus hoc
32 fiat, deuinci tu manus meas, amodo enim illas, corq; meum tibi trado, ut omnia in tuo sancto ministerio occupentur, quo sic gratiam tuam mihi concedas, meque ad cœlestem gloriam perducas. Amen.

Dominica in ramis Palmarum.

Cum appropinquasset Iesus Hierosolymis, & venisset Bethphage ad mōtem Oliueti, &c. Matth. 21.



1 Refertur in hac sancti Euangelij lectione, illustrissimus quidā triumphus, quo æternus Pater dilectissimū filiū suum adhuc in mortali carne existentem honorauit, si quidem in ea passurus erat. Fuit autem hic triumphus perfectissimus, atq; honorificentissimus omnium, quibus uniuersi mundi Principes, & Monarchæ honestati sunt. Quod si quis quærat, quare totius humilitatis Magister cum tanta maiestate, ac tam celebri laudum præconio Hierosolymam introire uoluerit? Ad huius quæstionis respōsionem oportet notari originem, & fundamentum totius boni nostri in Dei, eiusq; probitatis, charitatis, ac misericordiæ cognitione cōsistere. Quam cognitionem adeo hominibus necessariam iudicabat D. Paulus, ut illam Ephes. 3.
nobis ab æterno patre flexis genibus instātissime flagitaret. Et sic dicebat. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis, & in terra nominatur, & ut det uobis Christum habitare per fidem in cordib. vestris, in charitate radicati, & fundati, ut 2
possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum. Scire autem supereminentem scientiæ charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.

Exoptabat sanctus Apostolus, ut lōgitudinem probitatis Dei, amplitudinem charitatis, celsitudinem maiestatis, profunditatemq; sapientiæ eius cognosceremus. Hac enim cognitione charitatis ardore formata fieri solet, ut omnium donorum Dei participes efficiamur, & omnibus pijs eius effectibus repleamur. Et idcirco dicit. Vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Nec vero solum desiderabat, ut hoc sciremus, sed addit etiam, dicens. Scire autem su- 3
peremineutem, &c. idest, precor etiam dominum, ut magnitudinem dilectionis Christi vobis aperire dignetur, quæ omnem humanam & Angelicam superat sapientiam. Tātus fuit amor quo nos dilexit, & adeo pro nobis mori desiderauit, tamque solennem festiuitatem suam propter nos pati iudicauit, ut ad mortem cum canticis, & triumpho ire uoluerit. O ineffabilem filij Dei erga homines amorem? O quam necessaria res est huius amoris magnitudinem cognoscere, ut talem, ac tantum amorē tanta obliuione persoluere cōfundamur, præcipue cū tanto studio terrenas immunditias diligamus. O quam affectuose de hoc quæritur Deus p Oseam dicēs. Vade, & dilige mulie- Oseæ 3.
rem dilectam ab amico, & adulteram, sicut diligit Dominus filios Israel, & ipsi diligūt vinacia uuarum. Qui propter pecuniam fal 4
sum iuramentum dicit; qui pro carnali uoluntate Dei relinquit: hic uinacia magis q̄ Deū diligit. Quomodo igitur non erubescimus tam fidelem amatorē non diligere, qui ut amorē, quo eius diuinū pectus ardebat, melius reuelaret cum tam celebri, ac glorioso triumpho ad mortem uoluit properare? Atque ut patientiam, & mansuetudinē, qua pro nobis moriturus erat, significare, uoluit

luit hunc triumphum ſedens in aſina, accipe
re. Quãdo Deus magnum aliquod circa ho
mines operari uult, ſolet in inſtrumentum
accipere rem aliquam, quæ illud, quod vult
facere ſignificet. Quando uenit daturus le
Exo.19. gem timoris Moyſi, deſcendit in montem,
qui fumigabat, ardebat, fulguribuſq; ac to
nitruis homines deterrebat. Omnia illa de
ſignabant legem illum eſſe legem timoris.
5 Quando ipſe apparuit Moyſi in rubo ardẽ
ti, & tamen incombuſto, & qui non conſu
mebat, ſignificauit Hebræos ab Aegyptijs
perſecutionibus affligendos, atque concre
mãdos. Quando Spiritus ſanctus in ſacros
Exod. 3 Apoſtolos in forma ignearum linguarum
deſcendit, ſignificauit illos in uniuerſo mun
do prædicantes, ac docentes hominum cor
da diuino amore inflammaturos eſſe. Sic
Act.1. etiam nunc, cum ad ſummos dolores ſum
ma cum patientia perferendos ueniret, uo
luit ſuper aſinam uenire, quod eſt patientiſ
ſimum animal, quodq; lignis cæſum, fame
fatigatum, pondereq; oppreſſum, nec quæri
tur, nec hinnit, nec calces tollit. Vnde ut Da
uid obedientiam, patientiamq; ſuam ſigni
ficaret dixit, ut iumentũ factus ſũ apud te.
6 Vt in hoc tam humili equitatu introiret.
Miſit duos ex diſcipulis ſuis, & dixit eis.
Pſal.71. *Ite in Caſtellum.* Ipſiq; præceptũ eius adim
plentes adduxerunt aſinam, & pullum, *&*
impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua. Tan
tummodo pcepit eis Magiſter humilitatis,
ut aĩalia illa adducerẽt, ipſi vero plus faciũt,
quam Dominus præcepit eis, nã palliis ſuis
illa cooperiunt, ac exornant, quia in ijs, quę
ad Dei miniſterium ſpectant, non ſolum ea
quæ nobis præcipiũtur nos facere oportet,
ſed multo etiam plura. Dicit Deus, ne alie
na bona arripias, non diripiã Domine, imo
uerò bonis meis pauperibus, aliquid imper
tiar. Dicit Deus, ne plures, quam unam uxo
rem habeas. Dicit etiam, Domine propter
te caſtitatem obſeruabo, nec ducam uxorẽ.
7 Præcipitur nobis Dei nomine. Quadrageſi
mam ieiunare, faciam utique Domine, atq;
aliquos etiam dies pane tantum, & aqua ie
iunabo, & Sabbatis, etiam, atq; ferijs ſextis
totius anni abſtinebo, ut miſeram hanc car
nem mortificem, ſpirituiq; ſubijciam. Præ
cipitur nobis, ut quotannis in Paſchate Re
ſurrectionis facta prius peccatorum expia
tione ac confeſſione ad ſacroſanctum Ieſu
Chriſti corpus ſumendũ ſemel accedamus,
tu uero ſingulis diebus examinat conſcien-
tia quindenis diebus ad confeſſionem acce
de, & ſingulis menſibus ſanctiſſimũ Eucha
riſtiæ ſacramẽtum aſſume, & ſi fieri poſſet,
perfectius eſt quindenis diebus ſacratiſſimũ
altaris ſacramentum ſumere, & octonis die
bus peccata expiare, & crebrius ex hoc ineſ
fabili beneficio fructum percipere. Iubetur
nobis diebus feſtis rem ſacram audire, non
hoc ſolum quidem faciam, uerum, & quoti
die curabo illam audire, meque & familiam 8
meam illic Domino offerã. O beatos illos,
qui euigilant in quærendis modis, ac ratio
nib. quibus Deo magis placeant, nec cõten
ti ſunt ea ſolummodo, quæ eis præcipiunt
facere, ſed multo etiam maiora faciunt. Ve
rum, o quantum eſt hic lachrymandum? O
miſeros nos, quam parci, atque ignaui ſum⁹
in hoc, quamque diuinæ uoluntati rebelles?
O quanto cum dolore quærebatur Deus de
hoc per Hieremiam, dicens: Hæc eſt gens, Hier. 8.
quæ non audiuit uocem Domini Dei ſui,
neque recepit diſciplinam. Singulæ natio
nes habẽt peculiaria ingenia aliarum enim
nationum homines ſunt fideles, aliarũ perfi
di, aliarum quaſi pueri inconſtantes, aliarũ
pertinaces, alij cholerici, alij flegmatici, ho
mines uero nationis meæ, ait Dominus, ijq;
qui ſub Euangelio meo uiuunt, peculiare 9
quoddam inter cæteras alias nationes inge
nium habent. Ecquod eſt hoc ingeniũ Do
mine? Quod habent (inquit) Deum, & illi tã
quam Deo non obtemperant. Notandum
eſt hanc fuiſſe maiorem repugnantiam, &
contradictionem, quam ſacroſanctum Ieſu
Chriſti Euangelium in toto terrarum orbe
habuit, ſcilicet maximam fidelitatem gen
tium erga Deos ſuos, & propter hanc uitam
marmoreas, ligneaſque illa ſtatuas, quas ut
deos uenerabantur, relinquere neſciebant.
Vnde dicit Zacharias, Videbit Aſcalõ & ti Zach.8.
mebit, & Zaza, & dolebit nimis & Acharõ,
quoniam confuſa eſt ſpes eius. Amplecten
tur (inquit) Deos ſuos, & dicent: Nunquid 10
fieri poteſt hunc iam amplius Deum meum
non eſſe futurum? O quantæ confuſionis
eſt videre fidelitatem maximam atque obe
dientiam gentium erga lapides illos, quan
toque dolore afficiebantur eos deſerentes, &
animaduertere, quam modicam fidelita
tem, atque obedientiam erga noſtrum ue
rum ac æternum Deum obſeruamus, & quã
ſine dolore, atque etiam gaudentes ab eius
conſortio ſeparamur. Et ſuper omnia ni
mis miſerabilis eſt uiſu promptitudo, quã

male operantes diabolo obedimus. O p charitatem huius optimi Dñi uos rogo fratres
Eccle. 5 charissimi ne deinceps ita fiat. Attendite qd singulis uobis dicit Spiritus sanctus his uerbis: Non uentiles te in omnem uentum, & nõ eas in omnem uiam. Esto firmus in uia Dñi, & prosequatur te non pacis, & iustitię. Diligenter pensate uerbum illud uentiles. Sunt quippe nonnulli homines, quos mundus, aut diabolus ac oẽs uentos conduxisse
11 videtur, sunt quasi homines conducti quos Hispane dicimus [*Estafetas*] Sathanæ, qui nullum est iter, qp non faciant. Si eos quis ad murmurandum, murmurabũt, si quis vt te in Dei offensione defendant, aũt per istam viã pergent, si ut te in iniuria ulciscenda adiuuent, optime sciunt istud iter, nullus est uentus, quo non ducantur, semp in prõptu sũt, nulla est uia peccatorum, q̃ optime non cognouerint. O miserrimos homines quã perditi atque dissoluti estis? Hi sunt nũcij infernales, & duces præparati filijs perditionis. Ne igitur uentiles te in oẽm uentum. Desere frater charissime uiam istã, in qua ambulas, & ad Dei tui obedientiam conuertere.

12 *Et cum desuper sedere fecerunt.* Equitando, & celerrime uoluit humillimus Dñs cœli, & terræ honorem hunc accipere. O quantopere nos in hoc ẽt illũ oportet imitari: cũ sæculares honores tã periculosi sint. De canibus Aegypti dr̃, qp cum iter faciunt, iuxta ripam Nili si forte ex fluuij illius aqua bibunt, uelocissimè hoc faciunt, hic unum, & illic alium haustũ accipiunt, & semper currentes p̃ timore, quia si sisterent, ut lenter biberent fortasse aliquis crocodilus a fluuio exiret, qui eos deuoraret. Multi enim in illo fluuio sunt. Vnde inter eos exijt puerbium, esto sicut canis p Nilum hoc est, nimis accelera. O immensam Dei probitatem, qui talẽ brutis animãtibus donauit instinctum. Ne patiamini fratres mei, ut canes uobis exce-
13 dãt, siquidẽ intelligitis in honorib. ac pompis, fauoribusq; huius sæculi tot esse pericula ad pdendas aĩas, q̃cquid ex aquis istis biberitis sit cũ magno timore, hic unum, illic alium haustum accipientes, & celerrime prętereũtes, ne uobis occasioni sint cęlestem illam, atque sempiternam gloriam amittẽdi.

Plurima autem turba, &c. Vsq; ibi. *Hosanna filio Dauid benedictus, qui uenit in nomine Domini.* Idest, in loco, & maiestate patris. Quia Christus Redẽptor noster fecit, dixit, & docuit omnia, quæ æternus pater faceret, diceret, ac doceret si in humana carne ueniret. Vnde ipse Dominus dixit Philippo, qui videt me, videt, & patrem meum, idest, cogita quod uidens me, vides & patrem meum, Ioan. 14
quia omnia, quæ ego facio, & ipse faceret, si humanam carnem assumeret Osanna declarauit interpres quidam significare, dato ei Domine uictoriam. Atq; optime congruũt hæc uerba negotio, quod Domin⁹ suscepit. Nunc etiam tota hac quadragesima diuin⁹ hic Dominus cum peccatore in palęstram 14
descendit omnes deprecemur, vt uictoriam cõsequamur. Victoriam quidem ex morte, Psal. 116
mundo, & inferno reportauit, quia cõtriuit Gen. 35
portas ferreas, & uectes ferreos confregit. Peccator uero ei non subigetur? Angelus cum Iacob colluctatus est, & tandem se ab illo superari passus est, quia lacrymis, & precib. luctabantur, lachrymæ uerò, & preces Iesu Christi filij Dei non proficient te prosternere, & superare? ò durissimum marmor quousque tandem in ista pertinacia remanebis? oremus ergo dicentes, Osanna, ut peccator Christo Iesu confligenti cedat. Vna ex rebus in hoc celeberrimo Domini triumpho, & receptione notatu dignissimis fuit, quod etsi omnes in eius ministerio occupabantur, non tamẽ omnes uni, eidemq; exer- 15
citationi intendebant, quia *Plurima turba strauerunt vestimenta sua, alia autem cadebant ramos de arboribus.* Non unum ab omnibus Deus ministerium petit, sed ab unoquoque secundum status sui conditionem. Non exposcit ab equitibus, & uiris primarijs ministerium Ecclesiasticorum, nec a viris habentibus uxorem seruitutem monachorum petit. Et hoc est, quòd B. Paulus di- 1. Co. 12
cit. Diuisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus. Et diuisiones operationũ sunt, idem uero Deus, qui operatus omnia in omnibus, sicut enim corpus unum est, & membra habet multa, ita & Christus. Et cla- Ro. 12.
rius hoc dicit hic uerbis, sicut enim in uno 16
corpore multa membra habemus, oĩa autẽ mẽbra non eundẽ actum habent, ita multi vnũ corpus sumus in Christo. Quaptopter ego uobis commendo fratres charissimi, ut unusquisq; uestrum attendat in quo statu a Deo constitutus fuerit, & ea consideret, quę in illo facere tenetur, illaq; feruentissime, atque efficacissime exequi curet. Nam una ex maximis miseriis, quæ nunc in orbe terrarum sunt, est singulos homines secundũ status sui conditionem non uiuere. Quõdam

lamētabatur Sanctus Hieremias magno cū dolore reipublicæ suę dissolutionem,& cre-
Thre.4. do nunc non minorem nobis occasioné esse plorandi. Attendite quid lachrymans dicebat,& cognoscetis quõ nos etiā attingat. Quomodo(inquit)obscuratū est aurū, mutatus est color optimus: dispersi sūt lapides sanctuarij in capite platearum. Filij Sion inclyti, & amicti auro primo, quomō reputati sunt in uasa testea opus manuū figuli?sed
17 & lamiæ nudauerunt mammam,lactauerūt catulos suos: filia populi mei crudelis quasi struthio in deserto. Paruuli petierunt panē, & non erat qui frangeret eis. Qui nutriebantur in croceis,amplexati sunt stercora. Ei maior effecta est iniquitas filię populi me peccato Sodomorum, quę subuersa est momento. O incommutabilis Deus quanti doloris plenas res hic dicit Sanctus Propheta. Prius prælatos lamentatur, ò quõ antiquæ charitatis aurum obscuratum est? Animaduertite utrum hoc etiam in nobis possimus deplorare? Date nunc mihi prēlatum sicuti B. Ambrosium, Augustinum Gregorium ac Martinum,omnia iam permutata sunt. Plo
18 rat deinde lapides sanctuarij, qui sunt religiosi uiri Deo dicati. Videte utrum hoc nūc possimus lamentari? ubi est feruor,affectus, deuotio,& recollectio antiquorum patrum? omnia etiam commutata sunt. Deplorat tertio filios Sion,qui erant cęteri Ecclesiastici uiri. Filij Sion:quæ est specula significat in Hebręa phrasi uiros maximè solicitos in proximorum suorum custodia. Attendite quam merito nunc parochos, rectores,priores que, atque cæteros Ecclesiasticos uiros possimus deplorare,quondam quasi speculatores summa cum uigilantia, charitatis etiā auro cooperti proximos suos custodire consueuerant. Nunc autem effecti sunt quasi uasa fragilia quia nimijs negotiis,& sęcularib⁹ solicitudinibus tanquam uasa quę plurimis
19 uolutationibus,ac gyris cōficiuntur,redditi sunt. Quantò tandem lamentatur reges, & potentes huius sęculi dominos,& omnes, q habent subditos:sed & lamiæ &c. Lamias di
Hiero. cit B. Hieronymus esse animalia,quæ hominis habent faciem, cætera uero membra brutis animalis. O uiri nobiles huius sæculi uos estis quasi lamiæ,apparentiā hominum habentes,nomina illustria,sublimia,& magnæ maiestatis,mores autem bestiales & obscuros. Hi detegunt mammas magna tributa subditis imponentes ut canes, & equos alant,fastusque suos sustineēt. Hoc flebat S. Propheta in illo tpe, cōsiderate utrum satis digne nunc idē plorari possit? Quis hospitalia construxit? quis locupletissima monasteria dote donauit? quis sumptuosa tēpla maximis uectigalib. munita erexit, nisi antiqui principes, ac dñi. Principes autē huius [illegible] iam apertè pspicitis quales sint. Lamentatur quinto přesfamilias, qui habent liberos, & magistros habentes discipulos,dicens, filia populi mei crudelis. Struthij sunt atrocissimæ omnium auiū. Dicit doctissimus pater 20
Nicolaus de Lira, illos oua derelinquere Liranus
postq̄ ea pariunt,& quousq; indurantur, illorum obliuisci. Sic ēt patres & magistri deserunt infantes absq; doctrina, qñ sunt paruuli, cum eos quocunq; uellent, possent ducere. desinūtq; illos in malis morib. obdurari. Et q̄do eis remedium conantur adhibere nequeunt, qa iam uitia incaluerunt. Deplorat septimo plebeius,qui sancti,& sine macula, ac calliditate esse consueuerant,qui nutriebantur in croceis. Hoïes,qui in sericis uestimentis educati fuerunt plurimis uirtutib. exornati esse solebant. Nūc uero amplexati sunt stercora. Perpendite uerbum illud: amplexati sunt, quod actionem maximam de 21
notat,qua huius mūdi stercus diligunt. Omnes auari,cupidi,mendaces,emptores,& uenditores affecti sunt. Iam nullus cōtentus est esse artifex,sed oēs uolunt esse mercatores, & negotiatores,atque ideo concludit dicēs: Maior effecta est,&c. O Deus infinitæ maiestatis quid dicere possumus:nisi Christianos aliquo mō peiores esse Sodomitis?nā si illi erant immūdi,otiosi & crudeles,erant ethnici,nec Deū cognoscebant,nec æternos inferni cruciatus,ppetuæq; gloriæ beatitudinem esse credebant, neq; qs eis pręedicaret, habebant Nos uero Christiani cū simus,tāta luce illuminati,tāta Dei cognitione illustrati, tot prædicatorib. edocti tot minis pterriti, totq; pollicitationib. inuitati,& tamen tur- 22
pes,crudeles,atq; otiosi sumus. Quid igitur speramus nisi ignē e cæ o descēsurū,q nos sicut illos deuoret,& cōsumat? qđ si Deus dissimulat,nosq; ad pœnitētiā expectat,nos uero ex eius patientia nolumus fructū percipere,erit ad maiorē confusionem,atque supplicīū nostrū. Etiā est maxime considerandū licet hi diuersis ministerijs intendebant,in vno tñ oēs conuenisse. Quia *Turba,qua pracedebant,et qua sequebantur clamabāt dicētes Hosanna*. Idem oportet nos facere, ut tam

Ecclesiastici viri, q̃ seculares homines in hoc
côueniamus, scilicet, ut crebro Deũ glorifi-
cemus. Vnde propheta oẽs hoĩum status ad
Psal.5 hãc diuinam exercitationem inuitat dicẽs:
reges terræ, & omnes populi, principes, &
omnes iudices terræ, iuuenes, & virgines, se-
nes cum iunioribus laudẽt nomen domini.
Psa.146. Atque ut nos ad has laudes Deo reddendas
attrahat dicit, Laudate dominum, q̃m bo-
nus est Psalmus. Vbi B. Hieronymus trãstu
lit, laudate dñm, quoniam pulchra est lauda
23 tio. Et Fælix transtulit, laudate dñm quoniã
Fælix. bonum est psallere Deo nr̃o. Nã vna ex me
lioribus rebus quas facere possumus, est Deũ
cũ cordis synceritate, atq; charitate laudare,
& idcircò addit dicens. Deo nostro sit iucũ-
da, decoraq; laudatio. Tunc ãt laudatio iu-
cũda, decoraq; est, q̃do cũ puritate, & chari-
tate fit. Et alibi dixit: Iucundũ sit ei eloquiũ
Psa.103. meũ, ego uerò delectabor in domino. Quia
eius elationes, atque magnificentias decan-
tãs multò magis gauisurus sum, q̃ si omnes
hæ excellentiæ in me essent, & isti sunt actus
exactissimi amoris. Hoc est munus, qđ oẽs
in sempiternũ in cęlo executuri sumus. Et iõ
oportet nos in terra illud discere, atq; in eo
Apoc.3. exerceri. Dicit D. Ioannes se uidisse in cælo
& 5. quatuor mysteriosa animalia, & uigintiqua
tuor seniores, magnamq; Angelorum mul-
24 titudinẽ, & erat (inquit) numerus eorũ mil-
lia milliũ. Dicit etiã se uidisse omnẽ creatu-
ram, q̃ in cælo est, Dic ergo, nobis Apostole
benedicte, q̃d faciebant animalia illa? respõ
det, & requiẽ non habebant die, ac nocte di
cẽtia. Sanctus, Sãctus, Sãctus, Dñs Deus om
nipotẽs. Sẽper Deũ laudabãt, & q̃bus rebus
intẽdebant uenerabiles illi senes? ceciderunt
corã agno habẽtes singuli cithara, & canta-
bãt canticũ nouum dicentes, dignus es dñe
&c. Omnes Dei gloriã decãtabant. Et q̃bus
exercitationibus occupabãtur hi innumeri
angeli, quos uidisti? erat numerus eorũ mil-
lia milliũ dicẽtiũ uoce magna, dignus est a-
25 gnus, q̃ occisus est, accipere uirtutẽ, honorẽ,
& gloriã, & benedictionẽ. Oẽs Deũ cantib.
extollebãt. Quid faciebãt cæteræ omnes cæ
lestes creaturæ? Omnes audiui dicẽtes seden
ti in trono, & agno, benedictio, & honor, &
gloria, & potestas in sæcula sęculorum. Ecce
quas res exercẽt oẽs, q̃ in cęlestib. mãsionib.
cõmoranť O beatos illos, q̃ in terra habitan
tes fragili, ac misera carne circunsepti in spi
ritus se curãt extolere, atq; hic sãcto hoc mu
nere fungi conanť, q̃ oẽs beatorũ spũs in cę
lestibus aulis exequũtur. Atq; ut pfectus cæ
lestes illos ciues imitemur, aĩaduertendũ est, Psal.64.
ubi nos legimus. Te decet Hymnus Deus in Hieron.
Sion. B. Hieronymũ transtulisse. Te decet si
lẽtiũ laudis Deus in Siõ, in quo significatur,
etsi beati spũs maximo cũ feruore, atq; ani-
mi affectu absq; cessatione Deũ laudãt, mul
to tñ magis illũ magnificare silẽtio quodã,
q̃ est cognitio quo oẽs laudes suas quasi ni-
hil esse intelligũt, si cũ infinito excellẽtiarũ
numero q̃ in Deo laudari dẽnt, cõferantur.
Hęc ãt cognitio silẽtij, atq; admirationis p- 26
tiosior est apud Deũ: q̃ cęterę oẽs laudes, q̃b.
extollitur. Sic igitur nos eũ laudare ẽt debe
mus? q̃ laus diuinę maiestati cęteris oĩbus iu
cũdior erit. Qđ ẽt significauit Dauid dicens,
cogitatio hoĩs cõfitebiť tibi, & reliq̃æ cogi Psalm.
tationis die festũ agẽt tibi. Præcipuã festiui
tatem Deo celebramus, cũ illum cogitatio-
nũ affectuũ, laudũq; nostrarũ reliq̃js lauda-
mus. Hoc est q̃n postq̃ in eo laudando defa
tigati sumus, & iam defecimus, admirabilẽ
Dei magnitudinẽ atq; pfectionẽ nõ penitus
nos laudare posse cognoscimus, dicimusq;
nos in eius laudibus deficere, nec minimã
q̃dẽ illarum partem satis digne posse com-
mendare. His reliquijs pcipuã diuinæ maie- 3.Reg.10
stati festiuitatem agimus. Gloriosum esse di
xit Salomon reginam Sabba maiestatem, 27
manitudinẽq; suã admiratã fuisse, atque ob
stupisse. Atq; ẽt rex Assuerus maximi æsti-
mauit Sãctã Esther defecisse cũ tãta illũ ma Esthe.5.
iestate intuentẽ. Et adeo æstimauit ut de so-
lio suo resurrexit, illãq; maximo cũ amore Psa.148.
amplexatus fuerit. Verũ q̃ret q̃s, si tã crebro
beati spũs Deũ laudãt, quorsum eos inuitat
Dauid ad Deũ glorificãdum dicens, laudate
dñm oẽs Angeli eius? Ad hoc rñdet D. Au-
gustinus sup hũc ipsum Psalmũ dicẽs. Qđ li
cet uerũ sit Angelos Deũ laudãdo, nec defa-
tigari, nec defetisci posse qđ optimè notat
Dauid illos tñ inuitat ut significe se magno
pere gaudere Deũ ab Angelis laudari. Atq; 28
hoc idẽ Augustinus hac similitudine decla- Au. sup.
rat. Si agricola uadit uisurus operarios suos Psa.148.
in uinea sua laborãtes, eosq; sũmo cũ feruo Simile.
re laborãtes, atq; in labore inuicẽ cõpetẽtes
cernit, quos uidẽs dñs uineæ tantã lætitiã ex
sedula illorũ diligentia pcipit, ut hilari aspe
ctu eis dicat, sic sic laborare, laborare, bene
.n. facitis, perspicuũ est hoc dicere ut letitiã,
quapp illorũ diligentiam afficitur manife-
stet. Sic ẽt dicimus. Laudate Dñm oẽs Ange
li eius. Nõ ut eos quidẽ confortemus, ut itũ

diosus,& efficacius, Deum glorificent: sed ut ostendamus nobis gratissimum esse Deũ ab illis tanto feruore, ac studio collaudari, quasi eis diceremus; Ita, ita facite benedicti, laudate, laudate Deum, quia optimè facitis. O si cum hoc gaudio incedere consuesceremus exultantes in laudibus, quibus uniuersa cælestis curia Deum benedicit: magni meriti esset, exercitatio, quia siquidem nos non
29 possumus illum laudare, sicut in cælo laudatur, sanctissimum, & pretiosissimum est unũ quemque nostrum exoptare Deum laudando cunctas cæli Hierarchias excellere. O utinam altissima Dei maiestas his uerbis meis efficaciã concedere dignetur, quò in cordibus uestris imprimantur, & ex animo cælestem hanc doctrinam amplectamini, & summo sum feruore sanctis exercitationibus incipiatis intendere. Tertullianus dicit Pliniũ iuniorem, cum prouinciæ cuiusdam prætor esset, cumq; innumeram hominum multitudinem in Iesum Christum credere cõspiceret, ad imperatorem Traianum scripsisse, quærerẽtem quidnam de illis esset facturus, de quibus ei sic scripsit. Præter obstinationẽ non sacrificandi nihil aliud se de sacramen-

Tertul. in Apologetico aduersus gentes.

30 tis eorum comperisse, quam cœcus ante lucanos ad canendum Christo, & Deo. Ut cognoscatis quem, usitarum a priscis quondã temporibus hoc semper in Ecclesia Dei fuerit. & quã diluculo surgerent noui illi Christiani ad Deum glorificandum: uos autem nunc ueteres Christiani, quia mille auis, & proauis Christianis originem ducitis, in meridie surgitis, quamuis sit dies festus, & pergitis in tẽplum ad unam missam celerrimè audiẽdam, & Deo uos satisfecisse iudicatis.

In his qui hodie dominum laudauerunt, illumq; summo applausu acceperunt, duo ualdè notabilia nos oportet considerare, alterum est: licet tanto cũ honore acceptus fuerit, finita tamen cõcionne, diuinis officijs, mi-
31 raculorumq; operatione nullum extitisse, q ad buccellã panis, aut uas aquæ frigidæ inuitaret. O infernalem crudelitatẽ. Per charitatem Dei uos rogo fratres, ne uos ita sitis. Aliqui sunt, qui magna rosaria recitant, nec tamen ad pauperem excipiendum, eiq; in necessitate subueniendum charitatem habent. Quid arbitramini dominum in illis uerbis. Oseæ misericordiam uolui, & non sacrificium, significare uolisse? Non vult dicere se nolle sacrificium, sed significat se nolle sacrificium sine mĩa. Ut aũt ꝓximis uestris cõpa-

Oseæ.6.

ti curetis rẽ obstupendã uerbis referã: iã uobis compti sũt labores, q̃bus Ægyptij a Deo afflicti sũt: cõuertit.n. aquas eorũ in sãguinẽ, illlorũ destruxit iumẽta, & pecora, atq; ẽt ipsorũ primogenitos interemit. Hæc igit oĩa suppliciorum gña refert sacra Scriptura illis imposita fuisse ꝑꝑ grauissimã quandã illorũ culpam, ꝙ si quis quærat quænam fuerit hæc culpa, ꝑꝑ quam tantasq; pænas meruerunt? Ad hoc rñdẽt diuinæ literę: iuste.n. patiebantur, ſm suas neq̃tias. Etenim detestabiliorẽ 32
hospitalitatẽ instituerunt. Alij quidã ignotos non recipiebant aduenas, alij aũt bonos hospites in seruitutẽ redigebant. Et non solum hęc, sed & alius quidẽ respectus illorum erat, qm̃ inuiti recipiebant extraneos. Qui ãt cũ lætitia receperunt hos, q eisdẽ usi erant institutis, sęuissimi afflixerunt doloribus. Percussi sunt ãt cæcitate, sicut illi in foribus iusti cum subitaneis cooperti sunt tenebris. O terribile Dei iudicium est. Quia.n. pegrinos nolebãt recipere, sed eos, q pegrinos recipiebãt, magnopere affligebant: terribili supplicio illos Deus puniuit, & tanquam Sodomitas ad ostiũ iusti Loth illos excæcauit, quia etiam erant crudeles, & inumani. Hoc est 33
maximũ suppliciũ, quo aĩa in hoc seculo afficit: scilicet, cæcitas; ne saluationis tuæ ianuã scias inuenire, nec scis a peccato exire, quia cum proximis tuis in eorum necessitatibus charitatem non habes.

Sap. 19.

Alterũ, ꝙ in his, q hodie dominũ laudãt, possumus considerare est plurimos ex his illũ posteà ad crucifigẽdũ clamoribus postulasse, dicẽtes: crucifige, crucifige eum. O humanum cor ecq̃s tibi credet? Idcirco dixit S. Ioãnes, Iesus ãt nõ credebat se eis, ipse.n. sciebat quid esset in hoĩe: Attende domine te ab illis honora, quare te eis nõ credis? Nescitis (inq̃t) quale sit cor hoĩs, ego uero, q illud penetro, eiusq; inuersiones penitus cognosco non me ei credo. Est hic mũdus tanquã comædia recordationis passionis dñi nostri Iesu Christi, q̃ igitur feria quinta in cęna dñi: 34
in qua unus & eidẽ hõ plures ꝑsonas repręsẽtat, qui.n. nũc Iudæ formam gerit? postea B. Ioãnis personã agit, ꝙ q nũc figurã B. Petri gerit, postea personam latronis representat. O mũde quã tuũ est hoc, hoĩes.n. qui nunc sunt sicut Iudas proditores, ac sceleratissimi, postea ijdem per pænitentiam reddunt quasi Beatus Petrus, iusti, & sancti, & qui antea erat sicut Sanctus Ioannes, nunc iam est latro. Et res comædiæ recordationis, nunquã de

Mar.15. Ioan.12.

Simile.

de aliquo diffidatis, nec alicui penitus creda
tis: sed omnes cum timore uiuamus curan-
Eccle. 5 tes obseruare, quod dicit Ecclesiastic⁹, Esto
firmus in uia Domini. Firma pedem fortis-
sime in lege Domini, & in uirtute perseue-
ra: hæc.n.res non debet leuiter, & quasi per
ridiculum suscipi. Et alia translatio leg t il-
lic: Constans esto. Qui aliquam uidendi ra-
tionem suscipit, quæ ei ad uitam degendam
35 conducibilis est, in illa firmiter perseuerat.
Quare igitur in spūali uita sic, & multo, et
melius nō fiet? reliqua omnia consilia potes
commutare: parui enim refert dummodo ĩ
uia Dei constantissimũ te pbeas: hæc est.n.
quæ tua pmagni interest. Dicit ulterius san-
ctum Euang. *Hoc autem factum est, ut adim
pleretur quod dictum est*. Dicit hoc celebri
triumpho Dominum ingrediẽtem in asina
exceptum fuisse, in quo impletum est, quod
Zach. 9. prædixerat Zacharias his uerbis. *Ecce Rex
1. Reg. 8 uenit, &c.* Hebræi dixerunt Samueli: Cõsti-
tue nobis Regẽ, ut iudicet nos, sicut & uni-
uersæ habẽt nationes. Displicuitq; sermo in
oculis Samuelis. Quid (inquit) non habetis
Deũ Regem? consiliarium in quęstionibus,
adiutoremq; in necessitatib. uestris? Nolu-
mus nisi unum, quem aspiciamus, qui sit ho
36 mo Rex. Cępit ergo Sanctus Samuel ma-
gno dolore lamentari, quẽ Dominus conso
latus est, dicens. Nō enim te abiecerunt, sed
me ne regnem super eos. Nũc ergo uocem
eorum audi, ueruntamen contestare eos, &
prædic eis ius Regis, qui regnaturus est sup
eos. Nunciauitq; Samuel omnia uerba Do
mini Hebræis admonens eos, ut animaduer
terent quid facerent, si enim Regem homi-
nem uellent plurimis eos tributis oppressu
rum esse affirmauit, illi uero. Nequaquam
(aiunt) Rex enim erit super nos, &c. O dia-
bolicam pertinaciam, asseuerabant enim se
hominem Regẽ esse habituros. Dedit igit
eis Dominus Saulem in Regem, qui qualis
37 fuerit, planè compertũ est. Etenim uidebat
illi Dominus dicere. Ecce Regem hominẽ,
ueruntamẽ uos experiemini qualis sit erga
uos, fortasse cum uos auxilijs priuatos ani-
maduerteritis ad me cõuei temini. O ineffa
bilem Dei probitatem, quã manifestè osten
dit desiderium quo flagrat bene faciẽdi no-
biscum commorandi? sciens enim quanto-
pere homines desiderarent Regem hominẽ
habere dixit: Ego me hominem faciam, &
ero Rex uester, & uos Regem hominem, ac
Deũ habebitis. Siquidẽ adeo exoptatis Re-

gem hominem habere adimplebuntur ue-
stra desideria, Et (si ita dici potest) mea etiã
complebuntur. Hic igitur potentissimus
Deus factus homo, & Rex hominum uenit
nunc hominum salutem perfecturus. Et in
hoc ingressu completa est celebris illa pro-
phetia, quæ de ipso scripta erat, scilicet ipsũ
ingressurum esse mansuetum, & humilem,
sedentem super asinam. Mirabile est Domi
num in hoc aduentu, qui erat aduersus uni-
uersas potestates tenebrarum, tam mitem,
humilem, pauperemq; se præbuisse, atq; in
asina sedentem humilis, atque infimæ con- 38
ditionis hominib. comitatum uenisse. Qñ
autem aduersus debilem hominum poten-
tiam in nouissimum iudicium uenerit, cũ
maiestate, ira, & indignatione descẽsurum.
Quid hoc est? Ex hoc cognoscetis qua pęna
dignus sit homo, qui tot a Deo beneficia ac
cepit, cum propter illud Deus humilis, &
mansuetus uenerit, ipse uero nullum ex
hac mansuetudine fructum perceperint. Di
gnus est profecto maximæ iræ supplicio, si
quidem ex tam ineffabili misericordia fru-
ctum noluit percipere. Quæ cum ita fratres
charissimi, qñquidem nunc opportunũ tem
pus, dispositionemq; habemus, ut illum hu
milem, atque mansuetum excipiamus, ne 39
tantum despiciamus, cum charitate arden-
tissima, & gratitudine maxima illum reci-
piamus, & pro tam singulari beneficio illi
gratias agamus, vt illum in hoc seculo per
gratiam recipientes illo in perpetuum in cę
lesti gloria perfrui valeamus, Amen.

Feria V. in Cœna Domini.

Ante diem festũ Paschæ, sciens Iesus quia uenit hora eius, &c. Ioan. 13.



CVm Abraham ad ostium taber 1
naculi sui commoraret uidi- Gen. 18
tres uiatores, illosq; ad pedum
lauacrum, buccellamq; panis
inuitauit. In hoc enim sibi p-
suasit cludi totum ministeriũ, quod eis po-
terat exhiberi. O quam simile fuit factum
illud huic insigni operi, quod ueras fidei no
stræ Pater Iesus Christus cum iam in ostio
uitæ, quæ est mors, & in charitatis suæ feruo
re esset uiatoribus, & peregrinis operatus
est, illis.n. pedes lauit, cęlestique buccella
eos cibauit, dicens: Accipite, & manducate.

Hoc est corpus meū. Hæc mysteria operat⁹ est unigenitus filius Dei in hoc uesperi, siue
Mat. 26 nocte Atque hęc nunc alma mater Ecclesia
Ma.c.14 celebrat, ī quorum celebratione nobis hoc
Luc. 22. Euāgeliū proponit, ꝙ sic incipit, *Ante diem festum Pascha.* Vsq; ibi, *Venit hora eius.* Videamus nunc Dñe, hora, in qua nos tātum beneficium consequuti sumus, siquidē in illa mediante tua sacratissima morte ius ad æternam vitā impetrauimus, nonne melius
2 nostra, quam tua hora nuncupabitur? In illa.n.lucra tua erunt uerbera, tormenta, blasphemiæ, &c. O diuinum atque ineffabilem amorem? quia cum hic sit thesaurus noster, vult tñ unigenitus filius Dei hanc horā suā appellari, lucrum enim, atque emolumentū nostrum suum ipse esse ducit. Et quāquam ipse patiebatur, mortem tamen voluptatem esse iudicabat, quia illam propter homines perferebat. O dilectissimi fratres, quàm singularis est hic amor, & quanta nobis confusio, nullam enim aliam horam nostram esse ducimus, nisi illam in qua uoluptatib. fruimur, licet sit cum offensione huius cœlestis Domini: Præterea si Iesus Christus filius Dei hodie maximis honoribus afficeretur, plurimisque uoluptatibus frueretur, non mirum esset si duo de uiginti horæ, quas sanctissima eius passio durauit, una tantum
3 illi hora uideretur. Quod autem tempus, in quo nihil aliud fuit præter uituperia, flagella, tormenta, ac denique crucem, unam tantum bonus Iesus horam esse iudicaret, maximus est ardentissimi amoris effectus. O frater, quam euidens signum est amorem nostrum erga Deum nimis tepidum esse, quod cum diuinam Maiestas tot passionis horas unam tantum propter nos esse duxerit, nos viro si unicam horam in oratione, in audienda concione, aut in alia virtutis exercitatione consumimus viginti horas es-
4 se arbitramur. Signū (inquam) est hoc nullius, aut saltem parui amoris. Quid autem esset si in ista hora uapularemus, aut spinea corona capiti nostro imponeretur, aut demum crucifigeremur? quare non confundimur fratres, hæc animaduertentes?

August. *In finem dilexit eos.* Beatus Augustinus sup hæc uerba dicit: Dominū dilexisse suos in finem, id est, in se, id est, ut semetipsum illis traderet. Etenim hic est finis, in quē operum nostrorum sagittas dirigi oportet. *In finem dilexit eos.* Vt ipsi illum peculiariter
Cyrill⁹. suum haberent. Beatus Cyrillus dicit. *In finem dilexit eos.* Hoc est, tunc ardentioris amoris signa illis ostendit. Beatus Chryso- Chrys.
stomus dicit: Omnia terminis, ac finib. fuisse septa teneri. Et dicere: Dñm dilexisse eos in finem, esse dicere, eius amorem illuc peruenisse, quo ultimo potuerat peruenire, scilicet peruenisse, ad terminos amoris, neque ultra progredi potuisse. Etiam in finem dilexit eos, significat Dñm illos usque ad uitæ terminum dilexisse. Hic quippe est perseuerans amor, scilicet, qui durat usque ad mortem. Non sumus nos ita in amore perseuerātes, duos.n.dies diligimus, postea uero statim in charitate deficimus, & regredimur, 5
quæcunque.n.sæcularis nænia nos regredi facit. O quanto dolore conquerebatur Beatus Paulus de inconstantia illorum Christianorum, & de parua illorum pseuerantia, Gal. 3
dicēs: O insensati Galathæ, quis uos fascinauit non obedire veritati? sic stulti estis, ut cū spiritu cæperitis, nunc carne consumamini. Incepistis (inquit) magnę perfectionis, & spiritualia opera facientes, nūc autem uos carnales factos esse video. Ad literam illos reprehendit, eo quod cum tanto spiritu Euangelium suscepissent, nunc ad iudaicā legem, & carnales cęremonias reuertebantur, quod quidem erat regredi. Tantum autem malū 6
est in incepto bono firmitatem nō habere, & retrocedere, ut idcirco eos tam asperè reprehendat, stultos atque insanos illos appellans, eo quod tam facilè decepti fuerint. Fascinare significat malefico aspectu, atq; uenenoso intuitu infantibus nocere, quod Hispane dicimus [*aojar*:] & dicens eis: quis uos vos fascinauit, illos quasi teneros infantes leuissima quaque occasione deceptos fuisse significauit. O quam merito uos huius etiā mali possumus reprehendere, q tanq̄ pueri vnius fęminæ oculo deijcimini, te etiam ò fęminæ, q̄ unius uiri oculus deperdit, qs uos fascinauit o insensati? quia cum Deū diligere cęperitis, tā parua occasione regressi estis, Simile.
& ab incepta charitate defecistis. Optimū, 7
vinū, optimum fundum efficit, & ꝙ in fine erit, est melius, fund⁹ uini de Ribadauia melior est, quam ꝙ in initio cuppæ abstractū est. In malis āūt uinis peius erit in fine, q̄ sūt fęces. Sic ēt perfectus amor semper melior, atq; perfectior efficitur vsq; in finē. In cōstātium aūt hominum amor in dies magis, ac magis deficit, q uousq; cōsumitur, & in fęces conuertitur. Et quod in hac re magis miserandū est, hoc est, ꝙ cū in bonis operib. infirmi,

firmi, atque inconstates sumus, in malo tamē nimis perseuerantes, seu potius pertinaces sumus, sicut lamentabatur Hieremias dicens: Indurauerūt facies suas supra petram, Hier. 5. Simil.
& noluerunt reuerti. Nauis licèt uentus aspiret, si anchorę in profundū iactæ sunt, non poterit nauigare, nec ulterius progredi, quāquā in illo loco, in quo est, non quiescit: sed semper huc, atque illuc declinat: sic etiā peccatoribus uoluptatū, honorū, odij, cupiditatūque anchoris alligatus, licet sępenumero Spiritus sancti flatus aspirat, prædicationibus, ac sanctis sermonibus excitat: non ideò a suis pessimis statibus cōmouentur, quāuis in ipsis statibus, in quibus cōmorantur, crebris timoribus, scrupulis, ac morsibus conscientiæ deflectūtur. Et tamē quæ male parte habent, quæque illicite possident, nolunt derelinquere, adeo uinctos eos retinet Sathanas. O perdite, ac miser concubinarie, quam fortiter ad concubinam istam deuinctus es tu uerò auare, ac cupide quam tenaciter illicito isti lucro aligatus es. Abscind te, abscindite funes istos, & anchoras ab isto periculoso loco extollite, ut ad saluationis portum nauigare ualeatis. In cælestem nautā Iesum
9 Christū oculos conijcite, considerate qūo p sui ineffabilis amoris pelagus usq; ad littus hoc est, usq; ad mortem nauigat.

In finem dilexit eos. Beatus Augustinus super hunc locum dicit, Tunc in Saluatore nostro Iesu Christo duplicem fuisse amorem, quorum alter eum admonebat, in hac uita remaneret ad amico, suos consolandos, qui eius discessum grauiter, ac moleste patiebantur: alter uero illum abire compellebat.
Ioan. 16. Si enim (inquit dominus) ego non abiero, paracletus nō ueniet ad uos. Hoc duplici amore clementissima domini uiscera oppugnabātur. O christo Iesu maxime animarum nostrarū R. Dic quæso, utri horū amorū manis satisfacere? uis abire, ut nobis Spi-
10 ritum sanctum mittas, an uis remanere, ut mœrorem nostrum tollas?

Cum dilexisset suos, in finem dilexit eos. Vt meū erga uos (ait Dn̄s) amorē ardentissimū cognoscatis, utriq; horū satisfaciā, alter me abire, alter uero remanere compellit. Volo igitur & abire, & simul uobiscū remaneř. Volo discedere, in cruce moriens, & uolo manere in admirabili altaris sacramento. O benedictus sit talis Deus? glorificatus sit tam suauis amator ac dn̄s. Aduertite quā meritò dixerit Sanctus Euangelista, *In finē dilexit eos.*

Et Cœna facta cum iā diabolus misisset in cor, &c. Vt hæc uerba perspicuè intelligant, oportet nos declarare qūo Sathanas in anima operatur. De hoc enim nequissimo spiritu dicit Beatus Paulus, Qui nunc operatur Ephe. 2.
in filios diffidentiæ. Et quid operatur, hoc Arist. 1.
ex philosophia constat. Omne quippe agens, sibi simile producit. Hoc igitur conatur diabolus quoad potest hominem sibi similem efficere, superbum, scilicet, crudelem, de generatex. 51.
mendacem, tumultuosum, &c. Denique 11
alium diabolum illū reddere intendit. Ideò dr̄. Vnus ex uobis diabolus est. Sed quæ Ioan. 6.
ret quispiā, qūo hoc efficit, quia est res scitu dignissima, illam nunc declarabo. Circa qd̄ primò animaduertēdum est, diabolum nec posse liberum arbitrium cogere, nec p se spirituale animę nostræ partem attingere ualere, potest tamen inferioribus eius uiribus officere, præcipueq; phantasiam alterare, & in ea quicquid vult, ut anima cogitet, collocare. Et sic ut apetitus, affectionesq; nostras ad malū excitet, maximi cuiusdam pictoris utitur artificio, qui id quod pingit, sæpè depingit, non quidē sicut illud est, sed sicut ei
libet. Vnde nos ad alicuius rei amorem uolens cōmouere illam pulcherrimā, & nimis 12
amabilem depingit, licet res ipsa talis non sit, si uero ad alterius rei odium nos incitare conatur, illā deformē, atque execrabilē nobis repręsentat. O quam pulchram depingit uindictā homini furioso, & quam decorū aurum auaro, & quam elegantem honorem superbo; Quamque difficilem atque acerbam uirtuti uiam pænitentibus depingit. Atque ut terribile huius maledicti, atque nefarijs opificis artificium inteligatis: unam, & eandem rem nobis nunc pulchram, nunc uero deformē pingit, & sic cor nostrum ad amorē, aut odium accendit. Hoc artificio usus
est cum hoc infælici discipulo, cui lucrū, & 13
prætium, quod ex uenditionē sperabat adeo decorum, atq; utilē depinxit, ut pro illo autorē uitæ Pharisæis tradere non dubitarit, illi hoc repręsentante diabolo. Si hanc pecuniam acquisieris necessitatibus tuis poteris occurrere, & si tot labores cum hoc homine non tolerabis, postquam autem sacrilegam illam atque simoniacam proditionem cōmisit, tam uile, atque perniciosum lucrū illud ei depinxit, ut id secum habere uoluerit, sacerdotibusque illud reddiderit. Nec uero hoc contentus est, sed tam pulchrum atque conducibile ei pinxit suspendium, ut

absq; ulla mora in laqueo suspẽderit. Sicut
2.Re.13 etiam idem Sathanas decorã pinxit Amnõ
filio Dauid, sororem eius Thamar, ut ad eũ
turpiter accesserit, postea uero ipsam nimis
odibilem, & deformem repræsentauit. O fra
tres mei, quam crebro uos hoc modo decipi
et, nisi centum oculos habeatis, & diligentis-
simè ab eius fraudibus caueatis. Quod si Iu
dam tam nefariam proditionem cõmisisse
admiramini, quare super uobismetipsis non
obstupescitis, cum toties pro minor pretio,
14 quam triginta argẽteis, & aliquando pro ni
hilo huic ipsum Dominum uendideritis, eo
quod passi fueritis, uos ab his diaboli repræ
Apoc.6. sentationibus decipi? Hoc artificio, quo Sa-
thanas tentat, ingenuè declaratum est in ad
mirabili quadã uisione B. Ioãnis: etenim di-
cit se puteũ abyssi apertum uidisse. Et ascen
dit (inq̃t) fumus putei sicut fumus fornacis
magnæ, & de fumo putei exierũt locustę in
terram. Et paulò post: Et facies earum tãquã
facies hominum, & habebãt capillos, sicut
capillos mulierum, & dentes eorũ sicut den-
tes leonum erant. Hę locustæ, quę ab inferis
exierũt, sunt diaboli. Vbi Richardus de san
cto Victore notat hostem cum tentat, prius
15 quasi hoĩem nos rationibus aggredi. Et hoc
est, locustas habere facies, quasi hoĩum, po-
stea accedit ꝓmittens uoluptates, & illece-
bris hominẽ blãdiẽs, q̃ per mulierũ crines si
gnificatur, tertiò tãdẽ terroribus commina
tur dicens. Si hoc nõ feceris, in morbum in
cides, in paupertatem deuenies, & honorem
amittes, qui quidã sunt dẽtes leonũ. Immi-
sit hic Sanctus Euangelistę hãc parenthesin
proditionis Iudæ, ut Saluatoris nostri Iesu
Christi amor in homines clarius appareret:
quia quo tpe homines indigniores erant, ip
se tunc mundo maiora contulit beneficia.

Vt aũt humillimũ opus lauacri pedum re
ferat, illius magnitudinem, qui ita sese humi
liauit, prius commemorat, dicẽs: *Sciẽs, quia*
16 *omnia tradidit ei Pater, &c.* Domini huius
seculi semp quærunt uillicos parcos, ut q̃uis
ipsi tanq̃ domini sese magnificos ostẽda plu
rimaq; polliceantur, uillici tñ largiendo se
parcos prębeant. Viceuersa fecit æternus
Pater, elegit enim uillicum liberalissimum
qui est Christus Redemptor noster, in cu
ius manibus omnia bona sua constituit,
sciens illum esse liberalissimum, atq; omnia
hominibus largiri, siquidem & suipsius pro
dignum se præbet. O miserum illum, qui ne
sciat ex eius liberalitate fructum percipere.

Et quia a Deo exiuit. Nõ solũ sapiẽtiã, di-
uitiasq; eius recensuit, uerũ in hoc ẽt gene-
ris eius nobilitatem detegit, dicens eũ filium
esse Dei. Et eius sanctitatem ẽt manifestat,
cum dicit. *Et ad Deum uadit.* Sanctus enim
tantũmodo ad Deum uadũt; mali aũt ad in
fernum æternis ignibus comburendi prope-
rãt. Hic igit̃ sapientissimus, locupletissimus 17
nobilissimus, atque sanctissimus. *Surgit a*
Cœna, & cum accepisset linteum præcinxit se.
Admonens in hoc ita nos oportere curare,
ut alios mũdemus, ut puritatem nostram pe
riculo nõ offeramus. Ita submergentibus se
in mari occuramus, ut simul cũ eis non sub
mergamur. Chirurgus, qui qñ vulneri me-
detur, sibi non pręcauet, totus sanguine ma
culabitur. Qui sibi neq̃ est, cui bonus erit?
Idcirco Dominus linteo se præcinxit uolẽs Eccl.14.
discipulorum pedes abluere, ne se inficeret.
Et postq̃ eos lauit, dixit: *Exemplũ dedi uobis*
ut, quẽadmodũ ego feci uobis, ita & uos facia
tis. Idest nõ solũ nos humiles esse, atq; bene
operari docuit, sed etiam bene operandi ra-
tionem erudiuit: Potest enim aliquod opus
de se moraliter esse bonũ; ratione uero mo-
di, quo factum est, nõ erit meritorium. Ideò
dicitur. Iustè, quod iustũ est persequeris, ut
uiuas. Cibus quidã potest esse bonus, & ta- 18
men incomestibilis, quia est malè conditus
perdix optimus cibus est, ueruntamẽ si cum
assatur, cõburitur, nihil prodest, nec uerò de
fectus est ex parte cibi, sed ex parte coqui, q̃
illũ male condidit. Maximè perpendunt san
cti patientiã, & obedientiam, quam Abrahã
pręstitit illo holocausto filij sui, prudentiam
que qua in omnibus disponendis usus est.
Cui cum Deus diceret: Tolle filiũ tuum uni-
genitũ, &c. Dicit Sãctus Textus. Igit̃ Abra- Ge.22.
ham de nocte cõsurgens strauit asinũ ducẽs
secũ duos iuuenes, & Isaac filiũ suum. Ani-
maduertite prudentiam sãcti uiri, quod de
nocte surrexit ne uxor eius hoc cognosceret
quod si Sara intelligeret, talia faceret, tantũ 19
que dolorem se percipere ostenderet, ut for-
tasse Abrahã uirum suum in periculo pone
ret, ne Deo obtemperat, atq; ut hæc incon-
uenientia tolleret, quasi uir prudentissimus
de nocte surrexit. Cumq; iã ad uallem mon
tis accederet, dixit ad pueros suos. Expecta-
te hic cum asino. Ego autem, & puer illuc us
que properantes postquam adorauerimus, re
uertemur ad uos. Noluit famulos secum de
ferre, quia cum Isaac uirtute præditus esset,
sũmopere a famulis amabatur. Et fieri pos-
set,

set ꝙ illum a patris ẽt inuiti manibus aufer rent, & sic nunquam Dei præceptum cõple- ctur. Abraham aũt oĩa circumspexit, & ita hic cibus sale prudentiæ optime conditus fuit, ideoq. Deo gratissimus extitit, sicuti ei Angelus declarauit, dicens: Nunc cognoui ꝙ timeas Deum. Nõ vult Deus seruos suos stultos esse, nec imprudentes, sed sapientes, atq. circunspectos. Et qui imprudẽter Deo seruit, est sicuti qui in tenebris currit, qui

Simile. quò maiori impetu properat, eo in maiori periculo versatur confringendi caput, sic il-

20 le, qui cum ardenti spũs feruore Deo inser- uit, nisi prudentiæ luce gubernetur, in maio ri periculo versatur. Vnũ aũt ex ijs, in quib. ꝑsertim hæc prudentia requirit, est ꝙ sic de aliorũ lauacro curemus, vt nosmetipsos nũ inficiamus. Et idcirco dixit: *Vt quemadmo dum ego feci, &c. Deinde misit aquam, &c.* Vsq; ibi. *Et tergere linteo, quo erat ꝑcinctus.* Ita se Dñs linteo ꝑcinxit, vt duæ extremita- tes superessent, quibus illorum ablutos pe- des abstergeret. In quo docuit ita vos rebus vestris moderatè vti oportere, illisque vos cingere debere, vt semper aliquid pedibus

21 qui sunt pauperes supersit B. Paulus nos ad-

Ephe. 4. monet dicẽs. Qui furabatur, iam nõ furet: magis aũt laboret operando manib. suis qđ bonũ est, vt habeat vnde tribuat necessita- tẽ patienti. Si ergo ij, qui non hñt, laborare atq. insudare debẽt, vt habeant quid paupe- ribus largiãtur, quid eos oportet facere, qui absque suo labore locupletissima patrimo- nia hæreditate compararunt, quibus facile pauperum necessitatibus subuenire queunt. Dicetis vobis nihil superesse, imo plurib. q̃ habetis, vos indigere. Hoc ego profecto cre do, quia bonis vestris Iesu Christi exemplo vos non succingitis, & si vos cingeretis, & in his pompis, ac fastibus viuere nolletis, absq; dubio vobis superesset aliquid, & mul tum ẽt, quo pauperibus faueretis, si cupidi- tati atq; ambitioni locum cre litis, nihil vo-

22 bis supererit. Ideo Seneca de hac materia lo

Seneca. quens similitudinẽ quandam canis magni, & famelici adhibuit, qui qñ ad mensam se- deas, si ei fragmentum panis inijcitis, illud in aere colligit, & postea incipit sublatra- re. Et quamuis aliud, & aliud, & plurima il- li inijciatis, oĩa in instanti deuorat, & semp

Simile. remanet sublatrans. Hic est cupidus, & am- bitiosus, qui canonicatum, episcopatũ, præ fidentiam, & vniuersi mundi dominiũ deuo rat, & nulla re satiatur, nec ei aliquid super potest: sed semper plura appetens, grunnit. Et omnia q̃ accepit, vult sibi, fastibusq. suis non recordans pauperes esse in mundo. Cõ- fusio nostra est antiquarũ gentiũ liberos le- gere, & temperantiũ, quia plurimi eorũ vsi sunt, cognoscere. Qui quidẽ Deum pro illis Luc. 6 pauperẽ factum fuisse nunquã crediderunt: nec diuitẽ epulonem pp crudelitatẽ, qua in pauperẽ Lazarũ vsus est, condẽnatum fuisse audierunt. Nobis autem, qui Deum nostrũ pro nobis nudũ in cruce pendentẽ mortuũ 23 credimus, vix totus mundus sufficit, nec ma ribus, ac terris satiamur. O Deus infinitæ Maiestatis, q̃ parum impressa sunt tua diui- na, atq. efficacissima exempla in eorum cor dibus qui tuus populus nuncupant? Scitote fratres ita virtutẽ, ac sanctitatem cum libe- ralitate, ac mĩa esse coniunctã, vt apud Esaiã Esa. 57. Prophetam viri iusti, viri mĩæ nuncupent. Vnde super illud Psal. Scitote qm̃ mirifica- uit dñs sanctum suũ, dicit quædã glossa in- terpretẽ Latinũ vocabulũ Græcũ sequutum Psal. 4. transtulisse, Sãctum: vocabulũ aũt q̃uod il- lic ĩ Hebræo est, dicit illis proprie cõuenire q magnifico sũt animo, ac liberali pectore. Adeo coniuncta est liberalitas sanctitati, vt 24 sanctus vir magnificus, ac liberalis appellet. Ideo de sancto viro dicitur. Tota die mise- Psal. 36. retur, & commodat. In quibus verbis signi- ficatur: hoc esse præcipuum, ac crebrũ mu- nus viri iusti, videlicet oĩbus bñfacere & in hoc Deum imitatur, qui semper in nos be- neficia confert. Quid dicitis ad hoc fratres? satis apertè hic probatũ est vos non esse iu- stos, cum tam parci, ac liberalis sitis. Per re- uerentiam domini Iesu Christi non ita sit fratres: sed ita vos tꝑaliũ bonorũ linteo præ cingite, vt aliqđ vobis maneat, quo in pro- ximos vestros liberales vos, & misericordes Prou. 11 præbere valeatis. Attendite quod dicit sa- piens: Bñfacit animæ suæ vir misericors. Et 25 paulo post: Alij diuidunt propria, & ditio- res fiunt, alij rapiunt, non sua, & semper in egestate sunt. Quot homines negotiatores, fraudulentos, ac dolosos intuemini, qui plu- rimos dolos excogitant, plurimosq. fraudu lentos contractus faciunt, quibus fratres suos decipiunt, nec tñ ab ærumna vllo vn- quã tẽpore exeunt. Si autem pauperib. ali- quam partem bonorum tuorum erogaue- ris cum aĩæ tuæ benefacies; tum etiam tibi Deus multo plura largietur. Cum Romæ sepulchrum quoddam aperiretur inuentus est in eo lapis, in quo verba hæc insculpta

erant:

erāt: Expēdi, donaui, ſeruaui, habui, habeo, perdidi. Et conuenientes plurimi Philoſophi, & viri eruditi, cognouerunt hūc eſſe horum verborum ſenſum. Quod expendi, habui, qđ donaui habeo, quod ſeruaui, ꝑdidi. Quaſi mortuus loqueret, dicens ſolū bonū, quod fecerat, illud ſe nūc hēre, & eo perfrui.

Chryſ. *Venit ergo ad Simonem Petrum.* Ex his verbis infert D. Ioannes Chryſoſtomus Iudam primum fuiſſe, quem dñs lauare cœpit. Videtur n. S. Euangeliſta ſignificare Dñm iā alium antequā ad B. Petrum accederet, ab-
26 luiſſe, & quicunque alius eſſet, eadem D. Petri vrbanitate vteretur, niſi ille, quem vdeò diabolus excæcarat O qs adeò dignus eēt, vt illum, quem vniuerſi Angelorum chori adorant, coram eo proſtratum videret, qui eius ſanguinem nefaria proditione tradebat. O nimis profundam humilitatem? ꝙ vnigenitus filius Dei pedes Iudæ manibus ſuis acciperet, lauaret, atq; ſuo ſacratiſſimo ore deoſcularetur? Dicit quidā vir contemplatiuus, tantam fuiſſe lachrymarum multitudinem, quam clementiſſimus Ieſus præ illius compaſſionem effundebat, vt illæ ad eum abluendum ſufficerent, Iudam vero ne ſanctiſſimum dominum videret, caput alio
27 diuertiſſe. O perſpicue cordium ſcrutator optime cognita, atque perſpecta habes Dñe eius viſcera, ſæpenumero in illum oculos conijcito, plurimas ab oculis tuis lachrymas effunde, millies illum oſculare, optime etenim noſti nihil horum eſſe profuturum.

Simile. Quare igitur Domine cum illo tempus cōſumis? O ineffabilem Dei clementiam: in hoc quippe eius mīa ſatis manifeſtè declaratur: cum etiam & præſcitos ad ſe curet allicere. Quando infirmus eſt iam deſperatus a medicis, eum derelinquunt, nec amplius volunt viſere, nec de illo curā hbent. Pater tñ, & mater eius, qui eū tenero amore cō-
28 plectuntur, diuitias ſuas nihilominus in eo curando conſumunt, noctes inſomnes ducunt, nec vllo vnquam tpe ab eo recedunt, vt eum omnibus rationib. curent. O bone Deus, quantus eſt amor, quo hominem proſequeris? Nam etiam reprobo, & præſcita remedia non ceſſas adhibere, vt eum ad te conuertas. Vt cognoſcamus fratres neminem, niſi ſua culpa condemnari. Quàm di-
Exo. 8. ligenter curauit impiū Pharaonem admonitionibus, miraculis, ac denique verberib. ad ſe conuertere, & quamuis hæc omnia nihil ei profutura eſſe cognoſcebat, non ideo deſtitit tanquam clementiſſimus Pater illū curare, quouſque ipſemet ſeſe in mare demerſit. Contemplamini autem Iudam, qui iam dominū tradere propoſuerat. Et tamen q̄ crebro illū admonet, dicēs: Melius erat ei, ſi natus nō fuiſſet homo ille. Singulare corporis ſui beneficium ei eum confert, pedes eius abluit, amicum illum appellat. &c Quouſq; ipſemet laqueo ſe ſuſpendit. Hæc eſt vna ex rationibus, quare dominus Iudā lauit. Hanc ineffabilem mīam, qua cum peccatorib. vtitur, ſignificauit dominus illa pa 29
rabola ficulneæ. Arborem (inquit) fici habebat quidam plantatam in vinea ſua, &c. Dixit autem ad cultorem vineæ, &c. Et eam volebat ſuccidere: quorſum hoc dicebat? vt cultor vineæ pro illa eum rogaret Sicuti Moyſi peccatum populi reuelauit, vt pro eo apud ſe intercederet. Et verba illa, quæ dixit cultor vineæ. Dimitte illam, vſque dum fodiam circa illam, & mittam ſtercora. ſignificant remedia, quæ Deus a peccatorem curādum inueſtigat. Si dominus nunc oēs arbores, quæ fructum non ferūt, euelleret, quā pauci hoīes in ſeculo remanerent? Quid aūt erit de illo, qui non modo ipſe non fert fructum, verum alios impedit, & peruertit, quo minus illū ferant? Et quando iam Deus iu- 30
ſtitia ſua compulſus hoīem a terra euellit, tollens eū ab hoc mundo, dicit diuina Scriptura, illum hoc facere lachrymantem. Tanta eſt eius in homines miſericordia, vt dicatur: Deducant oculi mei lachrymam per noctem, & diem, & non taceam, quoniam contritione magna contrita eſt virgo filia populi mei. Hæc ſunt verba domini plorantis propter ſupplicium, pro peccatores punit.

Luc. 13 Exo. 32 Gen. 6.

Tu Domine mihi lauas pedes? quod ego facio, tu neſcis modo. Arbitremur hæc verba non Diuo Petro ſolum, ſed nobis etiā omnibus dici. Quando aliquod vobis accidit infortunium exiſtimate aliquando vos il- 31
lius cauſam eſſe intellecturos, quod ſi in hoc ſeculo non fuerit, abſque dubio in futuro erit. Quādo auceps immittit accipitrem ad capiendam ardeam, nō ſtatim directa ad illam tendit, ſed ad dexteram, ſiue ad ſiniſtrā pergit longe ab ea remotus, & qui de venatione nihil intelligit, arbitrabitur accipitrem potius fugere, quàm ardeam capere conari, veruntamen illam in altum volans accipiter ſuperat, & decidens ſuper illam vnguibus apprehendit. Plurimis rebus vtitur Deus cum hominibus, quę magis ad eo-

Her. 14. Simile.

rum incommodum,& perditionē;quam ad
commodum vñr attinere quibus singulis di
ci potest : *Nescis modo, scies autem postea.*
Iob. 19. Hoc intellexit S.Iob,cum uidens se undiq;
doloribus circunseptum,& humano uideri
quodammodo derelictũ a Deo,adeo ut dixe
rit:Quasi arbori euulsæ abstulit spē meam.
Et sic me habuit quasi hostem;adeo tñ con-
Iob. 13. fidens cor habebat,ut dixerit: Etiam si occi-
derit me,in eo sperabo. Poterit(inquit) Sa-
32 thanas cũ facultate Dei mihi uitā adimere,
non āt spem meam ualebit extinguere. Sic
Psal.70. ēt Dauid undiq; infortunijs circũseptus di-
cebat:Ego autem semper sperabo,& adijciā
supe oēm laudem tuam.Quo magis tribu-
labatur eo magis os eius laudibus replebatur. Quid uobis uidetur fratres de his sanctis
uiris,qui altissimas radices in Deo egerant ?
Sic oportet uos facere in oībus tribulatio-
nib.uestris , considerantes eas à Deo proue-
nire,qui quidem facit , quod uobis potius
Hier.23 expedit. Hoc significauit per Hieremiam,
dicens:Putas ne Deus e uicino ego sum , &
non Deus de longe?gloriatur Deus se Deũ
expertum esse. Non sum(inquit) Deus no-
uitius,non sum Deus ab heri , ut quid uni-
33 cuiq; conuenit,ignorē,ijs qui in aduersitati
bus conquerimini,dicit hæc dñs. Sicut medi
Simile . cus uetus,& expertus , cui cũ infirmus dicit
illum in medicamentis errare, rñdet:Nō sũ
medic⁹ ab heri,plures, & grauiores morbos
curaui,quam hunc. Sed quæro Deus animæ
meæ,siquidem eorum pedes uolebas ablue-
re,nōne conuenientius esset,hoc post Cęnā,
quam in medio Cęnæ facere , ut illis Cœna
non prosit?O profunda mysteria?Comedēs
bonus Magister paschalem agnum cũ disci
pulis suis legi ueteri finē imponis,& sacratis
simum corpus suũ in cibum illis donans, in
troducit legem gratiæ. Inter duo igitur tam
disparia extrema aliquod interuallum esse
oportebat: quod āt conuenientius interual-
34 lum esse posset,q̃ pedũ ablutio?Ad significā
dam puritatem,quam hæc lex gratiæ requi-
rebat,synceritatemq; non solum manuum,
per quas opera designātur,sed pedum ēt , q
significant affectus,quibus ad hoc sacramē
tũ accedere oportet. O patres mei sacerdo-
tes attēdite , qualē puritatē a uobis hic dñs
petit,quia.n.hæc deest cũ tam modico affe-
ctu,& deuotione hodie uiuimus. Nam q̃uis
peccata uenialia nō impediant gratiam, im
pediunt tamen spũalem affectum,& deuo-
tionem. Atq; hæc est causa, quare cum quo
tidie sacratissimũ dñi corpus assumam',nō
sumus mortificati , nec præ deuotiōe erum
pimus. Nam siquidem hoc sanctissimũ Sa-
cramentũ ex opere operato confert gratiā ,
qũo in cōpositione,actionibusq; nostris, in
affectu,& deuotione tot gradus gratiæ non
apparēt?quare tā remissi,ac tepidi post mul-
tos annos,quibus celebramus,incedimus,si Ber.li. .
cuti prima die?quia peccata uenialia impe- dē consi-
diunt deuotionem. B. Bernardus quærit, qđ ad Eug.
nam sint peccata uenialia ī uiris Ecclesiasti 35
cis?Et dicit. Nugę in ore secularis nugę sũt.
Non progrediuntur ulterius,ibi manēt. Ve
rum nugę in ore sacerdotis blasphemię sũt,
Vlterius procedunt,licet sint peccata uenia
lia,quia grauiora peccata sunt. Hoc dicit ꝑ
exaggerationem. Quid autem erit , si sint
alię grauiores res ? Malachias ꝓpheta dicit. Malac.
Et nunc ad uos mandatum hoc o sacerdotes
si nolueritis audire,& si nolueritis ponere
super cor,ut detis gloriam nomini meo, ait
dominus exercituum, maledicā benedictio
nibus uestris . Ecce ego mittam super uos
brachium, & dispergam super uultum ue-
strum stercus solennitatum uestrarum. O q̃
terribilia uerba?o infęlicem sacerdotem qui 36
ea non senserit. Vt hoc melius intelligatur ,
notandum est,ꝙ in lege ueteri ex sacrificijs
dabatur sacerdoti armus aīalis ,quod offere
batur,& brachium cum armo, & uēter etiā.
Dicit igitur dñs. Efficiā,ut hic armus,& bra
chium tibi non proficiat, & uenter sit ster-
cus uultui tuo. Hoc est,afficiam ut oīa tibi
in malũ,confusionem,& condemnationem
conuertantur. Super quo dicit D. Hieron. Hiero.
Quales sunt sacerdotes,talia sunt sacrificia.
Quid uir sancte?nunquid sacrificiũ mali sa-
cerdotis nō est tā sanctũ, sicut sacrificiũ bo-
ni?Nunqd ambo pariter nō cōsecrāt?Etiam
sed uult dicere, quales sunt sacerdotes, talē
esse fructũ,quē ex sacrificio recipiũt. Atten-
dite per charitatē patres mei,uerba quæ di-
cit S. Ecclesia ī offertorio huius festiuitatis. 37
Sacerdotes(inqt)domini panes,& incēsum
offerũt Deo,ideo sancti erũt, & nō polluent
nomē eius,i.nō ponent obicem uirtuti Dei
peccatis suis,ne illis diuinũ mysterium non
proficiat. Lapides altaris, ꝙ gētes prophana
runt , quia sacrilegium erat in illo sacrificiũ
offerri,eo ꝙ idolorũ sacrificijs fuerat pollu-
tum,imperauit Iudas Machabæus, ut ī loco 1.Mac.4
nimis mundo reponerentur. Et reposuerũt
(inquit)lapides in monte in loco apto,quo-
adusq; ueniret Propheta , & responderet de
eis

cis Ergo si Dominus Deus noster, adeo puritate, ac munditia delectatur, ut lapides altaris sui iam idolorum sacrificijs pollutos in mundo, ac syncero loco uoluerit collocari: qualem puritatem a nobis exposcet, ut sacratissimum corpus suum in nostris uisceribus assumamus? Non dubito, quin quantum interest inter illos altaris lapides, & hoc sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentũ tantum oporteret interesse inter illã, & nostrã
38 puritatem, si fieri posset. Hoc diuinitus exag
Heb. 11 gerat D. Paulus dicens: Nõ enim accessistis ad tractabilem, & accessibilem ignem, & turbinẽ, & caliginem, &c. Sed accessistis ad Siõ montem, & ciuitatem Dei uiuentis Hierusalem cœlestem, & multorum mi lium Ange-
Gene. 3. lorum frequentiam, & Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cælis: & iudicem omnium Deum, & spiritum iustorum perfectorum, & Testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionem melius loquẽtem, quam Abel. Nam sanguis ille uindictã, hic uero misericordiam efflagitat. Et de illo monte dicit hic B. Paulus: Si bestia tetigerit montem, lapidabitur. Si igitur multum
39 interest inter hoc mysterium, quod in mon
Exo. 31. te Sion, & illud, quod in monte Sinai libratum est, quia hic est uerus Deus & uerus homo Iesus Christus millibus Angelorũ, beatorumque spirituum circunseptus, ubi etiã pretiosi eius sanguinis effusio, & mors sãctissima repræsentatur. Si igitur bestia, quæ mõtem illum tangebat, lapidabatur. Homo bestialis qui diuinum hoc mysterium tetigerit
i. Cor. 11 multo dignior est lapidatu, ut certe in perpetuum in inferno lapidabitur nisi sãcti sacrilegij in hoc seculo pœnitentiam egerit. Nec uero illic solum punietur, uerum etiam dicit B. Paulus loquẽs de hoc sanctissimo Sacramẽto. Etiam in hoc seculo plurimos gra
40 uissimis morborum, mortisque pœnis puniri. Et sic postquam dixit: Quicunque manducauerit panem hunc, & biberit Calicem Domini indigne, reus erit corporis, & sãguinis domini, statim inferius subdidit, dicens: Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles et dormiunt multi. Quid scimus de multis, quos infælici interitu perire cõspicimus, deque alijs, quos longissimis grauissimisque infirmitatibus affligi uidemus utrum fortasse hoc sit supplicium culpæ, quam commise-
Cypr. in ferm. de lapsis. runt accedentes aliquando indigne ad sanctissimum Eucharistię sacramentum? D. Cyprianus aliquot terribilia supplicia, quibus

Deus homines puniuit, eo quod indigne ad sacrosanctum hoc Sacramẽtum accessissent commemorat, & postea dicit. Vnusquisque consideret non quid alius passus sit, sed quid pati, & ipse mereatur: neque eua sisse se credat, si cum interim pœna distulerit, cum timere plus debeat, quæ sibi Dei iudicis censura seruabit. Quia Balthasar Rex Babylo- Dan. 5.
Sco. i 5. subtilis doctor Scotus. Vnũ ex iis, q̃ Christo
Sen.d.15 R.N. in vita sua grauia fuerunt, fuit coniun
quinica. ctio aiæ cũ corpore mortali, & cõpassio quã
aĩa habuit pp labores, quos corpus patiebat.
Postq̃ ãt nos a captiuitate liberauit, & p nobis Redemptionis pretium soluit, diabolũq; que superaint? statim lugubres uestes exuit, quia nudans se per mortẽ corpore passibili illud omnib. doloribus ac penalitatibus pertusum, quatuorque mirabilib. dotibus, s. charitate, impassibilitate, agilitate, atq; immortalitate exornatum induit, vt iam nõ lugubri quidem, sed festiualis esset vestis: Vñ meritò dicere possumus verba illa psalmi: Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Quales fuerunt tenebræ passionis, & nox laborum, talis fuit lux, & splendor resurrectionis. Quatis fuerunt opprobria, talis fuit sacrati corporis eius glorificatio, & triumphus in resurrectione ipsius: Et sic quanto obscuriorẽ & humiliorem se q's pp Deum apud hoĩes fecerit, tanto splendidiorẽ illum Deus in cæle sti gloria efficiet. Cauete aũt fratres mei, ne de vobis hoc uiceuersa dicatur, sicut lumen eius, ita & tenebræ eius. Q̃d quanto magis in hoc seculo diuitijs polletis, scientiaque ac gñis nobilitate æstimari vultis, tanto magis obscurabimini, & humiliabimini in futuro seculo. O in quãtã obscuritatem, & tenebras deuenient plurimi illustres huius seculi, qui hic nimis gloriosi fuerunt, & in quãtã claritatem peruenient multi, qui in hac uita opprobrijs affecti, uilesq; apud homines habiti

Mar. 16. sunt. Dixit dñs Pharisæis: Facto uespere dicitis serenum erit: rubicundum est enim cœlum. Vult dicere, q qñ sol cum rubori b. occidit, aurora clara, ac serena illucescet. Occidit nobis sol iustitiæ Christus Iesus feria sexta vesperi, cum multis ruboribus, totus rubicundus, & sanguine suo perfusus, quod fuit signum quod hodie splendidissimus nobis deberet illucescere. Verum aduertite lunam solere easdem solis immutationes efficere, q si sol lucidus est, ẽt luna splendorem hẽt: si verò sol est obscurus, ne radios immittit, ẽt luna luce caret, & tenebrosa apparet. Vñ qñ verus sol Iesus Christus factus est tanquam saccus cilicinus, ẽt luna, quę est sacratissima virgo Maria dña nostra mater eius non dedit lumen suum, quia eius lux ab illo diuino sole proficiscebatur: Atque vt hoc mane sol tam lucidus, rutilantibusque radijs illucescit, ẽt pretiosissima luna est lætior, & maiori gaudio repleta, quàm mulier vllo unquã tpe uisa est. O q̃ meritò potuit hodie dicere sacratissima hæc uirgo illud Lucæ: Congratulamini mihi, quia inueni dragmam, quã

Luc. 15. pdideram. S. Patriarcha Abrahã filium suũ
Gen. 21. & 22. bis viuum suscepit, primũ qñ natus est, secũdo, qñ illũ in sacrificio recepit, quẽ iã mortuum reputabat, siquidem illum volebat in

Gen. 30. & 45. terficere, & sic bis eo fruitus est. Etiam S. Patriarcha Iacob filium suum bis uiuum accepit, semel qñ ortus est, iterũ qñ illi fœlices nuncij relati sunt, q viuus erat in Ægypto. Vterq; horum Sanctorũ Patrũ, qñ secundo Deus illis dedit filios viuos meritò posset dicere, Congratulamini mihi, &c. Siquidem illos iam perditos reputabant. Veruntamẽ, quàm maiori rõne hoc poterit hodie dicere hæc mater pijssima: Congratulamini mihi, quia pretiosissimam margaritam, quam perdideram, iam inueni. Nec verò arbitremini me illum inuenisse, sicuti res perditæ inueniri solent, quæ quidem nunq̃ tam bonæ, tamq; pretiosæ inueniuntur, sicut amittuntur, ergo uerò illum talem inueni, ut nullius hominum, aut Angelorum linguis explicare possit, quam pulchrior esset hodie cum eum inueni, quàm Feria sexta quando illum in cruce perdidi. Quando in cruce animam exhalauit illum abiectissimum, atque uilissimũ omnium hominum perdidi, hodie uerò illum cum inæstimabili pulchritudine, & gloria recuperaui.

Gaudeamus ergo ẽt cum hac sanctissima Virgine, siquidem ipsa nos inuitat. Atq; ẽt cum his sanctis mulieribus, de quibus dicit S. Euangelium, quod *Emerũt aromata, ut venientes ungerent Iesum, & valde mane una Sabbathorũ ueniunt ad monumentum.* Vna Sabbathorum. i. prima die hebdomadæ. Hebræi solent dicere una die, p prima die, ut in

Gen. Factus est vespere, & mane dies unus: id est dies primus. Et in hodierna die, q̃ tunc erat prima hebdomadæ, post Sabbathũ diluculo surrexerant, vt irẽt ad monumentũ, & q̃q̃ timebant se in monumentũ nõ posse introire, quia lapis, q ad ostiũ erat, nimis grauis erat, & sic dicebãt: *Quis reuoluet nobis lapide ab ostio monumenti?* Veruntñ non ideo ab incepta uia desistebant: Nã q uerè amat, non respicit ad incõuenientia, sed solũ vult facere, q debet, & amori satisfacere conat. Vnde dicit B. Augustin. illum diuino amori

Augus. iniuriam inferre, qui se Deum diligere profitetur, si amor ille in eo minores effectus efficit, quam turpis, & inhonestus amor in

eis facit, in quibus cõmorat. O q̃ metuenda sñia, in qua ostenditur q̃ periculosè decipimur arbitrantes Deum à nobis diligi, cum tam facile, ac tam leuib. occasionib. ab eius amor, ac seruitute reuocemur. Has sanctas mulieres, nec lapidis grauitas, nec scire illic esse custodes, q̃ sãctũ sepulchrum custodiebant, nec mortis periculum potuit impedire, quominus ulterius ꝑperarent. Considera te amorẽ, q̃ in illorũ triũ sanctorũ iuuenum
26 pectoribus æstuabat, de q̃bus dicit Daniel,
Daniel. ꝙ cum eis diceret Nabuchodonosor. Prosternite vos, & adorate statuam, quam feci: ꝙ si non adoraueritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis: illi rñderunt dicentes. Nõ oportet nos de hac re respondere tibi: Ecce.n. Deus noster quem colimus potens est eripere nos de camino ignis ardẽtis, ꝙ si noluerit, notũ sit tibi Rex, q̃a Deos tuos nõ colimus, & statuam auream, q̃ erexisti, non adoramus, tales.n. oportet esse seruos Dei. Nec oportet eos ad inconuenientia respicere, sed facere quod dẽnt, sicut hi, q̃ rñdẽt, faciamus nos ꝙ debemus, siue nos liberet Deus, siue nõ, fiat in oĩbus sãctissima uoluntas eius. Sic ẽt hæ sanctę mulieres dice
27 bãt faciamus ex nobis ꝙ debemus, siue ĩtroire possimus, siue non, siue interficiamur, siue liberemur: nihil aliud præter unum Dei amorem ante oculos proponunt. Hoc significauit sponsa sponsum suũ q̃rens, & dicens. Inuenerunt me custodes percusserũt me, & tulerunt pallium meum, & immediate post
Canti. 5 q̃ depredata, & ꝑcussa fuit, inuenit quasdam filias Hierusalẽ, & absq; eo, ꝙ eis aliquid laborum, quos ꝑtulerat, narraret eas adiurare cœpit dicens. Adiuro uos filiæ Hierusalem si inueneritis dilectum meum, ut nuncietis ei, q̃a amore langueo. Duo notabilia sunt hic, alterũ ꝙ cũ tantopere conq̃ri posset de plurimis laboribus quos inquerendo spõso
28 ꝑtulerat, de nullo illorũ cõqueritur, sed dicit, q̃a amore langueo: Amor dilecti sui, desideriũq; videndi illũ eam crudelius sauciabãt, q̃ oĩa vulnera, & infortunia, quę potius tolerare. Alterum est vis ingens amoris illius, quia cũ loquatur eis, q̃ nec ipsam, nec eius sponsũ norant, ita cũ illis loquitur, ac si ille vtrumq; cognoscerent, quia vis ardẽtissimi amoris, quę in ea uigebat, efficiebat, ut arbitraretur omnes alias cogitare ꝙ ipsa cogitabat, sicut hodie accidit benedictæ Magdalenæ q̃n cõmorans iuxta sepulchrũ dixit illi,
Ioan. 20 quẽ hortulanũ esse credebat. Domine si tu sustulisti eũ, dicito mihi ubi posuisti eum, vt ego eũ tollã. O beatũ illũ, q̃ cũ hac amoris efficacia Deũ ꝑquirit, sic eum q̃rebat Dauid Psal. 24.
cũ dicebat Tibi dixit cor meũ, exq̃siuit te facies mea faciẽ tuã Dñe requirã. O ardẽtissima uerba ꝑducta ex pectore feruẽtissimo amore inflãmato. Postq̃ dixit tibi dixit cor meũ, ibi stetit eũ sñia, neq; ulterius progressus est, q̃a desiderium, & diuinus amor non eũ patiebatur rõnes cõnectere, & adoptare. Et 29
statim ab alio initio exorditur, illudq; insolutũ reliquit, dicẽs. Exq̃siuit te facies mea. Aliudq; principium assumpsit, dicẽs, Faciẽ tuã dñe requirã. Amor moderatus, & terminis breuib. septus uiget in eo, q̃ oĩa q̃ sentit valet dicere. Ille ãt maximis ardentissimi amoris flammis æstuat, qui in medio sñiarum ꝑstringitur, nec scit ulterius cũ sermone progredi, sicut fecit hic Dauid dicẽs, tibi dixit cor meum. O sãcte Deus quot res in his uerbis inclusit? hoc est, ad te unum suspirat cor meũ, te unũ sẽper alloq̃ ad cõuersari uellẽ, tibi soli clamãt spũs meus, alijs aũt obmutescit, tibi dixit cor meũ, oĩb. obmutescit, nisi tibi. De te uno cogitat, te unũ exoptat, tu es pater meus, lux mea, bonũ, & re- 30
fugium meum, &c. Nec uero cor meũ solũ, sed oculi ẽt mei in oĩb. te q̃runt, in oĩb. quæ aspiciunt, mirabilia tua intuẽtur. Exquisiuit te facies mea. Q̃d. si in oĩb. te facies mea exquirit, est q̃a uoluntas mea nihil aliud ꝑter te desiderat, nec requiescam donec uultum tuum aspiciã. In quo significat nullũ obstaculum esse sufficiẽs ad hãc uiã illi impediendam. Quare nõ confundimur fratres hęc audientes, & cognoscentes q̃ aliter nos facimus? Amor rei inuestigatæ efficit, ut magna diligẽtia in illa exquirẽda adhibeatur. Qui Simile.
ꝑtiosã margaritã, q̃ perdidit, exquirit, nõ defatigatur querẽdo illã, quousq; inueniat. Qui iter facit nullã ẽt solicitudinẽ hẽt nisi illius cõficiẽdi, & in optatũ locũ perueniẽdi. Qui 31
à uena aurea aurũ fodit, tanta cupiditate exardescit, ut quilibet globulus terræ ei aurũ eẽ uideatur, & singulis ictib. aurũ abstractũ arbitretur. Qui expiscatur sp intẽdit in corticẽ super aqua innatãtem, & oĩs eius cogitatio est de piscibus, quos piscaturus est; Hæc oĩa ex illarũ rerũ amore proficiscuntur. Multo profecto maiorem curã hẽre oporteret semper Chrĩanũ q̃rentẽ Deũ, in eo deberet omnem cogitationem desideriumq; suum collocare, ita ut quiescere nõ possent quousq; illo in celestib. mãsionib. frueretur.


Idcirco

Idcirco.n.dixit Dauid: satiabor cũ apparue
Psal.16. rit gloria tua. Et fames huius saturitatis de
beret nõ sinere nos in rebus terrestribus re-
quiescere. Rogate fratres charissimi diuinã ma
iestatẽ, ut hãc uobis cælestiũ diuinorũ famẽ
cõcedat, nosq; ad ea diligẽtissime pquirẽda
cõmoueat. De qbusdã pctõrib. dixit Deus.
Osee.13 Ego ero quasi leæna. Occurram eis quasi
ursa raptis catulis, & dirũpã interiora iecco-
32 ris eorũ, signans in hoc nihil posse Deo esse
impedimento, qñ suppliciũ de aliquo sume
re decernit. Cumq; hic diuinus dñs sit pro-
nior ad misericordiã, q̃ ad supplicium, consi
derandum uobis est qbus rugitib. quanto-
que amore aĩam perditã mexquirit, oĩa incõ
ueñientia dirumpens, quæ eã impedire põt
quominus ad Deum reuertatur, sicut leæna,
& ursa raptis catulis. Et siquidem Deus nos
tanto cũ amore inquirit cum utilitas sit no
stra, cum nihil ei opus simus, quare cum vos
summo cum studio non q̃remus omnia ob
stacula de uirtutes, atq; fortissimè dirumpẽ
Simile. tes, quæ se nobis obtulerint, cum res hęc tan
ti nostra intersit? O Deus infinitę maiestatis
per clementiam tuam te deprecor ut rem
tam grauem nos facias cognoscere.

Vt uenientes ungerunt Iesum. Nõ cõtẽtus
3 est Deus amore desideriorũ, sed operum. In
gredientes in aulã uiri primarij videbitis ta
petẽ, in quo depicta est quædã imago Her-
culis dñs clauã in manus quæ oẽs uidet cõ
minari, nec tñ aliquẽ unq̃ pcutis. Et iterum
atq; iterũ illuc ingrediẽtes una, & altera die
illã aspicitis, sẽper eodẽ mõ psistit, nec com
mouetur, quousq; puluis desuper cadẽs illã
operit, A pãnus uetustate dirũpitur, & in va
rias partes dissecat. Amor plurimorũ erga
Deũ est quædã imago Herculis, totũ est fa-
ciã, faciã, & sic sistit, quousq; uenit mors, &
diuisa aĩa a corpore hõ laceratu. Nõ erat ta
lis amor harũ sanctarum mulierum, sed un
34 guentis, & aromatibus onustæ diluculo sur
rexernnt, ut pijssimum illud opus exercen-
do suo ardẽtissimo in Iesum Christũ amo-
ri satisfacerent. Quæ cũ accessissent ad mo-
numentũ. Viderũt reuolutũ lapidẽ, Ecce dif
ficultates quæ uolenti Deo seruire repræsẽ-
tant, ecce qũo per diuinẽ potẽtiã illas omnes
opportuniori tpe sublatas experitur. Et sic
B. Hieronymus loquẽs de illo uersu psalmi
Hieron. nonagesimi ubi dicit. Cũ ipso sum in tribu-
Psal.90 latione, transtulit ex Hebræo. Portauit nos
Deus uostra salute, sicut mater (inquit) filiũ
suum, & sicut pastor ouem, & sicut aqui-
la pullum alis deportat, sic uos Et Deus sub-
leuat ne in eius ministerio tm̃ laboris sen-
tiamus, siue quemadmodum qñ uitulus de
bilis, ac tener arat cum boue fortissimo, to-
tum uitulum uiribus suis aratriq; põdus su-
stinet. Huius rei nõ põt esse testes qui in vir
tute nunq̃ se exercuerunt, illãq; infamãt di-
centes esse asperrimã, cum tñ ne minimis q-
dem labijs eius rudimenta tetigerent. Si ue-
ro ex seruo Dei circa hoc q̃ratur: ipse uobis
hanc ueritatem ingenue cõfitebitur. Interro
gate Dauidem, & dicet uobis. Iudicia dñi ve 35
ra & iustificata in semet ipsa desiderabilia su Psal.90.
per aurum, & lapidem ptiosum multũ. Qũo
hoc scis uir sãcte? Rñdet. Etenim seruus tuus
custodit ea: in custodiendis illis retributio
multa. Ego ille expertus sũ, & ea dulciora
sup mel, & fauũ esse cõperio. O fratre s cha-
rissimi si hanc ueritatem velletis experiri, q̃
reuolutum reperiretis lapidem sicuti hę san
ctæ mulieres inuenerunt. Et simul pulcher-
rimũ Angelum stola cãdida indutum repe-
rerunt, q eis fœlicissimum nuncium de dñi
resurrectione portauit. Sic ego vobis dico
q si uerè & ex animo Deum q̃sieritis, non
solum impedimenta, quæ arbitramini, non
reperietis, sed gustum etiam, cõsolationẽq;
spiritualẽ inuenieris, quę in hoc seculo cum
diuina gratia cõceditur, quo postea in inte- 36
grum æterna gloria perfruamur. Ad quam
nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Feria II. in Resurrectione Domini.

Duo ex discipulis Iesu ibãt ipsa die ĩ ca stellũ, q erat ĩ spatio stadiorũ sexagin ta ab Hierusalẽ, noĩe Emaus. Lu.24.


Ostq̃ Ionas ĩmissus fuit ĩ ma-
re pparauit dñs (ait tex.) piscẽ Iona.2.
grandẽ, ut deglutiret Ionã, &
erat Ionas in ventre piscis tri
bus dieb. & trib. noctib. & ibi
dr. Et dixit dñs pisci, & euomit Ionã ĩ aridã.
Et q̃q̃ hoc sacratissimum dñi nñi Iesu Chri- 1
sti mortem gloriosissimamque eius resurre-
ctionem pfigurauit, fuit tñ dispar rõ. Nam
Ionas surrexit a terra, ubi aceto uomitus
fuit luto & arena conspersus, sed noster sup
nus redẽptor surrexit hodie a corde terræ:
fulgentissimus, ac gloriosissimus, qa etsi ho
die redijt esse hõ sicut antea erat, non tñ re
dijt in forma serui, sicut antea, sed magnifi-
cus dñi apparatu, & cũ claritatis gloria, cum
immorta-

immortalitatis dono, cũ clarissimo triũpho victor, triũphũ à morte reportans, q̃ hoĩbus dñabat. infernũ expoliãs, q̃ hoĩem catenis vi ctũ tenebat, Diabolũq; ꝓternẽs, q̃ hoĩem ĩ
Psal. 31 terrã proiecerat. Eia dñe fac sicut hõ. Sic dixit: Dauid in eius noĩe. Æstimatus sũ cũ descẽdẽtib. in lacũ, factus sũ sicut hõ sine adiutorio inter mortuos liber. O admirabilem fortitudinẽ, arbitrati sũt. Hebręi me in morte sicut alios hoĩes in infernũ descẽdere (ait
2 dñs) Verũ ego inter mortuos absq; illius adiutorio libertatẽ habuis, q̃ sũ Deꝰ oĩpotẽs ad eos liberãdos. Hoc expetebat Dauid, to-
Psal. 35. tius humani gñris nomine dicẽs. Effũde framẽã meã, & cõclude aduersus eos, q̃ ꝑsequuntur me; & dic aĩæ meæ salus tua ego sum.
Simile. Dux fortis qñ gladiũ euaginat, dextra ensẽ, sinistra uero vaginã tenet, & neutrum deponit. Et postq̃ ultus est, uictoriãq; cõparauit, recludit gladiũ in uagina. Sic & uerbum diuinũ, ad uindictã sumendã a diabolo euaginauit gladium, q̃ est aĩa ex uagina, q̃ est corpus in morte. Et q̃uis aĩa a corpore, sicut gladius a vagina, esset segregata, non idcirco deposuit verbum diuinum, sicut Dux fortissimus aĩam, aut corpus, & post uindictã sum-
3 ptã, uictoriãq; ab hostib. reportatã, ensẽ ĩ vagina reclusit, aĩam iterũ in corpus, ĩfundẽs in sacratissimã resurrectione. Hoc est, q̃ Ha-
Hab. 3. bacuc propheta ꝑdixerat his uerbis, suscitãs suscitabis arcũ tuũ, iuramẽta tribub. q̃ locutus es. Vt dñe iuramenta, & pollicitationes, quas hominib. promisisti, adimpleas, arcum tuũ susci abis. Hæc iuramẽta sunt, quorum alterum fecit Abrahę sicut dixit Zacharias.
Luc. 1. Iusiurandum q̃ iurauit ad Abrahã patrẽ no-
Ps. 111. strũ daturũ se nobis. Alterũ Dauid dicens. Iurauit dñs Dauid ueritatẽ, & non frustrabitur eum, de fructu uẽtris tui ponã sup sedẽ
Simile. tuã. Ecq̃s est hic arcus, quẽ suscitaturꝰ erat? Est unigenitus eius filius. In arcu est virga recurua, & chorda, sic & in Xp̃o R. N. est chorda diuinitas, uirga aũt est humanitas, q̃ laborib. atque angustijs nostris reflexa, & incuruata est. Hoc arcu percussit Deus Sathanã:
4 sagittæ quæ ab hoc arcu immissę fuerunt, sunt plurima, & maxima miracula, præstantissimaq; S. N. Iesu Christi opera, q̃ acutissima erant tela ad diabolum euertendũ, hic arcus adeo extensus est. (*Con las gafas de la Cruz.*) vt per mortem fuerit confractus. Et quemadmodum qñ arcus infringitur q̃q̃ duæ partes ligni separatæ remanent utraque tñ chorda remanet alligata. Sic & cum hic arcus p mortẽ frangerent, duæ partes ligni, i. humanitatis q̃ sunt corpus & anima segregatæ sunt, & q̃uis altera separata erat, utraq; tñ corda, i. diuinitate mansit alligata, hodie autem suscitatus est, atq; redintegratus hic arcus. Et illa verborũ geminatio. s. suscitas suscitabis arcum tuum, gloriosissimam dñi resurrectionẽ fuisse significat. Sic prædixe-
Isai. 30. rat S. Isaias his uerbis, & lux solis erit septẽ
5 pliciter ĩ die, qua alligauerit Dñs vulnus populi sui, & percussuram plagæ eius sanauerit. Dies in qua Dominus populi sui vulnus curauit, fuit dies sui suæ sanctissimæ passionis, in die uero resurrectionis suæ vulnus sanum esse demonstrauit. Habuit se Deus in
Simile. hoc sicut chirurgus, qui ut putrefacti vulne incorruptam carnem auferat, parti sanæ, & incorruptæ vulnus infligit. Vniuersum q̃ppe genus humanum erat corruptum, quia
Psal. 13. corrupti sunt, abominabiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsq; ad vnum. Nulla erat pars sana ꝓter vnã, qui est Xp̃s redemptor noster. Et in hac parte sana opor-
Isai. 53. tuit vulnus fieri, ut corruptio, & culpa humani gñris tolleretur. Et hoc factum est in ꝓtiosissima passione eius, vt ait Isaias. Ipse vulneratus est ꝓp iniquitates nostra, & liuore eius sanati sumus. O clemẽtissimum animarũ nostrarũ medicũ, qui cũ nos essemus
6 vulnerati, ipse pro nobis cauteria tolerauit. Et hæc vulnera, & cauteria, in gloriosa eius resurrectione sanata sunt, in signũ, q̃ iã erat sufficientissimum remedium ad vulnera nostra sanãda. Et in hac die dicit Isaias solis lucem septemplicẽ esse, quia hic diuinus Sol iustitiæ hodie cũ septẽ donis mirabilib. resurrexit trib. uidelicet in aĩa, quę sunt uisio, retentio, & fruitio, & quatuor in corpore q̃ sunt agilitas, impassibilitas, subtilitas, & claritas, licet. n. antea in sua beatissima aĩa tres dotes habuerit, ita tñ eas habebat, ut eum summã tristitiam in eadẽ anima pro peccatis nostris habuerit. Hoc est q̃ hodie celebramus. Huius gloriæ resurrectionis clarissi-
7 ma sunt in sanctis Euangelijs testimonia quorum unum est q̃d in hodierna sancti Euangelij lectione agitur, quod sic dicit.

Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die, &c. usq; ibi. *Oculi aũt eorũ tenebãtur, ne eũ agnoscerẽt.* Valde notãdũ est q̃ postq̃ Dñs surrexit, mõ Magdalenæ apparet mõ cum sancto Petro conuersatur, modo cum his duobus discipulis iter facit nũc in Galilæam pergit, nunc reuertitur Hierosolymã, nunc deniq;

ten-

cedit in Emaus. O quot itinera facit, & tan-
quam peregrinus celeriter ꝑperat: adeo, ut
cum apparet Magdalenæ, & ipsa sacratissi-
mos eius pedes uellatam plecti, & osculari,
maxima cũ reuerentia ꝑ nimia lætitia, q̃ ex
eius resurrectione perceperat, ei dixerit Dñs
Noli me tangere, nondum.n. ascendi ad pa-
trẽ meum, quasi diceret. Ne me retineas ò
Magdalene, quia me oportet hæc, nũc cũ so
1 licitudine operari. In quo significare uoluit
unũ ex euidentiorib. signis, ꝙ hõ ad diuinã
gratiam surrexit, est; oĩbus occurrere, oẽs
consolari, omnibusq; diligẽtissimè, ac feruẽ
1.Co.15 tissimè Dñi resurrectionis mysteriũ uos ad
hanc sedulitatem inuitat. Et sic B. Paulus,
postq̃ maximis, & euidẽtissimis rõnib. hunc
articulum cõprobaret, statim fideles oẽs ad
diligentissimã uirtutum exercitationem in
uitat dicens. Itaque fratres stabiles estote a-
bundantes in omni opere Dñi: scientes ꝙ la
bor uester nõ est inanis in Domino, i. ne vos
breuissimæ uitæ labor deterreat, qui æternis
præmijs postea renunciandus est.

Oculi eorum tenebantur, &c. Non est ne-
cesse miracula multiplicare in hoc opere,
qđ eis apparebat, nec eum agnoscebant, sed
9 ut acutissime dicit gloriosus doctor Bona-
D.Bo. super Luc. c.24. uentura super hũc locum. Notitiam abstra
ctiuam, quam de eo habebãt, sustulit ab eis.
Et sola notitia intuitiua non poterant eum
cognoscere. Etenim si quẽ cognoscimus, est
quia de eo notitiã abstractiuã habemus. Et
nimis mirãdum est quod Magdalenæ hortu
lanus, his aũt discipulis peregrinus uisus est
Dñs. Chamælæon est animal quod tot colo
res represẽtat, quot ei obijciuntur. Et Arist.
dicit, quod omne quod recipitur sicuti so-
Ari.2.de anima. lis radius uitri per qđ ꝑterit calorẽ recipit.
Et q̃a hi fide ꝑegrini erãt, idcirco se se dñs
eis peregrinũ repræsentauit, talem se eis o-
stendit, quale ipsi cor habebant. Videbitis
quosdam uiros sanctos, qui uix peccant ue-
10 nialiter, nunquam cessant se confiteri, & pec
cata sua lamentari, nouissimę rõnis diem in
memoriam reuocantes obstupescunt, inferni-
q; tormenta cogitantes toto corpore con
tremiscunt. Vt.n. ipsi iustum habent, cor ẽt
sese illis Deus iustissimum repræsentat, alij
autem sunt, qui grauissima passim peccata
committunt, nec mortis, iudicij, aut infer-
ni recordantur, nec tñ possibile esse se con-
demnandos credunt, cuius rei causa est q̃a
remissio, & immensurato cordi remissus ẽt
Deus repsentatur. O bone Deus quãtopere
te cordibus conformas. O maxime Camæ-
leon qui ex cordiũ colore colorẽ recipis. Et
idcirco his peregrinis peregrinus appares.

Et ait ad illos. *Qui sunt hi sermones, quos
confertis adinuicẽ inter uos?* O Christe Iesu
æterna patris sapientia, quare illos hoc inter-
rogas? Nunqđ q̃ illi loquãtur, ignoras? Etiã
scio (ait Dñs) sed gratissimũ mihi est quod
sępenumero q̃ illorũ cã passus sum repetãt.
Et sic totum hoc rñsum qđ illi reddiderunt,
q̃a loquebãt, *de Iesu Nazareno, etc. & quõ
tradiderunt eũ summi Sacerdotes in damna-
tionẽ mortis, & crucifixerunt eũ,* fuit clemen- 11
tissimo Iesu suauissimũ. Hoc etenim est ꝙ
a nobis exposcit, s. ut eius beneficia sæpenu-
mero repetamus, & hoc non ꝑꝑ suã quidem,
sed ꝑꝑ nostram vtilitatem, vt ei gratissimi
simus, illumq; ardentissimo amore diliga-
mus. Maximam minimorum beneficium q̃ Deu. 26
Hebręis fecit, recordationẽ ab illis postula-
bat. Præcipiebat.n. ut quotannis offerentur
primitię fructuũ terræ, atq. ut Hebręis illas
offerẽtes accepta bñficia recẽserẽt. Cũq; in-
traueris (inq̃t) in terrã q̃ Dñs daturus est tibi
possidendã, tolles de cunctis frugib. tuis pri
mitias, & pones in cartalo, ꝑgesq; ad locum
quẽ Dñs Deus tuus elegerit, ut ibi inuocetur
nomen eius, accedesq; ad Sacerdotẽ, q̃ fuerit 12
in diebus illis, & dices ad eũ, Profiteor hodie
corã Dño Deo tuo ꝙ ingressus sũ in terram
ꝑ qua iurauit Dñs patribus nostris, vt daret
eã nobis, & loq̃ris in cõspectu Dñi Dei tui.
Syrus ꝑsequebatur patrẽ meũ: (Syrus. i. La-
bã, q̃a erat Mesopotamia Syriæ, ideoq; dr
hic Syrus:) qui descẽdit in Ægyptum, & ibi
peregrinatus est in paucissimo numero, cre-
uitq; in gentẽ magnã, ac robustã, ac infinitę
multitudinis. Afflixeruntq; nos Ægiptij, &
clamauimus ad Dñm, qui exaudiuit nos de
Ægypto in manu forti, & brachio extento,
in signis, atq; portẽtis, & introduxit nos ad
locũ istũ, & tradidit nobis terrã lacte & mel
le manantẽ. Et idcirco nũc offero primitias 13
frugum terræ, q̃ Dñs Deus dedit mihi. Non
aiaduertitis fratres mei q̃ diligentẽ recorda
tionẽ exposceret Deus illorũ bñficiorũ, q̃ si
cum hoc cõferãtur, minima profecto sunt.
Notate igitur, ꝙ queadmodũ oĩa beneficia
nouæ legis prius in ueteri lege præfigũrata
sunt, sic ẽt uoluit, vt illorum gratitudo esset
quasi umbra quędam gratitudinis istorum.
Qñ Dñs ꝑcipiebat, ut oẽs primogeniti sibi Exo.11.
offerentur, ꝑ nece primogenitorũ Ægypti,
quid aliud significabat, nisi ut intelligere-

mus

mus nos quātū à nobis pro morte unigeniti filij sui esset periturus: cum pro illorum morte tm̄ postularet? Regis terræ ꝑ bn̄ficijs q̄ alijs conferunt, solū intendunt ministeria cōparare. Deus āt suis beneficij te gratum efficere conatur, ut sic ad alia maiora recipienda disponaris. O glorificatus sit talis Deus. Laudent te Dn̄e uniuersę cæli Hierarchiæ, q̄a tā opere delectaris in uilissimos terræ uermiculos conferendo beneficia, & alia beneficia uis, ut gratitudinis ianuā aperiat,
14 quò alia ualeant introire. Idcircò sancti viri
Esa. 26. quādo noua dona postulāt, uetera beneficia recensent. Ita Esaias ait: Dn̄e dabis pacē vobis, & statim reddit rationē, q̄a omnia (inquit) opera nostra operatus es ī nobis. Idcircò ad te (ait vir sanctus) confidenter accedimus, q̄a iā te liberalissimū exp̄ti sumus. Sic etiā sanctus Rex Ezechias postulās uitam à Dn̄e accepta beneficia refert dicēs. Obsecro Dn̄e uide quomodo ambulauerim corā te in ueritate, & in corde pfectò, & ꝙ rectū est, in oculis tuis fecerim. Quare ô rex sancte ministeria q̄ Deo exhibuisti, nūc ei allegas? Melius uideretur esse si miserias, paupertatéq; tuā illi reuelares: sicut faciunt pauperes
15 qui ut eos à q̄bus eleemosynā petunt, ad misericordiā cōmoueāt, vulnera sua, atque miserias eis patefaciunt. Ad hoc respondet B.
Gregor. Gregorius sanctū regē nō hic has uirtutes, quasi merita sua allegasse, sed ut Dei beneficia cuncta quippe bona, quæ facimus bene
Aug. super ps. 102. ficia sunt Dei. Et ita B. Augustinus explicās illud psalmi, q̄ coronat te in misericordia, & miserationibus, ait, nunquid nō corona bonis operibus datur? Sed q̄a ipsa bona opera ille in nobis operat̃, ideò dixit, q̄ coronat te in misericordia, & miserationib. q̄a nr̄a bona opera mīæ sunt Dei, ipse est. n. (ut ait A-
Phili. 2. Apostolus) qui operatur in nobis, & uelle, & pficere ꝑ bona sua uoluntate, idcirco hic bonus rex cum iā plurima beneficia accepis
16 set, lōgam uitā exposcit ad mīam eius prædicādā, & sic dicit, dn̄e saluum me fac. Idest p̄be mihi longiorē uitā, & psalmos nostros cantabimus cūctis diebus uitæ nostrę in domo Dn̄i: Perpēdite nūc ad q̄d uellet hic bonos rex longam uitā. O utinam ad hoc nūc tā nos desideraremus, nō uera ad Deum offēdēdū, atq; turpissimè uiuēdū. Ex tota hac cælesti doctrina sequit̃ q̄ necessariū sit ꝙ crebro de diuinis Dei beneficijs, loquamur, ea qui sæpissime ī memoriā reducamus, quo in diuino eius amore, inflāmemur, & grauissimi ei simus, ut sic ad alia plura, & maiora recipienda disponamur. Verum proh dolor? q̄tus defectus est in mundo circa hoc? Si pro nunc uos interrogarē, qui sunt hi sermones quos die noctuque confertis inter uos. Nūquid uere possetis respondere, de Iesu Nazareno? O miseros uos atque infelices homines, qui in tanta ingratitudinem deuenistis, ut uniuersi sermones, cogitationes desideria, ac deniq; actiones uestræ de terrestrib. ac caducis rebus sint, nec magis Dei, quā si essetis bruta animalia, recordamini. O Deus infinitæ maiestatis, tu per immensam clemen 17
tiam tuam obuia tanto malo.

Dicunt amplius hi discipuli: *Nos āt sperabamus, &c.* His uerbis infidelitatē suā ostenderunt, significātes se iā nō sperare. O hoīes increduli nondum dies tertius trāsactus est, in quo dn̄s se resurrecturū esse ꝑmisit, quare uerbo eius diffiditis? Notate sup hoc verbū. *Tertia Dies.* Quę nā fuerit causa quare dn̄s tertia potius, quā quarta die uoluerit resurgere. Ad hoc respondeo, adeo celebrē esse hūc numerū ternarium, ut nihil in uniuerso possit esse pfectū nisi trinitate numero pficiatur. Principiū q̄ppe, mediū, & finē debet res hēre, ut omnino p fecta dicat̃. vnde uniuersā mūdi pfectionē in trib. operib. consistere reperimus, q̄ trib. psonis sāctissimę Trinitatis 18
attributę sunt, quorū primū est creatio, quę patris omnipotētię, 2m redemptio, quæ filij sapiētiæ, tertium deniq; & ultimū, est iustificatio, quæ Spūs sācti amori, gratiæ, ac pietati attribuitur. Et q̄a hic numerus tātę est ex
cellentię uoluit Dominus tertia die resurgere, atq; ēt, ut eius mors uitę ipsius conformaretur. Cū Deus hoīum cōsummatā nequitiā, corruptionēq; ꝑspex isset, dixit. Pęnitet me fecisse eos. Et unus ex sensibus, q̄b. hæc uerba declarant̃ à nōnullis est, pænitet me, i. pęnitentiam me oportet facere pp homines Dn̄e ergo si pænitētiam facere debes, in tres partes diuiditur pænitentiā, qui homines agunt, contritionem, s. cōfessionem, & satisfa 19
ctionem, & faciens se Deus hominē totam uitam suam in his tribus reb. faciendis consumpsit, etsi dispari ratione atque homines facere consuescūt, cæteri nanq; hoīes suorūmet peccatorum habent dolorem, ac contritionem, sed Christus Redemptor noster ab instanti suæ conceptionis, quousque in cruce expirauit, ppter aliorum hoīum peccata immensam habuit tristitiā. Et sic dixit. Tristis est anima mea usq; ad mortem. Alij homines

Quando sartor forfices amisit, vt eas pqui-
Simile. rat pugno meosam percutit, & statim sonãt,
& sic apparet vbi sunt, sic pdicator reprehẽsio
nis ictũ facit, & statim apparet vbi est culpa,
q̃a statim culpatus strider, & cõqueritur. Cõ
querens in te est ergo peccatum. Ego q̃ppe ne
sciebã, in quo esset, qñ illud reprehendebã. &
siquidem in te strident forfices, in te sunt. O
fratres charissimi per clemẽtissimi dñi visce
ra vos rogo, vt cõsideretis charitatẽ, qua uo-
26 bis pdicatur, & reprehensio perhibetur, eam
que tanq̃ a Iesu Christi ore suscipite, q̃ si in
culpa estis, emẽdamini, sin minus Deum lau
date, qui per m̃iam suam uos manu tenuit.

Et incipiens à Moyse, & omnibus prophetis
interpretabantur illis, &c. Vnum locum tm̃
mõ eo, q̃ sit singularis, & excellens, hic decla
rabo, quem vnum ex præcipuis, quos eis dn̄s
Ose. 13. declarauit, fuisse existimo, qui est ille Oseę di
1. Cor. centis? Ero mors tua, ò mors: morsus tuus
15. ero inferne. Et sic dicit B. Paulus: Hũc ipsum
locum citãs: Tunc fiet sermo, q̃ scriptus est,
absorpta est mors in uictoria. Idest, in sacra
tissima resurrectione Dñi. Ibi.n. mors mor
tua remansit. Sed quæret aliq̃s, quõ mortua
27 fuit mors, siq̃dẽ & nunc sicut olim hoĩes oc
cidit? Ad hoc r̃ndeo aliquas res esse, quarum
vita, q̃a manifesta est nimis, ideo & earundẽ
mors est euidentissima, qualia sunt uniuersa
aĩantia, q̃ quia cum viuunt, apertè in morib.
& actionib. videtur viuere, & cum sunt mor
tua satis clarè mortua esse apparent. Aliæ
autẽ res sunt, quarum, quia uita est occulta,
mors & est occulta. Vita mellis est dulcedo
& qñ non est dulce, dicitis, hoc non est mel,
nec aliter cognosci põt nisi gustando illud.
Vita aceti est acor, quòd si non est acre, dici-
tis, hoc non est acetum. Vita aloes, idest, del
Azibar, est amaritudo, quod si non sit ama-
rum, dicitis, hoc nõ est aloe. Vita quidẽ mor
tis erat amaritudo, & insulsitas, quia erat ia-
28 nua inferni, quantumcunq;.n. iusti essent ho
Psal. 88. mines, vbi primũ moriebantur, in infernum
descendebãt, etsi ad diuersa loca, sicut exag-
gerat Dauid dicẽs, q̃s est hõ, q̃ viuit, & non
videbit mortem, eruet aĩam suam de manu
inferi? quasi dicat, nullus. Et hanc vitam, quę
erat hæc amaritudo ei ademit Christus R.
noster, efficiens, ut mors, quæ antea erat ia-
nua inferni, iam nunc iustis esset porta cęli.
Et quæ antea erat amarissima, iam nunc dul
cissima uideatur. Et hoc fuit mortem occide
1. Mac. re, De illo illustrissimo viro Eleazaro dici
6. tur, quòd adeo populum Israel diligebat, ut

cum ingentẽ Elephantẽ videret accedere ar-
bitras in eo venire regẽ maximo se periculo
obtulerit, vt liberarent populũ suum. Et de
dit se (ait sacra scriptura) vt liberaret populũ
suum, & cucurrit ad eã.s. bestiã, audacter. Et
iuit sub elephantum, & supposuit se ei, & oc-
cidit eum, q̃ cecidit in terrã super ipsum, &
mortuus est illic: Et sic vincens occubuit. Sic
nobilissimus dux Iesus Xp̃s, pspiciẽs maxi-
mã illã bestiã, q̃ est mors aduentare, quę oẽs 29
deuorabat, & p ea oẽs in infernum descende
bant, mori maluit, q̃ sinere hanc bestiam po
pulo suo damnari, itque, ut eam interficeret
eã cõplexus est, & qñ ab ea interfectus est, ip
sam ille diuinitatis suæ gladio interemit. Di
cit vlterius, morsus tuus ero inferne. Hæc di-
ctio, morsus, actiue, & passiue sumi potest.
Actiuè, significat infernum à filio Dei mor-
sum fuisse. O inferne (ait Dñs) ego te morsi
bus conficiã. Qui morsum affigit partem su Simile.
mit, & partem desinit. Habes pomum putre,
q̃ tamen partem aliq̃ habet sanam, affigis ei
morsum, & capis bonum, ac putre relinquis.
Infernus erat sicut pomũ putre pp̃ ingentẽ
pctõrum multitudinem, quę in eo erat, habe
bat tñ partem sanã, quæ erat cõgregatio fide 30
lium, q̃ in eo erant. Descendit igitur anima
sanctissima Saluatoris nostri Iesu Christi di
uinitate plena, & in infernũ morsum affixit,
assumens totum sanum, q̃ in eo erat, q̃ erãt
oẽs iusti, & totum corruptum qui sunt pctõ
res, reliquit. Vt melius hoc intelligatur, notã Simile.
dum est, quemadmodum in carcere diuersa
sunt domicilia, alia, s. viris nobilib. & hone-
stis, alia verò uilibus, & abiectis hominibus,
sic etiam in inferno, qui est delinquentium
carcer diuersa esse domicilia, & segregatio-
nes: non.n. oẽs pęnæ sunt æquales. Quemad Ioã. 14.
modum dixit dominus, in domo patris mei
mansiones multæ sunt, sic & in inferno man
siones multæ sunt. Vnde infertur, q̃ quãuis
quisquã se condemnandum esse certò sciret
non deberet malũ operari. Itaq; in illa parte
inferni, in q̃ detruduntur illi, qui in peccato 31
mortali actuali moriuntur, diuersitates sunt
pęnarum, & idcirco dicimus in illa esse di-
uersas separationes, & domicilia. Præter hãc
partem inferni alia est, in quam descendunt
infantes, q̃ absque baptismo cum peccato
originali moriunt. Qui illic descendunt hac
vna pęnã torquentur, q̃ Deum nõ uidebũt
in æternum, nec aliam pœnam habent. Ad
neutrã harum partium accessit aĩa Iesu Xp̃i
redemptoris nostri, nec eas momordit, tãto
enim

enim bono indignę fuerunt. Nam illic, vt dicit Iob vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Si autem illa sacratissima anima illic ingrederetur, iam non esset sempiternus horror. Aliud domicilium eorum qui in statu gratiæ moriũtur nec tamen integram peccatorum suorum satisfactionem fecerunt, ꝙ dr̄ purgatorium. Alia mansio erat ante sacratissimam dñi passionem, in quam descendebant omnes, qui nunc in cęlum ascendunt, & hæc dicebatur
32 sinus Abrahæ. In hęc duo loca ingressa est illa aĩa sanctissima, cuius introeuntis diuinitatem aspexerunt, qui in ijs morabãtur, & promissa sibi perfrui cœperunt. Itaque quamuis statim locum non mutarint, statim tñ illico commutarunt, statim.n beati manserũt sed non illic, vsq; ad diem tertium exierunt. O æternæ Deus, & quid sentirent illi patres cum in tanta obscuritate commorantes subito tantum bonum sibi aduenire conspexerunt? Hic igitur est morsus, quem hodie dominus ab inferno abstraxit, & sic hodie quatuor præstantissimis legionib. comitatus exiuit. Prima aĩarum, q̃ in sinu Abrahæ
Luc. 16. morabantur. Secunda, Angelorum, qui illas sanctas aĩas custodiebant ac consolabantur.
33 Abraham.n.dixit auaro: Tu cruciaris: Lazarus verò consolatur. Qđ si ille, atq; alij consolabantur, à quibus alijs, nisi ab Angelis poterant cõsolari? Si ergo Angelorum munus erat consolari eos, ꝙ illic morabantur, & hic sinus Abrahæ iam non est necesse, nec existit, ergo etiã Angeli, sicut sancti patres exie-
Simile. runt. Tertia legio erat aĩarum, q̃ in purgatorio commorabantur, quæ hodie oẽs per dominicæ passionis uirtutem exierunt. Nam si ad principis coronationẽ, aut ortum vincti, qui in carcere tenentur dimittuntur, maior ratio erat, quod in victoria, ac triũpho principis regum omnium terrę, atq; cęlorum imperatoris ij, qui in purgatorij carcere tenebantur liberi dimitterentur. Sic tenet Sera-
34 phicus B. Bonauentura. Et S. Gregorius sup
D. Bon. Euangelium, vna sabbathi, sic dicit, ꝙ ante
in 3. d. passionem dixit, in resurrectione dominus
22. q. 5. impleuit. Si exaltatus (inquit) fuero à terra,
Gregor. oĩa trahã ad meipsum. Oĩa etenim traxit, ꝙ
ho. 22. de electis suis apud inferos nihil reliquit, ij
Ioã. 12. autem, qui in purgatorio morabantur, electi eius erãt. Hoc etiam comprobatur: quia Beatus Petrus loquens de Christo domino
Acto. 2. nostro inquit, quem Deus suscitauit, salutis doloribus inferni. Quos dolores soluit? nunquid suos? Absit, nunquam enim in inferno dolorem habuit, nec eorum, qui erant in sinu Abrahæ, quia nec hi dolores habuerunt, nec damnatorum, qui erant in inferno, nam hi non exierunt. Verissimè igitur dicemus dolores, qui soluti sunt, fuisse eorum, qui in purgatorio morabantur. Et illic erant cum eis alia legio Angelorum, qui eos consolabantur, etenim in purgatorio nõ sunt dęmones, sed Angeli, nam ij. qui in purgatorio cruciantur filij sunt Dei. Nec uerò filios suos
Deus dęmonijs tradit, sed Angelis, qui eos 35
consolentur in pęnis quas patiuntur. Hi ẽt hodie sanctissimam illam animam comitãtes exierunt. Ecce quatuor legiones, quæ diuinum hunc dñm comitabantur. Dispares sunt hæ profectò, & diuersæ ab eis, quæ illum triduo ante comitabantur. Tunc eum videretis illis infernalibus hominib. comitatum, qui eum per uias Hierosolymæ blasphemabant, nunc autem innumera sanctorum, atq; angelorum multitudine circunseptus venit, cum ingenti maiestatis gloria. Hæc mutatio dexteræ excelsi. Ecce quã merito dicere potuit, morsus tuus ero inferne cum talem ab eo morsum abstraxerit. Si autem morsus passiuè accipiatur significat Iesum Christũ filium Dei fuisse morsum, quẽ 36
infernus, ad suum tamen malum, deuorauit.
Quando quis stomachum nimis repletum Simile.
habet, accipit pillulam quę facit eum omnia purgare etsi nolit. Stomachus diaboli est infernus, qui iustos illos retinebat, ueruntamen ingressus est Saluator in hunc stomachum tanquam pillula, & fecit eum omnia, quæ intus habet, expellere, omnia (inquam) scilicet iustos, reliqui enim in sacris literis dicuntur nihil, etsi potentiores sint mundi. vnde dicit Apostolus. Si charitatem non habuero, nihil sum quanto igitur minus erunt damnati, qui sunt in inferno? Hunc locum,
& alios plurimos eis dominus exposuit, ut 1. Cor.
credo. Et sic tandẽ cum illis comedens, sese 13.
eis reuelauit, & nimis consolatos illos reli- 37
quit. Vtinam diuina ipsius maiestas mentes nostras hoc modo clarificet, ut eum optimè cognoscamus, cognoscentesque diligamus, diligentesque in cœlesti gloria illo perfruamur. Amen.

FINIS.


QVARTA PARS QVADRAGESIMALIS,

IN QVA CONTINENTVR OMNES DOMINICÆ, QVÆ IN SACROSANTA Ecclesia solent decantari, a Dominica in Septuagesima usque ad Feriam secundam in Resurrectione Domini inclusiue, & quartæ, & sextæ feriæ quadragesimæ.

Dominica in Septuagesima.

Simile est regnum cælorum homini patrifamilias. *Matth.* 20.

Bernar.



Beatus Bernardus sermone quodã de hebdomada sancta dicit. Cũ diuina verba sint spiritus alimẽta, quẽadmodum materiales cibi sunt corporis sustentatio, sicut ea, quę comedimus, sunt in duplici differentia, alia.n. vbi primum lingua tanguntur, saporem emittũt, alia verò cõfracto cortice, quo operitur medulla, in qua inest sapor, suauitatẽ afferunt, quousq; aũt cortex iste auferat', q̃tumcunq; ore volutẽtur, semp tñ insipida videbuntur. Qđ videre est in pomo, & nũc, etenim pomũ, ut ore contingitur, saporem edit, nucẽ aũt prius oportet cõteri, nucleumque cortice denudari, & postea eius suauitas innotescit, sic ẽt diuinorum uerborum alia esse, quæ statim, vt audiuntur, dulciorẽ, ac suauitatem animæ afferunt, cuiusmodi sunt. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Alia uerò, quæ suauitatem hanc non gignunt, nisi prius exuãtur cortice, cui iucundissima medulla subest, quæ aĩam alit, & iucunditate rẽficit, quales sunt uniuersæ parabolę quas dominus prędicauit, quęq; in S. Euangelijs scriptæ sunt, quarũ unam hodie præstantissimam nobis S. Mater Ecclesia proponit, cuius conrticem diuino auxilio a nobis oportet infringi, nucleumque iucundę, ac cœlestis doctrinæ, qui sub eo latet offerri.

Luc. 6.

Simile est regnum cælorum, &c. Nusquam veteri testamento perimus dñm hanc rempublicam, quam habet in terra, cœlorum regnum appellasse, sicut hodie illud nuncupat, & rõ erat, q̃a ante ipsius aduẽtum princeps tenebrarũ in hoc sæculo dominabatur Deiq; principatũ tyrãnice vsurpabat. veniẽs aũt verbum diuinũ incarnatũ, ut principẽ tenebrarum ab hoc regno expelleret, sicut ipse dominus dixit, Nam princeps mundi huius eijcietur foras, liberam iam rempublicam istam ab illa tyrannica seruitute regnum cœlorum uocat, & sic illic subdit dicens: Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. Ex quo cognoscetis dilectissimi fratres, quanto meliores, & spiritaliores patribus illis ueteris legis esse debeamus, quandoquidem iam misera illa captiuitate redempti sumus, vt sicut spiritales, cęlestesque uiuamus. Hoc tanquam sufficientem rationem adducit B. Paulus vt nobis peccatum fugiendum esse persuadeat dicens; Peccatum vobis non dominetur, nõ enim estis sub lege, sed sub gratia. Et in hac parabola confert dominus Christianos operarijs a Patrefamilias ad laborandum in uinea conductis. Quod ut melius intelligatis, animaduertendum uobis est totam Philosophiam Christianam in duas partes esse diuisam. Altera est finis, altera verò media, ad finem consequendum. Finem autem esse charitatem docet B. Apostolus dicens: Finis præcepti charitas de corde puro, & cõscientia bona, & fide non ficta. Huc omnia legis

Ioan. 12.

Rom. 6.

1. Ti. 1.

legis præcepta,& consilia diriguntur, videli
cet, ut Deum, ac proximos diligamus. Nam
secundum Theologos vnus, & idem est ha-
bitus, ex quo hic duplex actus, quasi duplex
ramus ex vna stirpe procedit. Cumque ad
hunc finem consequendum complura requi
rantur, in hunc finem omnia ferè tendunt,
7 vt suijpsius amor effrenatus superetur. Effrę
natus (inquam) q a quandiu hic amor rõnis
diuinæq; legis terminis septus tenetur, non
est malus, sed bonus, proprium .n. sui amo-
rẽ Deus homini tribuit, ut suiipsius rõnem
haberet, vitæq; suæ custos existeret, qui si
hos terminos præterit, in plurimos mor-
bos spiritum inducit, nec in simul cum Dei
amore commorari potest. Et q̃q̃ Dei amor
ex natura sua dulcis est atque suauis, ea tñ
media, quibus hic amor impetratur, labo-
riosa esse consuescunt, sicut corporis ualetu
do dulcis & iucunda est hoĩbus, medicamẽ-
ta vero, quæ ad eam consequendam præpa-
rantur, plerunque amara esse solent, q a ad
charitatẽ adipiscendã necesse est (ut antea
diximus) nos cũ effrænato nostri amore de-
8 bellare cæterosq; omnes affectus, q ex hoc
proprio amore dimanant, ieiunijs, discipli-
nis, orõnibus, lachrymis, alijsq; q̃ plurimis
pœnalibus operibus ad hæc necessarijs op-
Gala. 5. pugnare. Idcircò D. Paulus ait; Qui Christi
sunt, carnẽ suã crucifixerunt cum uitijs, &
concupiscentijs. Quid autem difficilius, quã
hoĩem propriam carnẽ crucifigere? Etsi, ut
vera loquar, hæc pœnalia opera ijs sunt diffi
Orig. su ciliora, & laboriosiora, qui ea rarius exequũ
p Paul. tur. Et ita declarat Origenes uerba illa D.
Rom. 7. Pauli dicentis: velle adiacet mihi, perficere
autem non inuenio. Affirmans S. Apostolũ
hic loqui de hoĩe denuò iustificato, qui pe-
culiariter hẽt voluntatem, & deliberatio-
nem ad bonum, sed perficere nõ inuenit, q a
per habitũ cõtrariũ diu inueteratũ retrahi
tur ab exercitatione uirtutis, vel saltẽ maio
9 re cum labore illã operatur. Ideirco initijs
maxima patientia opus est, & efficaciter à
Deo subsidium postulari debet. Vir autem
iustus sanctis exercitationibus assuefactus,
non tantã molestiam in eis sentit, etsi satis
Sap. 9. magnũ laborem patitur, quia, ut sapiens di
Rom. 7. cit. corpus, q̃ corrumpitur, aggrauat aĩam.
Et hoc est q̃ B. Paulus dicebat ubi supra,
video aliam legem in membris meis repu-
gnãtem legi mentis meæ, atq; ideo magno
cũ dolore q̃rebatur inferius dicens: Infælix
hõ quis me liberabit de corpore mortis hu

ius? & rñdet dicens. Gratia Dei per Iesum
Christum Dñm nostrum. Itaq; tam qui ty-
rones sunt, q̃ eos, qui in virtute proficiunt,
gratiam à Deo patre per merita Iesu Chri-
sti filij eius diligenter oportet exposcere,
qua hæ pœnales exercitationes facilius perfe
rant, siquidem in eis oẽs labores inueniunt.
Cum igitur ita sit, q̃ Christiana uita hos labo-
res, ac difficultates secũ habet, meritò Chri-
stiani à Christo Redẽptore nostro operarij 10
nuncupantur, operarij (inquã) in vinea labo Ps. 101.
rantes, nullũ.n. prędium crebriorem exerci-
tationem, maioremq; diligentiam reqrit, q̃
uinea. Dies aũt, in quo dicit S. Euangeliũ
laborem hunc esse adhibendũ, est hoĩs uita:
sic eam uocauit Dauid; Dies eius tanq̃ flos
agri, sic efflorebit, non eam uocat plurimos
dies, sed vnum diẽ, & idcircò non dixit, efflo
rebunt, sed efflorebit. Plurimę extãt rõnes,
quare hoĩs uita diei comparatur, ex illis tñ
unicam assignabo, s. quia dies ad laborãdũ,
nox autem ad quiescendum fuit instituta,
etsi nunc uiceuersa fit. Aduertite igitur diẽ,
q est vita ad laborandum, atq; merendum
fuisse factũ nõ aũt vt in uanitatib. cõsuma-
tur. Nox verò instituta fuit, ut in ea ijs per 11
fruamini, quæ in die pro meriti fuistis. Ideò
dñs futuram uitam noctem uocauit, dicens
veniet nox, qñ nemo poterit operari. Et sic
dicit D. Paulus: Oẽs uos manifestari opor- Ioan. 9.
tet ante tribunal Christi, ut referat unus- 2. Co. 5.
quisque propria corporis prout gessit, siuẽ
bonũ, siue malũ. Diligenter pensate quõ di-
cit. Propria corporis, ut significet hominẽ
mereri, aut demereri posse quandiu aĩa in
corpore perseuerat, nõ aũt postea. O si hæc
uerba in mentib. nostris semp impressa de
ferremus, quam aliter, ac uiuimus, uiuere-
mus? Hæc dies incipit ab hora prima, hoc
est, ex quo hõ ratione incipit uti, & sic hora
prima est pueritia, vsque ad quindecim an-
nos paulò magis, minus ve. Hora tertia cũ
Sol iam calidior apparet est adolescentia, a 12
decimoquinto vsq; ad uicesimũquintum an
nũ. Hora sexta est meridies, cũ Sol in totò
uigore persistit. Hæc est a uicesimoquinto
vsq. ad quadragesimũ annum, quæ est ætas
uirilis, & tunc est clarior, ac perspicacior ho
minis intellectus, tunc maiores, atque robu
stiores sunt uires, tunc ardentioribus tenta-
tionib. contorquetur, tunc deniq; urgentio
ribus concupiscentiæ flãmis aduritur. Hoc Psa. 15.
est periculosius tps. Ideò, Dauid dicebat:
Ab altitudine diei timebo: ego verò in te
spe-

sperabo. Altitudinem diei virilem appellat ætaté. Et de hac potest intelligi, quod paulo anteà dixerat. Miserere mei Deus, qm̃ cõculcauit me homo.i.hæc uirilis ætas. Hora nona est cùm iam sol ad occasum appropinquat, hoc est, a quadragesimoquinto usque ad septuagesimum annum. Hora autem vndecima est à septuagesimo, usque ad finem, cum iam vix vna vitæ hora superest. In oīb.
13 his horis uocat Deus homines ad sui mysteriũ, ꝙ si quis quærat, cur dñs illos oēs manè simul non conduxerit. Ad hoc respondeo Deum oēs singulis horis accersire, Quia aũt quidam infantia, alij in iuuentute, alij in uirili ætate, alij verò in senectute Dei vocibus respondent: ideito hæc temporũ diuersitas hic assignatur. Videbitis quosdam pueros q̃ vbi primum ad rationis vsum perueniunt, statim affectuosissimè, atque feruentissimè Deo seruire incipiunt. Hi sunt, qui præstantissimi Dei serui esse, illiusq́; honorem totis
1.Re.17 uiribus, totoq́; conatu defendere, præclarasq; spiritualib. hostibus victorias reportare consuescunt. Cùm Dauid in conspectu Saulis appareret, adolescentulus ad huc existens, di
14 xit ei. Ego seruus tuus uadam, & pugnabo aduersus Philistæum. Dicentique illi regi: non vales resistere Philistæo isti, quia puer es dixit Dauid. Pascebat seruus tuus gregem, & veniebat leo, uel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis, & persequebar eos, & percutiebam, &c. Nam & leonem, & vrsum interfeci ego seruus tuus. Erit igitur Philistæus iste incircuncisus quasi vnus ex eis? Sic est uerũ fratres, ꝙ qui à tenera ætate tentationib. resistere, vitiaq́; a se expellere consueuit, facilepostea gigantum capita amputare, alijsq́; grauioribus peccatis poterit repugnare, atq; ab eis uictoriam reportare. Ad hoc bonorum parentũ sapiens diligentia multum cõducit qui tales status curant vt filij sui eligant, in quibus Deo seruiunt, nec inordinate, & sine
15 viuendi rõne procedant Referens sacra Scriptura Cain, & Abelis ortum, & exercitationes, quib. intendebant, incepit ab Abel, & si minor erat ætate dicẽs; fuit aũt Abel pastor
Gene.4. ouiũ, & Cain Agricola, significans in hoc bonos, licet ætate sint posteriores, in ordinãda tñ uita, certaq; viuẽdi rõne suscipienda esse priores, ut aliquibus exercitationibus intendentes occasionem non habeant effundendi se per uitia. Prophetas Esaias de tempore le
Esa. 35. gis gratiæ dixit. Erit tibi semita, & via sãcta vocabitur. Via ampla est sæcularium uita, semita uerò arcta est religiosorum virorum viuendi ratio, quia ad plura facienda tenetur. Maximum verò malum est, in tpe legis gratiæ, ubi hæc duplex viuendi ratio suppetit, nonnullos esse Christianos, qui neutram velint apprehendere. Nullique statui velint acquiescere, hi profectò in maximo condemnation s periculo versantur. Quapropter fratres charissimi diligẽter curate, filios vestros ab infamia diuinum amorem, & ministeriũ 16
erudire, vt in vtro horũ duorũ statuũ, quos Ecclesia cõprobauit, Deo deseruiant. Alij in iuuẽtute diuinis vocationibus rñdent; etsi: Exo.24
quæ nostra est miseria, satis pauci sunt. Cum Deos præcepit Moysi, ut montẽ ascenderet, quò cũ eo magni ponderis, ac momẽti negotia tractaret, qñ Moyses descendit à monte Aram ex duodecim lapidibus, siue (ut alij legunt) ex duodecim cõionis erexit, ut significaret, Deum vniuersas duodecim tribus sub sua protectione recepisse, nullamque repulisse, diciturq́; ibidẽ. Misit iuuenes de filijs Israel, & obtulerũt holocausta, immolarũtq. uictimas pacificas dño uitulos duodecim. Nota te per charitatem qũo Moyses ad iucũdũ illud Deo sacrificiũ offerendum de singulis 17
tribubus singulos adolescentes elegit. Etenim nondum viri vix tribu Leui ad Sacerdotiũ fuerãt electi, sed adhuc primogeniti sacerdotij munere fungebantur. Elegit aũt iuuenes tanq̃ puriores, atq; innocentiores, ut ꝑ eorũ manus oblatũ sacrificium grauius ẽt dño. In hac aũt calamitosa tẽpestate q̃ pari, ac mundi sint iuuenes, apertè uidetis. Obstupenda est vtiq; iuuenum dissolutio, atque deprauatio in oībus statibus. Alij sunt qui in extrema ætate Dei vocationibus rñdent, ꝙ quidẽ satis miserabile est, uidelicet hoīes ad se conuertendos illud tps expectare, cùm iã 18
in uirtutis, ac perfectionis fastigio esse deberent. Postquam nonaginta, & nouẽ annorũ Gen.17.
cœperat esse Abraham, apparuit ei dñs, dixitque ad eũ. Ego dñs omnipotens, ambula coram me, & esto perfectus, ambula corã me, .i.ſm volũtatẽ meam viue, vel viue quasi si me præsentem uideres, & esto perfectus, i. esto fidelis, simplex, & rectus. Mirabile est, cũ anteà dominus toties Abrahæ apparuisset, & ei locutus fuisset, plurimaque, ac maxima promisisse, nec non, & mul a beneficia contulisset, nunquã tamen illi tale præcepit, nec ei dixit: Esto perfectus, postquam autem senuit Abraham præcepit ei dominus, ut sit perfectus, ut cognoscatis perfectionem in

senib. esse oportere. Qñ ætate prouectus erat, & sæpenumero cũ Deo fuerat locutus, tunc dicit ei. Esto perfectus. Ex ijs. n. speranda est perfectio, nec verò velle debemus, vt iuuenes sanctitate scaturiant, nec mirandum vobis est si in seruo Dei imperfectiones aliquas animaduertatis, siquidẽ Abrahæ postq̃ senex erat, dixit Deus. Esto pfectus. Ex quo apparet, etsi antea bonus erat, non tñ fuisse perfectum. Quanquam igitur expectare hac ætatem, vt ea cõuertatur, in qua Abrahæ iu-
18 betur esse perfectum miserabile, magnæque temeritatis est, mirumq; erit eũ scire cõuertu, cum iam natura corruptissimis moribus deprauata sit. Notandum est ẽt denariũ diurnum, quod primis operarijs promisit, cælestem esse beatitudinem, quæ in Dei uisione, ac fruitione consistit, quæ sic appellatur, q̃a
Gen. 15. est merces obseruationis decem præceptorũ Et sic dixit Deus Abrahæ. Ero merces tua magna nimis. Nunquam Deus satis dignam mercedem iustis reddit, nisi qñ semetipsum eis præbet præsupposita ipsius promissione unum bonũ opus ex ijs, quæ iustus facit, nõ potest mundus persoluere. Pretiosius est vnũ iusti suspirium pp Deum editum, quam vniuersus terrarum orbis. O infinitam Dei probitatem? Beati, qui tam bono dño seruiunt,
19 qui ministeria sibi exhibita tam abundãter nouit persoluere. O miseri peccatores, qui in mundi seruitute plurimis laboribus insudatis, postea verò totius præmij expertes, inanesque bonorum vos experiemini. Quæ cũ ita sint fratres charissimi, in huius clementissimi patrisfamilias uinea laborate, siquidem ministeria tam liberaliter persoluit.

Hoc aũt magis admiradum est, q̃ exiens hora tertia alijs dixit. *Ite & uos in uineam, & quod iustũ fuerit, dabo uobis.* Et certũ est illũ eundẽ denariũ diurnum eis promisisse;
20 siquidem illum (ut apparuit in tempore persoluendę mercedis) eis persoluit. Quõ igitur fieri potest q̃ respectu meritorum terrestris cuiusdam vermiculi hoc præmium iustum appellet? Iustum dr̃, quod nec deest, nec superest. Sicuti calceus dr̃ iustus, cum pedi undique coaptatur. Quod si ita se habet, quõ eũ gloria nobis maximè excellat, meritis nostris iusta vocatur? Exaggerans S. Propheta
Esa. 1. Esaias, q̃ parum homo p se ualeat efficere dicit. Nunquid gloriabitur securis contra eũ, qui secat in ea, aut exaltabitur serra contra eum a quo trahitur? O admirabilem metaphoram, in qua o homo securi, & serræ comparaseris, quæ sunt instrumenta, quibus artifex opera sua perficit. Nam quanuis opera tua p̃stantissima sint, Dei potius quam tua sunt opera Tu. n. es instrumẽtum, quo Deus operatur. Arbitrium tuum cum Deo cõcurrit, & sic operatur, quia Deus voluntatem tuam excitat, atq; trahit, illamque adiuuat; sicuti artifex serram, aut securim commouet. Ideo D. Augustinus dicit. Deus sua dona coronat in nobis. Vnde sponsa ostendit Psal. 10.
opera sua bona Dei potius esse quam sua di Cant. 4.
cens. Veniat dilectus meus in hortum suum 21
vt comedat fructum pomorũ suorum: Hortus Christi est anima iusti, fructus autẽ sunt bona opera, quæ dicit sponsa esse sponsi, & sicut talia ei offert, eumque ad illa comedenda inuitat. Vt uideatis quam parum de quo gloriemur, habemus. Cum igitur cælestis beatitudo tam ineffabile bonum sit, in quo Deus adeo animæ communicatur, vt secundum nonnullorum Theologorum sententiam, quodammodo fiat forma nostri intellectus (quod dicunt per exaggerationem) quomodo fieri potest hoc meritis nostris iustum esse? nec illa ab eo immensa magnitudine superari? Dico hoc iustum appel- Simile.
lari, quia Deus illud iustum efficit. Habes chirothecas quæ manibus tuis non sunt iustæ, sed odorifera quadam, ac suaui unctio- 22
ne illas perungis, & sic extenduntur, & iustę efficiuntur. Sic etiam Deus efficit, ut opera nostra cum gloria sua iusta sint, gratiæ suæ vnctione illa perungens. Pro quo est notandum duplicem esse iustitiam, alteram æquitatis, cum ex vtraque parte res sunt ęquales, uerbi gratia. Offers regi pretiosam margaritam, pro qua uiginti millia Simile.
aureorum tibi reddi iubet, quia tanta æstimata fuit. Tunc donum vtrinque par est. Hæc est iustitia æquitatis, & hoc modo con- 25
siderata qualitate personæ, Christi Redemptoris nostri, quæ est diuina, & infiniti ualoris, dicere possimus illum nobis omnibus Psal. 70.
ex æquitatis iustitia gloriam meruisse. Quocirca ei dicere possumus cum Dauid. Domine memorabor iustitiæ tuę solius, quia ista iustitia in solo Christo inuenta est, in quo merita mercedis magnitudinem superarũt. Altera est iustitia per conuenientiã, & quod statuitur, & conuenitur, dummodo rationi dissentaneum non sit, oportet obseruari. Iubet rex edicto publico declarari se illi, qui in publico hastarum certamine tres hastas confregerit, pręstantissimum commen- Simile.
datum

datum esse daturum. Confregit illas eques
quidam, iustum est, ꝙ commedato donetur
pp pactum, quod fuerat percussum. Et hoc
modo iustitiæ meretur seruus, & amicus
Mat.19 Dei gloriam pp pactum, & promissionem,
quam Deus in Euangelio suo fecit dicens: si
uis ad uitam ingredi, serua mandata.
¶ *Cum sero factum esset dicit Dominus uineæ*
procuratori suo: Voca operarios, &c. Procura-
tor est Christus Iesus quatenus homo. Qua
tenus Deus uocat, & dat gloriam, sed eius di
stributionē æternus Pater, ei quatenus homi
24 ni commisit. Notādum aūt illum dicere: uo
ca operarios, non dicit, ut uocet & otiosos,
& enim hi potius eijcientur, & ipsis cœli ia-
nuæ claudentur: sicut accidit uirginibus fa
tuis, q̄ otiosæ dormierunt: eisq; dicetur; Ite
maledicti. Operarios autem accersiet, dicēs:
Mat.25 Venite benedicti Patris mei. Quid ad hoc
respondebunt otiosi, quique totam uitā ua-
ne cōsumunt, rem tam pretiosam sicut tem
pus, amittentes? nec uero solum rem aliquā
utilem non facientes, sed ea, quæ Dominus
in eis fecit, comminuentes, atque destruen-
tes; ingenium enim valetudinem, & uires,
quas eis Dominus concessit, culpis, quæ pas
sim committunt, destruūt, atque deperdūt.
Dicite fratres, si illi, quos Dominus hora un
decima in foro reperit otiosos, ijdem essent,
25 quos primo mane inuenit, sicq; eosdem hora
tertia, sexta, & nona repererit otiosos, quid
diceret? q̄ aspera reprehēsione illos corripe-
ret? Quid igitur d̄ te dicet, quē primo mane
uocauit, posteaq; tot inspirationibus, & con
cionib. toties accersiuit, & tn̄ otiosum te es-
se perspicit, totam uitæ tps in turpitudinib.
sensualitatibusq; consumentem, & nihilomi
nus præmium sperantem? O quantopere fal
leris? Aliqui uero sunt otiosi, qui in tam ma
lis rebus nō occupātur, quos si reprehendis,
statim dicunt: Pater non sumus oblectandi?
nō sumus loquuturi, & deambulaturi? peius
quidem esset, si alijs peioribus exercitationi
bus intenderemus: ac si eos in malum faciē-
26 dum Dn̄s creasset. Non dico ego, q̄d utrum
faciatis: non enim sequitur, quod si parū ma
lum non feceritis, idcirco magnum facturi
estis, imo potius paruum fieri, est uia ad fa
ciendum magnum & otium istud uniuersas
animæ uirtutes euertit, atque oīa uitiorū ge
nera causantur. Hæc fuit una ex causis euer
sionis illum maledictarū urbium Sodomæ
& Gomorrę, aliarumque uicinarum ciuita-
Gen.19 tum. Hoc est quod recumbentium in fine

eius crines abscindit. Et eo ꝙ tam malum
sit otium, in nullo statu voluit Dominus hō Iudi.16
minē esse otiosum. De Adam dicitur. Et po Gene.1.
suit eū in paradiso voluptatis, vt operaretur
& custodiret illum: etsi opus facile, ac sine la
bore futurū erat. Perpēdite qūo prius dicit,
ut operaretur: postea uero custodiret illum.
in quo significatum est, si paradisum nolu-
mus amittere, maxime necessarium nobis
esset operari. Ex priori posterius sequitur:
hoc ē, ex operādo seq̃tur paradisū custodiri
nec amitti. Hinc oportet diuites singulare 27
consilium sumere, siquidem Deus præcepit
diuiti Adæ, ut operaretur, nec uero illum la
borare iussit. Etenim etsi illis, quia diuites
sunt, non est necesse laborare, saltem maxi-
mi eorum interest probis exercitationibus
intendere, quamuis sint faciles, ut otium fu-
giant. Postquam autem Adam in pauperta-
tem deuenit, illū dominus laborare iussit di
cens; In sudore vultus tui vesceris pane tuo.
Ecce Deus declarat q̄d inter pauperes, & di
uites debeat interesse. Etenim diuites opera,
ri, pauperes vero oportet laborare: non .n.
ideo te Deus pauperem facit, vt negligentē
te prębeas; sed vt te ad laborandum commo
ueat, atque vt labores istos diuinę ipsius ma
iestati offerens magnam pro eis coronā me-
rearis. O quam merito posset hic reprehen-
di maximū otium, atque ignauia plurimo- 28
rum pauperum, qui sani, atque ad laborādū
dispositi sunt, & ab infirmis, qui nequeūt la
borare eleemosynas auferunt. Hic etiā plu
rimorū diuitū error detegitur, qui postquā
plurima bona compararunt, nihil aliud sibi
faciendū superesse credunt, nisi requiescere,
& uoluptatibus perfrui: sicut arbitrabatur,
diues ille, de quo fit mentio, q̄ dicebat: Ani Luc.12.
ma mea habes multa bona reposita ī annos
plurimos, requiesce, comede, bibe, & epula-
re. Arbitrabatur vtique nihil sibi in reliquo
uitæ tp̄e faciendum superesse: & sic uolebat,
ut omnia bona sua otio deseruirent. Sic di-
xit Alexāder Magnus, postq̄ uniuersum mū
dum sub ditione sua subiecit: Nescio quid 29
in reliquo uitę meæ tp̄e mihi faciendū, q̄do
nulla iam superest urbs, quā non oppugna-
uerim, potestatique meę submiserim Cūque
semel hæc uerba coram Octauiano Impera
tore referrentur, dixit militibus suis: Alexan-
der non nouit, quænam esset purissima Im-
perij gloria, non enim est illud acquiri, sed
gubernari. O mirificum sententiam? Hanc
debetis oēs diuites animaduertere, vt om-

ne a uobis otium expellatis, intelligentes, si
plurimum laboris in diuitijs comparandis
adhibuistis, plura uobis faciēda remanere, s.
illas moderari, eisque ad Dei beneplacitum
& proximi utilitate uti.
Voca operarios, & redde illis mercedem.
O suauissimū uerbum, Beati operarij, qui ta
lę merebuntur audire. Etiam diabolus ope-
rarios conducit: sed uice uersa se cum illis
habet. Et enim ī uinea domini potius opera
30 rij laborāt, & postea merces eis persoluitur.
In uinea aūt Sathanæ prius merces redditur
& postea laborant. Merces illis in hoc sæcu-
lo in deauratis monetis persoluitur, quæ au-
rum apparent, cū tamen non sint. Oēs uolu
ptates, honoresque humani aurum apparēt
Au. ser. & tñ non aurum quidem, sed æs uilissimum
quodā. sunt, Ita B. Augustinus: Surgat uenerabilis
Simile. Pater Adam cum omnib. filijs suis, & uno
ore loquantur, utrum in hac uita gaudium
habuerint sine dolore O Sathana, qui hoīes
deceptos, & ueneficiis incātatos trahis. Sunt
peccatores sicuti, qui pecunias usuris mu
tuatas suscipiunt, qui ut paruam quandam
pecuniæ quātitatem statim recipiant, in du
plum illam postea persoluunt. Quando illā
inuectura receperunt, illa fruiti sunt, & sine
solutionis cura eam consumpserunt. Cum
31 autem persoluēdi tps obrepit, tunc in carce
rem detruduntur, ubi plurimos perferūt la-
bores, & miseræ atque infæliciter moriūtur.
In auro comederunt, in ferro interierunt, ò
Sathana, qui uecturam statuisti monetasq;
in principio, hoc est, uoluptates, honoresque
sæculares largiris, quæ filii huius sæculi reci
piunt, non recordātes se aliquando illa so-
luturos esse, cū aūt mortis tps aduēiat, tūc
amaritudo, & labor incipit nullo unquam
Hiero. tpe finiendus. Ideo B. Hierony. ait. Diffici-
le, imo impossibile est, ut præsentibus, & fu-
turis quis fruatur bonis, ut de deliciis ad de-
licias transeat. Et quid indigemus alio te-
stimonio? loquatur ipsa ueritas: Væ uobis di
uitibus, qui nunc habetis consolationem
Luc. 6. uestram. Væ vobis qui saturati estis, quia
32 esurietis, &c. Et uę damnationem ęternam
D. Hier. significat, ut dicit D. Hieroy. O quam me-
in prou. tuendum est hoc dictus, atque etiam auditu
c. 23. quō homines hoc intelligētes toto corpore
non cōtremiscunt? Idcirco dixi ego, Satha-
nam operarios suos deceptos, ueneficiisque
incantatores trahere. In uinea Dñi operarii
in hoc sæculo laborant, postea uero illos iu-
bet accersiri, eisque mercedem imperat sol-
ui: talem autem mercedem, quam cum Bea-
tus Paulus uellet explicare, cū magna exag- 1. Cor. 2
geratione dixit; Nec oculus uidit, nec auris
audiuit, neque in cor hoīs ascendit, quæ præ
parauit Deus diligentibus se. Hęc omnia sa
tis aperte figurata sunt iis, quę fecit Iacob,
qui cum Ephraim ad sinistram eius, Manas-
ses autem adstaret ad dexteram, commuta- Gen. 48
uit manus, ut dextra super Ephraim, & sini-
stra super Manassen caderet. Manasses, idest
obliuiosus peccatorem repræsentat. Hic nec
sui ipsius, nec Dei, nec mortis, nec inferni re
cordatur, & cum hac obliuione ex hoc sæ- 33
culo ad aliud emigrat, ubi assiduis cruciati-
bus ei peccata sua in memoriam reuocātur,
hic in hoc sæculo temporalibus bonis per-
fruens ad dexteram stat. Ephraim autem, i.
accrescens, significat iustum, quia semper in
uirtutibus accrescit. Et hic in hoc mūdo ad
sinistram in laboribus constitutus est, atque
apud mundum paruus æstimatur. In morte
autem Deus, manus commutabit, fortesque
transuertet, ut ij, qui hic non laborarunt: il-
lic perpetuis laboribus affligantur, qui au-
tem hic bonis operibus intenderunt illic si-
ne fine requiescant. Quod cum ita sit dile-
ctissimi fratres, in hoc sæculo omni uirtu-
tum generi, piisque operibus diligentissime
operam date. Animaduertite quomodo ope
rarii in uinea sedula quadam ęmulatione in 34
sudant, alios semper præcedere curantes, &
unusquisque instanter elaborat, ne a tergo
remaneant. Hæc autem oīa faciunt propter
dragmam, quā in fine diei percepturi sunt.
O maximam hominum rationis participū
cōfusionem, & ignominiam? quod operarii
materialis uineæ pro tam uili pretio tanto-
pere fatigentur, nos autem ut gloriæ æter-
nitatem adipiscamur, simili saltem labore
non uigilemus? Ego uos deprecor fratres
charissimi per Iesum Christum crucifixum,
& per sacrosanctum baptisma, quod acce pi-
stis, ut in plurimos seruos Dei oculos conii-
ciatis, qui tanquam fideles serui, & operarii
in eius ministerio maxime proficiunt & san
ctam quadam æmulatione illos curetis adæ 35
quare, atque etiam excellere, quo ex nume-
ro illorum sitis, qui ad mercedem recipien-
dam conuocantur.

Maxime autem notandum est, patrem fa
milias procuratori suo dixisse: *Redde illis
mercedem, incipiens a nouissimis usque ad pri
mos.* Et hinc postea Dñs concludit, dicens:
Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi.
O Chri-

O Christe totius iustitiæ, & æquitati magister, quo tale dicis Dñe? uideris iuxta mundi consuetud.nem facere, etenim mundus magis laborantibus minorem mercedem persoluit. Magis laborat agricola qui à mane usque ad noctem nè una quidem hora quiescit, & tamen uix se pane potest alere, quam nobiles & mercatores, qui minimo
36 labore manimam habent rerum omnium abundantiam. Sic etiam in statu Ecclesiastico videbitis aliquos, qui de redditibus Ecclesiasticis tria uel quatuor millia aureorum quot annis accipiũt, nec tamen in templum bis aut ter in toto anno ingrediuntur. Miser autem & pauperculus capellanus, qui vix vnam habet draginam nulli horæ diuinæ neq; nocturnæ deest. Tu domine eodem stylum videris obseruate, siquidem dicis: primos nouissimos esse futuros, & ècontra. Nihil horum voluit hic dominus dicere Voluit ãt nos dicere se quãdo ijs mercedem persoluit, qui in sui ministerio laborant, nõ tam tp̃s, quam animum, quo laboratur, con
Simile. siderare. Quemadmodum in hoĩe est cor-
37 pus, & anima melior aũt est anima interior: sic etiam in bene operando est interius & exterius, interius autem intentionis, affectionis, & feruoris respicit Deus potius quã exterius tp̃is, aut laboris. Itaque apud Deum non præcedit qui prius incipit, sed qui studiosius, atque feruentius laborat, & sic cum maxima diligentia, atque deuotione parum temporis recompensat. Vt autem uera loquar, solus Deus potest aquam in proprio fonte colligere, defluit riuulus aquæ, tu ve
Simile. rò qui es nimis exortens, non uis aquam in riuulo colligere, sed ad fontem usque progrederis, & ex illo aquam hauris. Sic Deus opera colligit in proprio fonte, unde dimanant, quod est cor, & sic illa æstimat, atque
38 remunerat, quale est cur, vnde procedunt.
Psal. 71. Ideò eum appellat Dauid dicens: Deus cordis mei, significans in hoc terrestres dominos non cordis quidem, sed corporalium eorum, & miñisterioum dominari uelle, & secundum tempus, ꝙ in eorum seruitute cõsumitis, ac iuxta exteriorem apparentiam, qua eis ministratis, ita ministeria recompensant. Hi aquam ex riuulo hauriũ: Deus autẽ cum sit cordium Deus, ac dominus, in dis potius q̃ in exteriori apparentia aquam colligit. Vnde plus habet apud Deũ una hora ministerij diuinæ ipsius maiestati exhibiti cum spiritus feruore, feruentissimoque amore præstiti, quã plurimæ horæ seruitutis cum frigiditate, ac relaxatione amoris exhibitæ. Hanc ipsam liberalitatem nobis ostendit, cum adolescenti desideranti se esse perfectum pretium perfectionis explicuit, non enim eum interrogauit, vtrum plurimas haberet diuitias, quas pro perfectione persolueret, sed præcipit ei, ut quicquid habe- Mat. 19
ret, pauperibus erogaret. Ostendens in hoc 39
cælum, nec paruo, nec magno prætio emi, perfectionemque solo amore, ac uoluntate, qua tpale bonum datur, aut relinquitur, bonumque opus efficitur comparari. Non mõ dicæ quidem consolationis est hæc cælestis doctrina illis, qui ad laborem, atque Dei ministerium serò accedunt, siquidem ex ipsius ueritatis ore certò sciunt, si diligenter, atque studiose uoluerint operari, possibile esse illos tantum promereri, quantum alij, qui minori feruore, charitate, atq; diligentia multò tempore domino seruierunt.

Murmuratio horum operariorum significat admiratioñe, qua beati admirabuntur maximam Dei liberalitatem animaduertẽs, Luc. 15.
qua plurimos, qui modicò uitæ suæ tpe la- 40
borarunt, q̃a iam in fine uitæ conuersi sunt, qualis fuit sanctus ille latro, q in cruce conuersus fuit, præstantissimis præmijs afficiet. Et ideo rñdit paterfamilias, q operariorum solutioni præerat. (Non. n. erat sicut dñi huius tempestatis, qui diligentissimè sibi ministrari volunt. Mercedis autem solutionem œconomico committunt, qui aliquam illius partem adimet) vni eorum, & quare non omnibus rñdit, siquidem omnes murmurabãt? Agit Deus uobiscum rẽ saluationis nostræ acsi cũ uno illã tractaret, & sic unusquisque diuina uerba sic debet accipere, quasi sibi soli dicerentur. Nos autem uiceuersa facimus, nullus utique illa sibi dici vult considerare.
Sicuti Dauid non de se, sed de alio dici pa- 41 2. R. 12
rabolam Nathan arbitratus est, & sic illum condẽnauit, dixit: *Amice non facio tibi iniuriam*, iam. n quod promiseram tibi reddi. *Volo autem huic nouissimo dare sicut & tibi.* Volo cum eo libralitatem meam oñdere, nõ tã considerans tp̃s, in qua mihi seruiuit, quã aĩ feruorem, & charitatem, qua seruiuit. Benedictus talis Deus, & beati serui, & operarij eius, siquidem ministerium vnius horæ cum diuina ipsius gratia factum, tãto p̃mio persoluit, quæ est gloria, quam utiq; mercedem post huius uitæ labores Deus optimus maximus reddere non dedignetur. Amen.

Dominica in Sexagesima.

Cum turba plurima cōuenirēt,& de ci uitatibus pperarēt ad Iesum. Luc. 8.

SAnctus Propheta Isaias loquens de lege grę dicit. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit: uitulus, &
1 leo, & ouis simul morabuntur. Hæc tam contraria aīalia dicit S. Propheta in unū esse cōmoratura. Huiusq; concordiæ rōnem assignans dicit: quia repleta est terra sciā dni: significans hūc esse diuinæ pdicationis effectū, ut oēs magni, & paruuli, diuites & pauperes, sapientes, & simplices in una cōformitate, atq; amore in Dei seruitute uiuamus. Hoc repsentabat in eo, q hoīes ex tot, tamq; diuersis ciuitatibus ad cælestem Dñi doctrinam audiendam in simul conuenirēt. Qui maximā hoīum multitudinem uidens, dixit per similitudinem. *Exijt qui seminat, seminare semen suum*. Dicatur tota parabola usque ibi; *Et ortum fecit fructum centuplum.*

Ad huius rei intelligentiam animaduer-
2 tendum est eundē modum, quem Deus habuit in mundo, omnibusq. eius creaturis creandis, quemque in conseruando nunc habet, & quem in eo reædificando, si destrueret, haberet, in spiritali Ecclesiæ suæ fabrica-
Ps. 148. tione habuisse: nuncque in eius ruinis, atque ruinis reficiendis obseruare. Quomodo uniuersa creauit? Ipse dixit, & facta sunt. Verbo suo omnia creauit. Sicque utique hæc ipsa eius uos, diuinum uerbum, cælestisque doctrina primum esse dedit Ecclesiæ, primosque illus fideles conuertit,: et-
Amos. 9 que hæc ipsa illam conseruat, eiusque ruinas restaurat. Et sic uidēs S. Propheta amos in spiritu S. Ecclesiæ labores, fidei que atque bonorum morum propugnaculū tot partibus dirutum, atq; prostratū dixit: In die illa
3 suscitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit, & redificabo aperturas mororum eius, & ea quæ corruerant, instaurabo. Certissimum est utique S. Prophetam hic ad literam de S. Ecclesiæ reędificatione loq. Nā ad
Act. 15. hoc popositum B. Paulus hunc locum adducit, ubi dicit; Simō narrauit quemadmodum primum Deus uisitauit sumere ex gētib. populum nomini suo. Et huic recordant uerba Prophetarū, sicut scriptū est: Post hęc reuertar, & reædificabo tabernaculum Dauid, &c.

Et regula est B. Hieronymi notari quidem dignissima: ubi apostolorū prædicet authoritas, omnis uariæ explicit eis tollenda est suspicio: sicut ad hoc propositum idē huc adducit Nicolaus de Lira. Et ualde notandum est S. Ecclesiam hic non domum quidē, sed tabernaculū appellari: ut intelligamus nos in hac uita non debe re tranquilitatis habitationem, neq; sedem habere, sed in ea quasi tabernaculo uiatorū esse moraturos. Et forsitam etiā ad significādum qūo hæc ecclesia sicut tabernaculum de uno in alium locum permutatur. Olim.n. in Palæstina, postea in 4
Aegypto, deinde in Grecia, postea denique in Germania constructa fuit. Vtinam diuina Maiestas eam pro peccatis nostris a nobis non auferat, sicuti ab aliquibus regnis ademit, & in alias regiones trāstulit. Cumq; dixisset tabernaculum hoc a se suscitādum, gentesq; ad fidem suam a se esse conuertendas, statim declarat, qūo hoc faciendum sit, dicens: Eo quod inuocatum sit nomen meū super uos, dicit dñs faciens hæc. Vatablus exponit eo q nomen meum prędicatum est illis, iuxta illud quod dixit Christus Redemptor noster. Et notū feci eis nomen tuum, & notū faciam, ut dilectio, qua dilexisti me, in
ipsis sit, & ego in ipsis. Et de Enoc dr: Iste cæpit inuocare nomen dñi. Non significatur illic Enoc fuisse primus, q orare cępit, alij.n. ante eum orauere, sed dicitur ille primus fuisse, qui nomen dñi prædicare cæpit. Et ex hac illustrissima predicatione subsequuta est copiosa messis abundantia, quam illic elegenter Propheta significat, dicens: Et comprehendet arator messorem, & calcator uuæ mittentem semen, & stillabunt montes dulcedinem, & omnes colles culti erunt, idest, una messis alteram consequetur, & nullus erit ager, qui non aretur, & in quo non seratur. Et hoc est quod dicit Beatus Paulus. Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ uerba eorum. Hæc fuit gloria sanctæ Ecclesiæ in eius initijs, quod breui tempore per uniuersum mundum dispersa est, immensumque martyrum, uirginum, eremitarū, atque aliorum sanctorum fructum tulit. Hanc diuinam prędicationem Dominus in hodierna sancti Euangelij lectione semen appellat. Atque ut parabolam proposuit, clamabat, dicens: *Qui hēt aures audiendi audiat.* Hic auditu pro intellectu sumitur, sicuti uenerabilis Beda super hunc locum adnotat, &

Marginal notes (right column): Hieron. regula. — Nic. de Lira. — Vatabl' exposi. — Ioā. 17. — 5 — Gen. 4. — Ro 10. 6

& hoc ex beato Hieronymo i Iouinianum assumpsit, qui dicit, vbicuq; verbum hoc repertum fuerit, (vt Apoc. 2. c. vbi dr. Qui habet aurẽ, audiat qd spūs dicat Ecclesijs) denotari nō oportere nos in illius, ꝙ nobis dicit cortice remanere, sed medullā interiorem sub cortice latentē inquirere. Etiam habere aures est uerbum Dei affectuose diligere, ꝙ est maxime necessarium ad sanctā doctrinā, quę prædicatur intelligēdam, maximūq; ex illa fructum percipiendum. Et sic ubi nos legimus, pauperes euangelizant. Hebræus cōtextus habet, pauperes glorificantur. Itaque, ꝙ una translatio appellat audire verbū Dei, altera dicit beatificare, & significans in hoc aīam diuini verbi amore captā magna beatitudinis pignora possidere. Idcirco B. Paulus uerbum Dei uocet Euāgelium grẽ Dei, & iterū illud appellat Euangelium gratię, ut significet verbū Dei medium quodā esse ad gratiam, & gloriā, quò sic nos moneat, vt illud magnopere diligere curemus. Nā (credite mihi) maximū malum est Christianū tm̄ bonum diligere. Author qdā fide dignus refert hoīem fuisse, qui conciones audire maxime recusabat, qui cū alij in Ecclesia diuinū uerbū audirēt, in cęmeterio loquens, & ridens morabatur. Hoc autē infelici mortuo cū ei⁹ exequiæ in tēplo celebrarent, visus est crucifixus manib. a cruces solutis aures occludens, mirantibusq. omnib. tam stupēdū euentū, dixit Parochus: Scitote fratres hunc iam esse ī manib. dæmonis. Et queadmodū ipse aures obtusit, ne Dei verbū audiret, sic Deus aures suas claudit, ne preces, quas pro illo fundimus, exaudiat, & sic pro illo amplius non orarunt, nec eū in aliorum defunctorū cœmeterio sepelire noluerunt. Maxime timete fratres, ne vobis simile accidat, sed attendite nisi Deo aures habueritis, nec Deū illas erga nos esse habiturum. Miserabile est ꝙ cum ad leuissimas quasq. parūq; necessarias res adeò prōpti simus, ad ea tn̄ intelligēda, q̄ ad spiritalē salutē spectāt, tepidos nos, atq. negligētes pbeamus. Sin min⁹, hoc experimini, vix etenim horologium sonare incipit, cum iā interrogatis, quota hora sonat, neq enim patientiā habetis ad expectandum, quoadusq. horologium cesset, ꝙ tunc istud cognoscere possetis, sed statim quota sonet hora scire concupiscitis. Quare igitur tantā diligentiam, & multo quidem maiorem non adhiberitis in sciendis, quæ ad animæ vestræ salutē tantopere spectant?

Act. 20.

Interrogantibus discipulis Dnm, q̄ esset hæc parabola, respondit; *Vobis datū est nosse misterium regnum Dei: cæteris autem in parabolis, ut uidentes non uideant, & audiētes non intelligant.* Hæc est maior pœna, qua Deus in hoc sæculo maximos peccatores, pp ipsorum peccata punit, videlicet, ut apud eos rō tā tenebrosa, atq. offuscata remaneat, vt vix rō esse videat. Sicut si uitrum, per ꝙ radij Solis ingrediunt, pp dn̄i sui negligentiam paulatim puluere operiretur, si hodie parum lucis ingreditur, cras minus ingredetur, & sic adeò obtundit, ut etsi in illud Sol reuerberet, non possit illud penetrare, sic est aīa rōnalis, quasi vitrum, per ꝙ diuinarū rerum quasi radius illā clarificās lux, & cognitio ingreditur. Plurima autem peccata, q̄ hō quotidie committit, sunt quasi densissimus quidā puluis, quo rō eius adeo obscuratur, & excęcat, ut ita dissolutus, atq. effrænatus viuat, ac si esset irrationalis. Hoc supplicio dicit Sanct. Isa. quosdam grauissimos peccatores a Deo fuisse punitos, his uerbis: Stulti facti sunt prīcipes Thaneos, & declarat q̄uo dicens, Dn̄s miscuit in medio eius spiritum vertiginis, & quasi insensati inciderent. Etenim quamuis rationales permanserunt, pp eorum peccata adeo stulti, atq. amētes facti sunt, ut uix rationis participes esse viderentur. Diligēter notate uerbū illud spiritū uertiginis, ꝙ significat spiritum sæpius uolutādi, & hæc quidē est singularis metaphora ad significādum, queadmodum, qui sæpenumero circumuoluit, adeò insensatus remanet, ut ubi sit prorsus ignoret, sic ēt quodammō peccatores remanere. Etiā uellē noteris, litera Hebræam hic dicere, spiritum peccati, ꝙ terribilem quādam deprauationē, maximāque ad peccādum propensionē denotat. Hęc oīa grauissimorum peccatorum pœnā eē dico. Et sic affirmat Sophonias propheta, dicens. Ambulabunt, ut cæci, quia Dn̄o peccauerunt. Et hoc unum ex clarioribus reprobationis signis. Plurima præcedunt signa, cum delinquens ad iugulandum proferendus est: theatrū cōstrui, & gladium exacui, signa sūt necis ipsius, propinquius autē signū est eius oculos uelari, sic in hoīe plurima sunt condēnationis eius signa, s. mortaliter peccare, crudelē se præbere, correptionē odisse, nolle audire uerbum Dei, propinquius autem ijs omnibus est eius oculos uelari, atq. excæcari, ut uidens non uideat, & audiens non intelligat. Liberet nos Deus a tāto malo. Magno-

Isa. 19.

Soph. 1.

Sim le.

gnopere timete fratres Deum offendere: caueте ne terribilis hęc pęna super vos incidat.

His aũt dictis parabolã eis explicuit, dicens: *semen est verbum Dei.* Huius aũt seminis ex quatuor partibus dicit, tres perditas fuisse, cuius miseriæ lachrymandæ nunquã finẽ facere deberemus. Sanctus Isaias Euangelij prædicatores beatos appellabat, quia eorum pdicatio per grãm Iesu Christi Saluatoris nostri multo vberiorem fructũ, quã antiquorũ Prophetarum sermocinatio, latura erat: Cumq. horum temporum fœlicita-
13 tem prædixisset his verbis: Ecce in iustitia regnabit rex, & erit opus iustitiæ, pax, & cultus iustitiæ, silentium, & securitas vsq; i sempiternum. Ex quib. intulit dicens in fine capitis: Beati qui seminatis super aquas immittentes pedem bouis, & asini. Idest, beati, & fœlices agricolæ, predicatores noui testamenti, qui semen vestrum iã non in sterilitate, & ariditate, sicut nos, sed iuxta Euangelicæ gratię fluenta seminatis. Cum enim tãta cum amœnitate, atq. abundantia gratiæ feratis, talis sati locupletissima, atq; uberrima erit messis. Inmittentes pedẽ bouis, &
Simile. asini. Est exaggeratio. Nã quemadmodum
14 agricolæ cũ messes uberrimę prodeũt, in eas asinos, & boues, vt pascantur, immittuntur, nec tñ messib. officiunt, sic ẽt adeo fertilis, atq; fructifera erit sãctę, Euangelicæq; prædicationis messis, vt quãmuis plurimas habeat contradictiones, atque obstacula, nihil ei officiãt, imò uerò perficiãt. O sancte Propheta quid dicis? quare nobis de prædicatione nostra gratularis? Siquidem ad pristinam ariditatẽ reuersi sumus, frustra serimus, frustra quotidie tot vocib. proclamamus. Ecqs voces nostras audiens à vitijs resipiscit, seq; in meliorẽ frugem recipit? Maximè vereor, ne ex concionib. nostris tm̃ hunc eliciamus
Luc. 21. fructũ, ut apud Deũ inexcusabiles maneatis
15 Deique causa magis iustificata clarius illucescat. Sic dixit Christus Redempt. Noster mittens discipulos suos ad prędicandũ. Contingent autem vobis in testimonium illis, i. inexcusabiles penitus remanebunt, nec dicent, non fuit nobis hoc annunciat. um Vñ,
2. Re. 11 & ipsæ conciones ad maiorẽ illorum condẽnationẽ erunt. Deferẽt Vrias literas Dauidis ad Ioab principem militię Dauid, vt posset intra se cogitare, & dicere. In his literis fortasse dicet rex principi militiæ suæ, ut me alijs præferat, aut aliqua honorabilia munera mihi cõmittat, nec uero monebatur Ioab nisi vt illius necem machinaretur. Cõtẽplare o peccator conciones, quas audis, nisi ex illis fructũ percipias, literas esse, quas contra te defert. Idcirco uanum est dicere, conciones, & missas audiui, hoc mihi in Dei iudicio patrocinabitur. O infęlix quã longe opinione falleris, attẽde te literas Vriæ deferre. Aperiet Deus illic epistolas istas, uideamus (dicet) nunc, quid hæ literæ dicunt? q misericors fuerit, in diuino conspectu misericordiam inueniet. Et nõ facięti misericordiam, iudiciũ sine misericordia fiet. Quid ultra? q
fuerit castus, mitis, qui iniurias dimiserit. 16
Deus ei sempiterna pmia, persoluet, q vero nõ, æternis pęnis condẽnabitur. Istud dicũt Iaco. 2.
cõciones, quas audis. Te cum igitur cõdẽnationis tuæ testimoniũ defers Ecce fructum, qui ex concionib crebrius percipi solet. Qđ si ita est quõ dicit Isaias Propheta sati huius messem abundantissimam esse futurã? Dico sanctũ Prophetã fructus prędicare, quos ex Euangelij semine, atq; ex abundantissima gratia sacramentorũ nouæ legis percipi oporteret. Miserabile aũt est, quod si eius tẽpore parum fructus ex prædicatione percipiebatur, hac nostra misera tempestate tam parum, aut minus elicitur. In illo tempore 17
dicebat. Deus per Hierem. Propheram. Circuite uias Hierusalem, & aspicite, & considerate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & quęrentem fidem, & propitius ero ei. Idest ciuitati Hierusalem. Diligenter pensate quot verba Dominus repetit, unũ quasi & idem significantia, circuite (inquit) aspicite, cõsiderate, quærite, vt exaggeraret quãuis plurima diligẽtia adhibeatur, neminem tñ esse reperiendum, qui bonus esset. Quando Deus maledictas illas ciuitates Sodomam, & Gomorrham uoluit euertere, venit vt diceret se ab eis supplicium non esse sumpturum, si in cunctis quinque ciuitatibus decem viros iustos reperiret. Et Gen. 18
hic dicit, pro vno iusto, quem Hierosolymæ 18
reperiret, se illam non esse puniturum, quare igitur ab illis credentibus, diuinamque legem habentibus unum tantum ab ijs vero infidelibus, & idololatris decem exposcit? In his minus uirtutis, ueritatis, iustitiæ, eleemosynæ inter Iudæos, quam inter ethnicos esse demonstrauit. Verum autem hæc miseria inter Christianos etiam hodie commoretur, nos uidere potestis testes sunt lites, contentiones, conuiuia, ac denique prophanitates vestræ vos corruptoribus moribus,

ribus,quam Mauros, atq; Turcas esse deli-
butos. Attendite,utrum quum quadragesi-
Simile. mas suas aggrediuntur, idem faciũt, vos,
cum uestrã incipitis. Nunqd ĩ Mauritania
dissolutiones,gulæ, ac turpitudines,q̃ a uo-
bis cõmittunť,fieri consuescunt? Non utiq;
hoc suspicor. Dicite fratres,nunqd non stul
tus crederetur musicus,qui coram rege can-
taturus, aut instrm musicum pulsaturus, a
20 quo(si ei placuerit)magna se beneficia per-
cepturum sperat, antea pila luderet, ita, ut
manus concitaret, nec sicut oportebat,pul-
sare posset? Stultus profecto talis esse dicere
tur,nam ad bonam musicã edẽdã nimis qę
tã oportet esse manũ. Eqtes periti,cum pu-
blicũ aliqđ certamen uulgo instituitur,iux-
Simile. ta pariete equos agitare consuescunt,illosq;
prope illum directè faciunt decurrere, Ne
postea in certamine terminos ptereant,s.n.
equum in plano, spaciosoq; campo agitare
consueuisti,non poteris eum postea dirige-
re,ut directe iuxta telam decurrat. Sic etiã si
nunc corpora uestra effrænata defertis, illa-
que ad libitum per uitia decurrere sinitis,
qũo postea uirtutis uiam nõ refugient,san-
ctasque exercitationes suscipere non recusa
21 bunt,diuinæq;confirmabunt? Pudeat nunc
uos per reuerentiã Dei, nec infideles in suis
quadragesimis,& in illarum introitib.& in
q̃ plurimis uirtutibus moralibus uobis ex-
cellere patiamini. Denique adeo corruptus
Simile. est populus Christianus,ut quemadmodum
tpe pestis nos eos equidem, qui moriuntur,
sed eos potius,qui uiuunt atq; supersunt,ad
miramur,quocirca cum peracta iam,& fini
ta peste nobis dicitur,talis vir,& talis in tali
oppido superstites remanserunt, neq; peste
perierunt,ualde miramur. Sic tanta nũc est
morum corruptio, & pestis,ut iam non eos
quidem,qui peccant,sed eos,quos honestos,
pudicos,misericordes,quiq; peccata sua cre
bro confitentur, atq; ad sacrosanctum Eu-
charistiæ sacramentum accedunt, perspici-
mus,quasi miraculũ aliquod,illos tantę cor
22 ruptionis immunes perstitisse miremur.
Dicit dominus, semen, quod perijt,ideo
perisse, quia pars illius cecidit secus viã. Per
hãc uiam certum quodã hoĩum genus mu-
tabilium cordium, mille cogitationib.re
pleti sunt,intelligitur. Etenim hę cogitatio
nes sunt uiatores,q verbum Dei conterunt,
atq; conculcant. Nonnulli sunt homines,
qui nulli cogitationi quantumcunq; malæ
sciunt resistere,sed tot præterire patiuntur,
vt diuinum verbum in ipsorum cordib.radi
ces agere non sinant. Et ex his cogitationi-
bus mala desideria, mala opera,morumque
deprauatio,atque animæ destructio profici-
scitur. Et sic per Isaiam, Horum peruersita- Esai.51.
tem magnopere Deus exaggerat, dicẽs illos
a se esse relinquendos, quasi hoĩes perditos,
qđ est unũ ex maximis supplicijs,quib. De⁹
in hoc sæculo peccatores punire consueuit.
Ecce(inquit)tuli de manu tua calicem sopo
ris,fundum calicis indignationis meæ,non
adijciam,ut bibas illũ ultra. (Idest,uolo te ẽ 23
manu mea dimittere, ut uiuas sicut tibi li-
buerit.) Et ponã illũ ĩ manu eorũ,q te humi
liauerũt,& dixerũt aĩæ tuæ.incuruare,ut trã
seamus, & posuisti, ut terrã corpus tuum,&
quasi uiam transeuntib. In his verbis signifi
cat Deus duo magna mala,quæ uersantur ĩ
mũdo. Alterũ est eorũ,qui suo malo exẽplo
proximos suos puertũt. Alterũ uero est ho-
rum corruptissimorũ,q adeo dissoluuntur,
& contaminantur,ut usq; ulla resistentia ad
malũ remaneant. Et efficiuntur uia,& quasi
pons, per quẽ uniuersa peccata prætereant.
Dicendoq; se illis prioribus calicem esse datu
ram,his aũt posteriorib.non, significat nõ-
nullos hoĩes adeo faciles esse ad malũ,quiq;
tm̃ ĩ illud ingrediunť,ut quodãmõ remedijs 24
indigniores maneãt,q̃ illi a qb. puersi sunt.
*Quod supra petrã hi sunt,qui cum audie-
rint,cum gaudio suscipiunt uerbum. Et hi ra
dices non habent* Hi sunt hoĩes sine perseue
rãtia,q bene incipiunt,& statim deficiũt,qa
in uirtute radices nõ agunt De singulis his
dicebat Iob cõferẽs illos scirpo: Nunqd vi- Iob 8.
rere potẽst scirpus absque humore? Hume-
ctus videtur, antequã ueniat Sol, & in ortu
suo germen eius egredietur, superaceruum
petrarum radices eius densabuntur, & inter
lapides commorabitur. Hic scirpus est iuue
nis,uir nobilis,aut clericus, qui Deo seruire
incipit cum feruenti spiritu quasi scirpus di
uino amore,ac timore uirescens Et hic ante
q̃ Sol oriatur,hoc est antequã a sæcularibus
prosperitatibus,ac fauoribus attingatur. 25
Tunc est deuotus,& honestus,& si in primo
flore fert fructum, in ortu suo germen eius
aggredietur. Postquã autem Solis radijs in
illum reuerberant,seseque prosperum,atque
honoribus elatum experitur, & postquam
sensualitas feruescit, at oculos aperiens ui-
det mala sociorum suorum exempla, unus
ex illis efficitur. Et cum his lapidib. radices
virtutis arescunt,& inter lapides commora-
bitur.

bitur. Et sic quasi lapis obduratus in peccato mortali uiuit, & morit. Itaq; hi cũ essent pauperes, uirtutis studiosi erãt, ut autẽ diuites sunt, peccatores efficiũtur. Sicuti corallũ in mari est radix uiridis, & tenera, & extra mare lapis efficitur, sic etiã hi in uitã pęnitẽti, & aspera sunt quasi tenera radix, ex qua magna uirtus oriebatur. Vbi primũ aũt ab
26 hac paupṫate auferunt, ĩ lapides durissimos cõuertũtur. O diuini beneficijs ingrati, uniuersum q̃ppe bonum in malum cõuertitis.
Iob 15. De his ẽt dicit ipse Iob, nõ ditabitur, neq; p̃seuerabit substantia eius, nec mittet in terram radicẽ suã, non recedet de tenebris. Ramos eius arefaciet flãma, & auferetur spũ oris. Anteq̃ dies eius impleatur, peribit, & manus eius arescet. Lædetur quasi uinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua, projciens florem suum. O metuenda uerba? Dñs ea ĩ cordib. uestris imprimat, ut ea magnopere timeatis, ne in tm̃ malũ deueniatis. Vnusquisque (inquit) horum bona p̃posita habẽtiũ, q̃ tñ sunt inconstantes, nunq̃ locupletabit, neq; diuitiæ eius durabunt, radices in uirtu-
27 te non aget, nunq̃ de tenebris exibit: flãma ramos eius confringet, & proprium ipsius cor in corpore fel eius confringet, priusquã mortem sibi aduẽturã esse cogitet, ei adueniet, anteq̃ manum sibi arefaciẽdam esse arbitretur, arefiet. Accidet illi tanq̃ uineæ primos flores ex pampinis proferente. Et sicut oliuæ flores emittenti, quæ in magno p̃iculo uersantur, q̃ aquilonis flatibus arescant. Sic accidet aĩę (inquit Iob) nescienti profundas ĩ terrã uirtutis radices immittere. O infęlix peccator, q̃ pro tp̃ali negotio desinis te Deo tradere? Nõ ditabitur, &c. Accelera, accelera nõ multũ diuitiarũ, neq; honoris acq̃res. Etenim in ipsismet vijs, ac medijs p̃ quę te sublimare conabaris, infortunium, quod dã tibi succedere, q̃ honorem tibi auferat.
28 Ramos eius, &c. Ramos istos, quod, o iuuenis studiosè extendis dicens: Volo in literarũ studijs diligenter incũbere, & honorificẽtissimo muneri p̃ficiar. Et tu, o mercator ramos, quos in Indias, atq; in emporia diffundis, ut domum tuam diuitias acquirẽdo magnifices: (proh dolor!) aduenict flãma, q̃ oẽs comburat, & cogitationum cordis tui, atq; istarum telarũ, quas absque Deo, & aĩæ tuæ recordatione orsus es, filium infringat. Anteq̃ ueniat dies eius, & cũ me arbitreris eo, q̃ sis iuuenis, te esse euasurũ, attende qñ minus arbitratus fueris, mortẽ esse aduẽturã, teq; in florentiori uitę ætate esse occupaturam. O cæci filij Adæ quare cum tãto saluationis vestræ periculo uiuere vultis? Lapides, ac duritics istas a cordibus uestris auferte, ut in ea diuinum uerbum radices immittat, & saluationis fructum percipiatis.

Quod aũt in spinis cecidit, &c. Cõparauit hic dñs diuitias spinis, quia si manus extensæ sunt, & apertæ, supra se spinas habere possunt, absq; eo, q̃ eius officiã. Si aũt man⁹ co- Simile.
arctantur, statim spinæ compungunt. Sic ẽt optime potest Christianus habere diuitias, absq; eo, q̃ ipsius animã compũgant, si manus in purpuras apertas, & extensas habuerit. Si autem auaritiam illas coarctatas habet illæ cum compungent, æternæq; ipsius condemnationis causa erunt. Fęnix auis ligna cumulat, quib. se comburit. Sic ij tp̃ales diuitias congregant, ut cum illis in inferno concrementur. Non utiq; nocuerunt diuitiæ mulieri illi, de qua dr̃: Manum suam Prou. 31
misit ad fortia. Manum suã aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperẽ. Tu aũt auare, q̃ nec eas in alios diuidis, nec tumetipse uti scis eis, tu (inquam) in hoc sæculo ab eis compungeris, atq; in futuro in perpetuũ 30
cruciaberis. Hoc maxime exaggerat sapiẽs, dicens: Est, & aliud malum, q̃ uidi sub Sole, & quidem frequẽs apud homines, uir cui dedit Deus diuitias, & substãtiã, nec tribuit ei Eccle. 6.
p̃tãtem Deus, vt comedat ex eo, sed hõ extraneus vorabit illud. Hoc uanitas, & miseria, magna est. In pœnam cupiditatis tuæ, hoc Deus de te supplicium sumit, qđ eis te frui non patit, q̃ tanto labore comparasti. Dedit Deus, i. permisit habere diuitias, cupiditatibus eorum adquisitas. Et non tribuit, i. permittit, ut adeo bonorum suorum amore captus teneatur, ut ea pertingere non audeat.

Etiam ex hac similitudine sequitur, quod siquidem diuitiæ sunt spinæ, diuites sunt ru- 31
bi. Et sic, quod aues, & oues ex rubi conuersatione eiciunt, uidelicet illic hærentes plumas, ac uellera reliquere, hoc paupes ex auarorum diuitum conuersatione subtrahunt, scilicet debiles, atque destructos remanere. Adeo efficax est cupiditatis passio, ut in aliquibus superbiæ passionem excedat. Sicuti doctor quidam super operariorum parabolam aduotauit, qui cum paterfamilias procuratori suo pręcepisset, ut in reddenda mercede posteriores prioribus anteponeret, non murmurarũt, eo quod postremis prius quã primis mercedem solui pręcepisset, sed murmura-

morarunt, cum sibi plusquam alijs non solui perspexerunt, arbitrantes sibi multo maiorem mercedem esse persoluendam. Ecce quomodo pecunia magis quam honore se carere doluerunt. Ethnici quondam uitã pre modico quodam honore periculis proponebant. Nunc autem homines reperiẽtur, qui uitam, atq; honorem pro assis vtilitate
Ezec. 21 obijcient. Hoc comminatur Deus per Eze-
32 chielem Prophetam dicens: Ecce complosi manus meas super auaritiam, quam fecisti. Cõtracto pugno dicit Deus auarum à se esse percutiendum, & merito quidem, siquidem auarus erga pauperes contractum habet pugnum. Inter has spinas dicit dominus diuinum uerbum perire, nec fructũ ferre. Quod etiã uoluptatibus suffocari affir-
Eccl. 21 mat, & hoc prius affirmauerat Ecclesiasticus dicẽs. Audiuit luxuriosus verbũ sapiẽs, & displicebit illis, & proijciet illud post dorsum suum. Quid igitur erit, cum diuitiæ, sensualesque voluptates in unum concurrunt quid in tali fructus, atque utilitatis diuini uerbi prædicatio opabitur? Ve homini isti, in quante condemnationis periculo uersa-
33 tur. Veruntamen uideamus, siquidem diuinum uerbum tam pretiosa res est (vt omne aurum in comparatione illius) arena sit exigua, & tanquã lutum æstimetur argentum in conspectu illius? Quare vult Deus, vt in aridam, ac sterilem terram incidat, vbi nullus ex eo fructus percipiatur? Nunquid Beatus Paulus non dicit. Debet in spe qui arat arare, & q triturat in spe fructus percipien-
1. Co. 9. di? Sic vult dominus fieri, ad maledicti illius serui verba condemnanda, qui ab eo talentum acceperat, cumq; nihil emolumenti cum eo fuisset lucratus, in tempore rationis reddẽdæ se se excusauit dicens domino
Mat. 25 scio quia homo durus es, metis, ubi non
34 seminasti, & timens abij, & abscondi talentum tuum in terra. Vt igitur insulsam hãc excusationem condemnaret, atque ut aperte perspiciatur, quam false loquitur peccato. Deumque cupiditatis arguit, & crudelitatis, vult diuina Maiestas, ut suæ cęlestis doctrinæ semen in sterili terra seminetur, ubi illud periturum esse certo scit, & sic manifeste apparet illum nolle metere ubi non seruit, siqdem etiam ubi serit, non metit. Atque etiam in hoc significatur, si malus condemnatur, non condemnari eo quod ei auxilium ad salutem sufficiens dominus denegarit, aut quod eum bonorum suorũ participem non fecerit. Sed quia ipse eis vti noluit. O ineffabilis Dei charitas quam aperte in hoc manifestaris: Fratres charissimi hæc uos infinita clementia commoueat, nec tantã oportunitatem prætermittatis: siquidẽ Deum in cordibus uestris serere est uos ad ueniam, ac misericordiam inuitare.

Quod ãt in bonã terrã, hi sunt qui in corde bono, & optimo audientes uerbum retinent, & fructum afferunt in patientia. Notandum est Dominum dicere, in corde bono, 35
optimo. Neq; enim cor bonum sufficit, sed optimum est necessarium. In hoc significat non oportere nos esse contentos si quomodo cunque boni simus, sed semper in uirtute maximus progressus facere debere. Cum iam sponsus sponsam de oculorum, criniũ Gene, 4.
capitis, atq; uberum pulchritudine laudasset, iterum noua quadam exaggeratione ipsius oculos, & comas recommendat dicens. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa vulnerasti cor meũ in uno oculorũ tuorum, & in vno crine colli tui, id est, si uno tantum oculorum tuorum, atque uno crine me ita vulnerasti, qd facies cum omnibus gratijs tuis? eadem, q̃ antea laudauerat, denuo recommendat, illaq; sibi maxime complacere 36
affirmat, ut significet iustum non solum nouas in dies uirtutes acquirere, sed illas, etiã quas antea possidebat, semp pficere, & idcirco illas denuo quasi iã perfectiores laudat, humilitatẽ perfectiorẽ, castitatẽ puriorẽ &c. & hoc est esse corde bono & optimo.

Dicit etiã, *Fructum afferunt in patientia.* In patientia (inquit) quia huius sati messis in gloria percipienda est, ad quam percipiendam opus est spe, quæ secum afferet pęnam, ad q̃ perferendam necessaria est patientia. Ideo Beatus Paulus. Patientia (inquit) vobis necesseria est. Adhuc enim modicũ aliquan- Heb. 10
tulum q uenturus est ueniet, & non tardabis, Iustus autem ex fide uiuit, id est, Iustus non uiuit ex mercede, quam in hoc sæculo 37
à Deo recipit, sed per spem uiuit, & uerbo, quod ei Deus præstitit, confidit, & propter illud patienter suffert quousque in futuro sæculo merces adueniat. Vel etiam fructum afferunt in patientia, scilicet Dei. Etenim ad hoc, vt boni cœlestem fructum consequãtur, necesse est, Deum plurima illis perferre. Et sic dicit Beatus Augustinus. Væ Au. li. 9.
etiam laudabili vitæ hominum, si remota confess.
misericordia tua discutias eam domine, hoc est unũ ex nominibus & officijs Dei, & ita

eum laudabat Sanctus Moyses dicens: Dominator domine Deus misericors, & clemens, patiens, & multę miserationis, qui au
Exod. 3. fers iniquitatem, & scelera, atque peccata: nullusque apud te per se innocens est, quantumcũque bonus quisquam sit, indiget tamen, ut ei plurima dominus supportet. Vnde etiam Dauid dixit, quia non iustificabitur in cõspectu tuo omnis uiuens. Siquidem autem Deus nunc tanta patientia nos expe
38 ctat, & suffert, rationi consentaneum est, vt
Ps. 142. ex tanto bono fructum pcipiamus, diuinũque hoc semen recipientes ueram pœnitentiam agamus, ut hic gratiam habentes postea ad gloriæ fructum percipiendum perducamus, Amen.

Dominica in Quinquagesima.

Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos secretò, &c. Lucæ. 18.

HOC primum nobis in hodierna sancti Euangelij lectione no
1 tandum occurrit: uidelicet quomodo dominus suos sanctos Apostolos secreto assumpsit, ut cum eis peculiariter de suæ sacratissimæ mortis, ac passionis mysterio ageret. In quo nos docuit, nos, cum omnibus negotia magnæ entitatis agere oportere. Paucissi
Plinius. mi.n. capaces sunt ad tegendum secretum. Dicit Plinius paludem quandam esse in q̃ licet grauissimum quidque immittatur, non
Simile. tamen illud in profundum demerget. Sic sunt plurimi, quibus etsi res grauissimas, & maximi momenti reueletis, nihil in corde possunt accipere, nec in pectore conseruare, ut sileant, sed omnia statim euomunt.
Simile. Quicquid in uitreas capsas includas, exterius apparebit. Tales sunt hi homines diru
2 pti, qui quamuis se aliquid nemini prorsus dicturos polliceantur, quando minus arbitramini, iam in omnium ore versatur, & aliquando cum vestro, aut alterius detrimento. Legitur Thamar fratri suo Absalon manifestum, quod Amnon ei secretè fecerat, dete
1. Re. 13 x isse. Ex quo multa mala successerũt: ideo enim Amnon ab Absalon fuit interfectus, & postea ob hanc causam cum pater eius Dauid persecutus est, atque etiam fortasse inde dimanauit perturbatio, quam in toto regno concitauit. Hæc omnia obuiarentur, si Thamar in honestũ casũ vellet honestate, præsertim cũ nullũ iã remediũ haberet. Et quamuis homines, ea, q̃ eis reuelatis, secreto custodiãt, nisi sint Apostolici, & uirtute prædici uiri, q̃bus cũ res ad animæ ue
strę salutẽ attinẽtes tractatis, sicut ipsi sunt Simile
mali ita male etiã uobis cõsulent. Si ceram mollẽ sigillo applicueris easdem, quas habet imagines insculptas in se sigillũ, ceræ imprimẽtur B. Ioannes dicit. Omne, q̃ est in mun 3
do, concupiscẽtia carnis est, & cõcupiscẽtia 1. Ioã. 2.
oculorũ, & superbia uitæ. Hæ sunt tres imagines, q̃ in filijs huius sæculi sculptæ sunt, & has in uobis imprimunt, si ad eos accesseritis, & eorũ cõsilia sũpseritis: uobis q̃ppe cõsulent, ne Hierosolymã ascendatis, ut crucifigamini, nec ut patiẽter ferat is iniurias, & opprobria, quæ uobis facta fuerint. Noli cõ
siliari cũ socero tuo, dicit Ecclesiasticos. Cũ Eccl. 37
enim socer tuus pater sit uxoris tuę, semper Gen. 31.
in eius fauorẽ inclinabit. Idcirco cũ Sãctus Iacob uellet a terra Laban soceri sui discedere, q̃a Laban erat idololatria Iacob autem uolebat in patriã suã pficisci, ut Deo uero sacrificaret, nihil socero suo dixit, sed secre
to profectus est. Sic ẽt te facere oportet, ô 4
fratres. Vxor tua est sensualitas tua, quæ tanquã uxor tibi blãdit, ac permulcet, ut te perdat, cuius pater est mundus. Ne ergo mundi sumas cõsiliũ, nec cũ filijs eius: sunt enim pessimi, qui te a bono proposito reuocabunt.

Ea, quæ plurimum ad nos pertinent, quæque maxime desideremus recensere, deque illis loqui nunq̃ nos tędet: Cum igitur sacratissima Saluatoris nostri Iesu Christi passio maxime necessaria esset hominibus, ipseq;
pp nimiam charitatem, qua nos prosequebatur, illam magnopere desideraret: illã in Prou. 25
memoriam reuocare, & de ea cum discipulis suis agere nunquam cessare uidebatur. Cœleste quoddam consilium nobis prębet Spiritus sanctus circa hoc dicens, causam tuam tracta cum amico tuo. Ex quo appa
ret quam parui mortis, & saluationis no 5
stræ negotium æstimamus, quandoquidem tam raro, aut nunquam in conuersationi
bus cum amicis nostris de illo loquimur, Simile.
cum tamen multum temporis in loquendo de alienis negotijs, uiuendique ratione consummamus, quæ quidem satis magna miseria est. Nonne miraremini si eungentes in academiam ingrederemini in gymnasium, in quo sacra Theologia perlegitur, illicẽq;

licq; Medicos Theologiam audientes, de ij; illa disceptantes cerneretis? siq; in Medicorum classe Theologos medicinam audiētes videretis? Sic vtiq; fit in mundo. Etenim unusquisq; lectione sua relicta ad alterius lectionem disceptandam trāsmigra. Hęc aūt est una ex maioribus tribulationibus, quæ sunt in Ecclesia Dei, vnūquemq; de aliorū negotijs agere, nec de proprio saluationis
6 suæ negotio rōnem hēre. De regia uita, de regnorum gubernationibus, de bellorum pturbationib de Monachorum, Clericorūq; uiuendi ratione agimus. Omnium recordites nostrimetipsorum obliuiscimur. Maximum quēdam peccatorem comminatus est
Isa. 20. S. Propheta Isaias Dei nomine dicens Quia si pilam mittet te in terram latam, & spatiosam, ibi morieris. Nota quod pila in latū campum dimissa adeo decurrit, ut deperdatur, in cubiculo autem proiecta, statim ad manum reflectitur. Hoc est supplicium, quo puniri consuescunt, qui sui ipsorum obliuiscuntur. Etenim permittit Deus illos a diabolo in latissimos quosdam negotiorum, a-
7 lienarumq; vitiarum campos quasi pilas immitti, atque illic spiritaliter mori, mortalia murmurationum, aut infamiarum peccata committentes. O infœlix homo, qui tanquam pilæ Sathanæ de uno in alterum negotium iactitaris, neque vero de saluatione tua agere recordaris.

De hoc etiam mysterio dominus toties loquebatur, quia sibi ab æterno Patre fue-
Ioan. 14 rat cōmendatū, sicut ipse dixit. Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. In quo nos docuit crebriora colloquia nostra de ijs rebus esse oportere, quæ nobis dominus hoc sæculo præcepit operari. Sic nos admonet Spiritus sanctus, dicens: In sensu sit tibi omnis cogitatus Dei, & omnis enarratio tua in
8 præceptis altissimi. Diligēter ppendite quōprius admonemur, ut sancta cogitemus, postea vero de illis loquamur, nam ex vno alterum sequitur. Profecto fratres si uere, & ex animo Dei mysteria, atq; præcepta cogitaremus, sæpenumero de illis loqueremur, & aliter illa adimpleremus, quā adimplemus. Vt autem de illis non cogitamus, neq; etiā loquimur, neque adimplemus.
Eccl. 9.

Ecce ascendimus Hierosolymam & cōsummabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis. Valde notandum est, cū dn̄s de sanctissima passione sua loqueretur, filium hominis se appellare conuenisse. Vt, si exaltaueritis filium hominis, oportet filium hominis exaltari? & in hoc loco. Hoc autem feci, vt auferret errorem, qui postea in sua sancta Ecclesia consurrecturus erat, scilicet errorem Arrianorum dicentiū Christum R. N. etiam quantum ad diuinitatem mortuum fuisse. Quos B. Hieronymus tanquam hæreticos nullo fundamento, aut ratione innitentes confudit. Hic non negamus Deum mortuum fuisse hæc enim propositio vera est: Deus mortuus est per communicationem idiomatū. Ducit rex in uxorem rusticam mulierem, & omnes regis magnitudines rusticæ mulieris esse dicuntur, omnesq; res eius, Regis sunt. Quid secū afferre poterit pauper rustica, nisi ueterem sartaginem, & confractum lebetem? & hęc omnia Regis esse dicuntur. Sic etiam humanitas filia rustici, & tributarij Adæ diuinitati nupta est, & ideo miseriæ, atq; abiectiones, quas secum attulit omnes Dei esse dicūtur. Et sic dicimus, Deus mortuus est, Deus esurijt, Deus plorauit, &c. Diuinitas autem neque mortua est, neque mori potuit. Reuerbeat Solis radius in ramum, illumque clarificat, accedis tu, & scindis ramum, impossibile est te Solis radium abscindere. Solis radius est verbum diuinum, ramusq ue uiridis est sancta humanitas, cui coniunctus est. Abscissus, laceratusque est hic ramus in tormentis, & morte. Radium autem Solis, hoc est verbū diuinum impossibile fuit abscindi, neque mori. Experientia comperitur, q si anulus aureus pretiosam in se habens margaritam inclusam, in acetum immittatur, margarita dissoluitur, & annihilatur, aurū vero clarificatur. Est Christus Redēptor noster annulus aureus, in quo humanitas erat pretiosissima margarita in auro diuinitatis inclusa. Immissoq; Christo Redēptore nostro in tormentorū acetū, pretiosa margarita, quę erat humanitas morte dissoluta est nam moriens, desinit esse homo, quousque resurrexit. Diuinitas autem aurum, nullum detrimentum pertulit, imo potius clarius remansit, non in se quidem, sed respectu hominum. Nam mortis, ac passionis suæ tempore tot, tantaque mirabilia operatus est, ut per ea manifeste Deus esse cognitus fuerit, & iō dicimus dominum clariorem remāsisse, quia clarius, & apertius a nobis cognitus est. Et sic dixit ipse dominus Cum exaltaueritis filium hominis tunc cognoscetis, quia ego sum. Vt igitur Dominus significaret se qua-

Hier. cōtra Arrianos.
9
Simile.
Simile.
10
Simile.
11

se quatenus hominem esse moriturum, qñ de morte sua loquebatur, se filium hominis appellabat.

Consumabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas. O vitæ reparator, dulcissime aĩarum nostrarum amator, quod dicit Domine? Attende plurima terribilia maximi uituperii, laboris, atq. doloris per Prophetas fuisse pđicta. Nunquid tibi non erit aliqua dispensatio sicut fuit Niniuitis? Omnia
12 complẽda sunt? Omnia utique consummabuntur? O ineffabilẽ Dei probitatem, quanto cum labore suo, suisque expensis omnia, quæ nobis p Prophetas promisit, adimplet. Quam male autem ꝙ nos illi promisimus, obseruamus? Si religiosus quidam in forum exiret, ad tauros agitandos, atq; ad arundineos ludos exercendos, quid de illo diceretis? O quam bonus religiosus? Hæc sunt omnia, quę in professione tua promisisti? Tu autem, ò Christiane quid in baptismate promisistis? Nunquid non illic tuo nomine dictũ est Abrenuntio Sathanæ, & oĩbus pompis eius? Quomodo ergo nunc isthæc tanto labore, ac solicitudine perquiris? O maximã hominum confusionem: quod adimpleat bonus Iesus ea, quæ uobis promisit, tanto
13 præsertim labore, tamq; atroci morte, uos autem ea, quę illi promisistis tam male compleatis, pręcipue cum facillime, atque suauissima, & cum maxima spiritus alacritate isthæc omnia facere possetis, si illa uere, & ex animo susciperetis. Sic affirmat Ecclesiasticus, dicens: Qui timet Deum faciet bona, & qui continens est iustitię, apprehendet illam. Et de hoc dicit ulterius. Iucunditatẽ, & exultationem thesaurizabit super illum. O admirabilia uerba, ineffabilem Dei erga iustos suos magnificentiam demonstrãtia. In quibus hoc primum magnopere velim perpendatis, qđ sicut qui pretiosam margaritam non cognoscunt, neque eius ualorem sciunt, non illam exoptans, sed illi tñ, qui
14 eius pretium nouerunt, sic dicit hic Spiritus sanctus eos tantummodo qui uirtutem expti sunt, quiq; eam cognouerunt, atq; exercuerunt, illam apprehendere, atque diligere. Hoc etenim significat, qui continens est iustitiæ apprehendet illam. Secundò animaduertenda sunt uobis uerba illa. Et exultationẽ thesaurizabit super eum, in quibus Spiritus Sãctus assiduã iusti alacritatẽ satis apertè manifestat. Nam sicut qui thesaurizat, aurum semper accumulat, nummosq. nummis semper adiungit (hoc enim est thesaurizare, ꝗ in pretiosis nummis aggregãdis occupari.) Sic Deus iustis unum gaudium super aliud immittit, unamque super aliã exultationem in eis accumulat. Hæc negari nõ possunt uerba enim Dei infinitæ ueritatis sunt. Quod si aliqui uestrum uerit. te n hãc non estis experti, in uosmetipsos culpam cõferre, qui Deum non timuistis, nec bonum aliquod, sicut oportet, fecistis. Qui autem aliquandiu Deo seruijstis, huius ueritatis 15
testimonium perhibere poteritis.

Simile.

Eccl. 15

Simile.

Quocirca unum ex saluberrimis consilijs, quæ spiritualis uitæ Magistri præbent peccatoribus, hoc est, ut gaudij, pacis, atq; trãquillitatis cum sunt in peccato recordentur, qua fruebantur cum Deo seruiebant, & quod ei promiserant, adimplebant. Ea propter eijciens Dominus Adam ex paradiso uoluptatis, illam in loco quodam collocauit, ex quo uidere poterat paradisum illum, quem propter peccatum suum amiserat. Et hoc etsi in translationis nostræ contextu non est, translatio tamen septuaginta interpretum dicit. Posuit autem Deus eum in illo loco, vt recordaretur gaudij, & tranquillitatis, qua illic fruebatur, seque illam pro- 16
pter peccatum suum perdidisse, ab eo conuerteretur, atq. ad Deum per pœnitentiam rediret. Dicitur de Hebræis captiuis. Psal. centesimo trigesimo sexto: Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuemus, dum recordaremur tui Sion. Cauete ne super Babylonis flumina sedeatis, pessima.n. est sedes, transite, currite ulterius, ne in re tam mala demoremini. Flumina Babylonis, & confusionis sunt honores, uoluptates, & cupiditates huius sæculi. Quæ ut homines acquirant, manifestè cernitis quot cõfusiones, & tumultus excitentur. O flumina Babylonis, vbi tot quotidie homines demergũtur? Quod si (quæ uestra est miseria) in eis assidetis, ne obliuiscamini Sion, idest, pacis, ac uo- 17
luptatis, qua fruebamini, & statim lachrymarum flumina ex oculis emittetis, cum uos in tam misero statu sedere uideatis. O quem sensum, atque afflictionem habet anima, quæ in peccato commorans illius temporis recordatur, quo in diuina gratia existebat.

Ps. 136.

Et consumabuntur omnia. O quam plurima hic continentur. Deus pro me mortuus Deus pro me illusus, atq; dedecoratus est. O lapidibus duriores, qui cum talia audiant,

diant, amore non liquefiunt. Quia pueri q
4. Re. 4. dam Eliseum Prophetã illuserunt, nisi exierunt de montibus, & quadragintaduos pueros occiderunt. Quod si de pueris Hierico tantum supplicium sumptum est, quomo-
2. Re. 6. do Domine non fuerunt ursi, neque leones, qui ministros illos iniquitatis, qui te illuserunt, interficerent? Quia Michol ludentem atque humiliatum corã arca Domini uirũ
18 suum Dauid derisit, dicit diuina scriptura, quod in pœnam huius culpę sterilis facta est & non est natus ei filius usque in diem mortis suæ. Eos Domine, qui seruos tuos irrident, tam acriter punis, ij uero, qui te illudunt, sine repentino supplicio remanebunt? O quam admirabilis doctrina hęc siquidem Dominus nobis significat quãtam de seruis suis curam gerat, ut nos in nostrismet caussis patientiam habeamus quando aduersarij nostri nos fuerint persecuti. Deus nõ honorem quidem suum, sed amicorum suorum repente propugnare consueuit. Lætamini, o iusti, nõ enim uos Deus obliuiscetur, sed dicit illum, qui uos tangit, pupillam oculi sui tangere. Qui tetigit uos pupillam oculi mei tetigit.
19 Veruntamen quæret aliqs, quare sancta
Zach. 2. mater Ecclesia hoc nobis hodie Euangeliũ proponit? Dico illam hoc facere, ut nos confortet ad pœnitentiam uiriliter suscipien-
Iudit. 7. dam. Dicuntur Madianitæ ad terram Israel uenisse, quorũ numerus erat quasi multitudo locustarũ, cameli autem innumerabiles. sicut arena, quæ iacet in littore maris, quos ut filij Israel superarent, dixit Gedeon eis; quod me facere uideritis, hoc facite. Non vtique dixit, facite quod præcipio, sed quod me facere uideritis: ubi primum urnã meã confregero, confringite, & uos uestras, & sic uictoriam adepti sunt. Sancta mater Eccle-
20 sia oppugnatura Madianitas, idest diabolos supernum Ducẽ Gedeon, idest Iesum Christum confractam habentem urnam, id est, sacratissimum corpus suũ multis plagis, atq. uerberibus laceratum habet, qui quidem nobis dicit, quod me uideritis facere, facite, & sic uictoriam comparabitis. Quamobrẽ comedentes, & bibẽtes surgite Principes, & arripite clypeum, ait Isaias. Eia milites Iesu
Esai. 21 Christi, ex uoluptatum uestrarum mensis exurgite, & patientiæ scutum constantes accipite.

Etenim Dux uester Iesus Christus ascendit Hierosolymam, & tradetur gentib. &c.

Elephantes turpes, & remissi effusum cruorem aspicientes magno furore concitan- 1. Mac. 6
tur. Et sic dicitur. Elephantis ostenderunt sãguinem uuę, & morę ad acuẽdos eos in prælio. Hoc artificio utitur hodie sancta Ecclesia considerans quantumuis remissi, & debiles sit homines, ad uiriliter decertandum uires, atque animum accepturos esse, si eis ꝑtiosissimus sanguis, ac mors Domini nostri Iesu Christi ante oculos proponatur. De Ioseph Arimathia dicit D. Ioannes. Quod erat Ioan. 18
discipulus Iesu occultus, propter metum Iu 21
dæorum. Postquam autem sacratissimum sanguinem suum illum effundere perspexit, q tam constanti pectore remansit, ut de illo dicat Beatus Marcus. Audacter introiuit ad Mar. 16
Pilatum, & petijt corpus Iesu, ut quantum animam Iesu Christi sanguis effusus suis fidelibus addat cognoscatis. Maximum est cum Dominicæ passionis consideratione pœnitentiam aggredi. Vnde quando Dauid pœnitentiam egit, & Psalmum quinquagesimum composuit in eo misericordiam a Domino implorans, in titulum ei posuit, psalmus, Lãnasseach, quod significat, ubique uincenti,
uel danti æternitatem, uel effundenti sangui 22
nem, idest, Psalmus, laudẽ eius, sicut dixit Dico ego opera mea regi, hoc est, ad lau- Psal. 44.
dem, & gloriam æterni regis Christo consecro opera mea. Quando Dauid dicebat, si hic Psalmus meus in laudem illius effusoris sanguinis, Iesum Christum crucifixum contẽplabatur, quemadmodum cum dixit. Fo- Psal. 21.
derunt manus meas, & pedes meos, & dinumerauerunt omnia ossa mea. Sãctissimos illos pedes, ac manus animo contemplans spiritualibus oculis prouidebat: Sic oportet te, o frater, pœnitentiam tuam exordiri, ut oculos, cor, ac fiduciam in illo cælesti Domino crucifixo constituas, qui æternum Patrem 23
placuit, & cuius passio tam pretiosa nũc est, sicuti quando mortuus est in cruce. Idcirco dicit propheta. Tu es Sacerdos in æternum, id est, tam efficax est hodie oblatio illa in conspectu Patris, quam illa die, qua mortuus Ps. 119.
es, & sic erit in æternum, & si mundus duraret in æternum, & quotidie peccarẽt homines, sicut hodie peccant, in æternum passio illa ualeret. Et sic quando Nathan dixit, Dominum illi peccatum dimisisset, elegantissima quadam phrasi dixit. Transtulit Domi 2. Re. 12.
nus peccatum tuum a te, id est, transtulit ab humere tuo onus, & posuit supra dorsum suum, ut illud pro te in cruce persoluat. Et

attendite mysterium, etenim postq̃ dñs hæc illi dixerat, eũ in infantis, qui ex adulterio natus fuerat, morte puniuit. Et in pœnam etiam illius peccati, filium eius contra eum consurgere permisit, ut cognoscatis remissa culpa Deum pœnas atque labores pro pur-
Hier.31 gatorio immittere consuescere. Ideo Hieremias dicit. Castigasti me Domine, & eruditus sum, quasi iuuenculus indomitus, con uerte me, & conuertas, quia tu Domine
24 Deus meus, postquam conuertisti me, egi pænitentiam, & postquam ostendi mihi, per cussi fœmur meum. Perpendite quomodo postquam conuersus est, eum Dominus docuit, ut carnem suam flagellaret, atque affli-
Psal.50 geret. Percutere fæmur, est corpus ieiunus, & flagellis castigare, præoccupando manuũ
Exo.32. Damini, ut placabilis fiat. Dicebatque Dauid. Miserere mei Deus, secundum magnã misericordiam tuam. Olim Deus, per merita Abrahæ, Isaac, & Iacob, consueuerat exorari, ut patet, quòd faciebat Moyses pro populo misericordiam ab illo efflagitans, & dicens, Recordare Abraham, Isaac, & Iacob
Hest.13 &c. Sic orabat Hester dicens: Deus Abra-
Dani.13 ham, Isaac, & Iacob. Sic etiam Daniel. Ca-
25 ptiui populi libertatem implorans precabatur, dicens. Propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum. Dauid autem nõ hoc quidem dicit: sed, Miserere mei, secundum magnam misericordiam tuam, idest, passionem Christi, quæ fuit magna misericordia Dei. Hanc igitur allega tu, o frater in initio pœnitentiæ tuę.

Considerate cadauer ex longo tempore occisum, uermibus plenum. Ecquid in illo est, quod resuscitari mereamur? Minus utique est in anima in lethali culpa existenti; quæ adeo corrupta, atque immunda est, ut nulla hominum lingua
26 satis digne ualeat explicari; Quibus igitur meritis poterit impetrari, ut hæc anima cum omnibus præteritis meritis reuiuiscat, nisi hoc per Iesu Christi merita, & passionem efficiatur: Idcirco sapientissime agit sancta Ecclesia de hoc pijssimo mysterio in principio pænitentiæ. Etiam nobis hoc hodie proponit Euangelium, ut mundus, qui hoc tempore cum suis tympanis, tripudijs, atque tumultibus erumpit, quibus nos ad malum prouocat, in cordibus nostris non tantopere inualescat. Legitur in
1.Re.14 primo libro, Regũ, Saul adiurasse populum dicens: Maledictus uir, qui comederit panẽ, vsque ad uesperam, donec ulciscar de inimicis meis. Et non manducauit uniuersus populum panem. Omnisque terræ vulgus uenit in saltum, in quo erat mel super faciem agri. Ingressus est itaque populus saltem, & apparuit fluens mel, nullusq; applicuit ma- 27
nus ad os suum: timebat enim populus iuramentum. Si ergo Saulis imperium apud integrum exercitum tantum ualuit, ut cum maxime esuriret, ne manibus quidem existentes in agro fauos mellis attingerent, maior ratio erit, ut uos uestrarũ inanium uoluptatum dulces fauos relinquatis, animaduertentes hoc non solum Duce uestro, Rege uestro, Deo uestro uobis pręcipi, sed etiam uos efficacissimo exemplo doceri.

Notandum est etiam quando boni filij Gene.9.
Noe dormientis patris uerenda texerunt, dicere illic sanctum textum. Pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum operuerunt uerenda patris sui. Itaq; retrorsum ambulantes eius nuditatem operuerũt. O Iesu Christe fidelis patris tui Adæ per culpam nudati, charitatẽ, qua homines dile- 28
xisti ad illum operiendum pallium effecisti. Charitas quippe operit multitudinem peccatorum. Si quis cælestem hunc Dominum grauissimam crucem humeris baiulantem interrogaret dicens: Quo tẽdis, o dulcissime Redẽptor? Diceret ille. Vado ad Patris Adæ nuditatem operiendam. Quod autem medium ad hoc faciẽdum assumis? Retrorsum (diceret) incedo, crucem, mortemque suscipio. Quid dicis humana ratio? Deus retrorsum, atque uice uersa incedit: Etenim creator nõ debebat pro creatura soluere, nec se cauere, ut illam indueret, pręsertim cũ scriptum sit. Filius nõ portabit iniquitatem pa Ezec.18
tris. Quomodo igitur tu domine pro patre debitum exoluis, & contra humanam prudẽtiã facis? Etenim manus pro capitis defensione periculum subire debet, nunc autem caput pro totius corporis defensionẽ labo 29
ribus, ac morti objicitur. O admirabilẽ Dei charitatem, qui omnia uincit, & retrorsum incedit, adeo se humilians, atque abjiciẽs, ut nuditatem nostram operiat? O infælix peccator, quomodo pudore non cõfunderis uidens quando agimus de ijs, quæ filius Dei passus est, ut nuditatem tuam operiret, tunc te pœnitentiam, atque pudorem exui, turpitudinesque, & prophanitates tuas manifestare? O Deus infinitæ maiestatis, per ineffabilem

bilem clementiam tuam te deprecor. ut horum infoelicium oculos adaperias: ut tantum malum aperte cognoscant. O quanto
Isa.22. pere calamitatem hanc multo antea lamentabatur Isaia Propheta, dicens; Et uocauit dñs Deus exercitiuũ in die illa ad fletum, & ad planctum, ad caluitium, & ad cingulũ faciei, & ecce gaudium, & lætitia occidere uitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere uinum. Comedamus, & bibamus,
30 cras.n. moriemur. O quam opportune hæc uerba huc adducuntur. In tanta cæcitatem, atque Dei obliuionem populus deueniet (ait Dñs,) ut cum ad pñiam agendam, culpasque sunt lamentandas conuocentur, eorum cura oĩs sit edendi, & bibendi. Hoc autem, quia cras moriemur, quia cras adueniet. Quadragesima, nec sicut nunc, comedere poterimus. Animaduertite quam ad literam S. Propheta ea, quæ hoc tempore facimus, refert: etsi non oĩa, nam ille de cibis, & potibus, tantummodo loquitur, nunc autem ad alias plurimas dissolutiones, atque flagitia ulterius progredimur? Aduertite igitur,
31 ꝙ illic addit S. Propheta, dicens: Et reuelata est in auribus meis, uox Dñi exercitium: si dimitteretur iniqtas hæc uobis donec moriamini, dicit Dominus. O terribilia uerba, quõ cum tam metuendam sententiam audiamus, toto corpore non trepidamus? Ecquis hæc audiens non se in terræ cauernas immittit, ubi nec uideat, nec audiat? Vt igitur ijs omnibus remedium adhibeatur, hoc hodie nobis proponitur Euangelium. Cum
Tob.2. uir S. Tobias grande in dominicę festiuitatis die conuiuium præparasset, tamq; ad mẽsam consedisset, illi nunciatum fuit in foro Hebręum mortuum iacere, qui conuiuio de relicto ad eum sepeliendum prexit, postea panem suum cum lachrymis comedit. Nouit sancta Ecclesia uos non in dñi quidem sed in Sathanę festiuitate conuiuia præpa-
32 rasse, & mortuum uobis hodie proponit, mortuum autem nõ quemcunq; sed filium Dei; ut conuiuia, & uana gaudia relinquatis, atque hunc diuinum defunctum cũ maximo cordis dolore deploretis. Verum proh dolor filius quippe Dei nec, efficacissima
Ge. 27. eius passio prophanitates istas sufficit euertere. Valde miserandum est Deum apud nos tam parum ualere. Iacob uestem Ioseph filij sui, sanguine cruentatam perspexit, & statim suam abscidit. Nobis autem hodie caro sacratissima Iesu Christi, uestis æterni uerbi cruore perfusa ante oculos offertur, nec uerò uiscera dissecamus, sed potius gaudijs, ac uoluptatibus indulgemus. Et peius est, ꝙ se excusant dicentes omnia esse leuia, & uenias, quæ parum ob sunt. Ad quod respondeo ex nenijs, & iocis ad peccata grauissima deueniri. Legitur mortuo Saule, ducem, Saulis nomine Abner cum copijs suis, & Ioab ducem Dauid cũ exercitu suo, qui erant aduersarij, iuxta piscinam Gabaon in unum conuenisse, cumque è regione sedissent ij in una parte piscinæ, & illi ex altera, dixit Abner ad Ioab: surgant pueri, & ludant coram nobis, & respondit Ioab, surgant. surrexerunt ergo, & transierunt numero duodecim de exercitu Abner, & duodecim de pueris Dauid. Apprehẽsoq; unusquisque capite comparis sui defixit gladium in latus contrarijs, & ceciderunt simul, Ecce ludorum finem. Etenim omnes uigintiquatuor illic occubuerunt. Ex quo subsequutũ est, quod ibidem dicitur; & ortum est bellũ durum satis in die illa, ecce quomodo ex ludis, & iocis ad seria, & inde ad alia grauissima dãna deuenitur. O quot in his diebus iocari incipiunt, & ad totam Quadragesimam atque ad totum annum, & aliquando etiam 33
ad totam uitam inimicitijs remanet intricati. Per charitatem Dei uos rogo fratres, ut ad hæc aduertatis, nec uos tam disolutè perdatis.

Et die tertia resurget. O bñdictus sit talis Deus, qui post tristes, hilares statim, atq; iucundos nuncios refert. Hic est huius optimi Dñi stylus una manu punit, & altera permulcet, una percutit, & altera lahrymas abstergit. Dicit sponsa. Læua eius sub capite meo, Cant. & dextera illius amplexabitur me brachiũ amplexans oportet esse dexterũ: ꝙ est ad custodiendum, ꝓmulcendum, atq; adiuuandũ dexterius. In quo significat maiores dulcores, atq; indulgentias, q̃bus Deus suos consolatur, quam labores, quibus illos afflgit. 34
O quot consolationes in medio unius angustiæ Deus seruis suis immittit, ut anima omnia infortunia dispiciat, uictoriam reportet. Vidit B. Ioannes, fœminã sole cooperta stellarũ diadema in capite habentem, lu- Apo.12.
namq; ipsius pedibus subiacentem, & draconem eius partem expectantem, ut illum deuoraret. Hoc accidit animæ iusti, hẽr. quippe, draconem expectantem boni operis partum, ut illum deuoret. Veruntamen quando est uirtutibus circũdata, soleq; operta, ꝙ est

Dei auxilium, atque protectio, lunam sub pedibus collocat, hoc est, mundi uanitatem ac uarietatem despicit. Et quamuis ante se persecutionis, & laboris draconem perspiciat nihil eum æstimas.

Et ipsi nihil horū intellexerunt. O obscurata hominum ratio dolorem, & crucis ma- Simile.
96 teriam non intelligitis? Nonnullo homines ui debitis, qui adeo prudens iudicium, perspicacemque mentem hēnt, ut non regum tātum, sed orbem etiam uniuersum ualeant gubernare. Adeò u erò diuinarum rerum ignari, atque inepti sunt, ut obstupendi sint uisu. Sunt quasi bubones, qui noctu optime uident, die uero nihil cernunt, & alij passeres ad eorum oculos comedendos accedunt. Sic ij sapiente sunt ut faciant malum; bonum autem facere nesciunt. O bubones, bubones nihil nisi nocte uidetis, nihil intelligitis, nisi quomodo adquirendæ sunt diuitiæ, quomodo proximus decipiendus est, quomodo secularis honor impetrandus est, &c. Quomodo autem carnem nostram crucifigi, passionesque uestras oportet mortificari, de his nihil intellexistis.

Erat enim uerbum illud abscōditū ab eis.
37 *Factum est autem. Cū appropinquaret Hierico, &c. Cæcus quidā clamabat dicens, Iesus fili Dauid miserere mei.* Clementissimus aūt Dominus sistens eius oculos adaperuit. Admirabile mysterium fuit, quod eo tempore quo Christus Redemptor noster de sacratissima passione sua loquebatur, hic cæcus uisū reciperet. Vt ex hoc intelligeremus ueram medicinam, quæ cæcitatibus nostris medetur passionem esse Dominicam.

Peccator in diuinis literis cæcus appella-
Aristol. tur, atque etiam Philosophus dixit Omnis peccans est ignorans nō peccans, quia ignorans. Sic enim nullum esset ex pura malitia peccatum, sed ignorans, quia peccans. Aquila ut ceruum superet, dicitur in arenam se
38 conferre, & ibi seeuoluere, alasque puluere onorare, & super cerui caput imposita illud tenacissimis unguibus apprehendens, astutissime puluerem illum super cerui oculos incipit excutere, quousque illum excæcat: postquam aūt excæcatur, cum non uideat, ubi incedit facile præcipitatur, & in frustra conteritur, & ita illum aquila comedit. Hæc est ars Stahanæ, etenim tot uanas, ac turpes cogitationes in hominis intellectum immittit, ut, nisi malas istas cogitationes homo diligenter expulerit, antequam eas uoluntas amplectantur, illū excæcet, Et sic cæcus peccator in mille peccata probabitur, atque in plurimas insanias incedens ad uniuersum Sathanæ uoluntatem adimplēdā libenter attrahitur. Cæcus arbitratur, se nemine uideri cum tamen ab omnibus pspiciatur: sic etiam peccator cum Deum non uideat, nec se ab eo uideri suspicatur. Et ita dicebāt, illi, quos Deus Ezechieli prophetæ ostendit, Rom.
cum plurimas abominationes admitterent. Non uidet dn̄s nos dereliqui dn̄s terram, 39
& sic dixit B. Paulus, ad Romanos, de peccatoribus quibusdam, sicut non probauerunt Deum habere in notitia. Hic est uerus sensus: Nesciebāt, neque cogitabant malitiam Simile.
suā a Deo intelligi, sicut stulta Perdix cū caput hēt absconditum, nec aliquem uidet, arbitratur se a nullo uideri: & accedit canis cā q̄ præ dentibus defert. O cæci peccatores nunquid Deum omnia uidere dubitatis? Et sicuti dicit Iob Oculi eius super uias homi- Iob. 35.
num, & omnes gressus eius considerat. Et quidem nisi uobis opportunum remedium adhibueritis, cum minus arbitrati fueritis, uos præ iustitiæ suæ dētibus deferret. Vnum autē ex singularibus remedijs est p̄tiosa Domini nostri Iesu Christi passio. Etenim hæc animæ cæcitates illuminat Sanctus Tobias 40
senex hirundinis stercore excæcatus est, ut dicitur Tobiæ, 2. Nec uisū recuperauit, quo Tob. 2.
usque ei impositū fuit fel contritum piscis. Sic plurimi sunt huius seculi stercore, & immunditijs excæcati. Talia enim esse reputabat B. Paulus quando dicebat. Omnia arbitror, ut stercora, ut Christum lucrifaciā, qui- Phili. 2.
bus igitur medicamentis hi cæci uisum recipient? Piscis utiq; felle. O piscis sacratissime in amarissimis miserarum aquis educate Iesu Christe fili Dei, fel tuum, (quæ est sanctissimæ passionis tuæ amaritudo) cōtritum, & consideratum, ac sæpius ruminatum mentis oculis impositum illos clarificat, & illuminat, ut peccator mala sua cognoscat, atque illorum ueram pænitentiam agat. Quòd cum ita sit fratres charissimi ex hac 41
singulari medicina fructum percipite, quæque filius Dei pro uobis passus est, profunde considerate, etenim hoc est contritum fel oculis imponere, & sic uisum recuperabitis, hoc est quātò sit uestra iniquitas, cognoscetis, siquidem tanto medicamine indiguit ueramque transactæ uitæ pænitentiam facietis, gratiamque in hoc sæculo, & in futuro gloriam consequemini, Amen.

Feria

Feria Quarta Cinerum.

Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hipocritæ tristes, &c. Matt. 6.

1 IVstitiam esse bipartitam Propheta testatur, cuius altera pars est. Recedere a malo; altera verò. Facere bonũ. Atq; idẽ hodiè nos sancta mater Ecclesia tã dictis, q̃ factis erudit, cinerem uidelicet, frontib. nostris imponens, nosq; his saluberrimis uerbis exhortans: Memento hõ,
Isa. 33. quia cinis es, & in cinerem reuerteris. Nos à peccato reuocare conatur; atq; ad nos admonet, ut mortis meminerimus. Vt autem quã efficax sit remedium hoc ad uos a peccatis auertendos cognoscatis, rem quãdam admirabilem notate, s. hominem ex omnibus pœnis, in quas per peccatum incurrit, ad plura peccata perpetranda occasionem sumpsisse, nisi ex morte, quæ est etiam pœna per peccatum illata. Pœna peccati est sensualitatis libertas, quæ aduersus spiritum, atq. rõnem
2 semper colluctatur. Ex hac autem pœna satis compertum uobis est quãtam occasionem hoĩes alia innumerabilia peccata admittẽdi perceperint. Atq; et ipsa sensualitas ab eis solicitatur, & commouetur, quo acrius spiritui inferat bellũ. Fames et est pœna peccati. Ex hac itẽ pœna hoĩes occasionẽ accepérũt, aliã plurima scelera committẽdi atq; in gulã, & ebrietatẽ, & alias inordinationes sæpius incidendi; quia sæpenumerò et gaudent, vt cum gustu, atq; sapore manducent. Sitis item est pœna peccati, multi autẽ illam inquirunt condimento aliquo comedẽtes, ut possint cum maiori sapore potare. Et ex hac pœna occasione sumpserunt hoĩes tot uinorũ modos exquirendi, quibus inebrientur. Nuditas et, & uestium necessitas originalis culpę suppli-
3 cium est. Ex hac autẽ pœna quot uestium inuentiones excogitarint, satis intelligitis, præsertim verò in Hispania, quam ut aliæ nationes amentem appellent, cum pannũ volumine, & forbicib. depingunt, quasi diceret: Abscinde quicumque libet, etenim uoluntas tua non potest certo cognosci, siquidem nouas quotidie uestium rationes depromis. Propter hos autem uestium sumptus, & elegantias quot peccata committantur, quæ lingua poterit explicare? Domibus, in quibus habitetur, ind geri, pœna etiam est peccati. Ex qua maximæ recreationes ptę ædificationum sumptuositate prodierunt. Atq; ob hanc causam plurima peccata commissa fuerunt. Inter has autem vniuersas pœnas una ex præcipuis, & grauioribus est mors, uèruntamen hæc est utilior. Nemo etenim reperietur, qui ex morte, sicut ex fame, siti, & denique nuditate peccandi occasionem assumat. Nullum quippe inter credentes adeò amẽtẽ suspicor extitisse, qui diceret, si quidem fortasse cras mihi moriendum erit,
nunc peccare, Deumque offendere uolo. 4.
Nam uerba illa, quæ sunt in libro sapietiæ dicta à pessimis quibusdam, qui se ad malũ faciendum inuicem incitabant. Exiguum,
& cum tædio est tẽpus uitę nostræ, uenite Sap. 2.
ergo, & fruamus bonis, quæ sunt, & utamur creatura, tanquam in iuuẽtute celeriter, coronemus nos rosis antequam marcescant, nullũ pratum sit quod pertranseat luxuria nostra, omnia hæc uerba in errore quodam nitebantur, sicut ibidem dicitur, quod dixerunt impij cogitantes apud se, non rectè, q̃a ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquam si non fuerimus, quia extinctus cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur
tanquam mollis aer. Ex eo quod errãtes ni 5
hil aliud, quam nasci, & mori esse iudicabant, spiritumque simul cum carne consumi existimabant, secularibus rebus celeriter frui desiderabant, atque ad hoc sese mutuò inuitabant. Et hoc est argumentum, q̃d
Beatus Paulus conflabat, dicens. Si mortui 1.Co.15.
non resurgunt, manducemus, & bibamus, cras enim moriemur, quasi dicat. Si nihil aliud futurum est, nisi tanquam bruta animalia nasci, & mori, mundo, eiusque rebus, antequam mors adueniat, utamur. Verum si quidem post mortem seuerum manet iudicium, arctissimamque factorum rationem reddi oportet, peccatoresque æterna tormenta manent: Ecquis adeo insanus erit, qui ex
hac cogitatione ad peccandum occasionem 6
accipiat? Impossibile utique uidetur. Imo verò harum rerũ recordatio, atque assidua contemplatio secularis uoluptates execrandi, occasioni sunt.

Quapropter nobis dicit sancta Ecclesia, Memento hõ, &c. Etenim etsi hæc recordatio laboriosa, & molesta est, nimis tamen utilis
existit. Solet, q̃s dicere, hic cibus est mihi nimis utilis, & si aliquãtum grauis. Quare? nunquid Simile.
bonũ est quemq; urgenti ferri podere onus incedere? Dico illum bonum esse, quum me

ad hostibus meis defendit, & ex illis uictorẽ depromit. Dixit Dominus: Inimici hominis domesticis eius Magis autem domestici sũt sensus. Et hi quidem sunt maiores inimici eo quòd omnes ad malum nimis propensi sunt. Nares suauibus, atque prophanis odoribus inclinantur, & ideo domos infirmorum, atque hospitalia fugiunt, quia magnus in eis est fętor. Lingua est super exactissimas quasque nouaculas acuta, ad proximi famã dissecandã: Si autem quatuor verba sancta loquatur, statim arescit, nec ultra commoueri potest, Manus ad malum expeditissimę ad bonum aũt grauissimæ. Humeri crucis onus aufugiũt alia verò pessima pondera in Dei offensione supportant. Pedes ad malum velocissimè decurrunt bonum aũt maximè torpescunt. Oculi propensi pulcherrimis quibusque rebus, & quæ cor ad se attrahere possunt, aspiciẽdis, ad proximorum aũt necessitates uidendas difficillimè aperiuntur. Idcirco B. Paulus, membra nostra arma iniquitatis appellat, dicens: Ne exhibeatis membra vestra arma iniquitatis, peccator.n. illa propensiones atque inclinationes suas prauas sequi, est sinere, ut arma sint iniquitatis.

Matt 7.

7

Rom. 6.

8 Ad hos igitur inimicos superandos, atq; ex illis victoriam reportãdam mirificus est gladius, mortis recordatio. Dicit.n. regius Psaltes: Delicta quis intelligit, ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo, &c. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor a delicto maximo. Et erunt vt complaceant eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conspectu meo sp. Idest, si sensus mei non fuerint dominati, sed ego illorum dominabor, tũc immaculatus ero, opera verbaque mea munda erunt, corque meum præparatũ existet, vt semper coram diuino conspectu commoretur. O mirifica emolumẽta, quæ ex eo, quod homo sensus suos deuicerit, subsequuntur.

Psa. 18.

9 Siquidem autem mortis recordatio est gladius acutissimus, quo hos inimicos superamus, semper nos illa præcinctos oportet incedere. Et ideo merito nobis hodie dicitur: Memento homo, &c. Etiam mortis recordatio est mensura quędam, qua omnes res seculares demetimur, & quam uanæ sunt, plane cognoscimus, ut sic eas cõtemnamus, ne nos deperdant. Esdræ Angelus apparuit, atque dixit ei: Vade mensura mihi flatũ venti. Ventus quem Angelus huic uiro sancto metiri iubebat, est hic aer atque idcirco respondit, dicẽs: Quis natorum poterit facere ut me interroges de his? quasi diceret, quis tale poterit efficere? Nobis aũt præcipitur alterum aerem magis aerem, & inutiliorem, quam hũc metiri, quorũ impetu plurimi in infernum deferuntur. Hæc est caduci mũdi gloria, & pompa, qui optima mortis mensura, mensurari potest. Vt autem mihi dicẽtillum esse aerẽ fidem adhibeatis, unum ex sapientioribus hominib. orbis terrarũ huc uobis adducam (etiam his fides solet adhiberi) qui sicillum appellat. Hic est Salomon, 10

4. Esd. 4.

qui librum nomine Ecclesiasten scripsit, in quo de hoc aere mensurando agit, dicens, Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes. Vanitas uanitatum, & omnia uanitas. O miseri filij hominum, ut quid tam effrænati istas bonorum vmbras exquiritis? credite (inquit) mihi sapienti, qui isthæc omnia expertus ab eis deceptus fuit, ex alieno piculo vobis præcauete. Omnia delibaui atque gustaui, & nihil in eis, præter afflictionem, laborem, amaritudinẽ, atq uanitatẽ ingeni. Quis diuitijs, atque honore similis mihi, quis adeo dilectus, quis adeo per uniuersum terrarum orbem celebratus, sicut ego? Delicijs abũdaui, opera mea magnificaui, magnas & nimis sũptuosas ędes erexi, uineas plãtaui, hortosq; confeci, iucundissima uireta peregi, in quib. diuersorum fructuum arbores insei, in eis aquarum stagna perfodi, plurima mancipia possedi, plura quam omnes prædecessores mei Hierosolymis armenta habui, maximã auri, argenti copiam cõgregaui, plurima regna & prouincias sub ditione mea cõtinui, plurimos cantores, & cantatrices habui, vniuersis uoluptatibus plusquã omnes filij hominum fruitus sum, vasa, & abaces locupletissimos possedi, in quib. pretiosissima quæque uina bibebam: oẽs qui antea me fuerũt, diuitijs, ac maiestate superaui. Nihil deniq; quod cor meum desiderauit, ei denegaui, laxis habenis illud oĩbus delicijs perfrui, passus sum, oĩa quę desiderauerunt oculi mei, non negaui eis, nec phibui cor meum, quin omni uoluptate frueretur, & oblectaret se in his, q̃ parauerã. In psepibus suis quinquaginta duo millia equorum sibi, curribusq; suis habebat. Mirabile utique, quorum præsepe licet tota hęc ciuitas esset, vix tñ illos capere posset. Trecentas habuit vxores Fuit rex potens. pacificus, sapiens, & gloriosus. Adeò ut rex longinquis regionibus uenerint reges, & reginę, vt eius maiestatẽ aspicerent, qua

Eccl. 1.

11

12

Eccle. 2.

2. Par. 9. & 3. Re. 4.

qua perspecta in regiones suas attoniti reuertebantur. Posthæc omnia, quid vobis dicere possum ô filij hominum, nisi cum mors accessit, mensuraque sua hunc aerem dimensa est, hostorioque suo ventum istum hostiuit, inuenisse omnia vanitatem esse vanitatum? Etenim hodie auro cooperti, cras luto sumus inuoluti. Hodie delicatissimis cibis vescimur, cras vero a vermibus miserrimè
13 comedimur. Hanc frater mi Christiane oportet esse tuā assiduā exercitationē, hūc aerem mortis mensura demetiri. Contempla si te in sublimi arce esse collocatum, & ex inde omnia, quæ in mundo aguntur, aspicere: hominum curas, cogitationes, actiones, verba, longos discursus, laboresque cōsidera, & filiorum Adæ errorem, cæcitatem, tenebrasque perspiciens vix contineri poteris, quin maximā lachrymarum copiam effundas. Et enim ijs rebus intendunt, ut ab illo Domino, qui nihil sine causa facit, sine causa creati fuisse videantur. Ecquis in lachrymarum fluenta non conuertetur, prospiciens tam nobilem, miraculosamque creaturam intelle-
14 ctu rationeq; præditam, atque ad Dei similitudinem factam, cuius ministerio conditæ sunt stellæ cæli, & elemēta, & omnia, quæ in eis sunt, tam cæcam, tam inordinatam, & perditā incedere, vt viæ suæ prorsus ignara iter facere videatur? O quā merito de filijs
Isa. 59 Adæ dicere possumus quod dixit Isaias propheta. Telas araneæ texuerunt. Tu quippe frater vt telam texas, & reta conficias ad aucupandas muscas, uiscera effundis: modicū autem flat aeris, & omnia dissipat. Sic vnus flatus ea subuertit, q̄ maximo cum dolore, atque afflictione adquisita sunt, etenim telis quidem suis non operientur, sed ad perpe-
15 tuam ipsorum confusionem, nuditatemque fient. O infœlix peccator quomodo telæ tuę, negotia tua, & quicquid in orbe tanto cum labore comparasti in instanti abscindetur, & in frustra diuidetur? Congregationi cuidam peccatorum dixit Zacharias
Zac. 14. Propheta, Dei nomine: Ecce dies Domini ueniunt, dicit Dominus, & diuidentur spolia tua in medio tui: Idem tibi dico ego ô peccator, qui hæc sæcularia tanto cum labore, atque anxietate perquiris. Ecce diuidentur spolia tua in medio tui. O qualis diuisio fiet in die obitus tui, non est aries tam diui
Simile. sus, sicut tu eris. Suspendit lanius arietem in medio turbæ, vnus pellē, alius armum, alius aliam partem, alius extra, alius caput; canes deniqu e cruorem expectant. Sic in malorum interitu hæredes diuitias, vermes cadauer. Dæmones autem animam expectant Diuidentur spolia tua in medio tui, O metuendā rē? Ecquis hæc attente considerans toto corpore non contremiscit? Merito igitur nobis sancta Ecclesia hodie dicit, Memēto homo &c. intelligens hoc efficacissimum esse remedium, ut a malo recedamus, atque omnia sæcularia negligamus.

Quando quis extra patriam suam in grauem incidit morbum, ad ualetudinem recuperandam, ad patrium aerem redire consueuit, sic homini per culpam languenti singulare remedium est ad spiritualem ualetudinem consequendam in terrę aerem reuerti, hoc est sæpenumerò cineris, & terræ, qua conditus fuit, consideratione fulciri Et S. Euangelij dictis nos sancta mater Ecclesia erudit, quomodo bonum facere debeamus, & hæc est altera pars iustitiæ, in qua nobis dicit dominus: *Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes, &c.* 16 Simile.

Præsupponit hic Dominus, eo quod ieiunium tam utile, atque necessarium sit, nobis esse ieiunandum. Quod ipsa mater Ecclesia ostendit, cum in præfatione Quadragesimali dicat. Qui corporali ieiunio uitia comprimens, mentem eleuas, virtutem largiris & præmia, atque ieiunium, non solum corpori medetur, sed etiam ureis animæ aduersus eundem inimicum potentissimum adauget. Caro enim semper spiritum supplantare, conatur, cui ieiunium uires adimit, & sic spiritus eius fortior remanet. D. Basilius dicit: Quando duo præliantur, illi superabit, cui prius subsidium venerit, cumque inter carnem, & spiritum atrox semper bellum geratur, (dicit n. B. Apostolus: Caro concupiscit aduersus spiritum, & spūs aduersus carnem:) si tu sensualitati faueris, certum est illam uictricem esse euasuram, si vero abstinendo ei uires ademeris, spiritumq; adiuueris, victoriam reportabit. 17 Basi. ser. de ieiun. Gala. 5. 18

Ideò dixit Sāctus Iob: In fame bestię terræ pacificæ erunt tibi. Nimis conueniens fuit, ut quod per gulam amisimus, per abstinentiam recuperaremus. Sicut B. Hieronymus dicebat. Gula nos de paradiso eiecit, oportet quod esuries nos reducat. Nā sicut sæpe contingit patrimonium, quod parētes propter gulam distrahunt, hunc pigeantur, liberos arctè uiuendo, & nimium abstinendo redimere, atque recuperare, ita etiam Iob. 5. Hier. in epist. ad fratres. Simile.

patrimonium, quod nostri primi parentes p
gelant nobis perdiderunt, nos per abstinen-
tiam, & ieiunium, recuperare possumus.
Ro. 15. Ideo nos admonet S. Paulus, dicens: Non
ergo blasphemetur bonum nostrum, non
est enim regnum Dei esca, & potus, sed iusti
tia, & pax, & gaudiũ in Spiritu sancto, dicit:
Non est uia ad regnum Dei esca, & potus, lu
xus, & lasciuia. Quae ergo est vera via? Respõ
det, iustitia, & pax.

Haec iustitia, & pax fit corpus ieiunijs, at
que afflictionibus (sicut antea diximus)
19 mortificando, quia illa carnem rationi su-
bijciunt, quod est opus iustitiae, & sic homo
intra se pacificè uiuit. Diligenter perpendi-
te verbum illud, Bonum nostrum; quid est
bonum uostrum? Bonum utique nostrum
Ioan. 1. est Christus Redemptor noster. Est noster,
quia ab aeterno Patre hominibus datus est,
quia sic Deus dilexit mundum, ut filium
suum vnigenitum daret. O benedictum ta-
le bonum, & benedictus sit tale donans.
Hoc autem bonum nostrum tunc quodam
modo blasphematur, cum minoris, quam
viles res huius saeculi aestimatur. Et propter
illas negligitur, quasi meliores illo esse cre-
derentur. Et sic illum voluntate tua appre-
tias, quando eum propter illas offendis, et
si honore non dicis, nec monte credis. Et sic
est blasphemia voluntatis. O infoelicem ho-
20 minem, qui utilia Deo antepohit. Dicit do-
minus: Vae vobis, qui saturati estis, quia esu-
Luc. 6. rietis. Qui vt saturentur, & diuersis cibo-
rum generibus vescantur, plurimas iniusti-
1.Re. 2. tias committunt, postea vero saturitas alia
complura mala causatur. Filii Eli carnes car
nes a fidelibus sibi oblatas noluerunt, sed
illas crudas petierunt, ut noua quadam ra-
tione illas conditas facerent, quo iucundio
21 res essent. Et hoc faciebant prae nimia gu-
la. Vide autem quomodo hoc persolue-
rint, etenim miserè in praelio procubue-
runt. Ex his omnibus fratres charissimi,
oportet uos intellexisse quam necessaria
21 sit abstinentia, nunc autem in hoc sancto
tempore multo magis necessaria est. Prae-
ceptum est enim ieiunij sub mortali peccato
obligans eos, qui isto aliquo impedimen-
to non fuerint excusati. Do infoelici autem,
qui hanc obligationem intelligens pro ui-
li quadam coena lethalem culpam vult
admittere, quid poterit sperari? Quid
miremur Esau pro paucis lentibus primo-
genituram vendidisse, siquidem vilum
Christianum aeternam gloriae haereditatem
pro uirili caena commutare perspicimus? qd
maioribus tentationib. oppugnatus faciet,
qui parua quadam occasione commotus in Gen. 25.
iram, atque indignationem Dei incurrere
non timuit?

Praesupposito igitur nos tanquam bonos
Christianos ieiunare debere, admonet nos
dominus, ne in ieiunijs nostris simus sicut
hypocritae. *Exterminant enim facies suas,*
Vt appareant hominibus ieiunantes, obstu- 22
pendum est visu, quot medijs saecularem glo
riam homines quaerunt. Sunt foeminae, quae
vt decora facie videantur, supercilia depi-
lant, tormenta tanquam martyres patiunt,
solummodo propter inanem saeculi gloriã.
Alij autem hanc ipsam gloriam vice versa
perquirunt facies non fucantes, sed potius
ieiunijs, alijsq; afflictionibus illas extenuan-
te. Ecce quam diuersis itineribus superbia
nauigat, vt ad inanis gloriae portum perue-
niat. Hoc uitium hypocrisis nimis execra
bile est Deo, nam vnum vitium alteri uitio,
sicut gulam luxuriae, homicidium furto de
seruire magnum malum est. Veruntamen rela-
tionem aliquam inter se habere uidentur,
sicut in vt vnus ab altero diuitias auferat, 23
illum occidit. Virtutem autem uitio inserui
re, hoc est intolerabile malum. Et ut ait B. Chrysost.
Chrysostomus summa uirtuti infertur in-
iuria, cum mali eam in peccatorum suo-
rum instrumenta suscipiunt, sicuti cum be
ne operantur, ut honorem, aut alia saecularia
bona consequantur. Hoc namq; est uirtutẽ
cupiditati, ac superbiae ministrare. Depingit
pictor imaginẽ crucifixi, illamq; pluribus, at
que exactissimis coloribus illustrans pfectissi Simile.
mã depromere intendit, q interrogatus, vtrũ
haec crucifixi deuotione perficiat? Et vera re 24
spondere uolens, ingenue fatebitur se non me-
minisse Iesu Christi, sed illa omnia efficere,
vt imaginem carius vendat. Talis est hypo-
crita, q uarijs scientiarũ coloribus illustrat, &
quasi Christi crucifixi imago efficitur, nõ gdẽ
ob eius amorẽ, ac reuerentiam, sed ut pluris
ab hominibus aestimetur. O diabolicã puer
sitatẽ, q seuero supplicio digna est. Sichem Gen. 34
dixit seruis suis: Si circumcidamus mascu-
los nostros, ritũ gentis scilicet, Hebraeos imi-
tantes, substantia eorum, & pecora, & cũcta
quae possident, nostra erunt. Et ibidem dicũ
tur hi miseri infoelici morte fuisse necati,
quod utique Deus permisit, siquidem sola
temporali utilitate commoti circumcidi vo-
luerunt.

luerunt: Quid igitur sperant ij, qui virtutibus exterius exornātur, solūmodo vt tpalem diuitias, atq; honores adipiscantur? Cauete igitur fratres tanto malo, nec vestris bonis operibus humanā gloriā consequi contemini. Ne Deo quidem pp ipsius gloriam, sed pp infinitam eius probitatem seruire debemus. Singulare præmiū ducētes, q diuina ipsius Maiestas ministeria nostra uelit acceptare: cognoscētes opa nostra ex se tanto bono esse indigna. Vt aūt q̄ hoc nostro interest, cognoscatis: animaduertite B. Paulū q
Rom. 9 ait ipse, cur dominus repudiatis Hebreis gentes susceperit. Et ita dicit. Quid est q Israel sectando iustitiā, in legem iustitiæ nō peruenit? gentes aūt q non sectabātur iustitiā, in legē iustitiæ peruenerūt? Ardua profecto quæstio, & admiratione digna, cur reliquerit Deus populū, q tot bonis operibus intendebat, diuinamq; legē custodiebat, idololatras autem ad legē gratiæ receperit? Cui q̄stioni breuiter ipse Apostolus ibidem respōdet,
26 dicens: Illos à Dño fuisse repulsos, quia non ex fide, sed quasi ex operibus, i. quia Iudæi verā iustitiā, & iustitię fructum, i. æternam salutem, non tamen diuinæ gratiæ dono, quā ex operū suorum ualore, hoc est sacrificiorū & circuncisione, atque in aliarum cœremoniarum obseruantia totam fiduciam suam constituebant, & pp istæc solum oīa sibi deberi iudicabant. Et propter hāc elationē, inanemque fiduciam ex oī bono repulsi sunt. Quamobrem fratres mei cauete, ne vestra sEmet operibus bonis vos destruatis: alterum
Apoc. 4. enim conatur Sathanas, aut ne illa faciatis; aut cū feceritis, vobis nō prosint, sed potius obsint. Attēdite Deum in omnibus illis maiorem partem adhibere, quocirca ei oīum
27 laudem oportet exhiberi. Dicit B. Ioannes se vidisse illos viginti quatuor seniores, qui pcidebant ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in sæcula sæculorū, & mittebant coronas suas ante thronū, dicentes, Dignus es dñe Deus noster accipere gloriā, & honorem, & virtutem: confitentes in hoc si coronas habent, hoc esse propter infinitā Dei misericordiam. Atque ideo ei omnium bonorum operum laus reddenda est.

Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum. In hoc docemur, vt oēm hypocrisis fictionē auferamus, nec hoībus placere curemus, sed vnius Dei uoluntatem facere conuenitur. *Et pater tuus qui est in abscōdito reddet tibi.* Cum Deus in bonis, quæ uobis præcipit operari, p nihil aliud intendat, nisi ad maiora in nos beneficia conferenda deuincire, nihil nos amittere, nec ipse nobis benefaciendi occasionem uult prætermittere. Vnum autem ex ijs, quibus arctius Deum deuincimus, est nos ardentissime desiderare diuinæ ipsius maiestati placere. Hoc mirabiliter declarat Sanctus Esaias, dicens, Si Esa. 58.
auerteris à Sabbatho pedem tuum, facere, uoluntatem tuam in die sancto meo, & uo- 28.
caberis Sabbathum delicatum, & sanctum Domini gloriosum, & glorificaueris eum, dum non facis uias tuas, & non inuenietur uoluntas tua, ut loquaris sermonem: tunc delectaberis super Domino, & sustollam te super altitudines terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui. O admirabilem Dei promissionem, ecquis dignus esset, qui particeps eius fieret. Per Sabbathum diem quietis Dei, & orationis omnia opera, quibus Deo placemus, eique seruimus, intelliguntur. Dicit igitur; Si coram te omnia fuerint, quæ ego ministerio meo dedicaui nimirum æstimata, sique tam delicatum, tam que ardenti charitate inflammatum habueris desiderium complacendi mihi, vt illud contaminare, aut attingere non audeas, adeo vt rem ministerij mei à nemine tibi impediri, aut attingi patiaris, & quandam quicquid eorum tactum fuerit, illud persentias, acsi pupillam oculi tui quis tangeret, inquam ne aristam quidem incidere pateris. In tota hac paraphrasi uult dicere, si adeo studiosè, ac tenere res meas tractaueris, voluntatemque meā adeo delicatam esse iudicaueris, ut nequaquam ei audeas contradicere, tunc scies Dei gustum habere, atque in eo gaudia tua reperire. Experieris enim eum tantam de te curam gerere, ut te super altitudinem terræ attollat. Adeo te a terrestribus desiderijs liberum perspicies, sit tam diuinam operationem in te sentiens obstupescas, O benedictus, & glorificatus sit talis Deus, qui fidelibus seruis suis talia promittit. Hoc fratres charissimi nunc superest, ut quantum in nobis est diligentissime curemus ea, quæ huic optimo Domino grata sunt, super oculos habere, solūmodo quia ei placent, non uero propter alium respectus.

Et pater tuus qui est in abscondito reddet tibi. Est autem hic quædam difficultas, uidelicet, q in hodierna Ioelis Prophetæ lectione sunt uerba, quæ huic dominicæ sententiæ repu-

repugnare videtur. Postq̃ etenim S. Prophe ta dulcissima illa verba dixerat. Couertimini ad Dñm Deum uestrum, quia benignus & misericors est, qui non uult imperare terræ, vt aperiatur, & uos deglutiat, sed ipse viscera sua aperit, uosq́ue peccatorum vestrorum pœnam agentes in eis includere desiderat, vt intelligatis aĩam in peccatum prolapsam reparari, coronamq́ue capiti iterum posse imponere. O ineffabilem Dei clementiam. Dicit sacra Scriptura; Postquam Esau primogenituram suam distraxit, etsi plurimum lachrymatus est, illã tamẽ recuperare nequiuisse. Hic autem dicit dñs Conuertimini ad me in toto corde uestro, in ieiunio, & fletu, & planctu amissamque primogenituram recuperare ualebitis. Et posthæc omnia dicit: Sanctificare ieiunium, uocare cœtum congregare populum. Ieiunium sanctificare, est curare, ut cùm bona conscientia ieiunemus, extra peccatum mortale persistentes. Quarè dr̃. Ad locum, unde exeunt flumina, reuertuntur, ut iterum fluant. Quęro siquidem oĩa flumina ex mari prodeunt & omnes aquæ inde erumpunt, quænam est causa, ob quam aliæ aquæ dulces, aliæ uero insulsæ prosiliunt? huius rei causa est, quia per diuersas terras transeunt, & saporem terræ, per quam prætereunt, accipiunt. Sic uniuersa opera nostra per cor transeunt. Et si cor bonum, diuinaq; gratia plenum, bonaque intentione commissum est, opus dulce, atque iucundum Deo, prodijt, & sic dixit Ezechias: Domine memento, quo ambulauerim corã te in ueritate, & corde perfecto, & quod placitum fuit ante te fecerim. Si vero cor malum est, opus insulsum, atque amarum erit, nec Deus illo delectatur. Et sic dicit Ecclesiasticus; Dona iniquorum nõ ꝓbat altissimus. Tam altum quid, atque sublime est diuina gratia, vt, sicut dicit B. Petrus, sit quædam diuinę naturę participatio. Et sicut dicit D. Thomas, sit donum supernaturale, quo nostra bona opera in cœlum conscendunt, sicut plumbei globi, qui ex natura sua deorsum descendunt, & tamẽ impetu ignis ex fistula prorumpentis sursum ascendere compelluntur. Sic opera nostra, etsi quatenus ex libero arbitrio nostro, naturaque per peccatum, & malis morbus corrupta procedunt, in terram excidunt: gratiæ tamẽ, & charitatis virtute in cęlum conscendunt, quo illa bonus Christianus ex cordis sui fistula mittit, & illic Dei viscera feriunt,

Joel. 2.
Gen. 25
31
Eccl. 1.
32
4. Reg. 20.
Eccl. 34
1. Pet. 1.
D. Th. 1
2. q. 109


Nam si quemadmodũ ipse animæ sanctę dicit. Vulnerasti cor meum in vno crine colli tui. S. (inquam) vna sãcta cogitatione significata per crinem diuinum eius cor vulneratur, quanto magis vno bono opere, & quanto magis totius quadragesimæ ieiunio diuina ipsius gratia adiuto vulnerabitur? Idcirco dicit. Sanctificate ieiunium, vt sit ieiunium factum in gratia, & charitate Dei. In eo autem, ꝙ vlterius sequitur, inest difficultas, quã superius dicebamus. Præcipit enim nobis dominus, dicẽs. Vocate cętum, cõgregate populum, &c. vt ieiunium vestrũ sit quasi tuba, quæ oẽs domesticos, vicinos, atq; etiã ciues vestros iuuenes, & senes viros, ac fœminas ad ieiunandum ꝓuocet. Quõ igitur in hodierna S. Euangelij lectione nos admonet, ne exteriorib. apparentijs nos ieiunare significemus, sed solummodo contenti simus, ꝙ Pater noster, q̃ est in abscõdito, nos videat ieiunare? In verbis autem Prophetæ præcipit nos ita ieiunare, vt ieiunium nostrum omnib. innotescat, vt oẽs ad ieiunandum nostro pio exemplo moueantur? Eodem vtique spiritu, quo S. Euangelium scriptum fuit, quoque dñs hæc verba loquutus est S. Propheta Ioel isthæc dixit. Et sic nulla in vtrisq; inest cõtradictio. Etenim dominus non prohibet nos bonum exemplum proximis perhibere. Hoc autem præcipit, ne ieiunemus, ut hoĩbus placeamus, & ita publice ieiunamus, vt intẽtio maneat in occulto. Et sic valde notandum est dominum de ieiunio loquentem dicere. *Cum ieiunatis.* Et loquentem etiam de oratione dixisse: Cum oratis, cum autem de eleemosyna loqueretur non dixisse: cum facitis eleemosynam, sed cum facis eleemosynam. In quo significauit patremfamilias ita ieiunare, & orare debere, ut curet omnes domesticos suos ieiunare, & orare eleemosynam autem, cum diuitiæ sint, suæ, ipsummet largiri debere. Et ideo nõ dicit: cum facitis eleemosynam. *Nolite, thesaurizare vobis thesauros in terrã.* Thesaurizate autem uobis thesauros in cœlo. Aduertite quõ hic dominus ieiunio eleemosynã coniugit, qua in pauperes thesauros nostros diuidentes in cœlo nobis thesaurizamus, nõ enim ieiunãdum nobis est, vt minores sumptus facientes diuitias augeamus, sed vt ea, quæ à nostri corporis uictu subtrahimus, vt pauperib. impendamus quo corporalis ieiunij exercitatio pietati, vt misericordię coniũcta ꝓcedat. Qui sentiẽs, dicite,

Cant. 4
34
35
Matt. 6.
36

dicite, infelices, qui totum vitæ tēpus in thesauris aggregandis cōsumpserunt, nec futuram aliam uitam esse meminerunt, cum se
Iaco. 5. in illa ęterna inferni paupertate, ac nuditate perspiciant? O q̄ merito, & quanto cum affectu, hoc B. Iacobus diuites admonet, dicēs: Agite nunc diuites, plorate ululantes in miserijs uestris, quæ aduenient uobis. Diuitię vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta uestes à tineis comesta sunt. Aurum & argentum
37 vestrum ęruginauit, & ærugo eorum in testimonium uobis erit, & māducabit carnes vestras sicut ignis. O terribilia uerba? quę non obstupefacitis? O diuites crudeles attendite quid hic uobis dicit Spiritus sanctus, scilicet abundātiam, quā nunc affluitis, qua cęlorū renes possetis impetrare, & non vultis, manducaturām esse carnes uestras, sicut etenim rabie conficiemini considerātes quam faci-
Simile. lè vos est malis illis possetis eximere, atque æternam beatitudinem comparat. Dilectissimi fratres hoc nimis necessarium negotiū animaduertite, attendentes ducem prudentem omnia quæ in prœlio acquisiuit diligentissimè curare, vt domum suam deferantur,
38 vbi sperat se aliquando tandem cum tranquillitate moraturum: Diligenter curate per pauperum manus ea quæ in hoc sæculo acquisijstis in æternas illas mansiones trasmittere, ubi uos in æternum victuros speratis. Quod si thesauros vestros illuc miseritis: eos cor uestrum sequetur. Nam vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Cumq; cor uestrum in Deo habeatis, & ipse illud gratia replebit, quousque in futuro cęlesti gloria repleatur, Amen.

Feria sexta post Cineres.

1 *Audistis, quia dictum est antiquis: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Matt. 5.*



Psal. 7. Mirabile est consideratu, unde potuerunt Hebræi dicendi hoc occasionē assumere. Nā David magnum peccatum hoc esse iudicabat, & ita dicebat; domine Deus meus si feci istud, si est iniquitas in manib. meis, ecquid est istud, q̄ te fecisse negas? quod per exaggerationē absolutè iniquitatem vocas? Ipsemet se ita tim declarat subdens; Si reddidi retribuentibus mihi mala. Vt aūt se hoc nō fecisse confirmet, aduertite, quales sibi maledictiones immittat. Decidam (inq̄t) meritò ab inimicis meis inanis, persequatur inimicus aīam meā, cōprehendat & conculcet in terra vitā meam, glōriam meā in puluerē deducat. O immēsa Trinitas, q̄ graues sibi pęnas imponit, si ipse talē iniquitatē admisit, ut exaggeret, quā immunis, & expers illius existit. Et
2 filius eius Salomō, clemētia illa uerba dixit q̄ postea B. Paulus ad Romanos scripsit: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, da ei aquam bibere. Prunas. n. congregabis super caput eius, & dominus reddet tibi. Et cùm hebræi tempore Nabuchodonosor captiui in Babylone morarētur, maximam pecuniæ quantitatem sacerdotibus Hierosolymę existentibus transmiserunt, dicētes; Orate p̄ vita Nabuchodonosor Regis Babylonis, & p̄ vita Balthasar filij eius, ut sint dies eorum sicut dies cœli super terram, & ut det dominus virtutem nobis, & illuminet oculos nostros, ut uiuamus sub umbra Nabuchodonosor, & filijs eius, & seruiamus eis. Pro. 27. Ro. 12. Baru. 1.
Ecce quomodo pro illo exorabant, q̄ eos captiuos duxerat. Deum etiam precabātur, vt eis patientiam cōcederet, quo seruitutem illam æquo animo tolerarent, tyrannoq; illi libenter inseruirent. Non solum autem tam quam malum iudicatum fuit inter eos, qui Moysi legem obseruabant, sed sicut malum etiam in naturæ lege damnabatur; Et sic dixit S. Iob. Si gauisus sum ad ruinam eius, q̄ me oderat, & exultaui, q̄ inuenisset eum malum, non enim dedi ad peccandum guttur meum, ut expeterem maledicens animam eius. Perpendite sanctum hunc virum, nec uerbo, nec desiderio inimicum suum offendisse. Non solum autem hac uirtute amici Dei utebantur, uerum & Ethnici etiā, atque idololatræ illam exercebant, quod in plurimis Iulij Cęsaris, & Alexandri Magni factis aperte perspicitur. Quę cum ita sint, unde occasionem Iudæi illi acceperunt tam abominabilem errorem asserendi? Dico, eò quod maximi peccatores essent, Deum permisisse, vt in pœnam scelerum suorum in tantam cœcitatem deuenissent. B. Paulus ad huius ueritatis confirmationem dicit: Reuelatur. n. ira Dei de cœlo super omnem impietatem, & iniustitiam hoīum eorum, qui ueritatem Dei in iniustitiam detinent. Non dixit, super impios, ne fortè arbitrare-
Iob. 31. 3 4 Rom. 1.

ntur, qñ Deus aliquem punit, illum punire, quia odio habet, sed quia eius iniquitatem obit; & subdit, & iniustitiam, ut significaret singula peccata sigillatim esse punieda. Peccata impietatis sunt, q contra Deũ fiũt, peccata verò iustitiæ sunt, quæ aduersus proximos committũtur. Et postea subdit dicens: Hoīum illorum, qui veritaté Dei in iniustitia detinent. Contéplamini quemadmodũ
5 cum granum quodpiā in agro seritur, ad producendum fructum naturalé hét propensionem, & qñ illum nõ producit violentiam patitur, vinculisq; inclusum esse vr, ita etiam veritaté nobis à Deo reuelatā naturalé illam propensionẽ producendi, fructumque ferendi habere, quẽ cum non fert, quasi uincta teneri vr. Et ideò dicit: Qui veritaté Dei in iniustitia detinent; quia maximam iniuriam diuinæ inferunt veritati illā uincientes, nec operari patientes. Videamus aũt quod nam sit hoc supplicium, quod super tales de cęlo dī descensurum? Rñdet S. Apostolus in gentibus collocans exemplum, qui cum naturali luminе illustrati vnũ Deum esse cognoscerent, illum tamẽ tanq̃ Deum glorificare no
6 luerunt. Propter quod peccatũ tradidit illos Deus in reprobũ sensum. Quod si eos, q naturali lumine nõ sunt vsi tam seuero supplicio puniuit, qd faceret eis, qui supernaturale lumẽ fidei, et splendore fuerāt irradiati, infusasq; ueritates à Dño didicerũt? siquidem ex oībus his lucibus fructum percipere noluerũt? Maiori quidẽ ratione hac pœna puniti sunt, s. q̃a obscuratum est insipiens cor eorũ, & tradidit illos Deus in reprobum sensum. Et ita etsi (ut apertè probauimus) manifestum erat, maximum esse malũ, inimicos odisse, cum excæcati essent, in hũc errorem deuenerunt, vt dicerẽt. *Odio habebis inimicũ tuum*. Quocircà fratres mei, hoc terribile Dei supplicium pertimescite, & à sceleribus diligentissimè cauete, qñquidẽ illæ sunt potissima via, per q̃ hoĩes in errores prolabun-
7 tũr. *Ego autem dico uobis. Diligite inimicos uestros.* Vniuersi legislatores tam Ethnici, q̃ Catholici leges suas deitate aliqua comprobare curauerunt. Et hoc, quia cognouerũt q̃ difficilẽ hoĩes ad obediẽdum alijs hoībus inclinātur. Licurgus leges quas Lacedęmonijs tulit se ab Appolline Delphico accepisse affirmauit. Minos dixit se Iouis imperio Cretensibus leges sanxisse. Zaleucus dixit se Mineruæ nomine leges tulisse. Numa Pompilius dixit se Deæ, siue Nymphę Egeriæ nomine Romanis legẽ sanxisse. Moyses dixit se omnipotentis Dei nomine legẽ Hebræis adduxisse, sicut infallibilis erat ueritas, ab eo .n. illam acceperat, atq; ideo dicebat. Hęc dicit dominus. Etenim reliqui omnes mentiebantur falsos citantes Deos. Solus supernus legislator, atque redemptor noster Iesus Christus, quia cùm uerus esset homo, verus et erat Deus, dicit: *Ego autem dico vobis*. O quantam vim, & maiestatem habet
hoc verbum. Hoc nos vel maximè ad inimi 8
cos nostros diligendos concitare debet, scire nobis à Deo illo immenso, in cuius cõspectu vniuersę cæli potestates consternuntur, & ex cuius dextera cunctæ creaturæ dependent, ne in nihilum, unde absoluto eius verbo abstractę sunt, redigātur, nobis fuisse *præceptum*, ne inimicos nostros oderimus. Tanti autem ponderis est ratio, ob quā creatura creatori suo tenetur obedire, vbi primũ minimam quamq; uocem eius audierit, ut omnes rationes, quę ex aduerso fuerint congregatæ ad inclināndos nos, vt pro male malum reddamus, nec rationabiles esse, neque existentiam habere possint. Et sic, nequaquā eis debemus obedire. A plurimis quondam dubitatum fuit, in quo pręcipuè opera Christiana perfectio consisteret. Hęc autem
quæstio non est inutilis, vt cognito opere il 9
lo in eo adimplendo maximam diligentiā adhibeamus. Nonnulli dixerũt Christianā perfectionem in Euangelicorum cõsiliorũ executione consistere. Et hi illa Saluatoris sententia mouebantur, dicentis: Si vis perfe-
ctus esse, vado, & vende omnia quæ habes, Mat. 19
&c. Attamen Euangelica consilia uia sunt ad perfectionem, q̃a impedimẽta perfectionis adimunt, non autem sunt ipsa perfectio. Paupertas auaritiam, obedientia superbiam castitas luxuria tollit, & sic homo ad perfectionem impetrandam disponitur. Alij inuitentes uerbis illis B. Iacobi dicentis. Patien-
tia opus perfectum habet, in patientia perfe Iaco. 1.
ctionem Euangelicam esse voluerunt. Verũ 10
tamen, & si patientia perfectissima est, perfectionis tamen est effectus: non autem ipsa perfectio essentialis est. Alij in fidei exercitatione illam esse dixerunt, & hi mouebantur verbis illis B. Pauli Apostoli dicentis;
Accipite armaturam Dei, ut possitis resiste Ephe. 6
re in die malo, & in omnibus perfectè stare sumentes scutum fidei. Sed hæc uirtus docet, in quo opere perfectio consistit, & quamuis ipsa sit ianua, per quam ad perfectionem

ctionem peruenitur, non tamen est ipsa perfectio B. Paul. aperte ostendit perfectionem in charitate consistere. Et sic postq̃ fidelibus commendauit, ut plurimis se curent virtutibus exornare, concludit dicẽs? Super omnia
Colo.3. autem hæc charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. Perpendite verbũ illud, vinculum perfectionis, i. vinculũ perfectum. Huius charitatis binę sunt alæ, quarum vna ad Deum, altera verò ad proximos aduolat, proximos (inquam) licet inimici sint. Et hãc ipsam sñiam Dominus hodie ore suo pro-
11 fert, nos enim ad amandum excitans dicit: *Estote ergo perfecti, sicut & pater uester cœlestis perfectus est.* Ineffabilem Dei sapientiam oportebat ita disponere, vt Christiana perfectio in eo consisteret, quod omnes operari possent. Si. n. eleemosynis erogandis consisteret, pauperes illam adipisci nequirent: si in ieiunijs, ægroti non possent eam possidere. Diligere aũt ẽt, & inimicos, oẽs quãtumuis pauperes, atq. infirmi sint, pñt. Nihil. n.
August. tã in ptãte voluntatis (vt ait B. Augu.) quam ipsa voluntas existit, & si hoc difficile est factu. Nec vero cuiquam mirum uideri debet, nam si quælibet virtus circa difficile versari dr̃, quanto magis illam circa difficile uersa-
12 ri oportet, quę virturum omnium perfectio est? difficile vtiq. est me diligere illum, qui me actualiter odit. Præcipuè uerò si inimicus me odio habens, & persequens, Dei esset amicus, amoris dignior esse videretur. Verum ubi primum inimicus meus me odit, Dei etiam inimicus efficitur: Deus autem suosmet inimicos a nobis diligi præcipit. O rem mirabilem? prætereaq; quos à nobis amari iubet, sui ipsorum sunt inimici. Nam
Psal.9. qui diligit iniquitatem, odit animam suam, ait David. Cumq; ipsi suasmet animas ode-
August. rint, præcipit mihi Deus, vt illos diligam. Merito quidem dicebat D. August. Reuela
13 oculos meos, & considerabo mirabilia de le-
Ps. 118. ge tua. Quia mirabile est q̃ diligam eum, qui mal⁹ est erga Deum, erga se, & erga me. Quia autem opus istud, si modo perfectum, & sicut Deus exposcit, futurum est, humanas superat vires Christus Redemptor noster illud ab æterno Patre flagitauit dicens.
Io. 17. Oro pater, ut ipsi sint unum, sicut nos vnũ sumus, ut cognoscat mundus, quia tu me misisti. Quid est, ut cognoscat, mũd⁹, q a tu me
Exod.8. misisti? Nimirũ sicut Maghi Pharaonis defecerũt in tertio signo edito ab Aaron. Hicq; Dei digitum esse cognouerunt, quia illuc to ta Dæmonum potentia non poterat peruenire, nec illud humana potestas, aut natura poterat operari. Sic ẽt talem charitatẽ, pietatem, atq; concordiam inter Christianos esse oportet; Ita proximorum labores persentire, ipsorumq. bonis delectari: ita iniurias perferre, inimicosq; suos diligere debent, vt hoẽs hoc argumento conuicti talem gentẽ non terrenam quidem, sed cœlestẽ esse, non humanoo quidem, sed diuino spiritũ gubernari cognoscant, cum viderint hoẽs unius sint speciei, nec tñ in cæteris orbis nationib. talis amor, atque concordia reperiatur.

Itaq. nostra uiuendi rõ, & charitas ardentissima testimonium deberet perhibere, Iesum Christum caput nostrum, filium esse 14
Dei. Quod si ita est, satis manifestè perspicere potestis, quam longè a uia perfectionis aberramus. Ecquis hodie hanc cordis virtutem habet, vt sollicitus sit, qũo adimplebit illud quod B. Paulus dixit, vnanimes uno ore glorificetis Deum, & Patrem D. N. Iesu Rom.
Christi? Imo potius inhumanitas nostra efficit, vt sanctissima Iesu Christi lex apud gẽtes contemnatur. Et hoc nomen, Christianus, quod primũ in Antiochia inuentũ, atq. ex Christo deductum fuit, nunc plurimis in locis quasi nomen crudelitatis habeatur ꝓ inhumanitates, quibus Christiani cũ gentib. presertim in Indijs usi sunt. Pudeat ergo nos fratres hanc uirtutem non habere, per quam 15
Christianos ab alijs gentibus Christus Redemptor noster nos uoluit dignosci, sicut Ioã. 13.
ipse dixit. In hoc cognoscãt oẽs, q̃ discipuli mei estis, si dilectionem habeatis adinuicẽ. Beatus Hieronymus super illud Apostoli Hiero.
ibi, dum tempus habemus, &c. sic dicit Bea- sup. cap.
tus Ioann. Euangelista cum Ephesi moraretur vsq. ad ultimam senectutem, & uix in- ad Gal. c. 6.
ter discipulorum manus ad Ecclesiam deferretur, nec posset in plura uocem uerba contexere, nihil aliud per singulas solebat proferre collectas, nisi hoc: Filioli diligite alterutrum, Tandem discipuli, & fratres, qui aderant, tedio affecti, quòd eadẽ semper au- 16
dirent, dixerunt: Magister quare hoc semper loqueris? qui rñdit dignam Ioanne sententiam: Quia præceptum Dñi est, & si solũ fiat, sufficit. O mirificam sñiam? Etenim hoc Deus a nobis expetit, vt se, vt proximos nostros simul diligamus. Hoc uoluit Deus nos docere in modo, quo nos creauit, sicut perpendit B. Aug. Creans quippe Angelos non unum tãtum creauit, ut ille alios gigneret,

Aug.li. 12. de Ciu.Dei c.11. ret, sed omnes vna creauit. Creans Leonem & cætera bruta non creauit Leonem, vt ex eo Leæna prodiret, & sic de singulis, sed statim Leonē: & Leænam, Lupum, & Lupā simul creauit. In hominib. autē creandis non ita processit, sed hominē creauit, & ex illius costa mulierem formauit. Vt sic oēs ex vno eodemque principio prodeuntes occasionē haberemus nos arctius diligendi. Nunc autem nullum est animal tam atrox in alterū, quam homo in alterum hominē. Et magis sunt iam metuendi homines, quā immanes
17 belluæ. Qn̄ Rex Darius Danielem Prophetam pp æmulorum eius postulationem in lacum Leonum permisit immitti, ostium lapide regio sigillo munito claudi iussit, ibi.n. dr̄: Allatus est lapis, & positus super os lacus, quem obsignauit rex annulo suo, & optimatum suorum: ne quid fieret contra Danielem. Quid facis o Rex? curas, ut nemo Danieli officiat? & tn̄ in lacum Leonum illum inicis? Quid prodest ei ostium claudi, regioque sigillo obsignari, siquidem vir sanctus cum Leonibus manet inclusus? super quo dicit Lira. Magis timebat rex de crudelitate hominum contra Danielem, quam de
18 ferocitate Leonum. Et sic dicitur ibidē Regem dixisse Danieli consolantē eum: Deus tuus, quem colis, ipse liberabit te: credebat Leones Prophetæ non esse nocituros, timebat autē ne inimici eius in lacum illum interfecturi introirent. Et ideo ostium iussit occludi, atque obsignari. Illos autem ethnicos iniustum sic esse crudeles, non mirandum, at uero nos Christianos pretioso Iesu Christi sanguine redemptos inuicem odio habere, aliosq. ab alijs quasi a canibus morderi, hoc est maximè lachrymandum.

Dan. 6.

Lira sup Dan.

Salust. Insignis Historiographus Salustius refert, omnes qui cū Lucio Catilina aduersus Romam coniurati sunt, ex vno eodemque
19 humani sanguinis poculo bibisse, ut quandoquidem generis affinitate coniuncti non erant, ex uno sanguine bibentes, vnanimes, atq. vnius essent cordis. Quod quidē (licet non ex vi sanguinis) constantissimè præstiterunt: siquidem ex tanta hominum multitudine nullus vnquam proditionem, iniquitatemque illam reuelauit. Si igitur humana hoc malitia inuenit, s. unum sanguinem a plurimis bibi, vt inter eos vnanimitas esset, atque ex pluribus cordib. vnum fieret: quanto maiori ratione diuina sapientia cibum, & potum hunc reperit, in quo nobis pretiosissimum corpus, & sanguinem suum bibendum in sacrosancto altaris sacraméto cōiecit: quo unum & idem corpus, & sanguinem oēs manducantes, atq. bibentes, ipse in oībus existendo unū inter se, & secum efficeret. Ita D. Paulus. Vnus (inquit) panis, & 1.Co.10
vnum corpus, multi sumus oēs, qui de vno pane, & de uno calice participamus. Inuento aūt tam superno artificio, tamq. ineffabili amore præstito beneficio nos tam diuisis, atq. contrarijs esse animis, maximum est malum, atque miseria. Quantum hoc Deus execretur, in supplicijs, quæ de illis sumit, 20
qui proximos suos affligunt, aperte manifestat. In quib. vr̄ magis ea peccata sentire (si ita dici potest) quæ in proximorum detrimentum fiunt, quam quæ aduersus diuinam ipsius maiestatem cōmittūtur. Quod apparet in parabola debentis decem millia talentorum, cum Dn̄s non tn̄ sensit debitum illud maximum, quod sibi debebatur, quantum afflictionem, qua debitor ille alterum proximū suū oppressit, vt habet. Quod pser tim oñdit, qn̄ puniuit Adamum, dicens ei: Maledicta terra in opere tuo. Quamobrem qn̄ pater inijcit candelabrum in filium suū, vt illum deterreat, statim non in eum qui- 21
dem, sed in terram ictum dirigit; sic illic voluit Dominus ut maledictionis ictus in terram dirigeretur, & non in Adamum. Peccatum autem, quod commisit Cain aduersus proximum, & fratrem suum Abel, dissimili rigore puniuit, dicens illi; Maledictus eris super terram: non utique dicit. Maledicta terra: sed maledictus tu, maledictionis ictus in ipsum Cain directus fuit, vt cognoscatis quantopere sentit Deus peccatum aduersus proximum perpetratum. Per Abdiam Prophetam acriter comminatur Deus filius Esau; rationemque præparati supplicij assignans, dicit? Propter interfectionem, & propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob operiet te confusio, & peribis 22
in æternum. Notate quæso Deum non dicere, peribis in æternum propter idololatriam, etsi idololatræ erant, nec propter blasphemias tuas, quæ sunt peccata contra solum Deum. Sed propter ea, quæ fecisti aduersus fratrem tuum, nō quia propter idololatriam, atque blasphemias inferno satis digni, & propter ea condemnandi non essent: sed ut exaggeraret quantopere Deus incommodā proximo illata execratur. Atque idcirco etiam per exaggerationem dixit

Mat. 18
Gen. 4.
Simile.
Abdias

xit

Mat. 25 xit in die iudicij malos a se infernum esse
detrudēdos, quia esuriui, & non dedistis mi
hi manducare, &c. Nec uero meminit pec-
catorum, quę in diuinam ipsius maiestatem
Luc. 23. commissa fuerunt. Loquens B. Lucas 23. c.
de sacratissima dñi passione dicit: Erat autē
ferè hora sexta, & factæ sunt tenebræ in uni
uersam terrā, usq; in horam nonā, & obscu-
Exo. 10 ratus est Sol. Et alibi dr. Extendit Moyses
manū suā in cęlum, & factæ sunt tenebrę su
23 per terram Ægypti tribus diebus. Mirabile
quidem. In morte dñi tres horas, in Aegy-
pto aūt tres dies tenebræ durauerunt. Gra-
uior utiq; culpa fuit Iudæos Iesum Christū
filium Dei occidere, quam Pharaonem He-
bræos ex regno suo non dimittere. Et lōgio
rib. illos tenebris obscurat, q̄ hos, a quibus
tā crudeliter fuit interēptus O Christe uere
hoīum amator seueriorem te præbuisti in
Aegyptios, qui seruos tuos offenderunt, q̄
in Hebræos q̄ contra te solum Deum pecca
uerunt. In quo nobis significasti quanto fa
cilius eis ignoscis, qui contra te solum quā
eis, qui aduersus proximos suos peccaue-
runt. Aegyptijs immisit Deus tenebras, ut il
los puniret: Hebræis aūt in monte Caluа-
24 riæ, ut eos deterreret. Non. n. credibile est il-
lum, qui ut illos redimeret, in crucem ascen
debat, eos tunc puniri uelle. Et oīb. his illu-
strissimis exemplis apparet, quam graue pec
catū sit in cōspectu diuinæ maiestatis proxi
morum afflictio, atque persecutio, etsi nos
Luc. 1. (quæ nostra est iniquitas) hoc parui æstima
mus. O fratres charissimi per uiscera miseri
cordiæ Dei nr̄i, in quib. uisitauit nos oriens
ex alto, uos semel, & millies deprecor, ut o-
dijs, atque inimicitijs relictis cum inimicis
uestris pacem componatis, siquidem ex ijs
quæ supra diximus, Euangelicam perfectio
nem in uero amore, ac charitate sitam esse
cognoscitis. Et quatenus hæc charitas ad ꝑ
ximum respicit, maioris est meriti in inimi
25 ci, q̄ in amici amore, quia signum est illam
esse maiorem, & quia illic maior adest con-
tradictio, atq; ēt quia actus est purior, & ab
humanis respect. b. longius segregatus. Qđ
si quis dicat Christus Redemptor noster di-
xit. Maiorem hac dilectione nemo habet,
Ioan. 15 ut animam suā ponat quis pro amicis suis.
Ergo non est maioris charitatis opus aīam
ꝑ inimicis ponere. Ad hoc rñdeo. Pro ami-
co nihil maius fieri posse, quam uitam in
discrimē adduci, si autē hæc una pro inimi-
co obijciatur, signū est hoc, atq; effectus ar-

dētiores charitatis. Quod si quis se excusat
dicens, hæc nimis laboriosa, atque difficilia
esse: respondeo, infinitæ potestatis dñm no-
bis dicere. *Ego autem dico uobis, diligite ini-
micos uestros.* Ego qui nobis ꝑcipio, ad hoc
exequendum uobis uires præstabo. Nec ue-
ro uires solum Deus prębere, uerum & alias
etiam indulgentias, atq; auxilia in magnis
persecutionibus cōicare consueuit, ut hoc
præceptū cum gaudio, ac suauitate cōplea- 26
tur. Cum Dauid filiū suum Absalon effuge 2. Re. 15
ret Psal. 3. composuit. Titulus autem, quo il Psal. 3.
li Spūs sanctus hunc Psalmum inscribendū
esse reuelauit, hic est. Psalmus Dauid cum fu
geret a facie absalon filij sui. Et nota illud,
Dauid non in genitiuo quidem, sed in dati-
uo casu esse, nam in Græco, & Hebræo ser-
mone articuli datiui casus ei proponuntur.
Nec vero mysterio caret, nomen authoris
Psalmi non in genitiuo, ut dicere consuesci
mus, hoc opus est Petri, aut Ioannis, sed in
datiuo casu positum fuisse, ut significetur
non Dauid quidem, sed Spiritum sanctum
Psalmorum esse autorē, qui eos Dauidi re-
uelauit. Et sic uult dicere titulus. Psalmus
Spiritus sancti reuelatus Dauidi. Reuelatio
aūt huius Psalmi facta fuit Dauid filiū suū
fugienti. O q̄ merito dixit D. Paulus. Sicut 2. Cor. 1
abundāt passiones in nobis, ita & per Chri- 27
stum abundat consolatio nostra, & ipse Da- Psal. 93.
uid dixit: Secundum multitudinē dolorum
meorū in corde meo consolationes tuæ læ-
tificauerunt aīam meā. Quāto magis exte-
rius affligebatur, tanto maiori luce interius
consolabatur. Quia uero una ex maioribus
tribulationibus, quibus afflictus fuit, extitit
filij eius persecutio, tunc eum maior dñs
cōsolatione subleuatus, tuncq; ei Iesu Chri-
sti Saluatoris mundi labores, mortē, ac de-
niq. ipsius resurrectionē reuelauit. Et horū
mysteriorū cōtēplatione fulciebantur, ut fi
lij sui persecutionē: Semelq. maledictiones, 28
atq. opprobria æquo aīo pateretur, dicebat
que intra se, qđ mirū ꝙ hanc a filio meo ꝑ-
secutionē, & a seruo maledicta perpetiar, si-
quidem talibus, ac maiorib. quidem oppro-
brijs Deus a creaturis suis afficiendus est?
Quod si Dauid ea considerans, quæ Iesus
Christus Redemptor noster passurus erat
ad contumelias perferendas tantopere con-
fortabatur, quanto magis nos consideran-
tes Deum iam hæc omnia fuisse perpessum
ad labores tolerandos corroborari debe-
mus. Idcirco dicit B. Paulus. Recogita-
te


te eum, qui talem sustinuit a peccatorib. ad-
uersus semetipsum contradictionem, ut ne
fatigemini aĩs uestris, deficientes nondũ.n.
vsq; ad sanguinẽ restitistis aduersus peccatũ
repugnantes, supple: quod facere deberetis.
Vt autem hoc faciatis. Recogitate eum, &c.

Ad hoc etiã multum conducit pro certo
habere, nullũ nobis ab inimicis nostris in-
cõmodũ prouenire posse, quod ex Dei ma-
29 nibus nõ procedat. Vnde Amos Propheta
Amos 3 dixit. Si erit malũ in ciuitate, quod dñs non
fecerit? quasi dicat, non. Etenim quamuis
Deus non sit causa malitiæ, qua inimicus
meus me insectatur: est tñ immediata cã ex
teriorum actuum quibus me persequitur.
Sciẽdum est aũt malitiam in inimici mei
corde delitentem nõ mihi officere, neq; do-
lere, sed exteriores tm̃ actus, quibus mihi no
cet hos uero exteriores actus non põt ipse
efficere, nisi Deus cum illo concurrat. Nun-
quã proximus meus mihi alapam manu in
flixisset, nec lingua iniuriam protulisset, ni-
si Deus ei membra illa mouisset, suisq; ope
rationib. adiuuisset. Quamobrẽ statuamus
30 in cordib. nostris inimicos nostros Dei esse
Simile. instrũa quib. nos perficere conatur. Quid dã-
ni aduenit lapidi eo ꝙ malleis a latomo ex-
colatur, atq; insculpatur? nullum utiq; imo
ex rudi atque incompto lapide sancti cuius
dam simulacrum perficitur. Hoc profecto
intendit supernus artifex Deus, ut assumẽs
inimicos tuos in instrumenta, quib. te affli-
gat, atque percutiat, non sancti quidem si-
mulacrum, sed uerus sanctus efficiaris. Cũ
Gen. 25 S. Rebecca filios suos geminos Esau, & Ia-
cob in utero deferret, contentionemq; senti
ret, quam ibi commouebant: super hoc ne-
gocio Deũ consuluit, & inter alia ei dñs rñ-
dit dicẽs. Maior seruiet minori. Nullum a-
liud ministeriũ in diuinis literis, maior, id
est Esau minori Iacob exhibuisse reperiꝫ, ni
si eũ fuisse psecutum: quod quidẽ satis ma-
Aug. su- gnum fuit. Ita B. Aug. locũ hunc exponit di
per c. 25 cens: Maior seruiet minori non obediendo,
Gen. sed uexando, quẽadmodum ignis, & carbo-
31 nes auro deseruiunt purificantes illud. Ideo
tam amara nobis est psecutio, quia de ani-
marum nostrarum purificatione, atque pul
chritudine non agimus, neq; illã expetimus
quam profecto fratres si efficaciter cupere-
mus, æquiori aĩo inimicorũ nostrorũ perse-
cutiones, atque iniurias pateremur: intelli-
geremusq; quanto nobis conducibilius sit
inimicos, qui nos persequantur, habere quã
amicos, qui nobis adulẽtur, atq; ad malum
nos prouocent. Qñ diabolus Euam decipe-
re uoluit in instrũ pulcherrimam arborem
dr̃ accepisse. Et sic illic legiꝫ. Vidit mulier, Gene. 3.
quod bonum esset lignum ad uescẽdum, &
pulchrũ oculis, aspectuq; delectabile, atq; ex
hac pulchra arbore Diabolus mulierem ac-
cersiuit, quę nihil aliud præter arboris uenu
statem considerans, statim abijt, & fecit om
nia, quæcunq; illi Diabolus cõsuluit. Deus
Moysi pecora pascẽti in rubo spinis cooper 32
to, ignisque succenso apparuit, & illinc eum
uocauit, atq; allocutus fuit, populoque suo
præfecit. Itaq; Dęmon Euæ in pulchra arbo-
re apparuit, & pulchritudine illa eam spirita-
liter occidit, atq; destruxit. Deus autẽ Moy
si in rubo spinis cooperto, atq; succenso ap
paruit, & exinde in ducẽ suum illum elegit.
Ecquid est amicus nisi amici sui aspectui ar-
bor decora? Amici tui familiaritas, & neces
situdo te accersit, ut quo ipse tibi consulit
uadas. Si amicus tuus accedit dicens tibi.
Accipe gladiũ, & sequere me, statim hoc fa-
cis siue ad alterũ occidendum, siue ad virgi-
nem deflorandam, siue ad nuptã opprimen-
dam se cõferat, nihil aliud, nisi arboris pul-
chritudinem. i. amici tui necessitudinẽ con-
sideras, protinus ad oĩa quæ tibi dicit, facien
da properas. Animaduertens Deus Dæmo- 33
nem ex hac decora arbore plurimos homi-
nes sæpenumero accersire, illosque pulchri-
tudine ista decipere, in altero ligno (huma-
no uideri) horrido, aspero, spinis onusto, at-
que igne succenso se collocat, hic est inimi-
cus tuus, & iniurię, quas tibi intulit, sunt spi
næ, furorque, quo cõcitat⁹ est in te, est ignis
qui te combusturus esse uidetur. Ex hac igi
tur horrida, & aspera arbore te Deus accer-
sit, & quod Moysi dixit, hoc idẽ tibi dicit,
solue calciamenta de pedibus tuis. Tolle (in
quit) iniquas istas cogitationes, quibus ad-
uersario tuo mala machinaris, ad eumq. cũ
charitate accedito, & cum illo reconciliare, 34
nam æterni Patris mei filium te uolo cõsti-
tuere. Hæc est salus, quam dixit Zacharias, Luc. 1.
Salutẽ ex inimicis nostris, & de manu oĩum
qui oderũt nos. O benedictus, & glorifica-
tus talis Deus q̃ hos modos, atque inuẽtio-
nes exquirit, ut nobis beneficia conferat.
Qđ cũ ita sit fratres charissimi *Diligite ini-
micos uestros, benefacite his, qui oderũt uos.*
Diligenter perpẽdite uerbũ hoc, diligite: in
quo dñs a uobis affectum cordis exposcit.
Quid nãq; pdest te dicere. Ego ei ignosco,
nisi

nisi odium cordis radicitus euellas? Parum profuit Philisthæis oculos Sanson euellere, crinesque succindere, cum non eorum radices in capite remansissent, iterum accreue-
Iud. 16. runt, pristinasque uires recuperauit, quibus templi columnas ubi eius hostes commorabantur, apprehendit, atque in terram proiecit, ipseque simul cum omnibus in templo existētibus occubuit, sic etiam frater mi parum prodest, quod dicas te illi parcere nisi
35 isthæc odia fundi tus eradices: nam cum minus arbitratus fueris reuirescent quasi crines, & ad iracundię uires redibis, inimicosq; tuos corporaliter, te uero spiritualiter interficies. Valde notandum est, in eadem concione, in qua summus mundi concionator de inimicorum dilectione locutus est, statim immediate de eleemosyna atque oratione
1.Re.26 sermonem fecisse. Vtraque enim harū hanc dilectione maxime adiuuat. Dixit Dauid Sauli persequenti se, quam ob causam dominus meus persequitur seruum suum? qd feci? aut quòd est malum in manu mea? id-
36 est, si quid mali aduersus te feci, dic mihi, & ego illud corrigam. Sin minus, si Dominus excitat te aduersum me, odoretur sacrificiū, idest, uterq; nostrum sacrificemus, vt Deus cor tuum mitiget, odiumque quo me persequeris ab eo euellat. Sic ergo uos facite o fratres: eleemosynarū offerte sacrificia, missasque iubete celebrari, ut dominus corda uestra mitiget. Si enim umbratica illa sacrificia uirtute hac pollebant, ut ex inimicis redderent amicos, & contraria corda componeret, quanto maiorem uirtutem diuinū hoc mysterium habebit, in quo ipse Deus est hostia pro salute peccatorum oblata? Necessaria est etiā oratio, huius enim amoris difficultatem intelligētes humiliter uos in diuino conspectu oportet prosterni, & dicere, O Deus infiniti amoris, atque potentiæ, siquidem Domine inimicos meos a me diligi præcipis, ad hoc faciendum uirtutem
37 mihi præstat. Credite mihi, si quando uobis aliqua infertur iniuria, coram sanctissimo altaris sacramento, aut in cubiculi uestri angulo prosterneremini, atque a potentissimo rerum omnium domino suppliciter peteretis, ut uobis ī hoc negocio subueniret, alios utique in corde uestro effectus sentiretis. O quanto cum feruore inde prodiretis, nō solum ad diuinum hoc præceptum obseruandum, sed ad moriendum etiam cælestis Spiritus auxilium inueniretis. Etiam de oratione loquens prius de amor meminit, ut significaret neminem digne orare posse, nisi odium, quo proximum suum prosequitur, prius a corde suo euellat. Qui enim dictu- Luc. 11
rus est, dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, necesse est proximis suis ex intrinseco corde dimittat. Quod si iam pepercistis, confidenter dicere potestis, dimitte nobis debita nostra, tuamque nobis diuinam gratiam concede, qua in futura infinita maiestate tua fruituri ad cęlestem beatitudinem conscendere mereamur. 38

Dominicam prima in Quadragesima.

Ductus est Iesus in desertum a spiritu, ut tentaretur a diabolo. Mat. 4.



HVius Sancti Euangelij le- 1
ctio, quæ uobis recitata est fratres charissimi est initiū capitis quarti, quod exorditur ab hac dictione tunc. Quæ sacrū domini, ac Redemptoris nostri Iesu Christi refert baptisma. Prius sanctissimus Magister baptizari uoluit, quam sacrosanctum illud ieiunium in solitudine aggrederetur. Itaq; a lauacro cælesti illud opus exorsus est. Si quidem igitur ieiunium nostrum ad ipsius ieiunij reuerentiam, atque imitationem fit, rationi consentaneum est, ut etiam a lauacro confessionis incipiat. Feria quarta cinerū uos admonui, ut conscientiæ purificatione ieiunium sanctificaretis, quod & hodie iterum uos exhortor. (Vt. n. ait Seneca:) Nunquam nimis dicitur quod non satis dicitur. Vos arbitramini postquam cōcionator aliquid semel admonuit, ante multos dies non audēdum esse illi in adiutorum memoriam idē 2
reuocare. Non autem sic erit, sed ero quasi gutta sæpius casu suo lapidem feriens, nec persistam, quousque in cordium uestrorum marmoribus impressionem faciam. Gregorius Nazianzenus dicit, bonum non esse bonum, nisi bene fiat. Conscientiæ autem lauacrum, ac puritas, est unum ex præcipuis medijs, quæ ad quicquam benefaciendum requiruntur. Quemadmodum optimus cibus in perpolito, ac mundo

Seneca. Gregor. Nazianzen. 1. Theolo gia.

positus catino iucundissimus est in obscęno autem, atque immundo oblatus disco magnum affert horrorem, & pp catini immunditiā repudiatur cibus, præcipiebat Deus ut in anno iubilei, qui erat annus septimus seruitutis, oēs captiui Hebræi liberi dimitterētur, omnia debita relaxarentur, atque omnia prædia Dominis suis redderentur. Et seruus dimittendus cum quali ueste intrauit,
3 cum tali exiret. Quod si diceret seruus, dili-
Exo. 21 go Dn̄m meum, & uxorem, ac liberos, non egrediar liber ad ciuitatis ostium proferretur, & ante illius iudices locaretur, eiusq; aure subula perforata seruus in seculum remaneret. Intelligamus isthæc fratres mei, Deūque qui non tam de seruis Israel, aut de prædijs, ac corporalib. uestib. quam de animabus, quas ad imaginem, & similitudinem suam condidit, & pro quib. pretiosum eius corpus fuit in cruce laceratū, rōnem habet. Et hæc omnia erant delineamenta quędam eorum, quæ uolebat, ut animæ peccati seruitute deuinctę facerent. Quarum redemptionis iubileum est pnīa, per quā anima a dia-
4 boli laqueis, ac seruitute liberatur, per quā ei culparum debita remittuntur, per quam ei uestes bonorum operum, ac meritorum, quæ amisit, qn̄ in illam miseram seruitutem deuenit, restituuntur. Infœlix autem peccator, qui ne sensualem uoluptatem, neve conuentionem, q̄ cum concupiscentia sua inijt, rescindat, ab hac seruitute exire uoluerit, audiat, & audite uniuersi filij hominum graui
Psal. 4. corde, qui diligitis uanitatē, & quæritis mendacium, audite Dei uestri sententiam: Deferantur (inquit) ad ostium ciuitatis, & perpetuæ captiuitatis signo obsignētur. Ostium ciuitatis est p quod ab illa exitur, & si ostiū huius sæculi est mors, in qua his miseris in diuini iudicis conspectu collocatis, senten-
5 tiam proferet, ut perpetua in inferno seruitute teneantur. O metuendum uerbū, ecqs audiens te non trepidas, atque eius cor in lachrymas conuertitur? Per uiscera igitur Iesu Christi crucifixi uos deprecor fratres, ut omnes hanc pęnitentiæ indulgentiam dignissimè celebremur, nuncque qn̄quidem oportunum tempus habemus, ex ea fructū percipiamus, si.n. semel ad ciuitatis ostium captiui deducimur, hoc est si ī peccato mortali morimur, captiui, & irremediabiles in perpetuum remanebimus, Vbi primum pijssimus Dominus baptizatus fuit, statim solitudinem petit. O quam cælestis doctrina, nostræq; imbecillitati conducibilis. Fratres mei postquam in lauacro pęnitētiæ vos ablueritis, ne ad occasiones ciuitatum, in q-bus antea ceratis, reuertamini. Ad fulciēdā domum, q̄ ruinam minitatur, opus est pluri- Simile.
mis lignis, ac postib. cui si uel unam columnam abstraxeritis, in terram corruet. Volo dicere nos adeò debiles esse, ut mille custodijs, ac postibus uix possimus in gratia subsistere, & minima quaque occasione oblata, statim corruamus. O quot mali fuerunt nō 6
quia mali esse uoluerunt, sed quia talib. sese occasionib obtulerunt, ut uix aliter facere Simile.
potuerint. In manu mea est certamen aggredi, non autem est meum victoriam reportare. In potestate mea est in mare ingredi, nō autem ab eius periculis euadere. Sic in manu mea est me in occasionibus constituere, postquam autem in iis positus sum non est manu mea culpam effugere, siquidem solūmodo me illi offerri est iam culpa sicut affirmat Ecclesiasticus dicens, qui amat pericu- Eccle. 3.
lum, in illo peribit. In solitudinem se contulit cælestis Magister, ut tentationem expe- 7
ctaret, quo diabolum solum inuenit, plurimos enim in sæculo habebat adiutores, atque etiam adeo pusillanimus est, ut nunquā solius audeat incedere, sed semper nos mundo, ac carne comitatus aggreditur. Credite mihi, si solus diabolus accederet, non tantā ī nobis stragem ederet, sed hic scelestissimis comitibus semper sociatus accedit. Sicut illi Chaldęi, qui dicuntur fecisse tres turmas, & pueros, gladio percussisse. Non utique damnum hoc S. Iob inferre ausi essent, nisi Iob 1.
tres cohortes insimul conuenirent, sic dæmon non audet per se damnum inferre, quod mundo, & carne comitatus infert. Si autem nos a mundo recesserimus carnemque uerberibus, ac ieiuniis compresserimꝰ, soli cum diabolo solo colluctabimur, & sic illum facile superabimus.

Ductus est Iesus à spiritu. In hoc doce- 8
mur ne a quouis nisi a Spiritu sācto nos du- Simile.
ci, neq; gubernari patiamur. Prudēs nauta, qui nauim suam saluam, & incolumen in portum perducere conatur, non ad quemcunque uentorum flatum vela tendet, sed eum tantummodo illis curat colligere, qui nauē impellat quo ipse desiderat. Vnusquisque Christianorum est nauta, qui animæ suæ nauim in portum salutis conatur appellare. Mali dicunt in inferno de rebus, quas Sap. 5.
in hoc sæculo possederunt. Transierunt omnia

nia tanquã nauis, quæ pertransiit fluctuantem
aquã cuius cum præterierit, nõ est uestigium
inuenire. Idemque de animabus suis dicere
Iob.9. possent, quæ quidem cum præterierunt, nul-
lum uirtutis uestigium relinquerunt. Sãctus
autem Iob de se dicit, dies mei pertransierũt
quasi naues poma portantes; quæ quidem
magnum ex se pp odoriferũ fructũ, quẽ de-
ferunt, odorem, ac suauitatem emittunt. Tales
sunt istorum dies, qui quacumq; prætereunt
magnum relinquunt sanctitatis odorem. Ad
has ergo naues gubernandas dedit Deus gu
bernaculum rõnis, & uela uolũtatis. Etenim
voluntas cæteras oẽs potentias ad bene ope-
randum commouet. His uelis plures uento-
rum flatus aduersari possunt: vnus autẽ illi
prosper esse, eamq; in securum portum po-
test perducere. Contrarij uenti sunt instiga-
tiones, inspirationesque Sathanæ. Idcirco di
1.Ioã.4. cebat D. Ioannes, charissimi nolite credere
omni spiritui, sed pbate spiritus an ex Deo
sint. Nec eos uoluntatis uelis colligatis, du-
cent enim uos, quo nolitis. Solam Spiritus
sancti inspirationem à uobis colligi, atq; hic
voluntatis uela oportet extendi. Priusquam
10 homo uoluntatem suam tendat, atque ad
aliquid amplectendum propendat, conside-
ret utrũ illud rõni, diuinæque legi consonet,
& tunc illud uoluntate percipiat. Hic est pro
Psl.142. spei uentus, quo nauis in fælicem portũ du-
cetur, dicit Propheta: spiritus tuus bonus de
ducet me in terram rectam. Cælestis beatitu
do est hæc terra omni rectitudine repleta.
In nostra etenim terra (quæ nostra est mise-
ria) parum rectitudinis inuenitur.

Vt tentaretur a diabolo. Tentatio secun-
dum Isidorum est seminariũ quoddã culpæ,
ita ut nisi tentatio a diuina gratia, & libero
arbitrio impediatꝰ, ex natura sua delectatio-
nẽ gignat, delectatio ãt consensum, cõsensus
uerò opus, opus consuetudinem, consuetu-
11 do duritiem, & obstinationem producat, &
sic misera quædam inferni scala conficitur.
Et cum. n. dominus se tentari pateretur, suã
nobis ineffabilem mĩam demonstrauit, per-
misit enim se quantum fuit ex parte diabo-
li ad culpam instigari, uidelicet ut aliam oc-
casionem utendi mĩa cum tentatis, atque p
lapsis haberet, pp tentationem, quam in se
Heb.2. fuit expertus. Quod misericordiæ genus
Apostolus considerans ait; In eo, quod pas-
sus est ipse: & tentatus potens est his, qui ten
tantur, auxiliari. Nam calamitatum experiẽ
tia compassioni, ac misericordiæ mater exi-
stit. Qui vero ærumnas non pertulerũt
vix miserorum compati sciunt. Verum, ut di
xit dominus, uenit enim princeps mũdi hu- Ioã. 14.
ius, & in me non habet quicquam. Quemad
modũ semẽ super purissimꝰ auri laminã fa-
tum pp eius indispositionem radices agere
non potest: ita nec seminarium tentationis
in Xpo. Et hæc fuit rõ, quare bis una & ea- Simile
dem tentatione diabolus Dñi non fuit ag-
gressus, sed semel unã, & iterum alterum illi
attulit tentationẽ. Ex quo fratres mei scito-
te euidẽs esse signũ diabolũ aliquid à nobis
cõsecutu fuisse qñ uos ab eo una in eadẽ ten 12
tatione sępenumero tentari perspicitis. Sicu-
ti cum fodientes uenas aureas iterum atque
iterũ ad eas redire uidemus, semper illos ali-
quid reperire conijcimus. In Christo autem
Saluatore nostro non habet quicq̃. O quan
topere uos oportet corpore, & aĩa pœniten-
tijs, sanctis exercitationibus, diuinisq; collo
quijs spirituales effici ne in nobis ad spiritua
lias reductis tentatio, q est culpę seminariũ, Gala.5.
radices immittat. Ideo B. Paulus ait: dico au
tem in Christo spiritu ambulare, & desideria
carnis nõ perficietis. Et sic tentatio in uobis
aptitudinem non reperiet, nec radices aget.
Mĩa etiam domini fuit permittere se tenta Psal.34.
ri, ut nos erudire, quomodo tentationes uin- 13
cere debeamus. Considerate qũo supernus
hic dux ex tentatione uictoriam reportauit
& sic uos etiã uictores euadere curate. Pro-
pheta affectuosè Deũ precabitur dicens: Ap
prehende arma, & scutum, & exurge in adiu-
toriũ mihi. Super quod B. Hieronymus, Ma Hiero.
gnum (inquit) spectaculũ est Deũ pro te ar-
matũ uidere. Attendite autem qũo non una
quidem, sed plurimis se armaturis, ieiunio
uidelicet, silentio, solicitudine, atque oratio-
ne, muniuit: in media hyeme pluuijs, frigor-
que expositus sine domo, sine lecto, in nuda
humo recumbens noctes diesque peccata 14
nostra lamentãdo consumens. O quanta cõ
fusio filijs huius sæculi, qui tam effrenate uo
luptatibus indulgent.

Considera miser quid bonus Iesus uictus
amore tui patiatur, tu uerò cũ tot tormentã
p terestribus, caducisq; rebus patiare, ne mi
nimũ quidẽ laborẽ huius pijssimi Dñi, cau-
sã tolerare nostri, Erubesce igitur, o frater,
& a monte diuinis armis munire incipito,
quibus cõtra aduersarium tuum ualeas de-
bellare. Et nota quod quemadmodum, qui
fidens toraci, quo pectore munitus incedit
certamen aggreditur, magno periculo ex-

ponitur, nã simul opus est brachiorũ arma-
turis, manicis, & casside, sic etiam, & in ma-
iori periculo uersatur, qui corporalium tñ
ciborum abstinentia, absq; aliquis uirtuti-
bus contentus est. O stulte nunquid honesta
tem oculis, silentium linguæ, largitatem ma
nibus, claustrum pedibus oĩbusque sensibus
arma dubitas esse necessaria. An ne quan-
tũ malum per has ianuas animæ ingrediatur
ignoras? ecquis quantũ malũ soli oculi affe
15 rant, satis dignæ poteris explicare? Ideo Ec-
Ecc.31. clesiasticus, nequius (inquit) oculo ꝙ crea-
tũ est? Miratur hoĩes, ꝙ Basiliscus uno ocu-
lorũ intuitu hoĩem occidat, multo aũt ma
gis mirandum est, ꝙ hõ oculis suis non cor
pus quidem, sed aĩam aspiciendo interimat,
nec uero temporari, sed æterno interitu, il-
lam occidat. De lingua uero quid dicam: de
qua dicitur sicut urbs patens, & absque mu-
Pro.25. rorũ ambitu, ita uir qui nõ põt in loquẽdo
cohibere spiritũ suum. Quapp frater pluri-
mis indique armis te muni, sicuti tuus cæ-
lestis Magister pp tuum exẽplũ munitus est.
Verum proh dolor quantũ est circa hoc de-
plorandũ: & quãtus horũ armorum in Chri
stianis defectus existit: Dicitur ꝙ faber fer-
16 rarius nõ inueniebatur in oĩ terra Israel, ca-
uerant enim Philistijm ne forte facerẽt He-
1.Re.13. bræi gladium, aut lanceam. Cumque uenis-
set dies prælij non est inuentus ensis, & lan
cea in manu totius populi. Hoc est unũ ex
præcipuis, quæ diaboli expetunt, scilicet, ne
sint in populo Dei arma; nec faber ferrarius
qui ea perficiat. Arma malitiæ nostræ sunt
sicut antea diximus, ieiunia, preces, uigiliæ,
disciplinæ, silentium, &c. Hęc cura diabo-
lus, ne inter Christianos, nec q ea pficiãt, cõ
morẽtur: nec sint, q ea suo bono exẽplo alios
erudiant. O Deus infinitę maiestatis aperi
nunc oculos nostros, ut in q̃to periculo incẽ
me inter hos teterrimos generis humani
17 hostes uersemur, aperte cognoscamus. O
qs elocutione polleret qua hęc tam necessa
ria uobis satis dignè posset ampliare, atque
in aĩum inducere, ut amodo nouo quodam
spiritus feruore ad hoc spirituale tertamen
Psal.9. his diuinis armis muniri inciperetis. Etiam
dñs se a diabolo tentari pemisit, ut armo-
rum eius aciem obtunderet. Hoc est quod
dicit Propheta. Inimici defecerunt frameæ
in finem, & ciuitates eorũ destruxisti. Sic cõ
strue uersum istum, frameæ inimici defece-
runt in finem. Idest in Christum. Arma dia-
boli inimici nostri in te Deus meus, finis

ac uictoria mea confracta sunt, ciuitatesque
& arces, ex quibus dæmon infidele tuos te-
la sua immittere consueuerat, iam solo adæ-
quasti. Vrbes, & arces, in quibus dæmon ar-
ma sua exercet, sunt domus ludorum, atque
turpitudinum; & ciuitates, in quibus uitia
publice grassari permittuntur, in quibus
Deus in hoc sæculo plurima nimiumq; ter-
ribilia supplicia exercuit. In hoc igitur no- 18
bis auxiliatus est. Etenim nõ solum nos do-
cuit arma, quibus decertare debeamus, sed
ueris etiam, & acumen tentationibus Satha-
næ sustulit, ne tantum nobis dãnum posset
inferre. Deque ciuitatibus eius maxima sũ
psit supplicia, ne & nos in similia scelera la-
beremur. Hoc significat, inimici defecerunt
frameæ in finem. Sicut ense exactissimi eris
cly eum ferientes, acumen deperdunt, nec
sicut antea abscindere possunt. Nihilomi-
nus tñ nimis assiduam oportet esse oratio-
nẽ nostrã, non enim arma nostra sufficiunt.
Atq; ẽt secũdum B. Augustinum præter gra August
tiam iustificantem nouo indigemus auxi-
lio Dei ad uincendum. Dicit enim: sicut ocu
lus perfectissime sanus nisi candore lucis ad
iutus uidere non põt: ita aĩa perfectissime
iustificata uincere tentationes non põt, nisi 19
Dei protectione munita, qa apostoli erant
in gratia, & modo sacrosanctum dñi corpus
assumpserent, & tamen dicit eis, orate, scili- Psal.4.
cet pro auxilio nouo. Et ait Dauid. Domi-
nus in circuitũ populi sui. Et alibi. Angelis
sui Deus mandauit de te, ut custodiant
te in oĩbus uijs tuis, & ibi loquitur de hoĩe
iusto, qui habitat in adiutorio altissimi. Et
hoc cognoscetis q̃topere uos ad hoc singula
re refugium passim confugere oporteat. Et
sic ubi nos legimus. Adiutor, & susceptor
meus es tu, alij verterunt latibulum meum
& scutum meum es tu, quo verbo docemur Psa.118.
quemadmodum lepus aliaq; imbecilla ani- Simile.
mantia a uenatoribus oppressa, atque inse-
ctata in speluncas, & latibula sunt confu- 20
giunt, ita etiam in tribulationibus nostris
nos ad Deũ cõfugere oporteret. Ideo spõsus Cant
sponsam accersit dicens, ueni columba in fo
raminibus petrę, idest in vulneribus meis.
Magnopere etiam adimaduertendum est,
cum Sanctus Euangelista de præparatione
ad hoc prælium a Spiritu Sancto in anima 1.Re.12.
iusti facta loqueretur, nihil de diaboli præ-
paratione dicere, nam hic ad malum pa-
ratissimus in arena semper insultat, atque
omnes impudenter aggreditur. Querenti

Iob

Iob de diabolo obdamna, quæ illi intulerat, respondit Dñs. Ne mireris, illũ te lædere ausum fuisse: non ecce obserbebit fluuiũ, & nõ mirabitur, & habet fiduciam, influat Iordanis in os eius. Iis uerbis eius superbiam Dñs significauit, quæ tanta est, ut arbitretur nullam esse posse uirtutem, quã ipse non ꝓsterneret. Hoc manifeste patet, siquidem Christum Redemptorẽ nostrum oppugnare ausus est: in cuius puritate nullum unquã rimam perspexit, ex qua illius superãdi spes ei posset exoriri. Hæc fiducia superandi omnes ex eo illi proficiscitur, ꝙ se ex illo statu cecidisse considerat. Etenim secum ipse reco gitãs, dicit. Si cum ego in tam sublimi perfectionis gradu persisterem, tantam ruinam feci, ecquis non corruet? O efficacem conie ctură. Hoc manifeste demõstrauit Christus Redemptor noster. Exultãtibus aliquib. discipulorum, atque dicentibus. Etiam dæmonia subiiciuntur nobis, ut eorum elationem comprimere respondit Dñs, Videbã Sathanã sicut fulgur de cælo cadentem. Quasi diceret. Nũc cõtemplabar Sathanã in profundum auerni ex cælorum sede corruentẽ: id est, ne inani gloria efferamini, nam ex subli miori statu plapsus est Sathanas, siquidem autem tam perfectam creaturam elatio præcipitauit, q̃s se securũ eẽ iudicauit, ꝓcipue cũ nos hac misera, & imbecilla carne circunseptos esse uideamus? qua cum se S. Iob circũ datum experiretur, dicebat. Quæ est.n. fortitudo mea, ut subsistã? Nec fortitudo lapidũ fortitudo mea: nec caro mea, ænea est. Ecce non est auxilium mihi in me. O quantopere hic sanctus vir humanã fragilitatem exaggerat. Nam ex eo, quod spũs noster tam debili carni coniunctus sit magna illi pars fragilitatis eius adhæret. Queadmodum si præstãtis animi ducem cum aliqbus militibus in arce commorãtem, magna hostium manus oppugnaret, quo se propugnare uolẽte illi ignauia, & timore perculsi se se hostiũ potestati tradere conarentur, hic dux profecto uiriliter se gereret, partesque suas cõstantissime tueretur Attamen cum tanta (inq̃t) aduersum me hostiũ multitudinem perspiciam, quo modo ab ijs omnibus uictoriã reportabo, præsertim cum socij, atq; domestici mei se se illis dedere uelint? Quid igitur mihi faciendũ est? eis utique cedam: sic aĩa Sathanæ tentationibus oppugnatã domesticos suos, hoc est, sensus nostri teterrimo pa ctore perspiciens, ipsa etiam illos uoluntati subijcitur. Et hoc est fragilitatis peccatum. Hanc rõnem adduxit Iob ad se excusandũ dicens. Memento, quæso, ꝙ sicut lutum feceris me. Recordare domine me non sicut Angelos quidẽ factum fuisse, q a quo perturbẽtur, atque grauentur, non habent. Hinc intelligetis unam ex rõnibus, ob quas vult Deus vt carnem nostram affligamus, atq; puniamus. Videlicet, quia siquidem hæc peccata à carne procedunt, rõni consentaneum est, vt illa potiores perferat pænitentiæ partem, & sic ab aĩa hoc unum dñs expetit, videlicet, vt vere illam peccatorum pæniteat, perfectamque habeat illorum contritionem. Cuius rei admirabilis extat figura. Loquens Deus de sacrificijs præcipiebat, dicens. Vas autẽ fictile, in quo cocta est, confringetur, ꝙ si uas æneum fuerit, defricabitur, & lauabitur aqua. O rem mirabilẽ, vas fictile confringit, æneũ aũt confricari, atque ablui Dñs præcipit. Ecquid Dñe testa fictilis plus habet culpæ, q̃ã ænea, q illã iubes infringi? Hoc utique modo uolebat nobis Dñs significare rationem, qua eũ in diuino pniã sacrificio placare debeamus, in quo uas æneum (per quod spũalis animæ significatur) præcepit cõtritione fricari, & cordis salutem lachrymis ob cõmissam culpa ablui. Vas aũt fictile, quæ est caro, ieiuniis, disciplinis, alijsque corporalibus afflictionib præcipit lacerari. Et ita dicit D. Paulus. Licet is, qui foris est noster hõ corrumpitur, tamẽ is, q intus est, renouatur de die in diem. Cũ igitur diabolus hãc oĩum imbecillitatem norit, iam potestis cõsiderare, q̃ audacter ad nos tentandos accedet, ꝙ aperte manifestatur in eo, quod Chrm Redemptorem nostrum tentare nõ dubitauit.

Iob. 41.

21

22

Iob. 6.

Simile.

23

Iob. 10.

24

Leuit. 6.

25

1. Co. 4.

At quærat quispiam, cum septem sint peccata mortalia, quare tribus solum diabolus Dñm tẽtauit, uidelicet, gula superbia, & cupiditate? Dico illum hoc fecisse quasi militem, qui quibusdam armis pugnare consueuit, quibus, cũ assiduam uictoriam cõsequatur, eis semper in præliis utitur. Hæc tria peccata sunt arma, quibus diabolus plurimas aĩas oppugnauit, quibusque cõplures uictorias reportauit. Quocirca fratres chariſſimi diligentiſſime curare debetis præcipue aduersus hæc tria uitia uos munire. His enim totus terrarum orbis euersus est. Qđ si quis quærat, quare Sathanas gula prius, quã alijs duobus peccatis Dominum tentarit? Respõdeo, ducem qui urbem aliquam obsidione premit, hoc primum curare, uidelicet, ut

Simile.

27

præcipuum eius ostium occupet, quo obten
to cætera omnia facile superantur. Præcipuũ
mile. hominis ostium est os, cuius si dæmon fuerit
dominatus, perdita temperantia, cætera om
nia facile corruunt. Epulo, & ebrius quid nõ
admittent? Vnde B. Gregorius. Nisi (inquit)
Gregor. gula refrenetur, frustra contra alia uitia la-
borabitur.

*Et accedens tentator dixit eis. Si filius Dei
es dic, ut lapides isti panes fiant.* Aliquib. (cre
27 do) adulatorijs, ac fallacibus verbis eum allo
qui inciperet. Sancti autem Euangelistæ cũ
grauissimi, & nimis succincti fuerint scripto
res, ea tantum, quæ ad rem faciunt, retule-
runt. Quia autem Dei facere est præcipiẽdo
idcirco ad hoc operandi genus dæmon attẽ
dit, ex quo vtrũ Deus ille esset, facile digno-
sceret, dicens. *Dic ut lapides, &c.* Attendite
Gene. 1. quo eius ducendi modum surripiat. Etenim
Ps. 14. Dei phrasis est dicere. Dixit Deus. Fiat lux,
& facta est lux, &c. Et si dicere ei: dic, est di-
cere. Loquere ut Deus, nam Dei est dicendo
facere, ipse dixit, & facta sunt. Arbitratus est
utique Sathanas a se dominũ hoc modo esse
comprehendendum, & statim dicturum esse
dico, aut non possum hoc facere. Hoc enim
intra se cogitauit, hic homo non est rusti-
28 cus, sed omnis urbanitatis genere politissi-
mus, ergo congrue mihi respondebit, est san
ctus, ergo verum dicet. Sapientissimus autẽ
Dñs ita responsionem suã temperauit, vt ve-
rum congruè dicens, ignarũ sicut antea illũ
reliquerit. Anteaquã vlterius progrediamur,
oportet, vt hæc minutim verba pensemus.
Primum autem notandum vobis est nomẽ,
quo diabolus hic a S. Euangelista fuit nun-
cupatus. Accedẽs (inquit) tẽtator Sicuti vul-
go quẽquam aurificẽ, sutorem, aut sartorẽ,
quia illis officijs intendunt, appellare sole-
mus. Sic etiã dæmon dr̃ tentator, & meritò
quidem, atque etiam maiori ratione, nam
29 si plurimis dieb. festis præsertim ab officiis
suis cessant, nec cum edunt, aut dormiunt
illa exercent, diabolus huic officio diligen-
tius incumbit, quia otiosiores tunc homines
reperit, nec edit, nec dormit, nec defeciscitur
tentans nos. Et sic ex Diuo Marco colligit
Marc. 1. omnibus quadraginta diebus dominum tẽ
D. Th. 3 tasse. Dicit enim S. Euangelista. Et erat inde
p q. 41. serto quadraginta diebus, & quadraginta
art. 3. noctibus, & tentabatur a Sathana, quæ sen-
Et ibidẽ tentia non displicet Remigio, nec D. Tho-
Caiet. mæ, & ibi Caietano, cui etiam fauet quod di
cit Diuus Lucas: consummata omni tenta-
tione diabolus recessit ab eo usque ad tem
pus. Nec uerò erat oĩs tentatio, illa trina ten
tatio. Huic etiam auxiliatur, quod dicit B. Luc. 4.
Paulus. Tentatum autem per omnia pro si- Heb. 4.
militudine absque peccato. O infinitam Dei
probitatem, qui pro nostra doctrina atq; ad
monitione se tentari permisit. Nã si dæmon
tot tẽtationibus, ac vitijs tentare filium Dei
ausus est, quid tibi non faciet ò peccator?
Etiam uos notare oportet, quomodo S. Euã
gelista dicit, diabolum ad tempus recessisse.
Et siquidem a tam præpotenti iusto non in
æternum recessit, præcipuè cum ab eo tam 30
acriter tractatus, atque percussus recesserit,
non mirari debes, si licet eum semel supera-
ueris, ad te iterum, atque iterum reuertatur.
Quapropter cum maxima cautione, atque
animaduersione nos uiuere oportet. Venera Beda.
bilis Beda dicit, postquam Sathanas a domi
no deuinctus discessit, illum iterum per se tẽ
tare nõ ausum fuisse, at ei per suos ministros
bellum intulisse.

Tertiò notandum est, dæmonem lapides
Domino obtulisse, ut eos in panes conuer-
teret, cum eum intelligeret esuriret. Vt co- 31
gnoscatis diabolum ex leuissima quaque re
ad nos tentandos occasionem sumere. Si te
saturatum cernit, luxuria tentat, si famelí-
cum, gula, si laboribus oppressum, impatiẽ
tia, si uirtute præditum, inani gloria, si deni-
que te diuitem esse perspicit, superbia oppu
gnat. Itaque nullam occasionem prætermit
tit, qua non vtatur aduersum nos. O quot
imitatores habet in hac tentatione Satha-
nas, quotidie Frater misericordiarũ anima-
rum nostrarum salutem esurit, nos aũt qua-
si dæmones lapides, hoc est, duros, atque ob-
stinatos animos ei offerimus. Verum utinã
eos saltem ita duros offerremus, ut lapides 32
istos in panem lenitudinis, ac suauitatis con
uerteret. Prosterne te frater peccator in con-
spectu huius optimi Dei saluationis tuæ e-
surientis, & cum peccatorũ tuorum cõtritio
ne illi dicito: O Deus infinitæ Maiestatis, Ezec. 11.
tu q. per Ezechielẽ prophetam dixisti. Aufe-
rã cor lapideum de carne eorum, & dabo eis
cor carneum, per tuã infinitam clementiam
te deprecor, ut me conuertas, istudque cor
meum molle facias, quod tanquam lapis exi
stit, obduratum, tu Domine illud in panem
conuerte, atque morsibus comede, & per gra
tiam in te incorpora. Omnes sic eum fratres
charissimi deprecamini.

Notate etiam diabolum non dixisse, ut
in

in delicatissimos cibos lapides converteret,
Simile. ne tentationem esse aperte demõstraret. Nã
quemadmodum auceps qñ retia tẽdit, nihil
aliud præter cibum apparere curat, sic diabo
lus cũ nos tentat, quantum potest, laborat,
ne eius tentatio, sed ratio esse uideatur.
Idcircò maxima animaduersione opus est
ad diabolicas tẽtationes dignoscẽdas. Post
quam enim tentationes esse cognoscuntur
facilius deuincũtur. Respondens Iesus, dixit
ei: Non in solo pane uiuit homo, &c. Idest,
non tenetur Deus homines solo pane susten
tare, quouis enim alio cibo illos alere potest.
33 Siquidem tantam Rempublicã, quanta erat
Hebræorũ quadraginta annis in deserto si-
ne pane sustinuit, & hoc idẽ, quod dominus huc
adducit, dictũ fuit in Deuter. ad hoc ipsum
propositum. Quo verbo dæmon superatus
assumpsit eum in sanctam ciuitatem, statim
cum alia tentatione occurrit. Hoc sperandum
est nobis quandiu in hoc sæculo uixe-
rimus, quod semotis vnis tentationibus sta
Deut. 2. tim aliæ successuræ sunt. Loquens Moyses
de terra Gigantum, dicit: In ipsa olim habi-
tauerunt Gigantes, quos Ammonitæ uocãt,
Zomzomim populus magnus, & multus, &
proceræ longitudinis, sicut Enacim, quos de
34 leuit dominus à facie eorum, & fecit illos ha
bitare pro eis. Itaq; nõ deerunt Gigantes: ete
nim alij alijs succedent, sicut hi filij Enacim
alijs Gigantib. successerunt, ita nunc aliæ a-
Simile. lijs tentationib. succedunt, nec vero idcirco
nos contristari oportet. Nam quemadmodũ
nautæ periculosiorẽ ducunt malaciã (*vulgo
calma*) quam tempestate, quia aduersus tem
pestates, tomentesque maris fluctus plurima
norunt remedia adhibere: aduersus aũt ma-
laciam, quæ fit cum maris fluctus omnino
quiescunt, neque vlla aura commouẽt, nul-
lum habent remedium, sic ẽt spiritalis uitæ
magistri maiorem tentationem iudicant, se
non tentari, quam tentationibus oppugna-
Simile. ri. Etenim quemadmodum aduersus cibum
35 stomachum ingredientem naturalis calor,
cum ille tandiu præliatur, quousque in suam
substantiã cõuertit, quod si plus cibi ei non inij
ciat, secum ipse decertat, quoadusq; consumi
tur, & hõ extinguitur, sic nisi exteriorem ha
bueris tẽtationem, tecum ipse bellum geres,
quoadusq; te penitus destruas. Quapp ne cõ
tristeris, qñ fueris tentationib. oppugnatus,
siquidem cum Dei facultate, qui salutem, vti
litatemq; tuam maximẽ desiderat, oppugna
1.Re.18. ris. Ideo dr. Spũs dñi malus torqbat Saul, df
diabolus malus, qa mala est volũtate ad offi
ciendũ nobis. Vocatur aũt spiritus dñi, qa
sine Dei volũtate nec tentare, nec quid aliud
facere potest. Vnde apparet tentationem nõ
solum vtilem, sed sæpenumero etiam esse
necessariam Ecclesiasticus dicit. Qui nõ est Eccl.34.
tentatus, quid scit? Licet vtiq; alia plurima
norit, seipsum tamen, viresque suas ignorat,
nisi tentatione probetur. Vnde pro eo, quod nõ
legimus. Proba me dñe, & tenta me, alij uer- 36
terunt. Confla me. Ex quo verbo commoda Psal.25.
tentationis apparent. Nam sicut aurũ in for
nace probatur, verum ne, an alchimicum sit
& à fæce simul purificatur, illustriusq; ac pre
tiosius remanet, sic etiam virtus non solum
probatur, sed ut dicitur: Virtus in infirmita 2.Co.12
te perficitur, animaque maioribus diuitijs lo
cupletata manet.

Tunc assumpsit eum in sanctam ciuitatem & statuit eum super pinnaculum templi. O
quot facit diabolus ascẽdere, ut ex sublimio
ri loco maiorem faciat ruinam qñ quenquã
sine virtute, ac Deo in altissimum queq; di-
gnitatis gradum uideris efferri, meritò time- Simile.
ri potest, ne illum diabolus eleuarit, ut gra-
uiori tandem casu prolabatur. Videbitis ge
minos colluctatores, & qui est expertior, cõ-
parem suũ brachijs extollit, quod si in aerem il-
lum eleuat, non hoc facit, vt sic eum susti-
stineat, sed vt aptius in terrã deijciat. Sic Sa- 37
thanas non eleuat quidem malum, ut semp
cum ita sustineat, sed vt aliquo tandem tem-
pore maiori confusione, atque in grauiora
mala psternat, atq; hoc ẽt stratagemate cum
bonis vti cõsueuit. Auceps perdicem in ter
ra perspiciens, cum sic eã nequeat aucupari
curat illã euolare, atq; in aerẽ extolli, ut sic in
laqueos, quos ipse præparauit, deueniat: Ita Simile.
dæmon quos nouit humiliatos se non posse
superare, in sublime curat efferre, ut sic in e-
ius laqueos prolabantur.


Si filius (inquit) *Dei es, mitte te deorsum, nec mori pertimescas. Angeli enim te à morte seruabunt.* Vnũ ex ijs, q diabolus magno
pere intendit timorem à nobis auferre, sicut
nunc Chro Redẽptori nostro conat adime- 38
re. Etenim Eua dixit: Nequaq moriemini.
Per maledictorũ senum ora dixit S. Susannæ Gene. 3.
Ianuæ clausæ sunt, nemo nos uidet, tutò hoc Dan.13.
facere potes. Quid mea refert (inquit sancta
fœmina) etsi domestici mei me non uideãt,
cum tamen a Deo perspiciar? Respondit do-
minus *Scriptum est, Non tentabis Dominum Deum tuum.* Me deorsũ præcipitare est Deũ

tentare, & cognoscere velle, vtrū promissis
staturus sit, quod cum quispiam fecerit, desi
net esse seruus eius de numero illorum, de
quibus intelligitur testimoniū, quod tu ad
ducis, Angelis suis, &c.

Iterum assumpsit eum, &c. Et ostēdit ei om
nia regna mundi, & gloriam eorum. Non uti
que labores, quos secum regnorum guber-
nationes afferunt, nec pericula, in quibus eo
rum rectores versantur, ei obtulit, quæ qui-
39 dem si rectè intelligerentur, nemo illa cōcu
pisceret. O si in hac misera tempestate diabo
lus regna promitteret, quot illum adorarēt.
Siquidem homines pro pili utilitate tot ma
la committunt, quid pro integro regno per
petrarent? Sathanas qñ hominem tentat par
cissimus est, qui si absq; voluptate, ac utilita-
te hoīem in peccatum posset inducere, hoc
utiq; faceret, vt peccatum nostrū grauius es
set. De Christo autem totius mundi dño, cū
maximam cō cepisset opinionem, ei magna
proponens, dixit. *Hæc omnia tibi dabo, &c.*
Ex hoc apparet diabolum maximi dominū
æstimasse, quando quidem eius peccatum
tanto pretio emebat. Huic āt tam impudicę
tentationi respondit dñs. *Vade Sathana, &c.*
40 In aliquibus Latinis exemplaribus, & in no
stra translatione vulgata, in libris bene cor
rectis, & emendatis non est in contextu hoc
Origen. aduerbium, retrò. Origenes perpendit dñm
hic dixisse: Vade Sathana, non autem dixis
se, uade retrò. Qñ autem D. Petrum naturali
quodam amore passionem eius impedientē;
reprehendit, dixisse: Vade post me Sathana.
Idest, aduersarie vade retrò, i. discipulum a-
gas, non magistrum, idest, satiùs erit tibi, me
in morte, quam mihi impedis, sequi, Diabo-
lo autem non erat, cur diceret, vade retrò. Iā
enim damnatus erat, nec eius discipulus esse
aut illum sequi poterat, Diuus autem Petrus
sic. Ex hac responsione fratres charissimi
Dei iniurias maxime sentire discamus, illius
que honorem instantissimè propugnemus,
41 solamque diuinam Maiestatem latrio ani-
mo adoremus, infinitam eius magnitudinē,
atque excellentiam mente cognoscentes, &
intrinseca illum voluntate, ac puro corde di
ligentes, eumque hoc modo ei tanquam o-
ptimo Domino seruierimus suam in hoc se
culo gratiam, & in futuro cęlestem gloriam
communicabit, Amen.

Feria quarta post Dominicam I. In Quadragesima.

Accesserūt ad Iesum Scribæ, & pha
risæi, dicentes: Magister, uolumus a te
signum uidere. Matth. 12.



QVando quis nihil omnino face-
re vult, ex quacunq; re ansam
assumit. Viderant vtiq; Phari-
sæi dñm plurima, ac maxima
facientem miracula, & tñ ad-
huc plura petebant, q̄ licet pspicerent, non
iō in dñm Iesum crederent, nec a sceleribus
resipiscerent. D. Lucas clarius hanc istorum
malignantium Pharisæorum petitionem ex Luc. 11.
planat, dicens. Alij tentantes signum de cælo
quærebant ab eo, significātes, ea q̄ dominus
faciebat prodigia terrestria, humilia, neque
tam illustria esse, quam miraculum Eliæ, q̄
de cælo ignem descendere fecit, vt autem ea
quæ hic agūtur, melius intelligatis, animad
uertendum uobis est, oīa miracula quę Chri
stus R. N. in hoc sæculo operatus est, non so
lum miracula fuisse, verum & beneficia etiā
hominibus facta, in corporum animarumq;
ipsorum salutem extitisse, quò ex his operi-
bus, quatenus miraculosa erant, illum ue-
rum Messiam mundo promissum esse co-
gnosceremus, & quatenus erant beneficia,
verum Deum illum esse sciremus, cuius mu Isa. 9.
nus est semper in homines conferre benefi-
cia. Et hoc voluit significare Sanctus Pro-
pheta Isaias, referens illos beatissimos spiri-
tus à se uisos fuisse, dicentes. Sanctus, San-
ctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth, ple-
na est omnis terra gloria eius, idest, diuinis
eius donis, atque beneficijs. Hæc est Dei
gloria, in qua ipse se ab alijs dijs falsis per Isa Isa 55.
iam Prophetam differre testatur. Deus (in-
quit) iustus, & saluans, non est præter me, cō
uertimini ad me, & salui eritis omnes fi-
nes terræ. Vnde cum a populo suo se co-
gnosci voluit, per probitatem hanc, & ma-
gnificentiam ergo homines cognosci uo-
luit. Cum ab eo quæreret Moses missus in
Ægyptum, a quo se mitti dicturus esset; re-
spondit: Hæc dices filijs Israel; Domi-
nus Deus patrum vestrorum, Deus Abra- Exod. 3
ham, Deus Isaac, Deus Iacob misit me ad
hos, hoc nomē mihi in æternum, & hoc me
moriale meum in generatione, & genera-
tionem,

tionē. Ecquid ſignificat cognomen iſtud, de quo tantopere gloriatur Deus? glorioſius ei eſſe uideretur, ſi Deus cęlorum, atq; ſeculorū eſſe diceretur. Non tam de his Deus gloriat, q̄ de iis, quę hic dicit. In quo ſignificat relictis uniuerſis cognominibus, quæ probitatem, magnitudinemq; meam manifeſtāt, de hoc uno magis glorior, qd' tantos tāq; illuſtres ſanctos effecerim Abrahā, Iſaac, &
4 Iacob, quos maxime diſpoſui, diuui, atque à plurimis importuniis, & calamitatib. liberaui. Cum igitur Ieſus Chrs uerus ſit Deus miraculoſa opera faciebat, q̄ ſimul hoībus eſſent beneficia. Nec eorum corporibus tantummodo medebātur, ſed mirabilia ēt in ipſorum aīs operabatur. Quod per Eſaiā prophetā manifeſtè probat, q mirabilia, à domino facienda prophetans dixit Deus ipſe ueniet, & ſaluabit uos: Tunc aperientur oculi cęcorum, & aures ſurdorū patebunt, tunc ſaliet ſicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Quorum oīum rationē aſſignās dicit: quia ſciſſæ ſunt in deſerto aquę, & torrentes in ſolitudine, & quæ erat arida, erit in ſtagnum, & ſitiens in fontes aquarū. Ecquid hoc ſimilitudinis habet cū curatione morborum? nunquid aquarū riuulus oculorū adi
5 mit cęcitatem? aut claudorū ægritudinē tollit; dico hanc rerum commutatione eſſe, vt ad ſpiritalia excitemur, hoc.n. in diuinis literis nimis uſitatum eſt. Illic aquarū abundantia non materialium aquarum, ſed gratiarū Spūs ſancti affluentiam ſignificat, ſicut quādo dixit: Omnes ſitientes, uenite ad aquas, & alibi: Haurietis aquas in gaudio de fontib. Saluatoris. Eſt igitur ſenſus. In tempore meſſis diuinæ gratiæ in ſolitudine affluent, ideſt in gentibus barbaris, atque a diuino cultu alienis. Et ſic erit, qd' cæci, leproſi, claudique ſpiritu, a ſuis ſpiritalibus ægritudinib. ſanentur. O benedictus talis Deus, & glorificata talis pietas. Nullum paſſum clemētiſſi
6 mus dñs immittebat, q ad ſalutē noſtrā nō dirigeretur. Et ideo cæleſtia miracula nō faciebat, q a tā utilia nō forēt. Quid utilitatis eliceret cæcus ex eo, q Chrs Ieſus ignem de cęlo deſcendere iuberet? O q̄ta eſt hæc nobis confuſio, q in eius miniſterio nihil fere uolumus operari. Omnes, quæ ſua ſunt, quærunt, non quæ Ieſu Chriſti dicebat D. Paulus. Ieſus Chriſtus totus in miniſterio, vtilitateque noſtra occupantur, nos autem cupiditatibus noſtris Sathanęque ſeruituti intendimus. Nullum ex iis utiliſſimis miraculis animaduerterunt hi cæci præ paſſionibus, ſceleribusque ſuis, quales fuerunt maiores eorū mirabilibus, quæ Deus pro illis in Ægypto fuit operat. Vnde illis dixit Moyſes. Vos uidiſtis uniuerſa, q̄ fecit dominus corā uobis in terra Ægypti, & nō dedit uobis dominus cor intelligēs, & oculos uidentes. Ex quo apparet nulla exteriora ſigna ſufficere niſi ſit lumen interius ad fides myſteria cognoſcēda. Mirabatur D. Ioannes Euā- 7
geliſta Iudæorum incrudelitatē magna cū exaggeratione dicēs. Cū āt tanta ſigna feciſſet corā eis, nō credebāt in eū. Verū proh dolor, quā merito ēt nos mirari poteſt, q poſt q̄ fidei myſteria credēda ſuſpicimus, quaſi infideles uiuimus, diuinasq; promiſſiones, ac minas deſpicimus. Hos Phariſęos abominamur, nos autem peiores illis forſitan ſumus. O quam apte uobis uerba illa quadrant, q̄ Dñs Phariſęis dixit. Væ uobis Scribę, & Phariſæi hypocritæ, q ædificatis ſepulchra prophetarū, & dicitis. Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorū, non eſſemus ſocii eorū in ſāguine prophetarum. Itaq; teſtimonio eſtis uobiſmetipſis, quia filii eſtis eorum, q prophetas occiderunt, & uos implete mēſuram 8
patrū ueſtrorum. Filii diaboli dicuntur eius ſectatores, & ſiquidē noſtrorum Phariſęorū ingratitudinem ſectamus, merito eorū filii dici poſſumus. Qui niſi i meliorē frugē nos receperint hoc vę, & comminatio nos ſicut, & illos cōprehendet. Per Oſeā prophetā dixit dñs, in funiculis Adam trahā eos. Qd triplex beneficiorum genus fuit, videlicet gratiæ, naturæ, ac fortunę. Vt.n. dī funiculus triplex difficile rumpit. Tu autem cum tot à Deo bñficiis deuinctus fueris nimis diſſolutus exiſtis. O ferociſſime leo, qui talia uincula potes infringere, dicit Dauid multi dicunt, quis oſtendet nobis bona? q quidā dicit nomine malorum dicentium, quomodo poterimus bonum, quod ſequi, & malum, q 9
fugere debemus dignoſcere? Quibus reſpōdet, dicens. Signatus eſt ſuper nos lumē vultus tui domine. Et alii uertunt ex Hebręo. Erige ſuper uos uexillum luminis tui. Notū eſt militcs uexilli exaltatione, ſeu depreſſione gubernari, & ex uexillo, quando aggredi, & quando regredi oporteat, cognoſcere. Sic Deus nobis naturale lumen, quaſi uexillum præbuit, ex quo quid ſuſcipere, quid ve fugere debeamus, agnoſcimus. Ideo addidit Propheta, dicens: Dediſti lætitiam in corde meo, ideſt, quia hoc nos natural lumi

Eſa. 35. Eſa. 12. Phil. 2. Deut. 29. Ioā. 12. Mat. 23. Oſe. 11. Eccl. 4. Pſal. 4.

me illustrasti, maxima lætitia afficitur cor meũ, innumerasque tibi gratiarũ refert actiones, quia me nõ tanq̃ brutum animal effeci sti, q̃ hac rationis luce caret. Et insuper hãc lucẽ, in nos fidẽ infudit, qua tam ineffabilia q̃ Deus pro uobis fecit, q̃ omnia singularia sunt beneficia credimus. Ecquis igitur poterit explicare quantũ hũc optimũ Deũ, q̃ tot in nos contulit beneficia, collaudare debeamus? & ualde notãdũ est uerba illa; A fructu frumẽti, uini, & olei sui multiplicati sunt, q̃

10 illic subsequuntur, a B. Augustino quęstioni illi, q̃s ostẽdet nobis bona? cõiũgi. Quasi dicat: sunt nonnulli, q̃ terrestria diligentissimẽ norũt exquirere, industriaq; sua pane, uino, & oleo locupletati sunt, ad spiritalia aũt bona pquirenda quasi iumenta se prębent, & q̃ rũt, q̃s ostẽdet nobis bona? Quid igitur merebitur ille, qui talib. non utitur beneficijs, nisi q̃d sibi a dño auferãtur, & nõ solũ fidẽ amittat, verum, & ratio ẽt ipsius adeo tenebrosa remaneat, ut ferè nõ ratio esse uideatur? Maximum quoddã mysterium vr de Manna, q̃ ab igne nõ poterat exterminari, statimq; ab exiguo radio Solis calefactum tabescebat. Manna ex se parum sapiebat, igni autem appositum, q̃uo libebat, illud Hebræi condiebant, nec liquefiebat, minimo aũt quoq; ra-

11 dio Solis tabescebat, cum ignis calor fortior sit Solis calore. Quia igitur hoc esse dicemus? cui dubio ipse sapiens respondet, dicens: Vt notum omnibus esset, q̃m oportet pręuenire Solem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te adorare. Videlicet, ut nos gratitudinẽ doceret, atq; ut hoc esset ingrati hoĩs supplicium, q̃ si quispiam adeo esset ingratus, ut cũ tam pretiosus cibus, sicut mãna ei daretur, ad eũ recipiẽdũ prius nollet exurgere, q̃ Sol oriretur, eius ingratitudo ab ipso Solo puniretur, cũ ab eo cib. illius liquefieret, & sic negligentia sua Dei benedictionem, & aliaroniã sibi dormiẽti dimissam pderet. Qui autem diluculo surrexit, Deumq; laudauit,

12 manna colligeret, domũ perduceret, igni applicaret, & sicut uellet illud cõdiret, eiq; proficeret, ingrato autẽ tabesceret, neq; eo frueretur. Atq; ideo subdidit sapiẽs: Ingrati. n. spes tanquã hybernalis glacies tabescet, & disperiet, Tanq̃ aqua supuacua. O q̃ maxime hic ingratorum hoĩum pęna deteguntur. Attendite fratres q̃uo hereticis omnia beneficia Dei consumpta sunt, iam eis non est res sacra, iã non sacramenta, non summus Pontifex, nõ religione, deniq; omnia illis bona tabefacta

August.

Sap. 16.

sunt in suppliciũ, q̃ ex diuinis beneficijs fructum percipere noluerunt. Quid igitur, & nos speramus cum eisdẽ eorum vijs gradiamur, nisi q̃ omnia nobis bona in malũ conuertantur? respondit eis Dominus dicens: *Generatio mala, & adultera.* O Agne mansuetissime Iesu Christe fili Dei, quare illorũ maiores dedecoras? nonne sufficeret si illos corripere? eorum utique maiores obiurgat, quia illos tam malis morib. instruxerũt. Eia parentes, atq; magistri ad hęc attendite, vide 13

te q̃d uobis dicat Apostolus. Educate filios uestros in disciplina, & correctione domini. Hoc primum cogitate, maximaq; diligẽtia curate, q̃uo liberi uestri Deo seruiant. Quando vxor Manue retulit viro suo nuntiũ Angeli, s. se filium, qui fuit Sanson, esse concepturam, dr Manue ad Dominum orasse, dicens. Obsecro Domine, vt vir Dei, quẽ misisti, ueniat iterum, & doceat nos, q̃d debeamus facere de puero, qui nasciturus est. Videlicet, ut eũ iuxta Dei uoluntatẽ educaret. Et ubi primũ Angelus uenit, cum interrogauit, dicens. Quando sermo tuus fuerit completus, q̃d uis, ut faciat puer? aut a quo se obseruare debebit? Non fuerunt primę eorum curę, q̃uo eum tractaturi, atq; illi induturi. 14

siue quos honores, ac diuitias ei essent acquisituri filio psertim, quem tantopere desiderabant. Sed quomodo gratior Deo futurus esset. Sic uos facere oportet fratres mei. Animaduertite, q̃d singulis vobis dicat Spiritus sanctus: Non des filio tuo ptãtem in iuuentute, curua ceruicẽ eius in iuuentute, & tunde latera eius, dũ infans est, ne forte induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor animę. O q̃ cęlestis doctrina illa Deus in cordibus vestris imprimat, ut opere compleatis. Quãdo infantes ægrotant pcipiunt medici nutrices potiones sumere, ut bonũ eis lac pbeant, & sic eorũ morbo medeãtur. Idcirco nos pdicatores nos exhortamur, eos, qui carnales estis 15

patre, ut purificemini, atque à peccatis vos cohibeatis, plurimasq; virtutes operemini, illud etenim erit bonũ lac. Bonũ qppe exẽplũ, q̃ liberis vestris pbueritis, multũ conducet ad hoc, q̃d illi boni fiant. Idcirco ille Gabellus dixit ad Tobiã iuuenẽ. Benedicat te Deus Israel, q̃a filius es optimi viri, & iusti, & timẽtis Deũ, & eleemosynas facientis, significans illũ ex patre uirtute didicisse. O felices liberi, q̃bus optimi sũt parẽtes, etenim nõ solũ ab eis iuste pieq; uiuere addiscunt, sed sæpenumero eorũ causa plurima Deus s

Ephe. 6

Iud. 13.

Eccl. 30

Simile.

Tob. 1.

eos confert beneficia, sicut affirmat Dauid, dicens: Quis est homo, qui timet Dñm? Aĩa eius in bonis demorabitur, & semen eius hæreditabit terram. Atq; malis etiã liberis Deus pp bonos parentes benefacere consueuit, sicut fecit Ismaeli pp Abraham patrem eius. Et Dñs dixit se de terra quam dederat filijs Esau, ne uestigium quidem pedis filijs Israel esse daturũ quia in possessionẽ (inq t) Esau dedi montem Seir. Itaque etsi illi mali erãt, tñ pp Isaac auum eorum noluit eis terram illam ferre. Et sic dicit Ecclesiasticus illi uiri mĩæ sunt, quorũ pietatis non defuerunt, cum semine eorum permanent bona.

Ps. 24.
Deut. 2.
16
Eccl. 44

Generatio (ait Dominus) *mala, & adultera signum quærit*, Multũ admiror domine, ꝙ licet hi sint mali, atq. a paruis parentib. originem ducant, cum tamẽ tu perennis sis mĩæ fons, cuique sancta Ecclesia dicit Deus cui propriũ est misereri semper, & parcere, illos tam acri sermone reprehendas. Certũ utique est sanctam Ecclesiam dicere. Deus, cui propriũ est misereri, nõ autem, cui proprium est, ultionem repetere, cuius rei causam assignans Alexander de Ales. dicit, quia ad hoc ꝙ Deus nostri misereatur non sunt necessaria merita nostra, ad nos autem puniendos requiruntur ex parte nostra demerita. Tam proprium autẽ est Deo mĩa uti, vt hæc etiã aeria uerba, & alia quæ in S. Euãgelijs sunt, si profunde considerauerimus mĩam a se distillare cognoscamus. Circa ꝙ notandum uobis est maximũ discrimẽ, qđ est inter Deum, & diabolum. Diabolus est tanquã auceps, qui dulcibus illicibus aues, q̃ sunt animæ, ad se allicit, & sperat, quousq. securæ sint, cum in aliqua debili ullius uitij uirga consederint, ut sis eas aucupari, atque in infernum detrudere posit. Christus autem filius Dei non vult nos in uitij esse securos, & ideo nos plurimis cõminationibus ab eis deterret. Itaque eius reprehensiones non uenenosa quidẽ sunt tela, quæ occidant, sed clementissimi terrores, ut tantum periculũ fugiamus. Hæc doctrina est D. Hieronymi, & sic Dauid non dicit Deũ gladio, arcu, ac sagittis percussisse, sed gladiũ (inq t) suũ uibrauit, arcum suum tetendit, & parauit illũ, & in eo parauit uasa mortis. Aliud quippe est gladium euaginare, atq. illo aerẽ uerberare, & aliquem cõminari, aliud autẽ percutere, atque abscindere. Oẽs labores, ac reprehensiones huius sæculi sũt comminationes, quas Deus facit, q bus nos deterreat:

Alex. de Ales 1. p.
17
Simile.
18
Hier. su p Haba cuc. 3.

quas si perferre nõ possumus, quis terribilẽ illũ gladij ictum poterit tolerare, quo Deus peccatores percutiet, dicens; Itẽ maledicti in ignẽ æternum? Quãdo pannus est plurimis maculis infectus, nimio artificio opus est ad eas auferendas, nisi lixiuiũ sufficiat, sapone additis, illumq; iterum atq; iterum perfricatis, & cũ saponẽ applicatis, pannũ magis inficere uidemini, ueruntamen non sic est, sed quo magis cum sapone fricatis, eò candidiorẽ illum redditis. Sic se habuit Christus Redemptor nr̃ cum his Pharisæis, qui nimis immundi erant, atque ut eos ablueret, sapone, ac lixiuio reprehensionis eos fricabat, & quãuis illos dedecorans, magis inficere uideretur, hoc tamẽ faciebat, ut eos ablueret, si modo illi hoc lauacro uti uoluissent. O infœlices, q laborum, ac reprehensionũ sapone fricati immundiores, q̃ antea remanent. De quibus dicit Naum propheta: Facies eorũ sicut nigredo ollę. Eorum nigrorem ollę confert, quę cũ alba fuisset, igni tamẽ sępius applicata, redditur nigra, & posteaquã sæpe in ea carnes coctæ sunt, quamuis iterum atque iterum abluatur, nunquã tamen alba sicut antea efficitur. Sic animę ex natura sua non sunt nigræ, sed postquam in eis cib. Sathanæ conditur, atque ad ignem sæpia applicantur, id est, postquam plurima peccata commiserunt, adeo nigræ efficiuntur, ut nihil eis diuinæ reprehensiones, atque artificia prosint, immo quia ex tanto bono fructum percipere noluerunt, maioribus inferni supplicijs dignæ efficiuntur. Signum (inquit) non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ. Mors sacratissima Iesu Christi filij Dei, & sacrosancta eius crux, est certum qđ dã signũ cõdẽnationis malorum, nam post tantum beneficiũ, tamq; copiosam passionẽ, nulla peccatori remanet excusatio, si tamen in suis sceleribus perseuerat, interest inter eos, qui sunt Christi Iesu ueri Saluatoris mundi, & eos, qui sunt diaboli. Etenim qui huius diuini Redemptoris ueri sunt, ac fideles milites hoc uexillum sequuntur, & ita dicit D. Paulus ad Galath. Qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt cũ uitijs, & concupiscentijs: qui autem sunt diaboli (ait ipse Apostolus) sunt inimici crucis Christi, quorũ Deus venter est, quorum finis interitus, id est, omnis eorum cogitatio, & finis est, quomodo peccabunt. Quocirca fratres mei oculos aperite, nam ex uestra uiuendi ratione conijcere potestis, utrum ex Iesu

Simile.
19
Num. 2
20
21
Galat. 5.
Phili. 3.

Christo,

Christo an ex diabolo sitis. Cauete ne signũ Ionæ uestrę sit condemnationi.

Signum non dabitur ei nisi signum Ionæ. O admirabilem Dei liberalitatem. Etenim cũ peccatores illa indigniores essent, dixissent q̃ue sibi ab eo signa reddi non posse, tũc eis sacratissimæ passionis suæ signũ deprõpsit. Quod quidẽ, quãtumuis grauissima sint hominum peccata, negare non vult, si ex illo ipsi fructum percipere uolũt, postquã dixit.
22 Signum nõ dabitur ei. Statim subdidit, nisi. Negatio enim Dei non est sicut hominum, quo hoĩes semeptipsos, ac uiscera sua percludunt, ne mĩa in fratres suos utãtur. Negatio autem Dei quodam, sic, in fine haberẽ consuescit erga eos, qui ad illud disponuntur. Deus enim liberalissimus est. Quod nota-
Cant. 5. uit sponsa, dicens: Manus eius tornatiles, i. rotundæ quasi globi, aureæ plenæ hyacinthis. O quam mirifica similitudo. Res rotunda sicut globus nihil in se retinere põt: Tales sunt huius diuini sponsi manus, nihil vtique retinent, oĩa largiuntur. O benedicta talis largitas, accedite fratres, & ex his hyacinthos colligite.
Chr. to. 5. ho. 1. de pœni. D. Chrysostomus eleganter hanc Ionæ historiam refert, ubi mirificã de tempestate maris contra Ionam sæuientis similitudinem adhibet.
Simile. Quemadmodũ
23 (inquit) cum mancipium aliquod dñm suũ effugit, si conseruus eius illum reperit, quo ad potest elaborat, vt eum in dñi sui domũ reducat, quod si nõ prodest, iustitiæ denunciat, sic mare Dei seruus tempestate conturbari cępit, quoadusq; ei traditus est Ionas, ut eum Domino, quem fugiebat, restitueret. O quanta est hæc nobis confusio, qui omnibus passibilibus orationibus non curamus, ut mali conuertantur ad Deum. Per charitatem Dei vos rogo fratres dilectissimi, ut in hoc summam adhibeatis, ij præsertim, quibus animarum cura incumbit, qui exemplo, uerbo atque doctrina multum in hac re potestis efficere. Cum quidam Hebræi ab hostibus deuicti fuissent, dicitur Io-
24 Iosue 7. sue pronus in terram cecidisse coram arca Domini, vsque ad vesperam tam ipse, quã oẽs senes Israel. Cui ita dixit dominus. Surge cur iaces pronus in terra? quare Domine idem non dicis uenerabilibus senibus, simul cum Iosue in terra iacentibus? quia sufficit hoc S. Iosue prælato, principi, & capiti eorum dici, ut, & alij consurgant. Sic, si ij, q̃ principes, & capita estis hilari animo Deo obedientes à terra surrexerit, uestro exemplo alios plurimos subleuabitis, & terram atque omnia eius bona relinquent.

Sicut enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus, &c. Hoc per syncedochen intelligendum est partem pro toto assumẽdo. Nec.n. noctes, nec dies integri fuerunt, quos dominus mortuus fuit, sicut fuerunt integri dies, quo Ionas in uentre ceti fuit inclusus, sed antequam triduũ penitus compleretur, dñs resurrexit. Ex quo non oportet argui falsita- 25
tem inter figurã, & figuratum, quin potius (ut D. Augustinus ait) plurimę diuinæ Maiestati propter hoc gratiæ agi debent. August.

Viri Niniuitæ surgent in iudicio, &c. Attendite quo nomine appellat Dominus Niniuitas, etenim quia pœnitentiam egerunt eos uiros nuncupat, gentem ualidam, ac præstantes animi esse dicit. O quanto iure nomen uiri fortis, atque magnanimi illi debetur, qui a peccatorum suorum uinculis se nouit eximere, ueramq́ue illorum facere pœnitentiam. Nonne vobis uideretur heroici hominis factus si quis in hostium finibus ignarus aduentus eorum, & ludens ab eis occuparetur, cumq́ue catenis, & compedib. uinctus teneretur, id hęc omnia uincula dirumperet, multosq́ue ex hostibus trucidãs ab eorum manibus euaderet? Simile.
Maximæ fortitudinis hoc est factum. Hoc utique fecit uere pœnitens, cum etenim tot compedibus, atque catenis existat alligatus, quot peccata læthalia perpetrauit, contritionis gladio se ab eis omnibus soluit, dæmonesque, atque seipsum, & passiones suas deuincit: quod maximum quidem est, sicut exaggerat Sapiens, dicens: Melior est qui dominatur animo suo expugnatore urbium. Pro. 16. Non solum autem ad hanc uictoriam consequendam opus est hic animo, sed etiam ad eam prosequendam alias maiores difficultates, ac discrimina superanda, quæ in conuersionis initijs euenire consuescunt. Filij Israel uenerunt ad Hebron, Nu. 13.
vbi erant filij Enac. Vbi quid domine hęc monstra eis in ingressu terræ promissionis ostendit? vt significet, talia monstra nobis esse repræsentanda cum in terram sanctam vitamq́ue uirtutis ingredi cœperimus. Quę sunt quædam difficultates, atque terrores, sicut Beatus Augustinus de seipso fatetur, quando se ad Deum conuertendum esse statuebat, diuitias, uoluptates, honores, & cætera huiusce modi se se ei offerre consueuisse dicentia: Quid? sic nos derelinquere cona- August. lib. con. 27

ris

ris? Quæ cum ita sint fideles Dei serui animum, animum percipite, nec istorũ Gigantum magnitudine terreamini, Deus enim vos ad illos vincendos adiuuabit. Vna ex maximis excellentijs, quam inter alios complures Isaias de vere ad Deum conuersis re-
Isai.40. censet, hæc est: Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem. Oẽs vires quib. ad malum operandum pollebant, in bonum conuertunt. Ante conuersionem fortes erant ad fratres suos vincendos, atque iniurias vlci-
28 scendas, nunc autem fortes ad se ipsos superandos. Antea liberales ad satisfaciendũ vanitatibus, nunc autẽ largi ad eleemosynas erogandas. Accedit quisquam, & dicit tibi: Dñe, ille vir habet optimum accipitrẽ qui Regi potest offerri. Tu verò statim dicis. Nonne illũ uendet? qui rñdet: Dñe non eũ minoris uendet, quam centum aureis. At tu, nihil refert (inquit) si est bonus, vendat mihi, ne quid de pretio curet. Accedit alter dicens. Dñe, vir in maxima necessitate constitutus est, qui & filiam in maximo periculo castitatis amittendæ habet, nisi cito nubat, aut ei remedium adhibeatur, quocirca a te auxilium efflagitat. Cui tu respondes. Gauderem vtique si ei subuenire possem, verum
29 tanta nunc est caritas annonæ, vt omnia pari ferè auri pondere æstimentur, & ad vescendum, & nos induendos vix sufficiant, quæ habemus. Immittit igitur vir primarius manum in crumenã, & quo ad plurimũ duas, aut tres dragmas ei tribuit, & hoc quidem Deus nouit quõ, & quo animo faciat. O quãta est hæc ærumna tam liberalis utique est ad appetitui suo satisfaciendum, quã parcus ad Dei ministerium adimplendũ. Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem. Si animum prius habebas ad mille aureos in vanitatibus consumendos, eundem nunc habebis ad opera charitatis adimplenda, si ad decem hostes deuincendos viribus pollebas, ad
30 passiones autem tuas pusillanimis eras, nũc mutabis fortitudinem. Quã fortis fuit Dauid, qui potuit lacerare leones, atq. ursos, qui saxo Gigantem prostrauit, qui petita a Saule Philistæorum præputia detulit. Hæc autẽ omnia in una lance constituta, in altera uero lance appensa humilitas atq. animi submissio, qua coram arca Dñi, quasi alicuius municipij æditous, pondere indutus saltauit, utrum horũ maius atq. præstantius iudicatur. Posterius utiq;. Nã in priori, extra se, in posteriori autẽ se ipsum uicit, quæ quidem est uictoria de oĩum illorũ strenuo uictore cõparata. Aĩaduertite ẽt quõ D. Paulus fortitudinẽ permutarit, de quo dr. Saulus adhuc spirans minarum, & cædis, &c. Ita uero illũ Deus conuertit, ut qui alios necaturus properabat, iam morti ipse pro Christo liben- Act.9.
ter offerretur, atq; eius gloria pretiosa crux esset. Igitur iure optimo dicuntur uiri ij, qui ad Deum uerè, & ex animo conuertuntur.

Hi ergo uiri, qui talem pñiam agere norunt. *Surge in iudicio cum generatione ista.* Atque etiam nobiscum, quandoquidem illi breuissimo aduenæ, atque ignoti hominis sermone conuersi sunt, eos autẽ ex tot concionibus uix utilitatem aliquam percipimus. 31
Autor quidam grauissimus refert uirum locupletissimum, & pessimum extitisse, qui pijssimam hẽbat uxorẽ. Cumq; cõtingeret, ut religiosus ordinis Prædicatorum inter faciens in domum illius ingrederetur, studiosa, atque deuota matrona illum exorabat, ut coram uiro suo spiritalem sermonem haberet. Placet mihi (inquit seruus Dei) si uir tuus me audire uoluerit. Cui ille, audiam (ait) dummodo perbreui sermone utaris. Cui Sanctus, ero (inquit) breuis, ideo attẽdite animis. Scitote scriptum esse. Bonum quod tibi uelles fieri, proximo tuo facito. Et subdidit. Si hæc semper memoria tenebitis, & custodietis, eritis in uia, quæ ducit
ad salutem. Quo breuissimo sermone audi- 32
to, uir ille intra se isthæc euoluere cœpit, & statuit se illa semper obseruaturum, quòd & opere compleuit. Post paucos dies iter faciens, uidit molam aquariam humi deiectã, meminitque imperio suo illam fuisse euersam, procuratori suo iussit, ut illius dominum adiret, factumque damnum persolueret. Et ita omnibus, quibus læserat, satisfecit; considerans intra se, se idẽ sibi fieri desideraturum, si aliquod ab alijs sibi damnũ fuisset illatum. Contigit etiam quod cum domum suam perueniret, & pauperem ĩ uia
reperisset, eum in domum suam excepit, 33
& ad mensam suam iuxta se assidere fecit, ut proprijs eum manibus cibaret, considerans se idem secum fieri uelle, si simili necessitate premeretur peracta cœna fecit ei lectum sterni iuxta cubiculum, in quo ipse dormiebat, pauper autem cum insolita ciborum genera piperi, croco, cinnamomo, alijsque aromatibus cõdita cœnauerat, postquam paulisper dormiuit, maxima siti fuit oppressus, & uociferari cõpulsus est dicens

se

se siti perire. Quia uero vniuersa familia lō-
ge separata dormiebat, nec eius clamores po
terat audire; nemo eius voces audiebat, nisi
dominus, ille qui considerans, si eandem si-
tim pateretur, se idem velle sibi fieri, exur-
rexit, & ad cisternam aquam hausturus ac-
cessit, cumque aquam vellet haurire, in cister
nam incidit, & demersus obiuit: in cuius
postea cadaueris collo repertus est aureus
torques characteribus inscriptus, in quibus
dicebatur. Antequam penitus eius cadauer
algeret, ipsius anima ab Angeli in cœlum
34 fuisse delatam. O benedicta, & glorificata
sit diuina Maiestas, quæ per tales vias pecca-
tores ad se nouit conuertere. Quid vobis
videtur fratres, quam breui concione homo
ille in virtute tantopere profecit? Ex illo
vnico verbo doctrinam eliciebat ad omnia,
quæ in Dei ministerio illum facere oporte-
bat. Paucæ nobis conciones sufficerent, si ex
illis fructū percipere vellemus. Hic autē ca-
sus, quē vobis hic recensui, nō multū uobis
afferet admirationis, si verba S. Euangelij at
Jon. 3. tentè pensaueritis, dicitur. n. hic Ionas non
vnum quidem hominem, sed vniuersam ma
ximam ciuitatem conuertisse. Et hoc pau-
cissimis uerbis, dicens. Adhuc xl. dieb. & Ni-
35 niue subuertetur. O admirabilē diuini verbi
Rom. 1. efficaciam? Quam optime adnotauit D.
Ps. 144. Paulus, dicens. Non erubesco Euangelium,
virtus. n. Dei est, siue ut alij uertunt potentia
Dei est, in salutem omni credenti, in hoc. n.
verbo Dei virtus, atque potentia inclusa mo
ratur quam significauit Propheta dicens: Ac
cingere gladio tuo super fœmur tuum po-
tētissime. Quænam potentia, aut quis gla
dius est hic, nisi de quo Apostolus loquitur?
quod si quæ virtus, atque potentia fuerit
hæc, vultis cognoscere, in hos Niniuitas
oculos conijcite, qui cum essent idololatræ
corrupti, pessimisq. moribus deprauati, ut
36 primum uerbum Dei audierunt, crediderunt
runt in dn̄o, & prædicauerunt ieiunium, &
uestiti sunt saccis a maiori usque ad mino-
rem. Et ipse etiā Rex surrexit de solio suo, &
abiecit uestimentum suum a se, & indutus
est sacco, & sedit in cinere.

Postquam Hebræi maximū illud idolo-
latriæ facinus admiserunt, ut eos Deus com-
minat' est, adeo timore perculsi sunt, ut nul
lus cultu suo ex more fuerit indutus. Et S.
Moses Dei nomine illis dixit, iam nunc de-
pone ornatum tuum. Et dicitur ibidem, de-
2. Exo. 3 posuerunt ergo filij Israel ornatum suum a
monte Horeb. Vos autem peccatis onusti
cum tot uijs in inferno digni sitis, adeo ex-
ornati ad peccatorum uestrorum ueniā pe-
tendam acceditis, acsi ad nuptias uos cōfer-
retis. Per reuerentiam Dei, uos rogo, ut eru-
bescatis tam parum doloris scelerū uestro-
rum ostendere, & cilicio operiamini, pœna-
lesq. exercitationes exequamini, sicuti fece-
runt Ethnici illi, qui non tot concionib. ac
cælestibus doctrinis, sicut uos fuerāt edocti.
Nec uerò excusationes adducatis, dicentes
uos esse delicatos: nam Niniues Rex, & eius
magnates teneri, ac delicati erant, & se tam 37
aspere tractauerūt. Quare uos nō pudet fra-
tres mei dicere: sum imbecillus, & timeo ne
in morbum incidā? Hoc uellem ego, ut time
retis ne ex ludis, alijsq. uestris inordinatis
uiuendi rationib. uobis procederet: & cum
ad ludendum inuitamini, diceretis, ludum
iuramentum, iuramentum dolus, dolū eius
cognitio, cognitionem uulnera, ac denique
isthæc oīa corporali, sicut & spiritalis subse-
quitur interitus. O Deus infinitæ Maiesta-
tis per ineffabilem clementiam tuam te de-
precor, ut his uerbis meis efficaciam confe-
ras, quo in horum fratrum meorum cordi-
bus imprimantur, atque ad te per ueram pe
nitentiam tot corde conuertantur, tu quam 38
illos ad amorem, & gratiam in hoc seculo,
in futuro autem ad cœlestem beatitudinem
recipias, Amen.

Feria VI. post Dominicam I. In Quadragesima.

Erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus in Hierosolymam. &c. Io. 5.

IN hac Sancti Euangelij lectio-
ne, quam modo audistis, fratres
charissimi, refertur Dn̄s Paraly- 1
tico trigintaocto annos infirmi
tatis suæ habenti salutem con-
tulisse. Postquam autem illum, & corpore,
& spiritu sanauit, dixit ei: Ecce, sanus fa- Rom. 5
ctus es, iam noli peccare, in quibus uerbis
ei perseuerantiam maxime commendauit.
Etenim hic est unus ex præcipuis iustifica-
tionis effectibus. Et sic eum inter alios an-
numerat Diuus Paul: dicens: Iustificati ergo
ex fide pacem habemus ad Deum, per domi
num

Simile. num noſtrũ Ieſum Chriſtũ, per quē habemus acceſſam p fidē in gratiā iſtam, in qua ſtamus, & glorificamur in ſpe gloriæ filiorum Dei ſcientes, ꝙ tribulatio patientiam operatur, patientia aũt probationem, probatio uero ſpem, Spes aũt non confundit, quia charitas Dei diffuſa eſt in coribus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Quatuor hic S. Apoſtolus iuſtificationis aſſignat effectus.
1 Primus eſt pax quædā interior, & recōciliatio cũ Deo,
2 Secundus in bono perſeuerātia. Tertius, ſpes gloriæ filiorũ Dei. Quartus deniq; & ultimus, inteſtina quædam in laborib. exultatio. Dicit autē. Iuſtificari ex fide, quia, etſi alia plurima ad iuſtificationem requirantur. Fides eſt oīum illorum ianua, atq; principium, p illam.n.ad ſpem peruenimus, per illam peccatorum noſtrorum pniām gerimus.p illā deniq; Dei charitate inflāmamur: & ipſius timore a ſcelerib. coercemur. Et ualde notandũ eſt.cũ ſecūdũ iuſtificationis referret effectum, dicēs. In gratiā iſtam, in qua ſtamus, ꝙ ſtabilitatem denotat: non abſolute dixiſſe, eam a iuſtificatis ſtatim poſſideri,
3 ſed doc uiſſe, pter iuſtificationis donum peculiari etiam Dei auxilio opus eſſe, ꝙ aīam protegit, atque conſeruat, ut in accepta gratia perſeueret. Ideo uigilantiſſime dixit; per Chriſtũ acceſſum habemus ad gratiam iſtā, in qua ſtamus: Sic etiā ſignificauit Dauid,
Pſal. 79. Aug li. de bono perſeuerantiæ. Cypria. dicēs: Fiat manꝰ tua ſup uirũ dexteræ tuæ, & non diſcedimus a te. D. Auguſt. poſt B. Cyprianum. Hi duo ſancti, dicunt in dñica oratione ſingulis quibuſq; petitionibus perſeuerantiæ donum poſtulari. Itaque cum poſcimus, dicentes. Sanctificetur nomen tuũ: petimus, ut ſemper illum ſanctificemus, & ſic de omnibus alijs, ut facile eſt, deducere, Tertius effectus, q eſt, gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei, id eſt, quam filii Dei, qui ſunt omnes beatorum ſpiritus, poſſident.
4 Hoc bonum & gaudium non poſſidetur ab omnibus iuſtificatis, ſed ab iis tantum, qui iuſtificati, firmi, ac ſtabiles in bono perſeuerant, ſicut hic Apoſtolus manifeſte declarat: poſtquam.n. dixerat, in qua ſtamus. ſubdidit, & gloriamur in ſpe gloriæ. Ea eſt Dei optimi maximi liberalitas, ut in gratia perſeuerātib. quædam beatitudinis pignora largiatur, quæ qdē eſt mirabilis, quædam ſecuritas æternæ uitæ poſſidēdi, ſicuti creditor ſufficiētiæ habēs pignora, ſecurus eſt
Epheſ. 1 debiti. Vnde ipſe Apoſtolus dixit. Signati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ: Et ſic fere tā ſecura (ſi ita dici pt) cum his pignorib. aīa remanet quaſi iā cœleſtem beatitudinē poſſideret. Vñ idē Apoſtolus dixit: Gratia n. ſaluati eſtis. Ac ſi iā ſalui fuiſſent, quod p exaggerationē dixit. Ex iis oībus quartus effectus ſubſequitur, qui eſt iuſtum in tribulationibus delectari. Atq; ideo ſubdidit, dicēs. Sed & gloriamur in tribulationibus, in quo gratiæ uirtute natura ſuperatur. Proprium .n. 5 eſt naturæ reb. proſperis oblectari, & aduerſis cōtriſtari. Et huius rei cām reddens, dicit. Scientes ꝙ tribulatio patientiā operatur. Si enim labor abeſſe, patientia utique actualis deeſſet; Et patientia probationem. Ex patiētia mea prouenit iſta probatio, uidelicet, ꝙ uideo a me pluris Deum, q̄ me ipſum honoremq; meũ æſtimari. Cũ.n. mihi dictũ fuiſſet: Tu es hō iniquus, tu mētiris, &c. Hoc æquo aīa tolerās, reſpondi. Sit pp Deum, neque eum, qui me cōtumelia afficit, exprobraui. Cumq; ſic Deum æſtimem quodam modo me Dei filium, eiusq; regni probo eſſe herēdē: ex quo mirifica quędam mihi ſpes oritur, me illo eſſe fruiturũ. Quia 6 uero iſthæc oīa charitate dimanant, concludit Apoſtolus, dicēs: Quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris Illud verbum diffuſa, ineffabilē Dei ſignificat largitatem q tā pretioſum donum, tā liberaliter elargitur, quaſi rē aliquam uilem, paruiq; ualoris effunderet. Et quia quemadmodum medici infirmāti parti medicamē applicare cōſueſcunt, & nos omniũ ſpiritualiũ morborum radicem in corde habemus, nā ex corde exeunt fornicationes, cogitationes malæ, &c. Idcirco Dēus tanq̄ optimus medicus, infirmo mēbro medicinam applicat. Quia āt charitas peccatorum omnium medicina eſt illam in cordib infundit, & ſic dicit. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris. Ex his omnibus oportet uos intellexiſſe fratres mei, quam pretioſa ſit in bono perſeuerantia, & idcirco illam dominus huic homini tantopere commendat. Eph. 1. Mat. 15 7

Erat dies feſtus Iudæorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolymam Et poſtquam in templo ęternum Patrem adorauit, contulit ſe ad miſcendos infirmos, qui porticibus in circuitu piſcinæ ſubiacebant. In quo nos docuit, licet ſemper miſericordiæ opera exercere debeamus, in diebus autem feſtis, poſtquam diuina expleuerimus officia;

multo

multo diligentius hoc fieri oportere, hospitaliaq; & carceres nisi debere. O quanta cũ exaggeratione, atque commendatione nos admonet D. Paulus, dicens: Memẽtote uinctorum tanquã simul uincti, & laborãtium
Heb.13 tanquam & ipsi in corpore morentes. Adhortatur o frater, ut consideres te esse uinctum, ægrotum, laboribusq; oppressum, & ea cũ illis misericordia utaris, quã tibi exhi
8 beri desiderares, si eisdẽ laborib. uexareris.

Est autem Hierosolymis probatica piscina. Diuina Dei iustitia, & ipsius ineffabilis misericordia, secum ipsæ competere uidentur. Ad uniuersam terram puniendam, quando
Gene.6. oĩs caro corruperat uiam suam, iustitia Dei aquam in instrumentum assumpsit, qua illum demersit. Hic etiã ipsius misericordia huius piscinæ aquã in instrumentũ accepit, quo hominum infirmitatibus mederetur. Nũc autem diuini baptismatis nos aqua ui
Ezec.36 uificat. Sicuti per Ezechielem Prophetam multo antea promiserat dicens: Effundam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris. Angelus autẽ Domini secundũ tempus descẽdebat in piscinam, & mouebatur aqua. Hoc
9 oportet esse prædicatoris officiũ: sicut Angelũ ex recollectionis, lectionis, contẽplationisq; suæ zelo ad peccatores admonendos, & corripiendos descendere: ut eorũ consciẽtiæ diuino Dei timore reuoluantur, & sic a suis scelerib. resipiscat. Hæc.n. est una ex
Psal.56. rõnib. & uijs, per quas Deus ad se animas conuertere solet; sicut significauit Dauid dicens: Commouisti terram, & conturbasti eam, sana contritiones eius: quia commota est: Siquidem autẽ hoc est prædicatoris munus, rationi consentaneum est, ut nimias curiositates, uanæque Rhetoricæ flores prætermittat, resq; substantiales adducat; quibus auditorum animos commoueat. Sic cõ
Isai.40. suli Spiritus sanctus p̃ Isaiam Prophetam dicens: Loquimini ad cor Hierusalem. Stultum esset corde uulnerato emplastrum au
10 rib. applicari, spirituales morbi (ut supra diximus) ex corde procedũt, & in eo uniuersa animæ sunt uulnera. Insanum est igitur oẽs rationes adduci, uerborumq; eloquia componi, ut auribus placeatur, nec uero medicamen cordi applicari quod est sano membro emplastrum apponi. Non consulo, ne prædicator res intellectui iucũdas concionetur. Nam ut Diuus Paulus ait. Sapientibus,
Rom.8. & insipientibus debitor sum: sed hoc admoneó, ne ibi persistat, sed ad uoluntatẽ condi tandẽ progrediatur. Bis Moyses petram uir Exod.17
ga percussit, & secundo ictu aqua prorupit. Sic oportet aliq̃d, q̃ circa intellectum uersef, tractari, & hic prior ictus erit, statim que omnia uoluntatem dirigi. Hoc enim posterior ictu cordis petra percussa, aqua prosiliet, peccatorum dolor erũpet, propriæ utilitatis cognitio dimanabit, Dei charitas profluet, atq; alij quam plurimi fructus ex 11
hoc ictu prouenient: singula quæq; pro naturæ suæ ratione mundantur. Nunquid uas argenteum ad battuarium mundandum defertur? non utiq; hæc est enim eius natura, ut ad ignem mundãdum deferatur. Pãnum ut gaudetur, fertis ad ignem? non, sed ad battuarium, linteum cãdificandum? lima collimatis? non, sic enim perderetur. Nam limari, conuenit ferro, ubi igitur mundatur? in linteorum cãdificatione. Hæc est enim eius natura. Hominis ãt quæ est natura? est animal capax rõnis, & consilij, siquidem sensibilib. efficacibusq; rationibus, exemplis, atque similitudinibus ad bonam attrahitur, & a malo cohibetur. Attẽdite quõ, ut Dominus Iudæis persuaderet die Sabbathi in 12
firmos curare licere, dixit.n. Cuius uestrum Luc.14.
asinus, aut bos puteum cadet, & non continuo extrahet illũ die Sabbathi? & ut hominib. humanarũ rerũ solicitudinẽ reliquendam esse p̃suaderet, dixit, Considerate lilia agri quomodo crescũt, & non laborãt, neq; nent. Atq; ad hoc propositũ ẽt dixit, Respicite uolatilia cæli, quoniam non serũt, neq; metunt, &c. Ecce quomodo rationib. & exẽplis ea, quæ diuinus Magister uolebat, hominib. suadere conabatur. Sic igitur prædicatores facere oportet, & ita hominum animos, ac corda reuoluent. Stomachi conturbatio uomitũ causat, atq; ad hoc hi Dñi Angeli cõsciẽtiã conturbare, & cõmouere debent, s. ut mala confitentes ore prouomatis, atque ẽt ut male partas diuitias. uomẽtes illas restituatis. Quidã sanctus Eremita 13
tres diabolos semel inuenit, illiq; eorum nomina sciscitanti unus respõdit, Ego uocor cordiũ clausor, illa uero tunc claudo, cũ homines conciones audiũt, ut nihil eorũ, q̃ audiũt, ĩ eorũ animos ingrediatur quasi de illis p̃dicator nõ loqueretur. Vñ quãq̃ plurimæ fiunt conciones ne suspiri ĩ q̃dẽ proferunt. Scd's dixit, Ego nuncupor claudẽs ora, hoc autem facio, cum q̃s peccata sua confiteri, subiectionemq; nostram conatur effugere,

tunc mille oblatis inconuenientib. eius os occludo, ne quid bene dictum pronunciet. Terti⁹ dixit; Ego appellor crumenarũ clau ſo,etenim ita eas percludo,ut quod ſemel ar reptum eſt,amplius non reſtituatur, nec ex bene partis diuitijs eleemoſyna pauperibus erogetur,& omnes tres nobis inuicem faue
14 mus,quantum fieri põt.Contrariũ igit̃ curare debet cõcionator peccatorũ conſcientias,& corda conturbans,quo peccata,diuitiasq; illicitè acquiſitas euomant,& ex bene acquiſitis pauperibus aliquid impendant.

Angelus autem Domini deſcendebat,&c. Talde notãdã ſunt uerba illa,ſcd̃m tp̃s: Deſcendebat quippe Angelus qñ De⁹ uolebat: eius autem aduentus qñ futurus eſſet,hoĩes ignorabant.Non uult n.Deus ueſtræ uolũtatis horologium appetitui ueſtro,ſed diuino ipſius beneplacito conformari. Nam ſi homo ab appetitu ſuo duceretur,vbi primũ labor,aut morbus a longe appareret,ſtatim uellet horam accedere, in qua illum Deus ab eo liberaret. Quis dubitat quin interro-
Gen. 37 gatus Ioſeph,cum ciſterna fuit abſtractus: utrum labores eius illic finiri uellet,diceret, ſe illud maxime exoptare? Non vult autem
15 Deus illos finiri,ſed ulterius produci;illa.n.
Gen. 41 futura erant media,per quæ totius Aegypti gubernationi præficiendus eſſet. Idem eſt de populo Iſrael, cum Deus prima Pharaonem plaga percuſſit,uellẽt ipſi liberi dimitti,quod ſi iuxta eorum appetitum eueniret, nec Deus potentiæ ſuæ gloriam tantopere manifeſtaret, nec illi ſpolia, quæ poſtea ex Aegypto detulerunt,aſportarent. Sinamus Deum iuxta diuinum ipſius beneplacitum uitam noſtram moderari, uoluntatem noſtram uoluntati ipſius conformantes. Ipſe enim curam gerit opportuniori tẽpore no-
Gen. 22 bis ſubueniẽdi.Sinat Abrahã ſe a Deo deduci,quouſq; filium ſuum ſup ligna cõſtituat, filiusque Iſaac a patre ſuo ſe deuinciri patiatur, quouſq; culter eius gutturi promineat,
16 hoc eſt.n.quod Deus vult. Si tunc ei diceretur,utrum eligis,mortem, an uitã? rñderet (credo)iſtud non mecũ quidẽ,ſed cum Deo agẽdum eſt,ille.n.de me curã gerit,ſicutj re uera geſſit Et ſic acceſſit Angelus,& gladiũ apprehendit, ne caderet in ceruicem Iſaac. O q̃ in promptu eſt Deus, ut ſuis in maiori
Iob 6. neceſſitate ſuccurrat?Sic Iob Dei manu percuſſus, ulcere coopertus,in ſterquilinio conſtitutus uoluntatem ſuam cum appetitu non metitur,quin potius rogat,dicẽs;Quis det, ut ueniat petitio mea, & quod expecto, tribuat mihi Deus,& qui cępit,ipſe me conterat: ſoluat manum ſuam,& ſuccidat me? Petit utique uir ſanctus,ſe a Deo grauiorib. laboribus affligi. Si Deus homines ſineret, vt ad libitum tempora diſponerent,o quam ſerotinas quadrageſimas haberemus, atque aliquibus etiam annis nulla eſſet quadrageſima,ne ieiunarent, nec peccata confiterentur,neve ab eis redderent.

Et qui prius deſcendiſſet in piſcinam poſt 17
motionem aquæ, ſanus fiebat,&c. In hoc ſignificauit dñs ad ſpiritalẽ ſalutem cõſequẽdam,multum conducere, ꝙ te in malis primum, peccatorumq; oĩum maximum eſſe cognoſcas. Qualem ſe cognoſcebat D.Pau 1. Ti. 1.
lus,qui cùm de peccatoribus loqueretur,dicebat. Quorum primus ego ſum.In hoc ẽt ſignificabatur ad ſpiritalẽ ualetudinẽ impetrandã, oportere te primũ eſſe, ne expectes ut ſis ex poſteris, o quot hoc modo depereunt. In regionibus ubi ſunt nemora,in q
bus hoſtes ualeant delitèſcere, maximum Simile.
diſcrimen ſubeunt poſteriores exercitus, ſi enim hoſtes,qui eis inſidias fuerant demoliti,illos a retro inuadunt,in ultimo prius impetum faciunt,illoſque occiſos ſpoliant.Sic etiam ſi in hoc mundo, ubi tot ſunt dæmo- 18
num inſidiæ præparatæ,ex poſtremis te eſſe ſperas, inuadent dæmones, & te apprehendent,atq; deperdent. Quocirca o frater peccator, ſiquidem Deus crebro cõſciæ tuæ piſcinã tot morſibus cõmouet, cito occurre, ne tam bonã occaſionem prætermittas. Sicuti oẽs admonet S.Dauid,dicens.Hodie ſi uocem eius audieritis, nolite obdurare cor- Pſal.94.
da ueſtra. Et cum uos paſſim tot uocibus acceſſat, diligenter, & confidenter accedite. 19
Nam ut ait B.Auguſtinus.Non eſt Deus il Auguſt.
luſor, ideoq; nullo modo repellet a ſe eos, quos uocat ad ſe.i.non repellet quærentes, qui uocat fugientes. Spõſus ad ſponſæ oſtiũ pulſat,dicens. Aperi mihi ſoror mea,amica mea,&c. Quia autem ſponſa paulum morata eſt,qñ ſurrexit,iam illum non reperit,ſicut ipſa ait.Surrexi,ut aperirẽ dilecto meo,
at ille declinauerat, atque tranſierat. Et ideo Dan. 5.
ad eum reperiendum ei neceſſe fuit, uniuerſam circuire ciuitatem, plurimaque anteq̃ illum inuenire, detrimenta tolerare, ſicut ipſa fatetur inferius,dicens.Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt ciuitatem, percuſſerunt me,& uulnerauerunt me,tulerunt pallium meum mihi cuſtodes murorum.

In quibus omnibus ostenditur, quantũ malum sit in rebus spiritalib. opportunam occasionem prætermitti. Et q̃ difficile est postea, quod in initio facillimũ esset inuentu. Ideo celeriter occurrenti, non autẽ pigritanti in hac piscina ualetudo cõferebatur. Etiã in hoc, q̃ cum multitudo magna languentium expectantiũ aquæ motum in piscinæ circuitu morarentur, unus tñ sanabatur, qđ ad literam in hoc seculo agitur, representa-
20 tur, quod tpalia bona mari, terraq; anxia sollicitudine perquirunt, q̃ pauci uero illa consequuntur, ac cæteri oẽs laqueis remanent alligati, & multo quidem arctius deuinciuntur.
Pro. 19. O quam maximè hoc exaggerauit Spiritus sanctus, dicens: Qui nititur mendaciјs hic pascit uentos, idem aũt ipse sequitur aues uolantes. Bona huius sæculi uocat hic Spũs sanctus mẽdacia, & uentos. i. dicit terrestria perquirentem adeo insipientem esse, quasi, qui uolãtes per aera passeres insectatur. Vnde uerissimũ esse apparet quod dicit Theo-
Theophil. sup Lu. Dioge. phylactus super D. Lucam: Temporalia. s. plus desiderata, quam possessa nocere. Ingenue quidem fateor terrestrium rerum possessionem periculosam esse. Ideo Diogenes dixit. Multis præceptis, multisque uirtutib.
21 diuitib. opus est, ne diuitiјs abutantur, pp̃ter occasionem peccati quam præbent. Nihilominus tñ uerissimum est quod Theophylactus ait: Nam ipsæ diuitię, bonaq; terrestria possessorib. suis indicant, quam parum ualoris habeant, & quam parum afferant uoluptatis, possessoribusq; suis tędium gignunt, ex quo prouenit, ut ea minoris æstimẽt. Qñ autem effrænatè cupiuntur, quot molestias, ac solicitudines gignunt? Et quantopere, vt omnibus rõnibus perquirantur, inuitant? quod non solum plurimos labores affert, uerum, & complurium (quod peius est) causa
2. Ti. 6. peccatorum existit. Ideo D. Paulus dixit:
22 Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & laqueũ diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua. Mirabile utique, non tam uereretur gloriosus Apostolus eos, qui iã diuites facti sunt, q̃ eos, qui esse desiderant, ex quo desiderio alia plurima nociua deside
Prou. 23 ria dicit oriri. Idcirco dr̃: Ne erigas oculos tuos ad opes, quas habere non potes, quia facient sibi pennas, quasi aquilæ, & uolabunt in cælum. i. cupiditates tuas continentiæ fręno coerce, mediocritate quadam contentus esto, dulce Deum perquirere, uide quam facile illum reperire potes, attende quam caro singula quæque terrena uenduntur. Etenim opus est tibi triginta octo annos in eis quæ rendis conterere, & tandem sine illis remanebis. Deum autem absque anxietate, sed summa cordis tranquillitate reperies. O cæce, quomodo isthæc tam perspicua non intelligis? O superne Pater luminum, per tuam infinitam clementiam nos illumina, ne tam ex animo hæc nimis fraudulenta perquiramus. O Christiane uir attende quid tibi dicitur. Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui. Aquam, quæ animæ tuæ poterit sitim extinguere, non in terrestrib. quæ extra te sunt, reperies, sed in eis, quæ intra te sunt. Dicit. n. summa Veritas. Regnum Dei intra uos est. Ideo Esaias dicit. Omnes sitiẽtes, uenite ad aquas, & quo non habetis argẽtum, properate, emite, & comedite. Venite emite absque argento, & absque ulla cõmutatione uinum, & lac. Notate quomodo ad edendum, atque bibendum omnes inuitat. Quod significat integram in solo Deo refectionem reperiri, hanc autem sine argento, & absque commutatione, idest sine labore, & sine pretio. Nam etsi aliquis perferatur labor, si tamen cum præmio conferatur, quasi nihil esse videbatur, & tamen miserabile est visu quam pauci hoc bonum perquirũt. 24
O quam merito hoc lamentabatur D. Aug. dicens. Mundus clamat, & ego deficio Deus clamat, ego reficio, & tamen superba mens mea magis sequitur deficientem, quam reficientem. Quæ maior hac insania poterit in orbe reperiri? O Deus uobis det sensum, atque sapientiam fratres mei, Deus uobis det sensum, Deus uobis det sensum, ne tantum bonum negligatis.

Prou. 5. 23 — Luc. 17. — Esa. 55. — August.


Erat autem quidam homo ibi triginta, & octo annos habens in infirmitate sua. Considerate hominem tandiu graui hoc morbo laborantem absque parentibus, fratrib. aut amicis alios plurimos sanari perspiciẽtem, 25
atque hominum misericordiæ confidẽtem. Liberet nos Deus a tãta immanitate, quòd ex tot hominibus quot illuc ingrediebant, nullus extiterit, qui tam afflicto homini cõpateretur. O quot sunt hodie non minus crudeles, quã homines illius tempestatis, qui quantumcunque grauibus necessitatib pauperes affligi cognoscant, ad misericordiam minime commouentur. Humanæ historiæ referũt hoĩem atrocissimum, qui dicebatur Phalaris taurũ æneum eo fabrefactũ artificio habuisse, ut cũ in eum homo includeretur,

tur igniſq; tauro ſupponeretur, quã uis homo proclamaret, non hominus qdem uox, ſed tauri mugitus eſſe uideretur. Quod crudeliſſimus tyrannus faciebat, ut quanuis homo uociferaretur, eius uocibus ad miſericordiam minimè moueret. Et notate hunc, etſi crudeliſſimum humanis clamoribus ſe commouendum eſſe credidiſſe, & ideo, ne eius uiſcera compaſſione, ac teneritudine
26 molleſcerent, hoc artificium quæſijſſe. Vos autem cum tot quotidie pauperum clamores audiatis ad compatiendum eis non excitamini, ſed per illos, quaſi lapides duriſſimi præteritis, & ſic eos minori quodãmodo pietate occiditis; nã ſi non pauiſti, occidiſti. Tyrannus ille infœliciter tandem in eodem tauro incluſus interijt, ut quanuis proclamaret, ne quis tamen ei compateretur. Et ut etiam ò crudelis in perpetuum in in-
Pro. 21. fernum includetis, ubi, licet climes, nequaquam tamen audieris. Sic affirmant diuinæ literæ dicentes: Qui obturat aures ſuas ad clamorem pauperis, ipſe clamabit, & non
27 exaudietur. Quid clarius dici poterat? O fratres mei, ſi hæc tam terribilis ſñia uos ad pietatem commoueret? Etſi homines huic pauperi defuerunt, non tamen eum Deus deſeruit, nam illic ubi iacebat illum uiſit & interrogauit: Vis ſanus fieri? O Chriſte liberaliſſime miſerorum adiutor, ut quid eum interrogas, utrum ſanari uelit? uelit, nolit, eum ab iſta miſeria extrahe. Hoc ego non faciam (ait Dominus:) Beneficia enim que hominibus facturus ſum ab illis maxi-
Chriſo. me deſiderari oportet: ſuper quo dicit D. Chryſoſtomus: Si Rex maximum theſaurum in forum proferret, præconiſque uoce iuberet, ut omnes ex illo colligerent, the-
28 ſauro utique inferret iniuriam cogens aliquos, ut quamuis inuiti ad illum percipiendum accederent.

Reſpondit ei lãguidus: Domine, hominem non habeo Siquidem hominem non habes (ait Dominus.) Ego ero homo tuus. *Surge tolle grabatum tuum, & ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt, &c.* Præcepit ei grabatum aſportare, ut miraculum amplius diuulga-
Simile. retur, Deiq; Maieſtas clarius oſtenderetur; quia uero Sabbathum erat, dixerunt Iudęi Dominum feſti eſſe transgreſſorem. Si uirgam quantumuis rectam in aquam immiſeritis, recurua uidebitur; ſic hi inqui rectum opus, quod Dominus effecerat recuruum, atque indirectum eſſe iudicabant: quia in aqua inuidiæ ipſorum incluſum illud condemnabant. Huic homini ſic ſano Dñs perſeuerantiam, de qua in initio concionis ſermonem habuimus, commendauit dicens: Ecce ſanus factus es iam, noli peccare. O quam mirifica, & ſingularis ratio ad gratiam a Deo acceptam conſeruandam eſt ad illius honorem præcipuè reſpicere, qui te ſanauit. Deo enim infertur iniuria cum 29
delicatisſimum iuſtificationis opus, quod Deus cum magna perfectione operatur, irreuerenter, & impudenter oblinitur. Hanc rationem perpendit, & ampliat D. Paulus, Heb. 10.
dicens: Quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, q filium Dei cõculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit? Atque ideò Dñs dicit: *Iam noli peccare*: quaſi dicat: etſi nunquam peccandum eſt, nimus quidem nunc peccari oportet, poſtquam tantum iuſtificationis accepiſtis beneficium. Cuius rei alterã aſſignat rationem, dicens: *Ne deterius aliquid tibi coniungat*: in quo eum cum obſtinatione, atque æterna condemnatione comminatur; quæ ex reincidentia peccato- 30
rum dimanare conſueſcunt. Vnde Beatus Chryſo.
Chryſoſtomus: Homo (inquit) qui peccato ſemel dimiſſo in illud iterum prob. bitur, peior quodammodo diabolo eſt, quod plurimis comprobat rationibus. Illis autem dimisſis unam potisſimam adducam, uidelicet, etſi dæmones in plurimis delinquerũt, in hoc tãtummodo non peccarunt, quod poſt ueniam non reinciderunt, nam ſi ſemel ei uenia conceſſa fuiſſet, nunquam (credo) ad peccatum iterum redirent. Acies. n. intellectuum eorum ſuper peccatum dimiſſum reflectionem faceret, propter benefi- 31
cium uenię acceptum, & ex priori peccato ſatis ſibi peccauiſſent, quod quidem nos non facimus, cum toties nobis peccata dimiſſa fuerint. Per reuerentiam Dei uos ſemel, & millies deprecor fratres chariſſimi, ut hęc diligentisſime aduertatis, ſpiritualem que animarum uerſratum ſalutem efficacisſime perquiratis, ſiquidem ij, qui iuxta hanc piſcinam morabantur, tot labores, corporalem ualetudinem expetentes patiebantur, & ad hoc diuina Sacramen a percipientes in incepto bono perſeueretis, quò ſic diuina adiuti gratia cœleſtem gloriam impetretis, Amen.

Dominica. II. in Quadragesima.

Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobũ, & Ioannem fratrem eius, &c. Matth.17.



EXoptans Propheta, qualis quã tusq; sit hoīs finis, intelligere,
1 dicit: Cõcaluit cor meũ intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Locutus sũ in lingua mea: notũ fac mihi dñe fine meũ, &
Psal.38. numerum dierum meorum, quis est, ut sciã qd desit mihi. Vt qd dicit in lingua mea? nũ quid aliena lingua, aut pede, siue manu qs loquitur? Hoc utiq; dicit, ut significet linguã suam cordis desiderium proferre, sermonemque atq; orationem suam ex suomet corde proficisci, neq; ullo unquam tpe fuisse audiqui aliquid ab altero compositum, aut ex diuinis literis depromptum refert, hic alterius lingua loquitur dr̃, quod verò iuxta cordis sui desiderium orationem conflat, hic lingua sua loq perhibetur. Atque huiuscemodi orationes multo feruentiores alijs esse consuescunt. Magnum est hoc principium, & longa p phrasi dictum: uideamus ergo quid Propheta desideret, ipse protinus explicat, di
2 cens. Notum fac mihi dñe finem meum. Finem dico perficientem, ob quem formatus sum ostende mihi dñe quo pergo, & ad quid me condidisti. Nunquid uane constituisti oẽs filios hoĩum? Homo, quem omnium horum uisibiliũ finẽ esse uoluisti, fine carebit? Cęli mouentur, terra fructus pducit, mare pisces pcreat, uegetant animantia, aues, & reptilia gignunt; horum autem omnium hõ finis existit. Ad quem ergo finem hõ creatus est? Nonne rationi consentaneum est, vt nobis eius finis innotescat? Qũo sagittarius in scopum sagittas diriget, nisi eum perspiciat? qũo actiones, ac desideria sua hõ di-
3 riget in finem, quem ignorat? Quapropter Dñe notum fac mihi finem meum, & numerum sine numero annorum stantium fixorum. Ostende mihi permanentem illam existentiam, qua in illa æternitate uicturus sum, uitam illam immortalem, & nullo unquam tpe finiendum mihi demonstra. Hoc autem quorsum? ut sciam quid desit mihi. Vt intelligam q̃ longe est perfectione ac pulchritudine, ad quã sui creatus: distoque quale me oportet esse, perspiciens; & qualis modo sum animaduertens pudore confundat; atq; ut finis mei gloria, & splendor cognitus, me quasi calcar ad uirtutem stumulet, & semper illum exoptans, suspirem. Hoc ego scire desidero: sciant alij quascunq; uolent scientias: mea autem hoc maximi refert. Verum uehementer admiror ò sancte Propheta te isthæc dicere. Nonne finem tuum cognoscebas, quando Prophetico spiritu dicebas: Sitiuit anima mea ad te Deum fontem uiuum: quando uineam, & 4
apparabo ante faciem Dei? Et cum dixisti. Psal.41.
Quid mihi est in cælo, & a te quid uolui super terram? defecit caro mea, & cor meum: Psal.72.
Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Si sors. & pars tua, ergo finis tuus. Quomodo ergo nunc dicis: Notum fac mihi Domine finem meum. Dico Prophetam in hac petitione generis humani nomine fuisse locutum, quod quidem in tenebris ambulabat. Et ad docendum hunc finem, uenit Christus Redemptor noster in mundum. Ecquid aliud est S. Euangelium, nisi notitia q̃dam finis, ob quem conditi sumus?

Cumq; Christus redemptor noster quoddam illius finis, quem prædicabat, totque miraculis confirmabat, exemplar siue imaginem hominibus uellet ostendere, assumẽs 5
tres ex discipulis suis. *Duxit eos in montẽ, & transfiguratus est ante eos.* Vt eos, & in eis nos ad omnes sæculi aduersitates æquo, & constanti animo tolerandas erudiret: atque, ut patienter crucis pondus pferamus, quò tam supernum finem pertingamus. Diuus Matthæus tempus indicat, in quo dominus hanc gloriam ostendit, quod fuit postquam discipulis suis dixerat, quia oportet eum ire in Hierosolymam, & multa pati, & occidi. Quod audiens Diuus Petrus, dixit ei: Absit a te domine, non erit tibi hoc Quem dominus reprehendit, dicens, Vade post me Sathana, quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea, quæ hominum. Notanter dixit, 6
ea, quæ hominum, nam homines ad ea tantum respiciunt, in quibus honor, uoluptas, atque utilitas est. Deus autem non sic. Vnde Iob dicebat? Nunquid oculi carnei tibi Iob.10.
sunt, aut sicut uidet homo, & tũ uides? Homines non ad Dei gloriam, nec ad proximi utilitatem attendunt. Deus autem ad hæc respicit, hancque gloriam suam esse ducit. Cum B. Petrus non ad gloriam quidem Dei, nec ad proximorum aspicere utilitatem, sed temporalem tantum nolu-

ptatem

ptatem tanquã humanus hõ sibi ante oculos proponeret, ideo tam acriter eum Dñs rephendit, dicens: Non sapis quæ Dei sunt sed ea, q̃ hoïum. Vnde colligimus non esse sperandum protinus totã perfectionem in hoïe denuo ad Deum conuerso, sed sic esse solere, ut paulatim in uirtute ꝓficiat. Hęc vtiq; est sæcularium hoïum consuetudo, ꝙ ubi primum eum qui crebro Ecclesiam ui-
7 sitare, sacrosanctum Dñi corpus assumere, Deo se tradere, atq; orare consuescit, ridere aut aliquãtulum irasci, uociferari, aut pertinacem esse perspiciunt, ilicò scandalizãtur, & dñt: Ecce qui diuina sacramenta frequentat, ecce q̃ orat, &c. q̃d ex oratione, ac cõione depromit? Arbitrant ur hi eum statim in nouum hoïem fuisse immutandũ, neq; carnem iam, aut passiones habere. O q̃ longè fallũtur. Ecce D. Petrum, qui a Diuino Magistro tãdiu didicerat, atq; ab æterno Patre reuelationem acceperat, qua dixit! Tu es Christus filius Dei uiui, & tñ in tm̃ defectũ incidit, qualis est mundi redemptionem impedire, uelle. Et tam humanitus & carnaliter sentit, ut ei Dñs dixerit, non sapis quæ Dei sunt, sed quæ hoïum, uos aũt vultis, ut alter repentè sit Angelus absque ulla imper-
8 fectione? Aduersus hos qui tam durè de seruis Dei iudicant, dr̃: Ne quæras impietatem
Pro. 24. in domo iusti, neque uastes requiem eius, septies. n. in die cadet iustus, & resurget, impij autem corruent in malũ. Ex quo patet non esse iusti non cadere, sed non corruere in malum, hoc est in malo non perdurare. Vn
Psalm. 1 de Propheta beatũ dixit, nõ solum nunquã corruentem, ecquis. n. de hoc gloriari poterit? sed illum ẽt, qui in uia peccatorum non stetit, & sic dicit: Beatus uir qui non abijt in consilio impiorũ, & in uia peccatorũ nõ stetit, hoc. n. propriũ ẽst impiorũ. Postq̃ Dñs B. Petrum reprehendit, declarat sanctis discipulis se non solum esse passurũ, sed, & illos etiam eum cum cruce, ac tormentis esse secuturos, ut aũt hoc illis facilius redderetur.
9 *Post dies sex assumpsit Petrũ, &c. Et trãsfiguratus est ante eos.* Et sic eis oñdit imaginẽ præmij, quod ueris suis sequacibus retribuitur, ostendit eis qũo beati in corpore, & aïa
Esa. 61. gloriosi futuri sunt. Vnde postquã Esaias de
Simile. sanctorũ lachrymis, ac pnĩa fruitionem fecerat, subdidit dicens: Propter hoc in terra sua supplicia possidebunt: lætitia sempiterna erit eis. Nam quemadmodum sol in nube reuerberas illam adeo clarificat, ut sol esse uideat, sic aĩa gloriosa multo splẽdidior sole terreno corpori coniuncta, illud ita cla-
rificabit, atque illustrabit, ut alter sol esse ap- Simile.
paret. Hoc ostendit Dñs. *Quando resplenduit facies eius sicut sol.* Carbunculus dr̃ pyropum in fronte cute coopertũ gerere, qui postq̃ se in montem noctu recipit, pelle reuoluta nitissimum pyropum detegit. Sic Christus filius Dei diuinitatis pyropum exteriori specie coopertum gerebat, ascendẽs aũt ad montem Thabor benedictæ aïæ suæ 10
splendorem, qui ex diuinitatis uisione procedat, illum sacro corpori cõicando reuelauit. Et sic tanquam sol resplenduit, discipulorumque suorum uiscera penetrauit plurimas diuinorum sensum, atque affectuum diuitias in eorũ cordibus producens, quemadmodum materialis hic sol in terræ uisceribus aurum procreare consuescit Et sciendum est Dñm hanc gloriæ suę ostensionem fecisse, tum ut nos ad labores perferendos confortaret, tum ẽt vt nos ad eam ardẽtius Psal. 26.
expetendã concitaret. Quantum. n. gloriæ spes mortales fulciat Propheta significauit dicens. Si cõsistãt aduersum me castra, non timebit cor meum. Et huius rei rõnem reddens, subdidit: Vnam petij à Dño, & hanc requiram, ut inhabitem in domo Dñi, ut uideam uoluntatẽ Dñi, & in correctis, emen- 11
datisq; contextibus legitur uoluptatẽ. Cui lectioni Hebræa, & Græca lectio fauet. Q̃d proprie referendum est gloriæ. Ideo non timeo (inquit) quãuis mundus, atq; diabolus aduersum me consurgant, n on. n. mihi cœlum, ꝙ spero, auferre pñt. Cætera quippe oïa caduca sunt, & momentanea. Quomodolibet fortuna uolutetur non poterit me 2. Co. 5.
cœlestibus priuare. Sic dicebat D. Paulus; Simus q̃m si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus domum non manu factam, sed æternam in cœlis. Ideoque ipse Dauid inferius dixit: Credo uidere bona Domini in terra uiuentium, per quam cęlestem gloriam intelligit, quod manifestè apparet, si dictio Hebraica consideretur, quę 12
in hoc loco, quæ bene considerata interpretanda est terra uitarum. Adeo singulare est hoc nomen, vt nulli harum inferiorum regionum, iure competat, nam hæ mortuę potius, quã uitarum terræ appellari debent. Illa una est terra uitarum, dignissima utique quæ hoc nõie appelletur, in qua duplici uita nobis uiuendum est, nam illic aïa, & corpus

pus felicissimis vitis viuere debent. Quam beat.tudinem sperantes nos oes calamitates, atque infortunia huius sæculi constanti aio superare oportet. Et ita dicit D. Cyprianus in libro contra Demetriadem: viget apud nos spei robur, & firmitas fidei inter ipsas sæculi labentis ruinas. Et ad hoc propositum exponit illud Habacuc dicentis; Ficus n. non florebit, & non erit germen in vineis, mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum; abscindetur de ouili pecus, & non erit armentū in præsepib. ego autē in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo: Et statim subdit, dicens, quid hoc ad Christianos? quid hoc ad seruos Dei? quos paradisus inuitat, quos gratia oīs, & copia regni cœlestis expectat? etsi iusto panis, uinum, caro, oleum, atque alia tpalia desint, non tñ illi deest Christus Iesus, qui est totū eius refugium, atq. solatiū in hac uita: quo et per infinita sæculorum sæcula in futura se sperat esse fruiturū. Hoc fuit mysterium, quare dñs in monte excelso seorsum transfigurari uoluit. Nā si mons erat sublimis, & longè segregatus, ascensus ad eum necessario difficilis, ac laboriosus esse deberet. Et

14 anteq̄ discipuli eius cœlesti hac consolatione afficerentur, laborē illum perpessi sunt; etsi nō (credo) eis difficilis esse uideretur cū in tanti Dñi, ac Magistri societate conscenderent. Magna vtique, & miserabilis cęcitas super infœlices filios Adę cecidit, etenim cœlesti beatitudine oēs perfrui desiderant, in via autem, quæ ad eam ducit, nemo uellet ambulare. Præpara te igitur ò frater laboriosum cæli cliuum ascendendū Et consolare, quia tam bonum habes Deum, qui te ducat, atq; adiuuet, sicuti hos sanctos viros in montem excelsum seorsum deduxit, & sic cliuū, qui tibi difficilis, atq; asp vr ascensu facilem experire. Hoc n. est quod dicit summa ueritas, iugū meū suaue est, & onus meū leue. O q̄ bene hoc explicuit Propheta, di-

15 cens; Venite exultemus domino, iubilemus Deo salutari nostro. Vt quid uir sancte nos ad tantam iubilationem inuita? Qm (inquit) ipsius est mare, & ipse fecit illud, & aridam fundauerunt manus eius Iesu bone ideo gaudendum, atque iubilandum est nobis? Non potius diceres: iubilemus Deo, q̄ a cęlos tantos tamque decoros cōdidit, quam qm ipsius est mare, & aridam fundauerunt manus eius? ob hoc nobis magnopere lætandum est, q̄ a hic dñs infinitum miæ suæ

Cypria.
Habac. 3
13
Mat. 11.
Psal. 94.

pelagus reuelauit, efficiens, ut cum mare tumidissimum, atq; ferocissimum sit, tamque sublimes efferat fluctus, vt vniuersum mundum absoruere velle videatur, cumq; terra ei coniuncta sit, mareque multo maius illa, Iob. 38
& super eam sit, nec tñ illam obruat, sed terminis suis septum teneatur, quos transire illi non licet. Sicut dicit Dñs; Circundedi illud terminis meis, & dixi, vsq; huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. B. Augustinus super hunc locum dicit, per mare labores designa 16
ri. O quot in hoc mari laborum fluctus, Augus.
morborū, calamitatū, incōmodorum, ignominiarum, atque persecutionum efferūtur, tanti, tamque atroces sunt hi fluctus, vt hominem obruturi videantur; cum vero minus arbitramini, vos nō absorbēt, sed inopinati confringuntur, atque in tranquillitate, aīæq; suauitate finiūtur. Leo rugiens obuiā exijt Samsoni iter facienti, vir aūt Dei con- Iud. 41.
stanter illum aggressus manibus lacerauit, mortuumq; reliquit. Post paucos autē dies illac præteriens in ore leonis fauum mellis inuenit. Sic solet accidere, q̄ os a quo antea 17
vos deuorādos esse putabatis, nūc a se mellis dulcedinem destillet. O hō, qui per hanc Christianā viam iter facis, præpara te, nam leo tibi obuiabit, vt te deuoret. Aliqua etenim sese tibi offeret contradictio, verum ne deficias, sed istum viriliter leonem aggredere, ex eo. n. mellis dulcedo, atque suauitas exibit. D. Hieronymus loquens de patien- Hiero.
tia Iob, hanc excitat quæstionem: Vtrum ho. 5.
maioris sit mię, in hac vita labores pp Deū perferre, an statim ante labores glorificari? cui respondet maius beneficiū nobis Deum conferre, cū nos perpeti sinit, q̄ si ante merita in cælum perduceret (si tamē post ea nos perducturus est) certum est Deū maius in me conferre beneficiū, si me cœlesti gloria donaturus est, hoc faciēs post decem annos, & sinens propter ipsum labores pati, quam 18
si me illa statim donaret. Hac una consolatione maximè cōsolari deberemus. Magna et ex parte dolorem alleuat cognoscere, labores breuiter esse finiēdo, pśertim cum fœlicē exitum habituri sint. Sic dicebat dominus; Etenim ea, quæ sunt de me, s. scripta, finem hñt. Ex eo, q̄ dñs hos tres discipulos, Luc. 22.
cęteris relictis secum perduxerit, ut eum gloriosum aspicerent, in S. Ecclesia diuersos virtutum, cœlestiumque donorum, & auxiliorū gradus esse colliguntur, Deasque

ali-

aliquibus tanq̃ familiarioribus peculiarius, q̃ alijs guſtus, ac conſolationes cælitus immittere perſpicitur. Quod ſignificant verba
Cant.5. illa ſponſi, dicentis. Bibite amici, inebriami ni chariſſimi, in quib. amicos ad cōia dona percipienda, chariſſimos verò ad inebriandum ſe, hoc eſt, ad alia peculiaria beneficia, & auxilia ſuſcipienda, quib. in Deū inſinuetur, inuitat. Et ſic quanquam diuinus ſponſus Ieſus Chriſtus oēs diſcipulos ſuos quaſi
19 amicos diligebat, tanquam magis fami iares, atque chariſſimos hos tres in faſtigium mo ntis, ut inebriarentur, aſſumpſit.

Valde ēt notandum hic eſt, humillimum Ieſum transfigurationis ſuæ gloriam tribus tm̃ diſcipulis, ſuam autem ignominioſam, & atrocem mortem innumeræ diuerſarū nationum multitudinem oſtendiſſe, cū Hieroſolymæ paſchali tempore exaltatus in ligno publicè moreretur, quod magnę eſt, multorum confuſioni volentium gratias, ac virtutes ſuas oībus innoteſcere, defectus autē, ac uitia, à nemine cognoſci. B. Gregorius dicit eum, qui ſine humilitate virtutes accumu'at
Gregor. eſſe ſicut qui magno ventorum aſpirante flatu puluerem aromaticum in palmis defert, & arbitrans ſe aliquid deferre citius ex-
20. cæcatur. Virtute ſunt odorus puluis & ipſemet excæcant, & lædunt eum, qui illas operatur, niſi cum cautela faciat, ſeſeque à ſuperbiæ, atque inanis gloriæ flatu cuſtodiat.

Ideò glorificat ſancta mater Eccleſia beatā
Eccl.24. animam in verbis illis. Quaſi oliua ſpecioſa in campis, & quaſi cypreſſus in monte Sion. Hæ duæ arbores diſpares ſunt inter ſe, nam altera, ſ. oliua minima eſt, & nimium fructifera: altera vero ſublimis & ſterilis. Significant eos, qui quo altiori perfectionis gradu eleuati ſunt, eo ſteriliores, & magis infructiferi in ſui reputatione habentur, & poſt ſublimes mentis eleuationis ad operæ miſericordiæ humilia facienda ſubmittuntur. Quāto
21 profundior eſt puteus, tāto eius eſt aqua ſuauior. Ita ēt quāto humilior, atq; animo ſubmiſſior fueris, tanto Deo gratior exiſtes: ne humanas elationes expectas, quæ ingētium ruinarum occaſioni ſunt, ſed ſuſcipe ſapientis conſilium dicentis: Quanto magnus es, humilia te in omnib. & corā Deo inuenies
Eccle.3. gratiam, qm̄ magna potentia Dei ſolius, & ad humilibus honoratur. O diuina uerba? imprimat ea Deus in cordibus noſtris, ne bonum nobis in malum conuertatur.

Et reſplenduit facies eius ſicut Sol. Non ſolū āt ſplēduit, ſed adeo pulchra, atq; decora apparuit, vt licet vniuerſa totius orbis pulchritudo inſimul conuenirct, non poſſet ei adæquari, nec aſpicientiū oculos tantoperè delectaret. In quo ſummam huius cœleſtis reparatoris probitatem, atq; charitatem contemplari poteſtis, qui cum ſemper gloria illa, atq; pulchritudine frui poſſet, ſe ab illa voluit abſtinere, vt pro nobis mortem 22
acerbiſſimam proferens æternæ maieſtati ſatisfaceret. O bone Ieſu, o Angelorū gloria ſpiritum nobis dn̄e concede, quo tibi pro tāto beneficio gratias agere nouerimus. O frater peccator, ſiquidem Ieſus Chriſtus ꝑpter te corpus ſuum ſanctiſſimum debita gloria priuare dignatus eſt, quanto magis corpus tuum non debitis voluptatibus a te priuari oportet, qn̄quidem ꝑ illas te deſtruit? Piſcis ille fluuij aquis immerſus os aperuit, ut Tobiam iuniorem deuorara. Sanctus autē Tob. 6.
iuuenis Angeli comitis iuſſu illum foras abſtraxit, & ſtatim oībus penè uirib. is abſumptus palpitare cœpit. Sic caro noſtra uoluptatū aquis immerſa ſpiritū conatur abſor- 23
bere, quod ſi eā ex aquis iſtis extraxeritis, atque in arido pnæ ſtatueritis, imbecilla, & ſemimortua remanebit. O quam miſerabilia ſunt conſideratu mala, quæ ex corporali voluptate proueniunt. Vnum autem ex uitijs, quæ tumidiorem in hoīe procellā excitant, eſt gula, nam cū ciborū vapores in cerebrū conſcendant, uiaſq; atq; organa occupent, quibus aīa uirtutem ſuā exercet in corpore, vt anima ſine organis ad intelligendum, & ſpeculandū diſpoſitis manet, hō poſtquā ſaturatus eſt epulis, quaſi brutū aīal redditur. In hoc miſeriori orbe exalationum abundantia, quæ ex mari, terraque aſcendunt, in aerea regione niuem, gratitudinem, tonitrua, & fulgura cauſatur, ſic nimio epularū, potuumque copia plurimorum, hominum 24
mentes & ingenia obtundit, animos conturbat, ac mille inſanias facit admittere. Vedius Polius dicitur piſcium ſtagna perfodi iuſſiſſe, atque ut piſces ei dulciores eſſent famulos interfeciſſe, illoſque in ſtagna immiſiſſe, ut piſces humano cruore, ac carnibus aliti maiori ei eſſent guſtui. Ecquid epulo non faciet, ſiquidem tyrannus hic propter tam breuem delectationem homines interemit? Sapientiſſimus erat Salomon, & tamen dicit: Cogitaui abſtrahere a vino carnē meam, ut animum meum transferrem ad ſapientiam. Et de illis quatuor adoleſcentibus.
Officina textoris 2. parte.
Eccle. 2.

tibus,Daniele, Anania, Azaria , Misaele le-
Dan. 1. gumina comedentis , frigidamq; bibentib.
aquam dicūt diuinæ literæ. Dedit eis Deus
sciētiam,& disciplina, in oī libro & sapientia .
Quæ cū ita sint fratres dilectissimi,abstinen-
tiam,pœnalesq; exercitationis,q̄ hoīs passio
nes mortificant,illumque ad mirificam quā
dam transfigurationem disponunt,diligen-
ter amate. Compertum est utique inter oīa
uisibilia,q̄ Deus creauit duabus præcipuè p
fectionib.hominum exornasse,uidelicet il-
los sui ipsorum , operationum que suarum
dños effecisse,liberosq; atque immunes,nul
25 liq; naturali propensioni,sicut alias creatu-
ras,eos subijci uoluisse,sed libero illos arbi-
trio donasse,atque in uia constituisse,ut pro
pter ipsorum merita in magnæ dignitatis
statim peruenirent,neq; perfectionem , quā
in æternum habituri sunt,eis statim præst i-
tisse,sed illos in uia posuisse,atq; in ipsorum
potestate dimisisse,ut quo secunq; eis liberet,
sequerentur,aut ad cælos usq; conscenderēt,
& in conditorem suum transfigurarentur,
aut ad inferos usq ;descenderent totam per-
fectionem suam inficientes,minorisque ua-
26 loris,quam bruta aīantia redditi per imita-
tionem in dæmones transformarentur. Sic
affirmat Ecclesiasticus,dicens : Deus ab ini-
tio constituit hominē,& reliquit illū in ma-
nu consilij sui. O dignitatem magnam,&ad
mirabilem prærogatiuā,q̄ sit in manu mea
me talē esse,quale uoluero,& ex me quodam
modo,excellentia mea procedat , & siquidē
meipsum condere non potui,ditari saltem ,
utcunque a meipso queam. Et idcircò Eccle
siasticus paulo inferius subdidit,dicens. Ap-
posui tibi aquam,& ignem,ad quod uolue-
ris,porrige manum tuam . Ante hominem
uita,& mors,bonū,& malum,q̄ placuerit ei
dabitur illi. Si virtutem uolet apprehendere,
27 in promptu est Deus,vt ei gratiam suam præ
stet. Posset vtique diuina maiestas nos om-
nes beatos creare. Adiuncti tamen prius ab
ipso,uoluit āt,vt nos proprijs meritis beatitu
dinem comparemus . Neque.n. modicæ no-
bis est gloriæ,atq; honori beatitudinem no
strā quodam modo,s. meritoriè a nobis gra-
tiam habentibus procedere. Quamobrē pec
catores per uiscera mīæ Dei nostri uos rogo
ut disponi curetis,& siquidem nunc adeo de
figurati inceditis,veram a modo pœnitentiā
agere,atque in oēm virtutem,ac probitatem
transfigurari incipiatis. Petite charissimi ef-
Psal. 50. ficaciter a Deo quod precabatur Dauid , di-
cens . Lauabis me,& super niuē dealbabor.
Quando Solis radij in niue reuertebāt,mul
to splendidior efficit , quam natura sua est.
Sic in iustificatione non solum cum cando-
re,ac pulchritudine naturali anima remanet
uerùm diuinæ etiam gratiæ splendoribus il
lustratur,& decora quasi Sol efficitur. *Et ap-
paruerunt illis Moyses,& Elias cum eo loquē
tes.* Moyses iam uita defunctus erat,qui ue- 28
nit ex sinu Abrahæ Elias autem adhuc lucis
usura fruebatur,qui ex paradiso uoluptatis
uenit. Vna autem ex rationibus,ob quas do
minos hos duos sanctos illic apparere,illaq;
gloria frui uoluit,fruit,ut significaret duos
status, Ecclesiasticorum,s.& sæcularium ui-
rorum p hos geminos sanctos designatos,si
eorū uirtutem,morumq; integritatem fue-
rint imitati,sempiterna gloria esse fruituros Gen. 16.
Per Moysen mortuum Ecclesiastici uiri si-
gnificantur,quos mundo mortuos esse opor
tet . Et sicut sanctus ille uir fideliter populū
Israel sua uirtute ducebat , sic illi doctrinæ
sua pioque virtutis exemplo illum et ducere
debent. Filij Israel ad littus Iordanis astite- Iosue 3.
runt,ad terram promissionis transire cupiē-
tes:cum aūt flumen maximū esset , neq; illi
pontes,aut cymbas haberēt,quibus transire
possent:Iosue præcepit sacerdotibus arcam 29
dñi humeris asportare,& fluuium aggredi .
Cumq; sacerdotes in flumine graderentur ,
aquæ diuidebantur,q̄ perspiciens vniuersus
populus animis fulti sacerdotes subsecuti
flumen præterierunt. Sic utiq; fieret,q̄ si Ec
clesiastici uiri virtute,ac sanctitate alios præ
cederent,sæculares homines ipsorum exēplo
facilè præterirent,absque eo quod terrestriū
turpitudinem,ac sensualitatem aquis intin- Psa. 118.
gerentur. Et sic vbi nos legimus : Et custo Hieron.
diā legē tuam semper: pro semper in He-
bræo cōtextu ponitur Ereb. Et ſm B. Hiero
nymū transferendum est,per uestigiū,i.dili-
genter ambulabo in mandatis tuis:per vesti
gium,hoc est proborum hominum,qui me
præcedunt,uestigia sequens. O quam madi-
di,& luto infecti huius sæculi fluuium præte 30
rimus,eo q̄ exempla,quæ oportet , non ha-
bemus,in quæ oculos conijciamus.

Elias aūt ex paradiso uoluptatis accessit ,
& hic adhuc uiuebat, per quem coniugaliū
designatur status,à quib. nō tāta mortifica-
tio requirit,quibusq; licet humanis uolupta
tibus moderare uti. Attendite autem fratres Ephe. 5.
quid uobis dicat Apostolus: Viri diligite vxo
res uestras sicut Christus dilexit Ecclesiam ,

& seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret. Non accepit lignum, ut eā percuteret, nec eius monilia distraxit. Idē uos cū uxoribus uestris facite, & ut ille sanctę sint, uitam in discrimē adducite. Ecquid aūt hi duo viri sancti cum domino in tā hilari festiuitate loquebātur? tale namq; festum maximi gaudij, atq; dulcedinis sermonē exigebat. In cōuiuijs principum uniuersi sermones, & quæ in tympanis, citharisque concinuntur, sunt modulationes exultatione repletæ. In hoc
31 igitur tanto, festoquid loquebant? D. Lucas dicit. Dicebāt excessum eius, quē completurus erat in Hierusalem, idest, loquebātur de
Luc. 9. passione, morte, cruce uinculis, deque omnibus, quę passurus erat Dns in Hierusalē. Hi sunt dulces, atque hilares sermones, qui tali festiuitati competebāt? Hi utique hoc autē nō sancti Petri iudicio, qui terrena sapiebat sed secundum sniam Iesu Chri filij Dei, qui gloriam, triumphumq; suum esse ducit improperia, ac tormenta pro patris honore, atque hoīum salute pferre. Et hoc est gaudiū illud, de quo dicitur. Proposito sibi gaudio sustinuit crucē cōfusione contempta. O fratres quomō Dni (qui nos tantopere dilexit, atque diligit, ut in maiori gaudio, ac gloria:
32 uoluptatem suam esse ducat, de laboribus, quos propter hoīum salutem passurus erat, cum suis familiaribus loqui) ardētissimo amore non capimur? O si hæc attente consi-
Heb. 12 deraremus, quantā nobis gloriā propter hūc optimum dominū labores perpeti, esse duceremus. Si in ardentissimis Seraphim inuidia posset existere, hoc (credo) nobis inuiderent, quod in eo statu sumus, in quo pro Dei amore, & gloria labores possumus tolerare. Hęc ēt sermocinatio iucundissima fuit sanctis illis prophetis, nam quid iucundius captiuo, q̄ de ipsius redemptione audire, & loqui? Siquidem autem hi captiui erant, ꝙ colloquiū eis dulcius esse poterat? Hinc etiā dicere possumus, quod cū vos in maiori lætitia, & prosperitate constitutos esse uideritis, tunc uos de morte agere oportet. O quā
33
Eccl. 11. cœlestem doctrinam nos hic diuinus Magister erudijt? Ideo dicitur. In die bonorum ne immemor sis malorū, Tu, qui nunc prosper & gloriosus existis, ne isthæc prosperitas te destruat considera aliquē tādem diem, esse aduenturum, in quo graui morbo oppressus in lecto iaceas, cum medici de tua salute desperabant, terribilem illū mortis ictum expectans, in quo aut sempiternis inferni tormentis condemnaberis, aut perpetua gloriæ beatitudine donaberis. Herod. autor Græcus, & antiquus, dicit. Ægyptios in initio cōuiuiorum mortis figuram adducere consueuisse, & qui eam afferebat, singulis conuiuis dicebat. Tū ederis, biberis, atque oblectatus fueris in hac figuram respice, similis enim tu eris illius. Ille prior erat cibus, qui offerri solebat, illudq; salsamentū, quo epulæ cōmedebātur. O maximā Christianorū hominum cōfusionem, ꝙ nos ab Ethnicis superari patiamur, & in conuiuiis, gaudiisque nostris non magis mortis meminerimus, quā si essemus animantia rationis expertia. Herod. 34

Respondens autem Petrus dixit ad Iesum, Domine bonum est nos hic esse. Ex illius gloriæ visione in eius desiderium deuenit. Siqdē aūt nos eius ostensionem non cernimus, saltem crebro illam consideremus, sic enim efficax illius desiderium nobis adueniet. Sicut illam exoptat D. Paulus, cum dixit. Nā & in hoc ingemiscimus habitationem nostram, quę de cælo est, super indui cupiētes: *Bonum est nos hic esse.* Ait D. Petrus. O vir sācte, quin in monte, ubi nullum necessitatib. est subsidium, vis cōmorari? Iudicabat utique, cum in Domini societate esset hoc sibi sufficere, Qui ex inferno Paradisum effecit, quando post mortem in suum Abrahæ descendit, facilius posset montem in Paradisum conuertere. 2. Co. 5. 35

Et addit, dicens. *Si uis faciamus hic tria tabernacula.* Et dicit D. Lucas. Nesciebat, qd diceret. O quanto minus sciunt, quid dicant ii, qui dicunt: Extruamus hic sumptuosas ædes, plurimas hic uineas plantemus, oīa hic corpori, aīę uero nihil faciamus. Quid autem erit cum alieno sudore facta fuerint? Væ temporalibus dominis, qui plurima in hoc plerunque peccata committunt, plurimas uineas plantando, amplissimaque ædificia subditorum suorum sumptibus, atque sudore construendo. Luc. 9.

Adbuc eo loquēte, ecce nubes lucida obumbrauit eos, Ecce uox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus, &c. De sursum ueritas descēdit, in terra uero Dns. Demoniacus, ac Samaritanus appellat, Hic te decorabit mūdus, in futurū sęculū Deus isthæc obseruat, ꝙ & idē tu facito frater cū te calūniatū perspexeris. Aīaduerte uocē desursū fuisse delapsam dicē'ē. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Et audiētes discipuli ceciderunt in faciē suā, & timuerūt valde. O rē 36 Ioan. 8.

obstu-

obstupendam: si paterna uox tã suauiter prolata hos sanctus discipulos adeo conturbauit: ecquid faciet uox illa maledictis dicenda, præsertim cum tanta seueritate perferenda sit. Ite (inqt) maledicti in ignẽ æternũ? O fratres charissimi per ineffabilẽ Dei charitatẽ uos deprecor, ut hæc attentis aĩs perpendatis, atq; ita uiuere curetis, ut ex illis finis, qđ uocẽ illã audiẽtes cõturbãdi nõ sunt, sed gratię, meritisq; pleni dulcissimum illud uerbum audire mereamini. Venite benedicti pa
37 tris mei, percipite regnum gloriæ, Amen.

Feria IIII. post Dominicam II. In Quadragesima.

Ascendens Iesus Hierosolymam assũpsit duodecim discipulos suos secretò, &c. Matth. 20.



Dmirãs sãctus, ꝑpheta Dauid ea, q̃ in spũ præuidit Deũ ꝑp hoĩes esse facturũ, dixit, Dñe
Ps. 143. qđ est hõ, q̃a ĩnotuisti ei aut filius hoĩs, quia reputas eum?
Psal. 38. Hõ uanitati similis factus est. Quõ hoĩem,
1 ô dñe æstimas, cũ uanitati sit similis? Et nõ solũ uanitati eum cõfert, uerum uniuersã in eo uanitate dicit esse inclusam. Veruntñ (inquit) uniuersa uanitas oĩs hõ uiuens. Neque uero his contentus est. Sed illum uanitate ipsa uaniorem esse dicit. Et sic ubi nos legi-
Psal. 51. mus. Veruntñ uani filij hoĩum, mendaces filij hoĩum in stateris. Alij uerterunt. Certe uani filij hoĩum, mendaces filij uiri in stateris, si ascendant ipsi pariter, leuiores sunt uanitate. Elegãtissima est hæc Hiperbole, qua hoĩum uanitas, & amẽtia exaggeratur. Quasi diceret, si uanitatẽ in una, genusq; humanũ in altera lance cõstituas, plus ponderis, & essentiæ in uanitate, q̃ am in hoĩbus esse uidebis. Qđ cum ita sit dñe, quare tam uile, ac uanum, quid sicut hoĩem adeo diligis, ut eius cã hõ fias, & pro eius salute mortẽ acerbissi-
2 mã patiare? Dico hæc oĩa ex infinita ipsius ꝓbitate, ac charitate processisse, qua ac hominum utilitatem, & uanitatem non attendit. Ad hanc charitatem Chřs Saluator noster, quatenus hõ respexit. Circa quod notãdum uobis est, quando sacratissima diuini huius dñi aĩa denuo se creatam perspexit, diuino uerbo unitam, tanta gratia, & gloria repletam. Angelorum, atque hoĩum caput, ac principem constitutam, hæc autem oĩa sine proprijs ipsius meritis sibi donata fuisse cognouit quam ardenti amore ad Deum diligẽdum moueretur, cum tanta ineffabilib. beneficiis se Deo deuinctam esse ꝑspiceret? Vnde infertur maximum amorem, quo homines diligit, atque dilexit desideriumque quo pro eis patiendi flagrauit, non ex hominum quidem ualore, sed ex immensa, qua æternum Patrem dilexit, charitate dimanasse. Sicut ipse manifeste dixit. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam 3
sed ut cognoscat mundus, quia diligo Patrẽ Ioan. 4.
& sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio, idest: Aduenier dœmon, qui tyrannicè mundi huius princeps appellatur, & per sua instrumenta, atque ministros mihi mortem inferet, quod nequaquam facere posset, nullum enim ius in me habet. Veruntamẽ moriar, quia Patrem ardentissimè diligo, atque ut meus erga Patrem amor mundo innotescat, atque etiam, quia pater mihi mori præcepit. Itaque ex perfectissima obedientia, & ardentissima charitate eius in Patrem pronit, illum homines adeo dilexisse, ut eorum causa moreretur. Et de hac morte, quasi de re maxime desiderata cum discipulis suis sępenumero loquebatur. Quod ẽt faciebat, ut eos rem illã nimis arduam satis superq; præmoueret. Nam ut Diuus Gregorius ait, 4
Minus iacula feriunt, q̃ præuidentur, & nos Gre. ho.
tolerabilius mũdi mala suscipimus, si cõtra 33. sup.
hæc per præscientiæ clypeũ muniamur. Cã Lucam
tores quando quicquam publice concetu- Simile.
ri sũt, prius idem in cubiculis suis submissa uoce canunt, ut cum in oĩum conspectum postea prodierint, nõ errent. Sic diuinus ille cantor discipulos suos in illa modulatione, quam æterno Patri in monte Caluariæ editurus erat, sæpenumero instruebat, ut tunc sicut iam satis superque præmoniti bene cõcinnerent. Verum quæret aliquis, siquidem Christus Redemptor noster optime notat hanc pręuentionem nihil discipulis esse pro 5
futuram, sed eos nihilominus scandalum ex ipsius morte esse percepturos, quare illos præmouebat? uoluit utique in hoc docere, & si homo in peccata prolabitur hoc non ex Dei culpa, nec ex auxilij defectu prouenire, sed suamet culpa incidere. Antiqua nimis Deo consuetudo fuit homines ad monitionibus pręuenire antequam eis labores immittere, ut ad eos patiendos præpa- Amos. 3.
rarentur. Et sic dixit per Amos: Non faciet

Dñs verbũ, nisi reuelauerit secretũ suum ad
seruos suos Prophetas, etsi non ignorabas
Ezec. 3. Hieremiæ, Ezechielisque ꝓphetias rebelli,
duroq. populo non esse ꝓfuturas. Et sic di-
xit: Non.n. ad populos ꝓfundi sermonis, &
ignotę linguæ tu mitteris, & si ad illos mit-
teretis, ipsi adirent te. Domus autem Israel
nolunt audire te, q̃a nolunt audire me. Oĩs
quippe domus Israel attrita fronte est, & du
ro corde. Prophetæ aũt Hieremiæ pręcepit
dñs, dicens: Tolle volumus libri, & scribes
6 in eo oĩa uerba q̃ locutus sũ tibi aduersum
Hie. 36. Israel, si forte audiẽt te domus Iuda uniuer
sa mala, q̃ ego cogito facere. Reuertatur unus-
quisq. a uia sua pessima, & propitius ero ini
quitati eorũ. Non solũ ãt nullũ ex hac com
minatione fructũ perceperunt, sed Rex etiã
Ioachim librũ illũ accepit, & in prunario, ad
q̃ se calefaciebat, illum comburẽdũ proie-
cit. Etiã ipse Propheta Hieremias cũ capti-
Hier. 51 uus teneret Babylonis deuastationẽ descri-
psit, & ad eos librũ misit ut illũ perlegerent,
ueruntamẽ a scelerib. non destiterunt. Et sic
pręcepit Saraię, q̃ legerat librum, ut postq̃
illum legere compleuisset, ligaret ad eum la
pidẽ, & ꝓijceret illum in medium Eufratẽ,
dicẽs: Sic submergetur Babylon. Nõ solũ ãt
7 uerbis, & comminationibus, uerum & sup-
plicijs euã de quibusdam peccatorib. sum-
ptis alios Deus admonere consueuit, quo
illi aliorum supplicio deterriti ad meliorem
frugẽ se recipiãt. Sic nos adhortatur Diuus
1. Co 10. Paulus, dicens: Non simus concupiscentes
malorum, sicut illi concupierunt, neque ido
lolatrę efficiamini, sicut q̃dam ex ipsis, nec
fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati
sunt, & ceciderunt una die uiginti tria mil-
lia. Nec tentemus Christũ, sicut quidã ex ip
sis tentauerunt, & a serpentibus perierunt.
Nec murmuraueritis, sicut q̃dã eorum mur
Nu. 25. murauerũt, & perierunt ab exterminatore.
Nu. 12. Hæc omnia scripta sunt ad correptionẽ no
strã, in quos fines sæculorũ deuenerunt. Ita-
que q̃ se existimat stare, uideat ne cadat. Ec-
ce fratres quomodo sanctus Apostolus illo
8 rũ supplicia ad correctionẽ, admonitionem-
que nostrã fuisse testatur. Et sic vnũ ex scele
ribus, q̃ Balthasari Regi Babylonis obiecit,
fuit q̃ sibi non præcauit in supplicio, quod
Deus sũpsit de Nabuchodonosor patre eius
dicens illi: O Rex optime, nosti quot, quan
Dan. 5. taque Deus in patrẽ tuum contulerit bene-
ficia, nec te latet, propter ipsius superbiam
cum a Domino regno, atque ratiocinis usu
fuisse priuatum & septenniũ, quasi iumẽtũ
herbis fuisse depastum. Quoadusque corã
Deo scelus suum cognoscẽs humiliatus est.
Tu quoque filius eius Balthasar non humi-
liasti cor tuum, cũ scires hæc omnia, sed ad-
uersum dominatorẽ cæli eleuatus es. Ideir-
cò ab eo missus est articulus manus, q̃ scri-
psit quod exaratum est. Suppliciumque se-
quenti die ab eo sumendũ illi exponit. Qđ
si ex laboribus, ac supplicijs, quæ iã diu sum
pta sunt nos cautionẽ sumere oportet, quã- 9
to magis ex ijs, quæ nũc de proximis nostris
sumi perspicimus, nos pręcauere oportebit?
Fulgur de cœlo demissum unum percutit, Simile
plurimos autem deterret, sic in laboribus es
se oportet, nisi simus animantia rationis ex- Isa. 30.
pertia. Per Isaiam Prophetam comminatus
est Deus Hebræos, dicens: Ego uos puniam
donec relinquamini quasi malus nauis in
uertice montis. Quando nauis in mari con- Simile
fringitur, si qui supersunt nautæ malum ei
euellunt, & in sublimi montis fastigio eri-
gũt iuxta locũ, vbi naufragium fecerunt, ut
quicunq; illac pręterierint, rupẽ illic periculo-
sumq. transitum esse cognoscant, & illum
euitent. Sic Deus Hebræis, captiui (inquit) 10
Babylonem ducemini, illicq; Chaldæis uos
affligent, atque necabunt. Sed aliqui supere
runt in aliarũ gẽtium admonitionem, qua-
si nauis malus in montis cacumine cõstitu-
tus. Quãdo viduã mœstam, ac derelictã cer-
nitis, timete, ne & vos sic a Deo puniamini.
Illã quippe Deus forte puniuit, quia uana
erat, quod uir eius permittebat. Illum igitur
Deus mori voluit, coniugem aũt laboribus
oppressam reliquit, ut tu in illa tibi caueas.
Et idem in alijs tribulatis inferri potest. Sin-
gulare est et remedium, quo aduersus labo-
res muniamur, si hæc caduca, & transitoria
non nimio cordis affectu diligamur. In re-
bus enim t̃palibus amittendis (ait B. Augu- August.
stinus) tantus oportet quod sit dolor, q̃tus
in eis possidendis fuit amor. Quapp quem- Simile
admodũ vir debilis, & ægrotus eum baculo 11
innititur, nõ adeo super illum incumbit, vt
confringatur, & ipse in terram corruat, ac ꝑ
cutiatur, sic etiã cum bona temporalia sint
baculus debilis, & arundineus, ne adeo illis
per affectum innitaris, vt cum perdita fue-
rint, per impatientiam, atq. peccatum tu ẽt
pereas. Maximè etiam hic animaduertendũ
est cur sancta mater Ecclesia toties hoc sa-
cratissimę Domini passionis mysterium no
bis ob oculos ꝓponat. Quod quidẽ ideo fa-
cit, vt

cit, vt uos illud sæpenumero animis contē-
plemur. Compertum est enim, utilius nobis
esse in hoc sæculo de laboribus, ac morte Ie
su Christi Dñi nostri, quā de gloria, qua in
cęlo perfruitur, loqui, quāuis vtrumque di-
gnū sit æterna memoria. Ratio huius ꝓpo-
sitionis perspicua est nā cognitio, & gratia-
rū actio pro maiori beneficio amplioris est
cōmodi, quā recognitio minoris. Conside-
rans Christum filium Dei morientē, atq; rę
12 gnantē, maiori beneficio illi astrictus sum,
quia mortuus est ꝑ me, q̄ quia regnat pro-
pter se. Nō utique percepturus sum regnum
eius ꝓpter illius gloriā, sed ꝓpter ipsius pas
sionem. Eius enim pœna, passio, ac mors est
Heb. 5 causa meritoria gratiæ, ac glorię meæ, sicut
affirmat Diuus Paulus, dicens: Cum esset fi-
lius Dei, didicit ex ijs, quæ passus est, obe-
dientia, idest, discere nos fecit obedientiam.
Et consumatus factus est omnibus obtem-
perātibus sibi causa salutis æternæ. Obediē-
tia sua nos obedire docuit, vt sic disponere
mus ad cōsummatæ ipsius obedientiæ, mor
tisq. ac meritorum eius prēmium percipiē-
13 dum. At, licet eius gloria sit beatitudinis no
stræ exemplar, atq. imago, nō tamē est cau-
sa meritoria illius. Et ideō quanuis utriusq;
cogitatio & cōtemplatio utilissima sit, mul
to tñ utilior est crebra tormentorum, mor-
tisq; eius ruminatio, atq. colloquium. Pręci-
pua enim Christiani res est Deum diligere.
Deu. 10 Ita dixit Moyses, & nūc Israel quid dñs pe-
tit à te, nisi ut diligas dñm Deū tuum ex to
to corde tuo? Vnde præcipuā Christiani ui-
ri exercitationem eam esse oportet, qua ad
hunc amorem uehementius incitetur. Et li
cet uniuersæ creaturæ nos ad hunc amorē
commoueāt, ut ait B. Augu. inter isthæc au-
tē omnia pretiosissima Domini nostri Iesu
Christi passio nos ardētius in hunc diuinū
amorē poterit inflammari. Etenim nullo to
tius sæculi ope probitas, misericordia, cha-
14 ritas, cæterarq; Dei excellentię clarius, quā
vnigeniti filij eius passione declarātur. Et sic
Ioan. 12 ipse dixit. Et ego si exaltatus fuero à terra,
oīa trahā ad me ipsum. Tot, tantaq; homini
bus in cruce conferā beneficia, ut charitate
mea quodammodo compulsi ad me ueniāt.
O admirabilem exaggerationem? profecto
nisi saxa durissima, aut Dæmones ingratitu
dine obdurati simus, uix nos continere po-
terimus, quin hunc summum, largissimum
que benefactorem nostrum feruētissime se
ctemur. Idcirco Prophetæ, & Euāgelistę plu
ra nobis de morte diuini huius Dñi, deque
eius opprobrijs, ac passione, quam de ipsius
gloria retulerunt. Quia semel Gedeon cū Iudic. 8
Madianitis bellū gessit, & filios Israel ab eis
liberauit, ipsi tanti beneficij ei gratia referen
tes, dixerūt illi: Dominare nostri tu, & filius
tuus, & filius filij tui, q̄a liberasti nos de ma
nu Madian. In illo cōflictu Gedeon neque
tam quidem sanguinis effudit, nec vulnus,
aut minimū quēq. ictum recepit, quia cum 15
copijs suis hostes superauit cōfringendo, ur
nas, quas manibus deferebāt lucernis, quas
in eis incluserāt hostes Dei uirtute deterren
do. Et tamē adeo grati sunt filij Israel, ut ei
filioque, & nepoti eius subijciātur. Quid igi
tur nos superno duce nostro facere debere-
mus, qui tot tantisque expēsis suis nos a dæ
monib totum sanguinē suum effundēdo,
tamq. atrocē mortē tolerando liberauit? O
Christe dulcissime animarū nostrarū amor
quas tibi ꝓ tanto beneficio gratias agemus
Dominare nostri etenim corde tibi ijsque
q̄ uicem tuam gerunt, s prælatis nostri, q̄
Ecclesiæ tuæ præsunt, in oībus obediemus.
Pro magna exaggeratione dixit oli Deus 16
Hebræis. Vos ipsi uidetis qūo portauerim Exo. 19
uos super alas Aquilarum. Aquila ab inferio
ri ad superiora in alis pullos suos defert,
suos percuti vult. Plenius utique diuinus hic
dominus beneficium, auxiliumq istud no
bis præstat, siquidem non pectus tm̄, uerum
totum ēt corpus terribilibus tormentis ob
tulit, ut nos ab inferni cruciatibus libera-
ret. Dicit igitur dominus discipulis suis.
Ecce ascēdimus Hierosolymam, O q̄ meri-
to dicit: Ecce, attentionem petens, uolebat
quippe re quandam obstupendam dicere,
qualis erat Deum esse conspuendum, flagel
landum, atque occidendum. Latrones uapu
lant, blasphemi conspuuntur. Deū aūt ęsse
flagellandum, atque conspuendum, quis ul- 17
lo vnquā tempore cogitaret? Hucusque pro Mar. 10
fecto infinita eius charitas peruenit. Notan
dum est aūt Diuum Marcum hoc ita refer-
re: Erāt autem in uia ascendentes Hierosoly
mam, & præcedebat illos Iesus, & stupebant
& sequentes timebant. In quibus uerbis
maximum utique mysterium delitescit. Vn
de timorem ac stuporem illum sanctus disci
pulis dimanasse putatis? Dico illos maxi-
ma stupuisse, cum dominus ita accelerare
perspicerent, ut usitatum gradiendi mo-
dum mutaret, discipulosque suos præcede-
ret. Loquens enim de passione sua patiendi
desi-

desiderio exardescens celerius properare cœpit. Qua festinatione quanta charitate ad patiendum pergeret, quamq. ardenter exoptaret pro nobis in cruce iam extolli, voluit demonstrare. Sancti autem Apostoli etsi timebant, non ideo ab eius sectatione desistebant. Hoc.n.interest inter bonos & malos, quod cum omnes labores sentiant, atq; pertimescãt, mali minima,quaq; contradictione vexati, & minimo quoq. timore perculsi a virtute deficiunt, iusti autem quamuis la-
18 boribus affligantur,& illos pertimescant vlterius tamen progrediuntur.

Tunc accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi,&c. vsque ibi. *Dic vt sedeant hi duo filij mei.* Non est nobis mirandũ quicqd homines in hoc sæculo faciant,siquidem homines sunt, quis uidit Hebræos illos a Deo tot indulgentijs,atque auxilijs adiutos,quorum causa tot miracula fuit operatus, post paucos dies vitulum adorantes, vt ei oĩum illorum gloriam tribuerent? O maximã amentiã? Ecce hos homines, qui paucis ante diebus retia reliquerant, quot vanitates cogitant, iam principatus, & monarchias expe-
Hier.17 tunt. Hieremias dicit: Perdix fouit quæ nõ
19 peperit. Perdix dicitur adeo filios desiderare, vt aliena oua surripiens sub alios foueat, pullosque proferat, qui postquam producti sunt, & naturali instinctu matrem cognoscunt,eã,perdice relicta,sequuntur. Nequeũt quippe naturam amittere,quam a matre deducunt. Idem est in hominibus,ea.n.naturæ indoles, quam ex matris ventre depromunt, vix vnquam illis deperditur, qñ humilius, & profundius sepulti esse uidentur,minimo quoque ventorum flatu suscitantur, quod apparet in his sanctis,& alijs, qui postquam mundo mortui videbantur, parua, aut fere nulla occatione oblata humanæ passiones in illis reuixerunt. Vna verò ex passionib. quæ in filijs Adæ magis dominatur,& diffi-
20 cilius eradicatur, est ambitio, quæ aliorum complurium malorum existit origo. Locus
Luc.22. ille Beati Lucæ dicentis: Facta est contẽtio inter discipulos, quis eorum videretur esse maior, plerumque declarari solet, discipulos de maioritate ambitiose contendisse. At
Aug. ser mo.8 ad fres ĩ eremo, tom. 1. Beatus Augustinus plura hic pensanda esse dixit. Nam Christus Redemptor Nost. paulo antea dixerat in Cœna: Vnus vestrũ me traditurus est. Quo verbo Sancti Apostoli pudore, ac dubitatione cõfusi remanserunt, maximeq; scire cupiebãt, quis eorũ tã facri-legã in illam proditionem esset admissurus. Diuus autẽ Petrus B.Ioannem rogauit, ut a dño sciscitaretur qui suã facinus illud perpe- Ioan.13.
traturus esset. Dicit.n.B.August. Si S. Petrus quis dñm proditurus esset, agnosceret,morsibus illũ fuisse confecturũ. Et cum hoc desiderio quo vniuersi Apostoli proditorem cognoscendi flagrabant, facta est contẽtio inter eos,qs eorum videretur esse maior. Glomũ (vt aiunt) ex filio elicere uoluerũt,ut quisnã ꝓditor esset,agnoscerent, curãt scire quis eorũ honoris esset auidior, quiq; illis preferre desideraret, coperto .n. magis ambitioso intelligerent illũ futurum esse proditorem, qui diuinũ magistrũ suũ venderet, ut ipse to- 21
tius mundi dominaretᷣ: Ecquid non faciet, aut quid intentatum relinquet ambitiosus? Deus nos a tãta perniciosa peste custodiat. Maledictus ille Abimelech septuaginta fratres habuisse, oẽs aũt illi Gedeonis legitimi erant liberi. Ille solus Abimelech erat spu- Iud.9.
rius,filius ancillæ Gedeonis. Hic vero vilior omniũ regni gubernaculũ sibi uoluit vsurpare, quod vt conficeret, vniuersos fratres suos interemit, matrisque suæ consanguineos pessimę quid ẽ indolis,atq; infimę conditionis hoĩes conuenit,quibus vt ad sibi fauendum persuaderet,dicebat. Considerate quia os uestrum & caro vestra sum. Consanguinei autem matris eius negotium hoc humeris susceperunt, largitionibusq. ac mune- 22
ribus inclinauerunt cor omnium post Abimelech dicentes: Frater noster est. Hic (aiũt) ex nostris est, communionisque nostræ infimæ adhuc, atque neglectæ fauebit. Quid similius adduci poterat ijs,quæ inter cathedraticos, & in alijs electionibus fiunt? statim quippe nonnulli allegant. Est frater ordinis nostri, est ciuis, aut amicus noster quamuis iniuriam alteri inferri perspiciant, ad nihil aliud,quam ad affectionem, aut utilitatem suam respiciunt. Et hic Abimelech infoelix tres annos magna cum contradictione regnauit, & tandem desperatus interij, cum a 23
muliere ex sublimi turri rupis demissa eius, caput infringeret. O fratres in Christo Iesu, per reuerentiam Dei vos rogo, ut ad hæc diligentissime animaduertatis, ambitionesq; uestras humilitatis fræno coerceatis, siquidẽ eas tot malorũ cãm esse cognoscitis: Rñdẽs Iesus dixit: Nescitis qd petatis: Petit mater: dñs autem filiis respondet, quia illi in eius animum induxerunt ut illud a dño flagitaret. Illi dignitatem poscunt, Dominus

autem

autem eis respondet. Nõ est meum dare vo-
bis,quasi diceret. In mundo qui diligentius
honores expetit, hic eos adipiscitur domi
autẽ meæ desiderantibus non conceduntur.
Sic ego hæc verba intelligo, sicuti cũ quic-
quam ab aliquo quod ipse facere non solet
exposcitur, rñdet: non est meum hoc face-
re. O vtinam hanc veritatem hoĩes intelli-
gerent. Honores quippe, ac dignitates non
petentibus quidem, sed earum dignis dari
oportet. Qui aũt dignitatis se dignũ existi-
mat,ille eius est indignus. O Prælati, ac do-
24 mini,a quib. munerũ Reipublicę commis-
sio, ac distributio dependet, ab hoc diuino
Magistro discite,attendite non esse vestrum
indifferenter, sed dignioribus munera com-
mittere, qđ ut melius faciatis, idẽ vos facere
oportet quod ærarij regii in pecunia formã-
Simile. da efficiunt. Prius etenim frustrũ auri, siue
argenti,ex quo nummis conficiendus est,in
statera perpendunt,& deinde illud iuxta põ-
deris quantitatem in statuto canali infun-
dunt. Domini ac patres mei vultis talẽ mo-
netam efficere,quam nemo repudiet? prudẽ
tiæ & considerationis staterã assumite, & vi
rũ cui munus cõmittere uultis,ipsumq; mu
25 nus appendite: qđ si grauius fuerit munus
uiro illũ tollite, & alterũ ponite, quoadusq.
statera æqua lãce cõsistat,hoc est, quoadus-
que munus, & uir quem ei perficere vultis
æquales sint,cumq; omni passione atq; affe-
ctione semota pares esse iudicabitis, guber-
nationis miraculũ, Hispane(*cuno*)& sanctã
obedientiam eius humeris imponite, & siue
libens, siue inuitus demisso capite obtempe
ret. Cumq; sic monetã pondere, ac mensura
feceritis, ne reuertamini, ne quis eã refutet,
de Saluatore nostro Iesu Christo perdictum
erat: Ipse enim quasi ignis conflans, & se-
debit conflans, & emendans argentum, &
Mal. 3. purgabit filios Leui, & colabit eos quasi au-
26 rũ & quasi argentum, & erunt dñi offeren-
tes sacrificium in iustitia,& placebit dño sa
crificiũ Iuda,& Hierusalem, sicut dies sęcu-
li,& sicut anni antiqui. Talẽ oportet esse ꝓ-
positum,dẽt.n.alios Leui,hoc est sacerdotes
conflare,quos muneribus præficere conanẽ
Attendite autẽ illum non æs, aut stãnũ, sed
aurũ aut argentũ constare debere. Etenim
ex ære atq. stanno viles monetæ effici cõsue
scunt,q̃ nihil amplius ualent, nisi quatenus
regium habeant miraculũ. Qñ aũt Rex illas
ualore priuat,inutiles remanent. Prælaturæ
miraculus non nisi sup aurũ, aut argentum
imponi dẽt,nõ super hoĩem,q̃ a solo mune-
re, quasi moneta a marculo pretium, atq; va
lorem assumat; sed sup eum, a quo munus
potius, q̃ ipse a munere honestetur. Et ita
placebit dño sacrificium Iuda, i. subditorũ,
qui per veræ obedientiæ confessionẽ præla-
tis suis subiiciuntur,& Hierusalẽ,i. prælato-
rũ,qui per visionẽ pacis in culmine prælatu
ræ sunt positi, sicut dies sæculi. Velut habet
septuaginta interpretes, sicut dies pristini,i.
hoc mõ status ad initiorũ suorũ puritatem
reducentur. Eo ꝙ res hoc modo nõ fiunt,di
gnitatesq; indignis hoĩbus conferunt, tantã 27
in Christianis rebus publicis dissolutio, ac Pro. 26.
strages existit. Ait.n. Salomon: Sicut qui
mittit lapidẽ in aceruum Mercurij,ita q̃ tri-
buit insipiẽti honorẽ. Ethnici quondã Mer-
curio, numerorum Deo festum celebrare cõ
sueuerant, s. vniuersus populus statuto die
conueniebat, & singuli quique lapidem affe
rebat, eumque in aceruum Mercurij con-
gregabant. Dicit igitur Salomon, sicut
maximum sacrilegium erat lapides in ace-
tum illum immitti, vt Mercurius falsus
Deus honore afficeretur: sic maximum essẽ
sacrilegium digno relicto in dignum præla
turæ, aut alteri muneri præfici. Et animad-
uertite hunc bina simul peccata patrare, altẽ 28
rum, quia Reipublicæ gubernationi malẽ
consulit, nec communis utilitatis curam
gerit. Et sic vniuersi mali, ꝙ electus indigne
electoris causa fecerit,elector apud Deum ra
tionem reddet, alterum uero ꝙ viris probis
iniuriam infert, cum eis iniquos homines
anteponat,& ea, quę illis iure competebant,
inique auferat. O infœlices hoĩes, qui passio-
ne,siue affectione tantopere excæcamini, ut
grauissimum humeris vestris onus impona-
tis,uestri saltem misereamini, & respondete
sicut dñs rñdit, dicens. Non est meum da-
re uobis, sed quibus paratum est a patre 29
meo. D Augustinus rem quandam singula- Aug. su-
rem adnotat, videlicet duas ad dominum per hoc
mulieres accessisse,quarum altera fuit Cana Euang.
næa, Ethnica, & peccatrix, altera uero hæc
sancta soror Beatissimæ Virginis Mariæ do
minæ nostræ, quarum vtraq; filijs suis bene-
ficia postulauit, sanctę; huic petitionem do
minus denegat. Cananææ autem peccatrici
plus etiam quam petit,concedit. Cuius ra-
tio est, quia Cananæa humiliter a domino
filiæ suæ salutem deprecata est, & ideo
quod petierat impetrauit, Hęc autem san-
cta infirmitatem liberis suis postulauit. Et
ideo

ideo Dominus ei petitionẽ abnegat, maiori namq; misericordia,& pietate cum illa, liberisq; eius utitur, illam negans, quã concedens. Quæ cũ ita sint dilectissimi fratres, cũ hæc sæcularia quæsieritis,& tandem consecuti fueritis, maxime timete, ne forte Deus in pœnã aliorum peccatorum a nobis illa ad condemnationem uestram impetrari per
30 mittat, id est, cum Saul de Dauid ulcisci uel
1.Re.18 let, dicitur ei filiam suã Michol in uxorem dedisse. Dabo (inquit) eam illi, ut fiat ei in scãdalũ,& sit super eum manus Philistinorum, hoc est, ut de illo uindicet, uidens eẽ Philistijm inimicorum eius manibus traditum. Sic uolens Deus de te o peccator, ulcisci, quia plurimis sceleribus tuis offensus est, filiã suã Michol, sicut Saul Dauidi, tibi tradit, ecclesiæ suæ custodiã tibi cõmitti pmittit: tu uero illam negligenter obseruas. Caue igitur, ne super te ira Dei de cœlo descẽdat, nisi opportunum tibi remedium adhibueris. Quamobrem frater licet adiutores tibi sint, quibus ad uolandum per huius sæculi aera iuuari possis, quantum tibi possibile fuerit, hæc time,& diligenter aufugito, sunt enim periculosa nimis, quæ semper ser
13 ui Dei maxime timuerunt.

Gen.46 Ex libro Genesis apparet, quod quanuis sanctus Patriarcha Iacob filium suũ Ioseph uidere magnopere desiderabat, cum magno tamen timore in Aegyptũ se cõferebat. Dicit enim illic sacratus textus Deũ illi iã iter facienti dixisse: Ego sum fortissimus Deus patris tui noli timere, descẽde in Aegyptũ. Ex qbus aperte colligitur sãctum senẽ timidũ processisse, alioquin enim non ei deceret Dñs, noli timere. O bone Deꝰ siquidẽ filiũ tam potentẽ, totiusque regni gubernatorẽ in Aegypto habebat, quid illuc ire timebat? Hoc forsitã uir sanctus uerebatur, ne filij sui Ioseph potẽtia occasioni esset superbiæ cæ
32 teris fratribus, ne ve illos proteruos efficceres, aut ad dignitates illic expetẽdas cõmoueret. Beati qui hoc timent, si quidẽ tãta inde superbia, atq; expetitio solet exoriri. Idcirco clementissimus Iesus dilectis discipulis suis petitionẽ illã non cõcessit, sed dixit eis: *Calicem quidem meum bibetis.* O quanta est indulgentia, Deũ te inuitare, cibisq; suis te cibare,& uase suo potare. Quasi maxima sibi facta fuisset indulgentiam beneficiã, di
Hest.5. xit Amã: Regina Hester nullũ aliũ uocauit ad conuiuiũ cũ Rege præter me: apud quã & cras cũ Rege pransurus sum. Quid igitur erit ad Dei conuiuium inuitari? Vñ quo magis hões a Deo diliguntur, eo abundatius ab eo hoc diuino calice potantur. Et sic di Apo.16
citur de Angelis illis, quos uidit B. Ioãnes, habẽtes phialas plenas ira,& uerberib. Dei, & quartus Angelus effudit phialã suam in solẽ, quam dicit B. Gregorius labores signi Grego.
ficare, quibus iusti quasi sol clari, atq; illustres affliguntur, sup quos non guttã quidẽ, sed totã phialã dicit effundi. Et de ipsismet 33
amicis Dei nomine filiarum Sion dicit Za Zach.9.
charias: Et bibentes inebriabuntur quasi uino,& replebuntur ut phialæ. Super quo di
cit D. Greg. hoc dici, quia amici Dei pluri Grego.
mis sese offerent laboribus, atq; ẽt corpora sua ĩ sacrificia Deo gratissima immolabũt. Hoc bñficiũ contulit Dominus suis sacris
Apostolis, quod cũ alacriter hunc mortis ca Philip.2
licẽ biberent, ut dixerit B. Paulus: Sed & immolet supra sacrificium,& obsequium fidei uestræ, gaudeo,& congratulor omnibus uobis. Idipsum ãt & uos gaudete, & congratulamini mihi. Dicit hic Sanctus Apostolus, se pp fidei, atque Euangeliis ministeriũ immolari, atque occidi, seque propterea maxime gloriari, Philippensibusq; de laboribus
ob Iesu Christi fidẽ toleratis gratulat, eos 34
que rogat, ut de tanto bono sibi etiã gratulentur. O Beate Paule, quis te quæso hanc Philosophiã docuit? qđ mortẽ omnib. huius sæculi laboribus terribiliorẽ tam hilari animo suscipias, ut amicos tuos ad gaudẽdũ, tibique gratulandum inuites? Profecto quando usq; ad tertium cælũ raptus fuisti, tunc istam Philosophiam didicisti: illic utique tibi reuelatum fuit, non esse condignas passiones huius sæculi ad futurã gloriã, ubi hæc perspexit, illic ẽt quam desiderabile esset propter Deum tormẽta perferre cogno
uit. Huius sapientiæ ipsum Deũ habuit do Act.9.
ctorem, sicut ipse Dominus testatur. Ego (in 35
quit) ostendam ei quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Quomodo hæc illũ docebit Domine? Quomodo? Ego illi totum bonum ostendã, cuius amore, atque desiderio tãtopere inflammabitur, ut ad illud impetrandum nullũ huius sæculi laborẽ suscipere recuset: Ecquis enim cũ gloriam uiderit, ad eam comparandam uniuersa tormenta nõ patietur? Et quamuis nos eã nõ uiderimus, inenarrabilia tñ & æterna bona eẽ credimus, quæ Deus illis præparauit, qui in hoc sæculo propter eũ æquo animo tormenta patiuntur. Quæ cũ ita sint fratres charissimi

ssimi ad bibendum calicem, quo nos dominus potare uoluerit, fulciamur, ut calicis eius participes effecti cælestis ipsius domini gloriæ consortes effici mereamur. Amen.

Feria V I. post Diminicam I I. in quadragesima.

36 *Homo quidā erat Paterfamilias, qui plantauit uineam, &c. Mat. 21.*



EXponatur ad literam tota parabola. Vnum ex iis quę uehemētius execratur, est superbia. Nō solus āt Deus, uerū, & hoīes, q rōne, non autem passione ducuntur, eam odio prosequuntur. Vñ Salomon: Odibilis (inquit) corā Deo, & hominibus superbia. Nonnulli sunt hoīes, qui etsi
Eccl. 10 Deo sunt odibiles, hominib. tñ odiosi non sunt, superbus autē ob oībus odio habetur, etenim, & infernus ēt superbā in se animā recipiens conturbatur. Qñ Balthasar in in-
1 fernum ingressus est, exaggerat Propheta
Isai. 14. Isaias infernū fuisse cōturbatum dicens: Infernus subter conturbatus est, in occursum aduentus tui. Eo quod tā execrabilis sit superbia, maxima desiderabat Dauid illa oīno
Psal. 35. carere, & sic affectuose orabat dicens: Non ueniat mihi pes superbiæ, & man' peccatoris non moueat me. Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatē, expulsi sunt, nec potuerūt stare. Valde notandum est, cur nam dixerit Sanctus Propheta se desiderare, ne sibi pes superbiæ aduenirer, nū aūt absolute Deum rogauerit, ut se a superbia liberaret, Dico illum hoc deprecatum fuisse; quia iusti non solum totū superbiæ corpus, ac molem, sed primum ēt eius ingressum, & primum pas-
2 sum, neve ipsorum animas pede pertingat, maxime pertimescunt. Quid domū ingressurus est, prius pedem ī limine ponit, quam toto corpore introeat. Itaq; deprecatur cur sanctus, ne primus quidem superbiæ motus in animam suam ingrediatur, neve diaboli ea tentatio licet ad eum perueniat, operationem aliquam in anima ipsius efficiat. Etenim hoc significant uerba illa: Nec manus peccatoris moueat me. O admirabilem exaggerationem, qua maximum periculum, quod in superbia inest, aperte detegitur. Et rationē reddens Sāctus Propheta, ob quam tantopere superbiā execrantur, dicit: Quia ibi ceciderunt peccatores. Propter illā mali Angeli ab statu suo prolapsi sunt. Itaq; cęlū illos sustinere nequiuit. Vt igitur hoc tantū malū fugiatur, humilitasq; a nostro diuino Magistro Iesu Christo nobis maxime cōmendata cōparetur, unū ex necessarioribus medijs est propriæ uilitatis agnitio. Cuius cognitionis defectus coram Deo nimis est odibilis, sicut apparet per Hieremiam, ubi referent Dñs plurimas idololatrias, la- 3
trocinia, aliaq; complura peccatorum mala recensens, non assignat pro fundamento supplicij, quod de scelerib. illis se sumpturū esse dicit, mala, quæ illi fecerunt, sed ipsorum obstinationem & quod illa non cognouerunt, neq; scelerum eorū cognitione habuerant. Et si his uerbis de illis conqueritur, & dixisti: Absque peccato, & innocens ego sum, & propterea auertatur furor tuus Hier. 2.
a me. Ecce ego iudicio contēdam tecum, id est, ego te condemnabo, eo qđ dixeris: Non peccaui. Etenim nulla sunt adeo grauia peccata, quæ ppria cognitione dimissu facilia non reddantur, neque ulla sunt adeo leuia, quę obduratione cognitionisq; defectu dif- 4
ficillima nō efficiatur. Ideo quasi dispositione ad remediū suū Propheta allegat, dicēs: Psal. 50.
Quoniā iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est sempre, (ait sanctus Propheta) peccatum meū præ oculis fero, ne unquam me superbire patiatur. Oculos enim in tā absurdo, atq; horribili spectaculo, quale est peccatum, constituens, quō non confundar, atq; a me ipso contemnar? Quod si homo uirtutē in se aliquam sēserit, in Deum oculos inijciat nam in solis conspectu sidera nō dicent. Vir prudens, qui Deū ante se habet, nec se, nec uirtutes suas animaduertit, omnia nihil esse uidentur. Sic faciebat Propheta ipse cū diceret: Et substantia mea tanquam nihilum an 5
te te. Singularis est etiam uia, quæ ad hanc Psal. 38.
cognitionem ducit, cōsiderare peccata quæ alij admittunt, a me etiam posse committi, ut sic in mei ipsius cōtemptum deueniam. Plutarchus refert Platonem in uirtute, sui Plutarc.
que cognitione magnopere profecisse, aliorum delicta uidētem, cum enim illa perspexisse, intra se ipse dicebat, quomodo superbire, aut apud se aliquid æstimari potest homo, qui talia peccata perpetrare potest? si quidem autem ego uniuersa aliorum peccata, perpetrare possum, quare me non negligam? O admirabilē uiri prudentiā. Etenim

ex aliorum peccatis, unde nõnulli indignationis,ac murmurationis occasionem assumunt,ad sui cognitionẽ, atque contẽptum excitatorem ipse faciebat. Quamuis uerum sit ad hanc peccatorũ, ꝓprięq; utilitatis cognitionem, & exinde humilitatẽ impetrandam hæc,& alia plurima remedia adhiberi consuescere, unum tñ ex efficacioribus est diuinæ potentiæ,magnitudinis,beneficiorũque cognitio. Nihil euidentius maximã no
6 stram miseriam comprobare potest, quam Deum potentiam,probitatẽ,sapientiamque suam in nos ab his terrestribus rebus, quas diligimus,compescendo adhibuisse,nec tamẽ id nobis (libero arbitrio remanente) in animũ inducere potuisse. Quid amplius de hominibus dici potest, q̃ cum Deus ut illos ad se attraheret omnia,quæ potuit,atq; etiã (si ita dici potest)plus quã potuit, effecerit? (Etenim Deus mori nõ poterat, tale autem artificiũ exquisiuit,ut uere nunc dici possit: Deus ꝓ hominibus mortuus est)nec tamen isthæc omnia ad illos bonos reddendos, atque a sceleribus cohibendos sufficisset. Hęc
Simile. est maxima puerilitatis nostræ cõprobatio,
7 quæ nos undique circuit,atque conuincit. Qñ morbi medicinis non obtẽperãt,aut illi sunt grauissimi,aut hõ ille pessimæ est cõplexionis. Cũ igitur uideamus quã male, atque negligentes infinitæ Dei potentiæ,atq; probitati obtemperemus,qd aliud dici põt, nisi aut morbos scelerũ nostrorum esse grauissimos,aut nos adeo malos esse, ut tanta hęc,tamq; efficacia remedia leuibus morbis non medeãtur? Hæc omnia significat,quod Christus Redemptor noster ĩ hodierna sancti Euangelii lectione dicit, se uineæ suæ fecisse,ostendens se ad eius culturam nihil intentatum reliquisse,oĩa tamen modicum ꝓ fuisse. Postquã ipse dominus per Isaiã Prophetã dixerat: Vineã suã in cornu filio olei,
8 idest,in loco excelso,atq; oberrimo a se fuis
Isai. 5. se plantatã,atque in ea totã curam, ac diligentiã necessariam a se fuisse adhibitã,addidit dicens: Nunc ergo habitatores Hierusalem,& uiri Iuda iudicate inter me, & uineã meam,quid est ꝙ debui ultra facere uineæ meæ,& nõ feci? An ꝙ expectaui, ut faceret uuas,& fecit labruscas, o Deus infinitæ maiestatis,atq; ineffabilis potestatis nũquid do mine istud dicẽs uires, atque potentiã tuam non cõminuis? An non est hoc potestati tuę derogare? Cum dicas humana corda ad obedientiam tui a te redigi non posse? Respondeo hoc nõ esse potentiæ eius derogare, sed duritiem,pertinaciamq; nostram exaggerare. Nã si Deus nos capillis apprehenderet, atq; in cœlum perduceret(sicuti nos sperare uidemur)potentiam suam potius nos cogendo,quam probitatem flectendo, uoluntatesque nostras ad ipsius amorem inclinãdo demonstrares. Hoc aũt esset,ut ait Thau- Thaulerus.
lerus ex cælo brutorum animantium carcerem efficere, non autẽ domicilium præmij quo afficiendi sunt homines,qui amore cõmouẽtur,spe inuitãtur,ac ratione ducũtur. 9
Et ita Doctor ipse uerba illa interpretatur, quæ dominus in Cruce dixit. Consummatũ est. Id est iam nihil est quod nõ tentauerim, quodque nõ fecerim, quod homines ad mẽ quærendum,atque diligendum commouere possit. Quocunque se uertant, res inueniẽt quę illis occasioni sint pudoris, atq; cõfusionis,nisi mihi seruierint, quibusque ad me diligendum stimulentur. Beatus Ioãnes Apoc. 12.
dicit se uocem de cælo audiisse dicentem. Proiectus est accusator fratrum uestrorum dęmon ab illa uoce hominum accusator appellatur. Veruntamen alium urgentiorem maiorisque fidei accusatorem,nos in die iu 10
dicii habituros esse arbitror, quod erit totũ artificium quo Deus ad nos sanctificandos quæsiuit, ex quo tam parum fructus percepimus. Hoc fratres mei si attente perpenderemus,nos magnopere deterret.

Vinea est hic credentium status, quem Deus habet in terra, quẽ uineæ nomine nũcupauit propter fructum amoris,& charitatis,quem se ex illa percepturum sperat, qui quidã in diuinis literis uinum dicitur. Et sic dicitur sponsę: Guttur tuũ sicut uinum opti Can. 7.
mũ dignum dilecto meo ad potandum labiis,& dẽtibus illius ad ruminandũ. O mirificam exaggerationem,qua quantum Deus hoĩum amore delectetur, aperte detegitur, cũ dicat hic sancta Scriptura postquam ipse 11
eũ bibit,labia relingere, hoc etenim facere solemus,cum qd edimus,quo maxime delectamur,auiditas enim delectationem parit, delectio uero rem gustui efficit dulciorem.

Est ãt ualde notãdum hic amorẽ guttur appellari. Et ratio est, qa queãdmodum in gutture uox cõflatur, atq; illic uires suas ut audiat, assumit sic opa nostra nõ plus apud Simile.
diuinas resonãt aures,quã quatenus in gutture,hoc est in charitate formantur,illic tantas accipiunt uires,ut dicat D. Paulus. Si tradidero corpus meũ, ita ut ardeã,charitatẽ 1. Cor. 13.

tem autẽ non habuero, nihil mihi prodest.

Cant.4. Ideo nõ absque mysterio dixit sponsus, Vulnerasti cor meum in uno crine colli tui. Non dixit capitis tui, sed colli tui. O rẽ admirabilẽ? qđ tantus Deus rei tã paruę amore capiatur. In hoc uoluit dñs significare q̃ tumuis minimũ sit, opus, dũmodo ex charitate procedat, fieri non posse quin Deo placeat, statimq; ad eius cor vulnerandũ per

12 ueniat, quanuis nihil aliud sit, nisi uas aquę frigidæ. Ideo dicit; in uno crine colli tui, idest, in uno minimo opere ex charitate procedente. Hoc aũt talis charitatis est guttur, ut insulsa, atq; insipida, quæq; iucunda perficiat: atque omnia in dulcorem conuertat. Ecquid pretij pro gutture illius qualitatis dares, ut q cquid, licet fel amarissimum, per illud præteriret, in mellis dulcedinem uerteretur? Hæc igitur est charitatis efficacia, quod omnia in suauitatem conuertit: ieiunia, disciplinas, cilicia, atq; ẽt, & martyrium dulcoret, sin minus ardẽtissimos Martyres interrogate, qui cũ sup candentes carbones iacerẽt, sup odoriferos flores se sedere indicabant. Etenim hæc charitas est tan-

13 quam uinum, quod (si ita dici potest) Deum inebriauit, atque extra se fecit exire.

Dion.li. 4.de cælest. Hierarch. Ita B. Dionysius. Audendum est (inquit) & hoc pro ueritate dicere, q ipse omniũ cã p abundantiam amantissimæ bonitatis extra seipsum fuit ad omnium existentiã. Hãc

Reg.6. uineã innumerabiliũ Angelorũ sæpe dominus circuiuit. Cum Rex Syriæ milites suos misisset ad Eliseum Prophetã apprehẽdendũ puer, Elisei uidens cohortẽ maxime, timuit, sanctus ãt Propheta dominũ exorauit, dicens, domine aperi oculos pueri huius, ut uideat. Et aperuit dominus oculos pueri, & uidit, q ecce mõs plenus equorũ, & currum igneorũ in circuitu Elisei. Si hoc dñs muuimine unũ iustũ obseruat; quãto maiori uniuersam Ecclesiam suam protectione custodiet? Nec uero illam Angelis circui-

14 re contentus est, sed ipsemet se illius uallum constituit. Et hoc significant uerba illa

Psa. 1. Prophetæ dicentis, domine ut scuto bonæ uoluntatis tuę coronasti nos. Et alia translatio dicit: Sicut scuto, dilectione coronasti nos, idest, circumuallasti nos. Et Chaldaica paraphrasis sic habent, ueluti clypeo, uoluntate bona coronabis nos. Hęc omnia significant clemẽtissimũ Deũ nostrũ bona uolũtate sua, charitate, ac mĩa quasi scuto nos undique circuire, atque custodire. Etenim hic coronare, idem est quod circundare, seu circuncingere nos ad modum coronæ. Sic legitur quod Saul, & eius exercitus circuncingebat Dauid ad modum coronæ. 1.Re.23

Hæc uinea quõdam in Hebræorum potestate fuit, q eam illis Dominus locauit: *Et peregre profectus est.* Hic ĩcipit assignari occasio, ex qua eorũ ingratitudo processit, quæ fuit absentia patrisfamilias. Arbitrati quippe sunt dominum fructus uineæ nullo unquam tpe ab eis esse petiturũ, & hoc stul- 15

te opinantes fecerũt quod in hodierna sancti Euangelij lectione fecisse dicuntur. Ideo Psal.9.

dicitur: Non est Deus in conspectu eius, ĩclinatæ sunt uiæ illius in omni tempore. Et ser Mat. 24

uus ille malus dixit: Moram facit Dominus meus uenire. Et sic multa mala perpetrare ausus est. Talis dicitur esse Deꝰ, qualem Hie.23.

mali eum contemplantur, cum Deus ubiq; per essentiam, præsentiam, atque potẽtiam existat, quia ut Propheta Hieremias nobis scriptum reliq t: Cælum, & terram ego impleo. Quia malis Deus lõge uidetur abesse, idcirco peregre discessisse dcitur.

Hæc fraudulenta opinio uniuersum fere mũdũ destruit, s. q Deũ a nobis longissime 16

distare putamus, nec nobis persuademus, illum tam cito ad rationem a nobis exigendam uẽturum esse opinamur, sed nobis ad gaudendum, atque peccãdum, & postea ad pñiam agendam tps non defuturũ esse iudicamus. Diabolus enim breuissimam q dem hominis uitam in cordibus nostris lõgissimam esse depingit. Pictores in rebus depingendis tali utuntur artificio, ut cũ eos æque in eadẽ depictæ sint tabula, alię proprius, & alię procul esse uideãtur. Sic facit Diabolus qui diem obitus nostri, qui quidem omnibus est proximus, eo artifitio depingit, ut q̃ longissime a nobis distare uideatur, ut sic nos ad omnia mala, quæ uult, possit attrahere. Hoc artificio miserũ adolescẽtem meretrix illa fefellit, & ad suas turpitudines alle 17

xit, de qua in prouerbijs sermo habetur. Dixit enim: Veni, inebriemur uberib. & fruamur capitis complexibus donec illucescat dies: non est enim uir in domo sua, abiit uia longissima, sacculum pecuniæ secum tulit, in die plenæ lunæ reuersurus est in domum suam. His uerbis illum decepit, dicens uirum suum, longe abijsse, plurimasq; secum pecunias, ad complura negotia cõficienda detulisse, & ita non tam cito esse reuersurum. Et ibidem dicitur, statim eam sequitur

quasi

quasi bos ductus ad victimam. In his uerbis
primū detegitur, quomodo caro nostra per
diabolū solicitata miserū spiritū falsa spe lō
gissimæ uitæ fallit, quo uoluptatibus, alijs-
que compluribus uitij indulgeat. Secundò
meretricis domus, ubi Deus offenditur, quã-
uis, plurimis cortinis, atque tapetibus exor-
nata sit, carnificium quoddam esse demon-
stratur. Hic namq; sacra Scriptura dicit, me
18 retricē hanc adolescenti dixisse, intexui funi
bus lectum meum, stratis tapetibus pictis ex
Aegypto. Et tamē subdit inferius, sequtur eā
quasi bos duct⁹ ad uictimā. Ecce quomodo
ædem illā locū uictimæ, atque occasionis ap
pellat. O maledicta domus ubi tot occidun-
tur animæ. Hoc est carnificium Sathanæ.
Huc infælices luxuriosos adducit. Neque
uerò ei capistri desunt, quibus infœlicem
hunc gregē in hāc domum includat. etenim
nonnulli sunt homines, q in hoc officio Sa-
thanæ deseruiunt, & alios ad peccandū indu
cunt. O scelestissime nunqd tibi non sufficit
animam tuam perdere, ut quid & alias cona-
tis euertere? Non sufficit q Deum tu perse-
19 quaris, quare & alios, q eum insectentur, ex
quiris. An ne tanto illū odio prosequeris, ut
illū a te offendi nō sis contentus, sed exerci-
tum etiā confles, quo huic optimo dño bel-
lum inferas? quæ nam tibi damna contulit,
ꝑpter quæ aduersus illū simultatem geras?
O Deus infinitę maiestatis, uerba mihi dñe,
atque efficaciam concede, ut quanta animi
contentione oporteat de hoc negotio sermo
nem habeam. Dicite fratres, scitis ne utrum
aliquod sit carnificium huiuscemodi in hoc
populo. Proh dolor? quomodo hoc dicam?
Quomodo hic dicam nonne sanguineis la-
crymis lamētandum est, q cum vniuersæ ci
uitati quantumuis magnę vnū carnificiū oc
cidendis pecoribus sufficiat, vnde toti Rei-
20 publicæ carnes deferūtur, in singulis tamen
uicis sit unū animarum carnificiū, ubi quo
tidiana illarū cædes exerceatur? Cumq; ani-
malium carnificium feris sextis, uigilijs, at-
que quadragesimis sit occlusum, his tamen
turpissimis carnificina spiritalis semper pa-
teat? O clementissime Domine, tu per inef-
fabilem clementiā tuam his malis remediū
adhibe; Hæc omnia ex diuturnæ uitæ falsa
spe proficiscuntur, & ex eo q mali uirū uia
longissima abijsse, id est, peregrè patremfami
liam ꝑfectū fuisse sibi psuadent. Ne autem
fallamini infælices peccatores, nam ut D.
1.Th.5. Paulus ait. Cū dixerint, pax, & securitas, tūc
repentinus eis superueniet interitus.
Cum autē tempus fructuū appropinquasset,
misit seruos suos ad agricolas, ut acciperent fru
ctus eius, & agricolæ apprehensis seruis eius,
alium uero lapidauerunt. O terribilem atro-
citatem, sic Dei nūcios, sanctos Patriarchas,
atque Prophetas tractari, qui etiam ab irra-
tionalibus, & insensibilibus creaturis ingēti 21
honori haberi cōsuescunt. Qui unquã agni Dani.6.
coram pastore suo adeo mites extiterunt, 3.Re.17
sicut leones corã Daniele Propheta, cum in
eorum lacum fuit immissus? Qui serui, aut
œconomi tam diligenter vnquã dño suo ser-
uierunt, quam corui Eliæ Prophetæ alimo-
niam ministrarunt? Quæ ullo unquam tem
pore nauis tutiores deduxit nautas, quã uen Ioan. 3.
ter ceti Ionam asportauit? Quæ mœnia for Dan.3.
tius cices alicuius urbis protexerunt, quam
ignis tres illos pueros in fornace Babylonis
inclusos muniuit? Quid igitur? cū bruta a-
nimantia insensibilesq; creaturæ Prophetas
ac seruos Dei, tanto respectu uenerentur,
uos Isaiam medium serra conscidistis; Hiere
miam alapis pcussistis: Mosen, nisi ad taber-
naculum confugeret, lapidare uoluistis: qui
bus uerbis tanta iniquitas satis dignè pote-
rit explicari. 22
Iterum misit alios seruos plures prioribus,
& fecerūt illis similiter, nouissime ãt misit ad
eos filium suum dicens: Verebuntur filiū meū
agricolæ autē uidentes filium dixerūt intra se.
Malitia utique hominum cum Dei probita Chryso.
te certabat, ait B. Chrysostomus. Eò ãt pro-
bitas hæc Dei puenit, unigenitum filiū suū
eis miserit. Hic profectò Deus miserationū
suarū cumulum atq; fastigium collocauit,
& maiori iure dicere nunc potest: qd debui
facere uineæ meæ, q non fecerim? Cum.n.
p Isaiam Prophetam hæc uerba dixerat, nō
dū actualiter in homines hoc contulerat be
neficiū: Hoc aūt ineffabili bñficio ita abusi
sunt, ut dixerint: *Hic est hæres uenite occi-*
damus eū, & habebimus hæreditatem eius. O 23
obstupēdã ingratitudinē? o terribile abomi
nationē? o cælum, o terra, insensibiles creatu
ræ super tm̄ scelus admiramini, ut sanctus
Moyses honorum scelestissimorum hominum
iniquitatem exageraret, dixit: Deum, qui Deu.32.
te genuit, dereliquisti, & oblitus es Domini
creatoris tui. Hic uero ulterius Iudæorum
malitia procedit, quandoquidem eo puene-
runt, ut creatorem suum uiolentas manus in
ferrent, eumq; tam atroci morte interime-
rent. O fratres in Christo Iesu, nūc ego uos

interrogo, vtrū hoc ēt de nobis dici potest, cū huius diuini Patris tantopere obliuiscamur. Historiographus q̄dā refert, adeo crudelē pestem, humanæq; reminiscentiæ corruptionē in Aethiopia fuisse grassatā, ut homines parentum liberorumq; suorū nomina obliuiscerentur, neque etiam suorummet uocabulorum ipsi meminerint, q̄ ex magna cadauerum multitudine, quæ in quodā præ-
24 lio procubuerant prouenisse dicit. Sit utiq; tanta inter nos spiritualis pestis gratus, atq; adeo immemores effecti sumus, ut ne diuini quidem Patris, ac domini nostri Iesu Christi nominis, nisi ad illud blasphemandum recordemur, nec liberorū, minus aūt proximorū nostrorum ad eis subueniendū meminerimus. Nostri ēt ipsorum immemores sumus quales nisi essemus, aliter utiq; melius, scilicet, ac sanctius ac uiuimus, uiueremus.

In his aūt, quæ mortaliter delinquimus, contemplamini nos iterū Iesum Christū crucifigere, sicut affirmauit Diuus Paulus, dicens. Rursum crucifigentes sibimetipsis fi-
Hebr. 6. lium Dei ad hoc un̄ malum sceleratissimi illi homines pp cupiditatem peruenerunt, sicut dicentes: *Et habebimus hereditatem eius.* Ex quo apparet q̄ merito dixerit D. Paulus. Radix omnium malorum est cupiditas. Et
25 ideo subdit, dicens: Tu aūt ô hō Dei hæc fuge. Ex his Sancti apostoli uerbis apparet
1. Ti. 6. quā difficilis sit sanatu humana cupiditas. Vnus, & alter arboris ingens ramus abscindi sine labore non potest. Arboris aūt radicem euelli, multo quidem difficilius, ac laboriosius est. Plurimæ etiā manus, & uires ad eā euellendam requiruntur. Diabolus tanquam arborē in hoc orbe malitiam inseruit cuius unus ramus est gula, alius luxuria, alius superbia, huius aūt arboris radicem san-
Simile. ctus Apostolus cupiditatē esse testatur. Magno labore opus est ad efficiendū, ut uorax gulam a se expellat, atq; ut carnalis, ac libidinosus continentiæ terminus septus teneatur:
26 ad auarū aūt conuertendum, eiusq; cor a rebus terrestribus abstrahendum longe ma-
Simile. ximus labor exigitur. Si filius tuus ab hostibus captiuus ductus est, difficilis est redemptu; si uero in inhumanorū, barbarorūq; hominum manus deuenit, qui humanis carnibus uescūtur, quid remedij est, nisi Deus miraculū faciat? Vniuersi peccatores sunt serui diaboli, ut summa ueritas affirmauit, dicēs: Omnis, qui facit peccatū, seruus est peccati.
Ioan. 8. In auaro aūt ulterius proceditur, non enim captiuus tm̄ diaboli est uerum & eius etiam esca. Hoc uerò a me primum dictū esse putatis. Audite ipsum Deū, cum serpenti maledi-
ceret, dicētem. Terrā comedes cunctis dieb. Gene. 3.
uitæ tuæ, i. ut D. Augustinus exponit: Cibus tuus erunt peccatores terreni, quorum corda cupiditate plena sunt quiq; oculos suos statuerunt declinare in terram. Hi sunt eius
esca: nam in illo hominum genere maximā 27
operationem, diabolus efficit. Illosq; in se adeò incorporat, ut mirum sit animā ab hoc uitio exire, ut aūt mihi fidē adhibeatis, animaduertite quales, quantasque in corde Iudæ radices egerit auaritia, & quæ diuinus eius Magister effecit, ut peccatum illud ab eius uisceribus euelleret. Apostolum suum illum creauit, faciendi miracula potestate donauit, suomet corpore in cæna cibauit, seuerissimè illum comminatus est, nihil tamen horum profuit. Liberet nos Deus à tali pertinacia, & a malo, quod tā profunde in humano corde radicatur. O quot sūt hodie in mūdo similes his qui dicunt; *Venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem.* Etenim se locupletari, hæreditatesq; habere non posse arbitrantur, nisi Iesum Christū uerū Deū occidant. Hoc est, existimāt se uiuere, atq; fa-
miliam suam alere non posse nisi peccent, 28
cōtractusq; illicitos, atq; usurarios faciant. Et sicut diuitias in peccato lucrantur, ita eas etiam in peccato deperdunt, sicut significauit dominus per Michæam Prophetam, dicens de quibusdam temporalibus diuitijs. Omnes mercedes eius igne comburentur, rationemq; assignans dicit, quia de mercedibus meretricis congregatę sunt, & usque ad mercedem meretricis reuertentur. Quasi diceret, quia uia comparatæ sunt, eadem dispenbunt: Male parta, male conseruantur, atque etiam occasioni sunt, ut ēt & bene parta simul cū eis male dilabantur. Qui nimiū
comedit, & stomachi cruditatem, atque in- Simile.
uersionem hēt, crudos, atq; digestos in simul cibos euomit. Sic qui aliena bonis suis com-
miscet, utraque plerunque perdit. 29

Et etiam ualde notandum quod uenientem hunc hæredē ad uineæ suæ fructus exigendos ingrati illi agricolę tam inhumaniter occiderunt. Super quo satis hodie, quod deploretur, existit, cum plurimos, quia quod sibi debetur exposcunt, afflictos uideamus, neque in debitores debitum negare cōtenti sunt, ad quod etiam transuersos adducunt textus: uerum etiam quando hęc non sufficiunt,

ciunt, eos comminationibus deterrent, gla
dijs cædunt, ac morte afficiunt. Hoc autem
a potentibus huius sæculi crebrius fit potē-
tiæ quippe suæ innituntur. Vna ex præcipuis
rationibus, quas diuinæ literæ assignāt, qua
re Deus diluuio mundum destruxit, fuit q̄a
Gigantes erant super terram, ac si dicerent,
vires, atque potentia, qua Deus illius tempo
ris homines corroborauit, eos superbos, ty-
Gene.6. rannosque effecit, cum Deus vires illis con-
cesserit, quibus deberent paruulis, atq; im-
30 becillis fauere. O diuites, atq; potentes sęcu
li quantopere Dei beneficijs abutimini. Au-
Deut.3. dite quid dixerit Deus filiis Israel: Transibi
tis per terminos fratrum uestrorū filiorum
Esau, & timebunt uos. Videte ergo diligen-
ter, ne commoueamini contra eos, & paulo
post, cibos emetis ab eis pecunia, & comede
tis, aquam emptā haurietis, & bibetis. Prius
eos admonet, ut cibos emāt, & postea come
dant, non aūt ē conuerso, aquāq; emant, &
ex puteis ipsi exhauriant, non aūt ut alienis
brachiis illam hauriri faciant. Etenim pau-
peres illi, quia eos uehementer timerent, lo-
qui non auderent. Ideo dicit. Timebūt uos.
At ne ad potentiā vestrā, eorumq; timorē,
sed ad æquitatē, quā facere debetis, attēdite.
O si ad hoc respiceretis ij, qui uos ī terra po-
31 tentes experimini, quot peccatis obuiaretis,
quotque debita solueretis, quæ creditores ve
stri a vobis exigere non audent, ne forte il-
los occidatis, aut potētia uestra opprimatis.
Hic est hres, uenite, occidamus eū. Ecquid
cupidus homo non facit, ne aliena bona re
stituat; Nunquā audistis de illo maximo La
byrintho Cretensi, ad quem facilis erat in-
gressus, omnibus autē exire volentibus diffi
cillimis egressus. Tot enim, tamque perple-
xos parietes habebat, ut illinc exire impossi
bile uideretur. In quo Minotaurus inclusus
morabat, qui oēs illuc intrantes edebat. Ta-
lis est auari crumena, est quasi labyrinthus
tot parietibus, ac loculis intrincata, ut pecu
32 nia, quæ semel in eam introierit, sero, aut
nunquam exeat. Mallet auarus uitam amit-
tere, q̄ male parta restituere. Habet in corde
Minotaurum, quę est cupiditas uniuerso de
uorare desiderans. Quapropter caueant pa-
tres confessarij ne talium hominum uerbis
fidem adhibeant, præsertim quando debitū
est magnæ quantitatis, considerent illos es-
se, sicut canistra in aqua inclusa, quæ quan-
diu illic sunt, aqua sunt plena, at ubi primū
illinc auferūtur, tota illis aqua diffunditur.

Sic etiam hi ad confessarii pedes constituti
bonis propositis pleni sunt, seq; omnia quæ
illis iubentur, factores esse promittunt, post
quam autem illinc recedūt, omnia illis pro-
posita effunduntur, ita, vt ne illorum quidē
gutta remaneat.
Qua parabola proposita, Iudæos Domi-
nus interrogauit dicens: *Cum uenerit Domi
nus uineæ, quid faciet agricolis illis?* Qui cū
eam de se dici non intelligerent, contra se-
metipsos sententiam protulerunt dicentes:
Malos male perdet, & uineā suā locabit alijs 33
agricolis. Tunc eis Dn̄s explicuit, illos hoc
esse supplicio dignos: quod & ipsi percepturi
erant, dicens. *Ideo dico uobis, quia auferetur
a uobis regnum Dei.* Non solum autem pro-
pter ipsorū scelera uineam amiserunt, quod
est Dei populum esse, sanctamq; eius legem
obseruare, & ipsius obedientiæ esse subie-
ctos: verum & terram etiam perdiderunt, &
sic per uniuersum orbem dispersi, atque af-
flicti incedunt. Et eos hoc supplicio Domi-
nus comminatus est, ubi postquam eis quæ
dā scelera fugere præcepit, eis dixit. Ne pol- Leu.18.
luamini in omnibus, quibus contaminatæ
sunt uniuersę gentes, quas ego eiciam ante
conspectum vestrum, & quibus polluta est
terra: cuius ego scelera uisitabo, ut euomat 34
habitatores suos. Cauet ergo ne & uos simi
liter euomat, cum paria feceritis: sicut euo-
muit gentē, quæ fuit ante uos. Quod & ope
re Deus adimpleuit. Nam propter ipsorum
peccata, atque idololatris, sæpenumero ad
exteras regiones captiui ducti sunt. Verūta-
men captiuitates illæ cito finitæ sunt: hæc
autem captiuitas infidelium Israel huc usq;
durat, atque durabit, eo quod alterum pec-
catum idololatria grauius commiserunt, vi
delicet, quia Deum suum occiderunt.
Apertè vidistis fratres quomodo hi infæ-
lices cum, quid facerent, non intelligerent,
aduersus semetipsos sententiā protulerunt.
O miseros nos? Si Deus nobis nunc parabo
las proponeret, cum tot sint scelera nostra.
Profecto nosmetipsos condēnaremus. Non 35
quid non meministis sententiæ, quam Da-
uid contra seipsum tulit, quando Nathan ei 1.Re.12
parabolam ouis adduxit? Qui nesciens se
aduersus semetipsum loqui, dixit. Viuit Do
minus, quoniam filius mortis est vir, qui fe-
cit hoc. Quid igitur nos diceremus, si turpi
tudines, cupiditates, ambitiones, simultates-
que nostras in parabolis nobis Deus depin-
geret: Precipue vero cū hæc mala postquam

tot a Deo beneficijs affecti sumus, operemur?cumque singulare hoc,atque ineffabile redemptionis donum acceperimus, atq; veniam suam Deus Hebræis abstulerit, nobisque tradiderit? Postquam Diuus Paulus dixit. Christo confixus sum cruci. Viuo autem iam nō ego, uiuit uero in me Christus, huius rei causam subdidit dicens: Qui dilexit me,& tradidit semetipsum pro me. Tot pro uniuersali illo beneficio Beatus Paulus 36 Deo gratias agebat, ac si pro se vno Dominus mortem subijsset,nam tantum singulis quibusq; profuit,quantum si pro uno quoque sigillatim offerretur. Sicut Sol vnicuiq; tam peculiariter illucescit, ac si illi ortus esset: Quid igitur nos respondebimus,q. post hæc omnia,tam tepidi,atque inimici crucis Christi sumus? Idcirco quando gloriosus Baptista prædicare cępit,cum iam Christus Redemptor noster in mundum venisset,dicebat. Iam securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor,quæ non facit fructum bonum,excidetur,& in ignem mittetur. Pro quo alij præsentis temporis uerba posuerunt, scilicet excidetur,& in ignē mittitur, quod maiorem uim habet, quasi rem iam præsentem,vel saltem prominentē nunciaret ijs, qui ex tam diuino beneficio fru-
37 ctum non percipiunt. O quantopere nos oportet illa verba semper memoria tenere, quæ Dominus dixit per Hieremiam Prophetam. Erudire(inquit)Hierusalem,ne forte recedat anima mea a te,& ponam te terrā desertam,inuiam,& inhabitabilem,siquidē hos Dominus propter ipsorum scelera dereliquit, quare & nos, cum peiores illis simus, idem supplicium non timemus? Scitis quare Deus nunc aliam nouam orbis partem a nobis longissime distantem mari detexit: quia iam illum nostri forsitan tędet,& illuc
38 vineam suam transferre conatur, Verum dicet quispiam, Nonne facilius erit ex malis Christianis bonos efficere,quam ex Ethnicis illis, qui Deum nunquam cognouerunt? Dico quodam modo ex parte operis facilius esse, bonum Christianum ex Ethnico,qui nunquam Christianus fuit,quam ex malo Christiano probū effici. Si quis ægrotat eo quod cepas,porros, rudesq; cibos comederit, potest ei medicus mederi gallinis, perdicibusque eum cibans, alijsque preciosis medicinis adhibitis, quando autem quis preciosis vescens epulis, saluberrimaque sumens medicamina infirmatur, ecquod ei remedium potest adhiberi? Christianus,qui diuina sacramenta suscipiens rem sacram, concionesque audiens infirmatur,quib. medicinis curari potest?ipsis utique sacramentis,veruntamen difficilius, siquidem per ingratitudinem reincidit. Ethnici autem,qui eo quod rudibus vescuntur epulis errorum, mentisque oculos obscuratos, atque caliginosos habent,ægrotant,si animis illuminarentur,quandoquidem post lapides abeunt; 39
eosque tanquam Deos venerantur, melius, atque ardentius Deum uerum sequerentur. Quę cum ita sint dilectissimi fratres,a sceleribus nostris resipiscamus,antequam a Deo deseramur,oportuna occasione vtamur,peccata nostra lamentemur,ueramque illorum pœnitentiam agamus, suamque nobis Dominus gratiam conferet,qua cælestis gloria comparatur, Amen.

Gala. 2. Matt. 6. Simile.

Dominica III. in Quadragesima.

Erat Iesus eijciens dæmonium, & illud erat mutum,&c. Lucæ 11.



ET si Deus septima die requieuit ab uniuerso opere, quod patrarat, nihilominus tñ uerum est quod Christus Redemptor noster dixit, Pater meus usq; modo operatur,& ego operor. Nam perfecta uniuersi orbis fabricatione semper animarum salutem operatur, neque ullo unquam tempore rem hanc facere cessat maxima in homines beneficia conferendo, illosq; ad ea recipienda inuitādo, ut sic eos ipsius amore inflammet,aliquādo etiam de proteruis supplicia sumens,ut eos ad se alliciat. Etsi secundus his attractionis modus, ut Isaias testat, alienus est a Deo, qui cum decem tribuum Israel euersionē prædiceret, statim subdidit dicens. Alienum opus ab eo,peregrinum est opus eius ab eo. Et ideo quasi inuitus illos Deus vtitur. Prior modus est infinitæ ipsius probitati conformior,atque idcirco ille crebrius utitur. Vnde beneficia,quæ in homines confert,consulto facit,quasi opera quibus maxime delectantur. Et hoc significant verba illa. Erat Iesus eijciens dæmonium, quasi opus hoc beneficij in illum miserum hominē conferendi ex proposito,summaq; animi contentione susceperit. Et sicut rem,

Gene. 2. 1 Ioan. 5. 2 Isa. 28.

qua magnopere delectabantur, effecerit. Ad huiuis diuini domini imitationem qui fideles sunt eius serui ea, quæ ad ipsius ministerium spectant studiosissime facienda suscipiunt: & tanquam sibi iucundissima libētissime conficiunt. Ob hoc Diuus Paulus, maxima commendabat dicens. Gratias autem Deo, quod fuistis serui peccati, obedijstis autē ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi estis, liberati autē a peccato serui facti estis iustitię. Non agit gratias sanctus Apostolus, eō q; peccatores fuerant Romani: sed quia etsi peccatores fuerant maxima efficacia, & ardentissimo cordis affectu diuinæ legis fidei obedierant. Atque idcircò dicit: obedijstis ex corde: & serui facti estis iustitię, quasi fidelissimi serui; q a domini sui pręceptis adimplendis non recedunt, neque caput, aut manus ab eis remouent. Et illud erat mutum.

Rom.6.

3

Præterita hebdomada nobis ostendit sancta ecclesia quot, quantaq; incommoda diabolus in hominis spiritu operetur, per ea uidelicet q̄ in filiæ Chananeæ corpore faciebat. Quæ hodie apertius in hoc dæmoniaco declarat, q quidem tam imaniter diabolo uexabatur, ut ab eo mutus, surdus, atque
4 cæcus fuerit effectus. In quo suum maximū erga nos amorē sancta mater Ecclesia manifestat. Nā qui vere amat, quū dilectum de re aliqua periculosa admonet, semp veretur ne forte non adhuc fuerit intellectus, & sic iterū de eadem re illū admonet. Idcircò sancta Ecclesia sæpenumero dęmoniacos nobis ob oculos proponit, quia ꝑmagni nostra interest, quot, quantasq; strages dęmon in anima edit, intelligere. Et hęc est una ex rationibus quare Deus dæmones in humana corpora introire permittit, quia magis cruciatum, cęcum, & mutum peccatorem efficiunt ꝑ peccatum. Et quamuis diabolus in animam ne
5 qui introire, exterioribus tamen ad illam euertendam sensibus utitur. Habet se tanquam perditus, ac libidinosus adolescens, cuius omnis cura est uirgines deflorandi, qui ut infælicem uirginem peruertat, dicit. Quid faciam, quia famulo meo non aperire tur virginis ostiū? Scio quid faciam. Virgo illa secum habet aliam adolescentulam ancillam suam, quæ cum ea simul educata fuit quam sororis loco habet, & cum ea recumbit, ueruntamen ut est infimis, atque ignobilibus exorta parentibus ipsaque malæ indolis, facile dominæ suæ honorem paruo pretio commutabit. Cum illa ergo loquitur ueste, uittisque illam exornat, quibus ipsa corrupta, atque peruersa dominam suā corrumpit, atq; ad alteri consentiēdum inducit. Quamobrem matronæ cauete ne famulæ vestre cum filiabus uestris, neque uobiscum nimium conuersentur, nam famula infimę conditionis, atque malæ indolis paruo pretio dominam suam uendit. Ecce dæmonis 6
artificium, quippe cum dominam, quæ est anima fallere non possit, cum famula malæ indolis, ignobilisque cōditionis agit, & modico eam peruertit. Inclinata autē caro facile spiritum flectit: qui eam magno amore ꝓsequitur, & quasi sororem habet, qua cū diu in una domo, idest, in uno supposito uixit. Sic mediante carne diabolus spiritum euertit. Et quāquam maximā habet superbiam, atque elationem, cum propter eam è cęlo exciderit, tamen in tam uili loco, qualis est caro se collocare non dedignantur. Vt enim te Deo reddat odibilem, uilissimum quemque totius orbis eliget locum. Quando dæmones facultatem à Domino petierunt, in 7
porcos ingrediendi, ut quid tam obscœnum locum illos petijsse suspicamini? Vt dominis eorum patientiam deperdere facerent. Vir primarius si uenationi deditus est, quan tumuis perpolitus incedat, in profundissimum quemq; limum se usque ad humeros immittet, ut illinc aptius in ceruū aut aprū sagittam dirigat. Sic diabolus, ut animā venetur, nihil facere dedignabitur, in absurdiorē, fætidioremque porcis locū se immitti eliget. Etsi (ut uera fatear) iā suspicor nunc non tot inuentionibus ad animas aucupandas opus esse, adeo enim mitia sunt animalia, ut ex quocumque loco tela sua dæmō ad libitum possit immittere, illaque occidere. 8
Adeo corrupti sūt hodie homines, vt si diabolus dormire posset, tuto dormire posset. Nam homines iam sibi ipsis aliisque peruertendis sunt diaboli. Et sicut Diuus Pau. non contentus est dęmones malos appellare, sed quia primi iniquitates inuētores extiterunt, ideo eos spiritualia neq; tiæ in abstracto nun cupat, dicens illos esse ipsam nequitiam, sic etiam nonnulli sunt homines, qui propter ipsorum malitiā nouos peccandi modos exquirunt: de quibus dicit Regius Propheta. Da illis secundum opera eorū, & secundum nequitiam adinuentionum ipsorum, secundum opera manuum eorum tribue illis, redde retributionē eorum ipsis, & in opera ma

Simile.

Ephe.6.

Psal.27.

Simile.

vt vidit cogitationes eorũ, dixit eis: Oẽ regnũ
in se diuisum, &c. O q̃ta experientia cõperit,
hæc sñia, cur corruit domus? quia parietes
alij ab alijs segregant, & tabulæ clauis mu-
cẽ connexæ dissoluũtur, & sic in terrã vtraq;
prolabũtur. Maceriæ ex disparatis lapidib.
cõpositæ nõ innitit ædificiũ, q firmũ, ac sta-
Simile. bile pseueret. Qđ si calce adunati sunt lapi-
des, q̃uis rotundi sint firmũ psistit ædificiũ:
& quo grauius eis põdus imponitur, eò fir-
mior efficitur paries: ex coniunctis pilis for-
15 tissimus funis efficit: q si segregata sint, nul-
lam hñt vim, sed statim abscinduntur. Idcir-
cò meritò dixit D. Hiero. Cõcordia res par-
uæ crescunt, discordia uero maxime dilabũ-
tur. Qñ is fuit status regni cœlestis in quo
dissensio, atq. diuisio esse potuit, sicut reue-
ra fuit magna illius pars desolata est. Nunc
aũt, quia in cõcordia cõstitutũ est (sicut ait
Iob 25. Iob, quis facit cõcordiã in sublimibus suis)
ne vnũ quidẽ ex incolis eius deperdi potest.
Aliqñ habitatores cęli uiatores fuerunt, &
ad visionẽ Dei iter fecerũt, neq; uero tũc de-
fuit seditiosus quisquã, qui iter eos diuisio-
nẽ inseruit, & sic regnũ illud magna ex par-
te periit. Alterum regnũ huic cõtrarium est
regnum inferni, in quo, qa diaboli in male-
dicta quidã concordia viuunt, cũ nunquã se
16 conuersuros esse decreuerint, ideo nullũ vn-
quã ex eius habitatoribus perdet. In eos. n.
dissensio neque introire, ita, vt unus dicat, il-
los malefecisse, quo peccauerunt, sed cuncti
in una maledicta obstinatione pseuerãt, ex
qua nunquã recedere poterant, sicut ait Da-
uid: Superbia eorũ, qui te oderunt, ascendit
Psal. 73. semper. Aliud regnũ est medium inter hæc
duo regna, videlicet mundus in quo bona
concordia est, qualis est adunatio bonorum
est ẽt, & altera mala concordia, qualis est cõ-
gregatio malorũ, qui ad malũ faciendũ adu-
nantur, atq. cõueniunt. Quia vero (q̃ est ma-
17 litia, ac miseria nostra) pauci hãc cõcordiã,
q̃ ex charitate procedit, obseruant: totusq;
mundus simultatib. atq; discordijs est ple-
nus, hoc est magnũ iudicium, ex quo cõjci
põt, illũ cito esse finiendũ: Hæc mala prędi-
cens nos cõminabatur Esaias Propheta cũ
diceret. Væ multitudini populorum multo-
Esa. 1. rũ, ut multitudo maris sonantis, & tumultus
turbarũ sicut sonitus aquarum multarũ ra-
piet, sicut sonitus mõtium a facie uenti. Væ
(inquit S. Propheta) seditiosis hoĩbus, q no-
lunt in pace viuere. Hi. n. tanquã puluis in
sublimi loco constitutus, ubi vẽtus magno
impetu aspirat, dispergerẽtur, atq. deficiẽt.
Hac efficacissima rõne probat dñs se nõ in
noĩe Beelzebub dæmonia eijcere. Nã cum
infernale regnũ ęternum futurum sit, nulla
in eo est discordia, nec alij diaboli alios ab
humanis corporib. expellunt. Neq; vero cõ-
tentus est bonus Iesus hãc rõnem adducere,
sed statim aliã subdidit dicens. *Si ego in Beel-*
zebub eijcio dæmonia, filij vestri ĩ quo eijciũt?
Plerunq, uerba hæc; Filij uestri, declarari so-
lent, i. Discipuli mei, q̃ expositio satis cõfor-
mis literæ mihi videtur. Postea enim addit
dñs: Ipsi iudices uestri erũt, quasi dicat. Vos 18
videtis discipulos meos potestate, quã a me
receperunt, dæmonia eijcere, quòd æqui, bo-
nique consulitis, siquidem de illis nihil dici-
tis. Cum idem opus in eis, atq; in me perspi-
ciatis, si ad opus, non autẽ ad personã respi-
ceretis, idem de illis, atque de me diceretis.
Cum uero non operis quidẽ defectu, sed ve-
stram et ipsorũ malitia moueamini, qua me
execrabili odio prosequimini, hinc est qd
de me, non autem de illis murmuratis. Vul-
tis dignoscere, utrum iudex passione, an ve-
ro rõne, atq, æquitate ducatur, attendite an
idẽ uitium æque in oĩbus puniat, si persona-
rum acceptator non est, idẽ de uno uitio in
oĩbus supplicium sumet: cum uero iudicẽ
pp unũ peccatũ de aliquo suppliciũ sumere, 19
cum alio autẽ idẽ uitium dissimulare pspi-
citis, merito supplicari potestis, illic, nõ iusti-
tiã quidẽ, neq; culpæ puniendæ desiderium,
sed malitiã, atq. passionẽ aduersus alterum
relinquentẽ dñari. Nam si ille iustitiæ zelo,
culpæq; odio duceretur, ubicunq. illã repe-
riret, nõ impunẽ relinquere deberẽt. Vultis
cognoscere, qñ alicuius opus condemnatis,
utrum iudicium illud, atq. opinio ex passio-
ne proficiscatur, an uero ex ipsius operis de-
fectu proueniat? opus illud in alterum trãs-
ferte, a quo nũquã fuistis offensi. Cumq; in
utroq; æque malum opus esse iudicabitis, se-
quitur operis defectũ uos ad illud condem-
nandum commouisse, sic autem opus illud 20
in amico uestro constitutum uobis non ma-
lum esse vr̃, aperte colligitur, defectus non
in opere quidem, sed in malitia uestra, qua
ad personam respicitis consistere. Hoc argu-
mento utitur hodie Christus R. N. Opus
quippe suum in alieno capite constituit, il-
lud a se in discipulos suos transferẽs. Siqui-
dem aũt in eis bonum erat, ẽt in se bonum,
atque irreprehensibile esse comprobat. Dicit
ulterius. *Porrò si*, idest, siquidem *in digito*

Dei

quam merito dr̄ eam in pace possidere. Hæc itē Deus significauit, q de diabolo loquens
Iob 4. dicit: Sed umbra dormit in secreto calami in locis humentibus: dicens illū dormire, significat quanta cū tranquillitate peccatores possideat. Sigillatim uero hic tria illorū genera designat: in qbus magnas agit radices, uidelicet, sub umbra, hoc est ī remissio, atq; negligēti: & in secreto calami, hoc est, in ho
27 minibus uacuis, ac uanis. De iustis dr̄ tāquā
Sap. 3. scintillæ in arundineto discurrent. Etenim iusti quasi ignæ scintillæ, inter peccatoress uiuunt. In his igitur inanibus arūdinibus, ī ter quas cum plurimi iusti qui tanq̄ igniculi peruolāt, cōmorentur, neq; uero eas in flammare sufficiunt, Diabolus leniter ac pacifice cōmoratur. Et in locis humentibus, hoc est, in turpibus, ac libidinosis hominib. In hoc triplici peccatorum genere peculiariter assidet Sathanas. Cum igitur diabolus tātam in hoībus dispositionē reperiat, cūq; peritissimus, atque expertissimus sit, ecquid non faciet? Miles, qui decem annos in prælijs uersatus, est, tam longa bellicarū rerū experientia pollet, ut facile cæteros milites antecellat. Cū ergo dæmō miles ueteranus sit, atq; ab
28 initio mūdi hoīes tentare, atq; oppugnare consueuerit, qd faciet? Valde ēt notandum est, ꝙ quemadmodum latro facilius in lutea domo, q̄ in fortissima arce comprehēditur. Sic diabolus facilius a paupere, q̄ a uiro nobili & diuite pōt expelli, in quo quidem tā q̄ in arce munitissima cōmoratur. Maximo quippe Dei auxilio opus est ad vnū iustorū conuertendum. In his ēt uerbis. In pace sunt omnia, q̄ possidet, alia inueteratorū peccatorū terribilis miseria declaratur, uidelicet, qd cū peccatū ex se terribile quoddā peccatoris tormentum sit in tātā insensibilitatē hō deueniat, ut in eo pacifice, atque tranquille uelit existere, redeatq; & delectetur, credens
29 se pp illud æternis inferni cruciatibus fuis-
Sap. 17. se condemnatum. Ecqua maior miseria in hac uita poterit esse hac? Exaggerat Spūs Sāctꝰ cor peccatoris inferni exēplar esse, dicens. Frequenter. n. præoccupant pessima redarguente cōscīa, cū sit. n. timida nequitia, data est in omniū cōdēnatione. Semper. n. præsumit pturbata conscīa. Dimittet vtique Deus conscīam, ut ipsa peccatorē psequat. Vult eā esse tanq̄ umbrā, q̄ quocunq; se hō cōtulerit, eū comitet. Sed dixit Deus Cain.
Gene. 4. Si male egeris, statim in foribus aderit peccatum tuum. Peccatum te aperto ore persequitur, ut siue fluuio, siue in uia, siue in periculoso aliquo loco supplantationē tibi moliatur, qua te in infernum pcipitet. Dixit Act. 8.
B. Petrus Simoni Mago: In felle amaritudinis, & in obligatione iniquitatis uideo te esse. Aduertite quo uocabulo peccatum appellauerit: felle (inqt) amaritudinis, quia peccatū ex natura sua humanū cor amaritudine, atq; angustia replet. Quod cū ita sit, obstupendum tn̄ est, quanta cum pace, ac uoluptate nonnulli peccato mortali uiuunt. 30
Nōnulli sunt mercatores locupletissimi, qui tam assuefacti sunt percipiendis incommodis, ut uix illa iam sentiant. Ideo quippe dictum est prouerbiū Mercatoris aures habere: quibus postq̄ nūciatū est nauim eius mercibus onustā naufragiū fecisse, aut tale mercimonium perditū fuisse, tam hilares, sicut ante remanent, atq; in forū læto vultu cum alijs locuturi prodeunt. Et plurimi magnates Hispani debitis onusti tam alacres incedūt, ac sine obolum quidē deberent: alijs uero cū drachmā debeant, uix pn̄t reqescere. Si admirabile est magna detrimēta nullam mercatoribus afferre tristitiā, neque magnates grauibus debitis non contristari quanto magis obstupēdi sunt uisu hoīes sceleribus 31
onusti, tot tantisq; incommodis affecti, plurimisque pœnarum debitis astricti & tn̄ tam læti, atq; contenti, ac si oīa, q̄ fides prædicat, mendaciū ac fabulæ essent. O terribilē calamitatem? Ecce fratres mei maledictum peccatorū statū. Quocirca uos clemētissimorū uiscerum Iesu Christi noīe adiuro, ut uestri metipsorum misereamini, nunc cum a Deo ad pn̄iam conuocamini, cumque ipse uobis gratiam offert, manumque cælestis auxilij porrigit, quo ex huius teterrimi tyranni potestate prodeatis. Quid igitur dicitis? uultisne? an non? quid statuitis? O quantum uobis bonum adueniret, si iam ex huius miseræ seruitutis uinculis dissolui uelletis.

Concludit tandem dn̄s aliam rationem 32
adducens. *Qui (inquit) non est mecum, aduersum me est, et qui non colligit mecū, dispergit,* idest, nō inuocat unum cōtrarium alterum contrarium ad effectus suos producendos. Non accersit nix ignem ad frigefaciendum neq; ignis niuē ad cōburendum. Sunt. n. effectus eorum cōtrarij. Ego (ait bonus Iesus) & diabolus sumus, cōtrariorū effectuū: nam ego fide, atque amore coniungo, ille autem odio, ac simultate dispergit. O quot uiros optimos coaceruat Deus ī sanctis religionibus,


bus,& in rebus publicis Christianis, quo in
iusto uirtutes accumulat, quantamque diui
næ uoluntati suæ conformitatem in eo con
stituit. Postq̃ Dñs dixerat per Ezechielem :
Eze.36. Effundam super uos aquã mundam,& mũ-
dabimini ab oĩbus inquinamentis uestris &
dabo uobis cor nouum,& spiritum nouum
ponam in medio uestri, dicit inferius: Multi
plicabo eo sicut gregem hoĩum, ut gregem
sanctũ, ut gregẽ Hierusalẽ in solemnitatib.
33 eius. O q̃ diuinę pollicitationes. Dicebat
quippe Deus a se coniungendum esse gregẽ
nõ bestiarũ quidẽ, qui sunt peccatores. Hi
enim appetitibus suis, nõ uero rõne ducun-
tur, sed hoĩum rationalium, qui nõ passione
quidẽ, sed rõne ducerentur. Neq; uero cõtẽ
tus est dicere: Gregẽ hoĩum, sed addidit etiã
dicẽs: Gregẽ sanctum. O quot sancti, greges
sunt in sacris religionibus. Nam etsi inter
laicos plurimi sunt uirtute præditi; maior
tñ huius status pars est perditorũ hoĩum: in
religionibus autem sunt greges sancti, sicut
gregẽ Hierusalẽ in solẽnitatibus eius; qñ, s.
ad solẽnitates properabant,& sacrificia offe
rebant, pinguesq; sanos, atque immaculatos
agnos immolabant. O beatum gregem, qui
34 sanctũ, & immaculatum Deo sacrificiũ no-
uit offerre? hoc est, Iesu Xpi Redẽptoris no
stri munus, sanctorũ uirorũ greges accumu
lare. Et si ubi nos legimus: Nos autem po-
pulus eius,& oues pascuę eius. B. August. le-
Psal.78. git: Et oues manus eius. Quis te condidit ô
Christiane? quis te in lucem edidit? quis te
sacco indui fecit? quis te in istos angulos in-
clusit? nisi præpotens manus domini, eiusq;
infinita uirtus, atq; potentia? Nunquid nisi
Deus te sua potenti dextera tangeret, tu ti-
bi persuadere posses, ut tã arctã, atq; pœnitẽ
tem uiuẽdi rõnem eligeres? Dominum igit
frater charissime assiduis gratiarum actioni
bus, laudibusq; extolle, atq; glorifica, qui
35 tot in te cõtulit beneficia, teq; seruorũ suo-
rũ gregi cõiunxit. Contra uero diaboli offi
cium est, in humano corde odia seminare,
aĩamque a diuina charitate, proximorumq;
Eccle.3 amore segregare. Siquidem igitur Christi fi
lij Dei,& diaboli tam contrarij sunt fines, at
que operationes, euidenter sequitur diuinũ
Saluatorem nequaquam dęmonis potentia
ad effectus suos faciendos esse usurum.

His oĩbus finitis, cõuersus est domin⁹ ad
hoĩem a quo diabolũ expulerat, dixitq; ei:
Cũ immũdus spiritus exierit ab homine &c.
quasi dicãt, caue tu o frater, q iã sanus factus
es, ne iterũ in peccatũ mortale prolabaris, ne
diabolus tui iterum dominetur. Nam licet
ex uno repulsus alios plurimos, ĩ quib. mo-
retur, inueniat, est tñ sicut auarus, qui quãto
plures diuitias acquirit, tanto plures adhuc
desiderat; nec quousq; illas cõparet, requie-
scit. Sic Sathanas est nimis auarus, cupidus-
que aĩarum, quo plures destruit, eo plures
euertere cõcupisci: & hoc desiderio, ac siti
æstuãs dicit: *Reuertar in domum meam unde*
exiui. Hoc uerbũ maximę Christianorũ ho 36
minum confusioni esse deberet, uidelicet; q
adeo secure diabolus se aĩæ dñari iudicet, ut
habitationem suam illam esse dicat; O quã
ta est hęc nobis ignominia. Dicit quippe Sa
thanas, se nihil æstimare, qđ ab aĩa expella-
tur, cum paulo post eã rediturus sit. Et hoc
est q hic dñs demõstrare uoluit, uidelicet q̃
facile hoĩes uitijs aditum patefaciunt, a qui
bus iam liberati sunt. Nonnulli qppe sunt
hoĩes, qui Deũ nõ habent, nisi tpe Quadra-
gesimæ, nec toto quidem isto tpe, sed illius
parte: q cum diabolus intelligat, confidẽter
ad hanc animã, q̃ domũ suam esse ducit, re-
uertitur. Et cum uenerit, inuenit eam scopis
mũdatam. Scopa immũditiã tñ abstergit, 37
q̃ homo nõ adhęret: ad lutũ aũt,& cespites
euellendos, q solo inhęrent, opus est batylo.
Idcirco in his uerbis ostendit Dñs, unam ex
causis, quare tã cito in peccata reincidimus,
esse, quia passiones & affectiones, malos que
mores, a corde non semouemus, atque radi-
citus euellimus. B. Matthæus hanc ipsam hi Mat.12
storiã recensens, dicit. Inuenit eam uacantẽ
& scopis mundatã. In quo denotat diabolũ
ex otio nr̃o ad redeũdũ occasionẽ assume- Ephe.4.
re. Ideo D. Paulus, cũ dixisset: Nolite locum
dare diabolo, remedium adhibet, ut laboret
unusquisq; operãdo manibus suis q bonum
est. Ille.n. diabolo aditũ patefacit, qui sãctis
exercitationibus non intendit. Ideo noluit Exo.16.
Dñs in integrũ annũ, aut mẽsem nec hebdo
madam coniunctim filijs Israel manna con 38
cedere: sed noluit, ut illud quotidie, excepto
die Sabbatho colligerent. Vt significaret,
nos quoti die operari ac ĩ dies promereri de
bere, excepto Sabbatho, per quod cælestis
beatitudinis requies significatur: ubi come-
demus,& perfruemus ijs, quæ in hoc sæculo
promeriti fuerimus. Dicit etiam, quod inue
nit eã ornatã. Lectus optime constructus, at
que exornatus nr̃ hominẽ ad recubãdum id
ipso inuitare. Hęc ornamẽta sunt peccati oc
casiones. Quemadmodum, q si exornatam,
pul-

pulcherrimisq; tapetibus perpollitam habet
domũ, hospitẽ ad morandũ in ea inuitat: sic
qui domi suæ occasiones habet diabolum
incitat, ut ad ipsum redeat. Idcirco li quẽs
Deut. 7. Dñs quõ Hebræi destructuri essent gentes,
dixit. Aras eorum subuertite, & confringite
statuas, lucosq. succidite, & sculptilia com-
burite. Oĩa vtique Deus funditus præcipit
euerti. Memoriam etenim peccati penitus
oportet obliui Moyses vitulum, quem filij
Exo. 33 Israel adorarunt, contriuit, in puluereq; cõ-
uertit, atq. illum populo bibendũ tradidit:
39 vt significaret, ne puluerẽ quidem peccati ĩ
hoĩe remanere debere, sed omnia consumi
oportere. Quod qñ hõ nõ facit; sed aliquas
occasiones relinquit, arbitrans illas parum
nocere posse, quia minimæ sunt, ex illis oc-
casionem, & audaciã accipit diabolus, ut re
deat! Cumq; non solus, sed septẽ alijs spiri-
tibus nequioribus, atq. (vt supra diximus)
potentioribus se comitatus accedat, oẽs tu
eo ingrediunt, & ibi pacificè cõmorantur.
Iud. 16. *Et fiunt nouissima hominis illius peiora priori
bus, &c.* Sic peccator ex malis, ad deteriora
progreditur. Samson prius duobus funibus
lineis, deindè neruiceis postea vero septem
40 nouis funibus, fuit alligatus: quanto magis
in Dalilæ necessitudine persenerabat, tanto
fortioribus eum vinculis alligabat. Postea
ipsa eius crines abscidit, deinde Philistæi ei
oculos eruerunt, vinctumq; illudentes per
vias plateas, ac tabernas deduxerũt, & exin-
de ad molã in eum traxerũt: sic peccator ex
malis in peiora procedit, quousque diaboli
eius crines, quib. caput operitur, abscindũt:
per quos verecundia significatur: qua deper-
dita eum quocunq. libet, deducunt. Oculos
euellunt, hoc est cœli, atq; inferni considera
tionẽ ei adimũt, nec se cœlestes delicias ami-
sisse dolet, nec inferni cruciatib. deterretur.
41 Tã laxis habenis per uitia decurrit, ut eius
turpis, ac flagitiosa viuendi ratio per vicos,
atque plateas omnibus innotescat, & de illa
vbiq; murmuretur. Illũ igitur hoĩem huius
secundæ ruinæ Dñs uoluit timore deterre-
re, quo in accepto bono perseueraret. Ego ve
ro vos deprecor fratres charissimi, ipsiusq;
Dñi nomine adiuro, vt ex hac admonitio-
ne fructũ percipiatis, & ingentia mala, qui-
bus hic inconstantes hoĩes cõminatur, ma-
ximè timeatis: atq. in incepto bono effica-
cissime pseueretis, ut diuina locupletati gra-
tia, æterna beatitudine frui ad cœlestia rẽ-
gna conscendere naleatis. Amen.

Feria IIII. post Dominicam III. In Quadragesima.

Accesserũt ad Iesum ab Hierosolymis Scribæ, et Pharisæi, &c. Matt. 15.



N hodierna S. Euangelij lectio
ne fratres charissimi nobis oñ-
ditur, quam ex animo ministri
iniquitatis uiri probis iniurias,
calumniasque inferre suscipiũt,
quantaque animi cõtentione Deus cum no-
tabili etiam persecutorum ignominia ipso-
rum honorẽ propugnat. Refert S. Euangeli
sta viros ex nobilioribus Synagogæ ab Hie-
rosolymis ad Galilæã profectos fuisse inep-
tã atq. inutilẽ querelã de sacris dñi discipu-
lis deferentes, uidelicet, quia cum panẽ ede-
bant, manus non abluebant. Quenquam in Simile.
saxosa uia pedib. offendi, nõ est mirandũ, in
latissima vero aula æquissimo laterũ strata
pauimento offendi, cęcorũ hominũ est. Et
sic hos, qui absq. ullo offendiculo offende-
bant, videns dñs cum hac insulsa quæstione
uenire, cæcos appellauit, dicens. *Sinite illos,* Mat. 12
caeci sunt. Sæpe etenim ad eum querelas de
S. Apostolis deferebant. Iterũ quippe con- Matt. 9.
questi sunt, qui in agro sterili spicas ad edẽ-
dum die Sabbatho colligebantur. Iterũ, qa
non ieiunabant, sicut discipuli B. Io. Bapti-
stæ. Quam de aliena viuendi rõne curã ge-
rũt. Signum vtiq; hoc est malæ cõsciẽ. Pro-
fecto nusquã reperietis, S. Apostolus de Phá
risæorum uita discepisse, erant. n. virtute
præditi, neq. alienorum morum rõne habe-
bant, sed totam de se curam gerebant, mo-
resq. suos solummodo perscrutabant. Imo
cũ semel eos dñs interrogaret, Quem dñt Mat. 16
hoĩes esse filium hoĩs? Scientes Pharisæos Mar. 8
de illo murmurare, eo q cum malis hoĩbus
conuersaretur, ipsosque dixisse, quare cũ pu Luc. 9.
blicanis manducat Magister uester? noluc-
runt illi hoc dicere, nec de illis quicquam lo
qui. Et quamquam de alienis moribus disce
ptare, atque murmurare nimis nociuum sit;
vnde mordax lingua comparata est a Pro-
pheta Dauid sagittæ acutæ, magnoq; impe
tu dimissæ, & ardentissimi carbonibus, com
rñdens interrogationi illi. Quid detur tibi,
aut quid apponatur tibi ad linguam dolo-
sam? dixit: Sagittæ potentis acutæ cum car
bonibus desolatorijs. Vbi Hebræi legunt,
Cum carbonibus iuniperi. Carbones iuni-
pera

peri diurius ignem conseruant, q̃ carbones quercus, aut ilicis: & hic est lignis intensissimus. Si murmurator de te rumorem in populo excitat, duobus flatibus ignem inflammat, qui toto vitæ tuæ tpe durat, honoréq; tuum cōburit, multo tñ maius affert detrimentum cum de viris Ecclesiasticis, Deoq; dicatis detrahitur: quibus maximū honoré, atq. reuerētiam oportet exhiberi, Glossa dicit: quia cū Dauid in spelunca Saulis chlamydis fimbriã abscidit, q̃a Saul erat Christus Dñi, a Deo hoc supplicio fuisse punitū, ꝙ aliquot annos añ ipsius obitum vestib⁹, quas gerebat, non calefieret, sed semper algeret. Et cum Ananias Iudex B. Paulum percuti iussisset, asperrime ab ipso S. Apostolus fuisse reprehensum: cui cum Ananias sacerdos esse diceretur, ridit Apostolus: Nesciebam fratres ꝙ princeps est sacerdotum: Quasi ab eo veniã petens. Si igiť Saulis pessimi fimbriã chlamydis Dauidi non licuit obscindere, nec voluit B. Paulus iniquum sacerdotem, qui eum iniustè puniri iubebat obiurgare, qūo innocentē licebit infamare, qui nō solum tibi non obest, sed forsitan ēt prodest? Cauete igiť diligentissime fratres charissimi de tanto malo. Quod non solum dñs in futuro, sed ēt in hoc sęculo punire cōsuescit. Et ualde notandum est, ꝙ cū plurimi Hierosolymis scelerati hoīes morarenť mali, s. iudices sicut Pilatus, latrones, sicuti Barabbas, & alij plurimi adulteri, qualis erat Herodes: simoniaci sicut Annas, & Caiphas hi tñ Pharisæi non dicuntur eos reprehendisse, nec minimum quidem asperitatis verbū locutos fuisse. Tantummodo ad dñi discipulos obiurgandos ora, & linguas hēre videbanť. Hæc est consuetudo ministrorū Sathanæ S. Apostolus, & seruos Dei persequi, & de eis detrahere, támē; de clerici, q̃ de religiosis murmurare. O quantopere de his q̃ritur Deus per Esaiam dicens. Filij auguratricis, semen adulteri, fornicariæ. Super quem dilatastis os, & eiecistis linguam? si sciretis fratres, quem illusistis, & de quo detraxistis, pudore, confunderemini scientes, quantum Ecclesiasticis, religiosisq. viris debeatis, qui quidē lachrymis, & forsitan ēt sanguine suo pro vobis semper intercedūt. De uiro iusto dicit Dauid: In Cathedra pestilentiæ non sedit. Vbi alij legunt: In Cathedra derisorū nō sedit. Non. n. conuersatur uir iustus cū tā puersis hoībus quales sunt murmuratores.

Glos. su. lib. 1. Reg. 36.

Act. 23.

4

5

6

Esa. 57.

Psal. 1.

neq; illud affirmare debet, error.n. hic eſſet
maximus, q̃a quāuis pænitentia uera fuerit,
pōt quis poſteà relabi, & de facto relabuntur
plurimi poſt pęnitentiam ueram, quia radix
peccati eſt liberū arbitriū: D. āt Baſil. hoc di-
xit, ut homines deterreret, nè ad peccata tam
facilè redirent. Et quia ut dixi, conijci id po- Heb. 6.
teſt, non affirmari: ut Diuus Paulus quoque
nos deterruit ponens difficultate reſurgen- 30
di, cum ait impoſſibile eſt eos qui ſemel il-
luminati ſunt, &c. & prolapſi ſunt rurſus re-
nouari ad pænitentiam, ideſt, per pęniten-
tiam. Impoſſibile, ideſt, difficile.
Hoc ſermone paulatim mulier iſta pecca
trix diſpoſita eſt & præparata donec mani-
feſtauit ei dominus ſe eſſe Meſſiam tot ſecu
lis expectatum. Illa uero fide & amore ple-
na, relicta hydria abijt in ciuitatem, ciues
ſuos ad perfruendum eo, quod inuenerant
bono inuitaret. Hec res fratres chariſſimi in
uitat nos ut corda noſtra humiliter & deuo
tè inclinantes infinitam illam maieſtatem
adoremus, cuius opera, & iudicia tam admi
rabilia ſunt, cuius electio tā diuina, cuius li-
beralitas tam magnifica, qui nemini iniuriā
faciens plurimos ſummis beneficij exaltat, 31
& hi quidem peccatoribus fiunt ab eo Apo
ſtoli, illi uero de perſequutoribus ſuorum
operum prędicatores, alij de Samaritanis E-
uangeliſtę. Quare talem habere Deum gau-
deamus, qui, ſi ita fauet illis, qui eum non
quęrunt, quid faciet quęrentibus eum? Quę
ramus ergo ſumma cum diligētia ut hic per
gratiam inueniamus, poſtea per gloriam.
Amen.

Domi-

Dominica IIII. in Quadrageſima.

Abiit Ieſus trans mare Galilaæ, quod eſt Tyberiadis, &c. *Ioan.6.*

Simile. 
Qui in mari nauigant, in terram aliquando deſcendant neceſſe eſt, ut aquam dulcem ſibi, & cibaria comparent, quo facilius iter ſuum proſequi poſſint.

1 Cum nauigent hoc tempore Chriſtiani per hoc pœnitentiæ pelagus, reficit nos hodie, ac recreat pia mater Eccleſia, vt læti progrediamur vlterius. Quare lugubribus exuta veſtibus nos inuitat ad gaudium, dicens initio miſſæ: lætare Hieruſalem, & gaudete cum lætitia, qui in triſtitia fuiſtis, ut exultetis, & ſatiamini ab vberibus conſolationis noſtræ. Nō omnes lætari vult, ſed eos, qui in triſtitia fuerunt, nō eos, qui in peccatorum ſuorum cæno hærent adhuc, & cum iā quadrageſimæ dimidium tranſactum ſit ne mi nimam quidem peccandi occaſionem prætermiſerunt, & nulla vſi ſunt diligentia, ut Pſal. 47. conuertantur ad Deum. Hi nullam lætitiæ
2 cauſam habent, ſed ij tantum, quę debita vſi ſunt diligentia. Ita affirmat Dauid dicens: ſicut fluit cera a facie ignis, ſic pereant peccatores a facie Dei, & iuſti epulentur & exultent in conſpectu Dei, & lætentur in lætitia. Et ut maiorem nobis lætitiæ cauſam pbeat, refert nobis Eccleſia admirabile Chriſti Redemptoris Noſtri conuiuium, quod magnæ hominum multitudini dedit, quæ Mich. 5 cum ſequebatur Propheta Michęas in celebri illa prophetia de filij Dei aduentu, poſtea quam dixit, & tu Bethlehē Ephrata ex te egredietur dominator Iſrael, & egreſſus eius ab initio a diebus æternitatis, narrare incipit bona, quæ eius aduentus homini-
3 bus erat allaturus dicens, & ſtabit, & paſcet in fortitudine Domini in ſublimitate nominis Dei ſui, & conuertentur, quia nunc magnificabitur, vſque ad terminos terræ. Singula verba notate, ait, ſtabit, quo ſignificatur Dei ad benefaciendum promptitudo, & ita hodie quoque, ut turbas paſceret ſediſſe dicitur. Ait Stephanus, video cœlos Act. 7. apertos, & Ieſum ſtantem, id eſt, adiuuantem me, vt Diuus Gregorius declarat, & Sanctus Thomas, ex quo regulam interpretes colligunt, cum in ſacra ſcriptura certa diſpoſitionis forma apponitur, op' aliquod ſingulare ſignificari, ut hic ſtabit, & ſtantem, quare optime poſt ſtabit ſequitur, & paſcet in fortitudine, in fortitudine, quia nullus aduerſarius opus ſuum impedire poterit. Vt optime Ioannes affirmat dicens. Ego uitam æternam do eis, & nemo rapiet eas de manu mea, ait præterea in ſublimitate nominis Dei ſui. Nomen ſignificat potentiam, virtutem, & fortitudinem, ut ait Dauid: Inimicos noſtros uentilabimus cornu, & in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis: auxilio tuo domine aggrediemur hoſtes, & eos iactabimus in aerem, vt taurus ſolet cum homines ſublatos cornibus rotat, & in nomine tuo, id eſt, in
4 uirtute tua eos ſuperabimus. Et hoc ſignificat, quod dixit dominus, pater ſancte ſerua eos quos dediſti mihi in nomine tuo, id eſt, in uirtute tua. Hoc loco ubi nos legimus, ſublimitate, ſeptuaginta interpretes legunt, in gloria nominis, id eſt in glorioſa uirtutis tuæ manifeſtatione. Hebræum uerbum, quod hic eſt ſignificat magnificare. Et ita D. Hieronymus declarat, hoc dicēs oſtētabit Deus uires potentiæ, & magnitudinis ſuæ in illis cuſtodiendis, & alendis, ait, præterea, & conuertentur, quia nunc magnificabitur. Sanctus Hieroymus, & Simachus
5 uerterunt ex Hebræo, & ſedebunt, quia tūc magnificabitur Chriſtus, nunc ſedebūt, qđ impletum eſt in hodierno conuiuio, in quo eos paſcens dominus ſuā oſtendit virtutē. Ex his omnibus uerbis inferre poſſumus, quantum huic domino debeamus, & quanta cum fiducia ad eum in neceſſitatib. confugere poſſimus, cum ſemper ſtet, & paratus ſit, ut opem ferat.

Dicitur ergo in ſancto Euangelio. *Abiit Ieſus trans mare Galilaæ.* Inuenimus aliquādo Ieſum Chriſtum Redemptorem noſtrū acceſſiſſe ad mare, ſed non fuiſſe ingreſſum, ut ait Matthęus, ambulans Ieſus iuxta mare Galileæ. Alias ingreſſus eſt, & egreſſus, ut cum Petri nauem ingreſſus eſt. Hic
6 vero abiſſe trans mare dicitur, in quo tria Chriſtianorum genera repræſentantur. Primi ſunt, qui accedunt ad mare, & non ingrediuntur, ſecundi ingrediuntur, & ſtatim exeunte. Alii ingrediuntur, & vſque in finem nauigant. Mare ſalſum, & amarum pœnitētia eſt contritionis amaritudine plena, nam ut mare cadauera omnia eiicit ad litus, ita uera pœnitentia culpas omnes eiicit, & peccata Mare perpetuo creſcit, & decreſcit, in vera

Marginalia: D. Gre. Homil. 29. in Euang. — D. Tho. 3. p. qō. 58. arti. 1. ad vlt. — Ioan. 10 — Pſal. 43. — Ioan. 17 — Hieron. & Simach. — Matt. 4 — Luc. 5.

vera pœnitentia semper crescit cognitio, & amor Dei. Amor verò proprius, & propria æstimatio decrescit. Itaque, qui accedunt ad mare, & non ingrediuntur sunt, qui culpas suas, & pœnas, quia ijs merentur cognoscentes deterrentur, & hoc timore ad pœnitentiam accedunt, sed cum eam amaram inueniunt, ingredi recusant. Durum videtur, & amarum concubinam dimittere, rem malè partã restituere, iniurias ignoscere. Alij omnes istas difficultates contemnere, & ingredi hoc mare statuunt, sed magno animi impetu & ardore ingressi defatigantur, & statim egrediuntur.

7 Simile. O magnæ Adæ filiorum miseria, vt tantæ imbecillitatis non pudeat? Vidistis ne vnquã aggredi aliquem sumptuosi alicuius ædificij fabricam, parietes latissimi, membra, & cubilia plurima, magnum futurum ædificium existimatur. Sed en moritur Dominus, & remanet, quod futurum erat palatium vaccarum stabulum, ita nõnulli sunt, qui suæ conuersionis initio feruentissimi sunt, corpus seuerissimè castigant, silentium diligentissimè seruant, orant, ieiunãt. O magnum, & sumptuosum ędificium, sed statim moritur Dominus, deficit sanctum illud propositum, redit ad peccatum, amittit gratiam, bestiarum, i. vitiorum, & peccatorum fit stabulum.

8 Rom.6. De hoc D. Paulus quærebatur dicens, qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc uiuemus in illo? Qui peccatum suorum remissionem acceperunt, & iterum peccant, magnum sacrilegium committunt. Quiaq̃ tum in ipsis est passionis & mortis redẽptori nostri pretiosissime effectum annihilant, & ideo ait, quõ adhuc viuemus in illo? Quasi impossibile illi videatur, hominem tam ingratum esse, vt id agat.

Quomodo adhuc viuemus in illo? quomodo asperam, & duram diaboli seruitutẽ non consideras? quomodo Deum eiusque
9 gloriam amittere te non cogitas? quomodo horribile pœnarum, tormentorumq; periculum non times? quomodo adhuc viuemus in illo? O verba, quæ timore magnum nobis deberent incutere nisi lapidib. ipsis insensibiliores essemus, & notãdum est, quod viuere peccato est illi seruire, & obtemperare, quicquid ad peccatum requiritur, facere, ut faciebant illi, qui aiebant, uenite fruamur bonis, quæ sunt, nullũ sit pratum, quod non pertranseat luxuria nostra. Mori (Sap.8.) vero peccato est contrarium omnino præstare, ut faciebat ille, qui vero virtutis tramite insistens aiebat, custodiui uias dñi, neque impie gessi a Deo meo, & ero immaculatus cũ eo, & obseruabo me ab iniquitate mea.

Alij sunt, qui pœnitentiæ mare ingressi nauigant ad alteram partem, i. vsq; ad mortẽ, qua ex hac in aliam vitã transeunt, hi sunt, qui diuino Christi R.N. conuiuio, & gloria est fruuntur. Hoc significat D. Paulus, cum ait. Cõfido in uobis, quod qui incepit in uobis opus bonum perficiet, vsque in diem Iesu 10
Christi: præsentes dies nostri vocantur, quia quicquid uobis videtur facere in illis possumus. Mortis uero dies, Iesu Christi dies vocatur, (Simile.) quia uitæ nostræ ratio reddenda tũc erit, & quicquid nobis videbitur facere non poterimus. Vsque in hanc diem perseuerare debemus in sanctissimæ huius nauigationis cursu.

Abijt Iesus trãs mare Galilææ. Cũ quis ab alio in terra discedit, semper aliquod sui vestigium relinquit impressum, at in mari nullum omnino remanet: Deus quoq; cũ abijt ab alijs maritimo itinere discedit, in quibus vix ullum boni uestigium relinquit, ab alijs uero terrestri in quibus alicuius timoris, & misericordiæ uestigium remanet. A Iudæis 11
discedens trans mare abijt, quo significauit nullum in eis boni reliquisse uestigium. Liberet nos Deus, ne ad hoc malitiæ culmen deueniamus.

Et sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur, &c. Vix quęrit Iesus pp Iesum sed temporalis alicuius lucri gratia cũ sequmur, ut isti, qui ut ab infirmitatibus suis curarent sequebant eũ Missarũ suffragijs petitis a Deo, ut uos a peste febri, maris periculis liberet? quod quidem malũ non est, sed bonũ, at quot inuenietis, qui bona spiritualia petant, ut .s. superbiæ, luxuriæ, & inuidię morbo curent, ut humiles, mansueti, & pacifici fiant? Fieri hoc hodie non solet, sed uerus est 12
morbus. Per Oseam de hoc quærebat Deus (Ose.9.) dicens, super triticum, & super uinũ ruminabant, & discesserunt a me, i. omnes eorũ cogitationes, & studia sunt de uino, tritico, & huiusmodi rebus temporalibus, me autem a quo ista accipiunt, contemnunt. O bone Deus, quæ miseriæ, & infęlicitas, res tanti pretij, ut spirituale sunt, ita contemnere? Dicere etiam possumus, quod uerba illa: *Quia videbant signa, &c.* quãquã curiosita-

tem

tem ſignificare videatur, deuotionis fuiſſe effectum, quia uelle domini miracula uidere, quæ infinitæ ſuæ ueritatis, & fidei confirmãdæ cauſa faciebat, meritorium erat, & ita ait
Hebr. 2. D. Paulus de doctrina Euangelica loquens: cõfirmata eſt cõteſtante Deo ſignis, & portentis, & in uarijs uirtutibus, & Spiritus ſancti diſtributionib. ſecundum ſuam uoluntatem. Cum igitur tunc tãta hoĩum multitudo Xp̃m Dei filium ſequeretur, & multi ẽt
13 hoc tempore ſequantur, quos tu o peccator tuis oculis uides, cur obſecro tu quoque ex eorum numero nõ eſſe? Sed heu, heu, heu, neque ex illis es, neq; alios eſſe uelles. Egreſ-
2. Re. 15 ſus eſt Rex Dauid, & ambulabant iuxta eũ uniuerſi ſerui eius, & omnes pugnatores ualidi præcedebant regem, cumque hac multitudine ſeptus incederet, ſequenti capitulo, dicitur, & ecce egrediebantur inde uir de cognatione domus Saul, præcedebatque egrediens & maledicebat, mittebatque lapides
Simile. contra Dauid, & contra uniuerſos ſeruos regis Dauid. Hoc idẽ hodie fit cum tot boni
14 & iuſti cæleſtem hanc regem Ieſum Chriſtum ſequuntur, tu uiliſſime peccator lapides in eum iacis, & maledicta.

Cum ſubleuaſſet ergo Ieſus oculos & uidiſſet, &c. O fælices illos, quos cũ Deus attollit oculos, ſe ſequi uidet, nam ſtatim de auxilio & remedio cogitat. Poteſt ne hoc dici fratres chariſſimi, quod quoties in uobis Deus ſuos oculos figit, figit autem ſæpiſſime, uos in eorum numero uidet, qui eum ſequũtur? Veſtra certe bp̃a cõtrariũ oĩno teſtari uidentur, de Hebræis inq̃t dñs. Nonne uides, ꝙ
Hier. 7. iſti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Hieruſalẽ? Filij colligũt ligna, & patres ſuccendunt ignẽ, & mulieres conſpergunt adipẽ, vt faciant placentas reginæ cæli, & libent
15 dijs alienis & me ad iracundiam prouocent. Nonne hoc ipſum his tẽporibus contingit ĩ ueſtris domib. in ueſtris ciuitatib. in ueſtris plateis? Oẽs Deum offendendo occupati hic ludendo, illic mentiendo, alij rixando, alii murmurando, patres, filii, mulieres omnes Sathanę ſacrificia, ueſtro aũt creatori iniurias faciẽdo, occupati. O ꝑ magni huiꝰ Dei uenerationem pudeat uos hæc ante oculos ipſius facere. Audite quid dicat. Lauamini,
Iſai. 1. mundi oſtote, auferte malum cogitationem ueſtrarum ab oculis meis. O uerba miræ exaggerationis, quib. quantum Dei ſit odiũ in peccatum oſtenditur. Cum odium in aliquam rem ſignificare uolumus dicere ſolemus, eam e medio tollite, nec eam uideãt oculi mei: Quibus uerbis mire odium exaggeratur, ut ita quanto odio peccatum proſequatur Deus oſtendas, ait ſe illud uidere nõ poſſe. Et maior etiam exaggeratio fit, eo, ꝙ hoc non de peccato perfecto, & conſummato dicat, ſed cum adhuc in cogitatione eſt, nec ad extremum opus deuenit, cum adhuc in flore eſt, nec adhuc in fructus erupit, uix apparet malũ, cum clamat Deus, naſci malũ uideo, auferte illud, tollite ab oculis meis, 16
non progrediatur ulterius. Auferte malum cogitationum ueſtrarum ab oculis meis, nõ ait, auferte malum operum ueſtrorum, neq; deſideriorum, ſed cogitationum. Quod ſi tãtum cogitationes ipſas odit Deus, quanto magis oderit opera? quare malas cogitationes malaq; opera auferre fratres: & ſtatim uos, ut filios aſpiciet, & opem feret.

Cum ſubleuaſſet oculos, &c. Non erat ei opus oculos ſubleuare, ut multitudinẽ illã Eccl. 36
uideret. Qui inſpector ſeculorum uocatur, ſed hoc modeſtia ſignificatur, qua ſenſus ſuos exteriores cuſtodiebat & quã demiſſos gereret oculos, cum eos ſubleuaſſe dicatur, Exo. 3.
ut uideret. Significatur etiam diuina eius ꝓuidentia; ſolet enim prius aſpicere tum opẽ 17
ferre, & ita dixit Moyſi: Vidi afflictionẽ populi mei, & deſcendi ut liberarem eum. Nos e contra Deos aſpicit, & ſuccurrit, nos aſpicimus, & oculis auerſis ulterius pergimus, ut ſacerdos ille, & leuita, qui Samaritanum uulneratum uiderunt in uia, ſed uiſo illo Luc. 10.
tranſierunt. Si iiſdem oculis quibus hanc multitudinem reſpexit Ieſus, nos eius pauperes intueremur, tanta profecto damnatorum turba non eſſet, non expectauit dominus, ut ab eo cibum peteret, ſed ſtatim adeſſet præuidit, largitus eſt. Nos uero tot pau- 1. Re. 25
perum uocibus ita mouemur, ac ſi lapides; 18
non homines eſſemus, magna profecto ſæuitia, & impietas. Refertur miſiſſe Dauid ſeruos ſuos ad hominẽ quendã diuitẽ uocatũ Nabal, qui egere ſe ſuosque ſeruos ei nunciarent, ſe eius greges in deſerto cuſtodiſſe. Quodcunq; inuenerit manus tua da ſeruis tuis. Reſpõdit auarus. Quis eſt Dauid, & q̃s eſt filius Iſai? Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes, quas occidi tonſoribus meis, & dabo uiris quos neſcio un̄ ſint? Pſ. 126.
Ita & hodie fit, nam cum diuinus hic Dauid Ieſus Chriſtus, ueſtrarum omnium rerum cuſtos ſit (quia niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra uigilat qui cuſtodit eam) mit-

mittit ad uos seruos suos pauperes, qui ege-
re se nũtient, eget enim quotiens pauperes
q eius mẽbra sunt, egent. Vos aũt ac si igno
tus uobis esset Dauid, acsi nullã Dei cogni-
tionẽ, & fidem haberetis, respõdetis, tollam
ergo panes meos, aquas meas, & carnes con-
sortibus meis, cõcubinæ, ludo, gulæ, sumpti-
bus inutilibus, quæ oĩa tonsores sunt, q ue-
stra oĩa tondent, & consumunt. O Deus ma-
19 iestatis infinitæ, illumina eos dñe, ut quan-
tũ hoc sit malũ intelligãt, & se corrigant, ne
sæua illa morte puniantur, qua infœlix ille
Nabal mortuus est, de quo dicit ibi, ꝙ cum
audisset, ꝙ eius uxor Abigail fecerat, ut Da
uid placaret, e mortuũ est cor eius intrinse-
cus, & factus est quasi lapis, cumq; pertran-
sissent decem dies ꝑcussit eum dñs & mortu-
us est, quia in pauperes durus fuerat: hoc sup
Simile. plicij genere Deus punire uoluit, ut mutare
tur quasi in lapidem. Cum mulier partus do
loribus moritur, cæteræ oẽs parituræ eũdem
sibi timẽt euentũ. Mortuũ illũ audimus, q a
in eo pariendi eleemosynam uirtus defecit.
Cũq; tot bonorũ quæ a Deo acceperat ple-
nus, & quasi prægnans esset, parere nõluit, &
paupibus opẽ ferre, & ideo seuerissime est
a Deo punitus. Cur igitur, o diuites auari eũ
dem uobis exitũ, eandẽque pœnã nõ time-
20 tis, cũ eadem in nobis pariendi uirtus defici
at? Deus uos illuminet ut parere possitis.

Dicit ad Philippũ, unde ememus panes, etc.
Quãquã Deus oĩbus necessitatibus succur-
rit, prius tñ aĩæ necessitatũ curã habet, quæ
maioris momẽti sunt, multitudo quæ dñm
sequebatur egebat, pane, discipuli uero fide
potius q̃ pane egebãt: & ideo prius necessita
ti spirituali succurrit, & dicit ad discipulum
tentans eum. Tentat Deus iustos, ut suos
agnoscant defectus, & eos corrigant. Igno
rat infirmus infirmitatẽ suam, uenit medic⁹
& tentat cor. Nullus, inquit infirmus, in cor
de dolor: tentat stomachum, nec ibi tentat
21 splenem, nec ibi, tentat iecur, heu exclamat
infirmus, ibi dolor, ibi morbus. Hic ergo est
morbus? eia igitur remedium hoc, uel illud
erit. Eodẽ modo, Deus quanuis morbũ non
ignorat ut medicus, tentat tñ ut tu ipse mor
bi qualitatẽ agnoscas, quẽ sępissime ignora
mus. Diffidentiæ morbo laborabant Philip
pus, & Andreas, quare tentat eos, ut suum
ipsi morbũ cognoscant, & fateantur. Dicit
ẽt, *Tentauit eum*; quia tentare est, quid in re
insit, experiri. Voluit quippe dominus expe
riri qualem fiduciã B. Philippus ex miracu-
lis conceperat quæ ipsum, fecisse perspexe-
rat. Iustus ex præteritis ad futura sperãda oc
casionem accipit. Ideò dicitur, ꝙ cũ Abrahã
seruũ suum ad quærendam decentem filio
suo uxorem mitteret, cumq; famulus ange- Gen. 24
retur, nimiumque solicitus esset utrum ne-
gotium illud prosperũ finem esset habiturũ
vir sanctus famulũ suum præteritis Dei be-
neficijs fultus cõfortauit dicẽs. Dominus cę 22
li, & terræ, qui eduxit me de domo patris
mei, & dixit mihi, semini tuo dabo terram
hanc, ipse mittet angelũ suum tecum & acci
pies inde uxorem filio meo. Ecce quõ uir
sanctus ex acceptis a Deo beneficiis didicit
plura se ab eo ꝑcepturũ sperare. Sic Dauid
cũm arctorib. angustijs perstringeretur ui-
dens uniuersum Israel Absalonem ex toto 2.Re.15
corde sectari, ut sibi regnum adimerent, ma
gnopere consolabatur dicẽs. Ego dormiui,
& soporatus sum, & exurrexi, quia Domin⁹
suscepit me. Pro quo (cum apud Hebræos
uerbum præteriti temporis futurum etiam
significet) alij clarius uerterũt. Ego cubabo,
& dormiam, neque ipsum excitabo, quia Psal. 3.
Dominus sustentat me, idest, In omnibus
his tribulationibus adeo securus existam, ut
accubẽ, ac dormiam, & somno refectus non
autem equorum strepitu, aut hostiũ tumul 23
tu conturbatus, atque ex perrectus exurgã.
Vnde tibi hoc tempore o uir sancte securitas
tanta dimana? Huius rei causam assignat di
cens. Quoniam tu percussisti omnes aduer-
santes mihi sine causa, dentes peccatorum
contriuisti. Quia sic (inquit) Deus mecum sẽ
per fecit. Saulem etenim terribilem hostem
meum, cæterosque, qui eum ad me perse-
quendam concitabant, euertit. Sicut ergo
me ex illis liberabit, spero item me ab istis Psal. 67.
esse liberandum. Propter hunc finem ma-
ximum illum psalmum septuagesimumse-
ptimum composuit, qui sic exorditur. At-
tendite popule meus legem meam, in quo
maxima priscis patribus a Deo facta benefi
cia recenset, quæ postquam recensuit, dicit. 24
Narrantes laudes Domini, & uirtutes eius,
& mirabilia eius, quæ fecit. Quare autem?
ut ponant in Deo spem suam, & obliui-
scantur operum Dei, & mandata eius ex-
quirant. At, nec B. Philippus, nec reli-
qui Apostoli usque tunc præ ipsorum ru-
sticitate, atque inertia necessariam ex tot
quot perspexerant miraculis, concepe-
rant confidentia, Et siquidem Diuus
Philippus respondit. *Ducentorum de-*

narioru,&c. Et B. Andreas dixit: *Est puer unus hic,&c.* Ex hoc conijci potest oẽs si interrogarentur, eandem diffidentiam esse ostensuros. Nos autẽ diligenter elaboremus, ne ita faciamus, sed ex præteritis beneficijs futura sperare discamus. Quando frater mi grauioribus necessitatibus,atque laboribus fueris oppressus,considera intra te,Deus me hac rationali anima donauit,qua brutis ani
25 mãtibus antecedo. Fidei me lumine illustrauit,qua multis gentium millibus me præstare fecit,me in sacro sancto Baptismate in filium adoptauit,cum plurimos huius diuinę gratiæ in gentilitate expertes reliquerit. Propter me homo factus est,crudelissimamque mortem subijt,qd igitur à tali patre,tamq; ardenti amatore non sperabo? q mihi tanta concessit,quõ nunc minora denegabit? q tãto cũ labore,sumptibusque suis me redemit quõ nunc,cũ nihil passurus sit mihi nõ subueniet? Quod si huius auxilij peccata mea me indignũ reddũt, spero tamen eũ non ad illa qdẽ,sed ad infinitũ ipsius misericordiã esse respecturũ,simulq;auxiliũ ad pœnitentiam illorũ agẽdam mihi esse laturũ. Et qñ te Deum in difficillimis quibusq; periculis
26 statuerit non humanam prudentiam, sed diuinam potius potẽtiam considera,ad quam quidem non respiciebat B. Philippus, cum diceret. *Ducentorum denariorum.* Aliter eqdem fecit vnus ex liberis sanctę illius fœmi
Mac. 7. næ Machabeæ, quẽ Antiochius Rex iussit occidi, cui cũ Rex diceret, ut animaduerteret se iuuenem esse,respondit. Potius est ab hominib morti datos spẽ expectare à Deo, iterũ ab ipso suscitandos. Si hic sanctus adolescens rationibus humanis duceretur, diceret,malũ esse perferre se excoriari. Fides autem cũ aliud erudiebat,quapropter tam cõfidenter mortem perferebat. Eo q homines
27 hanc spem in laborib. constituti non habẽt
Isa. 33. plurima passim peccata committunt,atque vt à modico temporali labore liberentur, ad æterna supplicia toleranda obligantur, qbus dicit Isaias, Concipietis ardorem, & parietis stipulam. Etenim omnes illicitæ negotiationes,usurarieque conuentiones,quas ineunt,vt à temporalibus necessitatibus liberentur,sunt quasi stipulæ, quibus in inferno ardentius comburentur.

Vt igitur dominus corporalem illius turbæ necessitatem spiritalemq: discipulorum suorum defectum reficeret, atque utrique perfectam de ipso conciperent spem, dixit eis. *Facite hões discũbere.* Et sic ordine consedentes ita refecit,ut multã eis superfuerit. In quo docemur,si ordinate, atque moderatos facientes sumptus uixerimus, plurima nobis superesse posse, quib. pauperũ necessitatibus occurramus. Quę à Deo sunt, or- Rom. 8.
dinata sunt:ait D.Paulus. Præcipiebat Deus Leui. 1.
ut sacrificia ordine offerrentur. Sacerdotes (inquit)subijciẽt in altari ignem strue lignorũ ante composita,& mẽbra, quæ sunt cęsa desup ordinãtes. Nihil in sacrificijs ordinis 28
expers; Deus esse uolebat, sicut hic apparet, Quãto igitur magis in cibis,uestibus, fastibusque nostris ordinẽ esse uolet? Ezechiel Propheta dicit se uirũ uidisse. Et funiculus, (inquit)lineus in manu eius,& calamus, mẽ Ezech. 4
suræ in manu eius, qua mensura uniuersas res tẽpli metiebatur. Et admirabilia dicta sunt ea q̃ ab illo dimensa fuisse dicit,quę ob longo quodã capite recensent. In quo significatur,in domo Dei omnia dimensa, atque ordinata esse oportere. Si tu domine, & tu matrona ordinatos, atq; moderatos domẽ tuæ sumptus feceris,multa tibi supererunt, quæ pauperibus erogare possis, sin aũt ordine non cõsederitis, sed nimios sũptus facientes quasi principes uos tractare uolueri- 29
tis,ne miremini,si oĩa,q̃ habetis,ad uanitatibus uestris satisfaciendum non sufficiant.


Sedentibus omnibus accepit Iesus panes,& cũ gratias egisset, distribuit discumbentibus. Ipse utiq; dominus, qui egenis panem erogabat,gratias agebat. O admirabilem doctrinam? discite fratres mei ex hoc diuino magistro. Etenim cũ pauperibus eleemosynam tribuere uelletis, prius uos ante dominum prosternere, illique gratias agere deberetis,quia ad bonum istud opus faciendũ cor uestrum excitauit, diuitiasq; nobis concessit, ex quibus pauperibus subuenire possetis. Largiorem namque eleemosynam recipit, qui eleemosynam elargitur, quam Cant. 4.
pauper,qui ea afficitur. Ideo dixit sponsus 30
sponsę,Duo ubera tua sicut duo hinnuli capræ gemelli,Cõfert Spũs diuinus ubera lac proferentia hædis illud sugentibus in quo, mirabiliter significat,misericordia uti(hoc est.n.ubera lacte manãtia habere)potius accipere,q̃ dare dici posse. Vnde in hoc significat,q dare tuum est accipere. Ideoq; iustum est,q cum bona tua propter Deũ distribueris,plurimas Deo gratias agas. Etiã quatenus homo ęterno Patri in initio illius conuiuij gratias egit, illasque in prandio

rum suorum fine semper referre consueue-
Mat. 26. rat ut patet in vltima cęna, qua finita vt di-
cit Beatus Matthęus, hymno dicto exierunt
in montem Oliueti, quod fecit, vt nos grati
tudine vti doceret, ne ad mēsam sedeamus,
& ex illa consurgamus quasi animalia ra-
tionis expertia. Miserabiles sunt visu ho-
mines quotidie ad opiparas, exquisitissimis-
que epulis refertas mensa confidentes, qui
tamen summi benefactoris sui adeo imme-
31 mores existunt, vt ne oculos quidem illorū
omnium largitori gratias acturi in cœlum
erigere recordentur. O terribilem ingratitu
dinem? Leuate in cælum oculos uestros, &
Isa. 4. videte quis creauit hęc, dicit Isaias. Quo-
modo, ô ingrate hō ex isto ferreo pectore,
vnum saltem verbum non profers, quo Do
minum suauissime benedicas, qui te tā abū
danter reficit, cum plurimi sint pauperes
meliores te, & in maxima necessitate consti
tuti? Christus filius Dei vniuersi orbis hæ-
res, ac Dominus pro modico pane hordea-
ceo æterno Patri gratias agit, tu vero pro
tot, tamque diuersis, ac splendidis cibis, ne-
scis os aperire, & dicere: O benedictus sis
32 Dñe, Angeli pro me tibi benedicant, quia
mihi indigno tam abundāter prouidisti. Ti
me igitur infælix, ne te Deus istis omnibus
priuet, tibiq; pro tanta ingratitudine vitam
comminuat. Si autem pro acceptis benefi
ciis, gratias Deo egeris, diuinam misericor-
Psal. 62. diam ad plura in te dona conferenda inui-
tas. Et ideo pro eo, quod nos legimus; Sicut
adipe, & pinguedine repleatur anima mea,
& labijs exultationis laudabit os meū, alii
vertuntur. Tanquam adipe, & pinguedine sa
tiabitur anima mea, cum labiis exultatio-
nis laudabit os meum, id est, tunc spiritali
bus deliciis, ac bonis oībus abundabo, cum
tuam erga me mirabilem beneficentiam
Domine lætissimis, ac iucundissimis voci-
bus collaudabo.

33 Sequitur in textu. *Et distribuit discumbē-
tibus.* O Christe fili Dei liberalissime Do-
mine, vt quid panes cōfringi? Nunquid sin-
gulis integros panes non potes erogare? Op
timè vtique hoc facere possum. Veruntamē
volo homines erudire, qd' quamdiu in hoc
sæculo viuunt, panem integrum sperare nō
debent. Etenim in hac vita oīa diuisa, &
confracta tribuuntur, etsi hoīes integrum
panem exquirant, nequaquam illum inue-
Simile. niunt. Et quisquā diues nobilis, bene mora
tus, huic autem est vxor ipsius indoli repu-
gnans, & dicit, Si hoc scirem non vxorem
ducerem, etsi dimidium totius orbis mihi
daretur. Ecce hic est panis diuisus. Alius ma
xima diuitiarum abundantia affluit vxorē
que iuxta animum suum duxit: attamē non
habet liberos, ecce diuisum panem. Idcircò
sursum corda, sursum corda, fratres mei, vbi 1. Re. 16
panis est integer. Cum Dauid paruulus qui
dam esset ouium pastor, illum Deus paula-
tim sublimauit, quousq; ei regni Israel gu-
bernaculum commisit. Et tamen illi hæc 34
omnia diuisus panis, non autem integer es-
se videbantur. Et sic dixit. Satiabor cum ap
paruerit gloria tua. Valde etiam notandum Psal. 16.
est Dominum conuiuium hoc fecisse, tur-
bamque rebus tantum necessariis, non aūt
plurimis ciborum generib. saturasse. Quod
quidem ad nostri confusionem effecit, se
quadraginta annis populum Israel modico
cibo sustentauit, omnesque reficiebantur.
Voras corpus suum quasi Deum tractat so
brius autem stomachum quasi mulam suā
cibat. Epulo cibis satiatur cogitat intra se
quid noctu quidve crapina die māducabo?
Temperatus autem sic se habet cum stoma 35
cho suo, quasi tu cum mula tua, cui hor-
deū taxas, & per mensurā illud ei porrigi,
non quidem propter nimiam parcitatem,
sed ne illi officiat, atq; hordeo obtundatur,
sic vtique vir iustus stomachum suum tra- Aul. Gel
ctat. Aulus Gellius refert Romæ nō permis- lius lib.
sum fuisse conuiuium aliquod celebrari, ni 2. c. 24.
si prius conuiuantes duo se præstituros esse
iurarent. Alterum se non plures sumptus es
se facturos, quam ea quæ duodecim sester-
tijs (quorum summa hodierna die vix qua-
tuor nummos argenteos complet,) singulis
conuiuis emeretur. Alterum uero, se extra
Romam ab alijs ciuitatibus vinum non es
se allaturos, hoc autem in maximis festiuita
tibus permitti consueuerat. O quanta hic 36
Christianis viris Euangelicæ legis professo
ribus alapa infligitur, qui adeo effrenate ci-
bis, potibusq; se tradiderunt. Ethnicos ipsos
prodigalitate, atq; ebrietate longe maxime
superarint. Quę cum ita sint fratres charissi
mi, pudeat nos tantæ uoracitatis, nec Ethni
cos nobis excellere patiamur. Sed diuinū ma
gistrum nostrum studiosissimè imitemur,
suamque nobis gratiam hic conferret, at-
que in futuro cœlestem gloriam largietur.
Amen.

Feria IV. post Diminicam IV. in quadragesima.

Præteriens Iesus uidit hominem cæcum a natiuitate, &c. Ioan. 9.



N plurimis sacræ Scripturæ locis mirabiliter Dei mia elucet
1 Gen. 8. ait.n.Deus. Post diluuium nequaq̃ ultra male dicam terræ propter hoĩes, sensus.n.& cogitatio humani cordis in malum pronæ sunt ab adolescentia sua, admiratione digna ratio non male-
Gen. 6. dicam q̃ hoĩes mali sunt. At uero hanc ipsã ob causam dixerat, se mundum euersurum. Videns (inquit scriptura) Deus ꝙ multa malitia esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intẽta esset ad malum omnia tẽpore dixit. Delebo hoĩem quẽ creaui a facie terræ, qũo igitur ait, nõ maledicã, quia in malũ proni sunt? sed in hoc ipso uel maxime Dei misericordia elucet, ꝙ imbecillitati nostræ cõpatiens, nec summo iustitię suæ rigore utens ignoscit. Quare his uerbis, nequa-
2 quã ultra maledicã, illud significat, si ut ipsi merentur puniendi essent, semper essent puniendi quia semper mali sunt, sed malo mei quam illorum rõnem habere, profecto si qualia delicta sunt, talia deberent esse sup-
Nu. 14. plicia, secundo quoq; mense opus esset diluuio, tales oẽs sunt. Cum seueram illã sententiam pronunciasset non ưsuros terrã ꝓmissionis qui se decies tentauissent, ait statim, qm̃ Amalechites & Chananæus habitãt in uallibus, cras mouete castra, & reuertimini in solitudinẽ maris rubri. Quamuis iratus de ira, & hostibus, admonet, & misericordiæ suæ obliuisci nõ põt. Cum populo suo
Isa. 27 esset iratus, iram his uerbis euomuit. Quis dabit me spinam, & veprẽ? in prælio gradiar
3 super eã, succẽdam eam pariter? id est, quis dabit, ut fiam uepres & uineam meam comburam? hoc ait quasi inuitus puniat. O Dei bonitatem ineffabilem, ut in hoc maxime suã ostendit misericordiam. Cũ iterum po-
Hier. 12. pulo suo esset iratus, dixit. Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meã, quasi diceret, actum est, actum est. Fuit iam tempus illud cum hos amabam, nolunt mihi obtemperare, & ideo eos tam desero, d imq̃ue sic irasceretur, misit Prophetã qui diceret, hæc dicit dominus: Aduersus oẽs uicinos meos pessimos, qui tanquã hæreditatem, quam distribui populo meo Israel ecce ego euellam eos de terra sua, & domum Iuda euellam de medio eorum, id est dabitis pœnas, quia in populum meũ iniuriosi estis, nec uiciniitatis iura seruatis. O infinita Dei charitas cum iniuria afficiunt, sibi illatas iniurias obliuiscitur, & p:ẽ fert opẽ, parẽtis instar, qui dum coercet filium, & minis deterret, si in ipso iræ impetu ab alio iniuriã filio factam nun tient, omittit filium, & in eum conuertit 4
iras, ita & Deus noster suorum iniurias, ut Simile.
ulciscitur, & suas obliuiscitur. Cum populum acerbe reprehẽdisset illis uerbis: Oẽs mensæ repletæ sunt uomitu sordiumq̃ue, ita ut nõ esset ultra locus, subdit paulo post, ideo co hæc dicit dñs Deus: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem lapidem proba tum, angularem, pretiosum, in fundamento Isa. 28.
fundatum, id est, Christum, dicere iure potuisset. Impij Iudæi, quia me offendistis do lebo uos, leones, belluasque mittã, quæ uos uiuos assumant, & tñ ait: Redemptorẽ mittam, qui uos redimat a peccatis, quidnã uobis de hac misericordia uidetur fratres charissimi? Nullus erit finis, si infinitos hic sacræ Scripturæ locos afferre uelim, in q̃b. sũ
ma Dei in nos misericordia ostenditur, in- 5
ter eos præcipuus hic est hodierni Euangelij, cum ait: *Præteriens Iesus uidit hominem cæcum a natiuitate* Et ante hæc uerba positum est aduerbium tũc, quo, tempus cũ hoc factum est significatur, id est, cum Iudæi, Dei filiũ lapidare uoluissent, & lapides adhuc manu tenerent, ille ijs elapsus ante templi fores stetit, ut diuinum hoc, & singulare miraculum faceret, ꝙ summũ erat in eos beneficium, & misericordia, tunc se ea in re uerũ Deũ ostendere, cũ se illi indignos maxime præbuissent. Bñdictus & laudabilis sit tã
pius, & misericors dñs, & quodnã erit ma- 6
mor durũ, qđ frangi, & ad eius amorẽ allici Simile.
nõ possit: Ex perẽni, & naturali fonte perpetuo manat aqua, haurias licet quantumuis aquæ, arescet nunq̃ fons verò arte, & industria factus, nisi aquam suppedites, arescet citò, ut in hortis q̃ plurimis uidere est, vbi ex artificiosis fontibus aqua deriuat. En Christus uerus amoris, & misericordiæ fons, qui quamuis hoĩes honorem, uitam ipsam, & spiritum illi uellent adimere, semper tamen tanquam uiuus, & perennis fons, singularia bñficia in homines effudit, eos iugi misericordię suæ lauacro recreans. Et idem agnus

eius

eius imitatione iusti, qui nō pro malo malū
sed bonū pro malo reddunt, ut D. Paulus, &
eius socij, agebant. Et ideo dicebat. Blasphe
mamur, & obsecramus, is, qui profecto Dei
amore caret, & in qua solida charitas non
1. Cor. 4 est, nisi aquam suppeditas, nisi ei bene facis,
quanto magis si male facis, statim ab aman
do, & bene faciendo cessat, in quo ostēdunt
se nō esse ueros, & perennes fontes, idest, ue-
ros diuini præceptoris imitatores. Neq; solū
7 non bene faciunt, sed si possunt male faciūt,
at non sic sanctus ille Ioseph, quamuis Euā-
gelicam legem non profiteretur, de quo in
Gen. dicitur: Cum fratres suos in potestate
haberet, a quibus tot fuerat iniurijs affectus
recordatus somniorum, quæ aliquādo vide-
Gen. 42 rat, nō dicitur iniuriarū recordatus, sed som
niorū. Et ita de ijs non modo pœnas nō sum
psit cū posset. sed beneficus in eos fuit, & li-
Psal. 58. beralis. S. propheta Dauid aiebat: Fortitudi
nē meā ad te custodiā, quia susceptor meus
es: Nolo viribus vti vt inimicos meos ulci-
scar, sed vt illis seruiā tibi, qñquidē tā beni-
gne me recipis quoties ad te peccator redeo.
Pudeat sane nos, q gratiæ legem hēmus, &
tā uires uolumus, & potentiā, vt eos vlcisca-
mur, qui nos, uel uno tm̄ digito tangunt.

Præteriens Iesus. Collegit hinc D. Chry-
8 sostomus doctrinā ualde ijs necessariam, q
Chryso. vxorē, & famliā hēnt, & quēadmodū Chri-
stus Redēptor noster eorum se oculis subri
puit, qui eum lapidib. impetebāt, ita, & mu-
lier mariti irati fugiat aspectū, & è cōtra, ut
pax, & cōcordia seruetur. Si duo uestē in di
uersas partes trahunt, hinc vnus inde alius,
scinditur uestis. Et ideo D. Paulus. Si fieri pōt,
Ro. 11 q ex vobis est, cum oībus hominib. pacem
habentes, non uosmetipsos defendentes fra-
tres charissimi, sed date locum iræ, Animad
uertite obsecro verbum illud, si fieri posset,
q alijs præceptis non apponitur, sed absolu
te dr̄, hoc uel illud agite. In quo rei huius
9 difficultas significatur, summo labore, & stu
dio opus esse, & sexcenta prope artificia in
quirenda, ut pax ista conseruetur, optime
prius habere cognitum oportere illius inge
nium, & naturā cū quo agendū nobis est, &
[illegible] stultorum non est nosse pacem conserua
re, sed prudentium. Prudens enim omnem
operā in eo ponit, ut sciat quō se gerere in
familiaritatibus debeat. Illa uero, non uos-
metipsos defendentes, significant non esse
quærēda uerba cū animi obstinatione, & ira
ut ad tandem fiat q uolumus. Preterea, non
uosmetipsos defendentes, idest, uendicantes
ut Nabuchodonosor iurauit per regnum
suum, quod defenderet se de omnibus regio
nibus, idest, quod ulcisceretur se. Sed date Iudi. 5
locum iræ, & hoc subducendo nos ab irato-
rum aspectu, aut saltē benigne & placide re Simile.
spondendo. Nam quemadmodum si suber
(*vulgo, corcho*) ferro verberes suberis molli
ties, recipit quidem ictum & ferrum admit-
tit, sed ita detinet, ut nec extrahi, nec lædere
possit, ita iræ ferrum mansuetudinis molli- 10
tie receptum, ita in eo adhæret, ut ad vulne-
randum extrahi non possit. O cœlestē doctri
nam, quam uos fratres dn̄s edocuit, neque
solum plurimas suæ maiestatis offensas sic
euitabitis, sed pretiosas quoque coronas in
eius cōspectu lucrabimini. Refert Iob suos Iob. 4.
amicos ei dicere solitos. Vbi est timor tuus
fortitudo, & patientia tua, & perfectio uiarū
tuarum? Ante perfectionē patientia ponitur
vt significetur, seruorum Dei perfectionem
esse res aduersas forti animo tolerare, & præ
cipuè proximorum inimicitias, quæ maxi-
mum nobis negotium facessere solent.

Præteriens Iesus uidit hominem cæcum.
Quam dissimilis omnino est Dei oculus, oculis
regum & principium huius sæculi, istorum 11
oculus lædit, & cæcat quos aspicit, quā cæci,
& quā gloriosi incedūt plurimi, q a eos Rex
in oculis hēt, at Dei oculos uisū cæcis insti
tuit. Præterea cum in uos hoīes oculos inij
ciunt, id agūt, vt iudicēt, & quicquid agitis vi
tio uertant, & calumnientur. Et ita Iob pla-
gis vulneribusque plenus aiebat. Nunquid Iob. 10.
oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt hō, &
tu uides? Habes ne dn̄e oculos hominis quā
doquidē ita me vulneras? minime uero, hō
.n. malitiose aspicit, & iracundæ persequitur
vt euertat, Deus amanter aspicit, & vulne-
rat, ut erigat aīam ad coronā, & præmium.
Mōtem in quo Angelus iussu Dei Abrahæ
dextram detinuit, filij capiti imminentem, Gen. 22
ait Scriptura, appellasse Abraham, Domi- 12
nus uidit, ob singulare illud beneficium
Dei, quia hoc Dei uidere est. Vidit igitur
hunc cæcum, ut eius cæcitate mederetur
antequam cæcus ab eo misericordiam pe-
teret, ipse sua spōte accurrit. Discite fratres
ab hoc diuino præceptore bene facere, etiā
nō petentibus, attendite obsecro singulare
mysterium, q ad hanc rem facit. Quemad-
modum sanguis pretiosissimi Christi Re-
demptoris nostri uocatur redemptio pec-
catorum, ita etiam eleemosyna redemptio

peccatorum appellatur, licèt diſpari modo
Dan. 4. intelligēdum ſit, vt Daniel dixit: Nabucho donoſor, peccata tua eleemoſynis redime, quæ magna eſt eleemoſynæ laus; q̃ diuites eſtis, neq; eleemoſynam datis, audite hoc, quod uos terrebit, ſi qua ineſt in uobis rō:
Luc. 16. Quā difficilis eſſe ſalus diuitis, & in pauperes crudelis, ſic declarauit Chriſtus Redemptor noſter: Si ergo in iniquo Mammona fideles nō fuiſtis, q̃d uerū eſt, quis credet uo-
23 bis? heu uos infælices, ſi ueſtrorum bonorū fideles adminiſtratores non fuiſtis, quæ falſa, & uana ſunt, nec in pauperes diſtribuiſtis, qūo Deus dabit uobis quæ vera & ſolida bona ſunt, i. dona, & beneficia ſpiritualia? ait Dñs. Ille non dat pauperi eleemoſynam, nec ego illi dabo uirtutes, cum paucu los nummos quos illi dedi diſpenſare neſciat. Si in hoc peccat, q̃d faciet in eo quod præcipuum eſt? ò rem omnio timendam. Auditis hæc diuites & non contremiſcitis? ſi eſtis luxurioſi, iracundi, guloſi, ſuperbi, & uani, hoc ideò eſt, quia Deus uobis humilitatem, patientiam, temperantiam, caſtitatem dare non vult, quia ueſtra in pauperes crudelitate, ijs uos indignos redditis.

24 Cùm uidiſſet Ieſus cæcū, & ſtaret: *Interrogauerunt eum diſcipuli eius, Rabbi quis peccauit, &c.* Nec hic peccauit, nec parentes eius, non quod ille, & parentes eius carerent peccato, nam originale peccatum ſatis erat vt cæcitas eſſet pœna peccati. Nam per quā ianuā potuit ingredi elephas, poterit & formica. Si per unum hoīem peccatum intrauit in mūdum, & per peccatum mors (ut ait
Ad Ro. 5 D. Paulus) igitur & cæcitas intrare potuit. Sed dixit Ioſeph fratribus ſuis, nolite pa-
Gen. 45. uere, non ueſtro conſilio, ſed Dei uoluntate huc miſſus ſum, i. non ueſtro peccato, ſed diuinæ prouidentiæ hoc tribuendum eſt, quāuis uere peccatum fuit fratrem ueſtrum uendere. Ita quoq; hic Dñs, quamuis cæcus
25 peccaſſet, non tñ ideò cæcum eſſe ait, quia peccauit: *Sed ut manifeſtantur opera Dei in illo Me oportet operari, &c.* Et ne quis exiſtimet eum ſolū oportere operari donec dies eſt, addidit ſtatim: *Venit nox quando nemo poterit operari.* Vtinam aīaduerteremus hæc uerba, in quibus donec nos diuinus Magiſter, ut quēadmodū ſalutis noſtræ opus ſemper habebat in oculis, quam ob cauſam miſſus à patre fuerat in mūdum, & quocunque momento tpis id cogitabat unum. Hic erat cibus, hic potus, hic ſomnus, ita quoq; nos eum quantumcunq; poſſimus imitando, illud ſemper, & in oculis haberemus, & animo. Ad quid creati natiq; ſumus, f. ut Deum amaremus, illi ſeruiremus, & bonorum operum exercitatione ęternam beatāq. vitā cōſequeremur. Et hoc ſumma diligentia, & induſtria, quia venit nox, qñ nemo pōt operari, & qñ hoc tandem futurū ſit hodie ne an cras incertum eſt. Tam breuis eſt huius vitę curſus, ut meritò hic à domino dies uocet. 26
1. Ioan. 2 D. Ioannes breuiorem fecit, dicens: Fratres nouiſsima hora eſt, quin ēt nec mortalium quiſquam eſt qui uitę ſuæ horam ei certam habeat, nec qui dimidiam, nec qui cēteſimam
Iob 14. horæ partē, & ideo S. Iob breuiori termino circumſcripſit, dicens. Haudium hypocritę ad inſtar puncti. O ſummā hoīum cæcitatē, qui cum tam breuis, & incerta ſit uita, ita uiuunt, ac ſi certum multorū annorū numerū eſſent a Deo ſtipulari. D. Aug. ſermone quo
August. dam ait. Nonne fragiliores ſumus, quam ſi uitrei eſſemus? vitrum. n etſi fragile eſt, tñ ſeruatum diu durat, quod tñ homini nō cōtingit, quamuis ſe optimè curet, & delicatè.
Simile. Q̃d ſi hoc ita eſt, quid ò peccator expectas?
17 cur nam non incipis operari, & ſalutis tuæ opus aggrederis? Si veniens in hac urbem Rex, ueſtrum alicui diceret duo, aut tria aureorum millia annui redditus tibi concedo, ea lege, ut tu ipſe tibi priuilegium ſcribas, ego uerò ſubſcribam, illud tñ moneo me intra horam diſceſſurū, etſi ſemel diſceſſero, nulla tibi erit reliqua ſpes: dicite obſecro, non feſtinaret quiſquā ueſtrum chariſsimi, etſi amicus aliquis interueniret, qui diceret, heus tu quid agis? accede huc, ludamus, confabulemur, nonne reſponderet iratus, apage cum tuo ludo, & confabulatione, ſine me obſecro, nam properandū mihi eſt. Iuberes etiam peſſulo claudi fores, ne quid te impedire poſſet. At quanto maior eſt cęleſtis glo
18 ria huius uitæ bonis? hanc Deus pollicetur ijs qui diuinæ ſuæ legis præceptis obtemperauerint, nec tñ uobis certis tp.s præſcribit, quantum unius horę ſpatio continetur, cur igitur tanta negligentia & incuria? cur deteriores quotidie eſtis? O miſerā Adæ filiorū ſtultitiam, quam parui ęſtimant, & ut vilem cōtemnunt, rem omnium pretioſiſsimam?
Alb. Magnus. Refert Albertus Magnus. Si forte equus in leonis ueſtigij pedem ponat, ſtatim conſiſtere, nec ultra compelli poſſe, ſed retrogradi. Leonem rugientem appellauit D. Petrus
1. Pet. 5. diabolum, cum itaque homo ſuos affectus

qui aīæ pedes sunt, in eius vestigijs figit, &
in eo insistit quod hic leo in hoc mūdo im-
pressum reliquit, nempè, superbiæ, iræ, inui-
diæ, & libidinis uestigijs, tunc non solum ul-
terius pergere non potest, sed equo similis
retro cedit. Hoc summo cum dolore deplo-
Esa. 1. rabat Esaias, dicēs: Væ genti peccatrici, &c.
Alienati sunt retrorsum, i. ut bestiæ, quod
ante est non spectant, illud aūt belluinam
hanc stupiditatem excusatione indignam
reddit, quod cum de lucro alieno, aut dāno
19 tpali agitur, quod post mortem expectatur,
statim uos ea cogitatio sollicitat, & pertur
bat posse uos morte opprimi repentina. Et
ita illud admitti, de huius uero mortis præ-
paratione, de cæli lucro, de inferni damno,
ubi perpetuo estis conflagraturi, dum Deus
erit Deus, nec minima quidem cogitatio,
ac si immortales oēs essetis. Potest ne quid
quam esse, aut magis mirandum, aut magis
timendum? Si quis Regis officium, aut be-
Simile. neficium habet quod eundem cum uita ter
minum habeat, mirum est uidere solicitu-
dinem, & curā, ut illud ab hæredes, & filios
transmittatur nulla interponitur more, ne
20 forte ante moriatur. Ideo timetur mors, q̄a
cum uita pecunia amittitur, non quia cum
morte temporali uenit æterna. Quis nō mi
retur cum uideat hoīum curā in reb. cadu-
cis, & in reb. æternis incuriam? & hinc patet
quam sit eorum stultitia deploranda. Ideo
Esai 42. Esaias ait, qui uides multa nonne custodies,
qui apertas habes aures, nonne audies? i tu
qui ita solicitus es de reb. terrenis, non eris
de cælestibus? quod si putas peccator quis
modo negligenter uiuas, mortis tpe facile
Hie. sup id posse corrigi, uide quid dicat D. Hierony
cap. 2. mus, verba illa exponens Hieremiæ: In tpe
Hier. afflictionis dicent, surge & libera nos (ait)
impudens postulatio, ab eo quærere auxi-
lium, quem in prosperitate contempseris. O
uerba oīno metuenda, uocat sanctissimus
Doctor postulationem impudētem mortis
21 tēpore Dei misericordiam implorare, quem
in tota uita contempseris, ut significet q̄uis
salutis spes nulli sit auferenda, si adhuc ui-
uat, tū pnīam extrema illa mortis hora esse
omnino periculosam, in ijs potissimum, qui
eo usque in suis peccatis obstinati perseue-
Adri. 4. rarunt. Et ad hoc confirmandum Adrianus
sea.q. 1. summus Pontifex terribilem quandam D.
do. pæn. Hieronymi snīam affert (si ea tū D. Hiero-
.1. nymi est) ea hæc est, uix ex centum milibus
hominum, quorum mala fuit uita, in mor-
te diuinam indulgentiam obtinebit unus,
De cuius snīæ ueritate mihi disputare non
conuenit: fortasse id ita augendæ rei gratia
dixit, ut unusquisq. sibi caueat & dicat: *Oportet me operari donec dies est. Venit nox, &c.*

Hac cum dixisset, expuit in terrā. Non ex-
pectat liberalissimus dn̄s suam a cæco mi-
sericordiam peti, ipse sua sponte prior accur
rit. O quot, ac quanta a Deo beneficia acce-
pimus, antequam ea ab illo peteremus. Sed 12
ille peruenit, ut maiori nos amore deuinci-
ret. Hoc Deus Iob significauit, cū dixit. vbi Iob. 38.
eras qn̄ ponebam fundamenta terræ, i. num
terram tua causa creaui, tot herbis, & arbo-
ribus exornatam, tot aquis, & fontibus irri-
guam, tot fructuum, & alimentorum paren
tem, tot auibus, tot belluis refertam, & id
omne tua causa, tu ubi eras? adhuc natus nō
eras Cum maximam hanc, & pulcherrimā
domum præparabam, & mensam tam splen
didam apponebam. Hoc ipsum beneficium
proposuit Moyses filijs Israel, dicens. Quā
do diuidebat dominus gentes, cum separa-
bat filios Adam, constituit terminos po- Deu. 32.
pulorum iuxta numerum filiorum Israel, i.
ab initio mundi signauit Deus terram quā 13
populo suo daturus erat in hæreditatem.
Quam uerè possumus dicere, ubi eras, ubi
eras Christiane cum Deus sacramenta gra-
tiæ & sāctificationis plena instituebat? ubi
eras quando cū in peccatis esses, & Dei tui
oblitus præueniens Deus te excitauit è som
no, percutit cor, & ad se conuertit? vbi, vbi
eras? & ita Dei beneficia potes cogitatione
percurrere a Deo accepta, quæ nec petebas,
nec etiam recordaberis. O te ingratum si
hoc non cognoscis. Hæc beneficia uoluit
Deus significare cum dixit. Sic est regnum Marc. 4.
Dei quemadmodum si homo iaciat semen
tem in terram & dormiat, & semen germi-
net, & crescat, dum nescit ille. Hac similitu-
dine docemur, dum nos nostrorum obliti
dormimus, paterna cura, & solicitudine ui-
gilare Deum. Benedictus sit talis Deus, be- 14
nedicta talis liberalitas, cogita homuncule
quantum cœlesti huic misericordiarum pa-
tri debeas, quid tibi fiet, nisi hunc unum a-
mas, & huic soli seruis?

Postquam cæcus iste visum recuperauit,
ut corpore mutatus est, ita & aīo, nam qui
ad templi ianuam petebat eleemosynam,
tantos mox sumpsit aīos, ut tota illa Pha-
risæorum turba, & eorum insidiæ cum de
sua fide dimouere non potuerint, sed in ea


permanens negotium illis facessebat, eius honorem, & gloriam tuendo à quo uisum acceperat. Hæc est seruorum Dei virilitas,& fortitudo,pro diuini honoris defensione ini
August. micitias suscipere. Occidi possunt, & flecti nequeũt,ait D. August. Hi sunt fidei & amoris effectus: corde creditur ad iustitiam,ore autem confessio fit ad salutem, ait D. Paulus: Mirum est cur B. Apostolus iustificatio
Ro. 10. nem,qua peccator fit iustus,cordis fidei tribuat: salutem vero,i.gloriæ consequutionē oris confessioni,quasi id quod ad iustifican-
25 dum satis est, ad glorificandum non sufficiat. Fidei dico iustificationem tribui,quia fides ianua quædam est, ad id omne consequendum,quod ad iustificationem requirit, & ita ea uerba intelligenda sunt,corde creditur ad iustitiam,i.consequendam. Nam anima post iustificationem diuinæ legis præceptis deuincta remanet,& ea exequi debet,qua si secus faceret,iustificationem amitteret,& quoniam fidei confessio,aut signis,aut uerbis obligatoria est(cum id necessitas postulet)peccati mortalis pœna constituta,quãuis
Luc. 9. uitæ periculo fiat. Quia(ut ait dñs:) Qui me erubuerit,& meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua,ideo ait D. Paulus. Confessio fidei ad salutem fit,idest,consequendam. Et quia hoc vnum est ex maioribus Christianæ religio-
26 nis preceptis: ideo B. Apostolus noluit eã sententiam absolutè afferre, sed statim probauit,ut ait S. Theodoretus, priorem quidē partem ex Esaia dum ait,dicit enim Scriptura:Omnis qui credit in illum non confunde
Theod. tur. Posteriorem verò(s.confessio fit ad salutem)ex Ioel,& ideo subdit paulò post: Qui-
Esai. 28. cunque inuocauerit nomen domini,saluus
Ioel. 2. erit. Et interea uerba cum dixisset, idem n. dñs omnium,diues in oēs,addit statim. Qui inuocant illum, & quomodo inuocandus? cum amore, spe, obedientia,cum hac cæci huius confessione,qui dixit. *A sæculo non est auditum,quia quis aperuit oculos cæci nati.*

Ferre hoc Pharisæi non possunt,& ita indignati sunt ut eijcerent eum foras. Sed eiectũ ab hominibus recipit Deus,nam cum audis-
27 set dñs eum à Pharisæis eiectum, quæsiuit,& inuentum solatus est. O quam uere summa
Ioan. 16 ueritas hoc dixit. In mundo pressuram habebitis,in me autem pacem,horum verborum sententia hæc est,tantam esse bonorum magnitudinem,vt eam mundi huius angustiæ capere non possint, & ideò præmuntur. Si thoracem induitis angustum, statim de-
fatigamini, & examinati dicitis, & respira- Simile.
re non posse. Videtis quæ sit mundi huius magnitudo, maior tamen est iustus, cui mundus angustus est, solus Deus, qui immensum est,& infinitum spatium, iusto latus uidetur,& amplus,& ideò ait, pacem in me habebitis. Angustus uidebatur mundus D. Paulo, & ideò dissolui cupiebat & esse cū
Christo. Alia sñia est, & fortassè magis pro- Phil. 1.
pria,eos qui Deo inseruire cupiunt à mundo premi,& conculcari solere,sed in Deo pacem habere.

Cum inuenisset Iesus hunc cæcum,se illi
detexit,dicens,se esse Dei filium. *Qui loquitur,tecum ipse est.* O incomprehensibilia Dei 28
iudicia;tot annorum millia expectatus, cui
se manifestet; attendite Samaritanę,& cęco Ioan. 4.
illa concubina,hic pauper,ut nimirum pauperes consoletur,& peccatoribus animos ad dat,quo libentius & alacrius ad eum accurrant,qui non modo eos non reijciet,sed extensis brachijs amplectitur. Et si debita præparatione accedunt,suam largietur gratiam qua gloria acquiritur,ad quam nos perducat idem Iesus Mariæ filius, Amen.

Feria V. post Dominicam III. In Quadragesima. 29

Erat quidam languens Lazarus a Bethania de Castello Marthæ, & Mariæ sororum eius,&c. Ioan. 11.



Llud prius in hoc Euangelio notandum occurrit, quod cum essent duæ istæ sorores nobili genere ortæ, nulla de nobilitate fit mentio, sed tantum de amore domini erga illas,de pietate Magdalenæ,
& de fide Marthæ. Hoc enim est quod Deus 1
plurimi facit,& homines æstimare debent, quia cætera omnia parum ad rem faciunt, & parum omnino prodest nobilitas si est coniuncta malitiæ. Cum ageret D. Paulus de Hebræis,qui se de Abrahæ stirpe iactabant,ait. Non oēs qui ex circumcisione sunt Israelitæ, sunt Israelitæ, neq; qui semen sunt Abrahæ omnes filij. Et explicat ipsum Apostolus,dicens,i.non qui filij carnis, hi filij

Dei, sed qui filij sunt promissiones æstiman
Ioan. 3. tur in semine, i. in ueros filios Dei. Duo sunt ortus, ut docuit Christus Redemptor noster, carnalis unus per quem ab Adam descendit, & eius fit particeps humana natura, sed et culpa, quia quod natum est ex carne caro est. Et Paulus ait: Primus hō de terra ter-
1.Co.15. renus, secundus homo de cælo cælestis, qualis terrenus tales terreni, & qualis cælestis, tales cælestes. Alter ortus spiritualis est, per quem nascitur homo ex nobiliori, & altiori principio, & per quem homo Dei filius factus est. quia quod natum est ex spiritu, spūs
1.Co.4. est, & semen istius generationis est verbum
Iacob.1. Dei. Ita dicebat D. Paulus per Euangelium; Ego uos genui. Et D. Iacobus. Volūtariè genuit nos verbo veritatis, ut simus initiū ali-
2 quod creaturæ eius, i. ut simus noua creatura nouitate gratiæ, & hi iusti sunt illi, quos D. Paulus, hoc in loco filios promissionis
Mat.21. uocat, quia se ad Dei promissa conformant: exempli gratia, est Dei promissio. Regnū cęlorū dabitur genti facienti fructus eius. Ergo pniæ fructus necessarij sunt, ut hāc ꝓmissionem accipiāt: Dixit dñs; Si uis ad uitam
Mat.19. ingredi serua mandata. Pollicetur uitā ęternam ijs, qui eius mandata seruauerint, & ita illi qui ea servant filij sunt promissionis, & idem dici pōt de alijs promissionibus, quas passim in Euangelio inuenies, quę oēs sunt conditionales, & oēs, qui ijs obtemperant fi-
3 lij sunt promissionis, & ideò ait. Nec qui semen sunt Abrahę oēs filij, Sed in Isaac vocabitur tibi semen, Hęc fuit Dei promissio cum ait. Reuertens ueniam ad te tēpore isto & habebit filium Sara uxor tua, attende promissionem. Conditio aūt, quam hic require
Gen.18. bat erat fides huius mysterij, ut rem omnino difficilem crederet, cū & ipse senex iam esset mulier verò senex & sterilis, & quia Abrahā conditioni obtemperauit, ideo quis his conditionib. obtemperant filij Abrahę appellātur, ex quo infertur, si uolumus Deum stare promissis, prius parendum esse conditionibus, quas ille requirit. Et hæc est vera nobilitas, quam plurimi æstimare debemus, quia
4 hæc nos Dei filios facit, & à Deo ęstimatur. Est prętereà animaduersione dignum, quod cum S. Euang. duarum sororum fiat mentio voluit Spiritus sanctus prius ab eo nominari Magdalenam, quam Martham, cum ait. *De Castello Maria & Martha sororis eius, etc.* Martham honorat sancta mater Ecclesia vt virginem, & tamen præfertur huic illi Magdalena peccatrix, hoc sępe in hac sacrosancta Ecclesia accidit, ut homines scelesti, & peccatores, postea Dei miā tanto se feruore conuertant, ut contenti non sint, ea gratia, quā cęteri iusti habent, sed ut eos superent, studēt omni cura & labore: peccata uero commis Simil.
sa stimuli quidam sunt, quibus incitantur, vt maiori alacritate contendant. Accidit esse in arbore poma plurima, & omnia ferè acerba & cruda, aliqua erunt iam matura flauicō 5
loris, odoris optimi, & saporis non ingrati, & id efficit vermiculus, qui latet in pomo, non est quidem melius vermiculum illū habere, sed tamen est causa illius odoris, & perfectionis, ita etiam inter Christianos sunt aliqui, qui mediocrem quandam uitam uiuūt sunt alij feruentissimi, qui se in melioribus operibus exercent, & meliorem spirant odorem. Et huius rei causa est interdum, morsus quidam conscientię ob peccata antea commissa, non est melius peccasse, & hunc morsum conscientię habere, sed tamen ex hoc vermiculo feruor ille nascitur, ut aliorum operibus non sint contenti. Et propterea di-
gni sunt, qui alijs præferantur, & ideo maiori Exo.34.
beneficia accipiant. Hoc significauit Deus; nam postea quam populus uituli adorationem deplorauerat, rñdens orationi Moyses 6
dixit; Ego inibo pactum, uidentibus cunctis signa faciam, quę nunquam uisa sunt, super te ēt neque in ullis gentibus, ut cernat populus iste in cuius es medio, opus terribile, qđ facturus sum. Et id omne pręstauit diuina maiestas cum iteram promissionis dedit. Vt intelligatis bonitatem, & clementiam huius Dei, qui sic pp pęnitentiam ignoscit peccata & scelera lachrymis diluta obliuiscitur, quasi nunquam eum offendisset. Et ut hic apparet maiora pręmia pollicetur post ueram pęnitentiam, quam antea quam peccassent, & ideo fratres mei etsi peccatores fuistis, si fletis & pęnitentiam agitis, confidite eum uos, ut illos receptum esse, & daturum perseue 7
rantiam, ut perseuerare possitis usque in finem, quemadmodum perseuerauit sancta hęc peccatrix, quę nunquam postea redijt ad peccatum. Magna est confusio hodie plorare peccata, & intra duos dies reuerti ad illa, ita vt videatur illud ioci causa fuisse factum non serio. Vidistis credo ludicram aliquam equitum pugnam, ut uulgo. (*torneo*) in qua sic ensibus, & ferreis quibusdam clauis mutuò uerberant tanta cum ui, & impetu, ut se inuicem lacerare,

&

& occidere uelle credas. Altera die uidebis
una per vrbem deambulare, vna accumbere
maximo cum amore & gaudio, interrogate
ubi sunt illa vulnera & ictus, rñdebunt, totũ
illud ludicrũ fuit nõ uerum. Ita & ipse cre-
do, idem uidetur facere peccator, q̃ hoc tpe
pniam agẽs, fundit lachrymas, ieiunat, orat,
verberat sese, quæ omnia vulnera sũt, quæ &
suo corpori & diabolo vñt infligere. Post Pa
scha verò quin etiam in ipsamet hebdoma
8 da in qua confessus est peccata sua, redit ad
amicitiã carnis, & oĩum deliciarum, & uo-
luptatũ genere mortem gerens. At ubi sunt
sancta illa exercitia? vñr quodãmodo iocu-
laria fuisse, & ludicra. O summã infœlicita-
tem, esse quosdam tam scelestos ut Deus di-
deatur illis, quadragesimæ tñ Deus, nec to-
tius quadragesimæ, sed tñ illius hebdoma-
dæ in qua cõfessi sunt peccata sua. At nõ ita
fit obsecro uos fratres mei, p uiscera dñi no
stri Iesu Xpi crucifixi, sed forti, & constanti
animo pgite, pergite, & in bono perseuera-
te. Est & maxime notãdum in hoc S. Euan-
gelio, ter in eo mentionem fieri de Christi
Redẽptoris nostri amicitia cũ Lazaro. Pri-
39 mo eo in loco. *Diligebat Iesus.* Cum adhuc
valeret Lazarus. Secundo cũ ægrotaret ibi,
Ecce quẽ amas infirmatur. Tertiò cum iã es-
set mortuus, ibi: *Lazarus amicus noster dor-
mit.* Itaq; amici erãt i sanitate, amici in mor
te. O quã bonus amicus est Iesus Christus,
Dei filius, q non amat uiuos, & obliuiscitur
mortuos, sed & uiuos & mortuos amat. La
zarus quoq; amicus fuit in salute, infirmita
Iob. 20. te, & morte, & econtra peccator infœlix, ini-
micus est Dei in salute, infirmitate, & mor-
te, semper malus, cui nec beneficia Dei, nec
uerbera pficiunt. De hoc Iob ait: Ossa eius
infulgebunt uitijs adolescentiæ eius, & cum
eo dormiet, febris phthysicorũ durat dũ du
rat uita, hærens in ossibus peccatorum ma-
litia in intimo cordis posita, vsque ad mor-
tem durat, & postea in æternum. Animaduer
10 tite exaggerationem, ossa eius replebuntur
uitijs adolescentiæ eius, i. malus in ossib. ab
adolescentia sua usq; ad mortẽ, omnia pari-
ter eradit, & æquat. Huc faciunt uerba illa:
Psal. 4. Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabũt
dies suos, uiri sanguinũ, i. peccatorum, vt ali
Psa. 138 bi dixit: Si occideret Deus peccatores, uiri
sãguinũ declinate a me, i. uiri peccatorũ ho-
mines peccatorũ serui, isti non dimidiabunt
dies suos. Quę uerba quãuis significant ho-
rũ hominum dies breuiores à Deo fieri, tñ
q̃a uidemus quotidie plurimos malos diu
viuere, possumus optime interpretari, non
dimidiabunt dies suos i. mali tã scelesti nõ
patiuntur dies suos cum Deo, omnes male
perdũt, & diabolo dãt, mali in adolescentia,
mali in uirilitate, mali in senectute, mali in
uita, mali in morte, & ita quemadmodum
noluit cũ Deo partiri in uita, ita nec Deus
partietur cũ illis in morte. O tu qui malus
fuisti in adolescentia, pœnituit te cãdẽ ma-
litię, & dixisti tecũ ipse. Reuerti iam uolo, & 11
quod mihi reliquum est uitæ Deo dicare:
hoc est, dimidiare dies, & ita q̃a cum Deo
dies tuos partiris, Deus partiet tecum gratiã
& gloriã. Fratres qui huc usque dies uestros
munimplistis carni uestræ obtemperando, &
diabolo, satis iam satis sit, qd factũ est, parti
ri decet cum Deo dies, q superfunt, ut Deus
deinde partiatur vobiscũ. O si hoc possem,
ijs qui me auditis persuadere, et hinc profici
sceremini cum hoc ppposito partiendi cum
Deo (vt dixit) gratia inde utilitas cõsequeret.
21 *Miserũt ergo sorores, &c.* Non dicũt ueni
dñe, & sana eũ, sed: *Ecce quẽ amas infirmatur.* dño illæ relinquunt, ut agat quod sibi
melius uideatur: ut sanctæ mulieres & a di-
uino Magistro edoctæ, & ita semper orare
debetis in necessitatib. corporalibi q̃a ne-
scitis quod uobis magis conueniat eis libe-
rari, an nõ: Si petitis salutẽ, ignoratis an ea
vobis dãno futura sit? Si quis habet ballistã
aliquẽ magni pretij? & non vult ex cæteros
qui domi sunt, iaculari, occultat harpagonẽ
quo intẽditur (vulgo gafas vocant) & ita bal
lista secura remanet, cum intendi non pos-
sit. Corpus hoc nostrũ est ut ballista, harpa-
go vero q̃ intendit est salus. Occultat Deus
salutem, ne in eo peccata iaculari possis, q̃a
de corde exeunt fornicationes, homicidia, Mat. 15
furta, &c. ut sagittæ exeunt è ballista. Noli
et a Deo petere absolutè, domine aufer mi-
hi hanc tentationem, q̃ mihi molesta est, ne-
scis n. an totum saluationis tuæ ædificium
fundatũ sit supra illã tentationẽ. Vulnera q̃
tardius curãtur, purgãt magis, & meliorem Simile.
relinquunt dispositionẽ, quæ si statim cura
retur, remaneret corpus nõ bene sanũ, & re-
media inutilia fuissent, ita ẽt non vult Deus
tentationes curare, ut ab ijs purgent super-
bia, auaritia, & alijs morbis, quos habebas,
& si non habebas, ne haberes. Et ita Deus 2. Co. 12.
D. Paulo dedit stimulum carnis ne magnitudo reuelationũ extolleret, vt ipse ait; Ne
magnitudo reuelationũ extollat me, datus

est mihi stimulus carnis meæ, angelus Sathanæ, qui me colaphizet. Hic stimulus, ut communiter interpretantur Doctores sancti, erat tentatio quædam, ut afflictio carnis, à diuina prouidentia data ad reprimendos superbiæ spiritus, qui in illa magnitudine reuelationum (ad quam Dei beneficio S. Apostolus ascenderat) eum extollere poterant, ubi si Apostoli sanctitatem, & perfectionem spectes summa erit miseria, & una ex infimis earum, quas
14 ferre potuisset propter Deum uir ille sanctissimus, cui Deus tantam multitudinem mysteriorum communicauerat. Et quamuis (ut ipsemet eo loco dicit) ter dominum rogauit, ut auferretur ab eo, respondit Deus: sufficit tibi gratia mea, nam uirtus in infirmitate perficitur, dedit gratiæ auxilium, ut resistere posset, tentationem uero non abstulit. Cum uexaretur uehementer S. Propheta David & tribulationibus affligeretur, dixit: Tu es refugium meum à tribulatione quæ circundedit me, exultatio mea erue me à circundantibus me. Respondit illi Deus, Intellectum tibi dabo, & instruam te in uia hac qua gradieris. Non ait, se à tentatione liberaturum, quia sic conueniebat, sed
15 intellectum ei daturum, & lucem, ut uideat, qua illi gradiendum sit, & ne cadat. Firmabo (inquit) super te oculos meos. O uerba uere diuina, i. opem tibi feram. Est n. oculus Dei maximæ uirtutis & potentiæ. Nam si eo nos in tribulationib. respicit, fortiores facit, & fortiores. Miles animosus odit pacem, quia bellum illi lucrosum est, lucrum uestrum partim in tentatione consistit, & tentationem amate.

16 *Ecce quem amas infirmatur*. Animaduertite obsecro, quod cum agerent hę sanctæ mulieres de salute fratris, de ea agant tanquam res esset, quæ non ad se, sed ad Christum potius pertineret; *Ecce quem amas infirmatur*. Quasi diceret: Domine res tua agitur, amici tui salus in periculo uersatur, ut bonus amicus, amici rem tuam existima, quia amicorum omnia debent esse communia. Et ita nos quoque fratres, aduertere debemus, cum misericordiam à Deo, & nostrorum peccatorum ueniam petimus, petere debere, ut rem quæ sit Deo summæ gloriæ, & tanquam Dei sit opem ferre. Ita petebat David dicens: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Et inferius: Tibi soli peccaui & malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Quæ uerba (ut ex D. Pauli explicatione colligitur) illud significant, ueniam, quam à te peto, non tam salutis tanquam gratiam peto, quantum tuæ gloriæ causa, quia si ueniam humiliato, & contrito denegas, & qui tibi culpam confitetur, quam tu iis peniténtibus promisisti, existimabunt homines te esse crudelem, & quod pollicearis, non præstare, quod ignoscis illis, qui humiliter à te ueniam petunt, elucebit in hoc misericordia & iustitia tua, misericordia quidem, quia ignoscis contritis, & humilitatis, iustitia, quia præstas quod promisisti, & 17
ita ad tuam gloriam pertinet te mei misereri. Videtis ut S. Propheta rem suam, rem Dei facit, quæ ad Dei gloriam maxime pertinet. Et ita hortabatur David & docebat fideles omnes, ut hac spe ad Dei tribunal accederent, si Dei misericordiam consequi uellent, dicens: Venite adoremus, & procidamus ante Deum, ploremus coram domino qui fecit nos. Cur itaque qua fiducia Dei misericordiam petere deberemus, dic causam, quia ipse est dominus Deus noster, nos autem populus eius, & oues pascuæ eius. Si est dominus, & tam fidelis dominus curam geret familiæ suæ, & seruorum suorum. Si est pastor, & pastor tam bonus, ad Deum pertinet suarum ouium cura, res sua est, & ideo 18
magna cum spe accedere ad eum possumus quia eius gloria est remedium nostrum, & clarius id etiam docuit, dicens. Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum, ne forte dicant gentes, ubi est Deus eorum? id est, ne te negligentem Deum existiment, qui nullam tuorum curam geras. Ex hoc etiam inferturbeneficia, quæ à diuina manu accepimus, suæ infinitæ bonitati tribui debere. Et ita dixit Moyses populo Israel; Ne dicas in corde tuo, propter iustitiam meam introduxit me dominus ut terram hanc possiderem; neque enim propter iustitias tuas, & æquitatem cordis tui ingredieris, ut possideas terras, sed ut compleret uerbum suum dominus, quod sub iuramento pollicitus est 19
patribus tuis Abraham, Isaac, & Iacob. Hæc locutus ualde quorundam stultitiam reprehendit, qui existimant si quid illis bene succedit, id fieri propter sua merita, si dedit pauperi eleemosynam, & postea aliquid illi prosperum consecutus est, statim eleemosynæ id tribuit. Existimare res aduersas propter peccata nostra euenire, res est bona & utilis. Existimare autem res prosperas euenire ob nostra merita, uanitas est ma-

Psal. 9.
Psal. 50.
Rom. 8.
Psal. 93.
Psal. 78.
Deut. 9.

maxima. *Ecce quam amas, infirmatur.* Quo-
dñe dixiſti. Dicite iuſto, quod bene illi ſuc-
cedet. Cur igitur huic iuſto quem tu amas,
male ſuccedit? dico iuſto ſemper bene ſucce-
dere, tam in ſanitate q̃ in infirmitate, quia
Eſai. 3. diligentibus Deum oĩa cooperantur in bo-
num, & è cõtra peccatori, tam infirmitate, q̃
ſanitate malo utitur. Cum clauum pariete
Rom. 8. figere uultis altera manu clauum tenetis ne
Simile. cadat; altera uerò tunditis, & quo magis tũ-
ditur, eo figitur altiùs: & ita ſi Deus ſuæ iu-
ſtitiæ manu tundit aliquem, & uerberat, alte-
2 ra miſericordiæ manu tenet, ne cadat, in im-
patientiam, ita Dauid. Iuſtus cum ceciderit,
non collidetur, quia dñs ſupponit manũ ſuã.
Cum ceciderit, i. in aliquod infortuniũ quis
dixiſſet non caſuros in impatientiam ſan-
ctos tantis tormentorum ictibus, quæ paſſi
Pſal. 36. ſunt à manu domini? ſed tamen altera manu
miſericordiæ tenebat, & ita quo plures ictus
fuerunt, eo firmius in amore & charitate
Dei fixi permanſerunt.

Rñdit Chriſtus Redẽptor noſter: *Infirmi-
tas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei.
Et poſt biduũ dixit diſcipulis ſuis. Eamus ite-
rum ad Iudæam: dicũt ei diſcipuli, Rabbi nũc
quærebant te Iudæi lapidare, & iterum ua-
dis illuc?* Plus ſapere & intelligere uolũt, quam
oportet, qñquidem ſciebant nihil à Chriſto
3 Redẽptore noſtro temere fieri ſolere, tñ ex-
cuſatione digni ſunt, q̃a nunquam in tota E-
uãgelij hiſtoria inuenietur repugnaſſe Apo-
ſtolos Chriſto Redemptori noſtro in ijs quę
ipſis contraria uidebantur, imò demittẽtes
capita ſua ſumma cum animi promptitudi-
ne obtemperabãt. Cum diceret illis. Ecce, e-
go mitto uos ſicut oues in medio luporum:
rei tam difficili non repugnarunt. Ita ẽt, cũ
diceret eis. Nolite portare ſacculum, neque
peram, neq; calciamenta, ſed in rebus quę ad
ſuum diuinum præceptorem pertinerent,
Mat. 10. ſtatim repugnabãt, & id cauſabatur ex amo-
re, quo eum proſequebantur. Cum D. Petro
pedes lauare voluit, repugnabat. Et præterea
cum dixit oportere eum Hieroſolymã ire,
& ibi multa pati, quare amori tribuendum
Luc. 9. eſt, ſi hic mirantur de reditu in Iudæam.
4 Non id nos facimus, qui in rebus, quę con-
trariæ nobis ſtatim repugnamus, res verò
quæ ſunt Dei gloriæ & honori contrariæ
non curamus.

Rñdit Ieſus. *Nonne duodecim horæ ſunt di-
ei?* Quaſi dicat. Sol cognoſcit occaſum ſuũ,
& quemadmodum Sol iſte materialis in O-
riente naſcitur, in Occidente occidit, duode-
cim horarum ſpatio, neq; in hominum arbi-
trio & poteſtate eſt, ut ante duodecim horas
occidat, ita etiam de me fiet, tota hominum
potentia me occidere non poterit, ante ho-
ram quæ à me conſtituta eſt, & do uſque ne-
mo veſtrum offendet præſentiæ meæ luce
ductus. Tunc dixit. *Lazarus amicus noſter dor-
mit.* O quam verè appellat dñs amicorũ ſuo-
rum mortem, ſomnum, quando quidem tam
quietè & placidè moriuntur. An non ita mo- 5
riuntur impij, ſicut peccatores, ſed magno cum
dolore, & conſcię morſu, ut reſert Sapiens: Sap. 4.
Diſrumpet illos inflatos ſine uoce, & com-
mouebit illos à fundamentis, & uſque ad ſu-
premũ deſolabũtur, & erunt gemẽtes, & me-
moria illorum periret, uenient in cogitatio-
ne peccatorũ ſuorũ timidi, & traducẽt illos
ex aduerſo iniquitatis ipſorũ. O admirabi-
lia Dei verba fratres, & ut eorũ uim intelli-
gatis, dicit, quod tunc Deus per uarias partes
rũpet inflatos, & ſuperbos, ita ut illi penè ti-
more loqui non poſſint, & eos à fundamen-
tis uſq; ad culmẽ quo aſcenderant, euertet,
gementes ſuã infælicitatẽ, q; peribit memo-
ria illorum, & aĩæ eorum exibunt è corpore
maximo cũ timore ob ſuorum peccatorum 6
recordationẽ, q̃ illis Deus in memoriam re-
uocabit, ut dolori illis ſint & tormento, quia
eorũ iniquitates, quæ antea eos delectabant,
tunc ijs contrariæ eos accuſabunt, & cõuin-
cent. Videtur eo loco Spiritus ſanctus meta-
phorã ſumere ab utre inflato, & aere pleno,
q̃ ſi premas & oneres, crepant, & per uarias
partes diſrumpuntur. Videtis ut hic pecca-
torum mors refert, q̃ ſuperbi & inflanti fue-
rũt, dolor quem tunc patiuntur, metus quẽ
illis peccata cõmiſſa incutiunt, quæ iudicio
priuant, ut ad Deum conuerti non poſſint, 7
& ſic ab eo dolore ab æternum tranſeunt.
Eia filij Adam cæci, nolite nunc peccare, q̃a
ueſtræ hæ uoluptates, quæ uos modo dele-
ctant, mortis tempore uos accuſabunt, & tra-
ducent ex aduerſo.

Sed vado, ut ſomno excitem eum. Quem
ibat reſuſcitatum, ait ſe è ſomno excitatu-
rum. Vir prudens minus pollicere dẽt eo q̃
eſt poſteà pſtaturus, nec exaggerare dẽt ver-
bis res ſuas. Hæc.n. eſt conditio iuſtorum,
res ſuas imminuere. Et ita dixit Abraham Gen. 18.
angelis, quos hoſpitio receperat, ponam buc-
cellam panis, & tñ (ut illic legitur) magnum
apparauit conuiuium. Sed cum Apoſtoli id
non intelligerent, dixit illis manifeſtè,

Lazarus mortuus est, eamus ad eũ. Dixit ei Thomas, eamus & nos, & moriamur cũ illo.

O si haberemus nunc virus Apostolicus, qui nos ita hortatur ad sequenda Iesu Christi R. N. vestigia, usque ad mortem eius amore subeundam. Fratres hortemur nos inuicem sanctis admonitionibus & praeceptis, quae res est maximi apud Deum meriti. Marcus Tullius uirum optimi consilij, nauis gubernatori (M. Tull. de senect.) comparat, qui nauibus alij sentinã exhauriũt, alij aquam [illegible], alij [illegible] re summa laboris accipiunt, ipse gubernator clauum te-
25 nens sedet in puppi. Maior quidem est caeterorum labor, & tñ gubernatoris maius est emolumentum, & merces, quia nisi gubernator sua prudentia, & consilio regeret: & gubernaret nauim, esset caeterorum labor inutilis, nam gubernator facit, ut aliorũ labor vtilis sit. Ex quo patet plurimum ei deberi, qui optimum dat consilium, q̃q; (dt consiliũ utile sit) necesse est, ut cum bonis operib. cõiungatur, & è contrario, quantum boni debetur illi, qui bonum dat consilium, tantum mali debetur illi qui malum. Et ut ille bonorũ operum particeps est, q̃ ex bono consilio promanant, ita & hic malorum particeps est, q̃ ex malo proficiscuntur. Quin et glossa quaedam ait, q grauius est consilium dare q̃ peccare. Et ideo diligentior attendite cum consiliũ
26 alicui datis ut ulciscatur iniurias, uel quid aliud simile. (Gl. sup. Nu. 33.) Illi qui Dei timore carent impediunt quo religiosam sibi uitam eligere uellent; & ita Christum sequi crucifixum. Peius alij, qui suadent nouitijs, ut institutae uitae rõnem deserant. Ricardus & Scotus aiunt, aliũ (Ric. col. 3. Sco. 4. d. 15. q. 3) debere religioni restituere si id fiat. Si digitum alicui uel manum amputauerit, restituet dãnum. Religio corpus quoddam est, & fratres sunt membra, ergo, [illegible] religionem illã, & regulam esse professum. Fateor, sed quamuis religio, & monasterium illud nouitij proprietatem non haberet, habebat tñ possessionem. O quot sunt, qui hac in re peccant, etsi peccare non credunt? Ex uerbis illis S. Thomae, & ex eo q ipse & caeteri oẽs fecerunt, cum relicto dño oẽs fugerunt, patet hominis inconstantia, & leuitas, q hodie affirmat, cras negat. Et ut plurimum non p-
27 stat, quod pollicetur, Hebraei dixerunt Moysi, oĩa quae locutus est dñs faciemus, & erimus obedientes. (Exo. 24.) Postea vero cũ ascendisset Moyses in montem, idolum sibi fecerunt & adorarunt. Digna profectores lachrymis, quoties datam Deo fidem frangimus, in omnima cuiusque rei occasione.

Venit Iesus in Bethaniam & ait textus. Quod: *Multi ex Iudaeis venerũt ad Marthã, & Mariã, ut consolarentur eos de fratre suo.* Haec una est ex operibus mĩae, aequum n. est vt nostros proximos in afflictionib. consolemur, verbis illis D. Pauli, (1. Thes. 4) nolumus uos ignorare fratres, de dormientib. ut non contristemini, sicut & caeteri; qui spem non habent. Si n. credimus q Iesus mortuus est, & resurrexit, ita & Deus eos, qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. D. Gregorius Nis-
senus in homilia quadam in funere Pulche- 28 (D. Greg. Nissen.)
riae, de Iob illud aduertit, quod cum esset repentinis uexatus infortunijs, semper tamen inuenit euentus praeparatum, ita vt verbum quidem dixerit malum, quia nihil oĩno amisit, qui corde, & aĩo haereret, neque amissos esse filios existimauit, quãuis essent sibi mortui, & ita notat sanctus hic doctor, q cum Deus restituere ei uoluit omnia; quae ei abstulerat, eorum duplum restituit, praeter quam filiorum, sed quod abstulerat, tot reddidit. Quatuordecim ouium millia dedit, septem millia abstulerat sex millia camelorum dedit, tria millia abstulerat, mille iuga boum dedit, quingenta abstulerat, mille asi-
nas dedit, quingentas abstulerat. Filios verò 29
qui magis patentem solatio posse vñr decem tantum dedit, & totidem abstulerat, & merito: Rerum enim quas auferendo Deus Iob omnino amittebat, iure duplum restituit, (Iob. 4.) filiorum vero qui erepti ex hac uita in meliori seruabantur, duplum non reddidit, qa uere amissi nõ erant. Et ita cum infortuniorum tpe amisit diuitias aequo animo tulit, quia non ignorabat esse sibi relinquendas, cum amisit filios aequo aĩo tulit, quia credebat uitam aeternã uiuere; & ideo cum Deus illi rerum oĩum duplum reddidit, si ipsã illius fidem, & spẽ spectare uolumus, qua filios suos uiuere adhuc credebat, filios quoque duplicatos habebat. Et ita equum est cogitare uos uestros defunctos uere amis-
sos non esse, si debita pietate & religione 30
mortui sunt, sed adhuc uiuere. Sed quamuis Iudaei vsi sunt hac pietate, & misericordia has sanctas sorores consolando, plus tñ eas consolabatur ille, de quo Hiere. consolator meus; (Thren. 1) qui est Iesus Christus Dei filius qui eas consolatus est fratrem resuscitando, quã indubium, ad hunc ergo in uestris doloribus accurrite, qui cõsolabitur uos hic gratia, & post mortem gloria. Amen.

Dominica in Passione.

Dicebat Iesus turbis Iudæorũ & principibus Sacerdotũ, quis ex uobis arguet me de peccato? Ioan. 8.



Eferês spõsa sponsi sui pulchritudinẽ, inter cæteras hãc retulit. Caput eius aurum optimũ. Vbi Hebraicus text. sic habet. (CHETEMPAR) i. aurũ selectũ. Pro quo notãdũ est Hebræos sua noĩa hẽre, q̃b. aurũ signant. Vnũ est (RAAB) quo promiscuè aurũ significatur, quãuis aliis metallo mixtũ sit. Alter est (PAR) quo significatur aurũ igne purificatũ. Tertium nomẽ est (CHETEM) quo significatur ex natura sua purũ. His duob. noĩbus posteriorib. vtitur spõsa dicẽs. Caput spõsi est. (CHETEM PAR) i. aurum purum, aurum selectũ. Prio. n. s. (CHETEM) significat in sua gratia, & charitate, quę est caput uirtutum omnium, ex natura sua nullas habuisset sordes, i. peccata, nihil habuisse imperfecti. Posteriori, s. (PAR) significat, quamuis eius charitas purissima sit, ita ut igne purificari magis non posset, nostra tamen causa fuit, tanquam aurum, tribulationum igni impositum. Et vt ait D. Paul. Tẽtatum per oĩa pro similitudine absq; peccato. Et quo maior fuit tribulationum ignis, tanto magis amoris charitatis suæ puritas apparuit. Id ẽt in Canticis oñditur, qu a ubi nos legimus. Meliora sũt ubera tua uino, alij uerterũt, meliores sũt amores tui uino, i. amores tui q̃dcunq; uinũ, quis p̃stantissimum excedunt, q̃a verbũ Hebrçum ad utrũq; accõmodari põt. Et ubi nos legimus fragrantia unguentis optimis, alij uertunt ex Hebræo, odor unguentorũ tuorũ, i. quæ laus potest dari odori unguentorũ tuorum, quib. es delibutus. Et ita addit statim: Oleum effusum nomen tuum, i. tam breui oles, ut nõ mõ olere, sed unguẽtũ ipsum, & odor ipse dici possit, est loquendi modus ad augẽdum accõmodatus, ut cũ significare volumus aliquid rei alicuius proprietatem habere, rem ipsam esse dicamus. Sicut nõ satis fuit Christo R. N. appellare Simonẽ saxeũ, sed uocaberis (inquit) Cephas, quæ uox Hebraica saxum ipsum significat, & petrã. Ita etiam hic. Oleum effusum nomen tuum, oleum. i. unguentum odoriferum; effusum quasi eius odor diffunderetur, & manaret longius, ut unguentum odoriferũ effusum

Heb. 4.

Cant. 1.

Mat. 16

Et iõ addidit, Recti diligũt te. Vbi ĩ Hebrço est rectitudines diligunt te, i. bonum oẽ, oĩs uirtus, omnis gratia, omnis honor, & gloria ita tibi sunt propria, & naturalia, ut ipsemet uirtutes te diligant, q̃ admirabilis exaggeratio est. Hæc oĩa q̃ tibi dixit Spũs sanctus, significant ineffabilem innocentiam, illã peccandi impotentiam, cæterasque innumerabiles Christi R. N. perfectiones, quod cũ ita sit, magna profecto admiratione digna est, domini huius magistri humilitas, q̃ cũ cæleste aurum esset, uoluit tñ Pharisæorum sententiis tanq̃ fornacẽs explorari, & eorũ inuidia tanquã igne probari, ut intelligerẽt nullas esse in eo peccati sordes. Et hoc facit dominus, ut cælestem doctrinam uitæ innocẽtia conformaret, ex uitæ. n. innocẽtia sequit doctrinæ veritas. Sed maximè hic notandũ est, q̃ cum Chrs R. N. tam personæ suæ innocentiam, quã doctrinæ ueritatem hic probare uelit, suarum cogitationũ nullam fecit mentionem, cum sint illę quoq; perfectissimæ, ut cætera omnia. Qd notauit spõsa dicens, uenter eius eburneus, uenter, i. cor. Vt accipitur apud Iob: En uenter meus quasi musto plenus, i. cor: & in Psalmo, lux tua in medio uentris mei, idest, cordi. Et Isaias ait, uẽter meus ad Moab. Ita hic, in Hebrço aũt habetur uenter eius candidũ ebur, ita vt ex vi eius nominis, sic verti possit, vẽter eius intelligens ebur, i. cor mei sponsi sanctis, & puris cogitationibus plenum. Quod cum ita sit quare Chrẽ innocentissime nihil hic de tuis cogitationibus agit, quæ tã sanctę, tã puræ sunt? quia nimirũ tuæ cogitationes solo Deo non hominibus debet probari, quia solus Deus cogitationes nouit. Vt Salomõ cũ Deo loquens tu nosti solus corda filiorũ hominũ. Ex quo infertur, quãta sit eorũ malitia, q̃ temere de aliorũ cogitationibus iudicãt. Iubẽbat Deus, ut si q̃s lepræ signa haberet, non statim haberet pro leproso, sed septẽ dierũ spatio id examinaret, recludet cũ sacerdos septẽ diebus & cõsiderabit die septimo, q̃ si hoc satis nõ esset, rursum recludet cũ septẽ diebus aliis, & die septimo contẽplabitur. In re tã leui iubebat Deus tantã adhiberi diligẽtiã, quãuis lepræ signe in cute apparent, & sunt hoĩes, qui ex minimo signa, & iudicio statim temere q̃ sibi ui det, conijcit, quibus nã uerbis id augeri, & exaggerari posset? Vt igit temeraria hæc iudicia cõdẽmnaret dñs noluit hic agere cogitationibus, sed de operib. & doctrina tũ. Cum

Cant. 5.
Iob. 2.
Psal. 21.
Psal. 16.

3. Re. 6.

Leu. 13.

Deus mitteret in Ægyptū Moysen, ut He-
bræos redimeret, rñdit Moyses, non credent
mihi, sed dicent, non apparuit tibi dñs. Di-
xit ei Deus, quid est ꝙ tenes in manu tua?
Rñdit, virga, qua uoluit Deus tot fieri mira
Exod.4. cula, quæ Moysem, nō suam, sed Dei rē asse
rere testarentur. Vt.s. significaret nihil oīno
maiorē uim habere ad ostēdēdū, quinā si-
mus, quā id qđ in manib. habemus, i. opera
nostra, & hoc Apostoli mūdum uniuersum
7 ad Christi. R. nostri fidem conuerterunt. Mi
rum.n.est, quantum referat, ut sācti Euāge-
lij prædicatores sanctā doctrinam, q̃ prædi-
cāt, operū autoritate confirmēt, ut prędica-
tio utilis sit, & fructuosa. Interrogatus De-
Demos. mosthenes qđnā maiorē hēret uim ad mo-
uēdū in orōne, rñdit, Hipocrisim, & cū ite-
rū, & tertio interrogaret, idē rñdit, ut refert
Val.Ma. Valerius Max. Vacauit hypocrysim exēplū
ī dict. & exterius, & hypocritam hoiem exemplarē.
fact Phi Huius exēpli defectu hodie inutilis interdū
los. est nostra pdicatio, q a multa loquimur, pau
Pro.19. ca āt operamur. Ait Spūs sanctus abscondit
piger manū suā sub ascella, neq; ad os suum
applicat eam. Magna hæc est exaggeratio.
8 Quis.n. unquam (obsecro uos) tā piger fuit
qui abscondens manū suā sub brachio ob
pigritiā nō apposuit ori cū comederet? Ne-
minē credo fuisse. Quare cum Spūs sāctus
hoc dicat, aliquod latet mysteriū, & hoc est
reprehēdere eos, qui manū ad os suū nō ap-
plicāt, i. quorum opera a uerbis diuersa sūt,
& q̃ operātur plurimū abest ab eo, quod lo-
quuntur, q magnā sancto Euangelio iniuriā
faciūt. Curemus igitur patres oī cura ꝙ dili
Rom.1. gētia, ut officij nři finē intelligamus, & hic
qs sit D. Pau. docet, dū ait, p quē accepimus
gratiā, & Apostolatū ad obediēdū fidei hic
esse dēt prædicatoris Euāgelici finis, oēs ad
earū rerū obediētiā reducere, quæ fides do-
ces, & iō nō mō bene loq, & bene operari
dēt, sed diuini fauoris auxiliū implorare dēt
vt sanctus Propheta Dauid, q vt cœli vias
9 hoies doceret, à Deo tria genera spūs pete-
Psal.50. bat dicēs. Spūm rectū innoua in uisceribus
meis. Hic est spūs intelligētię, ad intelligēdū
scripturas: aut paulo post Spūm sanctū tuū
ne auferas a me, q est spūs ad inflāmandos
animos. Nā anteq̄ scintillæ ē camino erūpāt
prius p rubū ignis trāseas necesse est. Ita ēt,
ut est ore prædicatoris uerborū scintillæ e-
xeāt diuinū ignē in corde prius hēat neces-
se est. Tertio loco ait, & spū principali cōfir
ma me, qui est spūs uehemēs, ut uerba uim
habeat mouendi animos. Nec uero prædi
cator tantū talis esse debet, ut possit dicere
qs ex uobis arguet me de peccato? sed etiam
confessor cum tam particularis sit minister
Dei. Dixit Deus Moysi, loquere ad Aaron
hō de semine tuo, qui habuerit maculam
non offeret panes Deo suo, neq; accedet ad Ioan.8.
ministerium eius. Si cæcus fuerit, si claudus Leu.21
si uel paruo, uel grandi, uel torto naso, si fra
cto pede, si mancus, si gibbus, si lippus, si al-
buginem habens in oculo &c. Ad hoc ut sa 10
cerdos non possit argui de peccato, carere
debet his omnib. rebus, quæ ea omnia quæ
Deus in antiquis sacerdotibus prohibebat,
significant, & ex præcipuis una est, ut cæcus
non sit, idest, ne sit imperitus, neque affecti-
bus cæcus. Puniuit Deus grauiter sacerdo-
tem Heli, de quo dicitur, quod oculi eius
caligauerunt, & uidere non poterat, & capi-
te præcedenti minatus erat illi Deus hoc 1.Re.4.
supplicio, & alijs maioribus, eo quod noue-
rat indigne agere filios suos, & non corri-
puerit eos, qui quidem sacerdotum figura
fuit, qui cōfessores sunt imperiti & negligē
tes. Te ne pater confessor, tā blandū esse cū
uestris filijs spūalibus, ut nec uerbū qdem 11
asperū illis dicere audeatis, ne audeant illi
ad sua peccata redire? Magnū pfecto malū.
Sacerdos ille Heli cū uocaret Deus Samue-
lē & surgeret Samuel, dicebat: nemo te uo-
cat, uade & dormi. Dicere debuisset, proster-
ne te, & genua flecte, q a Deus te uocat, & 1.Re.3.
ait, vade & dormi, redi ad peccatū. Venit pec
cator a Deo uocatus, tua uero blāditties au-
daciorē facit, ut redeat ad peccatū, ad vitam
pfanā, & uoluptuosā. Venit Anna mulier
Elcanæ ad tēplū domini, & orauit, plorās &
suspirās (ut solēt ij q contritū hēt cor, & de- 1.Re.1.
uotū) & ita auxiliū a Deo petebat. Veniens
aūt sacerdos Heli, existimauit eā temulenta,
dixitq; ei, quousq; ebria eris? cum, n. esset sa
cerdos indeuotus, necdū suspirare sciebat.
O summā hoīum miseriā, ut uir deuotus lo
quatur tecū, q sacerdos es de reb. spūalibus,
tu uero tot Theologiæ, & iuris Canonici 12
uersib. imbutus nō intelligas, et ebrietatem
appelles? nunq̄ ne unam qdem horam orare
sciuisti, et poteris docere peccatores quō se
Deo clarī debent; et eum amare? cauete uo-
bis, quia nisi uos emēdatis, cadet sup uostra
Dei, ut cecidit sup Heli, quē imitamini. Al-
terū uero quo carere debet sacerdos est, ne
sit grandi, uel prauo naso, nasus, quo odores
distinguimus discretionem confessoris si-

gnificat,quæ parua esse non debet,ita vt au
diens peccat,statim uerborum asperitate de
terreat,ut eũ mutũ reddat,& si peccata,quæ
supererant,taceat,psertim si maiora, & gra-
Exo.21. uiora adhuc dicẽda superãt;Iubebat Deus,
si qs mulierẽ pgnãte ira pcuteret , ut aborti
uũ faceret:subiaceret dãno qtũ maritus mu
lieris vellet, & arbitri iudicarent. Ita etiam
anima q tanq̃ prægnans ante tuos pedes ia
cet,sua peccata in secreti tui gremio paritu-
10 ra si ob tuas duras & asperas reprehensiones
abortiuũ fecerit,male se confitendo,& pluri
ma pp metum retinendo,in iudicio subiace
bis dãno,q tibi mandauerit animarũ spon
Simile. sus,q est Iesus Christus filius Dei. Attẽdite
obsecro cõfessorẽ similẽ debere esse illi,qui
tẽdit retia ad capiẽdas aues,qui quidẽ si pru
dẽs est,cũ auis incidit i retia,nõ accurrit sta
tim,ut capiat,q̃a cæteras deterret, sed expe-
ctat donec omnes inciderint,& se retib. im-
plicarint,& tunc festinãs oẽs simul capit,ita
etiam prudens confessor expectare debet,
donec oĩa peccata in retia , quæ sunt aures
incidant,& tacens nõ reprehendat , sed hor-
tetur,& animet, ut pœnitens maiori animo
oĩa peccata sua cõfiteatur ? postea uero uer-
bis grauib. et prudentib. eorũ grauitatẽ illi
oñdat,& qua pœna digna sunt:doceat quonã
11 modo ueram habere possit cõtritionem , &
firmũ propositum nũq̃ ad ea redeũdi , q ut
fiat,oĩa remedia ei dare debet,ut perseueret,
& intelligat cõfessorẽ non tm̃ esse iudicem:
ut cognoscat cãs,& sñiam ferat, sed ẽt medi
cum esse,ut medeatur,& hoc est nõ esse na-
so paruo,i.impudentẽ esse,& indiscretum .
Nec ẽt dẽt esse naso grandi,uel torto, quod
prudẽtiã,& discretionẽ significat,nimis sub
tilem,& acutã,i.ne sit tam acutus, ut cũ no-
uum hoĩem efficere debeat , nouũ peccato-
rẽ efficiat,docẽs ea,q pœnitẽs fortasse igno
rabat. Præterea nec debet esse gibbus, i. res
mundanas appetere non dẽt,quarũ deside-
rium demittere eũ,et incuruare faciet lucri
12 causa. Vel etiam gibbus esse non debet,i.ne
sit tã male inclinatus,et infirmus , ut delens
Simile. aliorũ maculas ipse maculetur,quemadmo-
dũ sanguisugæ, q uenenũ ex aliorũ corpore
exugũt,& sibi hauriũt. Ananias introiuit in
domũ,& cũ iposuisset Sauli manus cõfestim
Acto.9. ceciderũt ab oculis eius tãq̃ squammæ. Vbi
notãdũ est eas squãmas nõ cecidisse in ma-
nus Ananiæ, sed sub manib. ita etiã pecca-
ta cadere debent sub manib. confessoris ad
pedes,vt conculcent,non in manib. ut exci-
piat,& se ijs contaminet,& si se nouerit im-
becillũ,& infirmũ ita ut resistẽdi aĩam non
habeat,deponat munus,cui nõ est idoneus.

Quis ex nobis arguet me de peccato? Crea- Gen. 1.
uit Deus lucẽ,& uidit Deus lucẽ, q eẽt bo-
na,quasi examinaret Deus,an sua lux , q̃ fe-
cerat esse bona,& uidit, q esset bona,atq̃ ò
dñe indigent ne tua opa examinatione? Pos
sunt ne aliq̃ habere imperfectionẽ? & vt cæte
ra oĩa hoc indigerẽt , cur examinare lucem
uoluit qua q̃cq̃d est in hac uniuersitate exa 15
minãt,imo hãc ipsã ob cãm lux erat exami
nãda,an esset bona, quia id,quo cætera de-
bẽt examinari diligẽter prius est examinan
dũ,& io lux summæ charitatis , & puritatis
uoluit hodierna die examinari,cũ ait, *Quis
ex nobis arguet me de peccato?* Quod si Deus
lucẽ suã,& seipsũ examinari uoluit,quanto
æquius erit , ut te tuasq; tenebras examines ?
qũquidẽ oẽs iustitiæ nostræ quasi pãnus mẽ- Isa. 64.
struatæ? Quãtũ refert hoc, ut mortis tpe se-
curũ iter inueniamus, & qm̃ ex uitæ purita
te puritas,& ueritas doctrinæ seqtur, addit
dñs : *Si ueritatẽ dico uobis,quare nõ creditis* Zach.5.
mihi? O q̃ pauci sũt q eã nunc dñt. Zac, ait,
uidisse se horribilẽ qdã visionẽ,q fuit hmõi. 14
Vidi amphorã, & ecce mulier una sedens in
medio amphoræ,& piecta est mulier in me
dio amphoræ,& missa est massa plũbea ĩ os
eius. Hoc q huic mulier factũ est, hodie fit
ueritati; pijcitur in amphorã,i.intellectũ,q
est quasi amphora qdã,illuc eã includimus,
qd si intellectus dicere uellet , qd sentit uerũ,
diceret,quia sæpe ueritatis refertus est. Sed
clausum est os,nõ massa plũbi,sed auri,& ar-
genti,ut ueritas exire non possit. Hic si qua-
tuor denarios ei pollicearis , falsum iurabit ,
& negabit ueritatẽ,& aduocatus lucri cã fal
sam tuebit: O hõ,vbi,vbi veritas?in intelle-
ctu(inquies,)at pone eã in ore. Os(inquies)
occlusum habeo,auro,aurũ,& ueritatem os
simul capere non potest. O Deus bonitatis
immensæ,quod malũ huic simile? parui lu- 15
cri causa negamus ueritatem,millies menti
mur?millies ẽt assentamur? Video pximum
meum peccare , & quia lucrum aliquod ab
eo spero,adulor,& dissimulo, cum mederi
possem,si ueritatem illi dicerem. Notat an-
tonquidam , quod qui mentitur sine pudo-
re,peior est aliquo mõ ipso Dæmone, quia
Dæmõ,ut mẽtiretur, primæ illi mulieri(sci-
licet,nequaq̃ morte moriemini , sed eritis si
cut dij &c.)serpẽtis formã assumpsit , quasi
in sua forma mentiri quodammodo uerecũ

daretur. Tu uerò ò infelix peccator absq; ullo pudore sexcenta dicis mēdacia, & ea in proximi tui pernicē. Caue obsecro ne cū Sathana mēdaciorum parente æterno igne puniaris. Sed imitare ueritatis Magistrū Iesū Christum Dñm nostrum. q̃ semp operatus est ueritatē,& locutus est. Et ideo aiebat: *Si ueritatē dico uobis quare non creditis mihi?* Causa uerò cur illi non crederent hæc est,tāta est amoris,& odij uis,ut quēadmodū pri-
16 mū mobile ui suę cęlos oēs inferiores,q̃ suo proprio motu mouent̃, ad aliū motum omnino cōtrarium rapit. Ita affectus animę uires,& uniuersam hominis molem secum trahit. Et ita quamuis uera illi dicantur, eo qđ sint rei amatæ contraria,non credit,& ideo pharisæi non credebāt, quæ illis a Dño dicebantur,q̃ erāt omnino cōtrarię rebus,quas illi amabant. Inter nos etiam plurimi sunt Pharisæorum imitatores, qui quāuis legem Euangelicam profiteātur,& credant eam tñ nō obseruāt,ac si nō crederent. Oculos quæso ad Christianam rempublicam cōuertite, & videbitis nō minimam Christianorū partē,ita uiuere,ac si nō crederēt. Qđ dixit summa ueritatis Nisi pnīam egeritis,oēs simul
17 peribitis. Et alibi: Nisi cōuersi fueritis sicut paruuli,non intrabitis in regnū cęlorū. Dicite miseri,obsecrò vos, si nullam haberetis fidem Deum hęc dixisse,maiora ne,& grauiora mala faceretis q̃ facitis? attendite uestra flagitia,vestras turpitudines, uestras auaritias,uestras iras. Si Arabes essetis, & Turcæ quid faceretis? O Deus maiestatis infinitæ? quam parui æstimant homines ueritatem, quam tu tanto amore docuisti.

Simile.

Luc. 13.
Mat. 18

Qui ita uiuitis audite qđ dictū fuit Pharisęi (idem enim uobis dici potest,q̃nquidē eos imitamini:) *Qui ex Deo est, uerba Dei audit: propterea uos non auditis,quia ex Deo non estis.* Et cū Dei non sitis,necessario Diaboli eritis,q uestrū Dñs factus,& possessor, omne intercludit iter, nè qua uobis auxiliū
18 ferri possit,quēadmodum q arcē aliq̃,aut vrbem expugnat,ita fores oēs claudit, p quas bonū ingredi pt. Claudit aures ne audiāt sermones,os ne cōfiteatur peccata. Cū possideret Ieroboā regnū Israel dixit in corde suo, si ascēdent populus iste ut faciat sacrificia in domo Dñi cōuertet̃ cor populi hui⁹ ad Roboā regē Iudā, interficietq; me & reuertent̃ ad eū,& ita excogitato cōsilio fecit duos uitulos aureos,& dixit eis, nolite ascendere in Ierusalē,ecce dij tui Israel, &c. ita & diabolus ne reuertantur peccatores ad Dñm,& illum deserant,ludis,comœdijs, & alijs rebus huiusmodi detinet hoīes occupatos,ne uerbū Dei audiāt,& eos, q audiūt passionib. & affectionib. ita ptrubat, vt idē sit,acsi nō audirēt. Misit Eliseus seruū suū Giezi cū baculo,ut pponeret sup faciē mortui,& cū nihil pficeret,reuersus ad Eliseū dixit, nō surrexit puer. Ita nos quoq; Deo possumus dicere,q
19 uos misit. Dñe posuimus baculum super faciē mortui, pdicauimus iudicij tui seueritatē,pænarum magnitudinē,mortis certitudinē,qñ āt futura sit,incertitudinē, pmij pstātiā uirtutis pulchritudinem, maiestatis tuę clementia,& miam,pdicauimus(inq̃)plurimis,qui suis peccatis (vt mortui) iacent, & non surrexit puer,nondū uidimus in illis uitæ indicium,aut doloris,aut cōtritionis,nōdum uocē cōfessionis,neq; ullā uitalē operationem q̃ sit spūalis resurrectionis argumētum. Sed qs resistit & repugnat? autor huius mali est diabolus, q eorum sanctus est Dńs.

Simile.
3. Re. 12

IN hodierno Euãgelio, in quo gloriosissimus Iesu Christi filij Dei, & hoīs triumphus refertur: cum vrbem Hierusalē ingrederetur, primũ animaduersione dignum vr, quod cum mitteret dñs duos discipulos, vt asinam & pullum adducerent, dixit eis. *Si quis uobis aliquid dixerit, dicite, quia dñs his opus habet.* Quæ uerba tantæ uirtutis & efficaciæ fuerũt, ut nemo eos impedirę ausus sit: in die cęnæ cũm mitteret discipulos suos ut pararent pascha, ite (inquit) in ciuitatem ad quendam, & dicite ei, Magister dicit tempus meum prope est, apud te facio pascha cum discipulis meis, & fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, & parauerunt pascha. Quibus nam uerbis hoc fratres dicendum, & exaggerandum esset, ut illis qui Christum redemptorem nostrum uix nouerant sat esset dicere, *Dominus hic opus habet.* Christianis vero qui eum agnoscunt ut dominum a quo tot beneficia ceperunt, & in posterum expectant, idem satis non sit. Magna profecto impudentia nullis uos domini pauperumque suorum necessitatibus accurrere, aut si accurritis, sero & inuitos accurrere. Cibo, potu, & uestibus opus habet, & in pauperum infirmitatibus curari vult, vos vero prius soleæ vestræ necessitati accurritis. Quid dico uestræ? De equis soleis prius, & de canum uestrorũ fame cogitatis. Quod eò magis virum videri debet, quia si quid a vobis petit, petit ut plura reddere teneatur. Affirmat hoc sacra scriptura, q mentiri non potest: Fœneratur domino, qui miseretur pauperis. Postea uero, qui accepit (inquit) mutuum, seruus est fœneratoris. Si ergo Deus mutuum accipit, quod pauperi in eleemosynam datur, ex ipsa scriptura colligitur fieri (si dici potest) captiuũ & seruum eorum, qui misericordes sunt. Quid igitur pluris faciendum est, q ipsum Deum habere seruũ (si ita dici pie potest?) Benedictus sit talis Deus, & beati qui tantam sibi dignitatem acquirere sciunt. Post hac igitur fratres cum ad ianuam uidebitis pauperes, cogitate nuntios esse Dei, qui clamant. *Dominus hic opus habet.* Olim homines nobiles alebant domi plurimos honesto loco natos, & uirtute præditos quod eorum opera uterentur, sed vt eorum paupertati & necessitati succurrerent. Cum igitur Maior domus euidam Archiepiscopo diceret plures eum habere domi, quam necessitas postularet, iussit Archiepiscopus vt vtrorumque nomina tam eorum, qui necessarij, quam eorum qui inutiles uiderentur separatim scriberet. Quæ cũ legeret Archiepiscopus, hos (inquit) dicis esse necessarios, illos vero inutiles: alantur igitur hi, quia horũ indigeo, illi uero, quia mei indigent. In quo ostendit quam reprehendendi sint illi qui in eorum familia eos tantum esse volunt, quorum opera indigent. Tunc enim nulla illis habenda gratia est.

Quæro cur nõ iussit dñs equum sibi adduci, sed asinã animal vilissimum? vt nimirũ doceret nos illam, quam in omni uita, amauit humilitatem. Præterea ut significaret, in terra solere Deum supra asinos sedere, (si ita dici pōt.) Soletis enim simplices fraudis inimicos, synceritatis, & ueritatis amicos, fine dolo,

dolo & fallacia, asinos appellare, & hi sunt supra quos Deus sua diuina gratia sedere so-
Psal. 72. let, Et ita aiebat Dauid. Vt iumētum factus sum apud te, & ego semper tecum. Quibus nā verbis clarius id dici poterat, quā vt cum Deo sp.simus conuenire plurimum, ut nos efficiamus tanq̄ iumenta? Ob lōgas hēt aures iumentū, ut audiat, & patientiā sūmā vt labores toleret, q̄ oīa cōueniunt iusto, patientia, s. & obedientia. Nō est uelut equus hinniēs, superbus saltib. incedes, q̄ ideo pec-
5 catorē significat audacia, & superbiā plenū.

Notādū aūt est humile hoc animal verè fuisse populo Israel uiuum, & mortuū mortuum quidē: nam Sāson huius populi dux, cum eum hostes improuiso essent adorti, & inermis esset, maxillā asini, quæ ibi iacebat arripiens, ea mille homines interfecit, & cū post uictoriam sitiret Sāson, en (dixit,) siti
Iud. 15. morior, & aperuit dñs molarem dentem in maxilla asini, & egressæ sunt ex eo aquæ, quibus haustis refocillauit spiritum, & vires recepit. Fuit ēt hoc animal utile populo Israel uiuū. Quia cū propheta Balaam ad maledicēdum ei iam proficisceretur, asina super q̄ sedebat ei loquuta est. Et aperuit dominus
Nu. 22. oculos Balā, & uidit Angelū stantem in via euaginato gladio, & ita bene fecit populo.
14 Tales igitur sunt serui Dei, utiles uiui, & mortui, peccatores porco similes sunt, qui dum uiuūt rodunt, mordent, & fœdant omnia, & detrimēto sunt utilitatis certè sunt nullæ. Quippe, qui nec lanam dant, ut oues, neque ad uehendū apti sunt, vt equi, & muli, neque ad arandū, vt boues, neque ad custodiam domus, ut canes, mortui uero utiles sunt. Ita et peccatores in uita nullius sunt utilitatis, sed damni, furando, persequendo, insultando, & se in carnis, & libidinis cœno fœdissime uolutando. Post mortem solent esse aliquādo utiles, q. a exemplū solēt esse alijs, quo deterriti inuitātur ad bonū. Preterea, quia eorū opib.
9 solet interdum inopū necessitati succurri. Boni exemplo pijsq; operib. in uita prosunt & post mortē suis apud Deū intercessionib. vt nostrorū affectuū victoriā consequamur.

Notandum præterea est, q̄ quāuis in hoc triumpho aliud ab alijs ageretur, ait enim, *Plurima autem turba strauerunt uestimēta sua in uia, Alij autem cædebant de arboribus.* Tñ illud unum agebant oēs: *Turbæ, quæ præcedebant, & consequebantur clamabāt dicentes, Osanna, &c.* Et hoc agebāt à Spiritu sancto moti. In quo docemur, quod quamuis pro ut diuersi sunt hominum status, diuersa quoq; debent esse exercitia. In eo tñ omnes cōuenire æquum est, ut. s. oēs laudent, et glorificent Deum. Et illud in hac uita præstare incipiamus, quod in æterna uita præstaturi sumus in sæcula. Dauid ait, cum debeatis lo- Pl. 142.
queretur: Exultationes Dei in gutture eorū, Et in Hebræo, & in Græco habere, exultationes? Et ita uertit Fœlix, laudes. Sed idem omnino est, nā dū sancti exultant, & laudāt, Fœlix.
Deum exultant, & lætātur infinitis illis Dei 8
perfectionibus, quas laudant. Quod, et nobis faciendum est, ut glorificantes, & laudantes Deum ex illis suis perfectionibus, quas laudamus maiorē lętitiā uoluptatemq; capiamus, q̄ si nos ipsi eas haberemus? Et ideo notate, quod D. August. ait super psalmum Au. sup
illū, q. incipit. Exaltabo te Deus meus rex, Ps. 144.
ne in laudando Deum erremus tutius esse sacræ scripturæ stylum sequi. Et ita (inquit) quia dignatus est Deus laudare, se ideo inuenimus quemadmodum laudēt eum. Nec. n. Pro. 27.
hoc potest dici de eo, quod dictū est hominibus Non te laudet os tuum, quia, ut homo se laudet, arrogantia est, ut autem Deus se laudet misericordia est. Nā quia Deus prophetas inspirauit, ut eum laudarēt, sequitur Deū laudare se ipsum per prophetas, vt doceret nos, quo eum laudare debemus. Et ideo res est laudabilis, ut qui Latinè scitis diuinū officium magno cū spiritu, & deuotione recitare assuescatis, quod ex psalmis, et alijs diuinæ scripturæ cāticis, et laudibus compositū est. Qui vero imperitiores sunt, ordinarijs et deuotis sanctis orationibus contēmpti sint, conscientiæ, mentisq; puritate eas recitātes.

Considerate etiā hoc loco fratres mei, vt pueri cum audirēt parentes suos Deum laudantes, ipsi et cœperunt laudes Deo ijsdem uocibus eodemque affectu decantare dicentes. *Osanna filio Dauid.* In quo apparet quantum patrum exemplum proficiat, vt filij seruiant Deo: tunc potissimum, cum tenera 10
ætate sunt, et una; cum morum vitæq; exēplo; verbis salutaris illis doctrina traditur. Simile.
Cum figulus vas in rota factum hēt recens adhuc, et molle, facile tenui filio secare potest, q̄ si siccum iam sit frangitur, prius q̄ secari possit: puer est uelut vas quoddam recēs in rota positum malæ inclinationis, quod ex utero matris egreditur, & nisi remedium adhibeatur circumagitur, et ad infernum vsque rotatur. De hac rota dixit Dauid. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in

pec-

peccatis concepit me mater mea. Sed quæres forsan, quare cum unum sit tm̃ originale peccatum in quo homo concipitur (ait propheta.) in iniquitatibus, & in peccato se fuisse conceptum? Respondeo unum quidē esse peccatum, sed pęnas, quas eius causa patitur esse multas, & has eo loco iniquitates, & peccata appellat simul cum originali. Ex hac igitur rota puer adhuc tener, & mollis facile secari potest, sed si eum in sua illa praua inclinatione sinitis obdurescere, uitam facilius illi erit eripere. Quare rogo uos fratres
11 Dei noīe, ut uestris filiis uirtutis præbeatis exēplum, non solum doctrina, & uerbis, sed minis. Et si hoc satis non est, quid uobis dicit Spiritus sanctus attendite. Curua ceruicem eius in iuuentute, & tum de latere eius dū infans est, ne forte induret, & non credat tibi, et erit tibi dolor aīæ. Sed quęro, ô Christe summa patris sapientia, cur recipis laudes, et honorem ab iis, quos nosti te esse intra paucos dies sæuissime interfecturos? si non nosses mirū non esset. Ex hoc Dei bonitatem, et clemētiam colligere possumus. Recipere hominum pectora non solent, eorū officia, quos proditores sibi fore sciūt. Diuinæ āt bonitatis hoc proprium est, cum nos ad eum conuertimur ita recipere, ac si perpe
12 tuo essemus perseueraturi, in amicitiā nos admittit, et seruitutis nostræ officia accipit, acsi futuri esset ignarus. O ineffabilem Dei bonitatem, ô magna filiorum huius sæculi peruersitatem, q̄ duri sunt ad creatorē suum imitandum. Nōne uī fratres hoc lachrymis dignum esse homines inferni ignes damnatos ob iniurias non acceptos? Sunt.n. qui dicunt quisquis me læserit, dabit pœnas, et hi quamus nullum aliud habeant peccatū, pp. hoc solum diabolo tradentur puniendi, nisi prauæ suæ uoluntatis pænitentiā egerūt. Nolite fratres stulti esse, et sine causa damnati, imitamini Iesum Christum, qui iniurias
13 quoq; acceptas quanam ratione excuset potius, et minuat cogitat, q̄ quō augeat, et amplificet. Grauissimum illud Iudæ peccatum à Propheta Dauid pręuisum, quā graue esset his uerbis ostendit Spiritus sanctus. Qui edebas panes meos magnificauit super me supplantationem. Magnificauit (inquit) fuit enim maximum scelus, et nefanda proditio agnus tamen ille māsuetissimus Iesus Christus, cum de ea ageret, sic ait. Qui manducat mecum panem leuauit contra me calcaneum suum. Non ait magnificauit, non ait,

Exo. 30.

Psal. 40.

Ioan. 13

pede me læsit, sed leuauit contra me pedem suum. Videntisnē, ut rem minuit? idē, et uobis faciēdū est. Et quę uobis fiunt iniurię excusandę potius, q̄ augendę, cogitandumque non fuisse malitiose illatas, ne ira excitet in animo, sed ad ueniam inclinetur alacrius:

Præterea dignum quoq; animaduersione uī, q̄ hi ipse Dns, qui hodierna die Hierusalem triumphans & gloriosus ingrediatur intra paucos dies ingressus est iterum uinctus, ut latro, maximis iniurijs, opprobrijsque effectus. In quo humanæ gloriæ leuitatem, et incōstantiam uidere est, et quanti no 14
bis facienda sit. Preparauit dominus hederā, et ascendit super caput Ionæ, et lætatus est Ionas super hedera lętitia magna. Ita rerum principia sunt uirentia, et florida, tu uero lętus. Lætatus est Ionas lætitia magna, (sed ait ibi,) quod parauit Deus uermen, et percussit hederam, et exaruit. Æstuare cępit Ionas, et petiuit aīę suę, ut moreretur, ita ēt, & uobis nascitur uermis, permittit Deus aliquod infortunium euenire, et euertit omnia, uos uero tristes æstuatis, ut Ionas. Vt intelligatus nihil esse in hac uita ueri, et solidi, et omni cura, et studio ametis cælestia, quæ uero, et ęterna sunt bona. Iubebat lex, ut paschalem agnum, qui immolaturi erant quatuor dies 15
ante pascha, toleret, unusquisque in domum suam. Si quæ una sint citharæ, eodē tono intentæ, ac temperatæ ad unius tactum altera per seipsa respōdet pp illam uocū similitudinem, ac consensionem. Ita ēt, quia uetus, et nouum testm̃ eodem spiritus scripta in eodē quasi tono consentiunt, si unius chordas tangis, statim respondet alterum, statim, ac figuram in ueteri uides, ueritas in nouo occurrit, quæ per seipsa quodam modo loqui uidetur, ut in hoc loco agni figuræ, rn̄det hęc ueritas, qđ immaculatus agnus Christus Dei filius pro peccatis nostris immolandus, quatuor dies antequam immolaretur Hierusalem ingressus est, ut is, qui se sponte morti 16
obtulit. Triumphans autem ingredi uoluit, ut lætitiam, qua moriebatur ostendere. Benedicant tibi domine Angeli cœli, et terræ iusti, ob tantum ac tam singulare in nos collatum beneficium.

Ait Sāctus Matthæus, q̄ in hoc Domini ingressu adimpletum est, quod Propheta Zacharias ante prædixerat, dicens. *Dicite filiæ Sion, ecce rex tuus uenit tibi māsuetus, sedens super asinum, & pullū filiū subiugalis.* Rex iste est Iesus Christus Redemptor noster,

Ioan. 4

Exo. 12

Simile.

Zach. 9.

ster, de quo D. Ioannes ait. Et vestitus erat
veste aspersa sanguine, & uocabatur nomen
eius uerbũ Dei, & hẽbat in uestimento, & in
Apo.19 memore suo scriptum, Rex regum, & domi-
nus dominantiũ. Pluris tñ ab eo fit Regẽ se
esse iustorũ, quam Regẽ Regũ. Iustorũ (in-
quam) qui regere & moderari sciũt affectus
17 animi & appetitus diuinæ legis præceptis.
Et ita Archangelus Gabriel de his Regibus
mentionẽ fecit, dicens: Sacratissimę uirgini
Lucæ.1. Mariæ, & regnabit in domo Iacob in ęter-
nũ. Res enim vr admiratione digna, cur nõ
dixit, regnabit in domo Abraham, cum uo-
caretur Abraham pater fidei, nec dixit in
domo Isaac, in quo factę sunt promissiones.
Ratio aũt ea est, qa in domo Abrahã vnus
fuit electus, idest, Isaac, alter uero quem oẽs
cõmuniter credunt fuisse reprobatum, idest
Ismael. In domo vero Isaac electus Iacob,
Gen.49. Esau reprobatus, in domo Iacob nullus dici
tur fuisse reprobatus, sed oẽs patriarchę fue
rũt, & bñdicti a patre. Et ideo nullã Archan
gelus mentionem facit de Abraham, & de
Isaac, sed de Iacob, quia in æterno Iesu Chri
Mat.25 sti regno omnes benedicti futuri sunt illis
Regis uocibus admissi. Venite benedicti pa
18 tris mei, percipite regnum.
Reprobatum uero nulli eo ingredi lice-
Esa.32. bit. De hoc diuino Rege dixerat Isaias; Ec-
ce in iustitia regnabit Rex, & Principes in
iudicio perunt, & erit uir sicut qui abscon-
ditur a uento, & celat se a tẽpestate. Sicut ri-
ui aquarũ in siti, & umbra petræ pminentis
in terra deserta, ubi de hoc Rege, & eius mi
nistris loqtur ad literã i. eius discipulis, q p-
fuerũt in iustitia, & iudicio, q̃ duo noĩa iudi
ciũ, & iustitia sępe in sacra scriptura inuenies
in prophetis præsertim, & psalmis, & nũc de
Deo, nunc de hoĩbus dici solent, sed queãd-
modum Dei natura ab humana plurimum
differt, ita ẽt hęc duo nomina, aliud in Deo,
aliud in hoĩbus significãt, quamuis eorum
una sit semper & eadẽ definitio. Cũ de Deo
dicuntur consolationis nostrę fontes, & spei
19 fundamẽtũ significant. Cũ de hominib. di-
cuntur id omne q̃ quisq; prestare debet, cõ-
prehendunt. Quapropter plurimum referre
videtur horũ nominum uim intelligere, qui-
bus quicquid speramus, & quicquid debe-
mus breuiter continetur. Iudiciũ itaq; signi-
ficare dico clarã, certamq; eorum rerum om-
nium cognitionem, quas pro status uniuſ-
cuiusque diuersitate præstare tenemus. Iusti-
tiam uero promptitudinem quandam in uo-

luntate ad id prestandũ q̃ iustũ bonũq; esse
intelligit. Itaq; una semper sint iudicium, &
iustitia necesse est. Nã quodcunq; illorũ defi
ciat rerũ ordo turbabitur. De iudicio igitur co-
gnitione Dei nihil est cur agamus, cũ Infini
ta sit, & ex ea oĩs creaturarũ cognitio nasci-
tur. Iustitię verò nomẽ in Deo nõ significat 20
sẽper suppliciũ, quo malos punire solet, sed
iustitiã q̃ in ipso fac, misericordias, & bene
ficia conferendo, eaque omnia prestando, q̃
in sacra scriptura promisit. Cũ cõsolaretur Isa.11.
homines Esaias, Iesu Christi filij sui aduen-
tus certitudine, oĩa q̃ dixerat resumens his
uerbis breuiter includit, iudicabit in iustitia
pauperes. Nõ ea iustitia qua vnicuiq; tribuit
q̃ ei debetur. Hæc. n. metus potius, & timo-
ris cã esset, quã consolationis populo tã ma
lo, & malè de Deo tot scelerum gñe merito:
Sed iudicabit in iustitia ea, scilicet, iustitia
per quã se pstando, q̃ uerbis promisit, mise-
ricordia, & clementia utitur pœnitentibus
toties promissa; Et ita paulo post quam uo-
cauit iustitiam, fidem appellat, quę est dicto-
rum promissorumq; constantia. Erit, inqt,
iustitia cingulum lumborũ eius, & fides cin
ctorium renum eius, i. fidem nunquam di-
mittet, sed semper secũ habebit, ut cingulũ, 21
promissorum ueritas semper eius lateri hæ- Psal.88.
rebit. Dauid quoque, sceptrum, coronam, &
thronum regium Iesu Christi in terris duo-
bus his nominib. cõprehẽdit dicẽs, firmetur
dextera tua, & exaltetur manus tua, iustitia,
tia, & iudicium pparatio sedis tuæ. Optat vt
Christi Dei filij imperium in terris perpe-
tuũ fit, & maius semper fiat, iustitia & iudi- Simile.
cio. Quia qui fœlicẽ, beatamq; rempublicã
describere solent, una ex rebus præcipuis,
quas illi optare solent, ea est, vt regi pareat,
q regni necessitatũ cognitionẽ habeat & ad
opẽ ferendam paratus sit. Nam q̃ prętere a
regni posset, vt vires pterea haberet, & quod
requirit iustitia præstare posset, tolerabilius
esset non potuisse principẽ subditorũ neces-
sitatibus opẽ ferre, q̃ noluissẽ, aut eas igno- 22
rasse. Et ideo cũ tot ac tãta de Dei potentia
dicenda essent, de iudicia tãtũ & iustitia lo-
quutus est David. Tribuũtur præterea in sa Psa.118
cra scriptura hæc duo noĩa hoĩbus, ut pa-
tet. Feci iudicium & iustitiã. Et profecto oĩ-
bus conuenit hæc duo prestare, ut suo quis-
quam fungatur officio. Quemadmodũ su-
perius in horum nominum diffinitione di-
ximus. Et quamuis peccata, quæ ex uoluntá-
tis malitia nascuntur nolentis ea exequi,
quæ

quæ iusta & bona esse intelligit, maiora sint quam ea, quæ ex ignorantia proficiscuntur, tñ hæc ignorantiæ peccata maioris detrimẽti sunt, in publicis præsertim personis, quibus difficile persuaderi potest multa: eos
Aug.l.9 d.ci.Dei ignorare. Ideo D. August. Ignorãtia (inquit) iudicis sæpe fit calamitas innocẽtis. Huc facit locus ille Leuitici animaduersione dignus, vbi cũ ageret Moyses de sacrificiorũ diuersitate, q̃ pro peccatorum, & personarũ
Leu.4.
23 diuersitate facienda erant, ait iussisse Deum vt si Sacerdos (qui tunc regis instar erat) per ignorantiam peccasset, idem sacrificiũ iisdẽque cæremoniis fieret, ac cum uniuersus populus per ignorãtiam peccauerat, ut significaret tam graue esse quodammodo ignorãtiæ peccatũ in unius Sacerdotis, & regis persona, ac si uniuersa respublica peccaret, cum publicarum calamitatum causa esse soleat? Postea quam Esaias eo in loco, quem nunc explicamus de sapiẽtia, iudicio, & iustitia loquutus esset cœlestis huius Regis; addit ad uersus tempestates, & uentos futurum propugnaculum. Et erit (inquit) uir sicut qui absconditur a uento, & tempestate, sitientibus
24 vero, & æstuantibus tanquam aquę riuũ futurũ, & opportunam aliquam umbram in sterili, desertoq; loco, sicut riui quarum in siti, & vmbram petræ prominentis in terra deserta. O quot, ac quanta in sacrã scripturã de hoc Rege dñr? Qñ.n. hoc nomẽ Regis in ea absolute inuenitur, de Christo redẽptore
1.Re.2. nostro intelligẽdũ est. Ille.n. uere & pleno
Psal.2. ore Rex dici põt, cæteri oẽs Reguli sunt, de
Psal.92. eo intelligitur illud Regũ. Et dabit imperiũ
Psal.44. Regi suo, & illud, ego constitutus sum Rex ab eo, & illud, in uirtute tua lætabitur Rex; & illud, cõcupiscet Rex decorẽ tuum, & filię Sion exultent in Rege suo. O diuine Rex? beatos illos, qui se diuinæ tuæ uoluntati subiiciunt, horum.n. tu uerus protector es, &
25 custos. Et ita ubi nos legimus, noli timere Abraham, ego protector tuus sum. In Hebræo est, ego scutum tuum sum. Et ideo humanã hanc carnem assumpsit, ut in se ictus reciperet, & pęnas, quas culpæ merebantur, nos uero æternis suppliciis liberaremur.

Ait ꝑterea. *Ecce Rex tuus*. O beatissimũ & suaue uerbũ, in quo cęlestis illa, & diuina donatio declaratur, quam Deus hoĩbus fecit, sed quo ait, ò hõ tuum esse Regẽ, nõne Angelorũ quoq; Rex est? Causam hoc exẽplo dicam Papa oĩum Christianorũ, & orbis uniuersi Prælatus est, sed si accidit Florẽtinũ esse, aut Neapolitanum, aut Venetũ, dicere solent Florentini, aut Neapolitani, aut Veneti, noster est Papa, quia eorum ciuis est, & ex eo loco ducit originem, ita etiã quãuis Christus Dei filius Angelorum Rex est & hoĩum, tñ præcipua quadã rõne noster Rex esse dr̃ quia ex carne est, ut nos sumus, & nostram naturam assumpsit. Qua de re Heb. 2.
gloriabitur D. Paulus, dicẽs. Nusquam Angelos apprehendit, sed semẽ Abrahæ. O magnam iustorum dignitatem; qui ut suum 26
habent, & possident tam ineffabile bonum. De peccatoribus ait Iob. Veruntamen, quia non sunt in manu eorum bona sua consiliũ Iob. 21.
impiorum longe sit à me, i. absit a me malorum uitæ institutum. Et ratio, q̃a bona sua in manu eorum nõn sunt. i. quamuis bonis abundẽt in hac uita, nihil est cur illis inuidẽdum sit, quia ex quæ possident bona in potestate eorum non sunt, & iis indigni sunt, & ipsimet uitæ quam uiuunt. Quare merito iis priuari põt, & priuabunt cũ id minus cogitabũt. Et ẽ cõtra explicat D. Paulus, ius q̃ 1.Co.3.
iusti habẽt in omnibus. Omnia inq̃t uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue uita, siue mors, siue pręsentia, siue futura, oĩa.n. uestra sunt, uos autem 27
Christi; Christus autem Dei, i. si Christus Dei est, uos autem Christi, ergo Christus uester est, si uester est, omnia uestra sunt, quia oĩa Christi sunt, & quia Dei sunt. O anima mea dic ergo dño, ò redemptor meus, oĩa nostra sunt in te, & pp te. Et uere dicere ille nobis põt, quod ait Apostolus. Omnia uestra sunt, quia pater meus etiã uester est, & mater mea, uestra mater est, ego quoque frater uester primogenitus uestra est mea hereditas Oĩa, i. Dei patris bona, caro mea ẽt uester cibus est, & sanguis meus potus, uestra est mea humanitas, uestra mea diuinitas uestri mei Angeli, ut uos illuminent, & defendant, uestri mei Apostoli, ut uos do- 28
ceant, uestra est terra, ut militetis in uita, uestrum cœlum, ut quiescatis post mortem, vestri sunt ipsi dæmones, ut uos exerceant in uirtute, uestra tandem uita est, & mors, omnia uestra sunt, ut ex omnibus fructum percipiatis. O beatos iustos, qui quoniam se diuino huic Regi subiiciunt, Rex eorum est, & cum eo omnia quæcunque sunt. Vos uero fratres quid dicitis? Quid uestris istis Christianis animis cogitatis? dignitatem ne ad quam amici Dei ascendũt? Eiã igitur per charitatem, obsecro uos,

qua cęlestis hic Rex venit, vt eiusdem cha-
ritatis ignibus incensi eum in corda vestra
recipiatis, quandoquidem de eo dicitur, nō
solum, quod est Rex tuus, sed quod venit ti-
bi? Multa sunt, quæ quamuis vestra sunt,
2. Re. 18 vobis tamen non sunt, quia non sunt in vti
litatem vestram. Absalonis crines eius erāt,
sed non illi, quia eis se tanquam fune suspē-
dit; pulchritudo illius erat, sed nō illi cum
suæ damnationis causa fuerit. O quot sunt,
qui pulchritudinem, opes, & dignitates ha-
bent, quæ omnia illis non sunt, quia illis
stimuli quidam sunt, quibus incitati ruunt
29 velocius ad interitum. Et ideo. Hic Rex est
tuus, & *venit tibi* non sibi, nec in suam vtili
tatem, sed tuam; addit. *Mansuetus.* Et ideo
Cant. 5. aiebat sponsa: Guttur illius suauissimum,
totus desiderabilis. O homines quem habe-
tis Regem? (ait sponsa) quid ait Ecclesia Ca-
tholica? nullum esse in eius ore verbum, qđ
mellitum, quod dulce non sit, totus est sua-
uis, nihil habet amari meus sponsus. Non-
ne suauissimum guttur diuini huius spon-
si, & Regis, qui ait; Venite ad me omnes
qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiā
Mat. 11 vos? Nonne suauissimum eius guttur vi-
Ioan. 6. detur (inquit), Ego sum panis viuus, si quis
manducauerit ex hoc pane viuet in æternū?
30 Nonne suauissimum eius guttur videtur,
qui ait: Si quis sitit, ueniat ad me, & bibat.
Ioan. 7. Mansuetum igitur nunc recipiamus, ne cū
Psal. 71. postea metuamus iratum. Nunc descendit
de cœlo, sicut pluuia in vellus, & sicut imber
super gramina, ut animæ nostræ reuiresce-
rent, & uberes darent fructus. Et ideo sine
strepitu uenit & sine pompa. Cauete cū non
ut ros ueniet, sed ut grando, quæ uineas, te-
ctaq. uerberet, & frangat. Audite, ut nos ter
Ose. 13. ribili illo aduentu deterreat. Ego ero eis
quasi leæna, occurram eis quasi vrsa raptis
catulis, & dirumpam interiora iecoris eo-
rum. O immutabilis Deus, sed quantum
tamen differt, qui nunc uenit mitis, & man-
31 suetus sedens super asinam, ab eo quando ue-
niet in sede maiestatis suæ? & ideo fratres
iterum atque iterum obsecro uos uniuscu-
iusque pedibus obuolutus, ut cœlestis hu-
ius Regis suauitate, & mansuetudine abuti
nolitis, sed peccatorum uestrorum pœnitē-
tiam agentes, eius uos obedientiæ subiicia-
tis, ut eius diuina gratia iustificati gloria
postea perfruamini. Amen.

Feria Quinta in Cœna Domini.

Ante festum Paschæ sciens Iesus, quia venit hora, &c. Ioan. 13.



SAnctus Propheta Esaias, cū prę- Esa. 12.
dicatores Euangelicos monere
uellet, quidnā pręstare debeant,
ait. Notas facite in populis adin
uentiones eius. Duo sunt præci-
pua in operibus, q̄ Deus remedij nostri cau-
sa operatus est. Vnum est ipsummet opus 1
admirabile alterū uero inuentio, & modus,
quo id operatur, quod non minoris æstima-
re dēt, q̄ ipsum opus. Si Rex, ut suum in te Simile.
amorem ostenderet, uas tibi aliquod aureū
donaret, summo artificio elaboratū, duo
illi debores, aurum, & artificium, quia sæpe
accidit, ut uas aliquod decem aureorū pon-
deris, uiginti pp artis præstantiā uendatur.
Quare magni quidem faciendum est ipsum
redemptionis beneficium, magnum. n. opus
fuit, sed modus, quo nos redemit non mino
ris æstimari debet. Quod. n. noluerit in sta
bulo nasci, ī cruce mori: admirabilis fuit re-
dimendi rō, quam si diceremus pluris etiam
æstimari debere q̄ redemptionē ipsam abso
lute, nulla esset exaggeratio, sed ipsa ueritas, 2
cum in ea plusquam in ipsa redemptione
sui erga nos amoris magnitudinem ostende-
rit, licet redemptio, & redimendi modus ex
eadē charitate pcesserint. Idō aiebat Esaias.
Notas facite in populis adinuentiones ei⁹.
Vt si hoc semper nos præstare æquū est, ho-
dierna die præstari æquius est, quæ dies uere
dici potest adinuentionum Dei. Tot ac tāta
diuini amoris opera in hac die fiunt, ut dice
re uere possimus hanc diem diluuium esse
quoddam amoris Dei inuentionum. Nam, Gene. 7.
quemadmodum in aquarū diluuio (ait scri-
ptura) rupti sunt omnes fontes abyssi, & ca-
taractæ cœli apertæ sunt, significat hominū 3
opinione, cęli uiscera aperta esse, ita hodier-
na die omnes diuini amoris fontes aperti,
sunt. Scidit (ut ita dicam) Deus pectus suū,
& charitatis suæ uiscera patefecit, quæ an-
tea peccatum obcluserat, & facta est pluuia
super terram. Amoris pluuia, magna inter
utranque differentia est. Priora illa pluuia,
mundum euertit. Hæc redimit: illa amo-
rem retulit, hæc uitam largitur, illa aquæ,
hæc ignis pluuia est. Illius frigore mundus
obriguit, huius calore exarsit: Quia dixerat
sum

Luc. 12. summa veritas, ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi, ut accēdant? De hoc
Psal. 28. diluuio pn̄t ea verba intelligi: Dn̄s diluuiū inhabitare facit, & sedebit dn̄s rex I æternū, idest, dominus faciet, ut diluuiū duret, & diu moretur in terra. Nam prius illud diluuiū fuit breue, aliud (inquit Dauid) faciet Dominus, q̄ duraturum est, & hoc est beneficiorum, & amoris diluuium. Et sedebit Dn̄s Rex in æternum, i. Deus tot in hoīes benefi
4 cia conferendo eorum sibi voluntates alliciet, & eorum Rex fiet, ut ei pareant in æternum. Illud ēt hodie dici posset adimpleri,
Psal. 21. quod dixit idem Dauid: Sicut aqua effusus sum, dispersa sunt omnia ossa mea, i. viscera mea, factum est cor meum tamquam cera liquescens in medio ventris mei. O admirabilia verba, quæ incomprehensibilem Dei liberalitatem ostēdunt. Totum me diffudi, vt aquam, totum me tradidi, nihil iā in me reliquum est, quod meū sit, ineffabilis amoris igni liquefactum est cor meum tanquā
Simile. cera. Accidit Christi Redemptori nostro, quod militibus accidere solet, q̄ vrbis alicuius mænia scalis ingressi, vrbem huc illuc per diuersas partes discurrentes incendunt, at cum peracto opere exire iam cupiunt, se-
5 ptos se flammis animaduertunt, & cum ipsa vrbe pariter exuruntur. Ita etiā dominus ignem venit mittere in terram, & cum illud optare vnum, ut arderent omnia, tantā huic rei operam dedit, ut eodē, & ille amori igne exustus, & occisus sit. O filij Adæ cur non hæc audientes amore vos quoque liquescitis, indicium hoc est maximum corda vestra non ē cera esse, sed marmore. Iam verò explicemus diuinas has inuentiones.

Ait S. Euangeliū. *Ante diē festum Pascha.* At vide obsecro sanctissime Euāgelista, q̄d dicas? quem vocas diem festum? dies festus dr̄ cum à labore cessantes, omnes homines
6 quiescunt, & otio læti perfruuntur, at diem qua Dei filius occiditur, dies in qua Sol obscuratur, & petræ scinduntur, & oīs creatura mæret, hunc tu diem festum appellas, ita p̄fecto dies festus est, quandoquidem hac die redemptus est mundus, placatus est pater, cœlum apertum, & pax facta inter cęlum, & terram. Dic, ò peccator, si pro timori Deū, vt te a peccaui culpa liberaret, dies est festus, si tu in peccato persistis, nonne quātū ex te est ex festo die nō festum facis? Mortuorum cadauera ex sepulchris excitantur, peccatorum animæ mortuæ in peccatis iacent? Vbinam lachrymarum fructus, quas ieiunio pro suis filijs fudit pia mater Ecclesia dicens: Da nobis ieiunij effectum salutare? Vbi pænitentiæ, & quadragesimæ fructus? Dei noīe eos a vobis repeto, ubi sunt? Nonne dixit Dauid? Euntes ibant, & flebāt Ps. 125.
mittentes semina sua, uenientes autē veniēt cū exultatione portantes manipulos suos? Seminauit iam Ecclesia sancto ministrorū, & prædicatorum suorum sudore, & lachrymis, ubi ergo manipuli cū exultatione collecti? Vbi vestrarum animarū fructus? O 7
homines Sathanæ filios, qui sanguinem ipsum Iesu Christi, insufficientiæ, & impotentiæ (si ita loqui licet) uestris scelerib. coarguere uidemini, quasi uos eo lauare nequiuerit, & ipsius amorem quasi uos ad amandū allicere nou potuerit, & omnia eius opera tanquam inutilia, & infructuosa. Pudeat vos post tot accepta beneficia in eodem statu p̄sistere: & quæ sequuntur diligenter attendite, sunt enim uestræ saluti utilissima.

Sciens quia uenit hora eius. Multa uitæ 8
suæ horas habuit in hoc mundo Christus Mat. 17
Redem. Nost. quas merito suas appellare po Marc. 1.
tuisset. Horam habuit in qua facta est facies & Luc.
eius sicut sol, horam habuit, in qua cælestis 3.
Pater diuitatis suæ testimoniū è cœlo dedit. Horā habuit, in qua hoīes eū sibi Regē Ioan.
creare uoluerunt, & uerum esse Prophetam Gen. 2.
confessi sunt, quem Deus mundo promiserat, & tn̄ istarum horarum nullā appellauit suam, sed hanc tantū, in qua erat pro hoībus passurus, in qua suū amorem, & charitatem ostensurus erat, hanc appellat suā. Cū Deus uniuersam hanc mundi molē creasset, die septima requieuit ab uniuerso opere, quod fecerat: & quia erat quietis suæ dies, sanctifica uit illam, & benedixit ei, non tn̄ appellauit suam. O mirabile mysterium, antequā Deus fieret homo quietis suæ idem celebrauit, postea quam uero homo factus est, laboris doloris q. diem in quo tot, ac tanta pro hoībus 9
passus est, hūc celebrare noluit, hunc suum appellauit. O Xp̄e uerus hoīum amator, hic dies optatis uotisque tuis finem imponat. Iā prope est paschæ illius dies, quem unā cum Luc. 22.
discipulis celebrare tantopere optabas. Attendite, quo affectu cum iam accubuisset illa uerba dixit. Desiderio desideraui hoc Pascha mādūcare uobiscum antequam patiar. Quibus in uerbis duo dn̄s significauit, unū est quod uult diuina Maiestas sua beneficia plurimum a nobis desiderari. Et ita dixit:

Beati

Beati qui esuriunt,& sitiunt iustitiā. Et quia
Mat.5. hoīum desideria talia esse non poterunt, ut
tantis beneficijs digna sint, quę hodie confe
runtur: ideo dixit dominus ego illa ꝓ uobis
desideraui, & ita ait; Desiderio desideraui.
Quemadmodum pro discipulis suis gratias
egit, quas ab ipsis Deus requirebat: qn̄ cum
piscatores essent aiebant, dæmonia subijciū
10 tur nobis,& quia illi pares tanto beneficio
Luc.10. gratias referre non possent: eorum vicē cle-
mentissimus Iesus accepit dicens: Confiteor
tibi pater Dn̄e cæli & terræ. Ita ēt hoc loco
desiderij nostri defectū suppleuit. Sumus tā
uiles,& pusillanimi, ut nesciat uoluntas op-
Exo.6. tare nisi terrena,& caduca, ut Hebræi quo-
Exo.17. rum varia desideria admirationem pariunt,
Exo.16. nunc optabant panē, nunc aquam, nunc co-
Num.11 turnices, nunc cepones. Tot fuerunt deniq;
Num.11 desideria, vt ea necesse fuerit illorum mor-
te finire, & ita magna eos plaga percussit.
Vnde & nomen nactus est ille locus, sepul-
chra concupiscentię, i. hic istorum hominū
desideria iacent,& illi simul, ut dixit Dauid:
Ps.111. Desideriū peccatorū peribit. Quia nimirū
11 permittit sępe Deus, vt quod optant, non
consequantur,& anteq̄ voti compotes fiant
Ephe.4. vita priuat. Et ita ait D. Paulus, q̄ uetus ho-
Rom.1. mo. i. filius Adam, in quo uiuit & regnat pec
catū, corrūpitur secūdū desideria erroris, i. p
momenta cōsumi ob stulta sua desideria, &
eorum euentus expectatione macerari,& ijs
dē desiderijs uti Deū tanq̄ carnificē ad eos
torquendos. Vocat autē hęc desideria, desi-
deria erroris, q loquendi modus sacræ scri-
pturę familiaris est, ut verbū verum. Ita desi
derium erroris, i. desiderium errans, deside-
rium quod a virtutis scopo, & Dei lege er-
rat. Quamuis ꝑmittit interdum Deus, ut ma
12 la desideria malum finem sortiantur, vt illis
maiori sint damno. Vt D. Paulus ait, ꝑp q̄d
tradet illos Deus in desideria cordis eorū, i.
in tot peccatorū pœnam, quæ ibi retulerat,
permisit Deus, ut quod optabant, fieret. At
hęc pœna ne appellari pōt, quod optabant,
euenire? Hic ne carcer est? hęc uincula? id il-
li uolunt fieri quod optant. O infęlices illos
quos Deus sic ponit grauissimo hoc suppli-
cij genere. Hoc sentiebat Dauid qui ait: Di-
Psal.80. misit eos s̄m desideria cordis eorum, ibunt
in adinuentionibus suis, quot excogitant
quotidie ut Deum offendant? ibunt, quo
āt erant non dicit, quia neq; ipsi hoc sciunt,
qui in malitia cęci ambulant. Cauete fratres,
ne huc deueniatis, curate diligenter, ut uolū

tates uestræ id tm̄ optent, q̄d bonum,& san
ctū est. Memētote id plurimū referre, ut Dei
beneficia facilius consequamur: ea prius plu
rimum desiderare. Et hoc docet Christus
Redemptor noster, his uerbis: Desiderio de-
sideraui,&c.

Significatur ēt his uerbis quantopere de 13
sideraret Christus pro nobis mori. Et ideo
mortis horam suspirabat, quia uitæ nostræ Simile.
hora futura erat. *Sciens quia uenit hora eius.*
Erat Christus Redēptor noster tāq̄ horolo
gium ex arena quod duas habet ampullas,
superiorem unā, alteram inferiorem thoræ
initio, arena tota est in superiori ampulla,
mox paulatim a superiori in inferiorem ita
delabit̄, ut ea exhausta hora peracta sit. Am-
pullæ ī Christo sunt anima,& corpus, initiū
horæ fuit conceptio, in qua anima q̄ ampul
la superiori est, plena erat arena, tristitia, &
mærore, quia in eodem illo creationis mo-
mento & unionis cum uerbo diuino, præui
dit in eo id oē, quod passurus erat, & illud
recepit ut suum. Omnium præterea peccato
rū cogitationem habuit, ꝑp q̄ summo dolo
re affectus est. Cum uero in natiuitate sua in
cepit hora, ex superiori ampulla ad inferio- 14
rem cæpit ærena delabi, quia statim anima
illa sanctissima dolores suos cū corpore cō-
municauit,& cępit corp⁹ frigus, famē, sitim
& alia tormentorū genera pati, durauit hora
quam diu uita durauit, in qua perpetuo ex
anima ob illū amorē, quo Deum hominesque amabat in corpus tristitia mærorq; ma
nauit. Et quia ultimo illo momēto, cum ex
pirauit ī cruce animę dolores omnes exhau
riri debebant, sacrum uero corpus crucifixū Leu.12.
laceratum,& mortuum erat, in cruce reman
surum, ideo ait, uenit hora eius. Hora appel
lat passionis suę tempus. Ea est enim diuini
amoris uis, ut rerum nomina immutet: quia 15
ut re quoque ipsæ diuersæ amantibus uideā
tur, facit. Et ita dolores,& mortem non his
appellat nominibus sed alijs. Hęc appellauit Ioan.18.
baptismum, dicēs: Baptismo habeo baptiza
ri,& quomodo coarctor usque dum perficia
tur? quasi expectatione torqueretur. Alibi
calicem appellauit, ut cum Petro dixit: Cali
cem quem dedit mihi pater, non uis ut bi-
bam illum? Nemo unquam sitiens aquā fri-
gidam tanta cum uoluptate bibit, quanta
Christus Redemptor noster passionis suæ
calicem hausit. O quæ quantaque fu-
it amoris sitis? quam uehemens pro no-
bis moriendi desiderium, quo fiebat ut
ma-

maxima quæq; minima uiderentur. Ita ea verba intelligo quæ in cruce dixit: Cõsummatum est. Nõ ignoro præcipuum illorum sensum esse affirmatiuum. perfecisse redemptionis opus quantũ in se erat. Sed permittite quæso me interrogatiue sic legere: Consummatũ est? Ac si diceret, peractum ne est? quasi tã breuem doloris fuisse cursum miraretur. Et ita hæc uerba lego. Quia quãuis dñs affirmatiue pronunciauit(ut diximus) ea tñ aĩo, & mẽte interrogatiue ẽt dicebat:
16 quia totum illud passionis tps breuissimum illi uisum est. Itaque quemadmodum amor efficit, ut mortis nonne mutaret, & baptismum, & calicẽ appellaret, ita ẽt facit ut longissimum tps horã hoc loco appellet. Et horam suam, qa sui amoris erat hora. Ad hũc
Iob.7. perfectionis gradum amici Dei deueniunt, vt cum militia sit vita hoĩs super terram, tri
Cant.6. bulationes tñ, & afflictiones suauissimæ eis videantur. Quapp cum sponsam laudaret sponsus, ait. Pulchra es amica mea, suauis, & decora, ut Hierusalem. Sed ubi nos legi-
Thirsa. mus, suauis, in Hebræo est, Thirsa, quod est nomen proprium urbis. Noster uero interpres posuit noĩs significationem, sed uere nomen est proprium. Erat enim Thirsa urbis regis tribus Ephraim a fertilitate, & suauita
17 te appellata, eo quod locus esset amænissimus. Thirsa. n. idem est, quod suauis, quare comparat Spiritus sanctus iustum duabus his urbibus, Thirsæ, & Hierusalem, quæ pacis visionẽ significat ut pace suauitatemque iustorum oñderet, quãuis magnis premãtur infortunijs. Vtinam fratres eam uirtutis haberemus prꝑstantiam, ut pro Christo pati
D. Bern. sup Cãt. gauderemus. D. Bernardus super Cantica explicans ea sponsæ uerba: Nigra sum, sed formosa, quæ inuidis æmulisq; suis dicebat qui eam nigrã appellabat, tm(inquit) abest vt eam suæ puderet nigredinis, ut potius de ea gloriaretur. Per nigredinem uero intelligit sanctus, tribulationes, quas anima Dei
18 amore patitur, & ita ait. Pulchra sponsa conuertit ad gloriam quod sibi ab æmulis retorquetur; non modo formosam, sed nigrã se gloriam. Non. n. erubescit nigredine, quam nouit præcessisse in sponso, cui similari quãta gloria est? grata ignominia crucis ei est. Obsecro igitur uos fratres per hunc clementissimum dñm, ut qñquidem ille uestra causa crucem tantopere amauit, & mortis horam tanti fecit, ut suã appellauit, uos quoq; horam in qua aliquid erit eius causa ferendum, uestram, & non alienam existimetis.

Sciens quia uenit hora eius: ut transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Ait hoc loco D. Augustinus, q dilexit eos in finẽ, i. Augustinus. ut daret se eis qui est ultimus finis. Hic est finis quo nostræ sagittæ, i. opera cogitationesque nostræ dirigi debent. *In finem dilexit eos.* Vt se illis traderet, & eum tanquam suum possiderent. In finẽ dilexit eos, i. adeo dilexit, & tot in eos contulit beneficia, ut fi- 19
nem ad quem nati sunt, consequerentur. D. D. Chr.
Chrysostomus ait, oĩa suum habere finẽ & terminũ, amor uero Christi Redẽptoris nostri, ut homo erat, eo peruenit quousq; peruenire poterat, i. ad finem, ulterius procedere non poterat, usque in finem dilexit eos.
Cyrillus ait, in finem dilexit, i. morte maio- Cyrill'.
ra dedit illis amoris indicia, quãuis in tota uita se eos amare oñderat. Nunc tñ ultima amoris metam oñdit. Eximio pictori simi- Simile.
lis, qui plurimis tabulis in aliqua orbe artis suæ præstantiam ostendit. Cum uero discessum parat, ut præclarum aliquod sui monumentum relinquat, oẽs intendit uires, ut in eo qcquid arte præstare potest, efficiat, ita etiam cęlestis hic amoris pictor, & artifex Ie- 20
sus Christus ĩ tota vita plurima edidit amoris opera, natus est in stabulo, plorauit, fudit sanguinem, ieiunauit, orauit, prędicauit, passus est iniurias, & contumelias, quæ quidem præclara sunt amoris opera, uerũ in suo ab hac uita discessu, præstantiorem quandam amoris picturam reliquit, & quod amore prꝑstare poterat, præstitit. Hoc illud significat, in finem dilexit eos. Naturalis motus quanto magis accedit ad terminum, eo velocior est, ut lapis qui deorsũ fertur: uiolẽtus uero in fine remissior est, ut cum lapis ascendit, Christi Redemptoris nostri amor uolũtarius erat nõ uiolentus, & ita in finẽ maiora suæ uis, & impetus argumenta dedit. Si Simile.
sponsa aliqua eo q datam sponso fidem fre- 21
gisset, ad suppliciũ raperetur, sponsus uero amore commotus diceret iustitiæ ministris se debitũ sponsę suæ suppliciũ subire uelle, & pro ea mori, & ita fieret, ut ea dimissa traheretur sponsus ad necẽ: cum uero ab ea separaretur, diceret; Dilecta spõsa gẽmã hanc accipe, ut perpetuum sit apud te monumentũ mortis a me tua cã susceptæ, ut quoties cã uidebis, toties me pro te mortuũ esse recorderis, nonne uideret in hoc maxime suũ erga illam amorem oñdere? & qualẽ ęquum

erat

erat remanere sponsam? Cũ gemmam illam uideret, quã in mortis suę memoria sponsus reliquerat, quanto dolore afficeretur? quot effunderet lachrymas tanti ac tam singularis amoris memor. Hoc ipsum præstitit hodie Christus Dei filius, qui cum animæ nostræ ob iniuriam illi factam raperentur ad supplicium, eas sua morte liberauit, & in mortis suæ memoriã gemmã pretiosissimã, idest, admirabilẽ hoc altaris sacramẽtum re
22 liquit. O ineffabilẽ diuini huius sponsi cha-
1.Re.19 ritatẽ, & amorem. Magnus profecto amor fuit ille, quo Ionathas prosequutus est Dauid. Diligebat.n.eum tanq̃ aĩam suam, nam spoliauit se Ionathas tunica qua erat indutus, & dedit eã Dauid, & reliqua uestimenta sua usq; ad gladium, & arcum suum, & usq; ad balthenm, sed nõ tradidit semetipsum si-
2.Re.12 cut Christus R.N. qui cũ ab hac uita discedere uellet, suam nobis uitam & sanguinem & cum his suam diuinitatem dedit. Cum ꝓpheta Nathã in parabola illa, quam Dauid eo loco proponit exaggerare uellet, quantũ pauper quidam unam ouem quam emerat, & nutrierat, amaret, erat (inquit) de pane il-
23 lius comedẽs, & de calice eius bibẽs, & in sinu illius dormiens. O cęlesti aĩarum nostrarum amator, qui nobis cælestem hunc panẽ manducandum, & hunc uitæ calicem bibendum dedisti & quia defatigati sumus in sinu tuo, & pectore cum te recipimus, uis requiescere. Quibus nam uerbis te laudabimus?
Simile. Quibus nam seruitutis officijs tantum amoris tui beneficium persoluemus? Si ergo esset aliqua, quæ domi clausa diligentissima cura a parentibus suis custodiremur, & cum eã nobilis aliquis adamaret, & alloqui summopere cuperet, nec posset, suos uero seruos uideret eo intrare, & cum ea libere loqui, quantum id eis inuideret, id seruis suis licere, quod sibi non liceret? Nonne summum amorem ostenderet, si ut eam alloqui posset serui sui uestem indueret? Benedictus sis tu
24 Deus meus, qui ita te humiliasti, ut serui tui uestem induere dignatus sis, ut nos allo qui posses, cumque uideres panem seruum meum hanc corporis mei domum intrare, panis uestem sumis, ut his accidentibus tectus cum anima nostra, quam ardentissime amas intime conuersari possis.

Et notãdũ est, ꝙ scire Iesum quia iam uenerat hora eius, ponitur ab Euangelista tanquã causa cur in finem dilexerit eos. Vt nobis significaret ꝙ mortis nostrę incertitudo & recordatio est maximum nobis ad uirtutem incitamẽtum. Mortis uero obliuio efficit, ut rebus uanis & inutilib. opam demus. Dixit Isaac Esau: Fili mi uides, quod senuerim, & ignorẽ diẽ mortis meæ, sume arma Gen. 27
tua, &c. Vt benedicat tibi aĩa mea antequã moriar. En igitur ut sanctus hic Patriarcha de rebus suis cogitat, quia mors illi semper uersabatur ob oculos. Vultis ne scire, an qs recordetur uẽturũ quendã æternitatis diem,
cuius nullus erit finis? Attendite opa quæ fa 25
cit, hæc.n. an mortis memor sit necne testatur. Vbi nos legimus, nõ apponat ultra ma- Psal. 9.
gnificare se hõ super terram D. Hieronimus Hieron.
ex Hebræo uertit, homo ex terra, i. qui ex limo terræ formatus in eandem terram paulo post uertendos est? non apponat ultra magnificare se super terram, idest, quomodo terrena audet optare, qui ne unam quidem uitæ suæ horam certam habet.

Præterea illud, in finem dilexit eos, significat amare constantissime, quasi nunquam amoris filũ fregerit, sed cũ eo, & ꝑ eũ mor- Gala. 1.
tuus est. O q̃ leues, & inconstantes hodie in Gala. 3.
amore sumus. Quo nã animi dolore aiebat D. Paulus. Miror ꝙ sic tam cito trãsferimini ab eo, qui uos uocauit ĩ gratiã Christi, &
infra magna eos seueritate reprehendẽs ait: 26
O insensati Galathę, qs uos fascinauit non obedire ueritati ante quorum oculos Christus Iesus proscriptus est, & in uobis crucifixus. Fascinare est oculorũ intuitu ob eorũ malitiam, alicuius subiecto inficere ꝑ eius debilẽ cõplexionẽ, & est morbus, quo pueri delicati affici solent, q quorũdã hoĩum oculis corrumpi solent. Vtitur autem S. Apostolus hac metaphora, ut significaret Galatas ĩ ut pueros fuisse deceptos, cum tñ iam grandiores essent, & in fide fundati. Quasi diceret mirũ nõ esset, si falsi isti prædicatores nos hoĩes decepissent, vos vos vero ante quorum oculos proscriptus est Christus, & in
uobis crucifixus (vbi D. Augustinus legit ꝑ- August.
scriptus, non proscriptus) idest postea quã 27
tot pro Christo passi estis, decipi uos tam facile siuistis, ut quicquid lucrati estis, amitteretur. Præscriptus, idest, cum nos in fide instruxerim, & eius mysteria declaratim; ac si ea ante oculos scripta haberetis, ea tam certa & uera credentes, ac si crucifigi Christum uestris oculis uideretis, cum tantum iam essetis in fide progressi, quomodo cecidistis? Ita profecto fratres mei mirandum omnino est, eos qui tandiu de Chri-

ſtiana uita,& uirtute agimus,tam facile labi at pueros. O inſenſati,qs uos faſcinauit?mu lioris oculum poſſe te o homo occidere? hominis oculum poſſe te o mulier occidere?q Deum amare ſolebas,tam facile corrumpetis & faſcinaris? O Deus potentiſſime,da nobis conſtantiam & fortitudinem, ut filium tuum imitari poſſimus.

Sciēs,quia omnia dedit ei pater in manus. Res eſt admiratione digna quod ut narraret
28 Diuꝰ Ioānes ſanctiſſimę trinitatis myſteriū nullo uerborum ambitu uſus eſt ſed ſtatim dixit. In principio erat uerbum &c. Narraturus uero rem tam humilem, ut eſt Chriſtū
Ioan. 1. Redemptorem noſtrum lauaſſe pedes diſcipulorum magno uerborum circuitu utitur. Quomodo? nonne ſublimius eſt Trinitatis myſterium?ita eſt,illud ex ſe ſublime eſt, & admirabile. Sed ut factum hoc humillimū maiorem nobis pareret admirationē, & ad eius imitationē magis incitaret neceſſe erat ut prius S. Euangeliſta perſonę prǽſtantiam quę ſe humiliauit,narraret, & tempus cum id factum eſt,& occaſionem,& ipſiuſmet Iudæ pedes lauaſſe diceret, tunc cum de eius proditione cogitabat.
29 *Surgit itaque a Cœna, & ponit ueſtimenta ſua,&c.* In Regum & Principum palatijs in
Simile. ferioris gradus hoīes depoſito pallio miniſtrare ſolent,maioris uero gradus & dignitatis,ut Maiordomus, & Architriclinus cum pallio. Dei filius cum i uiliſſimo hoc officij genere hominibus ſeruiret,ſine vlla authoritate ſeruire uoluit, & ita poſuit ueſtimenta ſua. Vos uero cum Deo ſeruiendum eſt authoritatem quæritis, nam cur non mature ſurgitis,ſed miſſam in meridiem uſque diffiertis?qa(inquiūt)authoritas eſt ſeruāda perſonę. Cur eam ſaltem non auditis in templo,ſed domi?quia maioris eſt authoritatis. In illis uero locis,in quibus diuites hoſpitalibus ſeruire cōſueuerunt, cur uiginti fercu
30 lorum conuiuia prębent? nonne ſatius eſſet ea paulatim per uiginti dies diſtribuere, aut eorum pretium hoſpitali in eleemoſynam dare, quam ut hodie ſaturi cras famelici ſint? Reſpondent perſonarum authoritatem ſpectari debere. En ut omnibus in rebus authoritatem quęritis, & cum ea ipſimet Deo ſeruire uultis? O bone Ieſu,o animarum noſtrarum gloria, ut in omnibus uitæ tuæ actionibus ſummæ humilitatis exempla præbuiſti, ueſtem & cum ea authoritatem depones ut nobis ſeruias, ac ſi infimi gradus homo eſſes. *Et ponit ueſtimenta ſua.* Tāta cum uoluntatate ſeruit Deus hominibus, ut ſe omnibus rebus expediat, ne quid eum impedire poſſit. Homo uero infælix,ut tantę maieſtati ſeruiat,neſcit impedimenta tollere. Vide ut magiſter tuus ponit ueſtimēta
ſua ut tibi expeditus inſeruiat. Pallium reli- 4.Re.2.
quit Elias,ut currum,quem Dominus ei mi Mat.18.
ſerat,aſcenderet,& in Euangelio dixit dominus; Sinite mortuos ſepelire mortuos ſuos. Tibi impedimenta relinquenda ſunt:nam ſi
ut ea te relinquant expectas, nunquam re- 31
linquent. Ponit igitur ueſtimenta ſua. Cum 2.Re.9.
Michol uidit Dauid quia ante arcam Domini ſaltabat irridens,dixit: Quam glorioſus fuit hodie Rex Iſrael diſcooperiens ſe & nudatus eſt, quaſi ſi nudetur unus de ſcurris. Plus uerus hic noſter Dauid præſtat hodie, qui non ante arcam domini,ſed ante pauperum piſcatorum pedes ponit ueſtimēta ſua. Si hoc carneis oculis aſpicitur, cōtemptum fortaſſe parere poſſet,ſed ſi ſpiritualib. animæ oculis ſpectatur, maxime in eo Chriſti Redemptoris noſtri gloria elucet.

Venit ergo ad Simonē Petrū, & dicit ei Pe-
trus: Domine tu mihi lauas pedes? Verba(in- 32
quit D Auguſtinus)hęc quę ſunt attigenda D. Aug.
non eſſent,ne forte ꝙ ſpiritus de illis digne concepit,indigne lingua explicaret. In his duobus uerbis:*Tu mihi*,Chriſtiana philoſophia tota continetur. Quis es tu domine,& quid pro hominibus feciſti? quid ei promi-
ſiſti?quis eſt homo,in quē tot beneficia con Simile.
fers? Tantam ſanctus Apoſtolus cōcepit animo admirationem uidēs maieſtatem illam ante ſuos pedes proſtratam, ut ſurgere uellet. Animaduertiſtis ne cum imum aliquem profundumque locum ex alto deſpicitis,ut toto corpore perhorreſcitis & oculos ſtatim ne uideatis, auertitis? huiuſmodi erat ꝙ D. Petrus uidebat,illius Maieſtatis memor, q̄ in monte Thabor olim aſpexerat & reuelationis,quam habuerat,illum Dei eſſe filium 33
naturalem.

Si nō lauero te, &c. Si in rebus,q̄ ſpeciem æquitatis habere, & rationi morumq; pceptis cōſentanea uidētur, repugnare Deo nō licet,qd erit in rebus, q̄ ſunt oī æquitatis colore & ſpecie deſtitutæ? Si Diuo Petro modeſtus eſſe contra Dei uoluntatem non licet,quomodo nobis, impudentes eſſe licebit? Diuo Petro(ut Deum honore) pertinax eſſe non licet, nobis ut debitum illi auferamus honorem, licebit? Conſidera o

peccator


peccator paratum adstare Deũ ut tibi lauet
pedes. Iam (inqt) eos tibi in baptismo laui,
& sæpe alias pœnitentię sacramento, & tamẽ
non defatigor. Solum abs te peto ut te
noscas, & quam sordius sis animaduertas in
illo tuorum peccatorum cœno uolutatus,
Psal. 50. ut me roges cũ Dauid, uolo, dicẽs: Amplius
laua me ab iniquitate mea, & a peccato meo
34 munda me: quoniam iniquitatem meã ego
cognosco. O immensa Dei pietas, nonne sa-
tis erat, o Domine idem te præstare, ꝙ præ-
stitit Eliseus, qui leprosum misit vt se in Ior-
4. Re. 5. dane lauaret? sed tuo sanguine tuis lachry-
mis, tuis sudoribus nos lauare uoluisti? quid
respõdes ò infælix hõ? id ꝙ D. Petrus, sed nõ
eodem zelo, eodemque uenerationis affe-
ctu: *Non lauabis mihi pedes in æternum.* Qua
re ò Domine mihi es tam importunus? cur
tot sermones? tot uocationes? tot inspiratio
nes? nolo me laues, tandiu sic uiuo in luxu-
riæ, auaritiæ, & uanitatis sordibus, contẽtus
uiuo. Nõ lauabis mihi pedes in eternũ. Hęc
oĩa dicis factis, & operibus, licet non uerbis.
O infælix hõ: *Si non lauero te non habebis par*
35 *tem mecum.* Et si cum Iesu Christo partem
non habes, ꝙ de te erit? Et ideo frater quod
Deus tetit effice: sine te ab illis sanctissimis
manibus lauari, ut cum eo partem habere
possis. Res animaduersione digna, ꝙ quam
Ioan. 21. uis D. Petrus Christum Redemptorem no-
strum negauerit, nunquam tñ ab eo reprehẽ
sus fuisse legitur: & hoc loco quia lauari nõ
vult, tã sæuerè reprehenditur. In quo signifi-
catur nõ mirari Deũ tantopere peccandi im
becillitatem, q̃tũ post peccatũ cũ lauare nos
Luc. 19. vult nos recusare. Qua nam de cã existima-
tis fleuisse Iesum sup Hierusalẽ? quia nimi-
rũ cũ cælestis medicus uenisset, ut eã curaret
eum admittere noluit, & in peccato pseuera-
re maluit, quam curari. Et ita ei dixit, eo ꝙ
non cognoueris tempus uisitationis tuæ.
Dum audisset D. Petrus minas, ait deteri
36 tus: *Non tantum pedes meos, sed & manus, &*
caput. Intelligebat. n. sanctissimus uir nõ esse
satis res nobis bonas uideri, sed necesse esse
Pro. 14. eas placere Deo, ut bonę existimentur. Quia
ut dicitur. Est uia quæ uidetur homini iusta
nouissima autem eius deducũt ad mortẽ. Et
ideò mutari in D. Petro leuitas non fuit, sed
prudentia. Sunt hoĩes qui iurant nihil se ali-
cui mortuò daturos esse, aut nunquam cum
eo loquuturos, & quod si eos rogas, ut mu-
tuo aliquid ei dent, uel cum eo loquantur,
id fieri posse negant, eo quod se se iuramen-
to obstrinxerint. At iuramentum huiusmo-
di fecisse, magna fuit impietas, & maior erit
seruare.

Postquam ergo lauit pedes eorũ, & accepit
uestimenta sua, cum recubuisset, iterum dixit
eis. Scitis quid fecerim uobis, &c. Iã (inqt) in-
telligitis cur uos lauerim. *Exemplum enim*
meũ dedi uobis. Vestræ. n. salutis fundamẽtũ
humilitas esse debet, q̃ ut uobis facilior ui 37
deatur, exẽplũ sumite, quo oẽs quotquot se
se hac in re offerent difficultates facilè supe-
rabitis. Aĩaduersione omnino dignũ est, ꝙ
cum essent Apostoli infimi gradus homines
(quos ex industria tales dñs elegerat, de ster Ps. 112.
core erigens pauperẽ) & cũ tot annos in illa
humilitatis schola talis fuissent præceptoris
auditores, necesse tñ fuerit humilitatem illis
tantopere cõmẽdare, & Dei filiũ humiliasse
se, & ad unuscuiusque pedes dimisisse, ut ad
eam illos suos incitaret exemplo. Res mira
pauperes piscatores, & uerbis hortari, & e-
xemplo, ut ambitiosi non sint. Qua nam re
superbire põt Piscator, Publicanus, & huius
modi homines, qui uictum sibi labore quęre
bant? nonnè satius est ad finem & constan-
tiam eos hortari, quos infra paucas horas ad
turbæ ferriq; aspectum, terga uertentes esse 38
te deserturos nostri? O immẽsa Dei bonitas
ò infinita sapientia, ut hominum corda intel
ligit, & ijs omnibus, quę nobis necessaria sũt
prouidus accurrit. Intelligebat dominus, q̃
facile infimi homines cum ad dignitatis cul
men ascendunt superbire soleant: & tanquã
capitis uertigine correpti cõcidũt. Quantus 3. Re. 9.
nam fuit Saul casus, quem Deus ad regnum 1. Re. 16.
Israel a bobus asinisq; uocauit: quantus Da
uid, q cum ouium pastor esset eiusdẽ regni
dignitatẽ erexit? Hãc igit ob cãm dominus
tot salutaribus puenit remedijs, nem Apo-
stola us dignitate cõstituisti supbirent: neq;
uerò illis tãtum, sed nobis quoq; præbetur
exẽplum. Audiamus igit fratres suauissimũ 39
huius Cygni carmen quod nobis iam mori
turus cecinit: Cumq; in eo nos humilitatem
charitatemq; docuerit: hæc omni amplecta
mur affectu, & omni studio & labore cure-
mus, ut humiles simus, & nos inuicem a-
memus usque in finem. Considerate q ibus
in rebus se occupatum mors Christum Re-
demptorem nostrum inuenerit. Cogitet u-
nusquisq; & examinet semetipsum si nunc
mors ei inopinato adueniret, & repentina
quibus in rebus se occupatum deprehende-
ret, quod ne accidat aliquando, prouiden-

dum est maturè in uita, quia, ut ait D. Augu-
Auguſt. ſtinus. Si bene uixeris bene morieris, & be-
ne morientes, diuinæ gratiæ muniti præ-
ſidio, gloria perfruemur æterna: ad quã nos
perducat Ieſus Mariæ filius, Amen.

Sermo in paſſione Domini. Thema.

40 *Chriſtus traditus eſt propter dilecta no ſtra. Paul. Rom. 4.*



VEtus fuit prædicatorũ cõſuetu-
do, hodie diuinæ gratiæ auxi-
lium ſanctiſſimę Virg. Marię
interceſſione non implorare.
Cuius rei has cauſas adduce-
bãt Primo, quia cum ideò potiſſimum apud
Deũ plurimũ interceſſione poſſit, quia eius filij
mater eſt, id hodie deficit, quia mortuo filio,
mater eſſe deſinit. Scdo, quia hęc eſt, quæ diuini
D.Ber. theſauri et gratiæ clauẽ hẽt: et ut ait D. Ber-
nardus: Nihil nos Deus habere uoluit, quod per
2 manus Mariæ nõ trãſierit. Verum hodie ni-
hil, opus eſt claue, quia ut idem ait: Clauus pe-
netrãs factus eſt mihi clauis referãs. Facta eſt
hodie arca & theſaurus per uarias partes aper-
tus, quiuis poteſt manum immittere ſine
clauis auxilio. Cum reficietur arca, & reno-
uabitur, & in ſanctiſſimum corpus redibit
ſanguis: tunc clauis & iuriſdictio ad ſacratiſ-
ſimæ Virginis manus redibit. Et has ob cau-
ſas nihil hodie a Deo per eius interceſſio-
nem petere conſueuerunt. Verum meo iudi-
cio nunquam ab eius auxilio recedere præ-
ſtat: quia ad quẽ maiori fiducia in ſuis neceſ-
ſitatibus confugiunt filij, niſi ad matrem? &
ſi mater filij obliuiſcitur, quis eius erit me-
mor? & ideo quaſi ad id facile eſſe, ut ſuum
Iſai.49. amorem exaggeraret, dixit Deus: Nunquid
2 obliuiſci mulier poteſt infantem ſuum, ut
nõ miſereatur filio uteri ſui? & ſi illa oblita
fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui. At
beatiſſima uirgo nunquam uſque in hanc
diem data eſt nobis, ut mater. Cum domi-
nus dixit Ioãni (& una cunctis credẽtibus.)
Ecce mater tua, hodie ut matrem omnes ac-
quirimus, hodie in filiorum loco nos illa ha-
bere incipit, & ideo meritò ei hodie poſſu-
mus dicere. Monſtra te eſſe matrem. Incipe
ò dña matris opera facere. Præterea quia ho-
die eius filij exequię, & anniuerſaria cele-
brantur, qui neque uxorem habet, & ami-
cum fere nullum (quia relicto eo omnes fu-
gerunt eum in mortis ſolitudine deſerentes.)
Matres autem panem, & ceram in oblatio-
nem dare conſueuerunt. Ideo hac potiſſimũ Ma. 26.
die hæc ſanctiſſima uirgo tenetur quodam-
modo gratię panem ſua interceſſione nobis
largiri, & diuinæ ſapientiæ ceram quæ no-
ſtras mentes illuminet. Lachrymis etiam
hodie opus eſt, quas quis nobis dabit, niſi 3
hæc pijſſima Virgo, quę hodie tot lachry-
mas effudit? Cum iuſſit Salomon diuidi pue-
rum, & partem unicuiq; dari, eius quæ uere
mater erat commota ſunt uiſcera, ut Scri-
ptura ait. Quanto magis ſanctiſſimę huius 3.Re.3.
matris uiſcera commota fuiſſe credimus,
cum dilectiſſimum filium ſuum ſæuiſſime
lacerari uidebat? altera illa nõ uidit, ſed im-
perantem audiuit Regem ut fieret. Atque Eccl. 1.
ideo dicitur, ad locum unde exeunt flumina
reuertuntur, ut iterum fluant. Ita dolores
omnes quibus Chriſtus Redemptor noſter
torquebatur, ut beatiſſimæ Virginis uiſcera
(tanquam in mare flumina) ingreſſi ſunt, &
inde reuertebantur ad filium, ut cum magis
magiſque torquerent, matris anima, ita fi-
lio coniuncta hærebat, ut quo in corpore
patiebatur filius, illa eodem tempore ſenti- Hiero.
ret in anima. Et ita ait D. Hieronymus, quod 4
fuit pluſquam martyr. Quia martyres in
carne quam oderunt, patiebatur, & ita eam
torqueri ſpiritu deſiderabant: at Beata Vir-
go in carne quam oderat, ſed in carne illa
filij ſui precioſiſſima, quam plus ultra ſua a-
mabat, patiebatur. Quam uere poterat illa
dicere, non peccaui, et in amaritudinibus Iob.17.
moratur oculus meus. Hanc dicere poſ- Num.
ſumus aram illam fuiſſe uituli ſanguine ſe-
pties irrigatam. Quia quoties filius ſangui-
nem effundebat, toties mętore eius anima
aſpergebatur. Cum uideret Propheta He- 3.Re.19
lias Dei prophetas occiſos, et altaria deſtru-
cta, mortem zelo quodam ardentiſſimo a
Deo petebat, dicens: Altaria tua deſtruxe- 5
runt, et prophetas tuas occiderunt. Et pau-
lo ante dixerat, ſufficit mihi Domine, tolle
animam meam. Hodie dum prophetarum
Regem uidet benedicta Virgo occiſum, et
altaria Dei deſtructa; membra illa diuina,
quibus tot Deo Patri offerebantur ſacri-
ficia, quo animi affectu dum iuxta crucem
ſtabat Deum rogaſſe credimus, ut una cum
filio ſuo ſe ex hac uita eriperet? Quæ om-
nia cum ita ſint magna ſpe & fiducia ad hoc
uniuer-

vniuersale refugium accurrere possumus, vt gratiam nobis à Deo sua intercessione obtineat, mihi quidã ut spiritu & deuotione diuina hæc mysteria referre possim, vobis vero, vt ea audire eodem spiritu, ac deuotione possitis. Et ideo dicamus omnes deuote Aue Maria.

Eph. 3. Magna exaggeratione ait D. Paulus: Flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, vt det uobis secundũ diuitias gloriç suæ virtute corroborari per spiritũ eius,
6 in interiori hoĩe Christum habitare per fidẽ in cordib uestris, in charitate radicati & fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & lõgitudo, & sublimitas, & ꝓfundum. Quãuis magna Dei mysteria prædicabat Apostolus, ꝓ nullo tñ eorum ita orauit, nec tanto cum affe-
7 ctu, vt eius latitudo, longitudo, sublimitas, & ꝓfundum. Flecto (inqt) genua ad patrem &c. & ab eo peto, vt det uobis corda, quibus assequi possitis immensam Iesu Christi charitatem, qui pro uobis mortuus est. Res ista est tanti momenti, ut a precibus nos initiũ sumere çquum sit rogando uos, vt vos ipsos ad eius cognitionem incitetis, quia ex eo vires sumet animus vt in uirtute progrediatur alacrius. Quamuis enim soleant hoĩbus, cũ proprium vident sanguinẽ vires præ lãguore deficere, Christi tamen Redemptoris nostri sanguis in Ecclesia ostenditur, ut nobis
Apo. 12 ad uirtutem sit incitamentum, & ad maiora aggredienda animos addat & uires. Factũ est prælium magnum in cælo inter angelos bonos & malos. Boni autem, ut uirẽs animumque acquirerent, pretiosissimum Iesu
Apoc. 7. Christi sanguinem aspiciebant. Quare ipsi (ut ibi dicitur) uicerũt pp sãguinẽ agni. In
8 codẽ Apocalypsi cũ martyrum referret fortitudinem dicens: Hi sunt qui uenerunt de tribulatione magna, addit causam statim: Et lauerunt stolas suas in sanguine agni, id est, fortes fuerunt in tribulationibus, quia se in sanguine agni lauerũt. Si defatigati estis fratres superioris diei, & sanctissimæ huius noctis officijs, & sanctis huius hebdomadæ sacratissimæ exercitijs, satis erit ut quiete hic & attentè me audiatis, cogitate de hoc pretiosissimo sanguine, de passione, & mor-
Eccl. 3. te, q iã hodie Dei filius pro uobis subire noluit, agendum esse. Salomon ait: Omnia tẽpus nascendi, & tempus moriendi, tps plantandi, & tempus euellendi, tempus occidendi, & tps sanandi, tempus flendi, & tẽpus ridẽdi. Tps hoc q habemus præ manibus, nascendi tẽpus est Deo per gratiam tempus euellendi, vitia, & plantãdi virtutes, tempus mortificandi carnẽ & sanandi spiritum, tps deniq; flẽdi Cũ arcã Dñi abstulerunt Philistijm tñ ex eo dolorem accepit sacerdos Eli, ut cum ob filiorum suorum mortem, q in eodem prælio occubuerant, minus doleret, dolore ipso exanimatus expirauit. At quanto æquius est dolere nos hodierna die: qui si
9 vt Eli mori morte corporali præ dolore nõ possumus, moriantur in nobis humana gaudia, moriatur oĩs sensualitas & peccatum.
Cum Ioab accidisset Abner, ut purgaret se 2. Re. 4.
Dauid de homicidio, & carere omni culpa ostenderet, dixit ad Ioab, & ad oẽm populũ qui erat cum eo. Scindite uestimẽta vestra, & accingimini saccis, & plangite ante exequias Abner. Plorat Dauid, plorat oĩs populus mortẽ Abner O magne Abner Christe, Iesu filij Dei qui pro nostra salute moreris. Conuertimini igitur Christiani Hodie gloriosi huius defuncti celebrantur exequiæ.
Plorate, & deplorate eius mortẽ vestris ope- 10
ribus, & lachrymis cõtestamini eius morti, neminẽ uestrum consensisse, & profecto tot sunt doloris & fletus causæ, ut quemadmo- Gen. 37
dũ Iacob dixit: Descẽdam ad filium meum lugẽs in infernũ, ita & nos quoq; tot lachrymas optare deberemus, vt lachrymç ipsæ uitæ finem imponerent, & ijs submersi moreremur. Et eo magis si singularem amorem, quo pro vobis passus est, consideraremus.

Et ita ea Diui Pauli uerba: *Traditus est propter delicta nostra.* Intelligẽda sunt a proprio amore potissimum morti & tormentis fuisse traditũ Quã vere dixit D. Bernardus, Bernar.
qd amore uiolẽtius? triũphat de Deo amor.
Cum triumphũ Romç imperatori alicui decernebãt ob singularia virtutis ab eo edita 11
facinora, magna cum pompa vrbem triumphans ingrediebatur innumerabili hominũ multitudine, præibãt currum Reges, de quibus triũphabat, uincti, ita nobilissima Asiæ Regina Zenobia, ducta in triumphi põpa fuit aurea cathena deuincta. Ægypti uero Regina Cleopatra, ne ita duceretur aspidũ morsu sibi uitã eripuit. Si igitur Christũ funibus uinctũ, uerberibus laceratũ, spinis penetratũ contẽplabimur, q p vrbẽ Hierusalẽ, ad Caluarium cruce oneratus ascendit in genua sæpe pondere oppressus procũbens quã Psa. 21
ob causam dixit Dauid de eo, Ego sum vermis & non hõ, q uermis pedibus, manibus.

ore & toto corpore repens incedit.) Si igitur hoc contemplabimur, nonne amorem de eo trimphare dicemus? O potentissime amor, vt Deum ipsum ante tuos pedes prostratum trahis a te superatum. Verè ait Apostolus; *Traditus propter delicta nostra*, & nō pp sua, nulla enim habere potuit. Ex quo ea Isaiæ uerba intelligetis, ut faciat opus suū alienū
Isai. 28. opus eius, vt operetur opus suū, peregrinum est opus eius ab eo, idest, vt opus suum faceret, alienū opus fecit suum. Dei opus est iustificare, ignoscere, saluare: ut igitur hæc opera faceret, aliena opera fecit sua. Quodnā opus
12 magis a Deo alienū esse potest q̄ pati? & hoc omne q alienū erat suum fecit, vt quod tuū erat faceret, idest, iustificare, & ignoscere. Et
Isai. 9. vt magis eius amor appareat verba illa singularia eiusdē Isaiæ perpendite qui cum eo loquens ait: iugum oneris eius, & uirgam humeri eius, & sceptrū exactoris eius superasti, sicut in die Madian, idest, redemisti dominē mūdum, & liberasti homines à manu Sathanæ, vt Gedeon Hebræos a Madianitis. Vide
Iud. 7. tur hæc comparatio non omnino cōuenire, quia Gedeon, neque fudit sanguinem, neque vllum passus est in uictoria detrimentū. At in Christi Redemptoris nostri uictoria quot labores, quot tormenta, quæ mors tam sæua quanta sanguinis copia? Ex hoc colligere licet quātum nos dulcissimus hic redemptor noster amet, & quā suauis illi fuerit mors, q̄ grata sanguinis effusio, quandoquidem, quic
13 quid passus est, nihil facit. Et de uictoria tantum in ea Prophetia loquitur, de tormentis & morte ne uerbum quidem. Quasi diceret Isaias, tantum nos amas ò domine, vt nullū ferè pro nobis suscepisse laborem, & incruētam de hostibus reportasse uictoriā tibi audearis, sicut in die Madian, in quo sine vulnere, & de sanguine victi prostratique hostes. Benedictus & glorificatus sit talis Deus, laudent te Deus meus omnes cæli Hierarchiæ, ob tam ineffabilem amorē, nihil pati uocas, tam sęua pati tormēta? nullus vnquā tantus fuit tot telis trāsfixus, vt cælestis hic spōsus
14 nostra causa. Quot in eum tela inimicorum
Gen. 4. crudelitas fecit, quos in fratrum inimicorūq. loco habebat? quonam dolore dixit Deus ad Cain, uox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, idest æquum erat ius saltem consanguinitatis, & ipsum fratris nomē te tāto scelere deterreret? sanguis fratris tui clamat ad me. Hoc a me magis petit ultionē & pænam, quia cum esset sanguis fratris tui, eum tn̄ impiè effūdere uoluisti. Crudeles Hebræi fratrem uestrum, carnē uestrā tā sæua morte occiditis, & in eum tanq̄ in taurum tot tela vibratis? Currit huc illuc taurus, & ubique Psal. 68.
adest, q eum vulneret, quò confugiat nō habet. O cælestis aīarum nostrarum saluator, q̄ verè dixisti, quæ sui consolationē & nō inueni? Quoquo ibas inueniebas tormēta, ī horto te vulnerarūt: in domo Annæ alapam illā crudelissimam nefarius miles pedit: ī domo Caiphæ expuerunt in faciem, in domo Herodis alba veste te induerunt in stultum: in domo Pilati sæuissime flagellarunt, & spineam 15
capiti coronam imposuerunt, in Caluario tādem crucifixerunt. Incedit taurus vulnerib. plenus doloris edens mugitus, suisq; doloribus aliorum pellit dolores, qui in theatro spectant: ita mors tua sæuissimaque tormenta tua, ò defatigate Iesu, tormenta condemnationemq; nostram sustulerūt. Nā vt D. Bern. D. Bern.
ait, mirabilis passio tua dn̄e Iesu, quæ passiones omnium propulsauit. Taurus tandē occisus pauperum cibus esse solet: ita ēt (q deplorandum oīno est) tua preciosissima mors nullis ferè, nisi pauperibus, vtilis est & fructuosa, potentes vero & diuites eā tanq̄ tauri carnē contemnunt. Videtis ergo fratres ineffabilē Dei nostri charitatē, q q̄uis tot passus 16
sit tormenta, ea tn̄ nihil facit. Et hæc ēt causa est cur Isaias, oui eū cōparauit dicens. Tāq̄ ouis ad occisionem ductus est. Quia si re- Isa. 50.
ctè aīaduertitis ouis eadē mansuetudine ad carnificinā ducitur, vt occidatur, & ad pratū vt paleat: vt nulla in ea differentia dignosci possit. Ita Redemptor noster eodē aspectib. ad mortē, acsi ad solēne aliqđ conuiuiū iret. Merito igitur diximꝰ paulo ante a suo amore traditum fuisse. Potissimū traditus est pp peccata nostra. O hominum peccata q̄ graue vestrum malū, q̄quidē Deum ipsum pati & talia pati fecistis: o homo tu q ī toto hoc quadragesimę tempore aperire oculos noluisti, & peccatorum tuorum grauitatem intelligere, uis eā tādem aliqn̄ intelligere? Redem- 17
ptorem tuum cōtemplare, quem si uinctum, flagellatū, crucifixum uides, id oē tua cā esse intellige. Et ita cum Pilatus dixit. Non inuenio mortis causam in eo, quāuis q̄d diceret ignorabat, vere tn̄ hoc dixit, quia mortis causa non in eo fuit, sed in nobis. Dixit Deus Ezech. 8.
Ezechieli, fili hominis fode parietem. Et cum fodissem parietem, apparuit ostium unum, & dixit ad me: Ingredere, & uide abhominationes pessimas, quas isti faciūt hic

hic. Et ingressus uidi, & ecce omnis similitu
du reptilium & animalium abominatio, &
vniuersa idola domus Israel depicta erant in
pariete & in circuitu per totum. O magnū
mysterium vt videret Propheta oēs populi
abominationes, iussit Deus foderet parie-
tem. O Redemptoris mei Iesu Christi vulne
ra, ad quæ siquis oculos cō uerterit, quamuiscę
cus sit, peccatorum suorum grauitatē intelli
Cant.4. get. Quid est paries nisi sanctissima hæc dñi
nostri caro? & ita eam appellauit sponsa di-
cens; En ipse post parietem nostrum, idest, vi
detis nē Verbum diuinum carnis pariete in
18 clusum? Ea igitur ò peccator vis ne abomi-
nationes tuas videre? aspice hunc parietem
clauorum, spinarumq; vulneribus effossum.
Hic vniuersa domus Israel spectantur idola,
idest, hinc intelligere licet q̄ graue sit scelus
Deum sibi facere creaturas, & illis, Deo tm̄
debitum honorem amoremq́ue præstare.
Vniuersa idola depicta erant in pariete in cir
cuitu per totum. O sacrum corpus in te om
nia mea scelera depicta uideo. Pictura est li-
uor, & vulnera, q̄ in toto corpore spectantur,
nā à planta pedis vsque ad verticem capitis
Isai. 1. nō est in eo sanitas. Color verò quo hæc de-
picta sunt, fuit pretiosissimus sanguis. Vis
19 igitur ò hō peccatorum tuorum grauitatē
cognoscere? tria specta: q̄ in hac sanctissima
passione inuenies. Personæ dignitatem, quæ
est infinita tormenta quę patitur, & cuius cā
ea patitur, nimirum propter peccata nostra,
vt ijs nos liberaret, traditus est propter deli-
cta nostra. O infinita Dei charitas, qui pp i-
Rom.5. nimicorum suorū peccata mori voluit Hęc
D. Pauli exaggeratio, cum ait, uix.n. pro iu-
sto quis moritur? erit enim quisquam qui si
iniuriam innocenti fieri videat, eū ab ea ue-
lit sua morte redimere? uix inuenietur. At
Simile. Dei filius pro iniusto moritur, proprio amo-
re motus: Habet q s filium, quem pp eius sce-
lera domo ieicit: fingite patrē inimicorum
gladios filij capiti imminentes uidere, quam
20 uis iratus sit, per arma tñ & hostes filium de-
fensurus accurret, quem qui uident, quid
mirum est (inquiunt) pater est. At quid plus
est Deum esse an patrem? nullus prope est
patris amor si cum diuino comparetur, qui
quanuis nos propter peccata nostra domo
eiecisset iratus, cum tamen inter hostes & ar
ma uidet in uitæ discrimen adductos, p uer-
bera, per clauos, per spinas, per crucem, per
mortem denique ipsam ad opem ferendam
accurrit. Hæc est Dei nostri charitas.

Primum qꝫ in hac sanctissima passione cō
siderandū occurrit, est, ut se dominus in Be-
thania a sāctissima Virgine separauit, cui di
ceret; Dilectissima mater, quid tibi debeatur
ipsa nosti, & labores per alienas terras erran-
do pro me tulisti, pia quæ mihi semper præsti
tisti officia, curam & solicitudinem, quam
mei triginta annorum spatio habuisti, hæc
oīa & plura debere me fateor; & agnosco. At
venisse iam scito mater vitæ mihi à patre p-
scriptæ terminum. Neque hoc tibi nouum 21
est diu iam est cum hoc nosti Adæ mihi cul
pa soluenda, scriptura implenda, & Prophe-
tæ mei fideles inueniendi sunt. Iamiam tuis
istis sanctissimis oculis sęuitiam in me exer
cendā videbis. Mulier es Dei mensa & Spi-
ritus sancti pane nutrita: nunc tibi uirtus
animi & constantia ostendenda, iam enim
moriturus discedam. Quāto cū dolore hæc Gen.31.
sanctissima mater audiret, uos ipsi cogitate.
Fili mi responderet illa, vtinam tecum me
quoq; mori sineres. Fœlix Iacob, qui nihil
de filij sui morte sciuit antequam vestē eius
sanguine aspersam afferrent. Fœlix Dauid, 2.Re.18
qui filium suum Absalon quercui suspēsum Gen.21.
tribus telis confossum nō uidit, sed tātū ita
occidisse audiuit. Si Agar Sarrę ancilla filiū
suum morientem reliquit, dicens: Nō uide
bo morientem puerum quinam erit animæ 22
meæ dolor, cum te fili morientem uidebo?
mea lux, mea uita. Si Dauid & Ionatas cū 1.Re.18
essent separādi, ob magnum quo se mutuo
prosequebātur amorem, lachrymati sūt, at
quanto æquius est sanctissimum filium ma
trēq; pijssimam tunc lachrymasse? Non cō
uenit responderet ei Iesus, te nunc dilecta
mater mori, hic te remanere necesse est, ut
meas has oues consoleris. At illa, si hæc fili
mi æterni Patris uoluntas est, benedictus sit
ille semper, tu verò antequam discedas bene
dic matrē tuā. Hæc dicēs, ante pedes Redem
ptoris sui afflicta mater in sæcula, bñdictus 23
bñdicta sis, inquit mea mater in sęcula, bene
dictum sit caput tuum, quod semper sanctis
cogitationib. plenum fuit, benedictus sit vē-
ter tuus uirginalis, q me per nouem menses
gestauit, benedicta tua ubera, quæ lac meæ
infantiæ prębuerunt, benedictū sit os tuum
ueritate plenum, benedictę manus in sāctis
exercitijs occupatæ, benedicta anima tua
gratia, & charitate, & omni uirtutum genere
plena. Ita plorantes discesserunt.

Ille autem Hierusalem proficiscitur,
& mysteriosa illa cœna facta, in qua admi-

rabile Eucharistiæ sacramentum instituit, venit in ortum Gethsemani, ubi relictis disci
Mat.16. pulis suis procidit in faciem suam, tetigit ter
& Marc. ram facie, acsi eam oscularetur, ut significa-
14. ret pacem in discessu, pacem hominibus da-
Luc.2. re ut in aduentu. Ingressus in mundum pacē secum attulit, q̃ Angeli cecinerant dicentes: Et in terra pax. Et hanc discedens relinquit. Præterea procidit in faciē suā, ut ostenderet quantum amaret terra, & eos q in ea uiuūt. Nā q amatis cum relinquitis datis illi osculum pacis, & orabat dicens. *Pater mi si possibi*
Mat.26 *le est, transeat à me Calix iste.* Pater mi, pium verbum & amore plenum. Mirum profectò est, q̃ cū patris dilectus tanta cum humilita-
24 te & reuerentia oraret, ille tñ taceret, quasi eius preces contemneret. Cum hac de re loquetur Dauid, ait quasi admiratus. Tu uerò re-
Psal.88. pulisti, & dispexisti, distulisti Christum tuū, auertisti testamentum serui tui, profanasti in terra sanctuarium eius, idest, profanari permisisti: destruxisti omnes sepes eius, posuisti firmamentum eius formidinem, diripuerunt eum omnes transeuntes uiam, factus est opprobrium uicinis suis, exaltasti dexteram deprimentium eum, lætificasti omnes inimicos eius, auertisti adiutorium gladij eius, & non es auxiliatus ei in bello. O pater æterne quodnam in te crimen commisit filius tuus (inquit Dauid) quem acsi peccator esset contemnis? nonne hic est filius tuus dilectus cur illi ne vnum quidē uerbum r̃ndes? repulisti eum, & despexisti, ita ut hoib. quo-
25 que contemptui esset. Exaltasti dexteram deprimentium eum, lætificasti inimicos eius, id est permisisti, ut in filium tuum inimici eius uires suas exercerent, & eo lætarentur. O admirabilis res, & magnum illis solatium, quos exalto sublimiq; statu in humilē & infimum Deus euertit.

Iterum tñ redit diuinus saluator ad preces, & ait, *Pater mi, &c.* Quasi diceret, si apud te plurimum pōt pseuerātia, & id facis vt perseuerē, an iterum humi me pstratum aspice. Quis vnq̃ a te eiectus & repulsus est? tu autē dñe, lōge miserationes tuas a me, multiplicati sunt qui oderunt me. O cæli rex, Calix iste
26 tam amarus, quem recusas, potio est tam salutaris, ut si eam bibis gñris humani salus futura sit. Quare misce cā nè tam amara uidea-
Heb. 10. tur. misce eum ea cogitatione a. hoc te in hunc mundum uenisse. Tu ipse dixisti, ut D. Paulus affirmat dicens, ingrediens mundum dicit, hostiam & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi, holocautomata & pro peccato noluisti, nec tibi placita sunt, q̃ sm legem offeruntur. Tunc dixisti, ecce uenio vt me offeram in sacrificium acceptabile. Quare qñquidem iam potionem recepisti, misce eam cogitans mundum expectare vt tu eam bibas & ille liberetur, nemo enim sanctorum, nec tua sanctissima mater quā tu tantopere amas, faciē Dei uidebit, nisi hanc prius bibas. Quare quāuis mortis potio tibi uideatur amara, attamen uera ob tuam erga patrem obedientiam, & in nos charitatem, quod si cito transire postulas, non tam 27
citò transibit antè quam transeant per suos humeros flagella plurima, per manus, & pedes claui crudelissimi, per sanctum caput acutissimæ spinæ.

Considerate & ut excitat discipulos suos dormiētes dicēs. *Surgite eamus, ecce appropinquabit qui me tradet.* Sæpè dicere audiuistis lupū ouib. & agnis in uia obuiā ire, at oues & agnos lupo obuiā ire nouum & inauditū est. O agnus Dei, qui tollis peccata mundi, q̃ sponte lupis occurris, & te illis tradis ut te sęuissime occidant. *Adhuc eo loquente ecce Iudas ad eum accedēs dixit: aue Rabbi, & osculatus est eū.* Hoc illud est, quod in mundo fie- 28
ri solet hodie osculū pacis dare, & odium corde cōtinere. O p honorem illius dñi quē oi honore hodie destitutum uidetis, deponite, deponite aīos istos simulatos, sed si ignoscitis, non id fiat vt tutius v' ulcisci possitis. Noli te ad cælestem hunc sponsum Iudæ simulatione accedere. Vbi nos legimus: Apprehen-
dite disciplinam nè qñ irascatur dñs: legitur Psal. 2.
in Hebræo, osculamini filiū. Quasi diceret date pacis osculum filio meo, ne pereatis de via iusta. Verū non sit osculum Iudæ, sed cū aīo, amore, & charitate pleno. Ex horto uinctum, nudis pedib. per uiam quandam saxis acutisq; quibusdā lapidib. asperrimā, ad ur-
bē duxerunt. Cōsiderate quid tūc pius Iesus Simile.
sic ductus pateret. Experientia docuit uenationis carnem eo magis teneram esse & deli
catam, & ideò gustui suauiorē, quo magis cū 29
lepus, aut ceruus uiueret, a canibus agitatus uexatusq; fuit, ita.n. mollior redditur caro, quæ deinde pane inclusa solet esse conuiuiorum finis. Omnibus fidelibus notum est, ut cælorū Rex in ultima sæculorum ętate carnem suam pretiosissimam panis accidentibus tectam largitus est mundo, quæ suauior esset fidelium gustui agitari se, vexari, flagellari uoluit. Canes Hebræi fuerunt tantæ cru

delitatis,& sceleris ministri. Iudas canis fuit
quam eum uestigãs, & odorans cæteris lace
rãdum tradidit,uenationis sylua fuit hortus
Gethsemani. Verũ,ut canes huc illuc anhe-
lãtes excurrunt,ut prædam assequantur, ex
qua deinde cum iam assequuti sunt,nihil a-
pud eos remanet præter laborem, q̃a domi-
norum est præda. Ita infœlices Hebræi, qui
tot concilijs,tot artificijs,ut diuinã hanc p̄-
dam assequerentur,desudauerunt, cursu, &
30 labore defatigati,curatum,& inuidiæ spinis
trãsfixi,ut canes occisa præda, nullam ex ea
ceperunt utilitatẽ,quia eorũ malicia sanctis
simæ huius mortis fructus uti noluit. Qui
uero Domini sunt,& merito appellari pos-
sunt,ut Christiani,qui animi affectibus im
perãt,hi uenationis fructu,& utilitate fruũ-
tur. In hac uia tã aspera æquum est,ut Chri
stiani oẽs Regẽ suũ comitentur,& ei dicant
2.Re.15 id,quod quidã dixit Dauid, cũ deflens nu-
dis pedibus per eiusdẽ mõtis latera irã fuge
ret Absalon. Viuit dñs, & uiuit dñs meus
Rex,q̃ in quocunque loco fueris, Domine
mi Rex,siue in morte,siue in uita,ibi erit ser
uus tuus. Et ut ibi dicitur,quod uirorũ for-
tium exercitus Dauid in eo labore sequeba
tur,& quod omnes flebant uoce magna. Ita
etiam æquum est, ut fortissimorum homi-
31 num exercitu factorem nostrum nudis pedi
bus incedentem sequamur, quandoquidem
eius discipuli eo relicto omnes fugerunt.
Qua de re eius nomine Iob conquerebatur
Iob. 5. dicens. Necessarij quoque me recesserunt
à me fratres mei præterierunt me sicut tor-
rens,qui raptim trãsit. Vt aquæ riuus imbri
bus tumefactus, qui initio quidem magno
impetu fertur,& cito deficit. Iter quis facit
Simile. æstuo tpe defatigatus,sudore,& puluere sor
didus,lingua hæret palato, iã sitim ferre nõ
potest,se tamẽ ea spe consolatur non longe
abesse aquæ riuulum,quo se refrigerare pos
sit illuc uero cum peruenit,siccũ inuenit, &
exhaustum,ex quo quãtum aïo dolorem ca
piat,uos ipsi cogitare potestis. Ita dicit Do-
minus,ubi refrigerium, & solatiũ inuẽturũ
32 me esse existimabã, ibi maior mihi iniuria
facta esse uidetur. Non queror de inimicis:
inimici.n.sũt,de amicis quæror. Verũ solus
remansit,ut solum se redimere significaret.
Vt solus creauit,& noluit adesse Angelos,ita
Gene.1. solus redimere nos vult,ut illi tm̃ hoc deat.
Deu.22 Vt Moyses gratos redderet Hebræos,bene-
ficiorũq; memores, dixit, dux eorũ, fuit &
Esai.63 non erat Deus alienus cum eo. Quasi dice-
ret, solus Deus te,ô homo ex Ægypti serui-
tute liberauit,& ideo solus toto corde amã-
dus. Ita hoc loco torcular calcauit solus,di-
uidi amor non debet, uni huic totus debe-
tur, solus ipse calcauit, & tot tormentorum
generibus calcatus est. Et ideo cogita frater
quid ei debeas,& noli esse ingratus.
Considera p̄terea, & meditare alapã,quã
scælestus ille Põtificis minister faciẽ illã per
cussit,in q̃ desiderant Angeli p̄spicere. Huic
tñ iniuriæ respõdisse legitur dñe, & questus 33
est,dicẽs. *Si male loquutus sum,&c. Si autem* 1.Pet.1
bene,quid me cædis? Questus hic esse dĩ ob ĩ
gratitudinẽ,q ab eo percussus est, cuius auri-
culã in horto sanauerat. Vel ut significaret
dolorẽ,quem ex malo exemplo capit. Quia
iste sua audacia cæteris se ducem p̄buit,&
multos habuit sectatores,qui idẽ facere ausi
sunt. O q̃ uere idẽ fratres nobis dicere põt,
si bene quid me cædis. Quã vobis occasionẽ
præbuit Deus,ut eum offendatis? num cælũ
suis motib. defecit,nũ suis influẽtijs sidera?
nũ Sol,& Luna lumine?nũ sine fructib. ter-
ra?nũ sine piscib. mare? cur eũ offenditis?pu
deat alapis Deũ tã bonũ cędere,q tot bñfi-
cia cõfert. Alapã dedit seruus, & cõsẽtit Põ-
tifex. O sceleste, q tm̃ scelus in seruo tuo cõ
sentis? In domo Caiphæ accusauerunt eum
falsis testibus adhibitis,agnus uero mansue 34
tissimus tacebat. *Ita,ut miraretur præses.* Cã
aũt hęc fuit,q cum nostrum sit caput,& lo
co nostri pateretur in seipso peccata nostra
recipiens,acsi ipse commisisset,(hoc.n.& D.
Pauli verba significauit,pro nobis mortuus Rom.5.
est,i.loco nostri) ideo cum accusatur tacet,
quia merito nos accusari nouit, quorum p̄
sonam tãq̃ fideiussor sustinet. Quod aiebat
Dauid deplorãs: fili mi Absalõ,quis tribuet, 2.Re.18
vt ego moriar p̄ te,idest,loco tui? Hoc ma-
iori cũ affectu aiebat Christus R.N. utinã,
ô peccator optatissima illa mortis hora ad-
ueniret,in qua pro te moriar. Ideo igitur ta
cet,quia peccatoris loco patitur, & quia ibi
certissima dixit ueritatem: *videbitis filiũ hõ-*
minis sedentẽ a dextris uirtutis Dei. Ceperũt 35
quidam cõspuere eũ,& uelare faciẽ eius, &c.
O gloriæ Rex,ut te sine gloria uideo, nullũ
erit cor,q̃ tuas passiones cõsiderans nõ frã-
gatur. O dñe meus in faciem tuã tã pulchrã
& tanta ueneratione dignã conspui finis? q̃
nã hæc patientia est Deus meus? Regem Bal Dan.5.
thasar punis,q tẽpli uasa prophane cõtrecta
re ausus est,hos uero impune faciẽ tuã con-
spuere,& uerberare permittis? omnes tibi in-
sultant

sultent, oẽs te lædunt, sacerdotes, scribæ, &
1.Esd.9. Pontifices. O q̃ vere dici pōt illud Esdrę. Ma
nus ẽt principiũ, & magistratuũ fuit in trãs
Deu. 13 gressione hac. O cælestis pater omnib. opẽ
Psal.78. fers, tuũ uero filium deseris? accusant iudices
Susannam, tu Danielem excitas defensorẽ.
Tuũ vero filium impiè, & nefariè accusatũ
defendit nemo. Audi, ô pater miarum, quid
dicat: Deus venerunt gentes in hęreditatem
tuam, polluerũt tẽplũ sanctũ tuũ. O admira
36 bile tẽplũ, Spũs sancti arte fabricatum, vt te
Gen.32. sordidatum aspicio? ô Patriarcha Iacob, q̃ di
cebas uidi dñm facie ad faciẽ, & salua facta
est aĩa mea, quid diceres si Dei faciem nunc
conspui & fędari videres? O peccatores de
teriores estis quodammodo nos, & scelestio
res illis ipsis tanti sceleris ministris, nã illius
cũ offenderent, sanctissimam eius faciẽ vela
bant, vos uero, q̃ optime scitis, ꝙ omnia nu
da, & aperta sunt oculis, tot tamen scelera in
eius conspectu perpetrare non pudet.

In huius Pōtificis domo negauit Petrus
magistrũ suũ, *Et cõuersus dñs respexit Petrũ,*
sua infinita bonitate, ita, ut in corde illi lo.
Gen.49. queretur. Quẽ uerè potuisset illa dicere, quę
37 suo filio dixit Iacob. Et tu Ruben primoge
nitus meus, tu fortitudo mea, & principiũ
doloris mei, prior ĩ donis, maior in imperio
effusus es sicut aqua. Petre primogenitus
meus, in quo discipulorum meorũ fortitu-
dinẽ, & constantiã collocaueram, effusus es si
cut aqua? vbi tua illa fortitudo? quomodo te
Ps. 103. superari siuisti? ô humana imbecillitas, vt in
Au.li.3. te confidere non possumus. Hic tñ dñs, qui
de cõ. E. respicit terrã, & facit eam tremere, eũ respe-
uan.c.6. xit, & ad se cõuertit. Hoc respicere, non fuit
oculis corporeis, ut notat *B. Aug.* Quia tũc
dñs erat in superiori ꝑtorio, Petrus vero fo-
ris in inferiori cũ ministris, quare corde re-
spexit, & aĩo. *Et ita exiuit foras Petrus. Et fle*
uit amare. His oculis respiciat nos diuina
38 maiestas ob suam infinitam bonitatem.

Mane facto. Duxerant dñm ad Pilatũ tam
defatigatũ, ut dicãt aliq̃ Iudã, eo, ꝙ ita vidis
set, facti pœnituisse, qui retulit triginta argẽ
teos princip. sacerdotũ dicẽs. *Peccaui tra*
dẽs sanguinẽ iustũ. Cui illi rñderũt. *Quid ad*
nos? Tu uideris. Ex hoc intelligetis, quidnã
sit mundo seruire. Post q̃. n. ꝙ illi optabãt, ef
fecit, reijcitur his verbis, q̃d ad nos? seruias,
ô infelix homo mũdo, & diabolo, & videbis
præmium, quod referes. Dices in die mortis
tuæ mundo, nonne uitam omnẽ tibi seruiẽ
do consumpsi? respondebit, quid ad nos di-
cet diabolo, uoluntati tuę sp obtemperaui? re
rñdebit, quid ad nos? & ita cogita quem tibi
dñm eligas. Præses Pilatus eum intelligeret:
Quod per inuidiam tradidissent eũ q̃rebat di
mittere eũ. Illi uero clamabãt. si hũc dimittis,
nõ es amicus Cæsaris. Quot hodie in tribuna
libus inueniũtur, q̃ idem dicunt? at quid tibi
cum Cæsare, si ueritatem nosti, & ut illa po
stulat iudicat? ô nos miseros, quorũ nullus
ferè est, q̃ suũ Cæsarem non hẽat, & ut eum
sibi amicũ seruet, nõ crucifigat Deũ, eo illo
rũ hoĩum peruersitas deuenit, ut cũ diceret 39
illis Pilatus, quẽ vultis dimittã uobis Barab
bã an Iesũ? Barabbã elegerint, eũ sũmæ Dei
innocẽtię, & bonitati ꝓferẽtes. Magna exag Esa. 53.
geratione dixit Esaias, & cũ sceleratis reputa
tus est. Verum nũc minus reputat̃ q̃nquidẽ
sceleratos absoluũt, cũ innocentem cõdem-
nãt. Exclamat ꝓpheta Hie. Dei nomine di- Hier. 4.
cẽs, obstupescite cęli super hoc, & portę eius
desolamini uehemẽter, dicit dñs, duo n. ma
la fecit populus meus, me dereliq̃runt fontẽ
aquæ uiuæ, & foderunt sibi cisternas dissipa
tas. En hic reiectus Deus, & eius loco cister-
na dissipata electa. Quoties fratres in hoc
peccamus, q̃ ꝓp mundi turpitudines Deũ re 40
linquimus. O virgo sine æquali nata nonne
diecbas tu, dilectus meus, cãdidus, & rubicũ Cant. 5.
dus electus ex millibus? veni, & vide ab eo
oĩno mutatũ, nõ electũ, sed reiectũ, & Barab
ba ipso uiliorem existimatũ. O ius quoties
deficis, ô ueritas, & iustitia quoties corrui-
tis? vere dixit Isaias. Corruit in plateis ueri- Isa. 56
tas. Iã non est ueritas in hominib. q̃nquidẽ
ueritatem ipsam occidere uolũt. Nõ desiste-
bat tñ Pilatus ita, ut cum libentissime dimi
sisset. Ideo iussit flagellari existimãs in flage
latũ uidissent, facilius eos placari posse. Sce-
leris uero ministri cum eũ sæuissimè flagel Zach. 3.
lassent purpurea ueste induerũt, sordida, &
lacera. O sũme sacerdos, q̃ nã vestis hæc est?
Vide Iesũ sacerdotẽ magnũ stantẽ indutũ 41
vestib. sordidis, & dixit dñs ad me nũq̃d nõ
iste torris est erutus de igne? Hic solus est, &
vnicus torris. i. titio, q̃ ab igne liberatus est.
Illud stantẽ solicitudinẽ significat, qua para
tus ad opẽ stat. O diuinus torris è cælo dela
psus, ut nõdũ amoris igne incẽderes, stetisti
ut nos sederemus. Notãdũ ãt est non appel-
lari eo loco ignem, sed torrẽ ignitẽ. Quo si
gnificat̃, nec purũ fuisse hominẽ, nec purũ
Deũ, sed Deũ simul, & hominem. Et hic tor
ris tñ ex generali peccati igne liber euasit,
quia ipse tñ natura fuit impeccabilis. Hunc
igitur

igitᷓ diuinũ sacerdotẽ, q cęlũ syderib. terrã florib. plumis aues uestiuit & ornauit, hũc hodie sordidis uestib. induerũt,& ut maiori esset cõtemptui, spineã capiti coronã impo
Simile. suerũt. Vt feras vestiget uenator, per spinas & rubos transit,& ut animã tuã ô Christiane uenetur Deus, aspice ut spinis se vulnerari finit, ita vulneratũ ac flagellatũ duxerunt eũ ad Caluariũ ut crucifigerẽt, crucis suę põdere oneratũ. Scire aũt debetis à domo Pi-
42 lati distare Caluarium octingẽtis septuaginta duob. passib. ut intelligatis, q̃ lõgus fuit immensi huius laboris cursus. In culmine mõtis humi deposita cruce, in ea dulcissim' Iesus brachia supinus extẽdit, vt ea clauib. figerẽt, dicẽs ô diu à me optata crux. Triginta triũ annorũ spatio te crux sancta q̃siui, lęta me nũc recipe, vt ad te lætus nemo. Tũ sanctissimũ illud corpus distrãxerũt, ut ad foramina, in cruce iã facta manus, pedesq; pertingerẽt. O Mater afflicta, ô Martyr incomparabilis, nõnẽ audis vt stridẽt ossa dum è suis locis dimouentᷓ vt gemũt mẽbra dũ ui detorta discerpunᷓ O malleus crudelis, q filium & matrẽ eodẽ tpe figis. Cur ex malleo
43 obtuso factus es gladius acutus, ut figas clauos, malleus es, ut matris cor vulneres, muta
3.Re. 6. ris in gladium. Malleus & securis nõ sunt audita in domo Salomonis. O pater clementissime cur in tẽplo Salomonis hominũ manibus facto, nec malleus son uit nec securis, tẽplũ uerò à Spiritu sancto fabricatũ malleo
Isa. 25. finis crudelissimẽ pcuti? O diuinẽ Redemptor q extensis bracijs nos redimere uoluisti, ut q̃ta magnanimitate nos expectes significares, si in tuos amplexus velimus accurrere. Quã verè possumus hic dicere, qđ ait Isaias. Extẽdi manus suas sicut natãs ad natandũ. Mergebatur mundũ,& pijcit se Xps, vt in sanguinis, & lacrymarum pelago natet,
44 uestes suas in carnificum manu relinquẽs,& ita nos è pfundo peccati ad gratiæ littus attraxit. Sustulerunt crucẽ magno diuini Redẽptoris dolore, summo illorũ plausu & clamore, q ꝙ tantopere optauerãt, actũ iã esse lætabanᷓ Verũ si eum illi blasphemabãt, impiẽ,& male dicebãt, nos tãti bñficij memores laudemus, dicẽtes, Adoramus te Christe, Rex Israel, Princeps Regũ, Deus Sabbaoth, virtus altissimi, adoramus te nostræ Redẽptoris ptiũ ptiosissimũ, hostia sancta, hostia odorifera, qui tuo tantum odore ęternũ patrẽ inclinasti, ut hos vermes aspiceret, & filijs irę placatũ reddidisti. Mõtis culmẽ ascẽ
Simile.


dit pastor, ut suarũ ouium gregẽ aspiciat ppraia pascentẽ,& inde sibila edit, & uoces q bus ille admonitę statim ad pastorẽ accurrunt. En diuinus pastor Iesus Xp̃s, q in Caluarij uertice crucis culmẽ ascendit, ut inde Ioan. 10.
suas oues aspiceret, eius igiᷓ sibila audiamus Cant. 8.
& voces, si illius oues sumus, q̃ oues meę, inquit ille, vocẽ meã audiũt. Dicamus illi. Qui habitas in hortis amici auscultãt te, fac me audire vocẽ tuã. O pastor sãcte, q stas ĩ hor- 45
to,& rosario isto crucis tanq̃ rosa pulcherrima pendẽs, loquere ad me obsecro te anteq̃ ex hac uita discedas. Amici tui sumus, capti amoris tui uolũtarij, libẽter te audiemus loq̃re, ô uerbũ patris, diu.n. est cũ loquutus nõ es, flagellat' taces spinis trãsfixus siles, cõdẽnatus nõ r̃ndes, dũ crucifigeris mut', loq̃- Psal. 54.
re igitur nũc ô mũdi magister,& uitę doctrinã anteq̃ moriaris trade. Apuit Iesus os suũ, & tã diuturno silẽtio vocib. illis finẽ ĩposuit *Pater ignosce illis. &c.* Cũ p sẽipso oraui t in orto cõditionẽ apposuit dicẽs, *Si possibile est.* p inimicis absolutẽ orat, ignosce illis. Quã 46
uerẽ pt hic dici illud Psalmi. Molliti sunt sermones eius, i. Christi, super oleum, i. super oẽm mĩam. Et ipsi, idest, sermones, Christi sunt iacula O oues sanctę seq̃mini pastorẽ Rom. 5.
istum, vt diuinis his sagittis corda vestra vulnerata remaneãt. Impletum est hic, ꝙ dixit D. Pau. Vbi abundauit delictum superabũdauit & gratia. Cũ magis eũ offendebãt, maiorẽ illis gratiã,& mĩam ostendebat. *Sol* Orig. su
obscuratus est. Origenes ait pie credi posse, p Matt.
ꝙ priuilegio illo quo fruebanᷓ. Hebræi in Exo. 10.
terra Ægypti (q̃ vt refertur, vbicunq; habi Bernar.
tabãt filij Israel erat lux, vbi ãt Ægyptij erãt Bonauẽ.
tenebræ) fruerentur ẽt in mõte Caluario fi- Luc. 23.
deles ita vt sãctissimũ Christi corpus in cruce videre possent, ac si nõ essent tenebrę. Idẽ sentit S. Bernardus, & Doctor Seraphicus 47
D Bonauẽtura,& hoc aliquo modo innocẽtissimi agni animam magis torquebat, q̃ ex illis uerbis Lucę, stabãt aũt oẽs noti eius à longẽ, notant aliq nẽ vllũ in sua passione deesset ignominię genus, q̃ plus affligũt,& torquẽt iniurię eum noti & amici adiunt.

Et uelum templi scissum est, Cũ audiret Dauid Saulis, Ionathę & aliorũ nobiliũ mortẽ, 2. Re. 1.
scidit uestimẽta sua, ita ęternus p̃r dignissimã filij sui mortẽ vidẽs, scindi templi velum uoluit, ꝙ propitiatorij quasi vestis erat, ubi Dei maiestas reprẽsẽtabatur. Hoc.n. in Deo erat scindere uestimenta sua, scindamus nos corda nostra cũ pc̃torũ nostrorum dolore, q̃ huius

huius mortis causa fuerunt. Cum expirasset Iesus quid de eius sanctissimo corpore faciẽdum erat? Redeat flumen ad fontem ubi natum est. Redeat sacrũ corpus in matris brachia ubi nutritum fuit. Fructus maturos, q ex alta arbore pendent, assequi non potes, cum verò putridi sunt ipsimet decidunt, ita ẽt uentris uirginalis fructum, dum in cruce penderet benedictæ matri dare uoluerunt,
Simile.
48 putridum uerò & mortuum in eius sinum è cruce deijciunt. Recipimus nos quoque cordium nostrorum gremio uitam hãc mortuã vt passiones nostras mortificet, animas verò uiuificet, hic gratias, postea gloria. Ad quam nos perducat idem Iesus Marię filius. Amẽ.

Dominica Resurrectioni Domini.

Maria Magdalene Marie Iacobi et Salome, emerunt aromata &c. Mar. 16.



Cum durum exercitũ Duces in cãpum pugnaturi, descendunt multorũ hominũ mortem euitãdi causa, quisq; il
1 lorũ victor existit, magno totius exercitus plausu & lætitia recipi solet etsi eum ad pugnam proficiscentem lætis uocibus musicisq; instrumentis prosequuti sunt, quid facient cum iã uictorẽ excipiũt? Descendit Iesus Christus Dei filius in huius mundi campum cum principe tenebrarũ de generis humani libertate repugnaturus, quẽ cũ natalis sui die ingrederetur, subito facta est cũ Angelo multitudo militię cœlestis laudãtiũ Deũ, & dicẽtium. Gloria in altissimis Deo & in terra pax hominibus. Quod si tũc cũ tot passurus ueniret, cælestes, beatiq; spiritus gratulant, & gaudent, qd hodie fecisse credemus, cum principem suum de suis hostibus uiderent gloriosissimè triũphare? quare cũ de natali D. Lucas loqueretur, facta est (inquit) multitudo militiæ cælestis, non ait oẽs Angelos, sed multos, at in gloriosissimę Resurrectionis suæ die nullus in cælo remãsit Angelus, qui eũ nõ adorauerit. Ita æternum patrem iussisse D. Paulus affirmat, dicẽs? Et cum iterum introducit primogenitum in orbẽ terræ dicit (scilicet Pater æternus) & adorẽt eũ omnes Angeli Dei. Quod magis proprie de resurrectionis, quem de natalis die intelligi posse uidet, cum dicat, & cum iterum introducit. Primum ingressus est mundum nascens. Secundo hodie resurgens, & hoc est iterum. Primo & secũdo.
Luc. 2.
2
Heb. 1.

De hoc eius admirabili triumpho loquitur Diuus Paulus: Et uos (ait) cum mortui essetis in delictis conuiuificauit Deus cum illo, donãs vobis omnia delicta, delens, quod ad uersus nos erat chirographum decreti, quod Colo. 2.
erat cõtrarium nobis, & ipsum tulit de medio affigens illud cruci & expoliãs principatus & potestates, traduxit confidẽter palam triumphans illos in semetipso O verba ad- 3
mirabilia lætitiæ & consolationis plena, quibus significat Sanctus Apostolus, nõ modo nos, qui in hoc mundo viuimus, diuinum hunc ducem Iesum Christum quantum in eo fuit à peccati morte & æternę damnationis obligatione liberasse, hoc enim significat sustulisse chirographum, & affixisse cruci, meruisse p nobis gratiã & gloriã, si eius sanctissimis meritis uti ad nostram salutem volumus, verum etiã superato inferno, quæ ibi erant spolia reportasse. Verum illum traducere est publicare, & palam facere, infamia afficere, & alijs tanquam exemplum ponere, ut faciebãt Romani, qui hostes ante se in triumpho ducebant, qui & victoriam testarentur, & cæteris terrori essent & exem 4
plo. Ita ait Diuus Paulus expolians principatus & potestates, traduxit confidenter palã triumphans illos in seipso. Ex quo intelligitur resurrectionem admirabilem fuisse triũphum, in quo spolia & trophæa pręibant, sãcti scilicet patres, qua pompa principum tenebrarum imbecillitatem publica affecit infamia. Aquilę non satis est præda terrestris, sed pisces etiam in fluuiorum profunditate deprædatur, ita etiam diuina hæc aquila Iesus Christus non uitæ tantum præda contẽ Simile.
tus, quã tot miraculis & admirabili doctrina peccatores ad se cõuertens, collegerat, in profundũ inferni sanctissimas illas animas inde educturus descẽdit. Hoc significauit p 5
pheta Zacharias dicens, tu quoque sangui- Zac. 9.
ne testamenti tui emisisti uinctos tuos de lacu, tu quoque, idest, non solum eos, qui in hoc mundo erant liberare uoluisti, sed eos etiam, qui in inferno uincto detinebantur. Et ideo de eo dici (ait doctor quidam) illud Psalmi, Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenãtium, laqueus contritus est, Psa. 123
& nos liberati sumus. Loquitur Dauid, generaliter de anima cõmuni omnibus hominibus, cõi quidem cõmũnitate vtilitatis. Inqt enim a anima nostra, & hęc anima fuit Xpi

Redemptoris nostri q nostra fuit, qñquidē
Simile. semp in nostrā vtilitatem occupabat. Et de
hac ait Dauid: Anima nostra sicut passer
erepta est. Notate loquēdi modum: auis ma
gna & fortis, si incidat in rete, vbi aues aliæ
minores irretitæ sint, & illud frangere pos-
sit, exit ipsa, & qua exit mox exeunt aliæ. In-
gressa est Redemptoris nostri anima in in-
fernum tāquam in rete, vbi sanctos illos pa
tres irretitos inuenit, & ita cōtriuit laqueos,
vt qua ipsa exijt, mox cæteræ omnes exire
potuerint. Imo & nunc q in diaboli laqueos
incidunt, nisi ipsius Christi virtute exire nō
6 possunt, & ita ait Propheta, dicens: Cōtritus
est, & nos liberati sumus. Neq. solū de dia-
bolo, sed de morte ēt triumphauit, vt affir-
Ose.13. mat Propheta Oseas, dicens, ipsius domini
1.Co.15 nomine: Ego mors tua, o mors, morsus tu'
ero inferno. Quem locū citans D. Paul. tūc
(inquit) fiet sermo qui scriptus est, absorpta
est mors in victoria, i. ī crucis victoria mors
absorpta remāsit, quæ antea eos qui eam ab-
sorbebant, omnes necabat. Metaphoram su
mit Apostolus a veneno q dari solet vt ne-
cet eos, qui illud bibunt, ita dedit diabolus
Simile. Christo Redēptori nostro mortē bibēdā vt
7 occideret, ea vero non occidit Saluatorem,
sed occisa & mortua remansit, ac siquis tan-
ta virtutis esset, ut non modo veneno nō oc
cideretur, sed venū ipsum occideret. De ape
dr, si mortuum corpus pungat viuere, si ve-
ro viuū, cū stimulo illo & aculeo ejecere vi-
scera & mori; itaque mors vitā, i. Christum
pungens mortua remansit q antea non ac-
ciderat, quia mortua corpora pugēbat, i. ho-
mines peccatores. Et ita D. Paul. eam vt ui-
tā contemnit, & irridet, dicens; Vbi est mors
victoria tua? ubi est mors stimulus tuus?
Videtisnè vt metaphorā elegantissimè sum-
psit ab ape, q cū uulnera reputat mortua re-
manet. Mortua autē est mors pro eis, q uni-
8 ti sunt Christo, amoris uinculo. Nā ut idem
ait: Si credimus q Iesus mortu' est & resur-
rexit, ita & Deus eos qui dormierunt per Ie
sum adducet cum eo. Vbi est notandū q il
la particula (per) in multis sacræ Scripturæ
locis significat (in). i. qui dormierunt in Ie-
sum, i. uniti & coniuncti cū Christo, & una-
nimes facti cum eo. Ita igitur gloriosissimè
triumphans hodierna die sanctissima illa Ie
su Christi anima rediit ab inferis corpori
suo uniri desiderans. Nam quanquam ia-
storum animæ sine corpore beatæ sunt; op-
tant tamen summopere sua corpora infor-
mare. Nulla eñ unq̄ id tantopere optauit ut
R. N. anima, quia plus illud amabat. De cæ- Sap.9.
teris corporibus dr, corpus q corrumpitur
aggrauat animam, hoc vero preciosissimū
corpus nunquam aggrauauit animā, neq. ul
la in se contrarium illi fuit, quia in utero Spi
ritus sancti conceptum fuit, & erat diuinita
te plenum, & ideo plus gloriosissima anima
optabat illud informare. Prætereaq; quia re-
demptionis nostræ instrumentum fuit; &
tot pro ea passum est, quanuis animæ omnis
duplicatum fuit, nam passa est, & compassa.
Compassio erat de malis nostræ culpæ, pas- 9
sio erat de malis pœnæ quam sustinebat; &
quanto maior est culpa, quam pœna, tanto
maior est compassio, quam passio. Et ut ait
Doctor Seraphicus, ita de nobis cōpassa est, D. Bon.
ut morte a corpore separari uoluerit ne nos in 3.
a Deo peccato separaremur. Corporis onus
simplex fuit, quia in corpore non fuit com-
passio, sed passio, ut quamuis simplex fuerit,
tantum tamen fuit, ut occidere potuerit; &
quoniā corpus fuit una cum anima redem-
ptionis instrumentum, ideo illud, ut dixit,
informare maxime optabat plusquam alio-
rum animæ solent.
Cum hoc igitur desiderio ad sanctissimū 10
sepulchrum uenit, omnium patrum exerci-
tu comitante, ubi sese sacro corpori infudit,
& illud uiuificauit, & glorificauit. De aue
phœnice referunt cū naturæ instinctu morti
se uicinā senserit, ex lignis quibusdam odori
feris constructo nido, in eo, solem uersus, po
situm, alarum motu excitare ignē, quo cō-
buritur, & in cinerem conuertitur. Postea
in cinere uolutari uermiculū, qui mox pul-
lus factus phœnix euadit: ita etiam sciens Ie
sus, quia uenit hora eius, ut transeat ex hoc Ioan.13
mundo ad patrem, lignum crucis ascendens
expansis brachijs anhelans, suspirans, diuini
amoris sui igne incensus mortuus est. Ter-
tio uero die gloriosa eius anima in mortuo
corpore apparet, & ita diuina hæc phœnix 11
in cælo, & in terra unica, & sola resuscitat.
Hoc desiderium, quo tenebatur anima uniē
di se corpori, una ex causis fuit cur resurre-
ctionem suam accelerauit. Et præterea ob fi
delium solatium, quia ex multis diuinæ mi-
sericordiæ affectibus unus esse solet, ut quē-
admodum pœnas, & supplicia iustitiæ differ-
ret, pœnitentiam peccatoris expectans, ita mi
sericordiæ beneficia accelerare solet. Cum Gene.7.
diluuio malos punire uellet centum annos
expectauit, ut se conuerterent, & nemo se
conuer-

conuertit, quãuis viderent. Noe tãtæ autho-
ritatis & grauitatis hominẽ, tanto cũ sumptu
sibi arcam fabricari: post centum annos, se-
ptẽm diebus ante diluuium monuit eos, di-
cens: Post septem dies pluam quadraginta
dies, & quamuis potuisset repẽtino diluuio
terram obruere, paulatim tamen id fieri vo-
luit, quadraginta dierum spatio, vt cũ vide-
rent aquas crescere timore saltẽ conuerterẽ-
tur ad pœnitentiã. Illi vero semper obstina-
ti in sua malitia perseuerare, & montiũ cul-
mina ascendere, ibi securos se esse existimã-
tes, donec & ibi a quis obruti sunt. O homi-
12 nũ duritiẽ, o Dei misericordiã, quot his etiã
temporibus expectat Deus, qui ut illi surdos
se præbet. Infælices pœnas dabunt aliqñ, &
ad id tãdẽ intelligent, sed inutiliter. Quem-
i.Re.10 admodũ igitur differt Deus supplicia, ita ẽt
accelerat misericordias. Pollicitus est Sa-
muel Dei noĩe Saul mutaturũ se eũ in virũ
alterũ, & quædã signa dedit. Quæ (inqt) cũ
euenerint mutaberis in uirũ alterũ, sed cum
auertisset humerũ suum, vt abiret à Samue-
le, immutauit ei Deus cor, non expectauit
dñs, vt signorum tempus adueniret, fortasse
quia Saul accelerauit cordis dispositionem.
13 Ita beneficium hoc resurrectionis, ꝙ mũdo
promiserat tertio die ab eius morte daturũ
accelerauit, non expectando terminũ transi-
gi. O quanta cũ gloria resuscitauit domin⁹
redẽptionis nostræ signa in suo corpore re-
linquens, vt ꝗdam quasi ora diuina essent, ꝗ
in æterni patris conspectu misericordiã pe-
terent: præterea vt corporis sui ornamentũ
essent. Solent n. elegantiæ causa vestes inci-
Simile. di, vt ꝙ latet aurum appareat, ita ẽt aperta il
la vulnera in suo corpore remanere uoluit,
vt inde ineffabilis gloriæ splendor, qui a di-
uinitatis visiones emanabat, erumpere.

Lætitia autẽ quam cepit Iesus ex mundi
redemptione, neq; seraphica lingua explica-
ri potest. Accidit ei, quod illi solet accidere,
Simile. qui rem aliquam emere uult: nã dum emit
14 magnum sibi videtur pretium, quod ei a vẽ-
ditore indicitur: & ita de eo aliquid paula-
tim detrahere vellet: sed postea quam emit,
si res est plurimũ ab eo antea optata, & ꝗsi-
ta, ita ea delectatur, ut quicquid in ea insum
psit bene insumptũ dicat. Ita etiam cũ Chri
stus Redemptor noster orabat in horto tõ-
ni dicebat sensus, iam sacra morte nos redi-
mere magnum sibi uidere pretium, at po-
stea quam nos emit, gaudet in sua gloriosis-
sima resurrectione, cũ tot videt aĩas merito-
rum suorum uirtute ingredi cœlestem glo-
riam, & ideo verba illa quæ Propheta Esai. Esa.60.
dixit de Vrbe Hierusalẽ de Christo dici pos
sunt. Scilicet tunc videbis, & affitues, & dila-
tabitur cor tuum quando cõuersa fuerit ad
te multitudo maris, fortitudo gentiũ vene-
rit tibi, i. cum videbis gentilium fortitudi-
nem tã eorũ, qui in maris insulis habitant
quã eorũ qui in terra ad fidem tuam conuer
ti, & obedientiam. Sed ut gloriosissimus hic
triumphus supremo Imperatori Iesu Chri-
sto, & eis omnibus qui ex eius exercitu sunt 15
lætissimus fuit, ita malis summæ tristitiæ, &
doloris causa. Quare orabat Dauid, dicens: Psal.7.
Exurge domine in ira tua, & exaltare in fini
bus inimicorum meorum. Quæ verba expo
nens S. Basilius, Mysterium (inquit) resurre- S. Basil.
ctionis orat Dauid in confusionem dœmo-
num, & malorum. Sed qui fines sunt isti, de
quibus eo loco Dauid? D. Lucas id explicat Luc.9.
cum ait: Ecce duo viri loquebantur cum il-
lo, & dicebant excessum eius, i. passionem.
Hunc excessum finem vocat inimicorum.
Quasi hominum malitia vlterius procede-
re non posset, quam Deum occidere. Et ita, Esa.5.
ut ait De⁹ per Esaiam: Quid est quod debui
ultra facere uineæ meæ, & non feci ei? idem
maledicta illa Principum, & Pharisæorum 16
turba Christo R. N. contrario sensu dicere
potest, quid est quod potui ultra facere ad-
uersus te, & non feci? in his igitur finibus
in hac passione, & morte erat Dauid, ut exal
tet Deus gloriosa sua resurrectione in dæ-
monum, & hostium confusionem. Nos ue-
ro quandoquidem huius cœlestis ducis mili
tes sumus, æquum est in hoc gloriosæ resur-
rectionis suæ die lætari, & gratulari.

In sacro Euangelio, quod hodie nobis
proponit ecclesia refertur diligentia, & cu-
ra, qua Sanctissimæ illæ mulieres summo
mane uenerunt cum aromatibus, & un- 17
guentis ad monumentum, ut ungerent cor
pus Iesu. Sed uerè dici potest melio-
rum unguentorum odorem eas excitasse,
tantopere ad pium opus festinarent. Quod
ut melius intelligatis, notate illa uerba quę
sponsa dixit sponso suo: Oleum effusum Cant.1.
nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexe-
runt te, trahe me post te, curremus in odo-
rem unguentorum tuorum. Vbi loco, ado-
lescentulæ, in Hebræo est uox significans
puellas innuptas, & uiri expertes. Dicitur Chryso.
enim id nomẽ ab occultando. Diuus Chry hom.14
sostomus: Alma (inquit) si rem sequamur in Mat.
signi-

-significat adolescentulam, si etymon, significat quod ita est abditum, & recōditum, ut nō modo hominum usib. sed ne oculis quidem pateat. Ex qb. significationib. s. ex eo quod nomen significat, ex eius impositione, quæ in sacris solet attendi maxime in metaphoris, inferri potest hoc nomine duo animarū genera intelligi, quæ sagacissima sūt, vt Dei odores recipiāt, quæ sunt omnia diuinæ suę maiestatis opera, & præcipue redemptionis

18 nostræ. Quia quemadmodum non omnia

Simile. corpora odorem eodem modo percipiunt, sed alij plus, alij minus; alij. n. vel rheumate, vel eo quod rudiores cibos comedunt, impediuntur, alij qui his rebus carent optime pcipiunt, eadem in animis diuersitas est. Alij qui optimo diuinorum operum odore excitati ad eius amorem attrahuntur, alij nihil ferè mouentur eo quod odorem nō ita percipiant, Inter has animas, quæ plus odorantur, sunt animæ illæ puræ, quæ baptismalē innocentiam conseruarūt, neque se mortali peccato macularūt, & hæ per virgines significātur, sunt etiam illæ, quæ quamuis postea peccauerunt, pænitentia tamen ad innocen

19 tiam reuocatæ mundi strepitum fugientes, in tutum aliquem quietumq; portum a publicis priuatisque negotijs semotæ confregerūt, & hæ per mulieres secretas, & abditas significantur. Hæc igitur duo seruorū Dei genera uoce illa, adolescentulæ intelligunt, quia quemadmodum cum puriora, & nitidiora sunt specula, melius in iis oris effigies repræsentatur, ita hæ animæ, quia puriores sunt melius Dei odorem percipere possunt. Verum cum videt anima diuino amore incensa præstare se non posse quod vult, cla-

Philip. 2 mat, trahe me post te. Quia ut D. Paulus ait, Deus est, qui operatur in uobis, & uelle & perficere pro bona uoluntate. Hic igitur odor, qui ex recenti cælestis sponsi operum memoria emanabat: excitauit sanctas mu-

20 lieres: vt tanta cum diligentia & cura festinarent. Si vellemus fratres charissimi corda nostra affectionum, & curarum rheumate purgare, melius redemptionis nostræ operū odorem perciperemus, & maiori cura & studio Deo inseruiremus. O spōsus & cæli pulchritudo, Christus Dei filius trahe nos post te admirabili tua potentia & virtute, vt nos inuicem hortantes per amoris tui cursum liberi expeditique curamus.

Et dicebant ad inuicē, quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? O sāctę mulieres, si scitis lapidem monumenti vestris viribus tolli non posse, cur pergitis ire, & inceptum iter prosequimini? nolite cum eis disceptare, & rationes quęrere, amor enim eas trahit, non ratio. Et si importune urgetis, dicens: Si vngere sacrum corpus nō licebit, sanctum nobis sepulchrū tetigisse sufficiet. Sedere licebit & lachrymari, sed tanta erit militum crudelitas & immanitas, ut lachrymas etiam sint denegaturi, quib. sancti defuncti mortem deplorare possimus? O pius 21 & misericors Domin⁹, qui illis, qui te amāt, vt te plus ament impedimenta tollis. Et ita hæ mulieres respicientes: *Viderunt reuolutum lapidem.* Vnus ex maioribus erroribus quos in hoīum animis seuit diabolus est, in uia uirtutis plurima esse impedimenta, & lapides tanti ponderis, ut humana imbecillitate tolli non possint, uitiorum uero uiam planam esse, & æquam nihil habere asperū, nihil difficile. Hinc odium illud uirtutis hominib. tam familiare, quia vitia hoc errore decepti amplectuntur, virtutem deserunt. Et ideo inter cætera, quæ hic essent a prædicatorib. sæpius inculcanda, hoc est si qua se se offerant in virtute impedimenta a Deo reddi suauia, & clamare Deum cum Ecclesiastico: Via peccantium complantata est la Eccl. 22
pidibus, & post hæc inferri, & tenebræ, & pœna. O infælices eos qui iter hoc tam asperū 22
elegerunt, labore & difficultate plenum. Et cum Deo summa cum spiritus suauitate seruire possent, malunt diabolo tanto cum labore seruire. Et ita dixit Moyses populo illi Deu. 28
idololatriæ, quia noluisti seruire Deo tuo in gaudio cordisq; lætitia, seruies inimico, qui ponet iugum ferreum super ceruicem tuam. Quomodo hæc verba audientes non confundimur, quib. iustorum gaudium significatur, & multa animæ; & corporis infortunia? in quæ mali solent incurrere, qui Deo parere, & seruire recusant, qđ oē vocat Moyses iugū ferreum super ceruicē tuam.

Neque solum inuenerunt mulieres istæ 23
lapidem reuolutum, sed Angelum qui lætissimum resurrectionis nuntium dedit, dicēs: *Nolite expauescere; Iesum quæritis Nazarenum crucifixum surrexit; non est hic.* Qui Iesum non quærunt, sed semetipsos, illi merito expauescere possunt, uos autem qui Iesum quæritis, nolite expauescere. Eum, qui crucifixus, & mortuus, resurrexisse ait. Et ideo tu peccator nunquam spiritualiter resuscitas, qui nunquam carnem tuam crucifigis.

figi. Impossibile est resuscitare gloriæ uita, nisi prius gratiæ uita resuscites. Quia vt D. Ioannes ait; Beati mortui, qui in Domino
Apo. 14. moriuntur. Nam qui in suis uitijs uiuunt si tunc aduenit, non moriuntur in Domino, & ideo dixit, beati mortui, quia isti sunt qui in domino moriuntur. Quæ cum ita sint ut resuscitemus cum domino in gloria, resuscitare prius debemus in gratia, & ut resusci temus in gratia, carnem prius crucifigere
23 debemus, & suas concupiscentias.


24 Dixit præterea Angelus: *Ite dicite discipu*
Mat. 28 *lis eius, &c.* Et D. Matthæus refert dixisse, cito euntes dicite discipulis eius, quia surrexit, iubens eas festinare, & tam lætos discipulis nuncios afferre, ostendit quantopere hoc illi egerent solatio, & quanti momenti sit
1. Cor. 15 hic resurrectionis articulus. Ita D. Paulus aiebat, hoc eis primum prædicasse eo quod præcipuum sit religionis nostræ mysteriũ, scilicet, quemadmodum Iesus Christ⁹ mortuus est, ut Scriptura ꝑdixerat, & tertia die resurrexit. Et ut hoc illis potissimum persuaderet prædicasse, notum (inquit) uobis facio fratres Euangelium, quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo statis, per quod & saluamini, qua ratione prædicauerim uobis, si tenetis nisi frustra credidistis:
25 tradidi enim uobis in primis, quod & accepi, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum Scripturas, & quia resurrexit tertia die secundum Scripturas, Et postea multos affert testes, qui hoc uiderunt. Ait Apostolus, quod accepistis, ut bonam, quam illi in cordib. habebant, dispositionem significaret, cum Euangelium audierunt, & Dei simul auxilium quo credide-
Act. 16. runt. Quia huius mysterij fides magnũ est Dei donum. Et ita dicitur quædam mulier nomine Lydia purpuraria ciuitatis Thyatirenorum, colens Deum audiuit, cuius dominus aperuit cor intendere his quę dicebã tur a Paulo. Et in hac muliere duo illa uidetis, cordis dispositionem, quia erat colens Deum, & auxiliũ Dei, quia aperuit cor eius.
26 Perseuerantiam præterea declarat Apostol⁹
2. Ti. 2. necessariam dicẽs: In quo statis, quia, ut idẽ Paulus ait: certamen uocat legitimũ, quod perseueranter fit usque in finem, effectum mox declarat Euangelij dicens, per quod saluamur: Notum quoque uobis facio, qua ratione prædicauerim uobis, idest, qua intẽ tione scilicet, ut illuminarem vos in diuinorum mysteriorũ cognitione, & diuini amo-

tis igne incenderem; non temporalis alicuius lucri gratia. Ex quo infertur prædicatores, Euangelicos puros esse debere, qui Dei tantum gloriam & salutem animarum, tanquam finem sibi in prædicatione proponãt (ait) si tenetis. Quia ille qui memoriã sua non tenet impressum Euangelii finem, quo modo uiuet secundum Euangelium? quemadmodum qui non intelligit, cur ei datus sit intellectus, & uoluntas, uiuet ut brutum, & ideo ait, nisi frustra credidistis. Magna est 27
D. Pauli exaggeratio, idest, ille qui non aduertit cur Euangelium prædicetur, frustra credit. Res profecto admiratione digna, & ratione carere videtur. Quia rusticus quamuis id non aduertat, neque cogitet, credit & operatur, & sanctæ Ecclesiæ subiectus est, & fides ornat intellectum, & ad bonum uirtutem que dirigit ergo non est frustra. Profunde eo loco loqui D. Paulum dico, ut a diuino spiritu edoctum quia is, qui per fidẽ nõ assequitur id, cuius causa est fides data, ut, scilicet, cognoscamus & amemus Deũ, frustrã eam accipit. Item datur fides ad aĩæ puritatẽ cõsequendã, ergo qui hanc puritatẽ fide non assequitur, frustra credit. Item fides Ioan. 3.
datur ut sit in mente tanquam æternæ uitæ seminarium, ut Ioannes ait: Qui credit in 28
filium Dei habet uitam æternam, scilicet in semine, ergo qui hoc non assequitur, frustra credit. Item datur fides ut speculum, in quo se homo intueatur, qualis esse debeat, qui eo non utitur, frustra credit, O quam dolendum & deplorandum est beneficium tã singulare, quod a Deo accepimus in nostram condemnationem mutari. Perseuerantiam & amorem liberalissimi huius Dei, qui ut posteaquam diuinum hoc huius lucis donũ largitus est, & hanc mysteriorum suorũ cognitionem, curemus summa cum diligentia frustra accepisse dicamur hoc præsertim tempore, quo sanctissimæ resurrectionis memoria celebratur, in qua totius quasi prædicationis Euangelicæ summam contineri 29
D. Paulus ait, quia ut de ea hic ageret, dixit, qua ratione prædicauerim uobis. Hac consideratione augebitur spes post gratiæ uitã, aliquando nos esse resuscitaturos per gloriam, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Feria

Feria II. in Resurrectione Dñi.

Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die, &c. Luc. 24.



Cant. 2. POquēs sponsa de sponso, sub umbra (inquit) illius quē desiderabā sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Duo hic animaduertēda sunt quib.
1 solet Deus suis fauere. Vnū est protectio umbra, qua, ut pi⁹ pater eos tuetur ac protegit. Alterū fructuū suauitas, qua eos reficit ac recreat. Ideo plurimū solēt iusti sub hac umbra sedere, & hac fructuū suauitate frui. Nā
Eccl. 40 ut ait Ecclesiasticus: Vinum, & musica lętificant cor, & super utrumq; dilectio sapiētię.
Psal. 35. Vnde pro eo q nos legimus: Quemadmodū multiplicasti misericordiā tuā Deus. D.
Hieron. Hieronymus ex Hebręo uertit. Quam speciosa mīa tua Deus, & filii Adam, in umbra alarū tuarū sperabant, inebribuntur de pinguedine domus tuæ, & torrente deliciarum tuarū potabis eos, ô uerba admirabilia, ô admirabilia beneficia, quæ a Deo iusti accipiunt? q̄ verè hic Dauid misericordiam Dei
2 speciosam appellat. Voces illæ inebriabunt, & de torrēte deliciarum tuarum infinitam Dei in suos liberalitatem ostendunt. Hæc paterna cura, quam Deus iustorum habet, summam in eorum animis lætitiam causat;
Psal. 4. Et id significauit Dauid, cum ait: Signatū est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti lętitiam in corde meo. Vbi D. Hieron.
Hiero. 3 ex Hebræo vertit: Leua super nos lumē vultus tui Domine. Dedisti lætitiam in corde meo, idest, sparge super nos fauoris tui lucē, respice nos misericordiæ oculis, hoc enim est quo nunc lætamur. Lætentur alij bonorum temporalium copia, quia a fructu fru-
3 menti, vini, & olei multiplicati sunt. Ego vero in pace in idipsum dormiam, & requiescam. En pax & tranquillitas, quæ sub umbra sponsi inuenitur. Si in harum rerū meditatione aliquam noctis partem insumeremus, vt alij totam ludendo & Deum uarijs peccatum generibus offendendo insumūt, quantum animæ nostræ proficerent? Vnde factum existimatis vt dies festi suas habeāt vigilias, quarum nomen tm̄ apud nos remāsit, nisi qđ in nascentis Ecclesiæ principio fideles oēs noctes, q̄ dies festos pcedebāt, orātes vigilabāt. Hodie vero huiusmodi noctibus maiora & grauiora mala fieri solent. Quot vestrū obsecro, q hic adestis pteritas noctes sacratissimæ resurrectionis mysteria meditando vigilastis: bñficia q̄ hodie ī suos discipulos confert: gaudium & solatiū, quo eorum animos passionis mœrore, afflictos solatur? plurimos vestrum nihil de his reb. cogitasse existimo, quod dignum profecto lachrymis est. Hæc oīa, quæ hic sponsa de spōso dixit in seipsis Dñi discipuli experti sunt, & hi duo potissimum, de quib. agit sacrum
4 Euāgelium, quib. ille pręcipua quadā ratione curam, quam suorum habere solet, ostendit, & diuino lucis suæ splendore illuminauit. Nam dum fabularentur, & secum quærerent, ipse Iesus: *Appropinquans ibat cum illis, oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoscerent.* Sed quæro ô dñe, si sociū te illis itineris prębes, cur nō statim te manifestas, quis sis, vt statim te frui incipiant? volebat nimirum sacra mysteria illis interpretari. Qđ si se statim illis manifest. ssset uoluptas, quam ex eo percepissent, attentioni fuisset impedimento. Ergo in maiorem illorū utilitatem tenebātur oculi eorum ne eū agnoscerent. Ita sæpe Deus facere solet, cu seruis suis, vt tunc maxime adsit, cum maxime vr abesse. Iob quærebatur a Deo se esse desertum, dicens: Cur faciem tuam abscondis, & Iob. 13.
5 arbitraris me inimicum tuum? cur è me tanquam inimico discedis: & hoc dum cogitabat Iob, tūc maxime illi aderat Deus, q̄ quidem in tot, tantisq; infortunijs, tantam illi patientiam dedit. Quia si, vt ait D. Paulus. Nemo pōt dicere, Dñs Iesus nisi in Spiritu 1. Cor. 12
sancto, quō potuisset, ille sanctissimus vir inter ærumnas suas dicere, Dñs dedit, Dñs abstulit, sit nomen Domini benedictum, nisi Iob. 1.
illi Dominus adfuisset? & hic est eorum verborum sensus. Deus Deus meus respice in A
mé, quare me dereliquisti? lōge a salute mea Psal. 2..
verba delictorum meorum, Deus meus clamabo per diem & non exaudies, & nocte, & non ad insipientiam mihi. Siue vt alij verte 6
runt, & non est silentium mihi. Et in fine eiusdem psalmi; Timeat, inquit, cum omne semen Israel, quoniam nōn spreuit neq; despexit deprecationem pauperis, neque auertit faciē suam a me, & dum clamarē ad eum exaudiuit me. Quo in loco videtis dici Deū non audire, & audire, adesse, & abesse. Quo significat sępe cū iust⁹ cogitat Deū nō audire, & abesse, tunc audire maxime, & adesse. Noluit ptereā dñs a discipulis suis agnosci,

iacet peccatoris aīa in uoluptatū suarum lectulo, tot clauib. & pesulis obsclūsa, quot peccata commisit: & cum pulsa Deus clamans. Aperi mihi soror mea, amica mea, excusat se leui quacunque occasione. Agens (inquit) pñiam extenuabitur corpus, & pulchritudinem suam amittet, fędabitur si pauperum pedes lauero, & hospitalia inuisam. Audiens aūt sponsus tam leues afferri excusationes, nō deserit, sed foramē quęrit, idest
13 occasionem aliquam, per quod fauoris, & auxilij sui manū possit immittere. O aīa peccatrix, si te a peccatis tuis exire non posse putas, ob tuam illā prauam inclinationem, fac saltē foramen aliquod, per ꝙ Deus mittens manū suā seras istas, pesulos tollat. Suspira tuū Deum offendisse plora, lege sanctos, ac deuotos libros loquere cum deuotis hominibus. Foramina hæc oīa sunt per q̄ diuinus fauor ingreditur, quo odium istud, ista ambitio, & superbia tollentur ex animo, q̄ in eo ita hærent infixæ, ut ab ijs auellere te non posse tibi uidearis. Sed moneo, ut mature diuino vtaris auxilio, & cito surgas & aperias, nam si diu immoraris fortasse cum mox aperire volueris, discessisse iam Deum
14 inuenies, ut sponsæ ibi cōtigisse dicitur: Surrexi (inquit) ut aperirem dilecto meo, at ille iam declinauerat. Diu iam est cum te Deus uocat, & expectat, aduenit repentina febris eum iam iudicio cares, tunc clamat: uocetur confessor, adsit notarius, fiat testm̄, & oīa ita fiunt ut hominib. potius quam Deo satisfacere possint. O miseri & cæci Adæ filij, q̄ stulte uobis infernum eligitis.

Et ait ad illos, qui sunt hi sermones, &c. Respondit ei unus ex illis, dicens; Tu solus peregrinus in Hierusalem. Antequā ulterius pregrediamur, vnum ꝙ nunc occurit, dicā. Vnum ex nominibus q̄bus Christū redemptorē nostrum pp peccata nostra appellare possumus, hoc esse, peregrinū appellare: nam ut pe
15 regrinus uix immorat̃ in diuersorio, ita Dei filium mane recipitis, & post meridiem tanquā peregrinū ejicitis. De hoc conqueritur,
Psal. 68. dicēs: Extraneus factus sum fratribus meis & peregrinus filij matris meę. O ingrati, ideo ne resuscitauit Christus, ut uos moreremini? est'ne sancta eius resurrectio mortis ianua? uix.n. aduenit resurrectionis die, cum mortaliter peccare incipitis, nonne pudet tam bonum hospitem, tam citò eijcere? O miseria t menda post tot accepta beneficia, tam male in uirtute perseuerare. Ea

D. Pauli verba notare vos plurimū uellē, q̄ ad hanc rem plurimum faciūt. An ignoratis Rom. 6.
fratres, q̄a q̄cunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? cōsepulti.n. sumus cū illo baptismo in morte, ut quomodo Christus surrexit a mortuis p gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. O uerba diuina, q̄s ea semp in corda haberet impressa, ut p ea intelligeremus, quantū quisq; dent in bono perseuerare? Sed pro eorum intelligentia debetis aduertere, Christi redemptoris nostri mortem 16
ꝓstantissimū fuisse baptismū, quo ipsum caput, s. Xp̄s baptizatus est, & nos oēs q̄ membra sumus, ibi peccata nostra sunt abluta, & cum eo mortua & sepulta, ut non solum illerum non peccemus, sed ut in resurrectionis mysteriū imitationē ambulemus in nouitate vitæ. Efficax omnino ratio, ut nūquam ad peccata redeas. Verum est ēt notandum ꝙ qm̄ eius mors baptismum vocatur, quod lauatorium significat, ergo aliquid lauit in Christo, q̄ caput fuit, aliquid in nobis, qui membra sumus? quid lauare in Xp̄o poterat, q̄ purrissimus erat? quāuis careret culpa, culpæ effectibus non caruisse dico, qui sunt pœnalitas, & passibilitas, & mortalitas qui 17
bus omnibus morte lotus, & purificatus est.
Et ita idem Paulus ait. Videmus Iesum pp Heb. 2.
passionem mortis gloria coronatū, illa autē mors applicatur nobis, ut lauatorium per diuina sacramenta, ut ait Ioannes. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Ait igitur Apostolus, an ignoratis Apoc. 1.
fratres, i. ignorare nō debetis (esset.n. ignorantia maxime reprehendenda) quod quicūque baptizati sumus in Christo Iesu, i. in baptismo instituto a Xp̄o, in morte ipsius baptizati sumus. Nā ex eius morte uirtutem accepit baptismus, consepulti sumus cum illo, i. peccata nostra in baptismo deleta, & occisa sunt. Vt q̄uo surrexit Xp̄s à mortuis per gloriam patris, i. ad gloriam patris, ita & 18
nos in nouitate uitæ ambulemus, ubi ambulare significat progredi sine intermissione in uirtute: vt ait Dauid: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege dñi, ꝙ hoc omne Psa. 118.
esse ēt debet in gloriam Patris, ut uita nostra, & opera pfectiora sint, si habeant perfectiorē finē. Sed q̄ro, cur D. Paulus nobis tāquā exemplū proponit Xp̄i Redēptoris nr̄i uitā post resurrectionē? satis esse uideretur, si mortalē uitā qualis ante resurrectionē fuit proponeret. Eam proposuisse dico, quia uita

illa gloriosa mortem non habuit, vt ita mo
neret, sic nos perseuerare in uirtute debere,
vt ad peccati mortem nunquam redeamus.
Cum ait, in nouitate uitæ, significat in om
nibus debere innouari uitam, in cogitatio-
Simile. nibus, in verbis, & in operibus. Corroboret
nos, & confirmet Deus, ut ita fiat. Elabora-
uit plurimos dies pictor in depingẽda ima-
gine, quam, qui vident, stupent ob artis præ
stantiam, si ei, qui prior se illi offert quocun
que pretio venderet, nonne ineptus esset?
19 quidnam fuit obsecro audire sermones, cõ-
fiteri peccata sua, ieiunare, orare, nisi Iesum
Christum in cordibus vestris depingere? Si
non post Pascha animæ vestræ pulchritudi
nem, quacunque occasione uenditis, nonne
summa stultitia est? Nolitę eam fratres cha
rissimi uẽdere, nisi iusto valore, & pretio, qđ
ipsemet Deus est, qui se tradidit pro illa.

*Quibus ille dixit, quæ? & dixerunt de Iesu
Nazareno.* Et inter alia, quæ hic respõderũt,
ea verba fuerunt infidelitatis plena. *Nos au-
tem sperabamus, quia ipse esset redempturus
Israel.* O corda modicæ fidei, si dixit, quod
tertia die resurget, terminus adhuc transa-
ctus non est, cur nõ speratis, quod promisit
20 præstaturum esse? similes hi mihi videntur
Exo. 32 Hebræis, qui Moysem non redditurũ existi
mabant, & idolum sibi fecerunt, quod sum-
ma Dei sui iniuria adorabant. O quot ho-
die sunt, qui statim desperant, si paululum
immoratur Deus, nec statim ab ijs uocatus
accurrit? Existimat virgo nullum iam sibi
reliquum matrimonium, quapropter Dei
suique oblita carni, & mũdo seruire statuit.
idem de alijs pluribus dici potest. At non
Esa. 28. ita sic fratres, audite quid Esaias dicat. Qui
crediderit (inquit) non festinet, qui uerè cre-
dit Deum promissis stare, & fauoris sui au-
xilium sibi daturum sperat, ne putet, statim
eum affuturum, sed expectet, & magna cum
fiducia, quæ magnam habet apud Deum re
Heb. 10 munerationẽ, vt D. Paulus affirmat dicens.
21 Nolite amittere confidentiam vestram, quę
Iud. 8. magnam habet remunerationem. Quam
seuere reprehendebat S. Iudith Bethuliæ ho
mines, qui diuini auxilij expectatione defa-
tigati terminum Deo præscripserant: ita, vt
si intra quinq; dies nõ succurrisset sese, Ho-
loferni dedere vellent. Illa vero, & qui
estis vos (inquit) qui tentatis dominum? nõ
est iste sermo, qui misericordiam prouocet,
sed potius, qui iram excitet. Posuistis vos
tẽpus miserationis domini, & in arbitrium ve
strum diem constituistis ei. Magnum pro-
fecto scelus est Christianum de deditione
cogitare, & Sathanæ se tradere uelle, quia
Deus statim ac ipse vult non accurrit. Qui
verè Deum amat ita in eo confidit, ut quam
uis, quod sibi ab eo promissum est sexcen-
tis uideat difficultatibus impediri, nũquam
tamen desperat. Patet hoc in Dauid, cui cũ
promisisset Deus regem futurum Israel,
quamuis eum Rex persequeretur, exulem 1. Re. 22.
à patria, & singulis momentis de uita pericli 22
taretur, tunc cum se maxime afflictum,
oppressum uidebat, tunc maxima spe erige
batur, qua præstaturum esse Deum, quod
promiserat sperabat. Et si qui id negabant Psa. 115.
eos mendaces appellabat. Et ita de sua spe
dixit: Credidi propter quod locutus sum:
ego autem humiliatus sum nimis, ego dixi
in excessu meo omnis homo mẽdax, i. cum
exulem me, & eiectum maximè uidebam
(hoc enim est excessu meo) tunc ijs, qui
de me, & meis rebus actum esse existima-
bant, dicebam. Omnis homo mendax, eos
omnes mendaces esse putabam. Dñe omnes
mendaces sunt, tu uerus, & uerax Deus pro-
missa tua certissima, quamuis nũc me oppres Psa. 137.
sum, & humiliatum uideo. Hac eadem fi- 23.
ducia, dicebat: Dñs retribuit ꝓ me, domine
misericordia tua in seculum, opera manum
tuarum ne despicias. Vbi in Hebræo est, do
minus operabitur pro me. Considerate pa-
tientiam qua tunc Christus Redemptor no
ster uerba hæc infidelitatis audiebat. Ex
quo discant confessores confitentium pec-
cata patienter audire: repræhensio enim, &
obiurgatio in posteriorem locum differen
da si necessaria uidebitur, ut diuinus magi-
ster hic fecit, qui cum hos discipulos audi-
uisset. *O stulti* (inquit) *& tardi corde ad cre
dendum, &c. Nõne oportuit Christum pati, &
ita intrare in gloriam suam?* Quare domi-
ne, quare oportuit? Nonne aliter redimi a-
te poterat mundus, cum Deus sis tam po- 24.
tens poterat quidem, sed in Dei operibus
non tam quod potest spectandum est, quam
quod plus nobis conuenit. Hoc autem no-
bis conuenientius fuit. Quod, ut intelliga-
tis aduertere debetis, quod Christus redem
ptor noster nõ solũ uenit in mũdum, ut nos
redimeret, sed ut nos per uirtutis uiam ad cę Tit. 2.
li gloriam duceret. Vt optime D. Paulus
declarat dicens, Apparuit gratia Dei, & Sal-
uatoris nostri omnibus hominibus erudiẽs
nos, ut abnegantes impietatem, & secula-
ria

ria desideria sobrie & iustè & piè uiuamus
in hoc seculo, expectantes beatam spem,&
aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris
nostri Iesu Christi. Quare cum in omni uir
tute plurimum difficultatis sit, quodnam
medium esse poterat maioris efficaciæ, ut
ad laborem uirtutis incitaremur,quam no-
stra causa Christum in cruce mortis pati ge
nus crudelissimum? Si ignoscere inimicis de
bes iniurias, si dimittere te, & humiliare, si
25 opes tuas pauperibus distribuere,unde hæc
Luc. 8. discere melius potes, q̃ si ad hoc admirabile
crucis spectaculum oculos conuertas? Dixit
summa ueritas: cum de iustis loqueretur.
Quod fructum afferunt in patientia. Quem
admodum ad humanam uitam alendam pa
nis est necessarius, ut una cum cæteris cibis
comedatur, ita ad spiritualem uitam alen-
dam patientia necessaria est, quæ cęterorum
omnium uirtutum socia sit, & comes. Si co
meditis carnem, pisces, fructus, herbas, quic-
quid tādem comeditis, panis necessarius est.
Simile. Si ieiunatis, si datis eleemosynam quodcun
que opus spirituale fiat, patientia necessaria
26 est, ut quod fit recte fiat. Quod igitur patien
tiæ exemplum illustrius, quam Christus cru
cifixus? Sed heu nos miseri si tanto benefi-
cio uti nescimus? Nolite obsecro fratres cha
rissimi, ut hæc Dei artificia ad salutem no-
stram excogitata, uobis inutilia sint. Pœnas
enim aliquando dabitis summis æternisque
suppliciis.

Et incipiens a Moyse, idest, a libris Moysi.
immensam Dei bonitas, qui duobus paupe-
ribus tot declarare misteria dignatus est? ho
die uero nisi prædicator plurimos habet au-
ditores, eosque nobiles, prædicare rem pu-
tet indignam. Plurimos ad eam rem scri-
pturæ locos adduxit, & explanauit, sed inte-
27 riori præterea luce mentem illustrabat. Ita
ut qui exterius docebat, interius illumina-
ret, quia lux erat, & magister. Ex fortioribus
locis quos in scriptura inuenimus illi sunt.
Quoniam non derelinques animam meam
Psal. 15. in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere
corruptionem. Ego dormiui, & sopora-
Psalm. 2 tus sum, & surrexi, quia Dominus susce-
pit me. Exurge gloria mea, exurge psalte-
Psal. 56. rium, & cithara. Vbi non solum & resurre-
ctio, sed & resurrectionis tempus his uerbis
Psal. 40. exurgam diluculo. Aduersum me susurra-
bāt omnes inimici mei, aduersum me cogi-
tabant mala mihi, uerbum iniquum consti-
tuerunt aduersum me, nunquid qui dormit
nō adiiciet ut resurgat? etenim homo pacis
meę, qui edebat panes meos magnificauit su
per me supplātationem. Tu autem domine
miserere mei, & resuscita me, & retribuam
eis. Quid clariꝰ? postremis his uerbis similia
sunt illa Michææ. Ne læteris inimica mea su Mich. 7.
per me, quia cecidi, consurgam cum sedero
in tenebris. Dominus lux mea est. His et plu
ribus aliis testimoniis dominum mortē, &
resurrectinem suam probasse constat.

Et coegerunt illum dicentes, mane nobis- 28
cum quoniam aduesperascit. Quia peregrinū
quem non nouerant, inuitant & rogant, ut
maneat, illuminati sunt, & quisnam esset, D. Am
paulo post cognouerunt. Ideo notat D. Am bro. ser.
brosius, bona opera cordis esse dispositionē super ps.
qua dignum fit illuminari à Deo. Et ita Ec 118.
clesiasticus ait. Qui timetis dominum dili- Eccl. 2.
gite illum, & illuminabuntur corda uestra. Ose. 10.
Et propheta Oseas, cum dixisset. Seminate
uobis in iustitia, addidit paulo post, tempus
autem requirendi dominum, cum uenerit,
quis docebit uos iustitiam. Tēpus enim ma
gis idoneum, ut Dei præcepta percipere pos
sumus est, cum opera misericordię fecimus. 29
Est enim quasi terram antequam semines co
lere, & innouare. Et ideò dixit eodem loco
Propheta, innouate uobis nouale. D. Aug. D. Aug.
hunc locum Lucę exponens, tene inquit, ho sup Luc.
spitem, si uis agnoscere Saluatorem, quod 24
enim discipulis sustulerat infidelitas reddi-
dit hospitalitas. Misericordiæ igitur fra-
tres simus amatores, neque satis uobis sit
pauperes quocunque modo inuitare, ut ho
spites nostri sint, sed omni charitate coga
mus, existimantes quēcunq; illorum recipia
mus, ipsummet cęlorum imperatorem Ie-
sum Christum Dei filium recipere. Ipsamet
charitas hoc quadragesimale opꝰ ad anima
rum utilitatem in lucem edere coegit, & ad 30
reliquos totius anni sermones conficiendos
inuitat, ex tanto labore, meis quidem uiri-
bus adiuuari mihi, exopto & spero, quibus
auxilium diuinum Deum Optimum Maxi
mum collaturum mihi cōfido, cuius nobis
opitulante gratia fęlicissime omnia e-
uenient, quam adusque uitæ fi-
nem cōseruare curemus, ut
inde gloriam sempiter
nam possimus adi
pisci. Amen.

FINIS.


BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE